Sigillare 69
Sulpitii galli ſeueritas i uxorem 152
Sulpitiæ caſtitas 216
Sulpitia flacci uxor 216
Sumere 66
Sura proconſul in Sicilia 245

S Ante Y
Sylla glię cupidus 211
Syllæ crudelitas 222
Syllæ mors 228
Sylophon ſamnii tyrannus 122
Syllæ repulſa 183
Syllæ ſacrificanti prodigium 16
Syllæ dominatus 56
Symphonia 44
Syracuſæ 9
Syracuſæ ul captę 89

T Ante A & E
Tabernacula 233
Tamyris uita mortem filii 235
Tantum non 108
Tarentum 38
Taurominium 50

T Ante E
Tegulæ 8
Teggum 93
Tempeſtas 6
Templorum ornamenta conflata 184
Temeritas quid 233
Tertio Scipionis uxor pellicẽ patiens 160
Terracina oppidũ 192
Terentia ſaluſtio nupſit 209
Teſtamenta rata aut reſciſſa 185

T Ante H & I
Thermopilæ 70
Theogenis 71
Theodori patientia 73
Themiſtoclis erga patriã pietas 136
Themiſtoclis induſtria 202
theodectis retorica 213
Tib.Grac.mors 17
Tibicem in epulis 37
Tibe. Grath. moderatio 89
Tiberii cæſa. ergã Druſum frẽm amor 133
Tib.Grac.filii tres 232
Timantes pictor 207
Tinæi pietas in caſſium 235

T Ante O R & V
Torquatus unde 64
Torquati ſeueritas contra filium 139
Traſimenus 238
Trebeia ciuitas 52
Tribu moueri 42
Triumphandi ius 54
Triginta tyranni 93
Tributum 98
Trigemina porta 109
Tri.ple.uiui creati 150
Trophæum 49
Tubero repulſam paſſus 182
Tuditanus 7
Tulli hoſtili genus 74
Tulliæ crudelitas contra patrem 236
Tullius annalis paterrę necis autor 237

V Ante A & E
Vacatio 5
Valerius maxi. Sex. pomp. comes 112
Valerii aſſentatio 208
Valerius cor. cẽtenarius ſenex 209
Valerii ornamenta 214
Varrus flu. 14
Varrus tri.ple. 80
Varronis induſtria 197
Veiẽtes romanos legatos uiolauerunt 235
Velia 3
Veneficii quęſtio quando Romæ 44
Ventidius fortunę beneficio illuſtris 164
Vericulum 93
Verecundia quæ 104
Veturius in eum qui ſe de ſtupro interpellauerat. 144

V Ante I L M & N
Viator tribunitius 220
Vibii uirtus 67
Vilicus 2
Virtus omnibus expoſita 74
Viriatus contra Ro. bella geſſit 232
Vita erumnoſa 48
Vltioni adhibendus modus 235
Vmbracula 43
Vnguentorũ multitudo in ſyllę funere 106
Vnio a cleopatra abſumptus 218

V Ante O T & V
Volonus cur dicti 135
Volſcienſiũ luxuria 221
Vtica ciuitas 66
Vulturni Fluuii natura 181
Vulcani claudicatio 207

X Ante E
Xenophontis conſtãtia in morte filii 141
Xenocrates philoſophus 166
Xenophili ſenectꝰ 225
Xerxis ſuperbia 231

Z Ante A E & O
Zaleuchus filio nõ pepercit 158
Zenocleates 73
Zeuſis pictor 82
Zophyrus perſa. 180

FINIS.

1 PRISCORVM exemplaria, tam uirtutum, q̄ uiriorum, poſteris, propoſitu-
rus, ut & quod potiſſimum imitatenrur, & quod ſummopere uitarent, haberenr.
A religione, qua nihil inhumanis eſt ſanctius: non abſurde Val. Max. exordi-
2 tur. Omnibus namq; gentibus ingenita eſt teligionis cura. Cuius ſeruandæ
adeo ſtudioſos fuiſſe Ro. conſtat. Vr Varronem apud Cannas cum Carthaginienſibus in-
feliciter dimicaſſe credirum ſir, ob Iunonis iram, cum eius religionem aliquanro negligen-
tius ſeruauiſſenr. Operæprecium etiam eſt animaduertere, Romanis deorum cultus quan-
tæ curæ fuerir. Numa namq; ille Pompilius, ſecundus a Romulo, pietate inſignis, cum ſa-
cra inſtituiſſet, ſacerdotes creaſſet, ueſtaleſq; uirgines ſacraſſet, & Pontificem Max. primus
3 declaraſſet, ut Pop. Rom. deorum cultui religioniq; obligaret. Simulauit cum dea ægе-
ria nocturnos ſibi fuiſſe congreſſus, eiuſq; moniru accepta diis, immortalibus ſacra inſti-
tuiſſe. Hactenus tribus capitibus in uniuerſum, ac generarim de ſeruata, neglecta, & ſimula
ta religione locutus, ad Auſpicia, Omina, Prodigia, & ſomnia, perinde ac ad quaſdam te-
ligionis ttanſgreditur partеis. Quæ omnia, cum diuinationem habeant, non eſſe ſine reli-
gione priſci exiſtimarunr. Eſt ſane diuinatio uis quædam cognoſcens, & uidens, & expli-
4 cans ſigna, quæ a diis hominibus portenduntur. Eſt itaq; quartum caput de auſpiciis.
Sunt aurem auſpicia diuinationes ab auium uolatu factæ, quemadmodum auguria a uoce.
5 Porro auſpiciorum inuentor fuit Tireſias thebanorum rex. Quintum de Ominibus,
Quorum obſeruatio teligioni annexa eſt. Quandoquidem non fortuito, ſed diuinitus con
ſtare credebantur. Eſt autem omen futurorum prænunciatio, ut Leporum, & Serpen-
tum occurſus. Aut ſic. Omen eſt futuræ rei pronunciatio ori hominis incidens, diuino ta-
men furore. Er tam dicto, q̄ facto conſtat. Dicto quidem ſic L. Paulus bellum cum Re-
ge Perſa geſturus, e curia domum regreſſus cum Tertiam filiolam triſtem oſculatus fuiſſet,
interrogaſſetq;. Quid ita eo eſſet uultu, Reſpondiſſetq; illa, Perſam periiſſe. Erat plane
Perſa catellus in delitiis a puella habitus. Arripuit igitur omen Paulus, & ex ram fortuito
dicto certiſ. uictoriæ ſpem animo concepit. facto autem hoc modo. C. Marius Minturn's
ab aſello, ad aquam, neglecto cibo, procurrente omen accepit. Nam conſenſa nauicula in
6 Africam traiecit, ſicq; uictricia Syllæ arma effugit. Sextum prodigia, cum affinitate
quadam ominibus coniuncta ſint, comprehendit. Prodigia quoq; futura portendunt uel
7 bona, uel mala. ut flamma Seruii Tulli futuram illi portendebat gloriam. Septimum
ſomniorum narrationem habet. Nam & hæc futurum quidpiam ſignificant. Eſt enim com
8 plurium quies imaginibus quibuſdam adumbrara. Octauum miracula complectitur.
Quæ interdiu, & uigilanribus acciderunt, multo maioribus, q̄ ſomnia, tenebris in-
uoluta. Sunt profecto miracula, quæcunq; præter naturæ uſum euenire ſolent.
Quæ, quia unde manauerint, aut qua rationem conſtiterint, digno-
ſcere arduum eſt, merito miracula appellantur. An non præter
naturam eueniſſe uidetur, q; fortunæ ſimulachrum non
ſemel, ſed bis locutum ſit?

OLIVERIVS.

VRBIS Romæ, exterarumq́ gentium facta ſimul, ac dicta memoratu digna, q̃ apud alios latius diffuſa ſunt. In hac præfatione Valerius ſeruat quod propriũ eſt exordii, ut attentionẽ captet, & docilitatem. Proponit enim qbus de rebus dicturus ſit, & ſe rem utilẽ ſcripturũ pollicetur, idq́ q̃ breuiſſime facturũ. Beneuolentiã quoq́ cõparat a perſona ſui, cũ officiũ ſuum ſine arrogãtia laudet: extenuat quoq́ meritũ ſuũ, cũ dicat: ſe non tãtum ingenio, & induſtria ualere, ut omnia complecti poſſit, neq́ cõfidat, ea etiã, de qbus tractaturus ſit: ſe uel ornatius, uel copioſius, quam cæteros eſſe ſcripturũ. in reliqua uero parte nihil aliud agit: niſi ut plane aduletur Tiberio, nam inuocat eius numen: quod propriũ eſt poetarum: idq́ ſine adulationis ſuſpicione fieri nõ põt. Vrbis Romæ. eo ordine hiſtoriã exequitur: quo nũc proponit: nã ubi prima domeſtica ponit exempla: deinde externa ſubiungit. Exterarũq́ gentium. Quia omnia ferme oĩum rerũ exempla: ex multis: & pene innumerabilibus tã græcorũ, q̃ latinorũ uoluminibus: in unũ congeſta propoſuit. Exterarũ dicitur & externarum. nam & exter inuenitur. Statius: exter honos dixit. Virgil. lib. iiii. Et nos fas extera quærere regna: at lib. vi. Externiq́ iterũ thalami. Heſternus uero aſpiratũ cũ ſ, aliud eſt. nã ab heri deducitur. Facta ſimul, ac dicta: ut quiſq́ recte fecerit, aut dixerit: oculis noſtris ſubiiciat. Quæ apud alios: utilitatem oſtendit operis ſui dicit. n. apd̃ alios eiuſmodi prolixe tractata eſſe, & ob eam rem non facile comprehẽdi poſſe. Latius diffuſa ſunt. latius diſperſa ſunt: ut non breuiter cognoſci poſſint, & breuiter. Bene hic breuiter, q̃a apud alios latius: ſiquidem ita percipi oportet: quemadmodũ apud eos ſcripta inueniuntur. Illuſtribus authoribus. Ab authoritate etiam comparat fidem ſcriptis ſuis. Documenta. Hic nititur beneuolos reddere auditores: qui profitetur ſe illis minuere laborem. Documenta. exempla, & monumenta uirtutis, uel uitii: uirtutis ad ſuadendum: uitii ad deterrendũ: ut alterum imitemur, alterum fugiamus. Labor abſit. Nam alioquin neceſſe foret, ut apud multos eiuſmodi exempla inuenirentur: quod ſine maximo labore confici nõ poſſet. Nec mihi cuncta complecten. quia non ſatis eſt ad beneuolentiam contrahendam officium ſuum laudare: niſi id quoq́ extenuaueris: ideo hoc facit, & attentionem parat, cum breuiter id ſe facturum polliceatur. Nam cum dicit ſe nolle cuncta complecti, ſignificat ſe hiſtoriam breuiori libro uelle comprehendere. Quis enim omnis æui. Nõ enim, inquit, ego mihi: uiribusq́ meis ita confido: ut audeam omnia polliceri. immo uero de multis pauca perſcribã: neq́. n. ita ingenio meo fretus ſum: ut ornatius, quã cæteri ſcriptores ſcribere audeam. Voluminum numero. utpote nouẽ libris. hoc inter uolumen, & librum intereſt. q uolumen ſignificat partem operis, non autem totum librũ: liber uero & pro toto codice, & pro uolumine accipit. Idq́ Plin. oratoris teſtimonio comprobat: qui dixit. libri tres in ſex uolumina propter amplitudinem diuiſi. Aut quis cõpos mentis. bene dixit: niſi ſtultus fuerit. nã qui ſupra uires aliquid audet: hic prope inſaniã acceſſiſſe uidet. Vnde Flaccus: Sumite materiam ueſtris: qui ſcribitis, æquã Viribus: & uerſate diu: quid ferre recuſent. Quid ualeant humeri. Quis ergo, inquit, niſi male ſanus audeat cęteros ſcriptores eloquẽtia, & induſtria ſuperare? Seriem. ordinem a ſerendo, hoc eſt ordinando dictam. Felici. fœcundo, & copioſo. Superiori. maiori, & elegantiori. Conditam. cõpoſitam. Quis ſperauerit. q. d. nemo. Te igitur. penes quem. Iam adulari incipit ſic & Virgil. Tuq́ adeo, quem mox, quæ ſint habitura deorum. Concilia incertum eſt, &c. Nec mirum eſt, q tam, plane aduletur: non enim mos eſt ſcriptoribus inuocare. Hoc autem loco inuocat imperatorem quaſi deũ: quod ſine adulatione facere nõ poteſt, quod mos non ſit. Liui. Cum bonis potius hominibus: uotiſq́, ac precationibus deorũ: dearũq́, ſi, ut poetis, nobis quoq́ mos eſſet libentius inciperemus, ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent. Conſenſus hominum. Quia dii, & homines ita conſenſerunt, ut totius orbis terrarum: marisq́ imperium obtineres. Certiſſima ſalus patriæ: quia ſalus patriæ in te uno poſita eſt: nam imperatores per adulationem parentes patriæ dicebantur: quod Ciceroni non per adulationem datum fuit poſt extinctam nefariam Catilinæ coniurationẽ in conſulatu ſuo. Iuue. Roma patrem patrię Ciceronem libera dixit. Virtutes fouentur, & uitia uindicantur. Id fortaſſe dicit quod facere deberet, ut uirtutes foueret: & uitia uindicaret. cum enim dicimus hominem aliquid magnum facere: ſi facit confirmamus: ſi non

Exter / Externus / Heſternus. — Documentum — Liber / Volumẽ — Series

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

Hoc in exordio in unum librum Valerius pollicetur ſe collecturum factaq́, ac dicta memoranda. Quæ apud alios authores, alioqui illuſtres, late, & diffuſe diſperſa ſunt adeo, ut non niſi permagno inueniri labore poſſint, Atq́ ſe facturum id, non quo aut elegantia, aut diligentia illuſtreis illos authores ſuperare poſſe confidat, aut ut omnia complectatur, ſed ut quærenti dictum aliquod, aut præclarum factum, immenſus quærendi labor abſit. Tiberii Cæſaris diuinum inuocat numen, ut cœptis faueat ſuis. Ad ultimum, quoniam a deorum cultu ſe auſpicaturum proponit, de eius origine primum breui diſſerendum cenſet.

VAL. MAXIMI FACTORVM, AC DICTORVM MEMORABILIVM LIBER PRIMVS, AD TIBERIVM CAESAREM.

PROLOGVS.

VRBIS ROMAE, Exterarumq́ gentium facta ſimul, ac dicta memoratu digna, q̃ apud alios latius diffuſa ſunt, q̃ vt breuiter cognoſci poſſint, ab illuſtribus electa authoribus deligere cõſtitui: vt documẽta ſumere volentibus longæ inquiſitionis labor abſit. Nec mihi cuncta complectendi cupido inceſſit. Quis enim omnis æui geſta, modico voluminum numero comprehenderit? Aut quis compos mentis domeſticæ, peregrinęq́ hiſtoriæ ſeriem, felici ſuperiorum ſtylo conditam, vel attentiore cura, vel præſtantiore facundia, traditurum ſe ſperauerit? Te igitur huic cœpto, penes quem hominum, Deorumq́ conſenſus, maris, ac terræ regimen eſſe voluit, certiſſima ſalus patriæ Cæſar inuoco: cuius cæleſti prouidentia virtutes, de quibus dicturus ſum, benigniſſime fouentur: vitia ſeueriſſime vindicantur. Nam ſi priſci Oratores ab Ioue Opt. Max. bene orſi ſunt, & ſi excellentiſſimi vates a numine aliquo principia traxerunt, mea paruitas eo iuſtius ad fauorẽ tuum decurrerit, quo cætera diuinitas opinione colligitur, tua præſenti fide, paterno, auitoq́ ſyderi par videtur: quorum eximio fulgore multum cæremoniis noſtris inclytæ claritatis acceſſit. Reliquos enim deos accepimus, Cæſares dedimus. Et quoniam initium a cultu deorum petere in animo eſt: de conditione ejus ſummatim diſſeram.

facit hortamur, ut faciat. Fouentur. Suſtentantur. Nam ſi priſci oratores. oſtendit ſe rectius inuocaſſe Cæſaris numen, quam cæterorum deorum: quos ab oratoribus, & poetis inuocari conſuetum eſt. dicit enim, ſi antiqui oratores, & poetæ ab aliquo numine incepere: hi ab Ioue, iſti ab alio numine: ego, quo minor ſum cæteris, hoc iuſtius ad te confugio: quem uidemus diuinos honores meruiſſe: ꝙ autem priſci oratores inuocauerint numina antequam orationes inchoarent: oſtendit Virgil. in. ix. Æneid. præfatus diuos ſolio rex inſit ab alto. Nam & Ser. in enarratione huius carminis ſic inquit. More antiquo. nam maiores nullam orationem niſi inuocatis numinibus inchoabant: ſicut ſunt omnes orationes Catonis, & Gracchi: nam generale caput in omnibus legimus. Vnde Cicero per irriſionem ait: Siquid ex uetere aliqua oratione Iouem ego optimum maximum &c. Ab Ioue Opt. Max. Cice. in oratione contra Clodium. Quo circa te Capitoline, quem propter beneficia populus Romanus optimum: propter uim maximum appellauit. Item libro. iii. de finibus bonorum & malorum: Cum dicimus Iouem optimum maximum, eundemq; ſalutarem, hoſpitalem, ſtatorem: intelligi uolumus ſalutem omnium in ſua eſſe tutela. Numine. quia ita incipere ſolebant oratores antiqui. Orſi. ſcilicet exordia ſumpſere. Numine. ut ab Apolline, a Libero, a Cerere. Vnde Virgil. Vos o clariſſima mundi Lumina labentem cælo, quæ ducitis annum: Liber, & alma Ceres. Cætera diuinitas: cæteri inquit dii tantum opinione colliguntur, id eſt tantummodo homines opinantur: cæteros eſſe deos ꝙ eos nunquam uiderint. Cæſares autem uident, ergo cæterorum quidem fides eſt, ſed incerta. Cæſarum autem præſens, & certa, quia dii Cæſares oculis ipſis conſpiciuntur: ergo quando de Cæſaribus fides eſt certior, atq; præſentior quam de cæteris diis, tanto iuſtius ego tuum numen inuocaui, quam cæterorum deorum ab oratoribus, & poetis inuocantur. Paterno, auitoq; ſyderi Plin. lib. i. natura. hiſto. dicit. non multo poſt obitum C. Cæſaris in ludis, quos faciebat Auguſtus Veneri genitrici, apparuiſſe ſydus crinitum per ſeptem dies in regione cæli ſub ſeptentrionibus, quod oriebatur circa undecimam horam diei. Eo ſigno ſignificari uulgus credidit Cæſaris animam inter deorum immortalium numina receptam. Et hoc teſtatur ipſe Plin. ex uerbis Auguſti: q quidem interiori gaudio ſibi illud natum: ſeſeq; in eo naſci interpretatus eſt: hoc inquit ſalutare terris fuit. Vnde Virgil. Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum. In cuius tamen carminis expoſitione Seruius non Veneri genitrici, ſed patri Cæſari funebres tunc celebraſſe ludos Auguſtum dicit. Bene ergo dixit paterno, auitoq; ſyderi, id eſt Paterno Octauiani. Auito. Iulii Cæſaris. Cæremoniis noſtris. quia maxima lætitia celebrantur ſacra patris, & aui: quorum diuinitate auctæ ſunt cæremoniæ noſtræ. Reliquos enim deos accepimus. Nec immerito quidem factum eſt, ut uirtute Iulii Cæſaris Romani dicerentur deorum auctores. Accepimus ſcilicet ab aliis gentibus. Dedimus, ſcilicet nos. Et quoniam initium. Quandoquidem huc animus intendit, ut principium noſtrum ſumatur a religione: ab ea dicere incipiemus.

ASCENSIVS.

VRBIS Romę. More oratorio, quo ordine rem proſecuturus eſt, proponit. Deinde inueterato ſui temporis errore, inuocat non deum ipſum patrem luminum, unde omne datum, & omne donum perfectum eſt deſcendēs: ſed Tyberium Cæſarem, quem recepto iam tum conſenſu, in diuorum numerum aſciſcit: quem quidem errorem Laurentius Valla: ut acri uir eſt ingenio, acerbe ſatis deteſtatur. Poſtremo loco propoſita exequitur, ut ſuis locis declarabimus. In propoſitione reddit lectorem ex ordine rerum, quo prius, domeſtica, quam extera ſe ſcripturum dicit, docilem, ex difficultate ſuſcepti negocii attentum, & ex utilitate, & breuitate, beneuolū, ſimulq; breuitatem, ne uitio detur, purgat, ut cum ordine latius aperiemus. quem ab ultima primæ periodi parte auſpicabimur, quia fere in conſtruendo, & reſoluendo, contrarius eſt ordo, ut quæ hic ultima fuerint, ſint illic fere prima. Ordo igitur eſt. Conſtitui. id eſt maturo conſenſu, & præuia deliberatione ſtatui, deligere. id eſt de multis legere, & decerpere, facta ſimul, ac dicta urbis Romæ, & gentium exterarum, id eſt aliarum nationum extra ciuitatem Romanam, digna memoratu, id eſt quæ memorentur, hoc eſt recitentur, & ad memoriam reducantur. Notum eſt, Valla authore, omnes urbes oppida poſſe dici, præter Romā, quæ tantū urbs dicitur: uſqueadeo, ut ſi per ſe ponatur, urbs Roma intelligatur, quo circa poſſit ſuperflua uideri appoſitio nam ſatis eſſet urbis, exterarumq; gentium: uerum quia dignitas quædā ex nobilitate rerum geſtarum accreuit Romæ, noluit id nomen præmittere: unde autem Roma dicta ſit, an ab Romulo, an ab Roma, an ab ῥώμη in aliis authoribus, ubi plus ſermonis, quam morum elegantiā ueneramur, diſquirendum cēſeo. Bene autē præponit facta, utpote, in quibus plus eſt ponderis, & quæ plus ad imitandū inuitant, quam dicta. Et reuera, Romani prius præclare facere, ꝗ dicere cœperunt. quæ. ſ. facta, & dicta, ſunt diffuſa apud alios ſcilicet authores, ſeu ſcriptores, latius, id eſt extenſius, & diffuſius, quam ut elegans ſermo dici poſſet etiam, quam quæ in eadem elegantia, & ſententia poſſint cognoſci breuiter, ut modo cognoſci poterunt: conſtitui inquit ea deligere: electa, id eſt excerpta cum iudicio ab authoribus illuſtribus. i. claris: nihil ergo triuiale, aut protritum adducetur: ideo autem conſtitui, ut labor longæ inquiſitionis abſit uolentibus, id eſt iis qui uolent, aut uoluerint. Credo autem uolentibus datiuum eſſe cōmunem, nam ablatiuum termini a quo regit, ut abſum domo &c. ſumere, id eſt capere per ſe documenta, id eſt exempla, & monumenta, quibus moneantur, quid in faciendo aut dicēdo, & imitari, & deuitare debeant, qui maximus eſt legendæ hiſtoriæ fructus: unde Liuius in præfatione. Hoc illud eſt præcipue in cognitione rerum ſalubre, ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri: unde tibi, tuæq; reipub. quod imitere capias, unde fœdum inceptu, fœdūq; exitu, quod uites &c. Nec (ne forte prolixitate deterrearis) cupido. id eſt cupiditas complectendi cuncta ſcilicet facta & dicta memoratu digna: inceſſit, id eſt irrepſit mihi. dicitur etiam inceſſo te, quaſi laceſſo. Quis enim comprehēderit modico numero uoluminum geſta omnis æui: quaſi dicat nemo: in ea tamen re ingentem laudem meruit Antonius Sabellicus. Aut quis (ſi uidelicet magno uoluminum numero omnia complecti tentauerit) compos mentis. i. non inſanus, ſperauerit ſe traditurum, uel attentiore cura, uel præſtantiori facundia ſeriem. i. rapſodiam, & coordinationem hiſtoriæ domeſticæ. i. ciuitatis tuæ, & peregrinæ, id eſt externæ: conditam felici. i. fœcundo, & bene fortunato ſtylo ſuperiorum. i. priorum ſcriptorū quaſi dicat etiam nullus. Et eſt argumentatio ſic concludens. Qui quæ ab aliis ſcripta ſunt, reponunt, difficillime poterunt omnia complecti: nam paucis uoluminibus non poterunt omnia dicere, & prolixis, aut eadem ſimiliter dicent, & erunt ſuperuacanei, ac ridiculi, aut cura attentiore. ſ. ad ueritatem rei ſeruandum, aut facundia præſtātiore, quod polliceri uidetur arrogantis animi, aut ſibi non ſatis conſtantis. Alterutrum tamen polliceri habent, qui alios imitari uolunt. Quia, ut inquit in dicta præfatione Liuius, dū noui ſemper ſcriptores. aut in rebus certius allaturos aliquid ſe, aut ſcribendi arte rudē uetuſtatem ſperaturos credunt. Te igitur huic cœpto &c. poſtquam propoſuit, inuocat, ut dixi, Tiberiū Cæſarem tempori magis inſeruiēs, quam ueritati. Quo uitio, aut adulationis, aut meticuloſitatis laborauerunt, & Luc. qui Neronem inuocat, & Martialis, qui Domitianum teterrima hominū monſtra. Sed ſtylum contraham, ideo breuis futurus, ꝙ ab Oliuerio bene dicta, neq; inculcare, neq; delere uolui. Ordo igitur eſt. Igitur quia hoc facere conſtitui. O Cæſar Tiberi, uidelicet appoſitorie, certiſſima ſalus patriæ. ſ. noſtræ (unde pater patriæ dici meretur) ego inuoco. i. in fauorem, & auxilium uoco te, penes quem, id eſt in cuius poteſtate, conſenſus hominum, & deorum (forte propter auſpicia fauſta deorum addit) uoluit regimen. i. imperium maris, ac terræ eſſe, cuius cæleſti prouidentia uirtutes, de quibus ſum dicturus, fouentur benigniſſime, & uitia uindicantur ſeueriſſime. probat deinde, ꝙ eum rite inuocet. Nam ſi priſci oratores, ut Cato, Gracchi, & cæteri (de quibus Oliuerius exacte) orſi ſunt, id eſt exordia fecerunt incipientes bene, id eſt decenter, aut potius ab Ioue optimo maximo, epitheta ſummo deo congrua, qui cum optimus dicitur, intelligitur ſumme bonus, & ſumme ſciens: nam bonos etiā ſcientes dicimus, cū maximus potentiſſimus. Si excellētiſſimi uates. i. poetæ, ut Orpheus, Homerus, Virgilius, traxerūt principia. ſ. canendi. A numine. i. deo aliquo, mea paruitas. i. modicitas decurrerit eo iuſtius ad tuū fauorem, quo legendum eſt, ꝙ id eſt quia. Cætera diuinitas,

tas, id eſt cæterorum, qui cum homines eſſent, pro diis recepti ſunt, colligitur opinione, ſcilicet hominum .i. perſuaſione, tua ſup. diuinitas, uidetur fide .i. fideli approbatione, præſenti .i. coram oculis noſtris uerſanti, par. id eſt, æqualis, ſyderi paterno .ſ. Octauii patris tui adoptiui: & auito, id eſt Iulii Cæſaris Octauii Auguſti patris adoptiui, quorū .ſ. duorum imperatorū, Iulii, & Octauii fulgore, quia ſyderi di ſi eximio acceſſit, id eſt addi tum eſt multum inclytæ claritatis noſtris cæremoniis, id eſt ſacrificiis, nā per ſydus, quod in eorū ludis apparuit, ratifica ta fuit eorū diuinitas, & approbatæ Romanæ cæremoniæ. Probat alia uia, qd̄ dixit. Nos enim accipimus, ſcilicet ab aliis nationibus, præſertim a Troianis, reliquos deos, quia apud alios natos: & nos dedimus ſupple aliis Cæſa. ſupple. deos, quos alii quoq; colerēt. Et quonia in animo eſt, id eſt cōſtitui petere initiū, ſcilicet diſcēdi, a cultu deorum: diſſeram, id eſt diſſerte, hoc eſt expreſſe diſputabo, de conditione, id eſt origine, qua conditū eſt eius ſcilicet cultus deorum.

DE CVLTV DEORVM. CAP. I.

Maiores ſtatas, ſolenneſq; cæremonias, pontificum ſcientia, bene gerendarum rerum autoritate, Augurum obſeruatione, Apollinis prædictione, uatum libris, Portentorum depulſis, Hetruſca diſciplina explicari uoluerunt. Priſco etiam inſtituto rebus diuinis opera datur: cum aliquid commendandum eſt precatione: cum expoſcendum, voto: cū ſoluendum, gratulatione: cum inquirendum, vel extis, vel ſortibus impetrito: cum ſolenni ritu peragendum, ſacrificio: quo etiam oſtentorum, ac fulgurum denuntiationes procurantur.

OLIVERIVS.

Maiores ſtatas. Aggreditur nūc, quod pollicitus eſt, ut exēpla proponat memoratu digna, & primo quidem de religione quibus facile percipi poteſt, eam præ cæteris curæ fuiſſe maioribus, ut nihil, ne minimum quidem prætermitterēt, quod ad religionem pertinere uideretur. Primo igitur dicit de inſtitutis maiorum, quæ ad religionem ſpectabāt, q̄ illi omnibus in rebus diligentiſſime ſeruabant. Eſt autem religio uirtus, quæ ſuperiori cuidam naturæ, id eſt deo cultū cæremoniamq; affert, dicta a relegendo: teſte Cice. lib. de natu. deo. qui ſuperſtitioſos a religioſis ita diſtinguit. Qui totos, inquit, dies precabantur, & immolabant: ut ſui ſibi liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati, quod nomē primo latius patuit. Q ui autē omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanq̄ relegerent, dicti ſunt religioſi ex relegendo. Maiores. Antiqui, & ueteres illi, quorum mores fuere meliores: nā ipſi deorum cultum pre ceteris rebus procurarunt. Maiores, & minores quoties de priſcis & poſteris dicimus, numero tantum pluralis declinatur. Statas cæremonias. ſtatę cæremoniæ, ut uult Feſtus Pompeius, dicebantur ſacrificia, quæ certis quibuſdam diebus, & ſtatutis celebrabantur. Vnde Cato: Sacra ſtata, & ſolennia ſancta deſeruiſtu: alii ſtatas pro ſtatutas dicūt: quidam etiam Iouis ſtatoris ſacra. Sed feſti melior eſt ſententia, & expoſitio. Solennes, anniuerſaria ſacrificia, quæ ſingulis quibuſq; annis fiebant: nam ſolennis a ſolo & anno componitur. Cæremonias. cæremoniæ apud latinos generaliter dicuntur omnes ritus ſacrificiorum, a Cerete oppido, ut ipſe paulopoſt dicturus eſt, uel a charitate, ut aliis placet. Pontificum ſcientia, iure canonico, ut nos nunc dicimus, ſiue pontificio: nam pontifices docebant quibus templis, quibus diis, quo tempore, quo ritu, qui buſq; in hoſtiis ſacrificia fieri debeat. Gerendarum rerum. Quia ſacrificia quæ pro rebus gerendis ſuſcipiebant, eorum rerum autoritate confirmata ſolennia habebantur, niſi imperator rem cum hoſte commiſſurus, taurum Marti immolaſſet: & poſtea uictoriam conſecutus eſſet: id ſacrificium ex re bene geſta comprobatum ſolenne habebatur: nam ex eo quod rem bene geſſiſſent, intelligebant, ea ſacrificia diis accepta fuiſſe, & ita confirmata authoritate, ſolennia haberi incipiebant. Augurum obſeruatione: ut quæ captis auſpiciis augeres diis grata, & probata fuiſſe dixiſſent, ea ſolennia haberent. Apollinis prædictione uatum, ut quæ ſacrificia Phœbades oraculo Apollinis fieri debere dixiſſent, ac diis placere, haberentur ſolennia: ſicut ſæpe conſultus Apollo, quomodo ſacrificia fieri deberent, uel ad iram deorum placandam, uel ad uictoriam conſequēdam, uel ſiquid aliud opus eſſent, reſpondebat Phœbades, uel tauro, uel agno, uel hoc ritu, uel illo, uel Ioui, uel Marti, uel his, uel illis ſacrificium eſſe faciendum. Vatum. Phœbadum: nā Phœbades Apollinis uates dicuntur: erant autem uirgines ſic a Phœbo denominatę, quæ templum Apol. ingreſſę, cum ad ipſius adita, hoc eſt penetralia ueniſſent, Apollineo ſpiritu afflatæ, futura prædicebant. Libris portentoſorum depulſis. id eſt, ſuperſtitioſorum hominum reiectis libris: nam ut Liuius tradit, ſacrificuli quidam externi uenerunt Romā, qui ſuperſtitione potius q̄ religione animos hominū aſtringerent. Aut libris portentorum depulſis, quia Romani nunq̄ magicam artem admittere uoluerūt quod Virg. per Didonē teſtari uidetur, cū eam ita loquētem inducit: Teſtor cara deos, & te germana, tui q; Dulce caput, magicas inuitā accingier artes. ubi Seruius. Cum multa inquit, ſacra Romani ſuſciperēt, magica ſemper dānarūt. Cice. quoq; & Pli. magicos, & mathematicos ipugnāt. Auguſti. quoq; in ciuitate dei tradit aduerſus magicas artes legem. xii. tabularū eſſe. Libris ergo portentorum .i. magorū, qui portentis quibuſdam denunciatis in terrorē homines conuertunt: Ita ut eos ſui compotes eſſe nō ſinant. Hetruſca diſciplina. ſecundum morem Hetruſcorum, quem a Thage in agro Tarquinienſi didicerūt: nam inde ſacra, & cæremonias oēs Romani ſumpſerunt. Conſtat .n. Hetruſcos omnis diuini cultus ſtudioſiſſimos fuiſſe: hęc aūt omnia Cic. in oratione contra P. Clodium pleniſſime oſtendit, qui illorum inquit, prudentiam non dicam aſſequi: ſed quanta fuerit perſpicere poſſunt, qui ſtatas, ſolenneſq; cęremonias, pontificum rerum bene gerendarum authoritates, auguria fatorum, ueteres prædictiones Apollinis, uatū libros, portentorum explanationes Hetruſcorum diſciplina contineri putarunt: quæ tanta eſt, ut noſtri memoria primum, Italici belli funeſta principia, poſt Syllani, Cinaniq; temporis extremum pene diſcrimen: tum hæc recentem urbis inflāmandę, delendiq; imperii coniurationem non obſcure paulo ante prędixerit. Explicari. euolui, exponi, diffiniri. Priſco etiam inſti. non ſolū inquit, in obſeruando cultu deorum Hetruſcam diſciplinam ſecuti ſunt Romani: ſed etiā alii ritus quidam ſacrificandi a ueteribus inſtituti ſeruantur: ergo priſco inſtituto: quia non ſolum ſacrificatur ſecundum Hetruſcam diſciplinam, ſed etiam ſecundum inſtitutionem maiorum ſicut illa maiores inſtituerūt: ita quę ſequuntur maiorum inſtitutis ſunt precepta. Rebus diuinis opera datur .i. ſacrificia diis exibentur nam diuinis rebus operam dare nihil aliud eſt niſi ſacrificare. Cum aliquid commendandum. ut cum aliquod bellum ſuſciperent, & diis exercitum Po. Ro. commendarent, diis ſacrificabant: deinde cum iam bello ſuſcepto prælium inituri eſſent: numinibus aliquid uouebant, uel templum, uel aram, uel munus aliquod: ſi Po. Ro. uictoriam conceſſiſſent poſtremo uictoria potiti quam a diis petierant, in actione gratiarum uota perſoluebant: & hos ritus oſtendit inſtituiſſe maiores. Commendandum. Ordinem ſecutus rectiſſimum cum dicat: commendandum precatione, expoſcendum uoto, ſoluēdum gratulatione: primo enim anteq̄ bella ſuſciperentur commendabantur exercitus: deinde cum prælium commiſſum fuerat uotis expoſcebatur uictoria: poſtremo uictis hoſtibus quod uotum fuerat cum gratiarum actione perſoluebantur. Ergo commendandum ſuſceptis bellis: expoſcendum commiſſis præliis: ſoluendum debellatis hoſtibus, & deuictis bellorum caſibus. Gratulatione. Q uia diis gratias agebant pro re bene geſta: nam gratulari cum ad deos refertur, gratias agere: alias uero cum aliopariter de re aliqua lętari ſignificat. Cum inquirendum, uel extis, uel ſortibus. Sunt inquit, & alii ritus ſacrificandi a maioribus inſtituti: ut cum irati ſunt dii, & ſacrificiis irā eorum placare uolumus: primo inquirendum eſt cur iratı ſint: & poſtquam explorata fuerit ira deorum, pro qualitate piaculi adhibendum eſt ſacrificium: explorabatur autem ira deorum uel per exta, uel per ſortes: per exta hoc modo: ſi

Religio.

Pompe.

Cato.

Phœbades.

Magica ars a Romanis neglecta.

Gratulari.

DE CERERE PLACANDA. I

Tantum autem ſtudium antiquis non ſolum obſeruandæ,ſed etiam amplificandæ religionis fuit,vt florentiſſima tum, & opulentiſſima ciuitate, decem principum filii S.C.ſingulis Hetruriæ populis, per cipiendæ ſacrorum diſciplinæ gratia traderētur.Cereriq;, quam more græco venerari inſtituerant, ſacerdotem a Velia, cum id oppidum nondum ciuitatis nomen accepiſſet,Chalcitanam peterent: vel,vt alii dicunt Caliphenam:ne deæ vetuſtis ritibus perita deeſſet Antiſtes. Cuius cū in vrbe pulcherrimū templum haberent, Gracchano interitu pollutum moniti Sibyllinis libris, vt vetuſtiſſimam Cererem placarent, Ennam (quoniam ſacra eius inde orta credebant) quindecim viros ad eam propitiandam miſerunt. Item matri Deum ſæpenumero imperatores noſtri,compotes victoriarum, ſuſcepta vota Peſſinuntem profecti,ſoluerunt.

Duplex diuinādi genus

triſtia fuiſſent,uel pallida,uel aliqua parte mutilata,ſignificabāt deos iratos eſſe:ſi uero lęta,uigentia,& integra,dii ſignificabātur eſſe placati. Vel ſortibus. Duplex fuit apd' priſcos pręcipuū diuinandi genus per ſortes: unas quidem ſortes Virgilianas appellabant cum aperto Virg.codice,deſtinati,qui occuriſſent uerſus excipiebant: de quo genere Helius Spartianus in Adriani uita, quo quidem tēpore cum ſollicitus de imperatoris erga ſe iudicio Virgilianas conſuleret ſortes,i hos incidit uerſus. Quis procul ille autē ramis inſignis oliuę, Sacra ferens noſco crines, incanaq; menta, Romani regis, primā qui legibus urbē Fundauit, curribus paruis,& paupere terra. Alterū fuit ſortium genus uetuſtiſſimū a ſacerdotibus confictū, reſponſisq; oraculum non diſſimile,quod inſcripta foliis arborū, tabellisq; diuerſorū euētum,eulogia ad deorum puluinaria erant ita diſpoſita, ut q̲ petitioni cōducere uideretur, artificio quodam inſpem, uel in merū ſuſcitantē inducerent: hinc illud Liuii lib.xxii.ſortes attenuatas, unamq; excidiſſe ita ſcriptā: Mauros telum ſuū concurrit. Quō fierent procurationes idē Liui. docet. Impartito. adhibito ſolenni ritu. primo inquirendum eſt, poſt inquiſitionem pro qualitate piaculi adhibendum eſt ſacrificium: ergo ubi cauſam cognouiſſent, iræ deorum in extis uel ſortibus ſtatim expiabantur ritu ſacrorum. Quo .ſ. ſacrificio non eodem dicit ſacrificio purgari denūciationes fulgurum: & oſtētorum.quo purgabant ea quæ ſortibus: uel extis inquiſita ſunt: ſed alio ſacrificio uidelicet ſacrificio oſtētorum. ut uerbi gratia, ſi lapidibus pluiſſet: nouendiali ſacrificio expurgabatur quia nouem diebus ſacrificiis operā dari oportebat. Liui.id multis in locis:ſed lib.v.ſecundi punici belli,per aliquot inquit, dies conſules diuinis rebus operam dederunt, & per oēs dies ſacrum nouēdiale fuit. Ac ful.ut ſi tecta publica de cœlo tacta fuiſſent, maioribus hoſtiis expiari oportebat. Denunciationes.qa denūciabāt aliquid inſtare reip.procurantur,expiantur, purgantur.

ASCENSIVS.

Maiores ſtatas. Quemadmodum promiſit de religionis, & deorum cultus origine diſſerit,docens quorū authoritate diuerſa eius genera fulciantur, ut cum ordine explanabimus. Ordo aūt eſt, Maiores ſupp.noſtri.i.priſci Romani : uoluerunt ceremonias.i.operationes,aut res diuinas, aut ſacrificationes:ſtatas.i.certo die conſtitutas: & ſolennes .i. anniuerſaria ſacra,quæ ſolenniter ſemel quotannis fiebant:explicari ſcientia pōtificum.i.iure pontificio,quod nunc canonicum dicunt: & uoluerūt authoritatē bene gerēdarū rerū.i.auſpicia. Explicari.i.declarari & denūciari.i.obſeruatiōe.i.animaduerſione augurū: & uoluerūt p̄dictionē.i.uaticinia, & oracula Apollinis, explicari libris uatū,p̄cipue ſibyllinis:& uoluerūt depulſa.i.depulſiones, & amotiōes portētorū,q̄ mali quippiā portenderēt, explicari diſciplina Hetruſca:quia Hetruſci i ea ſuperſtitione peritiſſimi habebantur. Hęc autē quā in uno dūtaxat exēplo cognoui, uera mihi uidetur lectio, qua ſuos quę q; autores habet cęremoniae alii legūt omnia in ablatiuo pręter principium, ut ſit ordo: maiores noſtri uoluerunt cęremonias ſtatas & ſolennes explicari, ſcientia pōtificum,auctoritate rerum gerendarū, obſeruatione augurum,pręditione Apollinis, depulſis portentorum Hetruſca diſplina:quæ lectio certe nō placet: pręcipue i ſecundo articu.nam quę eſſet authoritas bene gerendarum rerum qua cæremoniæ explicentur. Sed pergamus,ſuum cuiq; iudicium relinquentes : id tamen (tacere .n. non poſſum) quod ſequitur lectionem noſtram,cui ſimile eſt approbat. Opera datur rebus diuinis.i.cęremoniis,& ſacrificiis etiam .q.d. non tantum dictis modis,ſed etiam aliis Priſco.id eſt, ex antiquo inſtituto.id eſt, more,ut pote precatione,cum aliquid, ut alicuius ſalus aut honor eſt commendandum.ſ.diis:uoto.i.re uota:cum aliquid eſt expoſcendum.i.quaſi iuſte a deo petendū gratulatione .i. quaſi gratiarum actione cum aliquid eſt exoluendum .ſ. deo pro ſuſcepto beneficio,& extis uel ſortibus,cum aliquid eſt inquirendum .Exta ſunt eminentiora inteſtina e quibus iudicabant. Sortes in Hetruria inuentæ dicuntur,demonum nimirum fraude,unde eas latere q̄ noſci præſtat. Sacrificio īpartito.i.diis, non uoto,ſed iam impenſo cū peragendū ſit ritu ſolenni, q̄ prius offerebant:& deinde operabantur:quo.ſ. ſacrificio licet nō eiuſdem rei, denūciationes oſtētorum:ac fulgurum. id eſt quę augures,aut aruſpices denūciauerunt procuranda procurantur.i. cura pręuia:ne qd' minuantur:eueniat: purgātur.

THEOPHILVS.

Maiores ſtatas. Non ab re priſci Grāmatici inter officii ſui partes : haud ultimam ſtatuerunt poſiturę rationem: Nicanorq; in eo genere tantū ſtudii collocauit: ut inde στιγματίας appellari meruerit. Emendatus.n.codex : niſi diſtinctus eſſet:qui poteſt? Ecce confuſio in hoc Valerii capite,textu orationis:aut nullus:aut certe inſulſus extabat ſenſus. Accepit hęc (ut ad rem ueniam) Vale. ex Cicerone:cuius in ea quā de Aruſpicum reſponſis inſcripſit oratione uerba ſunt hęc. Ego uero primum habeo auctores ac magiſtros religionum colendarū maiores noſtros:quorum mihi fuiſſe tanta ſapientia uidetur:ut ſatis ſuperq; prudentes ſint : qui illorum prudentiam non dicā aſſequi:ſed quāta fuerit,p̄ſpicere poſſunt. Qui ſtatas,ſolennesq; cęremonias pōtificatu:rerū bene gerēdarū auctoritates augurio fatorū. Veteris p̄dictiones Apollinis. Vatū libris:portentorū explanationes:Hetruſcorū diſciplina contineri putarūt. &c. Ex iis arbitror,ut apparet,aliter eſſe diſtinguēda cōmota, q̄ compitali ci magiſtri conſueuerūt hoc ordine, atq; ſenſu. Maiores noſtri ſtatas, & ſolennes cæremonias . pontificum ſcientia uoluerunt explicari:nam tota ſacrificandi ratio a collegio pontificum petebatur, ut diſcimus ex Cice. Liuioq;. Sed auctoritatem rerum bene gerendarum uoluerunt explicari obſeruatione augurum, quippe Romani publice niſi auſpicato, nihil inchoabant, ut auctor eſt ipſe Tullius. Prædictiones, & Appollinis oracula. Vatum.id eſt, Sibyllarum,uel Martiorum libris. Depulſa uero portenturum.id eſt,procurationes ad auertendas portentorum minas.Hetruſca diſciplina explicari uoluerunt. Priſco etiam inſtituto.i.ueteri ſacrorum conſuetudine,impartito ſacrificio: cū ſolēni ritu rebus diuinis opera datur,quomodo p̄catione aliquid eſt cōmendandū,quomodo eſt expoſcendum uoto, quomodo exoluendū gratulationē,quomodo inquirēdū,uel extis, uel ſortibus,repetendū ſemper eſt,priſco inſtituto rebus diuinis opera datur,per ſingula commota, ſicut illud, explicari uoluerunt in ſuperioribus. Hęc eſt elegans & uera Georgii Merulę expoſitio, quam Dominus eruditus admodum iuuenis eius auditor excepit,& mecum cōmunicauit.is affirmabat Merulam iuſſiſſe induci,uerbū peragendum,quia ſenſum deſtrueret. Aliqua Codrus Vrceus & Raphael Rhegius ad hanc rem prodiderunt, ſed utroq; prior, ut accepi, Merula iam promulgarat,& ſi pręuētus eſt editione,non propterea ſua laude fraudari debet.

OLIVERIVS.

ET TANTVM autem ſtudium . commendat antiquos,quod adhibuere ad religionem colendam cum, inquit, Hetruſci eo tempore cęteris gentibus religione pręſtarent : ſenatuſconſulto decem principum filii ſingulis ciuitatibus Hetruriæ tradebantur, ut plene diſciplinam ſacrificandi perciperent, cuius rei Cicero. meminit libro de diuinatione. dicit enim Bene apud maiores noſtros ſenatus tum, cum florebat imperium

Hetruſcā diſciplinam quāti facerēt Romani

perium decreuit, ut de principum filiis ſex electi. ſingulis He-
truriæ populis, in diſciplinam traderentur, ne ars tanta propter
tenuitatem hominum & religionis auctoritatem adduceretur
ad mercedem, & queſtum, in quo tantum a Vale. de numero
diſſentit. Tantum autem ſtudium. Tametſi hæc religio ſu-
perſtitio potius dicenda ſit, quippe dæmonum cultrix. & quæ
uerum deum non inuenerat, hæc tamen exempla non parum
nobis prodeſſe poſſunt: nam ſi dæmonum cultores adeo reli-
gionis obſeruantes fuiſſe uidentur, quid nobis faciendum eſt,
qui uerum deum uera religione colimus, & ueri cultus certa
pręmia expectamus? Florentiſſima tum. Reſpicit illud, quia di-
ci poſſet, hoc ideo faciebant Rom. ut placatis diis urbem ſuam
ex parua magnam, ex paupere ditem facerent: immo, inquit, ci-
Cereri ſacrificium uitas tũ erat florentiſſima. & opulẽtiſſima. Cereri quoq;. Hinc
quoq; diligentia, quam circa religionem habuere maiores
oſtendi poteſt, ꝙ cum uellent Cereri ſuo ritu ſacra celebrari, mi
ſerunt in Græciam, unde ſacrificia orta eſſe dicebantur: deinde
in Sicilia, quia inde Ceres pro dea coli cœpiſſet cum filiam ſuã
Proſerpinam a Plutone raptam inquireret: inde enim ſacra Ce-
reris principiũ habuiſſe credebant: ergo nequid omnino deeſ-
ſet, nullum locum prætermiſerunt, ubi dea aliquando culta di-
ceretur. Cereri quoq;. Ad ſpeciem ſenſim deſcendit, ergo Cere
ri ad honorem Cereris. More græco. Ne ſi mutato ritu ſacri
ficaretur, piaculũ committeretur. Sacerdotem. Tantum ſtu-
dium fuit, ut etiam ſacerdotem peterent, quæ docta, & perita an
tiſtes, ſacrificia deæ ſuo ritu, & more celebraret. Fiebant autem
Cereris ſacra a ſolis matronis, teſte Liu. lib. ii. ſecundi pun. belli.
Sacrum, inquit, anniuerſariũ Cæreris intermiſſum eſt: quia nec
lugentibus facere id fas eſt, nec ulla illa tempeſtate matrona lu-
Velia ctus expers fuerat. A uelia. Velia oppidum eſt Calabriæ, ſic a
paludibus, quibus circundatum eſt, appellatũ: nam ἕλος ſigni
ficat paludem: daſea uero, hoc eſt aſpiratio in digama conuer-
titur. i. in. v. conſonantem, ſicut multis in nominibus fieri ſolet,
ut henetus uenetus, heſpera ueſpera, & multis alii ſimiliter. Ve-
tuſtis ritibus, deeſſet antiſtes. Ne quid de ritu ſacrorum eius præ
termitteretur. Perita. Quæ ſacrorum eius peritiam haberet, ri
teq; ſacrificare & ſciret, & poſſet. Antiſtes. ſacerdos, ab ante-
ſtando: eſt autem cuſtos, & princeps templi. Cuius cũ in urbe
pulcherrimum templum. Nec ſatis habuere maiores accerſitam
a Velia ſacerdotem ſacrificandi peritam, quæ uetuſto ritu Cere-
ri ſacrificia faceret: quin etiam cum in urbe templũ ei conditum
eſſet ampliſſimum, & oſtentis ciuitas laboraret, moniti libris
Sibyllinis, ut Cererem uetuſtiſſimam placarent, Aetnam. xv. ho
mines miſerunt ad eam placandam, quoniam inde ſacrificia
eius principia, ut diximus, habuiſſe credebãtur: nã Aetna mons
eſt Siciliæ a poetis decantatus, & in cuius radicibus eſt eiuſdẽ
nominis oppidũ, teſte Strab. lib vi. in deſcriptione Siciliæ: dicit
enim, Cetoripis autẽ propinquum eſt, exile ſane oppidum uo-
catum Aetna, ex mõte conſenſuros accipit, atq; tranſmittit. hic
enim primus montis aſcenſus inchoat, illuc miſſi fuere legati.
Nam cũ Proſerpina Cereris filia cum Cyane nimpha & ſireni-
bus flores colligeret a Plutone rapta eſt, mater inſcia a quo ſibi
filia ſurrepta fuiſſet, errando cũ tempus ei diurnũ nõ ſufficeret,
noctu eam faſcibus accẽſis per triuia, & quadriuia ululãdo que
rebat: unde permãſit in eius ſacris, ut certis diebus a matronis
exerceatur ululatus ad imitationẽ eius. Moniti libris Sibylli-
nis, hoc etiam refert Lactan. de falſa religione: dicit. n. rep. tandẽ
perturbata ſeditionibus, & oſtẽtis cũ moniti eſſent carminibus
Sibyllinis, Cererem debere placari, legatos Aetnam miſerunt.
Itẽ matri deũ, & hoc eſt ſeruatę religionis exemplũ nõ medio
cre, ꝙ imperatores Ro. quæ matri deũ pro cõſequẽda uicto-
ria in bello uota feciſſent, cadẽ Peſſinuntẽ profecti, cum ſumma
deuotione ꝓſoluerent, ꝙ ibi numen eius coleretur in primis.
Item. Rurſus uel ſimiliter non ſolũ Cereri, ſed etiam matri deũ
eſt habitus honos. Compotes uictoriarum. cũ uictorias obti-
nuiſſent. Peſſinuntem. Oppidũ eſt Phrigiæ, ubi Cybeles ſimula
Cybeles templum chrũ colebatur, quod cum a Peſſinunte oraculo Apollinis Ro
mã tranſlatũ eſſet, apud Scipio. Naſicã conſenſu ſenatus colloca
tũ eſt, quia reſponſum fuerat ab oraculo, ut cũ Romam dea ue-
niſſet, tũ curarent, ut eam qui uir optimus eſſet, Romæ hoſpitio
acciperet, de cuius aduentu ſuo loco dicemus lib. viii. c. ultimo.

ASCENSIVS.

¶ TANTVM autem ſtudium. Vt uere, & pie monet Oliue.
ingens nobis propoſita eſt cura obſeruandæ piæ religionis, cũ
priſci Romani ſuperſtitionis ſacrilegæ, nedũ ſtultæ, & ab impiis
ſpiritibus in perniciem, ac ſeruitutem generis humani introdu-
ctæ, tam anxiæ obſeruantes fuerint. Quis itaq; uerbis explicet,
quantũ debeamus ſaluatori noſtro, qui nos non ſolum a pecca
ti iugo, ſed etiã a ſuperſtitione miſerrima liberauit? Nihil enim
miſerius ꝙ̃ quos mortales nouerimus, tanꝙ̃ deus uenerari, tan-
tumq; deorum numerum conſtituere, ut nulla fere uirtus, nul-
lumq; uitium ſit, quod non diuinitate donauerit ſtulta genti-
litas, unde honorem, uirtutem, uictoriam, pallorem, febrem,
fortunã ut numina adorabant & ſi quis dicat a prudentioribus
creditum unum fuiſſe numen. Nam ut Pli. aſſerit, fragilis, & la-
borioſa mortalitas in partes iſta & digeſſit plures, fragilitatis
ſuæ memor, ut portionibus quiſq; coleret, quo maxime indi-
geret, dicam perpaucos fuiſſe, aut nullos qui id ſyncere crederẽt:
nã ſi unius dei ueri cætera numina mẽbra quędam credidiſſent,
non cenſuiſſent inter ſe tam diuerſa, ut uno ſacello coli nõ poſ-
ſent. Nos enim ſic ſanctorũ cõmunionẽ credimus, ut quod uni
placere conſtet, omnibus placeat. Verum iuxta inſtitutũ noſtrum
ordinem proſequamur. Autẽ pro ſed tantũ ſtudium. i. tam ſtu-
dioſus conatus, non ſolum obſeruandæ religionis. ſ. ſemel inſti
tutæ, ſed etiã amplificandæ religionis fuit antiquis. i. priſcis Ro
manis, ut ciuitate ſup. exiſtente, tum florentiſſima, & opulentiſſi
ma, quæ res negligentiam religionis generare ſolent: In aduer-
ſitatibus enim, & timore deũ inuocamus: unde illud, primus in
orbe deos fecit timor: & illud Gre. Mala, quæ hic patimur, ad cũ
nos ire compellunt, iuxta quod pſal. Ad dominum cum tribu
larer clamaui &c. Et contra. impinguatus eſt dilectus meus &
recalcitrauit. decem (Cicero ſex dicit) filii principum. i. maiorũ
ciuitatis, cum pauperrimus quiſq; nunc religioni deſtinetur, niſi
honores cũ queſtu potentiores inuitent, traderentur ſenatuſcon
ſulto i. ex decreto ſenatus ſingulis populis Hetruriæ, ſunt qui
xii. populos Hetruriæ fuiſſe dicant, & ab illis. xii. lictorum nu-
merum ſumptum, unde centum uiginti fuerint filii mittendi,
aut ſecundũ Cic. lxxii. qui numerus diſcipulorum Chriſti fuit,
traderentur dicit gratia diſciplinæ ſacrorũ percipiendæ, in qua
Hetruſci habebantur peritiſſimi. Et (repete a ſuperiore: nam le-
ctio condependet) ut peterent Cereri. i. ad honorem Cereris
Chalcitanam, uel ut alii dicunt, Caliphenam ſacerdotem. i. quæ
eſſet ſacerdos Cereri, ꝙ̃. ſ. Cererem inſtituerant. i. inceperant, aut
propoſuerant uenerari more græco. i. ut græci, a quibus primũ
uenerata eſt, eam uenerabãtur, peterent, dico a Velia, cum hæc
ſcriberentur oppido Calabriæ, cum id oppidum nondum. i. nõ
adhuc accepiſſet, nomen ciuitatis: non omnia ergo oppida ciui
tates conſtituunt, ſed ea duntaxat, in quibus communibus le-
gibus, & iure conſtituto ſolenniter uiuitur, ꝙ̃ dignitatem nunc
Galli traxerunt ad ea oppida in quibus eſt epiſcopalis ſedes,
cum & aliæ ciuitates ſint. Pertinet autem ad ſtudium religio
nis, ꝙ opulentiſſima ciuitas non dedignata ſit ab oppidulo
nondum ciuitate ſacerdotem petere: notum autem eſt ſacer-
dotem communis eſſe generis, unde hic fœmininum eſt, ideo
autem petierunt. Ne Antiſtes. i. princeps ſacerdotum, perita. i.
exercita, uetuſtis ritibus, deeſſet deæ. ſ. Cereri. Cuius. ſ. deæ, cũ
haberent pulcherrimum templum in urbe, & pollutum ſup.
haberent, aut eſſet interitu Gracchano, quia alter Gracchorum
in eo interiit, antiqui ſup. aut maiores noſtri, moniti libris Sibyl
linis, a ſibylla Cumana ſcriptis, & ad Tarquinium allatis, in
quibus fata Romana continebantur, ut placarent Cererem uetu
ſtiſſimam, aut uetuſtiſſimo more, aut antiquiſſimam, ꝙ eam a
prima ciuitatum inſtitutione coluiſſent mortales. Nam non eſt
ciuitas ſine legibus, legum autem inuentrix Ceres: Vnde Maro,
legiferæ Cereri dixit, miſerunt Aetnam oppidulum Siciliæ,
non procul ab Aetna monte, de qua dicit Strab. lib. vi. Intra in-
ſulam eſt Aetna, modicis quidem poſſeſſa inquilinis, ſuper col-
lem iacens, in qua Cereris ædes eſt. Ea montanas amplecti-
tur planicies totas arabiles &c. xv. uiros ad eam propitiandam,
quoniam credebant ſacra eius. ſ. deæ Cereris orta inde. Item
matri deum. Oſtendit ſimilem diligentiam factam in ſeruanda
religione circa cultum matris deum, Cybeles nomine, cuius
cum antiquiſſima ueneratio Peſſinunti eſſet in Phrygia, miſe-
runt ſæpe illuc ad gratulandum poſt obtentam uictoriam. De-
clinatur autem Peſſinus Peſſinuntis, ut Hiericus Hiericuntis,
opus opuntis, amathus amathuntis.

DE METELLO PONTIFICE.

Metellus vero Pont. Max. Poſthumium conſulem, eundemq; Flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem, ne a ſacris diſcederet, multa indicta, vrbem egredi paſſus non eſt: religioniq; ſummum imperium ceſſit: quòd tuto ſe Poſthumius Martio certamini commiſſurus non videbatur, cæremoniis Martis deſertis.

DE TIBERIO GRACCHO.

Laudabile. xii. faſcium religioſum obſequium: laudabilior quatuor & viginti in conſimili re obedientia: a Tiberio enim Graccho ad collegium augurum literis ex prouincia miſſis: quibus ſignificabat ſe, cum libros ad ſacra populi pertinẽtes legeret animaduertiſſe vitio tabernaculum captum, comitiis conſularibus, quæ ipſe feciſſet, eaq; re ab auguribus ad ſenatum relata, iuſſu eius C. Figulus e Gallia, Scipio Naſica e Corſica Romam redierunt, & ſe conſulatu abdicauerunt.

DE P. CAELIO M. CORNELIO.

Conſimili ratione poſt P. Cælius, Marcus Cornelius, M. Cethegus, & C. Claudius propter exta parum curioſe admota aris deorum immortalium, variis temporibus, belliſq; diuerſis, Flaminio abire iuſſi ſunt, coactiq; etiam.

DE SVLPITIO.

At Sulpitio inter ſacrificãdum e capite apex prolapſus, eidem ſacerdotium abſtulit.

DE FABIO MAX.

Occentuſq; ſoricis auditus, Fabio Max. dictaturam, C. Flaminio magiſterium equitum deponendi cauſam præbuit.

THEOPHILVS.

FVELIA. non Calabriæ, ſed Lucaniæ ciuitas, de qua Strabo, Pliniuſq;, & Gellius ex Higynio. Gracchano interitu. Cic. de ſignis in Verrem in deſcriptione Siciliæ. Apud patres, inquit, noſtros atroci, ac difficili reip. tẽpore, quomodo Tib. Graccho occiſo, magnorum periculorũ metus ex oſtentis portẽderetur. P. M. L. Calphurnio Coſs. aditum eſt ad libros Sibyllinos, a quibus inuẽtum eſt, Cererem antiquiſſimam placari oporteret. hæc Ci. Locum Codrus explicauit. Ætnam. quidam ſcribendũ putãt Ennam cũ Liuio Silioq;, & aliis auctoribus, inde Ceres Ennea autor obſcęni carminis. Enneæ Cęrerem nurus frequentauit. Peſſinũtẽ. Corrige Peſinuntẽ, ſicut apud Liuium frequenter admonuit Ianus Herodiani teſtimonio, cũ Minutianus ubiq; Peſinuntem perperam ſcripſiſſet. Herodiani verba ſunt hæc. Cybeles, inquit ſimulachrũ decidiſſe ferunt in quendã Phrygiæ agrũ: cui nomen Peſinunti a caſu

Peſinus unde

eius ſimulachri factũ putant, ibi. n. a principio comparuiſſe. Licet apud alios comperiam. pugnam illic illũ Phryga, Tantalumq; lydum inter ſe conſeruiſſe, ſiue de uia ortam, ſiue potius ob raptum Ganymedis, quomodocunq; diu eqs uiribus decertatũ foret, ac ꝑmulti utrinq; cecidiſſent nomẽ ex ea clade loco eſſe impoſitum. hic etiã fama fert Ganymedẽ ipſũ, trahentibus in diuerſa, amatoris, ac germani manibus uita eſſe orbatũ, ſublatũq; e medio, ꝓ calamitatis ſolatio relata ad Iouẽ raptorem fabula, diuinis fuiſſe honoribus affectum.

OLIVERIVS.

METELLVS. uero Põt. Max. Sub cuius poteſtate cæteri omnes põtifices, & ſacerdotes poſiti erant. Vnde etiam maximus dictus eſt, quia reliqui omnes ipſo erãt iferiores.

Flamines

Eundẽq; flaminẽ .i. ſacerdotẽ, Flamines, ut Varro teſtatur, dicti ſunt, ꝙ caput uinctũ habẽt filo, & cognomẽ accipiũt ab eo deo cui ſacra faciunt, ſed partim ſunt apta, ut Mart. Vulcanalis, obſcuriora partim, ut dialis a Ioue, furialis a furia, cuius i faſtis ferę erãt furiales. Liu. uero ſcrib. Numã flaminẽ Ioui aſſiduũ ſacerdotẽ creauiſſe, inſigniq; eũ ueſte, & curruli regia ſella adornaſſe huic duos flamines adieciſſe Marti unũ, alteru Quirino. Creati ſunt etiam a Põt. Max. flamines, & a dictatore in oppidis, ſeu municipiis, ſcribũt Cic. & Liui. ergo flamẽ dictus ui quaſi filamẽ a filo lanæ, quo caput uinctũ habebat, ꝙ aꝑto oino capite eſſe nõ liceret. Dio. tñ Alicarn. lib. ii. a flãma aſſumpta, inquit, oi diuini cultus inſtõne, atq; cõiſcripta in octo diuiſit partes, quot erãt ẽt ſacrorũ ordines: tradidit aũt una ſacroꝝ miniſteriorũ conſtitutionẽ. xxx. curionibus, quos dixi hoſtias immolare publicas ꝓ curiis: ſecũdã uero iis, q uocãtur a græcis ſtephenori, a Ro. uero flamines, quos a geſtatione pileoꝝ & inſulaꝝ, quas adhuc ferũt, flãmã uocãtes, hoc noie appellãt. inueniẽt, q dicãt, iõ flamines dictos eſſe quaſi filamines, ꝙ in ſummo flaminis apice eſſet uirgula qdã lanata .i. uirgula i cuius extremitate modica lana erat alligata, qd cõſtat ab Aſcanio apud Albã primo fuiſſe inſtitutũ, & ſecũdũ quoſdã ad terrorem coruorũ, q plerũq; ſacrificãtibus ſupueniẽtes, nõ obſeruãtibus exta ſacerdotibus, correpta protinus auferebãt, ſcdm alios, q a æſtatis tpe, cũ calor intẽſius ferueret, ut Pileũ ferre nõ poſſent, nec capite detecto eſſe liceret, ad ſatiſfactionẽ huius, & tẽperamentũ illius uirgã illam lanatã in capite geſtabant. Ad bellũ. Mittebatur. n. cũ iperio. Sacris. Quę ſ. Marti debebat, & facere ſolebat, q a Martialis flamẽ eſſet. Multa indicta. Iniũcta pœna, ſi urbe egrederet. Religioniq; ſummũ. Nũc cauſam ſubiũgit, q̃re hoc exẽplũ poſuerit, ut oſtendat maiores nihil habuiſſe potiſſimũ pręter religionẽ, qm̃ iuſtam cauſam ſubiũgit, cur iſte ſe religiõi ſubiecerit. Na ſi ſacra Martis deſeruiſſet, qũo ſperare potuiſſet Martẽ ſibi futurũ propitium?

ASCENSIVS.

METELLVS uero Pont. Max. ſenatuſconſulto, & quaſi cõi totius ciuitatis decreto. Trãſit ad ſingulorũ, & primo ſummi pontificis inſeruãda religione, authoritatẽ, & flaminis Martialis obediẽtiam: nam utriq; laudi datur, & illi, ꝙ iuſſerit, & huic & obediuerit.

THEOPHILVS.

FLAMINES. Dio. ait flamines a flãmeis appellatos, nõ ut iſti legũt a flama. græcus. n. Dio. codex habet, flamma uocãt, & ita Parrhaſius olim caſtigauit. Multa idicta. imo dicta ex antiquis exẽpla. Nam multa dicit ſole, nõ indici. Incõſulto. d. ueteſti codices hoc non habẽt. At ſaltẽ ſi placet, emenda, incõſulto eo. ſ. Poſthumio.

OLIVERIVS.

LAVDABILE. Tib. Grac. ſequẽtis anni cõſules creauerat C. Figulũ, & Scipionẽ Naſicã, q cũ magiſtratũ iniiſſent, & in ꝓuincias uterq; ſuã diſceſſiſſent, paulopoſt a Tib. Grac. q tũc proconſul erat in Aſia, literæ miſſe ſunt ad collegiũ augurũ, q̃bus ſignificabat, ſe uitio cõſules creaſſe, nõ recte capto tabernaculo, hoc autẽ ſe cognouiſſe, dũ libros augurales inſpiceret. Augures. n. continuo rem deferũt ad ſenatum, q ſtatim iuſſit utrunq; Romam redire, ſeq; abdicare magiſtratu. Duodecim faſciũ. Faſces erãt inſignia cõſulatus a faſciculis uirgatũ ſecuribus alligatis, quas lictores cõſuli ꝑferebãt ad terrorẽ. lictores autem a ligãdo dicti ſunt, quod nocẽtes ad palũ ligarẽt, uirgiſq; cæderẽt, & ſecuri ꝑcuterẽt: erãt aũt. xxiiii. quorũ. xii. cũ alteri cõſuli totidem parebãt: ergo. xii. faſcium .i. unius cõſulis obediẽtia laudabilis fuit, q a Poſthumius, q cõſul erat, & . xii. faſces habebat, paruit põtifici, ſed quatuor & . xx. .i. duorũ conſulum obediẽtia laudabilior fuit. Obſequiũ. Obedientia, & in bona parte accipitur, ãt illud Terentianum. obſequium amicos, ueritas odium parit, pro aſſentatione quadã uidetur accipi, cũ dicat Donatus, obſequium aſſentator debet, ueritatẽ amicus. A Tiberio. q eos cõſules uitio creauerat. Collegiũ. augures plures erãt, & q in eodẽ magiſtratu plures ſunt, collegę dicũtur; ipſorũ uero cœtus collegiũ. Animaduertiſſe. Cõprehẽdiſſe, aiaduertere cũ accuſatiuo ſine ꝓpoſitiõe cõſiderare, & cõprehẽdere ſignĩat. Ci. Aiaduerti Brute

Faſces lictores

Animaduertere

Animaduerſio

ſæpe

DE PVBLIO LICINIO.

Adiiciendū his, ꝙ P. Licinio Pōtifici Max. virgo Veſtalis, ꝗa quadā nocte parū diligens æterni ignis cuſtos fuiſſet, digna viſa eſt, ꝗ flagro admoueretur.

DE VIRGINE AEMILIA.

Maximæ vero Virginis Aemiliæ diſciplinam extincto igne, tutam ab omni repræhenſione Veſtæ numē præſtitit: qua adorante, cū carbaſum, quā optimā habebat, foculo ipoſuiſſet, ſubito ignis emicuit.

DE MARCELLO ET TEMPLO HONORIS.

Non mirum igitur ſi pro eo imperio augendo, cuſtodiendoq;, pertinax eorum indulgentia Deorum ſemper excubuit, ꝙ tam ſcrupuloſa cura, paruula quoq; momenta religionis examinari videntur: quia nunꝗ remotos ab exactiſſimo cultu cæremoniarum oculos habuiſſe noſtra ciuitas exiſtimanda eſt. In qua cum Marcellus quintum conſulatum gerens, tēplum Honori, & Virtuti, Claſtidio prius, deinde Syracuſis potitus nuncupatis debitum votis conſecrare vellet: a collegio pontificum impeditus eſt: negante vnam cellam duobus Diis recte dicari: futurum enim, ſi quid prodigii accidiſſet in ea, ne dignoſceretur, vtri rem diuinam fieri oporteret: nec duobus niſi certis Diis vna ſacrificari ſolere: ea pontificum admonitione effectum eſt, vt Marcellus, ſeparatis ædibus, Honoris, ac Virtutis ſimulachra ſtatueret: neq; aut collegio pontificum autoritas ampliſſimi viri, aut Marcello adiectio impenſæ impedimento fuit, quo minus religionibus ſuus tenor, ſuaq; obſeruatio redderetur.

ſæpe Catonē. animaduertere cū accuſatiuo cū præpoſitione in, aliquē iuſta de cauſa punire, hinc fit animaduerſio punitio. Vitio ca. tabe. Plu. ita diffinit, quid ſit capere uitio tabernaculū. ſi tabernaculū, īquit, cœpiſſetis, qui auguriū capturus eſſet, ita, ut anteꝗ auſpicium cœperis, aliquid aliud egiſſet, quod ad augurium nō pertineret, tamen id tabernaculum uitio captum eſſe dicebatur: & ſi auſpicia cœpiſſet in eo, nihil ualebant. Cic. quoq; lib. de diuinati. ita inquid, quid apud te ſcriptū eſt de Tib. Grac. nonne & augurum, & aruſpicum cōprobat diſciplina, qui cū tabernaculum uitio cœpiſſet imprudens, quod inauſpicato pomeriū tranſgreſſus eſſet, comitia conſulibus creandis habuerit. Libros ad ſacra perti. Vel augurales, uel ſibyllinos. Comitiis conſu. Quæ ad creādos Cos. habuerat. Comitia ut ſcr. Aſconius fuerunt ędilitia, prætoria, tribunitia, & conſularia. Aulus uero Gel. dicit comitia alia fuiſſe curiata, alia centuriata. Comitium aūt erat locus dictus, teſte Varrone, ꝙ ibi cohibāt comitiis curiatis magiſtratus creandi cauſa: nam in cāpo Martio eligebatur magiſtratus habitis comitiis. De ordine aūt comitiorum multa apud Liui. plura apud Dio. lib. viii. ubi de Coriolani dānatione loquitur uidere licet. Corſica. hęc inſula pculē e Sardin. ix. ſtad. auct. Str.

ASCENSIVS.

¶LAVDABILE. tranſit ad aliud exēplum dicēs. Laudabile ſup. fuit obſequiū religioſum. xii. faſcium. i. cōſulis. cui xii. erant lictores cū faſcibus, ſed ſup. obedientia quatuor & xx. ſup. faſcium. i. duorum cōſulū, ſup. erat laudabilior. Enī pro quia, literis miſſis a Tib. Graccho ex prouincia ad collegiū augurum, quibus. ſ. literis ſignificabat ſe animaduertiſſe cum legeret libros pertinentes ad ſacra populi. ſ. Romani, animaduertiſſe dico, tabernaculum captum uitio comitiis conſularibus. i. quibus conuenerant ad Coss. creandos. quę. ſ. comitia ipſe. ſ. Tiberius feciſſet, & ea re relata ab auguribus ad ſenatum.

THEOPHILVS.

¶GRACCHO. Gracchus, & ortus ſine aſpiratione dici debere. Var. ait, & ortum quidem ꝙ in eo oriantur omnia. Gracchum uero a gerendo, ꝙ eius mater. xii. menſibus eum geſtauit, unde a gracilitate corporis, ut quidam uolunt, Gracchus: ſed cōſuetudo, & Gracchos, & hortos cum aſpiratione uſurpauit. hæc olim Ianus ex Chariſio recitauit.

OLIVERIVS.

¶CONSIMILI ratione. Eadem ratio fuit ꝙ tres flamines ſacerdotium deponere ſunt coacti, quia uidelicet parum diligenter exta altaribus admouiſſent. Exta parum curioſe, quia cæſa uictima, & immolata ſacerdotes primo lance impoſita debebāt exta diligenter altaribus admouere. deinde quaſi ſacrata ſuſcipere, & ſic ueſci, quod cum illi negligenter feciſſent ſacerdotio priuati ſunt. Conſimili ratione, ut religioni cederent. Admota. oblata, appropinquata.
Flaminio Flaminio. Sacerdotio flaminis: nam ſicut a pontifice pontificatus dicitur, ſic a flamine, hoc eſt ſacerdote flaminium ſacerdotium. Coacti. quia ſacerdotio abire nolebāt.

ASCENSIVS.

¶CONSIMILI &c. Ordo eſt. Publius Cælius, M. Cornelius Cethegus, & C. Claudius iuſſi ſunt, & etiam coacti, quod plus eſt: ideo autem coacti, quia parere recuſauerunt unde cogētium non coactorum hoc loco commendatur religio, coacti itaq; ſunt conſimili ratione plus, id eſt deinceps: uariis temporibus, & bellis diuerſis, abire Flaminio, id eſt ſacerdotio, propter exta admota, ſcilicet ab eis, aris deorum immortalium parum, i. non ſatis curioſe. i. accurate. Vbi ſignandum curioſum non ſemper in malum accipi, nam hic uitio dat. nō curioſe egiſſe.

OLIVERIVS.

¶AT Sulpitio inter. Ob nullam aliam rem Sulpitius ſacerdotio priuatus eſt, niſi quod apex e capite ceciderat: erat autem apex in ſummo flaminis pileo uirga lanata, ut ſupra diximus, hoc eſt in cuius extremitate modica lana erat alligata. Vir. Ecce leui ſummo de uertice uiſus Iuli Fundere lumen apex, & circum tempora paſci.

ASCENSIVS.

¶AT Sulpitio. Superiores, qui propter exta non ſatis curioſe admota aris uidentur ſatis iuſte coacti abire flaminio ſeu ſacerdotio, quod uulgo dicimus degradari.

OLIVERIVS.

¶CONCENTVS. Vix. inquit, creati fuerant dictator & magiſter equitū, cum ſacrificātes uocem ſoricis audiuere, & magiſtratum deponere coacti ſunt. Pli. ait concētu ſoricū dirimi auſpicia, ānales referti ſūt.

ASCENSIVS.

¶OCCENTVS q; &c. Alii concentus legunt, ſed rectius occentus quaſi a ſtrependo ſonus factus intelligatur.

THEOPHILVS.

¶CONCENTVS. Lego occentus ex antiquis codicib.

OLIVERIVS.

¶ADIICIENDVM his. In ęde deę Veſtę ignis ęternus ſeruabatur, cui ſemper una ex Veſtalibus diligētiſſima cuſtos adhibebat, quæ uigilando ſeruaret, ne aliquo caſu extingueret ignis forte: accidit ut una oppreſſa ſomno ignem extingui permiſerit: quod cum pontifici cognitum eſſet, flagellis tota ferme confecta eſt. Liuius. viii. ſecundi punici belli, plus, inquit, omnibus, aut nunciatis peregre, aut uiſis domi prodigiis terruit animos hominum, ignis in æde Veſtæ extinctus, ob quam cauſam cæſa flagro eſt Veſtalis uirgo, cuius cuſtodia eius noctis fuerat iuſſu pontificis. P. Licinii id quanquam nihil portendentibus diis cæterum, quia negligentia humana acciderat, tamen & hoſtiis maioribus procurari, & ſupplicationem haberi ad Veſtæ aram placuit. Virgoue. ideo uirgines Veſtales perpetuum ignem ſeruabant, ut ad ſimulachrum cæleſtium ſyderum cuſtos imperii flamma uigilaret, teſte Floro, qui dicit. Numa Pompi. focum inprimis Veſtæ uirginis colendum dedit, ut ad ſimulachrum cæleſtium ſyderum cuſtos imperii flamma uigilaret. Alii dicunt, quod ideo ſeruabant, ut ſignificarent ſe ita perpetuo puras, & inuiolatas eſſe debere, ſicut inuiolatus ſeruabatur ignis: his enim teſte Liuio ſtipendium de publico dari ſtatuit Numa Pompi. qui hoc ſacerdotium inſtituit, ut aſſidue templi antiſtites eſſent, eaſq; uirginitate, & aliis cæremoniis uenerabiles, & ſanctas fecit: eſt autem Veſta quaſi ἑστία græce dicitur: hanc autem terram eſſe perhibent, quam ignem habere manifeſtum eſt. Fla. admoueretur, uerberibus crederetur.

ASCENSIVS.

ADIICIENDVM his, & cætera. Adducit ſcrupuloſæ obſeruationis exempla, quæ ſi non aliud, hoc tamen utilitatis nobis afferre debent, ut memores ſimus quantum in uera religione obſeruanda diligentiæ habere debeamus, cum Hetnici in ſuperſtitione ſua tam anxii obſeruatores fuerint, ut pro igne per negligentiam extincto, ſacerdotula eius cuſtos flagris ſit admota, id eſt uirgis acriter cæſa.

OLIVERIVS.

MAXIMAE uir. Diony. Alicarnaſ. deficiente, inquit, aliſquando negligentia quadam igne, cuſtode tunc eius Aemilia, aliaque uirgini nuper electarum, & tunc diſcentium tradente, cuius curam perturbationem fuiſſe tota in urbe, multum, & inquiſitionem per pontifices, ne pollutio aliqua circa ignem ſacerdotibus extitiſſet, tunc autem Aemiliam ferũt inſontem quidem, ſed dubitandam ex huiuſmodi caſu pontificibus, ſacerdotibus, & aliis uirginibus manus ſuper aram tendentẽ ita dixiſſe, Veſta urbis Roma. cuſtos, ſiquidem pie & iuſte ſacra tibi perfeci, annis paulominus triginta, & animũ purum habens, & corpus caſtum, demonſtra mihi, ſis q; auxilio, neq; paruipendas ſacerdotem tuam, morte mori miſerrima: ſi ueru impiũ aliquod geſtum eſt a me, meo ipſius ſupplicio urbis pollutionem expia, hæc dicentem, & ſcindentem a carbaſea ueſte, qua tunc amicta erat, faſciam: poſt preces factas, ieciſſe eam ſuper aram dicũt, & ex frigido multo ante, nullamque ſeruante ſcintillam cinere flammam emicuiſſe multam per carbaſum, ita ut nec ciuitati luſtratione, nec nouo opus eſſet igne. dicit ergo Vale. illa quidẽ, quæ negligens fuerat, flagellis cruciata: at uero Aemilia, tametſi neſcio quomodo ignis extinctus eſſet, tantam tamen animo religionem concepit, ut cum ſupplex deæ miſericordiam imploraret, foculo carbaſum ſuum ſuperimponens, meruit incenſo carbaſo, ignem extinctum ſuſcitare, ad id ergo ualet aduerſatiua coniunctio uero, illa quidem pœnas dedit negligentiæ. At uero hanc tutam præſtitit numen, & eſt argumentum, quod nõ ſolum a pœna, ſed etiam a repræhẽſione tutam ſeruauerit: nam non timor plerunq; ſolet eſſe repræhenſo, q̃ pœna. Diſciplinam. Cuſtodiendi ignis. Carbaſum. Materiam poſuit pro forma: eſt enim carbaſus tenuiſſimi lini genus, quod nunc etiam frequentiſſime pro uelo ſumitur, & eſt metonymia. Foculo. Diminutiuum a foco: eſt autem focus locus, ubi fouetur ignis, ipſum uero elementum ignis eſt: ergo foculo loco, ubi erat ignis extinctus. Non mirum igitur. Nunc dicit, quid nam pro tanta religionis diligentia Popu. Roma. meruerit, ut uidelicet, deos propitios ſemper habuerit, qui pro imperio ſuo non ſolum conſeruando, ſed etiam augendo inuigilauerit.

Carbaſũ

ASCENSIVS.

MAXIMAE Vero. Contra dicit, approbata eſt diligentia Æmiliæ: etiã dea approbãte, ut Oliue. latius declarat. Ordo eſt. Vero pro ſed, quaſi dicat econtrario. Numen. i. diuinitas Veſtæ, quæ nutu, quæ uultu, facit, aut dea ipſa præſtitit diſciplinã, id eſt religioſam obſeruationem, q̃ a maioribus, ut diſciplina accepit.

THEOPHILVS.

MAXIMAE Virginis. Maximæ dignitatis non familiæ nomen eſt, aut proprium. Nam maxima ſic appellatur, ut Pontifex Maximus.

OLIVERIVS.

NON Mirum igitur. Quandoquidem igitur adeo diligentes in ſeruanda religione fuere Roma. nihil eſt, quod. quiſquam admiretur, ſi tanta fuerit deorum indulgentia in conſeruando, augendoq; imperio Romano. Pertinax. Perſeuerans: & notandum pertinacem plerunque, & in bonam partem accipi poſſe, ut hoc loco, cum in malam ut plurimum poni conſueuerit: eſt enim pertinax is, qui ubi non debet, tenax, & obſtinatus eſt: ſed hoc loco pertinacem curam perſeuerantem dixit.

Pertinax in bonũ

Scrupuloſa. Solicita, & exquiſita diligentia, ut nihil omnino prætermitteret: nam ſcrupulus lapillus breuis eſt, qui breuitate ſua ferme non uidetur, ſed calcatus ſolicitudinem creat, unde ſcrupulum ſolicitudinem, & difficultatem dicimus. Terent. Inieci ſcrupulum, & ſcrupuloſum ſolicitum, & anxium dicimus. Paruula. Sicut de occentu ſoricis, de apice lapſo. Momenta. Inclinationes. Examinari. exquiri. examen proprie dicitur lingua bilancis, hoc eſt libræ, quam rectiſſimam eſſe oportet, cum aliquid penſamus: quæ ſi huc, aut illuc inclinauerit, plus, minus ue eſſe intelligimus id, quod penſamus: & propterea examen interdum dicitur iudicium. Vnde Perſius: Examen ue improbum in illa, caſtiges trutina. examen dicit iudicium, ſcilicet Popu. Roma. Exactiſſimo. exquiſitiſſimo: nam exigere, præter alias ſignificationes, exquirere quoque ſignificat. Cæremoniarum. Cæremoniæ, ut ipſe paulopoſt dicturus eſt, dictæ ſunt, quia urbe a Gallis capta, cum Veſtales uirgines, ſimulachra deorum ex hoſtibus erepta traducerent, Cærete oppidum potiſſimum conuenere, ubi benigne fuerunt hoſpitio ſuſceptæ, donec a Gallis ciuitas per Camillum recuperata, & liberata fuit, in huius beneficii memoriam Romani præſtiterunt, ut omnis cultus diuinus, omniſq; ſacrorum ritus cæremoniæ diceretur a Cærere oppido. In qua cum Marcus Marcellus conſul primo Claſtidium Galliæ Ciſalpinæ oppidum, quod nunc Caſtigium dicitur, oppugnando fortiter cœperat: deinde magno labore, atque uirtute Siracuſas expugnauerat, itaque ex duorum oppidorum expugnatione duobus diis uota fecerat, Honori, ſcilicet, & Virtuti templum ædificaturum, parta uictoria Romam uenit: & cum uota perſoluere uellet, utrique, ſcilicet templum unum ædificare, pontifices reſtitere, quia dicerent id contra religionem eſſe. Liuius ſecundi punici belli libro ſeptimo de hac impeditione ſic breuiter refert. Conſulum alter Quintus Criſpinus ad exercitum, quem Quin. Fla. huerat cum ſupplemento in Lucanos eſt profectus. Marcellum aliæ, atque aliæ obiectæ animo religionis tenebant, in quibus, ꝙ cum bello Galli. ad Claſtidium ædem Honori, & Virtuti uouiſſet, dedicatio eius a pontificibus impediebatur, ꝙ negabant unam cellam duobus diis recte dicari, ꝙ ſi de cælu tacta, aut prodigii aliquid in ea factum eſſet, difficilis in ea procuratio foret, ꝙ utri deo res diuina fieret, ſciri non poſſet, neque enim duobus, niſi certis diis, rite una hoſtia fieri, ita addita Virtutis ædes a properato opere: neque tamen ab ipſo ædes eæ dedicatæ ſunt: tum demum ad exercitum, quem priore anno Venuſiæ reliquerat, cum ſupplemento proficiſcitur. Nuncupatis. Votum duplex eſt, conceptiuum, & nuncupatiuum. Conceptiuum, quod animo, & mente ſolum concipitur, ſed uerbis non exprimitur. Nuncupatiuum uero, quod nominatum uoce declaratur, atque uouetur, ut ſi dixero, ſi ualetudinem recuperauero, ſtatuam argenteam in templo Mariæ uirginis conſtituam, & erigam. Qui uota nuncupaſſent, ea libellis inſcripta templorum porticibus affigebant. Siquid prodigii. ut ſi ſerpens in eo templo apparuiſſet dignoſci non potuiſſet ab utro profectum, & illud oſtentum eſſet, propterea nec utri eſſet ſacrificandum: aut ſi templum de cælo tactum fuiſſet, pari ratione dignoſci non potuiſſet, quomodo illud expiandum eſſet. Rem diuinam fa. Sacrificare ſignificat. Niſi certis diis. Vt Polluci, & Caſtori, ut Apollini, & Dianæ, ut Veneri, & Adoni, ut Cybele, & Atti. hæc numina ſocietatem quandam inter ſe haberet dicebantur. Itaq; ambobus una ſacrificabatur, præſertim Caſtori, & Polluci: ita tamen, ut utriq; ſuus haberetur honos: & ideo Marcellus coactus eſt hac admonitione, & ſuperſtitione põtificum, non unam ædem duobus diis, ſed duas ædificare, & conſecrare. Separatis ædibus. ædes licet plurali numero, ut plurimũ, priuatim uniuſcuiuſq; domũ ſignificet, ſingulari uero templum, tamen in plurali plerunque & pro templo accipitur, ut hoc loco, ſunt qui dicant cum adiectione aliqua eſſe dicendum, ut in æde ſacra, in æde Pacis, in ęde Apollinis, eodem modo in plurali, ut ſacræ ædes, deorum ædes, aut nimpharum ædes: ſi uero abſolute dixerimus ædes, domũ tantummodo deſignare, & propterea apud Iuriſcõſultos inueniri ædes pro omni ſpecie ædificii. Collegio. quia collegium non reſpexit ampliſſimi uiri autoritatem. Voluit enim religionis ritũ, ſanctitatemq; ſeruatam, nec duplicata quidem impenſa Marcellum a ſoluendo uoto deterruit: nam duo templa conſtituit, qui unum tantummodo uouerat, & in hoc Vale. diſſentit a Liuio, qui non dedicata ab eo fuiſſe dicit, ſicut ſupra oſtendimus. Adiectio impenſæ. Acceſſio expenſæ, ut ubi templum unum uotum eſſet, duo dedicarentur. Suus te. Suus ordo, ſuaque lex. Obſeruatio. Honor, & reuerẽtia, ut religio ſuum ordinem, ſuamq; obſeruationem retineret. Differt tamen inter obſeruantiam, & obſeruationem, quia obſeruatio pro quadam animaduerſione accipitur in modum ſpeculationis, obſeruantia uero eſt ueneratio quædam, & honoris exibitio.

Examinare.

Claſtidiũ

Obſeruatio.

Aſcenſius.

DE LVCIO FVRIO BIBACVLO.

Obruitur etiam tot illuſtribus conſularibus L. Furius Bibaculus, exemplicq́ locum vix poſt Marcellum inuenit. Sed pii ſimul, ac religioſi animi laude fraudandus non eſt: qui prætor a patre ſuo collegii Saliorum magiſtro iuſſus ſex lictoribus præcedentibus arma ancylia tulit: quamuis vacationem huius officii, honoris beneficio haberet. Omnia namq; poſt religionem ponenda ſemper noſtra ciuitas duxit: etiam in quibus ſummæ maieſtatis conſpici decus voluit. Quapropter non dubitauerunt ſacris imperia ſeruire: ita ſe humanarum rerum futura regimen exiſtimantia, ſi diuinæ potentiæ bene, atque conſtanter fuiſſent famulata. Quod animi iudicium in priuatorum quoq; pectoribus verſatum eſt. Vrbe enim a Gallis capta, cum Flamen Quirinalis, virgineſq; Veſtales ſacra, onere partito ferrent, eaſq; Pontem Sublicium tranſgreſſas, & cliuium, qui ducit ad Ianiculum, deſcendere incipientes. L. Aluanius plauſtro coniugem, & liberos vehens aſpexiſſet, propior publicæ religioni, q̃ priuatæ charitati, ſuis vt plauſtro deſcenderent, imperauit: atq; in id Virgines, & ſacra impoſita, omiſſo cœpto itinere, Cærete oppidū peruexit: vbi cum ſumma veneratione recepta, grata memoria, ad hoc vſq; tempus hoſpitalem humanitatem teſtantur. Inde enim inſtitutum eſt ſacra, Cæremonias vocari: quia Cæretani ea, infracto Reipu. ſtatu, perinde ac florente, coluerunt. Quare agreſte illud, & ſordidum plauſtrum, tempeſtiue capax cuiuſlibet fulgentiſſimi triumphalis currus, vel æquauerit gloriam, vel antecеſſerit.

ASCENSIVS.

¶NON mirum. Tranſiturus ad religionis in Marcello narrationē more ſuo præfatur dicens, igitur.i.quādoquidem tam anxie religionem ſeruarint, ut cōcentu ſoricis mouerentur, non mirum ſupp.eſt, ſi indulgentia.i.opera clementer impenſa pertinax.i.perſeuerans, quaſi obſtinato animo, unde licet in bono ſit hoc loco tamen neſcio quid quaſi nimium, ſiquid in his nimium eſſe poſſit, notatur tractum eſt uerbale a pertinendo.i.perpetuo tenendo contra omnes eripere uolentes, indulgentia uero ab indulgēdo, indulgere autem eſt clemēti, aut facili animo operam dare, & quaſi diſſimulādo ignoſcere, unde mollis educatio liberorū Indulgentia, autore Quintiliano, uocatur, & q̃a deus quādo citra condignū punit, immo miſericorditer ignoſcit, aut culpā remittit, nobis quodāmodo indulgere uidetur.i. affectione paterna peccata noſtra tegere, ideo indulgentiam pro uenia eccleſia liberius ſæpe, q̃ uocabulū patiatur, accipit, non tñ tam abſurde, ut nōnulli cauillantur. Si inquā pertinax indulgentia eorū deorū .i.taliū quales coluit, excubuit, id eſt more excubantium intenta fuit, & quaſi uigilans cū utrunq;. Hominis non dei ſit, pro eo.i. tali, & tam religioſo imperio augēdo, & cuſtodiendo, ne imminuatur, quod .i. quia, quoq;.i.etiā paruula momenta.i.pondera religionis, ut eſt cōcentus ſoricis, uidentur examinari.i.experiri, diſcuti tā ſcrupuloſa.i. anxia cura, quia noſtra.i.Romana ciuitas nunquam.i.nōnunquā nō eſt exiſtimanda.i.iudicanda, aut cenſenda, habuiſſe unquā oculos remotos ab exactiſſimo cultu cæremoniarū.i.rerum diuinarum. In qua.ſ.ciuitate cum Marcellus gerens .v. conſulatum uellet, potitus prius Claſtidio oppido, in Ciſalpina illis, nobis, trāſalpina, Gallia, deinde potitis Syracuſis urbe opulentiſſima in Sicilia, hoc eſt poſtquam uoti compos factus eas urbes expugnauerat, conſecrare honori, ſcilicet, deo ſic dicto, & uirtuti, ſcilicet bellicę, id eſt fortitudini, quæ proprie uirtus dicitur, templū ſcilicet cōmune debitū, ſcilicet illis, uotis, nūcupatis, id eſt expreſſis uocaliter, & nō ſolum animo conceptis, impeditus eſt a collegio pontificū, negante, id eſt q̃ collegiū negabat, unā cellam (quam imperiti capellam uocant) id eſt ſacellum dicari, id eſt conſecrari, recte id eſt decenter duobus diis. Quorum diuerſa eſſent numina. Enim pro quia ſup. dicebant futurum ſupeſſe, ſi quid prodigii accidiſſet, in ea ſcilicet cella, ne id eſt ut nō dignoſceretur, utri ſcilicet deorū oporteret rē, ſcilicet diuinā fieri, nec ſolere ſacrificari id eſt unum ſacrificiū fieri, duobus diis, niſi certis, ut polluci, & caſtori, Apollini, & dianæ & ſimilibus, quorū una, aut ſubalterna putaretur poteſtas. Effectum eſt ea admonitione, ut Marcel. ſtatueret ſimulachra honoris, & uirtutis, ædibus ſeparatis, neq; aut autoritas ampliſſimi uiri, uidelicet Marcelli, fuit impedimēto collegio pontificū, quia ei obtemperatum eſt, aut adiectio, id eſt incrementū impenſe, uidelicet binarū ædium fuit impedimento. Marcello, quia uota perſoluit, non fuit, dicit, impedimento, quo minus, id eſt ut non ſuus, id eſt debitus tenor, & ſua obſeruatio redderetur religionibus.

OLIVERIVS.

¶OBRVITVR tot illuſtribus. cum ancylia.xii. ſalii per urbem, uetuſto more, geſtarent, illiq; ſacro urbis prætor intereſſet. Luci. Fu. Bibaculus, forte pater eius tunc ſaliorum magiſter iuſſit eum ancylia tollere, & ferre per urbem, tanquam non prætor, ſed unus eſſet e ſaliis, paruit ſummum prætoris imperium præcepto patris, quanquam honeſte negare potuiſſet, quoniam officii maioris gratia uacationem, & immunitatem habebat, tamen quia omne, quod diis exhibetur officium laudabile ſemper habetur, & eſt, non duxit indignū ancylia ferre præeūtibus lictoribus, fuit autem prætor ſecundo pu. bel. Obruitur, quaſi, inquit, Fur. Bibaculus opprimit, ut emergere uix poſſit in tanto fulgore, & claritate ſuperiorū exemplorum. Conſularibus. Vir conſularis dicitur, qui aliquando geſſerit conſulatū, ſicut prætorius qui præturam. Cenſorius, qui cenſuram adminiſtrauerit. Vix poſt marcellū. Vix dignus eſt, inquit, qui ſubiungatur Marcello. Sed pii. Quia paruit patri. Religioſi. quod princi pi ſaliorum collegii. Collegii ſaliorum. Salii, ut Li. tradit. xii. in urbe fuere a Numa conſtituti, & Marti gradiuo conſecrati, qui totidem ancylia per urbem cum ſaliibus geſtabat, atq; tripudiis, canentes ueterem Mamurii memoriam. Ancylia uero ſcuta erāt, quæ oras .i. extremitates habebant in ſimilitudinem labiorum. Vnde & ancylia dicta ſunt ab oris, quæ ſunt circum labrum, ſecundum alios uero ab ægra, qua ciuitas laborabat, tunc cū de cœlo lapſum eſt ſcutum, conſtat enim regnante Numa breue ſcutum, atq; rotundum de cœlo lapſum, de quo Ouid. Ecce leui ſcutum uerſatum leniter aura. Decidit a populo clamor ad aſtra uenit. Conſulti deinde auriſpices reſponderunt, ibi futurum totius orbis imperium, ubi ſcutum illud ſeruaretur, quo accepto reſponſo, & honoris gratia, & quo idem tutius ſeruaretur, ne ab hoſtibus ſurripi poſſet. Numa Pompili. xii. alia ad ſimilitudinem cœleſtis illius fabricari iuſſit, quæ fuere in templo Martis repoſita, & cum duodecimo ſacerdotes adoleſcentes Numa ipſi Marti gradiuo delegiſſet, illiſq; dediſſet inſignia pictas tunicas, & ſuper tunicas Æneum pectori tegmen iuſſit ipſa cœleſtia arma, quæ ancylia nominauit, ſuſpenſa collo ab aliis per urbem portari, cum ſalio, atq; tripudiis carmina decantari, & ſalii dicti ſunt a ſaltu, teſte Ouidi. qui dicit. Iam dederat ſaliis a ſaltu nomina dicta. Armaq; & ad certos uerba canenda modos. Inter cætera carmina hoc fuiſſe dicunt. Veterum Mamurii memoriam, quia cum Numa accіuiſſet, undiq; fabros, qui ſcuta alia cœleſti ſimilia fabricarent, inuentus eſt quidam Mamurius, qui cæteros artificio ſuperauit, nam adeo ſimilima fecit, ut a cœleſti diſcerni non poſſent. Iuſſus itaq; primum petere quod uellet, nihil aliud petiiſſe dicitur, niſi ut Salii ancylia geſtantes per urbem canerent in ueterem Mamurii memoriam. Vnde Ouid. Tunc ſic Mamurius merces mihi gloria dixit. Nominaq; extremo carmine noſtra ſonent. Idq; ſacerdotes operi promiſſa uetuſto. Pręmia perſoluunt

Saliorū collegiū.

Ancylia.

DE CAIO FABIO.

Eadem Reipublicæ tempeſtate C. Fabius Dorſo memorabile exemplum ſeruatæ religionis dedit. Nanq; Gallis Capitolium obſidentibus: ne ſtatutum Fabiæ gentis ſacrificium interrumperetur: Gabino ritu cinctus, manibus, humeriſq; ſacra gerens, per medias hoſtium ſtationes, in quirinalem collem peruenit: vbi omnibus ſolenni more peractis, in Capitolium poſt diuinam venerationem, victricium armorum perinde ac victor, rediit.

mamuriumq; uocant. Fuit autē tantæ reuerentiæ ſaliorū collegium ut Aphricanus non erubuerit unum fieri de ſalils teſte. L. lib. vi. de bel. Macc. nec. L. Furius Bibaculus, ut in hoc exemplo patri ſuo ſaliorū magiſtro parere recuſauit, quāuis prætor eſſet, oēs autē ſalios ex gente patricia ſuiſſe creatos teſtatur Dio. de antiquitatibus Ro. dicit. n. Sexta autem pars inſtitutionis circa diuina his diſtributa eſt, qui uocantur a Ro. ſalii, quos Numa ipſe ex patriciis creauit iuuenes. xii. ſpectatiſſimos delegēs, quorum ſacra manent in palatio, uocanturq; palatini. Hi quidē agonales, a quibuſdam uero collini uocati ſalii, quorum quidem ſacrarium in collino eſt monte, poſt Numam conditum ab hoſtilio rege ex uoto, quod idem bello Sabino nuncuparat, hi autem ſalii omnes lactatores quidem ſunt, & laudatores armatorum deorum. Solemnitas autem eorum eſt circitus panatenea menſe Martio, quæ ſumptu agitur publico, multaq; alia de his Dio. tradit, quæ hic referre longum, & tædioſum eſſet. Sex lictoribus conſul. xii. lictores habebat, prętor autem ſex. Vacationem. quia prætura faciebat illum huius officii, & laboris immunem, ergo uacationem immunitatem officii. ſ. geſtandi ancylla. Honoris. Magiſtratus. ſ. præturæ omnia poſt religionē. i. oīa cędere religioni.

Vacatio

Etiam in quibus. Subauditur ea, hoc eſt imperia. Summæ ma. de. Vt in conſularibus, prætoriiſq; uiris. Regimen. Exiſtimabāt ſe reges eſſe futuros. Bene. atq; cōſtanter, bene utrunq; coniunxit, quia neceſſarium nam potuiſſent bene certo tempore ſeruire, ſed non conſtanter, id eſt perſeueranter, ideo dixit bene & conſtanter. Quod animi iudicium. Vere inquam maiores noſtri ita exiſtimarentur, ſe futuros reges, ſi diligenter, pieq; religionem ſeruarent, ut nihil, quod ad eius fructum pertineret, omitterent, nam & L. Aluanius, quamuis plebeius eſſet, & humilis, diis immortalibus tantam reuerentiam exhibuit, ut liberorum ſuorum curā religioni poſtpoſuerit. Veſtales, uirgineſq;, uirgines deæ ueſtæ conſecratæ. Onere partito. quia æqua portione diuiſerant inter ſe ſimulachra deorum, & reliqua ſacra, quę cum multa eſſent, niſi a multis ferri non poterant. Sublicium pontem. Sublicium, quaſi ſub Lucium, nam ſublucari purgare ſignificat, unde ſublicium, lignum purgatiuum ergo pons ſublicius pons ligneus a ſubliciis dictus, ſunt enim ſublicia ligna quæ ſuſtinent pontem, hic autem primum factus eſt a pontificibus, & ſæpe reſtitutus, unde etiam pontifices dicti ſunt. Cliuū. Cliuus dicitur locus molliter arduus. Ad ianiculum. Quia ianiculum amnem tyberis ponte coniūxit, dictum, quod ianua ſit euntibus in hetruriam. L. Alua. hæc idem Liu. teſtatur lib. v. dicit enim Flamen interim quirinalis, uirgineſq; ueſtales, omiſſa rerum ſuarum cura, quæ ſecum ferenda ſacrorū, quæq;, quia uires ad omnia ferenda deerant, relinquenda eſſent conſultantes, quiſue ea locus fideli aſſeruaturus eſſet cuſtodia, optimum ducunt, condita in doliolis ſacello proximo ędibus flaminis quirinalis, ubi nunc deſpui religio eſt, defodere, cętera inter ſe onere partito fruuntur uia, quæ ſublicio ponte ducit ad ianiculum in eo cliuo eas cum. L. Alua. de plebe Ro. homo conſpexiſſet, plauſtro coniugem, ac liberos habens inter cæteram turbā, quæ inutilis bello ex urbe excedebat, ſaluo etiam tum diſcrimine diuinarum, humanarumq; rerum irreligioſum ratus, ſacerdotes publicos, ſacraq; P. R pedibus ire, ferriq; ſe, ac ſuos uehiculo conſpici, deſcendere uxorem, ac pueros iuſſit, uirgines, ſacraq; in plauſtrum impoſuit, & cærete, quo iter erat, ſacerdotibus peruexit. Propior. i. publicæ religioni magis conſentiens. Cærete oppidum. indeclinabile eſt, ſicut præneſte, hoc autem oppidum primum appellabatur agyllina, ſed cum latini ingrederentur hanc urbem, & ignorantes nomen eius inquirerent, oppidani, qui græci erant, exiſtimantes ſe ſalutari, aut optimum eſſe putātes, ſi eos prius ipſi ſalutarent, reſponderunt χαῖρε inde ciuitati nomen remanſit, ut cære, ſiue cęrete diceretur, & quia dixi eſſe indeclinabile, ſunt tamē qui uolunt declinari, hoc cęrete huius cæretis. Li. tamen ut ſupra uidimus, hoc cære indeclinabile dixit, & nomē patrium, hic & hęc cęres huius cęretis. Virg. lib. vi. Eſt ingens gelidū lucus prope cæretis amnem, qui teſte Seruio minio dicitur, ut idem lib. x. Qui cęrete domo qui ſunt minionis in aruis, fuit autem cęrete, ut uult Strabo, a pelaſgis e theſſalia profectis conditum, & a thyrrenis aduerſus agyllinos belligerantibus denominatum, cū quidam murum ſubiens urbis nomen procūctaretur, pro reſpōſo a theſſalis, accepit ſalutē renunciantibus χαῖρε quod tu ſi bonum omen accipientes captam urbem ſubmutato uocauere nomine. x. autem milibus paſſuum diſtat ab urbe.

Cęrete oppidū. Agyllina

Teſtantur. teſtificantur & quaſi probat. Inde. ex hac hoſpitalitate. Quare agreſte illud. Tātum ualuit occaſio ſuſcipiēdi ſacra Rom. ut plauſtrū agreſte par, uel etiā maius fuerit, & haberi potuerit, triūphali currui, qui tanto ornamento & apparatu inſtructus imperatores ad capitolium uehere cōſueuerat. Tempeſtiue capax, q; ſuo tempore onus acceperat egregiū. Anteceſſerit. ſuperauerit, fulgentiſſimi quantocunq; apparatu ornatiſſimus fuerit.

ASCENSIVS.

OBRVITVR &c. Ordo eſt. Furius Bibaculus, uir clarus quidem, ſed non conſularis, obruitur. i. opprimitur etiam tot illuſtribus ſup. uiris, conſularibus. i. qui conſulatum geſſerint, uix inuenit locū exempli. i. ut eius exemplum de obſeruata religione recitetur poſtquā Marcellū, de quo iam dictum, ſed. q. d. licet poſt conſulares, tamen non eſt fraudādus laude animi pii ſimul, ac religioſi. Qui prætor. i. cum eſſet prætor iuſſus a patre ſuo magiſtro collegii ſaliorum, qui pręſul dici poſſet. i. primus ſacerdotum Martis, dum ancylia ferrent per urbem ſalientium, tulit arma. ſ. Martis ancylia dicta, ſex lictoribus præcedentibus, cum conſulibus duodeni eſſent, quāuis haberet uacationem. i. exemptionem huius officii. ſ portandorū ancylium, uel ancyliorum, utrūq; enim dicitur, beneficio honoris. ſ. prætorii. Nāq; noſtra. i. Romana ciuitas, duxit ſemper omnia habenda poſt religionē. i. cultum deorū, etiam ſup. illa in quibus uoluit decus ſummæ maieſtatis conſpici. Quapropter imperia. i. imperatores, nō dubitauerunt ſeruire ſacris. i. rebus diuinis, exiſtimantia. i. iudicantes ſe futura. i. ſe futuros, regimen, rectores rerum humanarū, famulata. i. ſi fuiſſent famulata. i. ſi ipſi fuiſſet famulati. (Nam ut ſeruitia pro ſeruis paſſim ponuntur, ita imperia pro imperatoribus ponit) bene, & conſtanter potentiæ diuinæ. Quod animi iudicium tranſit ad aliud exemplū di. Quod iudiciū animi uidelicet diuina humanis eſſe anteponēda, uerſatum eſt quoq; in pectoribus priuatorū. i. nō gerentiū magiſtratū, aut, ut dicūt, officium publicū. Vrbe enim uidelicet Roma capta a gallis, cū flamen. i. ſacerdos quirinalis. i. quirini, ſeu Romuli, & uirgines ueſtales, quæ illis erant, quales nobis ſanctę moniales, ferrēt. i. portarēt, ſacra, i. res ſacras, onere partito. i. inter ipſas diuiſo, & Luc. Aluanius uehens plauſtro. i. curru coniugē, & liberos aſpexiſſet eas tranſgreſſas pontē ſublicīū. i. ligneū tyberi impoſitū, & incipientes deſcēdere cliuū. i. de cliuo, qui ducit ad ianiculū ſuburbium urbis, qua in hetruriā itur. Propior. i. uicinior, hoc eſt magis propinquus in affectione religioni publicę, quā charitati priuatę imperauit ſuis, ut deſcēderēt plauſtro, atq; omiſſo itinere cœpto peruexit cęrete oppidū: ſic ab euentu dictū, uirgines. ſ. ueſtales, & ſacra impoſita in id. ſ. plauſtrum, ubi ipſa ſacra recepta cum ſumma ueneratione teſtantur uſq; ad hoc tempus, quo hæc ſcripta ſūt humanitatem hoſpitalē. i. in hoſpitalitate exhibitam, memoria grato, ob gratitudine conſeruata. Enim pro quia, inſtitutum eſt inde, ſacra, id eſt res diuinas uocari cęremonias (quaſi a cęrete, cum tamen a cęrere alii malint, nam prima corripitur) quia cęretani coluerunt ea perinde. i. æqualiter in ſtatu reipub. fracto ac florente. Quare illud plauſtrum agreſte, & ſordidum, capax, ſcilicet maiorum utpote diuinorum tempeſtiue, id eſt in tempore neceſſitatis, uel ęquauerit, uel anteceſſerit gloriam cuiuſlibet currus triumphalis, ſubaudi etiam fulgentiſſimi.

Oliuerius

OLIVERIVS.

EADEM reipub. tempeſtate. Cum capitolium obſideretur a gallis, quo pauci admodũ Romani ciues, urbe iã capta, confugerãt, inter cęteros erat. C. F. dorſo, cui pariter, & familiæ ſuæ quirini ſacra fuerant demandata, ut certo tẽpore ea in quirinali colle celebrarent, cum igitur ſacrorũ dies inſtaret, iamq; urbem totã galli occupaſſent, nõ dubitauit ſalutẽ ſuã pro deorũ ſacris exponere, nam de capitolio deſcendit, & gabino ritu incinctus per medias hoſtium acies in quirinalẽ collem peruenit, debita ſacrificia peregit, & in capitoliũ ſaluus, & incolumis rediuit, q̃ idẽ Li. Teſtatur, eodẽ lib. dicit enim Sacrificiũ erat ſtatutũ Fabię gẽti in quirinali colle ad id faciẽdũ. Caius Fabius dorſo, gabino cinctus ritu, ſacra manibus gerens, cũ de capitolio deſcendiſſet, per medias hoſtiũ ſtationes egreſſus, nihil ad uocẽ cuiuſq;, terroréue motus, in quirinalẽ collem peruenit, ibiq; omnibus ſolẽniter peractis, eadẽ reuerſus, ſimiliter conſtanti uultu. graduq; ſatis ſperãs propitios eſſe deos, quorum cultum, ne mortis quidẽ metu prohibitus deſeruiſſet, in capitoliũ ad ſuos rediit, ſeu attonitis gallis miraculo audaciæ, ſeu religione etiam motis, cuius haud quaquã negligens eſt. Eadẽ tẽpeſtate. Eadẽ calamitate, ſed & tẽpeſtas aliquando pro tempore ponitur, in qua ſignificatione frequenter utitur Sal. Dorſo. Multi legunt dorſo ſuo, ſed ut Liui. & Cice. Docent, dorſo cognomen fuit, ergo legentium imperitia ſuo additum eſt. Interrumperet. Nam ſtatuto die ſacra quirino exhibebãt. Gabino ri. inci. Videlicet toga per tergum reiecta ſub lacerto, ita ut ad dexteram partẽ laciniã traheret, & ſub ueſte exteriore laciniæ manus dextera teneretur. hoc factũ eſt, quia cũ gabini ſacra celebrarẽt, hoſtes ſuper uenere, illi, autem reiecta per tergũ lacinia ueſtis, ut eſſent expeditiores, hoſtẽ inſecuti fuderunt, atq; fugarũt, de hoc ritu Luca. turba minor ſequitur ritu ſuccincta gabino. Perinde. Non aliter quam ſi hoſtes uiciſſet, qui uictores urbem occupauerant.

Tẽpeſtas

Gabinus cinctus

ASCENSIVS.

EADEM reipub. tempe. Affert. C. Fabii dorſonis in ſeruanda religione memorabile exẽplum ab Oliuerio ſatis explicatum. Ordo igitur textus eſt Cice. i. Caius proferetur tũ Caius, quia a gaudio prænomen illud inditum uolunt. Fab. i. in gente Fabia, quæ a Fabis, quas feliciter ſeuit, cognomẽ ſumpſit dorſo. ſ. nomine, aut agnomine. nam quæ aliis cognomina, aut agnomina aliis poſſunt fieri nomina, dedit eadem tempeſtate. i. calamitate reipu. i. quæ reſpu. Romana multis urgebãtur aduerſitatibus, exẽplum memorabilẽ. i. memoratu dignũ, religionis ſeruatæ. i. obſeruatæ, & non prætermiſſæ. Namq; gallis. ſ. ſenonibus obſidentibus capitolium. i. arcem tarpeiam a capite humano cum fundamenta eius iacerentur, illic inuento, aut q̃ caput eſſet urbis dictum ne ſacrificium ſtatutum gentis Fabiæ. i. ſtatuto die a Fabia gente. Quirino fieri ſolitum interrumperetur. i. prætermitteretur, ipſe cinctus ritu. i. more Gabio. i. toga per tergum reiecta, & ſub lacerto altera eius lacinia, aut nexa, aut tenta, gerens manibus, humeriſq; ſacra. i. ſacrificiis neceſſaria, peruenit per medias ſtationes hoſtium (Stationes autẽ ſunt ubi, aut naues, aut milites ſtant ad tempus, erectæ uidelicet, & erecti in omnem occaſionem, & reſiſtendi, & inuadendi; ſumpto uocabulo a ſtando, quod in periculo ſunt, aut diu quieſcere nolunt, ſtare dicantur) in collem quirinalem, ubi Quirino ſacra fiebant, & eſt unus e ſeptem collibus Romæ. Vbi, id eſt in quo colle, omnibus ſcilicet ad ſacrificium pertinentibus, peractis more ſolenni, rediit in capitolium perinde ac id eſt tanquam uictor euaſerit, aut quia iam hoſtes, per quorum ſtationes euaſerat, uiciſſe ſibi uidebatur, aut quia poſt ſacrificium de uictoria ſpei plenus erat, aut quia in cinctu gabino exierat, ut gabini olim uictor rediiſſe uiſus erat, poſt diuinam uenerationem, armorum uictricium, quibus Romulus uictor euaſerat, qbus uerbis ſignificat haſtam, aut aliud quippiam armorum. Quirini illic fuiſſe, cui diuinos exhibebant honores. Niſi forte de cinctu gabino, in quo, ut gabini olim, ipſe iam uicerat intelligi malis.

DE P. CORNELIO ET BEBIO PAMPHILO COSS.

Magna conſeruandæ religionis etiam Pub. Cornelio, & Bebio Pamphilo CoSS. apud maiores noſtros acta cura eſt, Siquidem in agro Lucii Petilii ſcribæ ſub Ianiculo cultoribus terram altius verſantibus: duabus arcis lapideis repertis: quarum in altera ſcriptura indicabat corpus Numæ, Pomponii filii fuiſſe: in altera libri recõditi erant, Latini ſeptẽ de iure pontificum, totidemq; Græci de diſciplina ſapientiæ: Latinos magna diligentia aſſeruandos curauerunt: Græcos, quia aliqua ex parte ad ſoluendam religionem pertinere exiſtimabantur. Petilius prætor Vrbanus ex authoritate Senatus per Victimarios facto igne, in conſpectu populi cremauit. Noluerunt enim priſci viri quicquam in hac ciuitate aſſeruari, quo animi hominum a Deorum cultu auocarentur.

OLIVERIVS.

MAGNA conſeruandæ religionis. Liu. de bell. Maced. libro. x. Eodẽ inquit anno in agro. L. Petilii ſcribæ ſub Ianiculo dũ cultores altius moliuntur terram, duæ lapideæ arcæ octonos ferme pedes longæ, quaternos latæ, inuentæ ſunt, operculis plumbo deuinctis, literis latinis, græciſq; utraq; arca inſcripta erat. In altera Numã Pompilium Pomponii filium regem Romanũ ſepultũ eſſe, in altera libros Numæ Pompilii ineſſe, eas arcas, cum ex amicorũ ſententia, dominus aperuiſſet, quæ titulum ſepulti regis habuerat, inanis inuenta ſine ullo ueſtigio corporis humani, ac ullius rei per tabem tot annorum omnibus abſumptis, in altera duo faſces cãdelis inuoluti, ſeptenos habuere libros, non integros modo, ſed recentiſſima ſpecie. vii. lib. latini de Pontificio erant. vii. græci de diſciplina ſapiẽtiæ, quæ illius ætatis eſſe potuit. Addit Antias Val. pythagoricos fuiſſe uulgatæ opinioni, qua creditũ pythagoræ auditorẽ fuiſſe Numam, mendatio probabili accõmodat fidem, primo ab amicis, qui in re præſenti fuerunt libri lecti, mox pluribus legentibus cũ uulgarentur. Qu. Petilius prætor urbanus ſtudioſus legẽdi hos libros. L. Petilio ſumpſit, & erat familiaris uſus quod ſcribam eũ quæſtor. Qu. Petilius in decuriam legerat, lectis rerũ ſummis, cũ animaduertiſſet pleraq; diſſoluendarum religionũ eſſe. L. Peti. dixit, ſeſe eos libros in ignem coniecturũ eſſe, prius quã faceret, ſe ei permittere uti, ſi quod ius, ſeu auxilium ſe habere ad eos libros repetendos exiſtimaret, experirentur id integra ſua grati a eum facturum. Scriba ad trib. pleb. adiit, a tribunis ad Senatum res eſt reiecta, prætor ſe, & iuſiurãdum dare paratum tuum eſſe aiebat libros eos legi, ſeruariq; non oportere. Senatus cenſuit ſatis habendum, q̃ prætor iuſiurandum polliceretur, libros primo quoq; tempore in comitio cremandos eſſe, precium pro libris quantum. Qu. Petilio prætori, maioriq; parti tribunorum plebis uideretur, domino eſſe ſoluendum, id ſcriba non accepit, libri in comitio igne per uictimarios facto in conſpectu populi cremati ſunt. De numero li. Plinius libro decimo tertio natur. hiſtor. uarias refert ſcriptorum opiniones, ut alii. xiiii. alii plures, alii pauciores fuiſſe dicant. L. Petilii ſcribę. Varro nõ Petili, ſed Terent. agrum fuiſſe dicit, teſte Auguſt. de ciuit. dei, quod ita ſoluitur, ut intelligamus agrum fuiſſe Petilii, eius cultorem fuiſſe Terẽt. lib. de diſciplina ſapientiæ. i. de Philoſophia, erant enim compoſiti de ſapientia, uidelicet quid eſſet ſapiẽtia, Sapiẽtia autem eadem eſt, quæ philoſophia. Sed philoſophi, ut plurimum, irreligioſi eſſe ſolent, nihil enim credunt, quod ratione naturali probari non poſſit. Petilius p̃tor, cũ ad prætorem delati eſſent, iurauit cõtra rẽpub. eſſe, ut legerentur, q̃a ad ſoluendã religionẽ, qua reſpectu ſouebatur, pertinerẽt. Victimarios Per miniſtros uictimarũ, qui uictimas ligabãt cultrũ, aqua, & molã parabãt, & reliqua, q̃ ſacris erãt neceſſaria, uictimarii dicebantur, erant igitur miniſtri ſacrificiorũ. Auocarentur. amouerentur, abſtraherentur. Noluerũt enim. Reddit cõne, cur id fecerint maiores, ut animos Romanorũ religioni dediſſimos eſſe oſtẽderent. In hoc autẽ imitati ſunt. Lacedæmonios: qui archilochi libros, qui cõtra religionem eſſent, exportari e ſua ciuitate iuſſerunt.

DE TARQVINIO REGE.

Tarquinius autem rex M. Tullium Duumuirum, q̃ librum ſecreta ciuiliũ ſacrorum continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum, corruptus Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum in mare abiicii iuſſit: idq; ſupplicii genus non multo poſt parricidis lege irrogatum eſt. Iuſtiſſime quidem, quia pari vindicta parentum, ac Deorum violatio expianda eſt.

DE MARCO ATTILIO REGVLO.

Sed quæ ad cuſtodiam religionis attinent, neſcio an omnes M. Attilius Regulus præceſſerit, qui ex victore ſpecioſiſſimo, inſidiis Haſdrubalis, & Xanthippi Lacedæmonii ducis, ad miſerabilem captiui fortunam deductus, ac miſſus ad S. P. Q. R. legatus, vt ex ſe & vno, & ſene complures Pœnorum iuuenes penſarentur: in cõtrarium dato conſilio. Carthaginem petiit: non ignarus ad q̃ crudeles, quamq; etiam merito ſibi infeſtos Deos reuerteretur: verũ quia his iurauerat, ſi captiui eorum redditi non forent, ad eos ſeſe rediturum. Potuerunt profecto Dii immortales efferatam mitigare ſæuitiam: cæterum quo clarior eſſet Attilii gloria, Carthaginienſes moribus ſuis vti paſſi ſunt: tertio Punico bello religioſiſſimi ſpiritus tam crudeliter vexati, vrbis eorũ interitu iuſta exacturi piacula. Quanto noſtræ ciuitatis Senatus venerabilior in Deos, qui poſt Cannnenſem cladem decreuit, ne matronæ vltra trigeſimum diem luctus ſuos extenderent, vti ab his ſacra Cereris peragi poſſent: quia maiore pene Romanarum virium parte inexecrabili, ac diro ſolo iacente, nullius penates mœroris expertes erãt. Itaq; matres, ac filiæ, coniugeſq;, & ſorores, nuper interfectorũ abſterſis lachrymis, depoſitiſq; doloris inſignibus, candidam induere veſte, & aris thura dare coactæ ſunt, qua quidem conſtantia obtinendæ religionis, magnus cæleſtibus iniectus eſt rubor, vlterius aduerſus eam ſæuiendi Gentem, quæ ne iniuriarum quidem acerbitate ab eorum cultu abſterreri potuerit.

ASCENSIVS.

MAGNA &c. Laudat factum petilii, qui authoritate Senatus quoſdam libros numæ, qui contra religionem facere uidebantur, cremandos curauit. Quod non oẽs fortaſſis laudandũ cenſerent. quia peiores ſuſpicari liceat, q̃ fortaſſis erãt, aut etiam nõ nihil ad noſtram pietatem faciens continuiſſe, quod in aliis arcis compertum eſt. Sed illud aſſerere plane diuinantiũ eſſet. Mihi certe piũ uidetur ea concremaſſe, quæ cõtra religionẽ facerent, etiã ſi non bona erat, nam bonã putabant. Et nobis ex hoc exemplo curandum, ſiquid contra religionem noſtrã nouerimus, id ſtatim aboleamus. Titulus autem inſcite poſitus eſt, nihil enim cõſules egerunt. Ordo eſt, magna cura cõſeruãdæ religionis acta eſt apud maiores nños .i. priſcos Ro. etiam. P. Cor. & Bebio Pamphilo conſulibus, id eſt cũ illi eſſent conſules. Siquidem id eſt quia cultoribus .ſ. terrarum, uerſantibus, id eſt fodiendo inuertentibus, altius id eſt profundius, terram in agro lucii petilii ſcribe (Var. tamen, ut eſt apud Augu. de ciui. dei. Terẽ. fuiſſe dicit, ſed forte Petilii dñs erat fundi. Terẽ. cultor, aut conductor) duabus arcis lapideis repertis, id eſt poſtquã repertæ erant duæ arcæ. In quarũ altera ſcriptura, q̃ erat in frõte, indicabat corpus numæ filii Põp. ii. regis Roma. fuiſſe .i. ex titulo cognoſcebať quod in altera arcarũ fuerat corpus Numę, in altera .ſ. arca libri. vii. latini de iure Ponti. & totidem .i. alteri ſeptem græci de diſciplina ſapientiæ erant recundiſ ti .i. diligenter cõſeruati patres ſup. ubi id reſciuerunt per prætorem urbanũ curauerunt latinos ſup. libros aſſeruandos .i. ut aſſeruentur magna diligentia. Petilius .ſ. Quintus nõ lucius prætor urbanus cremauit in conſpectu populi, q̃ a icomitiis, igne facto per uictimarios .i. qui uictimas cremãdi, & mactandi curam habebant, cremauit, dico græcos, quia exiſtimabantur pertinere ad ſoluendam .i. relaxandam, & imminuendam religionem (Bene ſoluendam dicit, ſiquidem a religãdo dictam uolũt) ex aliq̃ pte, etenim p̃ q̃ a priſci uiri noluerũt quicquã aſſeruari, id eſt cuſtodiri, in hac .i. noſtra hoc eſt Romana ciuitate, quo .i. per quod animi hominũ auocarenť a cultu deorum.

THEOPHILVS.

VICTIMARIOS. Sacerdotes, aut ipſi percutiebãt uictimas: & Agones appellabantur, aut ipſis tenẽtibus, alter ipigebat cultrũ, quẽ uictimariũ uocabãt, & popã. Virg. Supponunt alii cultros, hęc ex Aelio Spartiano, Lutatio, Placido, Phoca grammatico, Propertius. Succinctiq; calẽt ad noua ſacra Popæ. M. Tulliũ, Dionyſius, Alicarnaſæus. M. uocat Attiliũ: dubiũ tamẽ, utri de ueræ lectionis incolumitate magis oporteat credi.

OLIVERIVS.

LIBRVM ſecreta ciuiliũ ſacrorũ cõtinentẽ unum ex libris ſibyllinis fuiſſe intelligemus eiuſmodi autẽ libri occulte ſeruabantur, & ſecrete, quoniã igitur duumuir id patefecit, quod celari oportuit, iuſto ſupplicio affectus. Eſt corruptus .ſ. pecunia. Duũuirũ. Duo primũ fuere tãtũmõ, qui libris Sibyllinis p̃ficiebanť, & hi erãt patritii, deinde. x. p̃fecti ſunt poſtea xvi. uſq; ad ſyllana tẽpora, poſtremo .l. fuerunt, & licet fuerint plures in his tñ. ii. uirorũ nomen remanſit. Culeo inſutũ. Culeus erat, coriũ lupinũ, in quo gallus, ſerpens, & ſymia includebantur, deinde: qui eiuſmodi ſuppliciũ meruiſſet, inſuebať hoc culeo, & in mare uel in p̃ximũ fluẽtẽ, proiiciebatur, pœna autẽ erat, quia gallus ſerpentẽ, ſerpens ſymiam, ſymia hominẽ inſequebatur, hoc autem ſupplicii genus parricidis irrogatũ eſt. P. Maleolus, matre interẽpta, primus oium inſutus culeo in mare præcipitatus eſt. Multo poſt. Quia uſq; ad tẽpora ſyllæ, & Marii, q̃ ſexageſimo fuerũt ab urbe cõdita anno hoc, lege põpeiana, datũ eſt ad populũ. Irrogatum. Iniunctũ, impoſitũ. Iuſtiſſime quidem. probat hanc P. R. ſententiam iuſtiſſimam fuiſſe, qui uoluerunt parricidas hoc eodẽ ſupplicii genere affici. Vindicta pœna, a p̃cedẽte, quod ſequitur, nam ex pœna ſequiť uindicta. Expianda purganda.

Decẽviri
Culeus

ASCENSIVS.

TARQVINIVS autem Rex p̃bat iudiciũ Tarquinii Regis in re fere ſimili dicens Tarquinius aũt Rex iuſſit M. Tulliũ duũuirũ .i. fungentẽ cũ altero uiro officio cuſtodiendi ſacros libros, & ut uero ſimile eſt, ſibyllinos, iſutũ culeo .i. ſacco coriacco, abiici in mare, q̃ .i. q̃ a ipſe corruptus .ſ. pecũia, dediſſet Petronio Sabino deſcribendũ .i. de archetypo ſcribendũ, aut trãſcribendũ librũ continentẽ ſecreta ſacrorũ ciuiliũ cõmiſſum .i. creditũ ſuæ cuſtodiæ. Et id genus ſupplicii, uidelicet iſutũ culeo cũ ſymia, cane, & gallo gallinacco immergendi in mare, irrogatũ .i. facta rogatione, illatũ eſt lege .ſ. ſancita publice, multo poſt. Alii legunt, ut Aldinus codex atteſtatur, nõ multo poſt, quarũ lectionũ utra ſit uerior, calculus iudicet, ad rem nihil refert. parricidis .i. iterfectoribus parentum, & quidẽ iuſtiſſime ſup. irrogatum eſt, quia uiolatio parentum, ac deorum eſt expianda .i. purganda pari .i. ęquali uindicta .i. pœna, & ultione. Merito tamen debetur grauior dei cõtemptori, quã patris etiã occiſori, niſi quod parricida omnis deũ in mandans contemnit. Sane expiare eſt intuitu pietatis .i. ut deũ placemus, malum, & malos de medio tollere.

OLIVERIVS.

SED quæ ad cuſtodiam. Hic. M. Attil. Regulus fuit, qui primo pun. bell. poſt grauiſſimas. Carthagi. clades illatas, tandem inſidiis Haſdrubalis, & Xãthippi Lacedæmonii ducis captus, & Carthaginẽ ductus Romã miſſus ẽ ad Senatũ, ut ipſius p̃mutatione oẽs Cartaginienſiũ captiui reſtituerent, cõtẽtiq; ſolo eius ſacramẽto, nullo alio de reditu ſuo ualde illum aſtrinxerũt, hoc in Senatu cũ Attilius expoſuiſſet, primus de hac re ſententiam

rogatus

rogatus negauit pro ſe uno, & ſene, tot iuuenes, & ualidos ho-
ſtibus eſſe reddendos, in cuius ſententiam facto Senatuſcon-
ſulto, non reddi .ſ. captiuos, cum, ut in patria remaneret; a fami
liaribus, & liberis enixe rogaretur, qui dicerent, nefas non eſſe
perfidis fidem nõ ſeruaſſe, nulla ratione adduci potuit ut a fide
deſiſteret, maluit ergo ad certũ ſuppliciũ redire, quã iuſiurandũ
uiolare. poterat hic ſaluti ſuę conſulere, ſed quãuis ſe ſciret ad ſę
uiſſimũ hoſtem rediturum, tamen religionem ſeruandũ eſſe pu-
tauit, nouis nãq;, & exquiſitis exemplorum modis excruciatus
eſt, etenim reſectis palpebris in machinã coniectus eſt, cui erãt
aculei præfixi, uel claui cuſpidibus acutis in interiorem partẽ
uerſi, tractaq; eſt per totam ciuitatẽ machina: & in omnes par-
tes uerſata, deniq; poſt multos cruciatus in mare deiecta. Cice-
ro in oratione contra Piſonẽ. Nec mihi illẽ. M. Attilius regulus
quem Carthaginẽſes reſectis palpebris, illigatũ in machina ne-
cauerunt, uigilando ſupplicio uidetur affectus. Suppliciũ enim
fuiſſe uenenum a Carthagi. quo tempore Romam ad Senatum
pro captiuorũ permutatione legatũ miſere, quod eiuſmodi fuit,
ut nõ ſtatim eum interimeret, ſed mortem in die proferret eo cõ
ſilio, poſtea uero graſſante ſenſim ueneno, cor tabeſceret. Alii
aliter ferunt de huius uiri ſupplicio. dicunt enim, quod eũ Car-
thaginienſes in atras, & ꝓfundas tenebras claudebant, ac diu re
tentũ, poſt ubi ſol uiſus erat ardentiſſimus, repente educebant,
& aduerſus ictũ ſolis oppoſitũ continebãt, atq; intendere in ea
lli oculos cogebãt, palpebraſq; eius, ne coniuere poſſet: ſurſum
deorſum ductas inſuebant. Tuditanus autẽ ſomno diu prohi-
bitũ, atq; ita uita priuatum refert, idq; ubi Romæ cognitũ eſt,
nobiliſſimos pœnorũ captiuos liberis reguli a Senatu deditos,
& ab his in armario muricibus præfixo deſtitutos, eadẽ inſom
nia cruciatos interiiſſe. Ad cu. Ad conſeruationem religionis.
Neſcio. q. d. credo, ita mihi uideť. Speciosiſſimo. pulcherrimo,
& glorioſiſſimo. Miſerabilẽ. Deſcribit fortunæ ſtatum. quę fe-
cit ut Attilius: qui ſemper multis præliis uictor extiterat, in ca-
ptiuitatẽ deuenire. Complures. Singula ſingulis opponit. In
com. Quia prius rogatus ſententiã dicere cẽſuit, nõ reddendos.

Non q; igna. Hoc idẽ affirmat Cice. In paradoxis. Dicit enim.
Neq; ego M. regulũ ærumnoſum, nec infelicẽ, nec miſerũ unq̃
putaui. Nõ enim magnitudo animi cruciabať a pœnis, nõ eius
grauitas, non fides, nõ ulla uirtus, nõ deniq; tot uirtutũ præſi-
dio munitus animus, tantoq; comitatu uirtutũ ſeptus: cum cor
pus eius carperetur, carpi ipſe certe non potuit. Item libro tertio
de officiis. Nec uero tum ignorabat ſe ad crudeliſſimum hoſtẽ,
& ad exquiſita ſupplicia proficiſci, ſed iuſiurandũ ſeruandũ pu-
tabat. Quiquã merito ſibi infeſtos, quippe quorũ multa fune
ra edidiſſet. Verum quia. Subauditur rediit, & aduerſatur, ſed
quia dixerat, non quod ignarus, ac ſi diceret, ſi nõ erat ignarus
cur redibat, ſed redit, quia iurauerat his ſe rediturum. Potue-
runt profecto dii. Hic quaſi deplorat indignam Attilii Reguli
mortem, dicit enim, ſi quid pietatis eſt, potuerunt dii lenire ef-
feratam Carthaginienſium crudelitatem. Efferatam. Exaſpera-
tam more ferarum, eſt enim a feris ſumpta tranſlatio. Cæte-
rum quo. quamobrem id non fecerunt dii, declarat quia uolue-
runt, ut clarior eſſet Attilii gloria. Tertio punico bello tametſi
nunc quidem id Carthaginenſibus conceſſere dii, tamen poſt
aliquot annos, de illis graues, quamuis ſeras ſumpſere pœnas,
nam urbem eorum deleuit Aemilius Scipio. Primum namq;
bellum confecit Luctatius. Secundum Aphricanus ſuperior.
Tertium Scipio Aemilianus, qui dictus eſt Aphricanus infe-
rior. Conſtat autem, teſte Eutropio, Carthaginem, anno ſeptin-
genteſimo poſtquam condita fuit, fuiſſe deletam. Quanto
noſtræ ciuitatis Senatus. Poſt canenſem cladem, quæ acce-
pta eſt. Terentio, uar. & Paulo Aemilio conſulibus, apud can
nas apuliæ uicum, hac maxime clade nobilitatum, ubi ſupra
.l. hominum milia a pœnis cæſa fuiſſe traduntur, cum Paulo
æmilio conſule, tantus mœror ciuitatem inceſſit, ut omnes in
luctu, & ſqualore poſiti eſſent, nec ulla domus tanti mœroris
expers inueniretur, & propterea Cereris ſacra, quæ niſi per
matronas in candida ueſte celebrari licebat, ſuo ritu perficiſſe
non poſſent quia lugentibus intereſſe non liceret, Senatus iuſ-
ſit, ne ultra .xxx. diem flerent matronæ: ut ſacra cereris perfice-
re poſſent. Liuius lib. i. belli punici ſecũdi. Tum priuatę quoq;,
inquit, per domos clades uulgatæ ſunt, adeoq; totam urbem
compleuit luctus, ut ſacrũ anniuerſariũ cæteris intermiſſum ſit,
quia nec lugentibus id facere eſt fas, nec ulla in ulla tempeſtate
matrona luctus expers fuerit. Itaq; ne ob eandem cauſam alia
quoq; ſacra publica deſererẽtur, Senatuſconſulto diebus trigin
ta luctus eſt finitus. Maiore pœna Romanorum. Quia duo
conſulares exercitus ad internitionem prope cæſi fuerant. Nul-
lius penates. Nulla domus. Doloris inſignibus. Atris ueſti-
bus. Candidam induere ueſtem. Quod in candida ueſte cere
ri ſacrificaretur a matronis teſtatur. Ouid. lib. x. Meta. Feſta pię
cæteris celebrabant annua matres. Illa, quibus niuea uelatæ
corpora ueſte. Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum. Qua
quidem conſtantia Tanta, inquit, religionis diligentia habuere
Ro. ut poſtea dii populum Romanum, tam pium, tamq; religio
ſum cladibus affici tam grauiter non ſint paſſi. Magnus ru-
bor. Erubuerunt, inquit, dii ulterius in gentem tam diligen-
tem, & obſeruantem cultus eorum ſæuire.

Tuditanus

Efferatum

Cereris ſacra in alba veſte

ASCENSIVS.

SED in his quæ ad cuſto. &c. Vltimo fere loco affert admirã
bile Marci Reguli exemplum in iureiurando religioſe ſeruan-
do, q; ſi ob religionem ſynceram, & pietatem illuminatam, fide
non admixto gloriæ mundanæ fermento, q; innumeros Ro-
manorum ad necem impulit, perpetratum fateamur; non eſt
cur martyrio coronatis comparandum negemus, qui licet an-
te lucem natus eſt, tamen pie credendum eſt, aut mitius cum
eo ubicũq; eſt, agi, aut etiã fœliciter. Quid enim maius potuit
præſtare, aut patriæ charitati, aut fidei datæ, quã uitã impendere
& ſæuiſſima adire tormenta? Nota eſt hiſtoria. Ordo autem eſt.
Sed neſcio, id eſt dubito, an. M. Attilius Regulus poſſerit. Om
nes .ſ. mortales, aut Romanos ſup. in his, quę pertinẽt ad religio
nem, quia nullus maiore pignore eam ſtabiliuit, qui ſcilicet re-
gulus deductus inſidiis haſdrubalis penorum Imperatoris, &
Xantippi lacedæmonii ex uictore ſpecioſiſſimo, quia antea ſæ-
pe glorioſiſſime uicerat, ad miſerabilẽ fortunã captiui, quia ab il
lis in mari per inſidias captus eſt, ac miſſus legatus .i. orator, &
interpres, ac caduceator (uulgus ambaſiatorem uocaret) ad
Senatum. Populumq; Ro. ut complures iuuenes pœnorum pẽ-
ſarentur. i. æſtimarẽtur ex ſe, & uno, & ſene, quia licet unus eſſet,
& ſenex. Carthaginienſes putabant, eum tanti eſſe ſuis, quanti
multos iuuentutis ſuæ milites, petiit. ſ. rediit Carthaginẽ conſi-
lio dato. ſ. a ſe in contrarium, perſuaſit enim ne fieret permuta-
tio, non ignarus. i. certus, & præſcius. Ad q̃ .i. quãtum crude-
les, & ad q̃ infeſtos etiam merito ſibi deos reuerteretur Verũ. i.
ſed: quia iurauerat his. ſ. Carthaginẽſibus, ſi captiui eorum non
forent redditi: ſeſe rediturum ad eos, ideo ſup. rediit. Profecto
dii immortales potuerunt mitigare ſæuitiam efferatam. i. ferino
more immanẽ. Cæterũ. i. ſed quo. i. ut gloria. Attilii, ſcilicet re-
guli eſſet clarior, dii ſunt paſſi Carthaginien. uti moribus ſem-
per perfidi, & immanes fuerant. Qui ſi mites in regulum fuiſ-
ſent, non eſſet tam clara reguli fides. Nã pepigiſſe eũ illis puta-
ri poſſit. Quod idem martiribus Chriſti, ex tyrannorũ crudelita
te cõtigit, paſſi dicit ſunt exacturi, id eſt exacte poſtulaturi iuſta
piacula, id eſt ſupplicia, ſpiritus. ſ. reguli, religioſiſſimi uexati tã
crudeliter, ut Oliue. recitat, exacturi inquam piacula. Quanto.
Exemplum eſt religionis ſeruatæ in Senatu Roma. inhibente
matronis luctum, ut cęremoniis aptæ ſint, & in matronis, quę
paruerunt, mandato, quocirca nouus prępponendus eſſet titu-
lus, ſed neſcio, quę religio me tenet, in ſeruandis exemplari-
bus, qualia inuenerim, dummodo aptum non ſit mendum. Or
do eſt. Quanto uenerabilior, id eſt uenerantior, & obſeruantior
.ſ. quã Carthaginien. (capitur enim actiue uenerabilis hoc lo-
co, ꝓ eo, qui obſeruat) ſup. fuit Senatus ciuitatis noſtræ, id eſt
Romanæ (quia Romanus eſt, qui loquitur, & quia mixtum eſt
argumentum de ſeruata, & non ſeruata religione, aptum eſt
tranſitiui ad titulum ſequentem) qui ſcilicet Senatus decreuit,
id eſt ex decreto ſanciuit, poſt cladem cannenſem, id eſt quam
Romani acceperunt ab Hannibale apud cannas uicum apuliæ,
prius ignobilem. Ne matronæ, ſcilicet Romanæ extenderent
luctus ſuos, id eſt apparatus, & pompas lugubres (nam inte-
riores dolores inhiberi uix poſſunt) ultra diem .xxx. uti, id eſt
ut ſacra Cereris poſſent peragi, ab iis ſcilicet matronis, quia a
ſolis matronis, & non lugentibus, ne non ad gaudium in-
uentę proſerpinæ, ſed ad luctum amiſſæ facerent, celebrari
poterant, ideo autem inhibuerunt, quia maiori pene parte ui-
rium Romanorum iacente in ſolo execrabili, ac diro, qui

ab his illic uicti ſunt Romani, ꝗſi deoꝝ ira, penates.i.lares, & fa milię, nullius.ſ.domus, aut matronę (potius quā mœroris) erāt expertes mœroris. Itaq̄ ꝗ decretū erat, matres, ac filiæ conius gesq̄, & ſorores īterfectoꝝ nuper.i.tūc paulo ante, coactę ſunt induere ueſtē candidā.i.ſtolā albā, & hoc lachrymis abſterſis, & īſignibus doloris.i. ueſtibus lugubribus: q̄ pullæ, ſeu atræ erāt, depoſitis, & coactæ ſunt dare thura aris. Qua quidē.i.certe (ponit tamen potius ornatus gratia) conſtātia religionis ob tinendæ.i.obſtinato animo ſer uādæ, magnus rubor.i.pudor eſt iniectus cęleſtibus: ſæuiens di ulterius in eam gentē (certū eſt poſt canēſem uictoriā, qua Hāni. uti neſciuit, res eius ſem per in peius ruiſſe, & Romanas ad melius ꝑueniſſe) .ſ. Romas nā, quę ne quidem accerbitate iniuriarū (ſuperſtitioſe dictū, quaſi uero dii iniurii ſint ſi tē poraliter, aut etiā in ęternum nos perire ſinant, quantūuis ſa crificulos) potuerit abſterreri a cultu eorum.i. deorū. Noue etiā abſterreri dicit, quaſi ſenti ret, ideo periiſſe, ꝙ religioſi eſs ſent: quod iudæis aliquando accidit, qui ut ſabbato quieſce rent: cædi ſeſe permittebant.

in memoriam Romanis rediit, id factum fuiſſe contra maieſtas tem populi Romani. Expiatum, expurgatum: quia ſeruilis con ditionis puerum excubiis Iouis præfecerat.

DE NEGLECTA RELIGIONE.

CAP. II.

DE VARRONE CONSVLE DIMI- CANTE CVM CARTHAGI- NIENSIBVS.

Creditum eſt Varronem conſulem apud Cannas cum Carthaginienſibus tam infeliciter dimicaſſe ob iram Iunonis: ꝙ cum Ludos Circenſes Aedilis faceret in Iouis Optimi Maximi templo, eximia facie puerum hiſtrionem ad excubias tenendas po- ſuiſſet: quod factum poſt aliquot annos memoria repetitum, ſacrificiis expiatum eſt.

DE POTITIO NON OBSER- VANTE SACRA.

Hercules quoq̄ detractæ religionis ſuæ & gra- uem, & manifeſtam pœnam exegiſſe traditur. Nam cum Potitii ſacrorum eius ritum, quem pro dono genti eorum ab ipſo aſſignatum, uelut hęreditarium obtinuerant, authore Appio Cenſore, ad humile ſer- uorum miniſterium tranſtuliſſent: omnes, qui erant numero ſuper. xxx. puberes, intra annum extincti ſunt. Nomenq̄ Potitium in duodecim familias diui ſum ꝑpe interiit. Appius vero luminibus captus eſt.

OLIVERIVS.

CREDITVM eſt. Var ronē cōſulem, tranſit ad neglectā religionē, hic autem Var. qui. C. Terē. dictus eſt, lo co non ſolum humili, ſed etiā ſordide natus erat, teſte Liuio: nā patrē eius lanium fuiſſe di cit: ipſum inſtitorem mercis, filioq̄ hoc ipſo in ſeruili eius artis miniſterio uſum. Is iuue nis ex eo genere quęſtus: pecu nia a patre relicta, animum ad ſpem liberioris fortunæ adiecit, togaq̄, & forū placuere, pro cla mādo ꝓ ſordidis hoibus, cauſiſq̄ aduerſus rem, famamq̄ bo norū primo in notitiā populi, deinde ad honorē ꝑuenit. Tam infeliciter. Quia ut ſupra diximus: cęſa fuiſſe feruntur plus quā.l. milia Romanorum, & ſupra. xx. milia capta cū ipſo Imperatore Paulo. Aedilis faceret. Aliud officiū erat ędilis curulis, aliud plebei, quidnam eſſet officiū curulis Cicero Verrinarū lib. ulti. oſ̄dit. Nūc ſum, inquit deſignatus ędilis, habeo rōnem, q̄d a po pulo Romano acceperim, mihi ſanctiſſimos ludos maxima cō cęremonia Cereri liberu, Libereq̄ faciēdos, mihi floram matrē, populo, plebiq̄ ludorum celebritate placandum, mihi ludos an tiquiſſimos, qui primi Romani ſunt nominati, maxima cum di gnitate, ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæ eſſe faciendos: mihi ſacrorū ędium procurationē, mihi totam urbem tuendā eſſe cō miſſam ob earum rerum, laboremq̄: & ſolicitudinem fructus illos datos: antiquiorē ſententię dicendæ locum, togam, præ textam, ſellam curulem, ædiles plebei ædibus tantū præerant. l. ii. ff de ori. iu. ſic inſcribitur. Itemq̄ ut eſſent, qui ædibus prę eſſent, in quibus omnia ſcita ſua plebs deferebat: duos ex plebe conſtituerant, qui etiam ædiles appellati ſunt. Circenſes ludi. Erāt idem, qui & Romani: ſicut idem Cice. eodem loco teſtatur, hi fiebant in honorem Iouis, Iunonis, & Mineruę. Puerum hi ſtrionem. Sunt qui uelint hiſtrionē ab iſtria dictū. quia primus, qui Romæ ſcænicam artem exercuit, ab hiſtria uenerit, alii non ab iſtria, ſed ab hetruria accitos Romā hiſtriones fuiſſe dicunt, erāt autem hiſtriones: qui latinæ ludii dicuntur: qui perſonati in ſcæna comœdias: & tragædias agebant: uoce, & corporis ges ſtu: de quibus Ci. in Para. Hiſtrio. inquit, ſi paululum ſe moueat extra numerum, aut ſi uerſus pronunciatus eſt ſyllaba una bre uior, aut lōgior, exibilatur, exploditur. Poſt aliquot annos. Quia

Aedilis officiū.

ASCENSIVS.

CREDITVM eſt Secūdus titulus eſt de neglecta religio ne, i quo nō minor ſupſtitio Romanoꝝ, & illuſio dęmonū cōſpicit immo aliquāto euidē tior. Nā miſeri mortales ſe ob negligenter celebratos ludos cladē accepiſſe putabāt, & for te acceperat, quos tō melius fuiſ ſet penitus fuiſſe omiſſos. At dices dii iuſſerant ſibi eos rite celebrari, fateor, ſed q̄a iuſſerūt ſignificauerūt, ſe nō deos eſſe ſed malignos ſpiritus. ſ. q̄ ꝑ id genus ſpectacula animas mor taliū captabāt, & ut nō intermit terent: aut ne negligēter fierēt, perſuaſerit occulta inſpiratione mala, q̄ euenerāt, ꝓpterea eue niſſe: cū uero ſimilius ſit, alias fuiſſe euentoꝝ cauſas, ſed futu rā ab illis poſt cognita, ſiue ex aſtris, ſiue ex alia rerū diſpoſi tione tali negligētię, aut ante, aut poſt euētū iputaſſe fieri etiā potuit, ut deo ꝑmittente ꝓpter eoꝝ affectā cęcitatē. dæmo nes, talē reꝝ exitū, qualē mētiti fuerāt, ꝓcurarint. De q̄ re ſane docte, & abūde diſputat diuus Aug. i. i. li de. Ci. d. Q: do eſt. Creditū eſt Varronē .ſ. Caium Te. cōſulē dimicaſſe tā infelici ter ut. ſ. cū dimicaſſe cōſtat, cū Cartha. apud cānas uicū apulię, ob irā Iunonis, ꝙ cū ipſe ędi lis. i. cum eſſet ędilis: faceret lu dos circēſes. i. Romanos a circo dictos, poſuiſſet in tēplo Io uis optimi maximi ad excu bias tenēdas, pueꝝ hiſtrionē. i. ludiū, ac minimūq̄ fere mollis erat. facie eximia, q̄ aut ipſe ędi lis captus erat, aut populus capi poterat, aut ꝙ ſeruus erat, alios quin q̄d retuliſſet? Quod factū repetitū memoria. i. reductū in memoriā poſt aliquot annos eſt expiatū. i. purgatum ſacrificiis.

OLIVERIVS.

HERCVLES quoq̄ detractę. Sicut graui ſupplicio Iupi ter ultus eſt numē ſuū, & Hercules, q̄ cū Potitii antiquiſſimę fami lię eius ſacris ꝓpoſiti eēnt, & ab ipo iſtituti, cūq̄ poſt aliquot an nos ſuadēte Claudio, ad ſeruoꝝ miniſteriū ſacrificia trāſtuliſſent iratus oēs illius familię paruo tpe iteremit. Appiū luminibus pri uauit. Detractę. Diminutę. Potitii ſacroꝝ ritū. Herc. ut auctor eſt Li. poſt occiſū Cacū ꝓpter abactas boues, cū eſſet ad Euādrū deductus ſe Iouis filiū ꝑ Caci mortē uirtute ꝓbauit, ob quā rem ab Euādro benigne ē hoſpitio ſuſceptus, & ꝓ numine habitus, deniq̄ ara maxima ē ei cōſtituta, q̄d Herculi Delphicus Apollo i Italia fore ꝓdixerat, & Carmēta mr Euādri multo antea fuerat uaticinata, cū ergo de ſuo armēto ad ſua ſacrificia boues dediſ ſet inuēti ſunt duo ſenes Pinarius: & Potitius, q̄bus ōliter ſe uel let coli oſtendit. ſ. ut mane, & ueſperi ei ſacrificaret: ꝑfecto itaq̄ matutino ſacrificio, cū circa ſolis occaſū eēnt ſacra repetēda. Po titius prior aduenit. Pinarius poſtea extis iā cōſumptis i uā iratus Herc. ſtatuit, ut pinarioꝝ familia tm̄ miniſtra eēt epulātibus poti tiis, & cōplētibus ſacra: uñ & pinarii dicti ſūt a πείνη q̄ gręce dr̄ fames: nā ſenē illū. ut uult. Ser. ꝯſtat alio nōie fuiſſe nūcupatū. Vñ Virg. Primuſq̄ potitius auctor. Et domus herculei cuſtos pina ria ſacri. Auctore Ap. Quia Appius auctor fuerat ut hoc ſacrifi ciū trāſferret ad miniſteriū ſeruoꝝ. Sciēdū eſt ꝙ teſte Macro. ſa turnaliū li. I. Sacris herculis mulieres intereē nō licebat. Lumi nibus captus. Oculis & luce priuatus. De hoc Appio dicemus lib. ſe ptimo. c. de ſenectute: fuit autē q̄ cū Pyrrho epirotarū rege pa cem:

Potitiū Cacum Caci.

Pinarii.

Appius unde cęcus

cem, quibus ille petebat conditionibus fieri diſſuaſit anno ab urbe condita. cccclxi. teſte Eutropio lib. ii.

ASCENSIVS.

HERCVLES quoq; ſignificat, quæ uindicta proſecutus ſit heercules ſuorum ſacrorum ad ſeruos trãſlationẽ, in quo mirabile eſt, qnomodo eum pro deo coluerint, quẽ mortuum non ignorarent, ſed forte de diuis, aut diis factis ex hominibus id ſenſerunt, quod uulgus de ſanctis, nã oon paucis perſuaſum eſt, ſaoctos ſacro aliquo morbo ſui contemptores perſequi, quaſi uero morborum ſint authores. eo quod precibus ſubinde a deo remedia ipetrẽt. Sed ordo eſt. Herc. quoq; id eſt etiam traditur a ſcriptoribus annalium Romanorũ exegiſſe & grauem, & manifeſtam pœnam religionis ſuæ detractæ, id eſt imminutæ & uilipẽſæ. Nam cum potitii antiquiſſimi illi Romani tranſtuliſſent ritum ſacrorum eius (quem. ſ. ritum obtinuerant uelut hæreditariũ aſſignatũ ab ipſo. ſ. herculæ genti eorum. i. potitiorũ pro dono) authore Appio cẽſore ad humile miniſterium ſeruorum, omnes. ſ. potitii puberes, qui erant ſuper. xxx. numero extincti ſunt intra annum, id eſt ſpatio unius anni, & nomen potitium diuiſum in. xii. familias interiit prope, id eſt quaſi totum, Appius uero author tranſlationis captus eſt luminibus, id eſt excæcatus.

OLIVERIVS.

ACER etiam ſui numinis uindex Apollo, Apollo nihilo ſegnius & ipſe ſuum numen ultus eſt. Cum. n. Scipio Aphricanus inferior Carthaginẽ militibus diripiendam conceſſiſſet, quidam appollinis templũ ingreſſus eius ſimulachrũ aurea ueſte indutum ſpoliare tentauit, quare indignatus Apollo id egit ut ſacrilegæ manus inter fragmenta ueſtis, & fimbrias a corpore abſciſſæ reperirentur. Inter fragmenta, Inter fimbrias. Acer uindex. Vehemens & aſper ultor. Brennus Gallorum dux, hic fuit, quo duce Roma capta & incenſa fuit, ſecundum quoſdam. Apollinis templum. De hac ſpoliatione templi meminit Iuſti. In ſe manus uertit. Inſtinctu numinis hoc eſt inſtigante numine ſeipſum gladio transfixit, quia eius templum ingreſſus fuerat uiolaturus.

Brenni mores

ASCENSIVS.

ACER ſui &c. Ingenioſe, ne ſuos ſacrilegii taxet, apertius meminit de uindicante deo, q̃ de iis, de quibus uindictam ſumpſit, dicens. Apollo etiam, quaſi dicat, non ſolum Hercu. ſup. acer, id eſt uehemens, & acerbus uindex numinis ſui. ſ. læſi, qui Carthagine oppreſſa a Romanis, ſub ſcipione minore nudatus ueſte aurea, egit id, ut manus ſacrilegæ. i. quæ ſacrilegium cõmiſerant, inuenireotur abſciſæ (nõ dicit a quo, quaſi a numine factũ ſit, cum forte a petẽtibus partem prædæ factũ putes) inter fragmenta. ſ. tunicæ, unde ea non intertexto, ſed obducto auro erat. Brennus &c. Affert ſecundũ exemplum de uindicta Apollinis in ſacrilegiũ Brẽni ducis Gallorum in Gallogræcia, qui cum Delphicu templum ſpoliaſſet, in furorem uerſus ſibi manum in-

DE APOLLINE VINDICANTE SE DE SACRILEGIO.

Acer etiam ſui numinis vindex Apollo, qui Carthagine a Romanis oppreſſa, veſte aurea nudatus, id egit, vt ſacrilegæ manus inter fragmenta eius abſciſſæ inuenirentur. Brennus Gallorum dux Del-
in ſe Appollinis templum ingreſſus, Dei voluntate
phis manus vertit.

DE TVRVLIO.

Nec minus efficax vltor contemptæ religionis filius quoq; eius Aeſculapius: qui conſecratum templo ſuo lucum a Turulio præfecto Antonii, ad naues ei faciendas, magna ex parte ſucciſum dolens, inter ipſum nefarium miniſteriũ deuictis partibus Antonii, imperio Cæſaris morti deſtinatum Turulium, manifeſtis numinis ſui viribus, in eum locum, quem violauerat traxit: effecitq;, vt ibi potiſſimum a militibus Cæſarianis occiſus eodem exitio, & euerſis iam arboribus pœnas lueret, & adhuc ſuperantibus, impunitatem conſimilis iniuriæ pareret: ſuãq; venerationem, quam apud colentes maximam ſemper habuerat, Deus multiplicauit.

DE QVINTO FVLVIO.

Quintus autem Fuluius Flaccus impune non tulit, ꝙ in cenſura tegulas marmoreas ex Iunonis Laciniæ templo in ædem Fortunæ Equeſtris, quam Romæ faciebat, tranſtulit. Negatur enim poſt hoc factum mente conſtitiſſe: quinetiam per ſummam ægritudinem animi expirauit, cum ex duobus filiis in Illyrico militantibus, alterum deceſſiſſe, alterum grauiter audiſſet affectum: cuius caſu motus Senatus, tegulas Locros reportandas curauit: decretiq; circunſpectiſſima ſanctitate impium opus Cenſoris retexuit.

tulit. Ordo eſt. Brennus dux Gallorum ingreſſus templum Apollinis Delphis, id eſt quod erat opulentiſſimum apud Delphos, uertit manus in ſe, id eſt ſeipſum interemit, uoluntate dei, ſcilicet Apollinis.

THEOPHILVS.

IN SE manus uertit. Quomodo dolorem uulnerũ ferre non poſſet, ut Trogus autumat, ut Pauſanias, impar inuidiæ, quæ flagrabat apud ſuos ob rẽ male geſtã. Ingreſſus. caſtiga aggreſſus. Apol. n. tẽplũ Brennus ingreſſus nõ eſt. niſi tẽplũ pro finibus accipias, & luco tẽpli.

OLIVERIVS.

NEC minus efficax ultor. Deuictis partibus Bruti Caſſii Caſſa. interfectorũ, Octa. Antonius, & Lepidus inter ſe orbem diuiſerunt. Octaui. occidẽtẽ plagã. Antonius orientẽ. Lepidus meridianã obtinuit. Et cum Octauiam Octauii ſororẽ Anton. duxiſſet uxorem, ut inita confederatio uim maiorem poſſet habere, ſe contulit in ægyptum, ubi captus illecebris Cleopatræ reginæ diuortii libellũ paulopoſt miſit Octauiæ. Quare indignatus Auguſtus bellum itulit Antonio, quẽ cũ Cleopatra Nauali prælio apud Leucadẽ ambrachiæ promontoriũ ſuperauit. Cuius cladis acceptæ cauſam illam fuiſſe dicunt, ꝙ Anto. præfectũ quendam in lucum Aeſculapio conſecratum ad ligna ſuccidenda nauium cõficiendarũ gratia miſiſſet, nam caſus ita tulit, ut eo ipſo tempore quo ligna cedebantur. Antonii partes deuincerentur, ubi lucum cędendo uiolauerat. Lucum. Lucus dicit quaſi luce carens, & per antiphraſim dictus eſt, quia nõ luceat, nam arborum denſitate radii ſolis lucum penetrare noo poſſunt. Sic enim Seruius, ſic Priſcianus ſentiunt, multa nomina per antiphraſim dicta eſſe, ut bellũ, parcæ, lucus, alii de luco aliter ſentiũt, ſed hos ego auctores habeo. Miniſterium. Dum exciderentur trabes. Lueret. perſolueret. Superantibus. ſcilicet arboribus, hoc eſt reſtantibus. Impunitatem. ne quis poſtea id impune auderet facere.

ASCENSIVS.

NEC minus. Nec. i. & non, & Aeſculapius filius eius. ſ. Apollinis, nõ minus efficax ultor ſup. fuit religionis contemptæ, qui dolens lucũ. i. ſyluã incæduã, & ſacram, conſecratũ tẽplo ſuo. i. ad obſeruantiã tẽpli, ſucciſum ſup. eſſe ex magna parte a Turulio præfecto Antonii ad naues faciendas ei. ſ. An. partibus Antonii deuictis. i. poſtquã partes Antonii erant deuictæ, inter ipſum nefariũ miniſteriũ. i. dũ adhuc naues fierẽt traxit. ſ. Aeſculapius. Turulium deſtinatum morti imperio Cæſa. ſ. Auguſti, manifeſtis uiribus ſui numinis. i. ſuæ diuinitatis in eum locũ. Scilicet lucũ, quẽ uiolauerat, & effecit ut ipſe Turulius occiſus a militibus Cæſ. potiſſimũ ibi, cũ alibi occidi potuiſſet, lueret pœnas eodem exitio, &. i. ſimul arboribus euerſis, & pareret. i. acquireret arboribus adhuc ſuperãtibus. i. extãtibus, ĩpunitatẽ cõſimili iniurię, ne euertat, & deus. ſ. Aeſculapius multiplicauit uenerationẽ ſua (poſſeſſiue utpote) quã habuerat maximã apud colẽtes.

OLIVERIVS.

¶ QVINTVS aūt Fuluius Flaccus. Hic etiā oñditur maiorū diligentia, quā in ſeruanda religione habuere: ne qd animo prętermitterēt expiandū, qđ diis aliquo modo diſplicere cognouiſſent: abbreuiator Liuii Fuluius, inqt, Flaccus cenſor tēplū Iunonis laciniæ tegulis marmoreis ſpoliauit, ut ædē, quā dedicauerat, tegeret. Huius fuit uxor Sulpitia, quę, ut Naſica iudicio Senatus omnium optimus, ſic matronarū ſententia omniū caſtiſſima iudicata fuit. In cēſura. Dū cenſor eſſet, qui alienos mores dānare conſueuerat, ipſe in ſacrilegium incidit. Tegulas. tegulæ dicunt, qbus tecta tegunt, unde a tegendo dictæ ſunt tegulę ſunt & hymbrices ab hymbre dictę. Iunonis laciniæ. Lacinius latro fuit nobiliſſimus, qui extrema Italiæ multis latrociniis infeſtabat, hūc Hercules cū occidiſſet ad expiationem loci, placationēq; Iunonis, q ſibi irata dicebat, ei tēplū dedicauit, & a noīe latronis Iunonem laciniam appellauit. Virgil. Hinc ſinus Herculei, ſi uera eſt fama tarenti Cernitur, attolit ſe diua lacinia contra. Alii dicunt a rege conditore fuiſſe nominatū templum illud, de quo diuerſas ſcriptorū ſententias inuenio, ubi ſitum fuerit, nam Val. cum dicat in fine huius exempli, cuius caſu motus Senatus, tegulas locros reportandas curauit, innuere uidetur, locris fuiſſe templum iſtud. At Liuius libro quarto ſecundi punici belli circa principium, crotonæ fuiſſe oſtendit, cum in deſcriptione illius urbis dicat. In urbe nobile templum, ipſa urbe erat nobilius laciniæ Iunonis ſanctū omnibus, circa populis, & paulo infra. Templum, inquit, inclytum diuitiis etiam, non tantum ſanctitate. At Strab. lib. ſexto poſt fines crotoniatas eſſe uult. Poſt Scyllaceum, inquit, crotoniatarum fines ſunt, & Iapigum terua promontoria, deinde laciniæ Iunonis templum ſuperiori ætate locupletiſſimum, doniſq; frequentiſſimis plenum. Theocritus uero in quadam æglogа ex parte orientali propinquum crotonæ eſſe ſignificat, conſtat tamen promontorium lacinium in regione Locrenſi fuiſſe, teſte Plin. nat. hiſt. lib. iii. in deſcriptione locrorū. In eadē fortunæ. Tēplū deæ fortunæ, q inſidēs equo fabricata fuerat, & erecta. Tranſtulit. I. locris Romā. Mente com. mēte ſana fuiſſe. Per ſummā ægritudinē. per ſummum dolorem, & animi perturbationem, nam ægritudo tam animi, quam corporis, dicitur ægrotatio corporis tantum male ualentis. In illyrico in bello, quod geſſit Po. Rom. aduerſus perſem macedoniæ regem & illyricos, fuit. Circumſpectiſſima, diligentiſſima, & clariſſima. Retexuit. Deleuit, tranſlatio ſumpta a textoribus. nam qui texunt fila in ordinem redigunt, qui uero retexunt opus in ordinem redactum delent, ergo retexuit, deleuit, & emendauit.

Tegula. Hymbrices.

Aegritudo.

ASCENSIVS.

¶ QVINTVS autem Ful. Taxat neglectam religionem a Quinto Fuluio cenſore in transferendis tegulis, quam ſi deus nunc ſtatim puniret in ablatis ſacris, grauem in multos uideremus animaduerſionem, cum multo tamē grauior eos maneat. Ordo eſt. Quintus autem Fuluius Flaccus non tulit. i. non abſtulit, aut non tranſegit impune, id eſt, ſine punitione, quod tranſtulit in cenſura, ſupple ſua, tegulas marmoreas ex templo Iunonis laciniæ, quæ apud locros colebatur, in ædem, id eſt templum fortunæ equeſtris, quam ædem faciebat Romæ. Enim pro quia, negatur conſtitiſſe mente, id eſt compotem, aut compos fuiſſe mentis poſt hoc factum, quinetiam, id eſt, inſuper exſpirauit per ſummam ægritudinem, id eſt, afflictionem animi, cum audiſſet alterum ex duobus filiis militantibus in Illyrico deceſſiſſe, ſcilicet de hoc mundo, id eſt, mortuum eſſe, & alterum affectum grauiter, id eſt, graui morbo. Cuius ſcilicet. Quinti. Fuluii caſu, id eſt, calamitate Senatus motus curauit tegulas reportandas locros, & retexuit, id eſt diſſoluit implum opus cenſoris, circumſpectiſſima, id eſt, prudentiſſima ſanctitate decreti.

DE PLEMINIO LEGATO SCIPIONIS.

Tam me hercule, q Pleminii legati Scipionis in theſauro Proſerpinæ ſpoliando ſceleratam auaritiā iuſta animaduerſione vindicauit. Cū enim eū vinctum Romam protrahi iuſſiſſet, ante cauſæ dictionē in carcere teterrimo genere morbi conſumptus eſt: pecuniā Dea eiuſdē Senatus imperio, & quidē ſummam duplicando recuperauit. Quæ quod ad Pleminii facinus pertinuit, bene a patribus C. vindicata. Quod ad violentas regis Pyrrhi ſordeis attinuerat, ſeipſam poteret atq; efficaciter defendit: coactis enim Locrenſibus ex theſauro eius, magnā illi pecuniam dare: cum onuſtus nefaria præda nauigaret, vi ſubitæ tēpeſtatis tota cum claſſe, vicinis Deæ littoribus illiſus eſt: in quibus pecunia incolumis reperta, ſanctiſſimi theſauri cuſtodiæ reſtituta eſt.

OLIVERIVS.

¶ TAM me Her. tam Senatus retexuit opus cenſoris, quam uindicauit auaritiam &c. Pleminii legati pleminiū legatum Scipio. locris. cum præſidio Po. Ro. prefecerat, qui præter multa facinora, quæ fœda nimis, & indigna in locrenſes ediderat, templum quoq; proſerpinæ, quod ibi nobiliſſimum, & opulentiſſimum fuerat, nimia auaritia tactus, diripuit, nam ibi theſaurum ingentem repoſuerunt locrenſes, quem ex ipſius proſerpinæ luro confecerant, cum ibidem magni quotidiani prouentus imponerentur. Quare legatus theſauri cupiditate captus, pecuniā ſurripuit, quod ubi reſciuit Senatus, legatum Romam uinctum deduci iuſſit, Cognita deīde cauſa, ubi culpæ affinem eſſe intellexit, in carcerem trudi iuſſit, ubi pediculari morbo, ut quidam uolunt, ante cauſæ dictionem conſumptus eſt. Verum non minus ipſa ſe dea, quam eius numen Senatus uindicauit. Conſtat enim teſte Liu. lib. ix. ſecundi punici belli poſt direptionem ſacræ pecuniæ tantum omnibus ſacrilegio contactis iniectum eſſe furoris, ut numinis inſtinctu omnes inter ſe, dux in ducem, miles in militem hoſtili quadam rabie conuerterentur, nam rapto poculo argenteo ex oppidani cuiuſdam domo, pernitioſa ſtatim orta eſt ſeditio inter Pleminium & tribunos militum, ubi accenſa pugna uulneratis, ceſiſq; nonnullis, cum Plemi. de tribunis tanquam ſeditionis auctoribus pararet ſumere ſupplicium illorū milites ex recenti uictoria ferociores facti ex omnibus locis ad opem ferendā concurrunt, qui cum uiolata ulegis tribunorū corpora uidiſſent, in multo impotentiorem iram accenſi ſine reſpectu non maieſtatis modo, ſed etiam humanitatis in legatū mulctatis lictoribus impetum faciunt, ipſumq; a ſuis interceptum, & ſecluſum hoſtiliter lacerarunt, & prope exanguem, naſo, auribuſq; mutilatis relinquunt. Quibus rebus ad Scipionem delatis, qui tunc erat meſſanæ, poſt paucos dies locros cum exercitu uenit, & cognita cauſa tribunis ſontibus iudicatis, & in uincula coniectis, ut Romam ad Senatum mitterentur, meſſanam rediit. Ple. impotens ire tribunos ad ſe attrahi iuſſit, laceratoſq; omnibus ſuppliciis, quæ pati corpus ullum poſſit, interfecit, nec ſatiatus uiuorū pœna inſepultos proiecit, ſimili crudelitate locrenſium principes eſt uſus, quos ad conquerendas iniurias ad. P. Scip. profectos audiuit. Hunc igitur cathenis uinctum Romam tractum fuiſſe ferunt, & in carcerem coniectum, & ante dictionem cauſæ mortuum, Clodi. tamen Licini. in lib. iii. rerum Romanarum refert, hunc ludis uotiuis, quos Romæ aphricanus iterum conſul faciebat, conatum per quoſdam, quos precio corrumperat, aliquot locis urbem incendere, ut frangendi carcerem, fugiendiq; haberent occaſionem. Patefacto deinde ſcelere delegatum in Tullianum ex Senatuſconſulto, ibiq; teterrimo mortis genere conſumptum. Ante cauſę dictionem. Antequā dies ſtatuta ueniret, ut cauſam diceret. Teterrimo genere morbi, ſcilicet pediculari morbo, ergo teterrimo, fœdiſſimo, aſperrimo. Pecuniam Senatus, ubi quantitatem pecuniæ Senatus intellexit, quā abſtulerat legatus, duplicem reddi iuſſit. Quæ quātum ad Pleminii. Pyrrhus cum e Sicilia rediens locros claſſe præterueheretur, inter alia fœda, quæ in locrenſes facinora ædidit, theſauros quoq; proſerpinæ intactos ad eā diem ſpoliauit atq; ita pecunia in naues impoſita ipſe terra eſt profectus. Claſſis poſtero die fœdiſſima tempeſtate lacerata fuit, omneſq; naues, quæ ſacram pecuniam hauerant, in littora locrenſia reuectæ. Liui. lib. ix. ſecundi belli punici, ubi de Pleminio loquit, nā auaritia, inqt, ne ſacrorū quidē ſpoliatione abſtinuit, nec alia modo tēpla uiolata, ſed proſerpinæ etiā intacti omni ætate theſauri

Proſerpinæ templum locris.

præterquam

E X T E R N A.

DE MASSINISSA REGE.

At non ſimiliter Maſiniſſa rex Numidarum: cuius cũ præfectus claſſis Melitã appuliſſet, eaq; fano Iunonis denteis eburneos eximiæ magnitudinis ſublatos, ad eum pro dono attuliſſet: vt cõperit vnde aduecti eſſent, quinqueremi reportandos Melitam, inq; templo Iunonis collocandos curauit, inſculptos gentis ſuæ literis, ſignificantibus regem ignorantẽ eos accepiſſe, libenter deæ reddiſſe. Factum Maſiniſſæ animo, q̃ Punico ſanguini conueniens: quanq̃ quid attinet mores natione pendi: in media barbaria ortus, ſacrilegium reſcidit alienum.

præterq̃, ꝙ a Pyrrho, qui cum magno piaculo ſacrilegii ſui manubias retulit, ſpoliati dicebantur: ergo ſic ante regiæ naues lacerata naufragiis, nihil I terrã integri pter ſacram pecuniã deæ, quam aſportabant extulerant. Tum quoq; alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ad ultionem tẽpli furorẽ adiecit. hac igitur tanta tẽpeſtate, & clade ſupbiſſimus rex edoctus deos eſſe, pecuniam omnem cõquiſitam in theſauros Proſerpinæ referri iuſſit: nec tamen illi unq̃ poſtea proſperi quicq̃ euenit. Pulſusque Italia turpiter ſatis ignobili, atq; inhoneſta morte temere nocte ingreſſus argos occubuit. Senatus igitur quantum ad Pleminium pertinet, deam ultus eſt: quod uero ad Pyrrhum ſpectat, dea ſeipſam uindicauit. Sordes. auaritiam: ſic enim maiores auaritiam ſordes appellarunt, quia nihil hominem faciat ſordidiorem, q̃ auaritia. Sal. Auaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens cõcupiuit, ea quaſi malis uenenis imbuta corpus, animũq; uirilem effœminat. Nefaria. quia contra fas, hoc eſt ius diuinum acceperat. Vicinis deæ. haud procul a Locris. Illiſus. impactus. Sanctiſſimi theſauri. Theſaurus proprie dicitur locus, ubi pecunia, uel alia res præcioſa ſeruanda reponitur.

A S C E N S I V S.

ITAM Me hercule. Continuatur ſermo ſuperiori. Nam ordo eſt. Me hercule tam ſpectata ſanctitate retexuit ſenatus impium factum Q uinti Fuluii. q̃ id eſt quantum iuſta animaduerſione uindicauit ſceleratam auaritiam Pleminii legati Scipionis in ſpoliando theſauro Proſerpinæ. Cum enim iuſſiſſet eum pertrahi uinctum Romam, cõſumptus eſt ante cauſæ dictionẽ. i. purgationem facti, teterrimo. i. duriſſimo genere morbi in carcere. Dea. ſ. Proſerpina, recuperauit imperio eiuſdem ſenatus pecuniam. ſ. ablatam, & quidem duplicando ſummam, quia non eſt ſatis ablati reſtituere in ſacrilegio. Quæ quod &c. Proſequitur ſacrilegium Pyrrhi regis Epirotarum in eodem theſauro, & eiuſdem deæ in eum animaduerſionem, ordo eſt. Quę. ſ. dea Proſerpina: bene uindicata eſt a patribus conſcriptis. i. a ſenatu Roma. quod. i. quantum, alii legunt quantum, pertinuit ad facinus Pleminii. ſ. legati Scipionis, & quod attinuerat ad uiolentas ſordes. i. rapinas ſordidas Pyrrhi regis, qui cum rex eſſet opulentiſſimus, & nobiliſſimus, non debuit gloriam ſuam ſacrilegio inquinare, defendit ſeipſam, aut ipſa defendit ſe potenter, atq; efficaciter, quia ablata recepit. Enim pro quia Locrenſibus coactus. i. poſtq̃ Locrenſes fuerant coacti dare illi. ſ. Pyrrho magnam pecuniam, ex theſauro eius. ſ. deæ, cum nauigaret onuſtus præda nefaria, illiſus eſt cum tota claſſe litoribus uicinis deę. i. templo ipſius Proſerpinæ, ui tempeſtatis ſubitæ. i. ſubito ortæ, in quibus. ſ. litoribus pecunia reperta incolumis. i. non ſubmerſa, nec imminuta a Pyrrho reſtituta eſt cuſtodiæ ſanctiſſimi theſauri. Hoc autem genere uindictæ quaſi bolo quodam obiecto ineſcauerunt dæmones mortalium mentes: nam eum ſcirent legẽ dei animis noſtris inſcriptam, qua iudicamus furtum, ne dũ ſacrilegium iniquũ eſſe, uindictã intulerunt non a ſcelere, ut abſtinerent, ſed ut idolatriæ firmius inhærerent: nihil enim ab hoſte generis humani expectandum, quod non in maius uergat detrimentum.

T H E O P H I L V S.

IAT Q VI. Valerius hoc nõ ait. Antonii partes ad Aeſculapii lucum ſuperatas, id quod hiſtoriæ fides non habet, ſed Antonii fractis opibus ad Actium ab Octa. duci iuſſum Turulliũ a militibus eſſe interemptum in ipſo potiſſimum luco, quem ſucciderat, in quo manifeſta numinis Aeſculapii uis apparet. (Lucus.) Pleminii. Antiqui codices, partim Poſthumii Leuini legunt, partim P. Leuinii, nec affirmare quiſquam poteſt hoc an illo modo rectius apud Liuium ſcribatur. Lubricus enim lapſus eſt a P. Leuino in Pleminium.

O L I V E R I V S.

IAT Non ſimiliter Maſiniſſa. hic fuit Pyrrho longe diſſimilis, qui non modo ſacrilegium non commiſit, uerum etiam cõmiſſum emendauit. Nam cum eburneos dentes de Iunonis templo ſublatos ſibi dono datos eſſe cognouit, ei q̃ primum reſtituendos curauit, quod eo magis laude dignum fuit, ꝙ cum barbarus eſſet, alienum ſacrilegium emendare uoluerit. Melitam. inſula in Siculo mari poſita, haud longe a Sicilia periculoſo diſſitũ ſita mari, ut teſtatur Plin. libr. iii. natu. hiſto. & Cice. Verrinarum: in hac autem fuit oppidũ eiuſdem nominis, a quo non longe in promontorio fanum Iunonis fuit antiquum, ſumma cum reuerẽtia celebratum, de quo ſublati fuere dentes eburnei ſupradicti. Melita uero penultimam corripit. Oui. de faſtis. Fertilis eſt Melitæ ſterilis uicina coſirę Inſula, quam Libyci uerberat unda freti. De hac inſula Liu. xxi. lib. a Lilybæo, inquit, conſul Hierone cum claſſe regia dimiſſo, relicto q; prætore ad tuendam Siciliæ oram, ipſe inſulam Melitam, quæ a Carthagi. tenebatur, traiecit. (Melita inſula) Dentes eburneos. elephantinos. Literis. ſ. Libycis. Ignorantem. neq; illos accepiſſet, ſi Iunonis fuiſſe exiſtimaſſet. Libenter reddidiſſe. Poſtquam reſciuit de templo Iunonis fuiſſe ſublatos, & laudat Vale. Maſiniſſæ factum, ꝙ propinquior fuerit regali animo, q̃ Punico: tameſi ſanguine, & natione Punicus eſſet, tamen ſui quodammodo oblitus uidebatur. Quam Punico. q̃ pro non dixit. Sanguini. quia conſtat magnificum fuiſſe, & liberalem regẽ, quod maxime cognitum eſt poſtq̃ ſe ſocium fecit Po. Ro. Q uanq̃ quid: quid, inquit, opus eſt mores ex nationibus cõſiderare, eum in media barbarie natus ſit Maſiniſſa, qui nõ modo aufugit ſacrilegium, ſed ab alio commiſſum correxit, & emendauit. Mores natione perpendi. ſicut de Themiſtocle legitur, quem Seriphio cuidã reſpondiſſe ferunt, nec ſi Athenieſis eſſes, clarus unq̃ extitiſſes, nec ego, ſi Seriphius eſſem ignobilis. Cum ille patriam diceret Themiſtocli dediſſe nobilitatem. Perpendi. æſtimari, tranſlatio ſumpta a penſante, nam qui penſat pondus, æſtimat. Reſcidit. deleuit, cuius uerbi pteriti penultimam contra cæterorũ naturã corripuit. Oui. Nam cælo terras, & terris abſcidit undas.

A S C E N S I V S.

IAT NON &c. Superius exemplum miſtum quodammodo erat, quia de externo rege, ſed in Italia rem patrante, cum Pleminii domeſtici uiri mentione, nunc externum affert, quod etiam duplex eſt. Nam quantum ad ſacrilegium præfecti claſſis pertinet, neglectæ religionis eſt, quantum uero ad Maſiniſſæ reſtitutionem, obſeruatæ eſt religionis exemplum. Ordo. At Maſiniſſa rex Numidarum, & amicus Rom. Pop. pater Iugurthæ, de quo Saluſt. non ſimiliter. ſ. Pyrrho ſup. fecit, cuius cum præfectus claſſis appuliſſet ſup. claſſe. Melitam. i. ad eam inſulã, quæ in Carthaginis erat ditione, in mari Siculo poſita. Virg. in. iii. Aeneid. datiuo conſtruxit terminũ ad quem dicens, Hic me digreſſum ueſtris deus appulit oris, hic accuſatiuo iungitur gratia præpoſitionis, uel aduerbialiter. ſecũdum autem Vallam ſubauditur, ſe aut nauẽ, quia accuſatiuus eſt, unde non dices, ego appuli, ſed appulſus ſum (ſic tamen legitur) & præfectus attuliſſet pro dono ad eum. ſ. Maſiniſſam, dentes eburneos, hoc eſt elephantinos, miræ magnitudinis, ſublatos e fano Iunonis, ut. i. poſtq̃ comperit. i. reſciuit unde. i. de quo loco eſſent aduecti, curauit reportandos, quinqueremi ſup. nau. i. habẽte quinque remorum ordines: Melitam. i. in Melitam inſulæ eiuſdem nominis urbem, & collocandos in templo Iunonis, inſculptos literis ſuæ gentis. i. numidicis, ſignificantibus regẽ accepiſſe eos ignorantem. ſ. ꝙ ſacri eſſent, & reddidiſſe deæ libẽter, quaſi dicat uolentem, & ſcientem. Factum. i. quod factum eſt conuenientius. i. conſonantius animo Maſiniſſæ, qui præter morẽ gentis fidus, & iuſtus erat, q̃ ſanguini Punico, quia fere perfidi, & ſacrilegi ſunt Pœni: a Pœnus autem fit Punicus, ut a pœna punio, & a mœnibus munio, uerſa diphthongo in u longum, ubi nos legi

Sordes
Theſaurus
Reſcidit ...
Cato. Dilige denarium, ſed parcè dilige formam
Quam nemo ſanctus nec honeſtus optat habere.

mus conuenientibus, alii legunt conueniens, unde Oliue. exponit q̃ pro non, ut ſit factum q̃.i. non conueniẽs &c. Quanq̃ .i. tametſi, quid attinet.ſ. ad utram cenſuram, mores pendi.i. æſtimari, & appreciari, natione.i. a loco, in quo contingit naſci, quia ubique terrarum, & boni, & mali, non quidem naſcuntur, ſed nati fiunt (multum tamen ad mores facit patria, ſed plus diſciplina) Maſiniſſa ortus i media barbarie, quia in Numidia, reſcidit.i. diſſoluit, & irritum fecit ſacrilegium alienũ.i. ab alio cõmiſſum: unde quãtum ad Maſiniſſam ſuperioris tituli ẽ argumẽtũ.

DE DIONYSIO.

Syracuſis genitus Dionyſius, tot ſacrilegia ſua, quot iam recognoſcimus, iocoſis dictis proſequi voluptatis loco duxit: fano enim Proſerpinæ ſpoliato Locris, cum per altum, ſecundo vento claſſe veheretur: ridens amicis, Videtis ne, ait, q̃ bona nauigatio ab ipſis Diis immortalibus ſacrilegis tribuatur? Detracto etiam Ioui Olympio magni ponderis aureo amiculo, quo eum Tyrannus Hiero e manubiis Carthaginienſium ornauerat: iniectoque ei laneo pallio: dixit, Aeſtate grauem eſſe aureum amiculum, hyeme frigidum: laneum autem ad vtrunque tempus anni aptius. Idem Epidauri Aeſculapio barbam auream demi iuſſit: quod affirmaret, non conuenire patrem Apollinem imberbem: ipſum vero barbatum conſpici. Idem menſas argenteas, atque aureas e fanis ſuſtulit. Quod in his more Græciæ ſcriptum erat, bonorum deorum eas eſſe: Vti ſe bonitate eorum prædicauit. Idem victorias aureas, & pateras, & coronas, quæ ſimulachrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, tollebat: & eas ſe accipere, non auferre, dicebat: perquam ſtultum eſſe argumentando, a quibus bona precamur, ab his porrigentibus nolle ſumere. Qui tametſi debita ſupplicia non exoluit: dedecore tamen filii, mortuus pœnas rependit, quas viuus effugerat. Lento enim gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira: tarditatemque ſupplicii, grauitate compenſat.

OLIVERIVS.

SYRACVSIS genitus Dionyſius. Nunc de tyranno Dionyſio loquitur, qui ualde diſſimilis fuit Maſiniſſæ: nã hic adeo religiones cõtempſit, ut iocabũdus multa ſacrilegia cõmiſerit, & q̃q̃ ipſe pœnas euaſerit, eius tamen filius grauiſſimas pœnas dedit. Nam regno pulſus, Corinthum ſe cõtulit, ubi præ inopia literarum ludũ in publico aperire coactus eſt. Syracuſis genitus. bene inquã dixit non oportere mores natione perpendi, cum Maſiniſſa in media barbarie natus ſacrilegiũ emendauerit. Dion. uero Syracuſis genitus, quam conſtat urbem Græcorũ fuiſſe præſtantiſſimam ubi ſtudia humanitatis exercebantur, nõ tamen ab ingenio ſuo diſcedere potuit, qui ſacrilegia multa cõmitteret. Syracuſis. Ac ſi diceret, i qua mores, & philoſophorum præcepta uigebant. Syracuſæ, teſte Cicerone, Verrinarum lib. vi. omniũ Græcarũ urbiũ maxima atque pulcherrima fuit. Recognoſcimus. Quia nota ferme ſunt omnibus eius ſacrilegia. Proſequi. narrare. Ioui Olymp. templum fuit Iouis Olympii in urbe Acarnania haud procul a Syracuſis, ſicut uult Cice. in Verrinis. Alia, inquit, urbs eſt haud procul a Syracuſis, cui nomen eſt Acarnania, in qua Olympii Iouis antiquiſſimum fanum eſt. Amiculo paruo amictu, hoc eſt palliolo. Manubiis Carthaginienſium. Quas a Scip. Africano ſuperiore acceperat. — Syracuſę

Epidauri Aeſculapio barbam, Epidamnus urbs eſt Epiri, quæ nunc Dyrrhachium dicitur: Epidaurus uero, teſte Solin. libro de memorabilibus mun. ubi loquit de Achaia, urbs eſt Achaię, querno nemore redimita, & Aeſculapii delubro percelebris: dicit enim Inachus Achaiæ amnis argolicum ſecat tractum, & reliqua: deinde ſubiungit. Epidauro decus eſt Aeſculapii ſacellum, cui incubantes ægritudinum remedia capeſſunt de monitis ſomniorum, unde & Aeſculapius Epidaurius ſæpe dictus eſt. Ouid. de Pont. Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas. Sanabit nulla cordis ope, Strabo libro. viii. in deſcriptione locorum Achaiæ, Epidaurus, inquit, antea Epitaurus uocabatur, eam Cares, Ariſtotele teſte, occuparunt, ſicut & Hermionem: redeuntibus uero Heraclidis Iones ex Attica tetrapoli, id eſt, quaternas urbes continente, eos ad Argos comitantes etiam in unis cohabitauere mœnibus: hæc autem non parum inſignis eſt ciuitas, præſertim ex Aeſculapii claritate nobilitata, quem uaria morborum genera curaſſe ſomniati ſunt homines, erat uero templum ægrotantium multitudine uſquequaque refertum, pendentibusque tabellis, in quibus ſanati langores erant inſcripti, quemadmodum & in Coa fiebat inſula pariter, & trica. Sita urbs eſt in ipſo Saronici ſinus receſſu intimo, ſtadiis. xv. ciuitatem habens nauigationem & cætera. Plin. quoque libro. iii. natura. hiſtoria. aſſerit hanc urbem eſſe in Achaia: hinc eſt quod uehementer admirer Seruium in expoſitione carminis illius Georgi. Taygetique canes domitrix Epidaurus equorum, dixiſſe Epidaurum eſſe ciuitatem Epiri quis nobiliſſimam, ſed in culpa librariorum factum eſſe arbitror, qui nominis ſimilitudine decepti Epidaurus pro Epidamnus ſcripſerit, quanquam omnes tam ueteres, quam nouiter impreſſi codices, quos legerim, Epidaurus habeat: in hoc igitur Epidauro Achaiæ ciuitate Aeſculapius religioſiſſime colebatur, cuius ſimulachrum fingebatur barbatum, quippe qui deus eſſet medicinæ: Apollinis uero eius patris imberbe: hic ergo uidens auream barbam Aeſculapii e mento pendentem, eam demi iuſſit, incongruum eſſe dicens, patrem imberbem, & filium eſſe barbatum. Idem menſas argenteas. Mos fuit apud antiquos ut menſę argenteę in deorum templis conſecrarentur: in his autẽ inſcribebatur titulus τῶν ἀγαθῶν θεῶν, id eſt bonorum deorum: hic ubi literas legiſſet, iniquum ſane, inquit, eſſe deorũ bonitate non uti. Victorias aureas. Inſignia uictoriæ. Cic. uictoriolas dixit diminutiuũ. Victorias. Deæ uictoriæ ſtatuas, mos fuit apud maiores, ut imperatores ex hoſtibus parta uictoria ſtatuas quaſdam, & imagines deæ Victoriæ conſecrarent. Quintilianus de inſtitutione oratoria lib. ix. Themiſtocles, inquit, aureas uictorias cõflare uolebat, pateras, & coronas ſicut apud antiquos fiebant. Porrectis manibus, quaſi offerri uiderentur. Accipere. non auferre. Differentia inter accipere & auferre. Nam id accipitur, quod ultro datur: — Accipere auferre

aufertur uero quod ab inuito extorquetur: ergo accipimus datum, auferimus negatũ. A quibus bona præcamur. Nos deos, inquit, quotidie precamur, ut nobis bona concedant, & cum ultro offerunt, accipere recuſabimus? Qui tametſi debita ſupplicia. Cice. de natu. deo. libro ultimo oſtendit hunc feliciter mortuum. dicit enim hunc non Olympius Iupiter fulmine percuſſit, non Aeſculapius miſero, diuturnoque morbo tabeſcentem interemit, at qui in ſuo lectulo mortuus in triumphantis modum in rogum illatus eſt, eamque poteſtatẽ, quam per ſcelus nactus eſt, quaſi iuſtam, & legitimam hæreditatis loco filio ſuo tradidit, ſed tamen eam diutius retinere non potuit. nam regno pulſus ludi magiſter factus eſt, & in triuio literas docuit, & hoc modo patris pœnas filius dedit. Sed de huius ſacrilegi regis morte Iuſtinus uehementer a Cic. diſſentit, non. n. feliciter mortuum in ſuo lectulo iacentem, ſed a ſuis crudeliter necatum fuiſſe dicit in fine libro. xxi. ſuorum epitomatum. dicit enim Dio. quem pauloante non Sicilia non Italia capiebat, aſſiduis belli certaminibus uictus, fractuſque ad poſtremum inſidiis ſuorum interficitur, ſed magis Ciceroni credendum eſt. At Corne. nepos dicit hunc manu forti, belliquc petitum fuiſſe, & quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinoſum, non luxurioſum, non auarum fuiſſe, nulliuſque rei cupidum, niſi ſanguinis, perpetuique imperii omnẽ eãque rẽ crudelẽ. Dedecore fi. de quo multa Iuſt. li. xx. ut diximus: ſed quod ad hãc rẽ pertinet, dicit illum in ſegnitiem lapſum ſaginã corporis ex nimia luxuria, oculorũque ualitudinẽ cõtraxiſſe, adeo ut non ſolem, non puluerem, non denique ſplendorem ipſius lucis ferre poſſet, pulſum deinde Syracuſis Corinthum ſe recepiſſe, ibique humillima quęque tutiſſima exiſtimantem in ſordidiſſimum uitæ genus deſcendiſſe, non contentum in

publico

publico uacari, ſed pōtare, nec conſpici in popinis, lupanaribus, ſed totis diebus reſidere, cum perditiſſimo quoq; de minimis rebus diſceptare, pannoſum, & ſqualidum uideri, riſum libentius præbere, quam captare, in macello perſtare, & quod emere non poterat, oculis deuorare, nouiſſime ſe ludi magiſtrū profeſſum pueros in triuio doceret: unde Ouid. libro de Ponto. Ille Syracuſis a modo formidatus in urbe. Vix humili duram repulit arte famem, ergo dedecore filii, quem ex rege potentiſſimo ludi magiſtrum fecit eſſe fortuna. Lento enim gradu ad uindictā. Sententia pulchra & generalis huicq; loco maxime accōmodata, uidelicet improbo, quamuis ſeras, tamen graues manere pœnas. Sic & Hor. Raro antecedentem ſceleſtum pœna deſerit pede clauſo, pœna lenſim proſequitur nocentem. Tarditatemq; ſupplicii. Sicut in Dionyſio Dionyſii filio, qui Syracuſis pulſus Corinthi literarum ludum aperire coactus eſt: legitur etiam ꝙ obſonia uendiderit.

A S C E N S I V S.

SYRACVSIS & cæt. Ponit multa exempla de ſacrilegio Dionyſii tyranni ſiculi, quem acriter taxat, eo quod non in barbara terra, ſed Syracuſana, ubi Græcorum ſtudia, & mores uiguere, natus a prauo ingenio nō ſit retractus. Ordo eſt Diony. ſcilicet ſuperior, genitus Syracuſis urbe clariſſima in Sicilia, duxit loco uoluptatis, id eſt habuit ut rem uoluptuoſam, proſequi dictis iocoſis, id eſt iocolari dicacitate, & ſalibus impiis, tot ſacrilegia ſua quot iam recognoſcimus, id eſt receſemus. Fano enim Proſerpinæ ſpoliato, ſcilicet ab eo Locris, ideſt in ea urbe uicina Siciliæ cum ueheretur claſſe per altum, ſcilicet mare, uento ſecundo, id eſt proſpero quia a tergo flante, ridens ait amicis, falſtem ſimulatis per metum, quia ueros amicos non meruit habere, o amici uidetis ne, ꝙ̄ bona nauigatio tribuatur ſacrilegis, quaſi dicat nobis, ab ipſis diis immortalibus. Detracto etiam &c. Ordo eſt. Etiam amiculo, id eſt genere quodam amictus, aureo magni ponderis detracto, id eſt poſtquam ipſum detraxerat, Ioui Olympio, quo ſcilicet amiculo Hiero tyrannus, ſcilicet Siciliæ ante eum ornauerat eum, ſcilicet Iouem, e manubiis, id eſt parte prædæ duci competente Cartha. id eſt quas Scip. abſtulerat Carthaginienſibus, & Hieroni dederat, & pallio laneo iniecto ei ſcilicet Ioui, hoc eſt idolo eius, dixit amiculum aureum eſſe graue, & ita moleſtum ætate, & frigidum hyeme, autem pro ſed laneum ſupple amiculum eſſe aptius ad utrunq; tempus anni. unde patet neutri eſſe generis, forte quia amiculus ab amicus diminutiuum eſt, unde Flaccus in epiſto. Diſce docendus adhuc quæ cenſet amiculus, & ita legendum erit graue non grauem, niſi forte grauem dixeris amiculum, & laneum ſupple pallium aptius ſed non placet adiectiua enim ad proximum ſubſtantiuū adiiciuntur. Idem Epidauri. Ordo eſt. Idem ſcilicet Diony. tyrannus iuſſit barbam auream demi, id eſt abſtrahi Aeſculapio Apollinis filio, & medicorum principi Epidauri, ubi pręcipue colebatur, & unde eius nomen in ſpecie draconis Romam aliquādo accitum crediderunt: iuſſit autem demi, ꝙ affirmaret non cōuenire, id eſt non eſſe decens & conueniens Apollinem patrem Aeſculapii conſpici imberbem, id eſt læuem, & ſine barba, uero pro ſed, ipſum, id eſt Aeſculapium barbatum. Qui ideo barbatus fingebatur, & pingebatur, ꝙ cum medicorum habitus eſſet peritiſſimus, & grauiſſimus, barba illi congrueret: Apollinem autem imberbem, ꝙ per eum (eſt enim ſol) omnia uirent. Vnde Solis eſt Phœbo, Bacchoq; æterna iuuenta. Et decet intonſus crinis utrunque deum. Idem, ſcilicet Dionyſius tyrannus, ſuſtulit &, id eſt abſtulit, ſurripuit e fanis ædibus ſacris, menſas argenteas, atq; aureas quodq;, id eſt & ꝙ. i. quia ſcriptum erat in his, ſcilicet menſis more Græco, quia Græci, ut res ſacræ noſcerentur, inſcripſerunt eas nominibus deorum, eas ſcilicet menſas eſſe bonorum deorum, ipſe prędicauit, ideſt prius, ac palam dixit, ſe uti bonitate eorum, id eſt deorum. Nam bonos beneficos interdum uocamus. Idem, ſcilicet tyrannus tollebat, id eſt auferebat, uictorias, id eſt imagines uictoriarum, quas uictores in rei memoriam in deorum manibus poſuerant, & pateras uaſa patentia, Galli taſſias uocāt, & coronas aureas quæ ſuſtinebantur, manibus ſimulachrorum porrectis, id eſt extenſis, quaſi quod ſuſtireret porrigentibus, & dicebat ſe accipere. ſ. a datibus cas. ſ. uictorias, coronas, & pateras aureas, non auferre. ſ. ab inuitis, argumētando. i. ꝓ ratione adducendo eſſe perq̄. i. ualde ſtultum nolle ſumere bona ab his. ſ. diis porrigētibus ſup. ea. A qbus precamur. ſ. ut porrigāt bona. Qui. ſ. Dionyſio. tametſi non exoluit debita ſupplicia. ſ. in uita, tñ mortuus repēdit. i. ꝑ ſoluit pœnas. Dedecore. i. ꝑ dedecus filii. ſ. Dionyſii iunioris, qui regno turpiter pulſus erat quas effugerat uiuus. Enim ꝓ quia, diuina ira procedit ad uindictam ſui. i. ad ſe uindicandā, hoc eſt ad uindictā faciendam de iniuria ſibi illata, gradu lento. i. tardo, & compēſat tarditatem. i. dilationem ſupplicii, grauitate ſupplicii, quia tanto grauius punit, quanto tardius. Quod licet ſit pie dictum, & ſatis cōformiter ad fidem noſtram, tamen non ſatis fideliter ſentit, cum luiſſe ſupplicia in dedecore filii, qđ ſolum in opinione uiuentium ad defunctū pertinuit, quia uero non grauiores multo det pœnas in inferno. Sed loquitur quaſi nullus ſit infernus, aut nihil maneat in homine, quod illuc detrudatur. Cōtra, ſancte ſuperius dixit manibus ſimulachrorū, quaſi non deos cenſeat, ſed effigies deorum, ac idola, ſicut reuera erāt habitacuia dæmoniorum.

T H E O P H I L V S.

VICTORIAS. Victoriolarum ſigilla porrectis ſtatuarum manibus imponebant, ut in antiquis numiſmantibus eſt uidere. Sed & ipſum Nemeſis ſimulachrum uictoriolarum ſigilla ſuſtinuiſſe legimus, eaq; Enchiridia græce dici non latebit Athenei ſtudioſum.

DE THYMASITHEO PRINCIPE LIPARITANORVM.

In quam ne incideret Thymaſitheus Liparitanorum princeps, conſilio ſibi aliter, atq; vniuerſæ patriæ vtili prouidit exemplo. Excepta nanq; in freto a ciuibus ſuis Piraticam exercentibus magni ponderis aurea cratera, incitatoq; ad eam partiendam populo: vt comperit a Romanis Pythio Apollini decimarum nomine dicatam, eam Delphos perferendam curauit.

O L I V E R I V S.

IN Quam ne incideret Thymaſi. Thymaſitheus Liparitanorum princeps, ualde, inquit, diſſimilis fuit Dionyſi. nam ille multa ſacrilegia committebat, hic commiſſa corrigebat: licet enim piraticam exerceret, tamen ut ſenſit prædam ex Romanis captam Apollini conſacratam eſſe, reddendam curauit. Camil. cum in obſidione Veiorum decimam prædæ partem uouiſſet Apollini ſi potiretur urbe, poſt aliquot annos Vrbe capta dixit Po. Ro. religionem tueri quare coactus Po. Ro. decimam prædę partem exoluere. tanta in Camillum exarſit inuidia, ut illum die dicta miſerit i exilium, uerum ut religione ſolueretur, ex hac decima crateram fieri iuſſit Apollini deportandam, quæ cum deportaretur, atq; claſſis Roma. ad Liparem inſulam perueniſſet capitur a Liparitanis piraticam exercentibus, erat tum in ſummo magiſtratu Thymaſitheus, Romanis uir ſimilior, ꝙ̄ ſuis, qui legatos, donumq;, & deum, cui mitteretur, & doni cauſam ueritus, ipſo multitudinem ſuam, quę ut diuideretur præda efflagitabat, mœtu iuſtę religionis impleuit, adductoſq; in publicum hoſpitium legatos cum præſidio etiam nauium Delphos proſecutus eſt Roma. inde ſoſpites redierunt: hoſpitium, & amicitia cum Thymaſitheo ex ſenatuſconſulto publice factum, donaq; illi publice datæ. De hac decima, & uoto legitur, ꝙ cum propter eius ſoluendæ maximam difficultatem grauata longis tributis plebe, exhauſtoq; diutinis bellis ærario ſeditio appareret in urbe, matronæ cœtibus ad eam rem conſultandam habitis communi decreto pollicitæ, tribunis militum, aurum & omnia ornamenta ſua in ærarium detulerunt, grata ea res, ut quæ maxime ſenatui unquam fuit, honoremq; ob eam munificentiam fecerunt matronis habitum, ut pilentis, ad ſacra, ludoſq;, carpentis feſto, profeſtoq; uterentur. Vtili exemplo. Vt etiam ad alios tale poſtea exemplum manaret, ut religioni uenerationem habere uellent. Aurea cratera. Dicitur hic crater teris. Vir. Crateres magnos ſtatuunt, & uina coronant. Item alibi. Tum pater Anchiſes magnum cratera corona Induit, impleuitq; mero. dicitur & hic cratera teſte Statio libro Thebaidos decima. Et Bacchus in altos crateras, & inuenitur hæc cratera, quod magis in uſu eſt, ut hoc loco Liu. pari ratione dixit li. v. aureā crate

Pilentis uſæ matronę qñ primum

Crater Cratera

ram fieri placuit: nam ab accuſatiuo græco, ut quidam uolunt, fit nominatiuus latinus κρατῆρα hæc cratera, quod in pleriſq; nominibus fieri ſolet, ut panthera. Pythio Apollini. Pythius Apollo dictus eſt a Pythone ſerpente, quem interfecit, qui & Python, & Phyton dicebatur: unde cum p aſpirato, & ſine aſpiratione ſcribi poteſt, & ſic Pythium, & Phytiū Apollinē dicimus, eiuſq; ludos Phytia, ſeu Pythia. Oui. Meta. lib. i. Inſtituit ſacros celebri certamine ludos, Phytia perdomitæ ſerpentis nomine dictos. quidam uero ſunt, qui uolunt Phytium deriuari a πυνθάνομαι, hoc eſt ab interrogatione, eo ꝙ Apollinis oraculum frequenter interrogaretur: melior tamen eſt ſuperior expoſitio.

ASCENSIVS.

IN Quam &c. Affert exemplum non neglectæ, ſed ſeruatæ religionis, cuiuſmodi & alia ſed in multis exēplaribus prætermiſſa ſunt: de hoc autem ſatis ampliter Oli. diſputat. Ordo igitur eſt. in quam .ſ. deorū uindictam, aut iram ne Thymaſitheus princeps Liparitanorum. i. populorum Lipares inſulæ unius ex Aeolis, incideret, ipſe ſup. prouidit cōſilio. i. conſulte, & prudēter, exemplo utili aliter ſibi, atq;. i. q̄ uniuerſæ patriæ, quia ſibi prouidit, cū gloriæ incremento ex religionis obſeruatæ laude, patriæ, q̄ ad prædam auidior erat, tantū modo ad uindictę euaſionem. Hæc autem lectio in Aldina impreſſione eſt, Oliue. legente cōſilio ſibi, & aliis, atq; uniuerſæ patriæ utili prouidit exemplo, licet minus placet, nam fruſtra adderetur, poſt, & aliis, atq; uniuerſæ &c. Lege ergo ꝯſilio ſibi aliter, atq; uniuerſæ &c. (Nanq; pro quia, cratera aurea, ideſt poculo ex ſolido auro.) Declinatur aūt hic crater huius crateris penul. lon. uel crateros, unde accuſatiuus hunc cratera, a quo, ut in aliis quibuſdam fit, nominatiuus primæ mutato genere, hæc cratera ræ, ſicut a ſtater fit ſtatera a caſſide uel caſſida, hęc aſſida &c. immenſi ponderis, quia octo talentorum, ut Sabellicus atteſtatur, utpote, quam Rom. dicauerant Apollini Pythio apud Delphos, nomine, id eſt ex debito, decimarum .ſ. uotarum a Camillo ex omni præda Veientana, quæ nimirum ingens erat. Ea igitur cratera, excepta, id eſt per inſidias, aut inuaſiones capta, in freto, id eſt mari, una cum legatis ipſam deferētibus, a ciuibus, id eſt ſubditis ſuis Liparitanis, exercentibus piraticam, id eſt latrocinium maritimum, & populo incitato, id eſt prouocato ob eius pretium, & immenſitatem ad partiendam, id eſt condiuidendum eam, ut id eſt poſtq̄ comperit, ſcilicet Apollini dicatam fuiſſe, curauit eam perferendā una cum legatis Romanis, Delphos, ubi erat Apollo Pythius templi princeps.

ASCENSIVS.

MILESIA &c. hoc exemplum, & multa ſequentia in paucis uoluminibus comperiuntur, de quorum acceſſione ſcripſit Aldus Manutius ad eorum inuentorem in epiſtola ſua nuncupatoria, cuius tale eſt exemplum. Miletos, ſeu Miletus urbs eſt clariſſima in finibus Ioniæ & Cariæ Lanitio nobilitata, unde fit adiectiuum non Miletua, ſed Mileſius, quam urbem cum Alexāder Mag. cepiſſet, & militibus diripiendam dediſſet, milites in templum Cereris ad ipſum ſpoliandum irrumpentes, ſunt a dea excęcati, obiecta oculis illorum flamma. Nihil enim efficacius facit ad excæcationem, q̄ nimius fulgor ex obiectione flammarū in tabulas æneas. Ordo eſt. Ceres Mileſia. i. ab Mileſiis uenerari ſolita, Mileto .ſ. urbe capta ab Alexandro .ſ. magno, priuauit oculis. i. uſu oculorū, hoc eſt uiſu, milites .ſ. Alexadrinos, q irruperāt .i. per uim intrauerāt templū, ſpoliaturi. i. ut ſpoliarent templum priuauit dico oculis, flāma. i. nimis reſplendētia obiecta oculis.

DE VINDICTA CERERIS IN ALEXANDRI MILITES EXERCITA.

Mileſia Ceres Mileto ab Alexandro capta, milites, qui templum ſpoliaturi irruperant, flamma obiecta priuauit oculis.

DE PERSARVM IN APOLLINEM RELIGIONE.

Perſæ mille nauium numero Delum compulſi templo Apollinis religioſas potius manus, quam rapaces adhibuerunt.

DE RELIGIONE ATHENIENSIVM, QVI

Philoſophos etiam irreligioſe diſputantes non tulerunt.

Athenienſes Diagoram philoſophum pepulerunt, quia ſcribere auſus fuerat, primum ignoraſſe an dii eſſent: deinde ſi ſint, quales ſint. Iidem Socratem damnauerunt, quod nouam religionem introducere uidebatur. Iidem Phidiam tulerunt: q̄diu is marmore potius, q̄ ebore Mineruam fieri debere dicebat: ꝙ diutius nitor eſſet manſurus: ſed vt adiecit, & vilius, tacere iuſſerunt.

PERSAE &c. Affert exemplum potius q̄ ſeruatæ, neglectæ religionis. Nam de neglecta religione uerius eſſet exemplum, quod de eiſdem Perſis recitat Sabellicus Aeneadis tertiæ lib. ii. qui cum Delphicum templum ſpoliare tentaſſent, fulminibus, & fœda tempeſtate, & duorum ſcopulorum e Parnaſi uertice ſubito caſu ad quatuor millia obruti ſunt. Ordo hic eſt. Perſę compulſi .ſ. ui uentorum Delum. i. ad eā inſulam, quę patria Apollinis & Dianę dicitur, & ubi inſigne habuit templum oraculis clarū numero mille nauiū, tot enim Xerſi fuiſſe Aeſchilus eſt autor cū centum octoginta Atticas naues cōtra illas ſtetiſſe dicat. adhibuerūt templo Apollinis, quod in Delo eſt, manus potius religioſas, q̄ donaria auxerant, q̄ rapaces, quia nihil abſtulerunt.

ASCENSIVS.

ATHENIENSES &c. Affert tria exempla ſeruatę religionis ab Atheni. & totidem neglectæ a Diagora, Socrate, & Phidia. Diagoras. n. Philoſophus uulgo ἄθεος. i. ſine deo dictus eſt, eo ꝙ deos negauit, & omnem deorum opem: qui (ut Cic. lib iii. de n. tu. deo. dicit) cum Samo thraciam ueniſſet; atq; ei quidam amicus dixiſſet tu qui deos putas humana negligere, nonne animaduertis ex tot tabulis pictis, q̄ multi uotis uim tēpeſtatis effugerint, in portumq; ſalui peruenerint? Ita fit, inquit. illi enim nunq̄ picti ſunt, qui naufragia fecerunt, in mariq; perierunt. q. d. qui ſalui euaſerant etiam euaſuros fuiſſe, tametſi nulla nuncupaſſent uota, atqui perierant, licet uero ſimile ſit, non minora nuncupaſſe, non minus tamen periſſe. Vnde ex his qui perierant potius concluderet, aut deos non eſſe, aut opē nullam ferre, q̄ ex ſaluis contra. Socrates autem (qui teſte Cicerone in prologo quinti Tuſc. libri, philoſophiam euocauit e cælo, & in urbibus collocauit, domoſq; introduxit, & cœpit de uita, & moribus, rebuſq; bonis, & malis quærere: quamobrem, ut ſcripſit Sol. Non ſolum conſenſu hominum, uerum etiam oraculo Apollinis fuit ſapientiſſimus iudicatus) immerito fuit ab Anito homine diuite & factioſo, & a Melito accuſatus, & per Ariſtophanē poetam comicum in comœdia, quas nebulas inſcripſit, falſo criminatus, ꝙ nebulas coleret, & Athenien. religionibus detractaret, & pubem ſeduceret. Sunt autem qui aſſerant Socratem prædicaſſe unum ſolum deum more iudęorum, de quibus Iuue. Nil præter nubes, & cæli numen adorant, unde nebulas coluiſſe criminabatur, & cum ſuperſtitiōes multas damnaret religioni detrahere culpabatur. Phidias uero ſtatuarius fuit clariſſimus autore Quintil. lib. xii. tā diis, q̄ hominibus effingēdis artifex melior. In ebore uero longe citra æmulum, uel ſi nihil niſi Mineruam Athenis, aut Olympium in Elide Iouem feciſſet. cuius pulchritudo adieciſſe aliquid etiam receptæ religioni uidetur, adeo maieſtas operis deum æquauit. Verum ut hoc loco innuitur, cum laudatus, ꝙ Mineruam in ebore ſic effigiaſſet. dixiſſet melius in marmore effigiari, ꝙ candor in marmore diuturnior eſſet, ſicut reuera eſt: nā marmor, quo uetuſtius, eo ſplendidius, at ebur uetuſtate croceum colorem attrahit, libenter ab Atheni. auditus eſt: at cum adieciſſet etiam uilius ex marmore, q̄ ex ebore haberi tacere iuſſus eſt, ꝙ male uideretur de religione Atheni. cenſere. ut qui impenſę parcerent in deæ cultu, quod illi nollent. Ordo eſt. Athenī. pepulerant .ſ. ex urbe ſua, Diagorā philoſophum, quia fuerat auſus ſcribere ignoraſſe ſup. ſe primum, an dii eſſent: deinde ſi ſint, quales ſint cuius ignorationis prior pars durior eſt, quia pauci noſcūt quales ſunt dii omnes, tamen boni credūt, eos bonos eſſe, ꝙ iuſtos, ac beneficos, quod ille negabat,

Diagoras Atheos

Socrates

Phidias

DE DIOMEDONTE.

Diomedon vnus ex decem ducibus, qui eadem pugna Athenienſibus victoriam, ſibi vero damnationem pepererunt: cum iam ad meritum ſuppliciũ duceretur: nihil aliud locutus eſt, q̃ vt vota pro incolumitate exercitus ab ipſo nuncupata ſoluerentur.

DE SIMVLATA RELIGIONE. CAP. III.

NVma Pompilius, vt populum Romanũ ſacris obligaret: volebat videri ſibi cum dea Aegeria cõgreſſus eſſe nocturnos: eiuſq; monitu, ſe, quę accepta Diis immortalibus ſacra forent, inſtituere.

DE SCIPIONE AFRICANO.

Scipio Africanus non ante ad negotia publica, vel priuata ibat, q̃ in cella Iouis capitolini moratus fuiſſet: & ideo Ioue genitus credebatur.

DE L. SCYLLA.

L. Sylla quoties prælium committere deſtinabat, paruum Apollinis ſignum Delphis ſublatũ, in cõſpectu militũ cõplexus, orabat vti promiſſa maturaret.

DE Q. SERTORIO.

Q. Sertorius per aſperos Luſitanię colles ceruam albam trahebat: ab ea ſe, quænam aut agenda, aut vitanda eſſent, prædicans admoneri.

gabat, unde pro utroq; dicto damnatus eſt. Idem .ſ. Athenié. dãnauerunt Socratem, ꝙ uidebatur introducere nouam religionem, non tamen introduxit. Vnde pœnitentia ducti ſunt. Athe. ſed ſera, præſertim ꝙ Platonem pro præceptore ſuo orantem audire noluerunt. Iidem .ſ. Athenien. tulerunt .i. paſſi ſunt, & libenter audiuerunt Phidiam .ſ. ſtatuarium peritiſſimũ, q̃diu is dicebat Mineruam debere fieri potius marmore, q̃ ebore, ꝙ .i. quia nitor .i. ſplendor, & candor eſſet manſurus diutius in marmore .ſ. q̃ in ebore, ſed ut .i. poſtquã adiecit, & .i. etiam uilius .i. minore impẽſa, q̃a uilius eſt Athenis marmor etiã partũ q̃ ebor, ipſi iuſſerunt ſupp. eum tacere, ut q nesciret quid diceret, aut q nõ recte ſentiret de aio Atheñ. qui in dea colenda non quęrerent impenſę parcere.

ASCENSIVS.

¶ DIOMEDON &c. Hoc quoq; exemplum ſeruatę, non neglectę religionis eſt. Quocirca ſuſpicari licet, ut ſublata fuerant multa exempla, ita perperam locata. Quid. n. minus negligens religionis ipſo Diomedõte, qui ne ad mortem quidẽ proficiſcens, eam negligere potuit? Cum. n. contra pręſcriptũ magiſtratus Athenienſibus cũ aliis ducibus feliciter quidem pugnaſſet, ad mortem tamen damnatus eſſet, ꝙ remp. manifeſto diſcrimini cõmiſiſſet, nõ recuſauit mortem, ſed unũ obteſtatus eſt, ut uota pro ſalute exercitus a ſe nũcupata perſoluerẽtur. Ordo eſt. Diomedon unus ex decem ducibus, qui pepererant eadẽ pugna Athe. uictoriã quia hoſte uicerunt, uero pro ſed, ſibi ſup. ipſis pepererant .i. acquiſiuerant damnationem .i. ſententiam mortis, ꝙ contra edictum pugnaſſent, cum duceretur iam ad ſupplicium meritum, nihil locutus eſt aliud, q̃ ut uota nuncupata .i. expreſſa uoce ſuſcepta ab ipſo .ſ. Diomedonte, pro incolumitate exercitus, ſoluerenť .ſ. a ciuitate Athen.

ASCENSIVS.

¶ NVMA Pomp. Titulus hic totus erat ſublatus, aut forte interciderat: ſed ut conſulto ſublatum putem, id facit, ꝙ nihil magis religionem a Numa inſtitutam autoritate, ac fide priuet, q̃ dicere ſimulatum eſſe eius, cum Aegeria congreſſum. Si. n. Numa credidit, non ſatis anguſta foret populo quæ indiceret ſacra, niſi numinis alicuius intercederet autoritas, multum fidei eius detraheret, quiſquis diceret ficticiũ eſſe eius inuentũ. Quocirca cũ ſenatus probauerit cremandos libros Numæ, ꝙ religionẽ labefactarẽt, quãto magis hũc titulũ cẽſuerit delendũ, qui Numæ autoritatẽ detraxerit. de hoc tñ cõmento Numę ſic dicit Liui. lib. i. ab urbe cõdita. Omnium primũ rẽ ad multitudinẽ imperitã, & illis ſęculis rudem efficaciſſimam, deorum metum iniiciendum ratus eſt, qui cum deſcendere ad animos ſine aliquo commento miraculi non poſſet, ſimulat ſibi cum dea Aegeria congreſſus nocturnos eſſe, eius ſeſe monitu, quæ acceptiſſima diis eſſent, ſacra inſtituere. Et paulo poſt, Lucus erat, quem medium ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua, quo quia ſe perſępe Numa ſine arbitris uelut ad congreſſum deæ inferebat, camœnis cum lucum ſacrauit, ꝙ dearum ſibi cõſilia cum coniuge ſua Aegeria eſſent, & ſoli fidei ſolemne inſtituit. Hæc ille. Sicut ergo Moyſes uere aſſeruit ſe legem a deo, dei digitiſq; ſcriptam accepiſſe, ita ethnici quoq; legum latores numinis alicuius interpoſuerunt autoritate, ſcientes difficile eſſe hominem homini parere. Ordo eſt. Numa Pomp. qui fuit ſecundus Rom. rex uolebat uideri congreſſus nocturnos eſſe ſibi cũ dea Aegeria (quæ nympha erat aut dicta, ut regi maior eſſet authoritas, ſicut Herſilia Romuli coniux pro nympha eſt Iota, aut uulgo credita, ꝙ ſpiritus ſuccubi pro deabus fontium, montium, arborum, fluminum, aut mariũ ſeſe mortalibus exhibebant) ideo autem id uolebat, ut obligaret, id eſt deuinceret P. Ro. ſacris .i. rebus diuinis, quas alioquin non obſeruaſſet, & uolebat uideri ſe inſtituere ſacra, quæ forẽt accepta diis immortalibus.

ASCENSIVS.

¶ SCIPIO &c. Secundum exemplum ſimulatę religionis de Scipione Africano maiore, de quo Sabellicus Aeneadis. v. lib. iiii. Fuit Scip. non tantum ueris uirtutibus mirabilis, ſed ab ætate etiam ineunte in earũ oſtentatione noua quodam arte cõpoſitus. Iã inde ex quo uirilem togam ſumpſit, nullo die priuatam ullam, aut pub. rem prius egit q̃ in Capitolium alcẽderit, ibiq; i ſecreto ſedẽs multũ temporis ſolus ſederet. Addunt quidẽ ante lucanis horis cum in locum uentitare ſolitũ ne canibus quidẽ, qui ad cuſtodiam Capitolii alebantur illi allatrantibus. Fama præterea tenuit, quæ huic uulgatę de homini opinioni aſtipulatur, eũ immanis anguis concubitu a matre conceptum. (Quod in Alexan. Philippi filio eueniſſe Græcorum quidam prodiderunt) obſeruatamq; aliquando in materno cubiculo ſerpentis ſpeciem quę hominum inteructu continuo oculis euaneſceret. Sed quonam modo hęc cõtingere potuerunt, aliorum erit ęſtimatio Miraculi huius fides (quod ſatis conſtat) non ſolum non eſt ab eo illuſa, ſed cum uitæ inſtituto, tum rerum ab eo geſtarum gloria uehementer aucta. hæc ille. Ordo eſt. Scip. Africanus non ibat ad negocia publica uel priuata, anteq̃ moratus fuiſſet .i. aliquantulum ſolus fuiſſet in cella Iouis Capitolini: & ideo quia Iouis autoritate ſe omnia facere ſimulabat, creditus eſt genitus Ioue, in ſpecie tamen ſerpentis, ſicut Alexander mag. ſe Iouis Ammonis filium etiam ab eo in ſpecie ſerpentis genitum iactitabat, tametſi ſubinde mater id aſſerentem argute reprimebat.

ASCENSIVS.

¶ L. Scylla &c. Tertium exemplũ eſt de L. Scylla, qui mira geſſit, & ſpecioſam in Mariũ uictoriam in tyrannidẽ uertit. Is autem, ut ſuis fiduciã faceret, habebat ſecũ imaguncula Apollinis Delphis ſublatã in quo q̃ſi Apollinis numẽ ineſſet, illudq; ſibi propitium hñet, orabat eã p̃lia initurus, ut ꝓmiſſam uictoriã maturaret ſimulãs uidelicet ob religionẽ ſibi ꝓmiſſam uictoriã. Ordo eſt. L. Scylla q primus dictaturã inuaſit, & tabulã ꝓſcriptorum ꝓpoſuit, quoties deſtinabat .i. proponebat cõmittere prælium, cõplexus cõſpectu militũ paruũ ſignũ .i. ſimulachrũ, & imaginẽ Apollinis, ſublatũ .i. ſubductũ, aut clã ſubtractũ Delphis, orabat ſup. illud, uti .i. ut maturaret .i. acceleraret promiſſa .q. d. promiſſam uictoriam.

ASCENSIVS.

¶ Q. Sertorius. Quartũ exẽplũ eſt de Sertorio in quo licet ad numinis, cuius fauorẽ ſimulabat dignitatẽ reſpexiſſe uideatur autor, q̃a poſt Iouis a Scipione ſimulatũ fauorem, Apollinis recitauit, & nũc poſt Apollinis Dianę, tñ potius tẽporũ ſequitur rationẽ: nã cũ dignitate præcedat Iupiter Aegeriã, ſane cũ Diana ſit ueneratrix, eiq; Cerua ſacra, uideri poſſet per Ceruã intellexiſſe Dianã. Quã quidẽ ceruã Sertorius non ſimulaſſe dicitur, ſed re uera habuiſſe rerũ gerendarum indicem. Vnde Sabellicus de eo

Enneadis.vi.lib.IIII. Ceſſatum eſt aliquot dies Sertorio uehemē ter ſollicito, ꝙ Cerua, quam penes ſe religioſe habuerat, aliquā diu nullibi locorum extitiſſet, qua demum conſpecta, ſpei plenus ſuos in aciem eduxit, hęc ille. Sertorium autem Perpenna in Hiſpania ſuſtulit, uirum ingenti in patriam, & in marem pietate. Ordo eſt. Q. Sertorius habebat per aſperos colles Luſitaniæ regionis Hiſpaniæ, ceruam albā prædicans ſe admoneri ab ea, quę nam eſſent agenda, & quę nam uitanda. In quo facto, ut ex Sabellico colligere licet, nō tam ipſe ſimulator religionis, q̃ neq̃ ſpiritus i forma ceruæ, alioquin non fuiſſet uehementer ſollicitus in eius amiſſione, nam ſimilem facile induxiſſet.

ASCENSIVS.

MINOS &c. Docet externos quoq; legum latores ex ſimulata numinis autoritate legibus a ſe latis fidem & uenerationem peperiſſe. Ponitq; primum exemplum Minois regis Creten. qui tā iuſte regnaſſe & iudicaſſe dicitur uiuus, ut mortuus ſit habitus iudex apud inferos: unde Virg. Aen. vi. Quæſitor Minos urnam mouet. daticq; putātur illi cōiudices Aeacus & Rhadamāthus, eo ꝙ ipſi ſeuere iudicarint: nam ſecūdū eundē Maronē ſequitur eadem cura tellure repoſtos .i. quales hic uixerint, tales illic habent, & eadē affectione. Ordo eſt. Minos rex Cretenſiū ſolebat nono quoq; anno .i. ſemel per ſingulos nouē annos. Is autē numerus antiq̃s ſacris erat obſeruātiſſimus. forte ꝙ ter ternariū includat. omne aūt trinum perfectū. Vnde Maro Æneī. v. Pręterea ſi nonā diem mortalibus almū Aurora extulerit. Noſtri quoq; neſcio, an ſuperſtitioſe nouē dierum cæremonias in multis obſeruāt ſecedere .i. ſeorſum a conſpectu mortaliū incedere, & ingredi, in quoddā ſpecus .i. antrum, præaltū .i. pręcæteris profundū, & cōſecratum uetuſta religione .i. obſeruātia, & moratus .i. poſt q̃ morā traxit in eo, prorogabat aūt p̄rogabat .i. quadā p̄rogatione, & eminētia autorizabat, leges ſi quas ferebat, tanq̃ traditas ſibi ab Ioue. quo .ſ. Ioue ferebat .i. aſſerebat ſeortū .i. progenitū, ex Europa cū uerius eſſet Xanthi regis Cretenſiū ex Europa filius: ſed quia iuſte uixit, & ſancte iudicauit, primusq; ut atteſtatur Ariſto. in Aethicis, & politicis Cretenſibus leges dedit, Iouis eſt filius creditus.

ASCENSIVS.

PISISTRATVS Hippocratis filius, doctrina & eloquētia inſignis facile Atheni. rēp. occupauit, uno Solone refragāte. Fuit aūt ſępe eiectus ſemel quidē a Megadis, & aliorū principū aduerſę factionis uiris, priuſq̃ tyrannidē ſtabilire potuiſſet, orta inde inter libertatis aſſertores diſcordia, Megades, pactis cum Piſiſtrato filię nuptiis eum in urbem reſtituit, Phia muliere prægrādi ſtatura, nouo ſchemate ornata, & in currū impoſita, q̃ per urbē circūuecta pro Minerua Piſiſtratū reſtituēdū clamitabat ludibriū (inquit Sabel. Ennea. ii. lib. vi.) uel barbaris gētibus pudēdū, non modo ciuitati ſapiæ ſtudiis principi olim futuræ. Idē tñ paulopoſt q a filiā Megadis quā uxorē duxit, nō ut uxorē tractauit rurſus expulſus eſt. Ex hoc aūt ludibrio facile patet, q̃to errore tenebātur tūc mortales, q niſi ſe deā aliq̄ñ uidiſſe putarēt nō tā facile credidiſſent Phiā eſſe deam. dubitare autē licet, an ab ea Galli oīa id genus muliebria fantaſmata Phaias uocēt: ſed ordo eſt. Piſiſtratus eſt uſus in .i. ad recuperādā tyrānidē .i. dominationē in Athenas, quā amiſerat ſimulatione Mineruæ reducentis ſe in arcē, hoc eſt ſimulauit ſe reduci in arcem urbis p Mineruā deā Athenis ſumme uenerabilē, cū deciperet Athe. p oſtentationem mulieris ignotæ, quæ uocabat Phia formatę ad habitū deæ .i. Mineruæ, erat enim prægrādis & habitu deæ ſpectabilis.

EXTERNA.

DE MINOE CRETÆ INSVLÆ REGE.

Minos Cretenſium rex nono quoq; anno quoddam præaltum, & vetuſta religione conſecratum ſpecus ſecedere ſolebat: & in eo moratus, tanq̃ a Ioue, quo ſe ortum ferebat, traditas ſibi leges prærogabat.

DE PISISTRATO ATHENIENSIVM TYRANNO.

Piſiſtratus in recuperandum tyrannidem, quam amiſerat, ſimulatione reducentis ſe arcem Mineruæ eſt vſus: cum per oſtentationem ignotæ mulieris, quæ Phia vocabatur, formatæ ad habitum Deæ, Athenienſes deciperet.

Lycurgus uixit anno mundi 4304. ante Romam conditam annis 105.

DE LYCVRGO LACEDEMONIORVM LEGISLATORE.

Lycurgus conſilio Apollinis grauiſſimæ Lacedæmoniorum ciuitati leges cōpoſitas ferre ſe perſuaſit.

DE SELEVCHO.

Seleuchus ſub nomine Mineruæ apud Locrenſes prudentiſſime habitus eſt. Bacchanalium ſacrorum mos nouus inſtitutus, cum ad pernicioſam veſaniam iretur, ſublatus eſt.

DE AVSPICIIS. CAP. IIII.

DE LVCTATIO.

Lvctatius, qui primum Punicum bellū confecit, a ſenatu prohibitus eſt ſortes Fortunæ præneſtinæ audire. Auſpiciis enim patriis, non alienigenis rempub. adminiſtrare oportere iudicabant.

ASCENSIVS.

LICVRGVS legiſlator prudētiſſimus perſuaſit ciuitati Lacedęmoniorum qui ſunt Spartani, & Lacones grauiſſime, quia rigidiſſime uixerūt ſe ferre leges compoſitas cōſilio Apollinis, qui prudentiſſimus deorū eſt habitus, unde uaticinia illi addicuntur, ſic tñ ut ab Ioue ea acceperit uñ Aenei. iii. Quę Phœbo pater omnipotēs mihi Phœbus Apollo, Prædixit &c.

ASCENSIVS.

SELEVCHVS. Exemplum hoc pannoſum, & male cōſutis pāniculis cōtextū: nam neq;, q ſit Seleuchus ſatis aperit, nec qui Locrēſes, quia tñ inter externa ponit de Locrenſibus Græciæ intelligā, qui azolę a malo odore dicti ſunt Pręterea nihil ad rē facit, ꝙ Bacchanalia dicit ſublata, quæ Romæ nimirū ſublata ſunt. unde id fruſtrū ad aliud caput aſſuēdū putē. De Bacchanaliū aūt abolitione late ſcribit poſt Liui. & alios, Sabel. Ennea. v. li. vii. docens cōpertū indicio Hiſpalæ mulieris, & Ebutii eius amatoris in illis ſacris a nullo flagitii genere ceſſatū, pluraq; ibiq; inibi fieri uirorū, q̃ fœminarū ſtupra, ſi qui minus dedecoris patientes eſſent pro uictimis immolari unde poſt acerrimam innoxios utriuſq; ſexus aīaduerſionē, conſulibus dicit datū negocium, ut Romæ, ac in tota Italia Bacchanalia diruerēt: Dicta aūt erāt Bacchanalia a Baccho, cuius ſacris initiati furore corripiebātur, unde Bacchanari uerbū notat furere. Ordo eſt. Seleuchus habitus eſt prudentiſſimus apud Locrenſes, ſcilicet azolas in Græcia iuxta phocidem, unde Locri in Brutiis Italiæ iuxta illud Ænei. iii. hic & Narritii poſuerūt mœnia Locri ſub noīe Mineruę, q a cius ſe cōſiliū ſeq, & dictabat, aut q a ſe pro ea geſſit, qđ minus uidetur, cū uir deā male agat. Mos nouus Bacchanalium inſtitutus (ut opinor Romę) eſt ſublatus .i. penitus extinctus, cū iretur .ſ. fere ab oībus ad ueſaniā pernitioſam, quia in omne flagitiū, ut dictum eſt.

ASCENSIVS.

Cap. 4. de Auſpiciis incipit.

LVCTATIVS &c. Ponit exēpla de auſpiciis, aut religioſe captis, aut perperam neglectis. Atq; ita, poſt q̃ de religione in generali egit, tractat de eius ſpeciebus: nam auſpicia, & anguria, necnon ſortes, miracula, prodigia & oſtenta, quæ diuinationis ſunt partes, ad religionem pertinere putabantur, cum meræ ſint ſuperſtitiones, niſi diuina intercedat autoritas, quod addo, quia ſorte electus eſt Mathias. Sane auſpicium dictum eſt ab auium inſpectione, auguriū ab auiū garritu, q bus cōfinia ſunt haruſpicina, & extiſpicia ab hoſtiarum, & extarum inſpectione: ſunt & aliæ diuinationum ſpecies, ut quando ex igne futura iudicabant, dicitur pyromantia, quando ex aqua, hydromantia, quando ex

Auſpicium
Augurium

DE C. CORNELIO HISPALO.

C. Cornelius Hiſpalus prætor peregrinus M. Pō pilio Lenate, L. Calp. conſulib. edicto Chaldęos circa decimū diē abire ex vrbe, atq; Italia iuſſit: leuibus, & ineptis ingeniis, fallaci ſyderū interpretatione quæſtuoſam mendaciis ſuis caligmē inicientes. Idem, qui Sabazii Iouis cultu ſublato mores Romanos inficere conati ſunt, domos ſuas repetere coegit.

DE L. AEMILIO PAVLO.

L. Aemilius Paulus conſul, cum Senatus Iſidis, & Seraphis fana diruenda cenſuiſſet, eaq; nemo opificum attingere auderet, poſita prætexta ſecurim arripuit, templiq; eius foribus inflixit.

DE L. TARQVINIO.

L. Tarquinius rex cēturiis equitum, quas Romulus auſpicato conſcripſerat alias adiicere cupiens: cū ab Decio Accio Nauio augure prohiberetur: offenſus interrogauit, Poſſet ne fieri, quod ipſe mente cō ceperat: poſſe fieri dicente: iuſſit nouacula cotē diſcidi: qua Decius allata, adminiſtrato incredibili facto effectum ſuæ perfectionis oculis regis ſubiecit.

DE TIB. GRACCHO.

Tib. Gracchus, cum ad res nouas pararetur, auſpicia domi prima luce petiit: quæ illi perquam triſtia reſponderunt: & ianua egreſſus ita pedem offendit, vt digitus ei decuteretur: tres deinde corui in eum aduerſum occinentes, partem tegulæ decuſſam ante ipſum protulerunt: quibus omnibus contemptis, a Scipione Naſica pontifice maximo decuſſus Capitolio, fragmento ſubſellii ictus procubuit.

DE P. CLAVDIO.

P. Claudius bello Punico primo, cum prælium nauale committere vellet, auſpiciaq; more maiorum petiiſſet, & pullarius non exire pullos cauea nunciaſſet: abiici eos i mare iuſſit: dicēs, Quia eſſe nolūt, bibāt.

DE L. IVNIO.

L. Iunius Pu. Cl. collega neglectis auſpiciis, claſſem tempeſtate amiſit: damnationiſq; ignominiam voluntaria morte præuenit.

do ex terra. gęomantia, & ex manuū lineamentis chiromantia: ſed cū hęc ſine iactura morum neſciri poſſint, parce de eis agā. Ordo eſt. Lucta. qui cōfecit. i. finiuit, primū bellū punicū. i. Carthag. geſt. i a Ro. cū Pœnis: fuerūt aūt tria inſignia, prohibitus eſt a ſenatu audire, aut potius adire cōſulendi, gratia ſortes Fortunę Prenestine, q̄ apud Preneſte colebaē enim pro q̄a ſenatores iudicabāt oportere ſup. eū adminiſtrare rēp. ſ. Ro. auſpiciis patriis, quaſi dicat domeſticis, & non alienigenis, ideſt alium de genitis, aut captis.

ASCENSIVS.

¶ CAIVS &c. exemplū eſt de exactis Caldeis. i. aſtrologis ex aſtrorū horoſcopo futura iudicātibus, quę res parū ad auſpicia facit, unde miſta, & ſuffarcinata ſunt hęc quoq; exēpla. Ordo eſt. C. Cornelius Hiſpalus prętor peregrinus iuſſit edicto. ſ. publico M. Pō. Lenate. & L. Calp. ſeu Calphurnio conſulibus. i. dū illi eſſent cōſules, Caldęos. ſ. profeſſores aſtrologiæ abire ex urbe, atq; Italia. ſ. tota citra legā intra decimū diē. ſ. ab edicto, utpote inicientes leuibus, & ineptis ingeniis. ſ. uulgi (prudentibus. n. nō poterat perſuadere) caliginē. i. obſcurā prædictionē rerū quæſtuoſam, . i. lucroſam, ſup. ex fallaci interpretatione ſyderū: quia licet ſydera non mentiantur, eorum iudices ſæpe mentiuntur.

ASCENSIVS.

¶ LVCIVS &c. hoc exēplū auſpicia ſenatus confirmat, cū ordine aperrā. Ordo aūt eſt. L. Aemilius Pa. cōſu. cū ſenatus cēſuiſſet fana. i. tēpla, aut ſacra ędificia Iſidis & Seraphis numinum Aegyptiorū diruenda ſup. eſſe. i. dirui oportere, & nemo opificū auderet ea attingere, arripuit ſecurim inſtrumentū ferreū a ſecādo dictū prætexta. i. ueſte patricia, poſita. i. depoſita, & inflixit foribus eius tēpli, in quo illi colebantur.

ASCENSIVS.

¶ L. Tarqui. Hoc exēplū mirabiliter auxit augurorum obſeruationē, cum miraculi tam manifeſta uis ſit ut theologi noſtri dubitēt qua uia factū prędicēt. Nam ſi dæmoniaca, cum naturæ id fieri non poſſit, mirum eſt eandē poteſtatē dęmonibus p̄miſſam aliis dicētibus, nō uere inciſam cotē ſed aut ui, aut natura fiſam fiſſura, dæmoniorū fraude, aut auguris p̄ſtigiis cęlata, incidi uiſam: de hoc lib. I. ab urbe cond. ex ea, inquit, re augurtis ſacerdotioq; augurū tātus honos acceſſit, ut nihil belli domiq; poſtea niſi auſpicato gereretꝰ concilia, exercitus uocati, ſumma rerū, ubi aues nō admiſiſſent, dirimerētur, neq; tunc Tarq. de equitū centuriis quicq̄ mutauit &c. Ordo eſt. L. Tarq. . ſ. Priſcus rex Rom. cupiēs adiicere cēturiis equitū, quas Romulus cōſcripſerat auſpicato. i. capto auſpicio: erāt aūt Rānien. Tatiēſes, Luceres, nouas. ſ. cēturias, ut plures haberet equites, cum prohiberetur egtes ab Decio Accio nauio ſeu Neuio (ut Dio. legit) augere, niſi ſup. auſpicato id facere, offenſus. i. p̄p inhibitionē, interrogauit illudēs artē auſore Liuiō, nē pro an id, quod cō ceperat mente. i. aio, poſſet fieri, & ſup. augure iā capto augurio, & cōſultis auibus, dicente. i. reſpōdente, poſſe fieri, iuſſit cotem, quę duriſſimus eſt lapis, diſcēdi nouacula. i. cultro raſorio, quia dixit ſe id mente cōcepiſſe, qua. ſ. cote allata, Decius. ſ. augur incredibile facto adminiſtrato. i. per eū, ut miniſtro deorū patrato, ſubiecit oculis regis effectū. i. efficaciā ſuę p̄feſſionis, uū ſtatua Accii capite uelato, quo i loco res acta eſt in comitio uidē licet erecta ē cū cote ad rei memoriā.

ASCENSIVS.

¶ TIB. Grac. Affert tria omina ſiue oſtēta. Tib. Grac. necē portēdentia, q̄ quia contēpſit, necē nō euaſit. Erat aūt homo ſeditioſus. q̄ ut plebi placeret, legē agrariā nunq̄ ſine ſeditionē motā, aut tulit, aut ferre parauit. Ea autē exigebat, ut agri a P. R. acq̄ſiti. q̄ fere in patrū cōſcriptorū, & paucorꝫ nobilium erāt poſſeſſione ęquis portionibus ciuibus ꝑdiuiderētur. Nota ē de Gracchis (Nam Caius quoq; Gracchus frater huius eadē de cā periit) hiſtoria. Ordo igitꝰ eſt. Tib. Grac. cū pararetꝰ. i. diſponeretꝰ ad res nouas, utpote ad legē agrariā promulgandā, petiit prima luce auſpicia domi. ſ. ſuæ, inquirēs an q̄ pararet, ſuccederēt, q̄ auſpicia reſpōderūt illi, perq̄. i. admodū ualde triſtia. i. aduerſa, & egreſſus ianua offendit. i. læſit ad obiectū lapidē, aut limē, ita pedē, ut digitus. ſ. pedis decuteretꝰ. i. de ſtatione quateretur ei, deinde. i. tertio loco tres corui occinētes. i. rauca uoce clamantes, in eū aduerſum. i. oppoſitū, ut protulerūt ante ipſum partē tegulę decuſſam. ſ. de tecto, q̄bus oibus, q̄a multa ſunt, aut omnibus cōtēptis q̄a nihilominus p̄ceſſit, decuſſus. ſ. in terrā in Capitolio, i q̄ð fugerat a Scip. Naſica pōtifice maximo p̄cubuit. ſ. in mortē, ictus. i. p̄cuſſus fragmento. i. fruſto ſubſellii. i. ſcabelli illic arrepti.

ASCENSIVS.

¶ PVBLIVS &c. Sicut de obſeruata & de neglecta religiōe diſtinctim locutus eſt, ita de obſeruatis & neglectis auſpiciis loqui iſtituiſſe ui: na hoc & p̄cedēs, & ſequens exēplum de neglectis ē auſpiciis. Ordo eſt. P. Claud. cū uellet cōmittere cū Carthag. p̄liū nauale, bello punico primo, nā tria leguntur, & petiiſſe more maiorū. i. priſco inſtituto, auſpicia. i. ex auiū aſpectione rē ſtabiliri, & pullarius. i. augur, q ad hoc pullos aſſeruabat, nūciaſſet pullos nō exire cauea: nā ex geſtu exeuntiū iudicabant, iuſſit eos abiici in mare, dicēs, q̄a nolunt eſſe. i. capere eſcā egreſſę caueam, bibant. ſ. in mare proiecti. Is autem infeliciter pugnauit.

ASCENSIVS.

¶ L. Iunius colleg. ſ. in conſulatu P. Claudii, amiſit claſſem tempeſtate. i. aduerſa diſpoſitione uentorum, & aquarum, auſpiciis neglectis. i. cōtemptis, & præuenit morte uoluntaria, quam ſibi intulit ignominiam damnationis. ſ. a ſenatu, ſi uixiſſet.

DE METELLO.

Cum Metellus Pont. Max. Tuſculanum petens iret: corui duo in os eius aduerſum veluti iter impedientes aduolauerunt: vixq; excuderunt, vt domum rediret: inſequente noctu ædes Veſtæ arſit: quo incendio, Metellus inter ipſos ignes raptum Palladiũ incolume ſeruauit.

DE M. TVLLIO CICERONE.

M. Ciceroni mors imminens auſpicio prædicta eſt: cum enim in villa Caietana eſſet, coruus in conſpectu eius horologii ferrum loco motum excuſſit, & protinus ad ipſum tetendit, ac laciniam togę eo uſq; morſu tenuit, donec ſeruus ad occidendum eum milites veniſſe nunciaret.

DE MARCO BRVTO.

M. Brutus cum reliquias exercitus ſui aduerſus Cæſarem & Antonium eduxiſſet, duæ aquilæ ex diuerſis caſtris aduolauerunt: & ædita inter ſe pugna, ea quæ ex parte Bruti fuerat, male multata, fugit.

EXTERNA.

DE REGE ALEXANDRO.

Cum rex Alexãder vrbem in Aegypto cõſtituere vellet: Architectus Democrates cũ Cretã nõ haberet, polẽtaq; futuræ vrbis lineamenta deduxiſſet: ingẽs auiũ multitudo primo lacu emerſa, polẽtã depaſta eſt: quod ſacerdotes Aegytiorũ interpretati ſunt aduenarum frequentiæ alimentis ſuffecturã vrbem.

DE DEIOTARO REGE

Deiotaro vero regi omnia fere auſpicata gerenti ſalutaris aquilæ conſpectus fuit: qua viſa, abſtinuit ſe ab eiũs tecti vſu, q̃ nocte inſequenti, ruina ſolo æquatum eſt.

DE OMINIBVS. CAP. V.

OMinum etiam obſeruatio aliquo contactu religionis innexa eſt: quoniam non fortuito motu, ſed diuina prouidẽtia cõſtare credit: q̃ effecit, vt vrbe a Gallis deleta, deliberãtibus. P.C. vtrũ Veios migrarẽt, an ſua mœnia reſtituerẽt: forte eo t̃pe e p̃ſidio cohortib⁹ redeũtib⁹ cẽturio ĩ comitio exclamaret: Signifer, ſtatue ſignũ: hic optime manebim⁹: ea.n. voce

ASCENSIVS.

CVM Metellus. ſ. Lucius homo patricius, & Pont. Max. iret, .i. iter facere petens Tuſculanum. ſ. agrum, duo corui aduolauerunt in os. i. faciẽ eius aduerſum. i. obiecta illis ueluti impediẽtes iter, & uix. i. cum magna difficultate extuderunt. i. obtundẽdo effecerunt ut rediret domum, ędes Veſtę arſit noctu, p̃ nocte inſequẽte. ſ. reditũ eius, in quo incendio Metel. ſeruauit pallas diũ. i. ſimulachrũ Palladis exilio traductum aptũ inter ipſos ignes, ſeruauit dico incolume. i. illæſum ipſe tñ orbã luminibus exegit ſenectã, autore Pli. lib. vii. de quo Iuue. ſaty. iii. uel qui ſeruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam.

ASCENSIVS.

MARCO &c. Cum Cice. opera Antonii triũuiri proſcriptus in Caietana uilla deliteret miſſi ſunt qui eũ occiderẽt, caputq; Romã ferrẽt, quã rẽ coruus illi manifeſto augurio pręmonſtrauit. uñ dicit. Mors imminens M. Ciceroni, eſt pręditcta ſup. illi auſpicio. i. auis aſpectione: cũ. n. eſſet in uilla Caietana, iuxta Caietam urbẽ maritimã Italiæ, coruus auis nigra, & ita mortis prænuncia, excuſſit in cõſpectu eius, ferrum horologii. i. quod in horologio ſolari umbras faciebat motũ loco. ſ. ſuo, & tetendit protinus ad ipſum. ſ. Ciceronẽ, poſt motũ ferrũ, quo iudicaret illi nõ ſupeſſe horã uitę, ac tenuit morſu laciniam. i. pẽdulã partem togę ſup. ei⁹ donec ſeru⁹ nũciaret milites ueniſſe ad occidẽdum eũ.

ASCENSIVS.

M. BRVTVS unus interfectorũ Iul. Cæſaris, cum eduxiſſet in Philippicis iuxta Pharſaliã reliquias exercitus ſui aduerſus Cæſa. ſ. Auguſtũ, & Antoniũ. ſ. triũuirum, duæ aquilæ aduolauerunt. ſ. in apertum aerem ex diuerſis caſtris, q a altera ex caſtris Bruti, altera ex caſtris hoſtilibus, & ędita pugna inter ſe ea. ſ. aquila, quæ fuerat ex parte Bruti. i. quę ex eius caſtris proceſſerat, fugit mulctata. i. afflicta ab aduerſaria, male. i. multũ, & in malum ſuum, & ita ſignificabat exitũ pugnę futuræ.

OLIVERIVS.

CVM Rex Alexander. ſ. magnus uellet conſtituere urbem. ſ. Alexandriã in Ægypto, Democrates architectus. i. princeps ædificiorum faciendorũ, & præcipue mœnium, cum nõ haberet cretã. i. terram albam, & deduxiſſet lineamenta futuræ urbis, polenta. i. genere pultis ex farre candido ingẽs multitudo auium emerſa, id eſt exiſtens, aut quæ euolauerat proximo (ſunt qui legunt primo) lacu, depaſta eſt, id eſt abſumpſit aut deuorauit, polentam quod uocabulum Ouid. etiã neutrale protulit in Metamor. Dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta, quod ſcilicet auſpicium ſacerdotes Aegyptiorum ſunt interpretati, ſcilicet dicentes urbem ſuffecturam alimentis frequentiæ, id eſt multitudini aduenarum.

ASCENSIVS.

DEIOTARO uero regi. Tranſit ad omnia & recte quidem, nam religioni coniunguntur ea, quæ non ſine numine diuum eueniunt. Deiotarus rex Ciliciæ fuit, qui cum aquilam uidiſſet declinantem in tectum, ab eius uſu ſe quam primum abſtinuit, ſequenti uero nocte corruit tectum, Cicero libro de diuinatione quid hoſpitem, inquit clariſſimum, & optimũ uirum Deiotarum regem commemorem? qui nihil unquam niſi auſpicato geſſerit, qui cum itinere quodam propoſito, & cõſtituto reuertiſſet, aquilę admonitum uolatu, conclaue illud, ubi erat manſurus, ſi ire perrexiſſet, proxima nocte corruit itaq; ut ex ipſo audieram, perſępe reuerti ex itinere cum iam progreſſus eſſet multorũ dierũ uiam. Auſpicato. quia nihil ferme niſi captis auſpiciis gerebat, auſpiciũ autem ab aſpiciendis auibus dictũ eſt. Solo æquatum. Quia corruit. Deiotaro. hoc exemplum non eſt de omine, ſed de auſpiciis, in quo Oliuerius propter exemplaris deprauationẽ deceptus eſt. Ordo eſt. Vero ſed. cum ſuperiora fere malum portenderent, conſpectus, ſeu conſpectio aquilæ fuit ſalutaris Deiotaro regi, quem Cicero defendit gerenti fere omnia auſpicata id eſt auſpicio præuiſa (ſunt qui auſpicato legãt nec minus placet) qua, ſcilicet aquila uiſa, abſtinuit, id eſt alienauit ſe ab uſu eius tecti, id eſt alti ędificii, quod æquatum eſt ſolo, id eſt terræ planæ, ruina, id eſt per ruinam ſequenti nocte. Deiotarus rex.

THEOPHILVS.

DEIOTARVS rex Armeniæ minoris, & tetrarcha Gallogræciæ, hircius in rebus Cæſa. qui Siciliæ, uel Ciliciæ regem ſuſpicantur parum diligẽtes hiſtoriæ ſunt. Veios migrare hinc. illa indignatio in Neronem Roma domus fiet, Veios migrate Quirite, ſi non & Veios occupat iſta domus.

OLIVERIVS.

OMINVM obſeruatio declarat quare omina religioni ſubiungat. Cicero lib. de diuinatione. Non ſolum, inquit, deorum uoces Pythagorei obſeruauerunt, ſed etiam hominum quæ uocant omina, quæ maiores noſtri, quia ualere cenſebant: icirco omnibus rebus agendis, quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumq; eſſet, præfabantur. Contactu. coniunctione, & affinitate. Et præſidio, e loco, ubi præſidia poſita fuerant. Hic optime manebimus. Ecce omen. Nam ab ore dicitur omen, quaſi orimen, quicquid ex ore egreditur. Senatus accepere ſe ideo hoc dixit quia in poteſtate uidentis, & audientis Ominum uis.

audita, Senatus accipere omen ſe reſpondit, eueſtigioq; Veios tranſeundi conſilium omiſit. Quam pau cis verbis de domicilio futuri ſummi Imperii confirmata eſt conditio. Credo indignum Diis exiſtimantibus, proſperis auſpiciis Romanum nomen ortum, Veientanæ vrbis appellatione mutari: inclitæq; victoriæ decus modo abiectæ Vrbis ruinis infundi. Huius tam præclari operis autor Camillus cum eſſet precatus, ut ſi cui Deorum nimia felicitas Po. Ro. videretur, eius inuidia, ſuo aliquo incōmodo ſatiaretur: ſubito lapſu decidit, quod omen ad damnationem, qua poſtea oppreſſus eſt, pertinuiſſe viſum eſt merito autem de laude inter ſe, victoria, & pia precatio ampliſſimi viri certauerunt: æquæ enim virtutis eſt & bona patriæ auxiſſe, & mala in ſe transferre voluiſſe.

DE LVCIO PAVLO ET FILIA.

Quid illud quod L. Paulo conſuli euenit, q̃ memorabile? cum ei ſorte eueniſſet, vt bellum cum rege Perſa gereret, & domum e curia regreſſus, filiolam ſuam nomine Tertiam, quæ tum erat admodū paruula, oſculatus: triſtem animaduerteret: interrogauit, quid ita eo uultu eſſet. Quæ reſpondit, Perſam periiſſe: deceſſerat autem catellus: quem puella in delitiis habuerat, nomine Perſa: arripuit igitur omen Paulus, eq; fortuito dicto, quaſi certam ſpem clariſſimi triumphi animo præſumpſit.

dientis erat, an accipere an reſpuere id uoluerit. Eueſtigio. Statim, tractum inde, quia cum aliquid repente fieri uolumus ita dicere ſolemus antequam eueſtigio moueare hoc exequere. Proſperis auſpiciis, ſcilicet Romuli & Remi. quorum alteri ſex, alteri. xii. uultures apparuerūt. Veientanæ urbis appellatione. Vt quemadmodū primo Romanum uocabatur poſtea Veientanum appellaretur. Inclitæq; uictoriæ, quā Romani ex Veientibus pepererant, urbe eorū capta direptaq;. Infundi. miſceri. Huius. tam præclari. Liui. dictator, inquit. Camil. Capta Veiorū urbe præcones edicere iubet, ut ab inermi turba abſtineatur, is finis ſanguinis fuit deinde inermes capti, & ad p̄ſdam miles permiſſu dictatoris diſcurrit, qui eum ante oculos eius aliquanto ſpe, atq; opinione maior, maioriſq; precii rerū ferretur, dicitur manum ad cælum tollens precatus eſſe dictator, ut ſi cui hominum, deorumq; nimia ſua fortuna Populiq; Roma. uideretur, ut eam inuidiam lenire ſuo priuato incommodo, quā minimo publico Populiq; Roma. liceret, conuertentem ſe inter hāc uenerationem traditur memoriæ prolapſum cecidiſſe. Idq; omen p̄tinuiſſe, poſtea ab euentu rem coniectantibus uiſum ad damnationem ipſius Camilli, cladem q; captæ deinde urbis Romæ. quod poſt paucos accidit annos. Tā præclari operis author. Vt reſtituerentur mœnia urbis Ro. nam ipſe fuit, qui ab exilio reuocatus, collectis reliquiis exercitus popu. Ro. qui apud Aliam fluuiū paucis ante diebus turpiter fuſus fuerat, atq; fugatus ex urbe Gallos eiecit. Inuidia, ob captam urbem Veiorum, quam totius hetruriæ opulentiſſimam fuiſſe conſtat. Et quia felicitas illa uidebatur eſſe nimia, ueritus eſt; ne cui deorum faceret inuidiam. Eius ſc. quæ ſua magnitudine diis etiam feciſſet inuidiam. Lap. c. Nam ſicut mos erat adoraturus cum ſe orientem uerſus conuertiſſet prolapſus cecidit, hoc idē affirmat Cic. lib. de natu. de. Qua op. damnatus enim fuit die dicta ſibi a L. Apuleio tribuno plæ. de qua dānatione dicemus lib. v. ca. de ingratis. Merito hic laudat Camillū, difficile diſcrimen eſt, inquit, utrū maior laus fuerit uiciſſe Veios, an oraſſe deos, ut in ſe malū omen cōuerterēt. Victoria igī & pietas inter ſe certarūt, qa non facile diſcernens, utrū laudanda magis ſit uictoria Camilli an ipſa precatio. Auxiſſe bona. Deuictis Veis. Mala, deprecatione ſua.

Adoraturi in oriētem uertebātur

ASCENSIVS.

FOMINVM etiam &c. Poſt auſpicia tractat omnia præmittitq; more ſuo præludiū ad aptū tranſitū faciendū, unde facile patet, quod etiā Aldus animaduertit, ſuperius exemplum non pertinuiſſe ad omen. Omen aūt eſt quando uox ex ore alicuius excepta, cum ad aliud propoſitū ſit dicta, ad alterius rei euentū ab excipiente eam applicatur Neq; tamē ab ore duntaxat capitur, nam & factū pro omine ſæpe animaduerſum legimus ut in caſu Camilli proximo loco dicetur, & in procurſu aſelli ad fontē, quē Marius pro omine ſequutus eſt. Sic equorum lapſus, leporum occurſus, & id genus alia pro ominibus obſeruata legimus, miſera mortalium ſuperſtitione, & certiſſima dæmonorū illuſione, quæ eo ſeruitutis genere homines deuinctos premebant. Nam quid aſelli procurſus ad fontem ad Marium pertinuit? Certe ſiti potius, q̃ fame oppreſſus fontem prætulit. At

Marius ſibi aquas petendas intellexit, quod quia proſpere feceſt obſeruatum eſt, & ſcriptis mandatum, at ſi in mari periſſet, nulla ominis mentio fuiſſet, quin adeo omina, auſpicia, auguria, & id genus portenta nihil efficaciæ credebantur habere, niſi in capientibus, & ratificantibus, ut uoluntaria haberetur eiuſmodi ſeruitus. Ordo eſt. Obſeruatio omniū eſt etiam innexa aliquo contactu religionis quoniam ſup. ominis obſeruatio creditur conſtare non fortuitu motu, ſed diuina prouidentia, quā rem ſuæ credulitati prætendūt fere diuinatores affirmantes, quæ fiunt ab aſtris dependere, & ideo prænoſci poſſe, quæ. ſ. obſeruatio effecit, ut urbe. ſ. Roma deleta præter capitoliū a Gallis, & ſup. patribus conſcriptis deliberantibus. i. conſulentibus, utrū migrarent Veios iam captos a Camillo, an reſtituerent mœnia ſua, cohortibus redeuntibus, forte eo tēpore, quo conſultatio fieret, e præſidio, id eſt urbibus, quibus præſidio fuerant, centurio exclamaret in comitio. i. in eo campo, quo ad ſuffragia populus coire ſolebat, o ſignifer ſtatue. i. fige in terram, ſignum. i. uexillum, nos manebimus optime hic, enim pro quia ea uoce audita, Senatus reſpondit ſe accipere. i. acceptum habere, omen, & omiſit eueſtigio. i. illico conſilium tranſeūdi Veios. Quam. i. o quantū paucis uerbis eſt cōfirmata. i. ſtabilita cōdictio, de domicilio ſummi Imperii futuri. i. ubi nam monarchia arcem haberet, credo diis exiſtimantibus indignum ſup. eſſe, nomen Romanū ortū. Proſperis auſpiciis, mutari appellatione urbis Veientanæ, id eſt ut Romani deinde Veientes dicerentur, & decus inclytæ uictoriæ, infundi ruinis urbis, modo. i. pauloante abiectæ. Huius &c. Ordo dependet a ſuperiore, nam talis eſt. Camillus auctor huius tam præclari operis, ut ſcilicet Veii caperentur, & eo non migrarentur, aut ut reſtituerentur mœnia urbis, cum eſſet precatus, ut ſi felicitas Populi romani uideretur, cui id eſt alicui deorum nimia, ſicut Aeneidos ſexto. Nimium Romana propago Viſa potens ſuperis. Inuidia eius. ſ. dei ſatiaretur, & ita ſedaretur aliquo incommodo ſuo, ſcilicet precantis Camilli, decidit, ideſt deorſum in terram cecidit, ſubito lapſu, id eſt inopinato caſu, quod omen, ſcilicet caſus uiſum eſt pertinuiſſe ad damnationem. ſ. Camilli, qui oppreſſus eſt poſtea, quia in exilium actus, aut pro ſed, uictoria, & pia precatio ampliſſimi uiri uidelicet Camilli, certauerunt merito inter ſe de laude, id eſt uiri maior laus deberetur enim pro quia, eſt eque, id eſt equaliter, aut equæ, id eſt equalis uirtutis, & auxiſſe bona patriæ, quod fecit per uictoriam, & uoluiſſe transferre in ſe mala, ſcilicet patriæ, quod præcatus eſt.

OLIVERIVS.

FQVID illud omen Camilli memorabile fuit. At quod ſequitur non minori memoria dignum. Nam cum Macedonicū bellum. L. Pau. Senatus extra ordinem decreuiſſet, & ea ipſa die domum ad ueſperas rediiſſet filiolam ſuā Tertiam, quæ tūc erat paruula, admodum oſculans animaduertit, triſtiorem. Quam cum interrogaſſet, quid ita triſtis eſſet, mi pater, inquit, Perſa, periit, tum ille arctius puellam complexus, accipio, inquit, mea filia omen. Erat autem mortua Catella eo nomine, quam puella habuerat in delitiis L. autem Paulus omen accepit Perſam Macedonum regem, aduerſus quem ſibi decreta fuerat prouincia, eo

Paulus Macedoniam.

bello periturum, quod & factum eſt, quáuis uiuus ductus fuerit in triumphũ. Iuſti. li. xxxiii. Dũ hæc aguntur inquit metu iã periculoſi belli Ro. Aemi. Pau. creat, eiq; extra ordinẽ Macedonicũ bellum decernunt, qui cum ad exercitũ ueniſſet non magná moram pugnæ fecit, pridie quá confereret bellum, luna nocte defecit, triſte id oſtentum Perſeo oibus præſagientibus, finemq; Macedonici regni portẽdi uaticinãtibus. Cum re. diuerſis modiſ hoc nomẽ declinaſ Perſeus Perſei, q̃ declinatiõe uſus é. Iuſt. ut ſupra uidimus cũ dixit, triſte id oſtentũ Perſeo, ſiſ mõ & Li. li. x bel. Mac. multis ĩ locis ut ibi uidere licet, declinaſ & Perſes hu⁹ Perſis, ut ſenſire ut Ser. honoratus, q̃ Salu. utitur exẽplo in hiſtoriis, quẽ libr ũ amiſimus, ubi probare intendit ſubtractã eſſe literam. ſ. huic nomini Achilli, & in eo uerſu. Troas reliquias danaũ, atq; immitis Achilli, dicit enim ꝓpter omioteleuton detraxit. ſ. literã, quæ plerunq; pro ſibyllo habeſ, non ſolũ neceſſitatis, ſed etiã Euphonię cauſa, ut Sal. A pricipio urbis ad bellũ Perſi Macedonicũ, ꝑ Perſis, itẽ Perſa huius Perſę ut hoc loco.

ei mariti. Concubia nocte. Intempeſta nocte. Var. de lingua latina. Intempeſtũ cælius dicebat, cum tẽpus agendi eſt nullum, quod alii concubium appellarunt, q̃ fere tunc oẽs cubarent, eſt ergo prima pars ſomni. Eius rei petendi nuptialia. Locum reſidendi. Vt feſſa non nihil ſe recrearet. Mora quadam indulgentia. & commiſeratione puellæ commota. Concubia nox

DE CÆCILIA METELLI

At Cæcilia Metelli dum ſororis filiæ, adultæ ætatis virginis, more priſco, nocte concubia nuptialia petit: omen ipſa fecit: nam cum in ſacello quodam eius rei gratia aliquádiu perſediſſet, nec aliqua vox propoſito congruens eſſet audita: feſſa longa ſtandi mora puella, rogauit materteram, vt ſibi paulisper locum reſidendi accommodaret: cui illa. Ego vero, inquit, libenter tibi mea ſede cedo. Quod dictum ab indulgentia profectum, ad certi ominis proceſſit euentum: quoniam Metellus non multo poſt mortua Cæcilia, uirginem de qua loquor, in matrimonium duxit.

DE CAIO MARIO, ET OMINIS OBSERVATIONE.

Caio autem Mario obſeruatio ominis procul dubio ſaluti fuit, quo tempore hoſtis a Senatu iudicatus, in domum Fanniæ Minturnis cuſtodiæ cauſa deductus eſt, animaduertit enim Aſellum, cum ei pabulum obiiceretur, neglecto eo, ad aquam procurrentem: quo ſpectaculo, Deorum prouidentia quod ſequeretur, oblatum ratus: alioqui etiã interpretandarum religionum periti ſſimus: a multitudine, quæ ad opem illi ferendam confluxerat, impetrauit, vt ad mare produceretur: ac protinus nauiculam conſcendit: eaq; in Africam prouectus, arma Syllæ uictricia effugit.

ASCENSIVS.

QVID illud. Affert euidẽtis ominis exemplum dicens. Quid illud. i. quid dicendum putas de illo omine quod euenit Lucio. P. ſ. Aemilio cõſuli, quã. i. quantũ ſup. putas memorabile, id eſt memoratu dignũ ſit. Cum eueniſſet ei ſorte, quia cõſules ſortiri ſolebant inter ſe prouincias, aut ſorte legendũ eſt quia extra ſortẽ decreta eſt ei prouincia, ut gereret bellũ cum Perſa (proprium eſt nomen) rege. ſ. Macedoniæ, & egreſſus e curia domũ, oſculatus filiolam ſuam Tertiam nomine, quæ erat tunc paruula admodũ anim aduerteret triſtẽ interrogauit quid ita. i. cur eſſet eo. ſ. tam mœſto uultu? Quæ reſpondit Perſam periſſe. Autem pro ſed catellus. i. paruus canis nomine Perſa (nam canes a fluminibus, aut regionibus aut colore nomina ſępe ſumunt) quem puella habuerat i delitiis, deceſſerat. i. mortuus fuerat, nõ tamen cani aptum uidetur uocabulum, non enim decedit. i. de loco cedit, quod perit, ut anima Bruti, nam corpus mãſit. Igitur quia fauſtũ erat uiſum, Paulus. ſ. Aemilius, arripuit. i. auide accepit, & ratum habuit omen. i. ab ore prolatum rei euẽtum, & præſumpſit. i. percepit hanc rem antequã contingeret, & ſumpſit animo. ſ. ſuo. i. cogitatione, edictio fortuito. ſ. puellæ, quaſi certam ſpem triumphi clariſſimi, quem poſtea de Perſa egit, unde Macedonicus dictus eſt.

OLIVERIVS.

AT Caeci. me. Ci. lib. de diui. L. Flaccum flaminem Marti, inquit, audiui, cum diceret Cęciliam Metel. cum uellet ſororis ſuę filiam in matrimoniũ collocare, exiſſe in quoddam ſacellũ ominis capiendi cauſſa, quod fieri more ueterum ſolebat, cum uirgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet, neq; diu ulla uox extitiſſet, puellam defatigatam petiſſe a matertera, ut ſibi concederet paulisper, ut in eius ſella requieſceret, illam autem dixiſſe uere mea puella tibi concedo ſedes meas, quod omen res conſecuta eſt, ipſa enim breui mortua eſt, uirgo autem nupſit, cui Cæcilia nupta fuerat. At Cæcilia Metelli. ſ. uxor, ut Hectoris Andromache. & Deiphobe glauci. More priſco. mos enim fuit apud maiores, ut cum puellæ maturæ uiro, & plenis iam nubiles annis eſſent in templis excubarent, & ubi ſtantes omen acciperent futu

ASCENSIVS.

AT Cæcilia. Aliud affert omen ex ore Cæciliæ Metelli dicens. At. i. ſed Cæcilia Metelli ſcilicet, coniunx dum more priſco, id eſt ueteri inſtituto, petit nocte cõcubia, id eſt quam mortales ſimul cubare ſolent, & quieſcere, nuptialia. i. pertinentia ad nuptias, filię ſororis, uirginis. i. quæ erat uirgo ætatis adultę, id eſt iam maturæ uiro, ipſa fecit, non accepit omẽ, nam cum perſediſſet in quodã ſacello. i. parte tẽpli, capellã nũc uocant, aliquãdiu, gratia eius rei. i. nuptialiũ ominum cauſa, nec aliqua uox cõgruens propoſito, id eſt pertinens ad nuptialia uirginis eſſet audita, puella feſſa lõga mora ſtandi, rogauit materterã. i. matris ſuę ſororem. Cæciliam uidelicet. Vt accõmodaret ſibi paulisper, id eſt pauiulum tẽporis locũ reſidendi. Cui illa. ſ. Cæcilia, inquit, ego uero, id eſt certo, & ſerio, cedo tibi mea ſede. i. do tibi ſedem meam, ut ſedeas, quod dictum profectum ab indulgentia. i. clementi affectione in puellam, proceſſit ad euentum certi ominis, quoniam Metellus duxit in matrimoniũ uirginẽ, de qua loquor. Cæcilia mortua. i. cum eſſet mortua, non multo poſt.

OLIVERIVS.

CAIO autem. Cum. P. Sulpi. tribunus plebis auctore. C. Ma. pernitioſas leges promulgaſſet, ut exules reuocarentur, noui ciues libertiniq; diſtriburrentur in tribus, ut & conſul Ma. aduerſus Mitrida. ponti regem dux crearetur, & aduerſantibus conſulibus. Qu. Pompe. & L. Syllæ uim intuliſſet, occiſoq; Põpei cõſulis filio genero Syllæ. L. Sylla cõſu. in urbem cũ exercitu uenit, & aduerſus factionẽ Sul. & Ma. in ipſa urbe pugnauit, eamq; expulit. Ex quo. xli. a Senatu hoſtes, inter quos conſul Mari. & filius iudicati ſunt P. Sul. cum in quadã uilla lateret indicio ſerui ſui retractus, & occiſus eſt. C. Ma. filius in Africã traiecit. C. M. pater Minturnas delatus in paludibus delitur, eo Syllani milites, cũ ueniſſent ac diligenter, & accurate eius ueſtigia indagarẽt, nec eũ inuenirent, paſtorem haud longe conſpicati rogant primo indicent Marium, fluctuãtem deinde, & diſſimulantem minis, & terrore perfundunt, qui ubi ſe á militibus circunfundi, & telis undiq; peti uidit Mariũ indicat, itaq; capitur Ma. Minturnaſq; defertur, & in domũ Fãniæ mulieris publicæ cuſtodiendus traditur, ad quẽ occidẽdum Seruus publicus natione cimber miſſus inermẽ, & ſqualore obſitũ maieſtate tanti uiri cõmotus ſtricto iam gladio interficere nõ ſuſtinuit, & tremebũdus abiecto ferro refugit, clamitans geminata uoce, non poſſum interficere Marium, tum Minturnenſes maieſtate uiri capti incolumen præſtiterunt hinc ergo cum abiturus exiſſet e domo, animaduertit aſellum neglecto pabulo, quod obiectum ei fuerat, ad aquã contendentẽ, quo uiſo omen arripuit, intellexitq; ſibi ſalutem nauigatione quærendã eſſe, & ſtatim impetrauit a Minturnẽſibus, ut ſibi publica nauis traderetur, quo facto ſe atulit in Africã, & ibi uires cõparauit, quibus priſtinã fortunã

Marii caſus uarii

& dignitatem

& dignitatem breui recuperauit ſicut ſuo loco oſtendemus. Fannię.qui defendit in iudicio. Alioquin.inſuper. Peritiſſimus,qui maximā augurii peritiā héret. In aphrieā. Vbi comparato exercitu cū ſeeinnę coniunxiſſet urbē cœpit, & priſtinā dignitatem cum magno inimicorum exitio recuperauit.

pidum eſt Cypri,ubi præcipue colebatur uenus quæ paphia dicta. Virgil. inde paphum ſublimis abit, ſedeſq; reuiſit. Læta ſuas &c. κακοβασιλεα malum regem ſicut Ptolemæū expertus eſt. Non tulit diſſimulanter. non occultauit illud quod mente conceperat.

A S C E N S I V S.

CAIO aūt Mario. Omen hoc in facto,non in uerbo captum, nā cū aſinum animaduertiſſet Marius,neglecto pabulo terreſtri, ad aquam bibendam profugere, intellexit neglectis terreſtribus auxiliis ad marinū aufugiū properādum, quod quia fecit, & proſpere illi forte ſucceſſit,religioni a miſeris mortalibus aſcriptū eſt. Sabellicus autor eſt aſinum, qua potuit uoce omen cōfirmaſſe. Nā ingenti, inquit uoce uelut Claſſico quodā edito, ad fontē peruica geſticulatione procurrit. Ordo eſt. Autē.i.ſed obſeruatio ominis.ſ. in facto fuit Caio Mario uidelicet priſco, qui ſepties conſul antequā moreretur fuit, ſaluti.i. ad ſalutem .i. ſeruationē uitæ, ſic enim ſalus fere accipitur,eo ſup. tēpore, quo tēpore, ipſe iudicatus hoſtis Senatus.ſ. Romani, deductus eſt cauſa cuſtodiæ.i. ut cuſtodiretur, donec Romā traheretur,minturnis.i. ad villam iuxta paludes, in quibus repertus erat in domū faniæ. Oliuerius dicit mulieris, credā uiri dicendū,nam Sabellicus uocē ſenis,a quo occultus fuerat, auditā dicit, & in Terentio, uiri nomē eſt. Enim pro quia. Animaduertit.ſ.cū minuturnenſiū nemo auderet in eū manū mittere, cū ne cimber quidē id auſus fuiſſet, & eū abire permiſiſſent, aſellum procurrentem ad aquā.ſ.fontalē, cum pabulum .i. nutrimentū obiceret ei, eo .ſ. pabulo neglecto .i. prætermiſſo tanquam ſpreto. Quo ſpectaculo ratus ſup. eſt, oblatum ſup. eſſe ſibi prouidentia deorum, id quod ſequeretur, alioquin .i. qui alio quoq; modo eſſet peritiſſimus, minime tamen literatus religionum, quæ ad diuinationem pertinerent, interpretandarum.i. exponendarum quod portenderent, impetrauit a multitudine, præſertim minturnenſium, quæ confluxerat ad opem ferendam illi, ut produceretur ad mare, ac protinus conſcendit nauiculam, & prouectus ea.ſ. nauicula in Aphricam effugit arma ſyllę uictricia.ſ. tunc, utpote a quibus uictus fuerat.

DE POMPEIO MAGNO.

Pompeius vero magnus in acie Pharſalica victus a Cæſare: fuga quærens ſalutem, curſu in inſulam Cyprum (vt aliquid in ea uirium contraheret) claſſem direxit: appellenſq; ad oppidum Paphum conſpexit in littore ſpecioſum ædificium: gubernatoremq; interrogauit, quod ei nomen eſſet: qui reſpondit κακοβασιλεα vocari: quæ vox ſpem eius: quantulacunq; reſtabat, comminuit. Neq; id diſſimulanter: tulit: auertit enim oculos ab illis tectis, ac dolorem, quem ex diro omine conceperat, gemitu patefecit.

DE MARCO BRVTO.

Marci etiam Bruti dignus, admiſſo parricidio, euentus eſt omine deſignatus: ſiquidem poſt illud nefarium opus, natalem ſuū celebrans, cum Græcum verſum exprimere vellet, ad illud potiſſimum Homericum referendum animo tetendit.

Ἀλλά με μοῖρ᾽ ὀλοή, καὶ λητοῦς ἔκτανεν υἱός.

qui deus Philippenſi acie, a Cæſare, & Antonio ſigno datus, in eum tela conuertit.

DE CAIO CASSIO.

Conſentaneo vocis iactu C.Caſſii aurem fortuna peruellit: quæ orantibus Rhodiis ne ab eo cunctis deorum ſimulachris ſpoliarentur, Solem a ſe relinqui reſpondere voluit: vt rapaciſſimi victoris inſolentiam, dicti tumore protraheret: abiectumq; Macedonica pugna, non effigiem Solis, quam tantummodo ſupplicibus ceſſerat: ſed ipſum Solem reuera relinquere coegit.

A S C E N S I V S.

POMPEIVS uero magnus uictus.ſ.a Cæſare in acie pharſalica .i. conflictū apud pharſalicam urbem emathiæ, quærēs ſalutem.i. ſeruationem uitæ, & reipub. fuga i. fugiendo direxit curſu.i. cū celeritate claſſem in Cyprū inſulam, ut contraheret.i. congregaret, aliquid uirium.i. copiarum, quæ uires ſunt exercitus in ea.ſ. inſula, & appellens .ſ. claſſem. Aut ſe ad oppidum paphum .ſ. nomine, ſi præpoſuiſſet paphum, non præpoſuiſſet ad cōſpexit in litore ædificiū ſpecioſum, & interrogauit gubernatorem .ſ. nauis, quod nomen eſſet ei.ſ. ædificio, qui reſpōdit uocari cacouaſilea.i. malum regem. Nā cacos dicitur malus, & βασιλεύς Baſileus profertur tamē uaſileua rex, quæ uox cōminuit ſpē eius.ſ. Pompeii quātulacūq; reſtabat, q̃a non ſperabat ſe bonū regē inuenturum. Neq; tulit .i. paſſus eſt id.i. eā ſpei depoſitionē, aut idignationē ſuā diſſimulāter, auertit enī oculos ab illis tectis.ſ. tam mali ominis, ac patefecit gemitu .i. gemēdo dolorē, quē cōceperat ex diro.i. execrabili omine.

O L I V E R I V S.

MARCI etiam Bruti. Nota eſt hiſtoria quomodo Bru. & Ca. Cæ. i Senatu multis uulneribus confoderunt, q̃ tamen ſuo loco dicemus ſed quod ad hunc locum pertinet, cū Bru. poſt patratum homicidium ſacrificaret natali ſuo interpretes ut mos erat animum adiecit ad carmen Home. ἀλλά με μοῖρ᾽ ὀλοή, καὶ λητοῦς ἔκτανεν υἱός. Sed me parca ferox latonæq; obruit infans. Alius uero ſic traduxit, ſed me ſors miſera, & latonæ perdidit infans. Et ita factum eſt, nam in campis Philippicis, ubi congreſſus eſt cum Auguſto & M. An. forte ita cecidit, ut ſignum belli futuri præponeretur ab Auguſto & Anto. ſignum Apollinis nam mos erat, ut commiſſuri prælia, deum aliquem ſignum pugnæ præponerent, ut. C. Ma. Martis ſimulachrum. Sylla delphici Apollinis, Cæſa. ueneris genetricis. Ergo quia Apollinis ſignum propoſuit Auguſtus, omen, quod factum eſt, uerſus ille quodam modo impleuit, quia in ea pugna ſuperatus eſt, in qua ſignum fuerat Apollo latonæ filius. Admiſſo parricidio, hoc nō ſine adulatione dictum eſt uult enim Vale. Cæſarem. patrem patriæ fuiſſe. Natalem. Mos fuit apud antiquos ut natalia principes ſua ſolenniter celebrarent. Virgil. Phiſida mitte mihi. m. eſt na. Iola. Signo datus. Vt milites Cæſariani, & Antoniani a militibus Bruti, & Caſſii dignoſcerentur. — Signum prælii.

O L I V E R I V S.

POMPEIVS uero omen futuræ cædis factum eſt Pompeio Cæſa. arma fugienti, nam in acie pharſalica uictus cum inſulam Cyprum peteret, ut inde uirium aliquid contraheret, uidit a longe eminens edificium, & interroganti quod ei nomen eſſet, reſponſum eſt κακοβασιλεα quo audito mœſtus intellexit, ſe malū regem experturum. Pompeius magnus, cuius magnitudo totum orbem complexa fuit, nam Cic. in Cati. Inuecti. iiii. paucis uerbis oſtendit, quanta fuerit Pompeii rerum geſtarum magnitudo, dicit enim Pompeii res geſtæ, atq; uirtutes continentur iiſdem, quibus ſolis curſus regionibus, ac terris continetur. Pharſalica. theſſalica, nam regio illa diuerſis nominibus fuit appellata Emonia, Theſſalia, Pharſalia, Macedonia, emathia, campi Philippici, prout eam diuerſi reges occuparāt. Contraheret. colligeret, congregaret. Oppidum paphum. op

A S C E N S I V S.

MARCI &c. Affert omen pernitioſum Bruti dicens. Euentus.i. exitus rei, etiam Marci Bru. non ſolum Pompeii, dignus parricidio admiſſo, dum Cæſarem patrem patriæ, & etiam ſuum occidit. Nam Cæſar tribus, & uiginti uulneribus confoſſus eſt, uno duntaxat gemitu ad primum ictum emiſſo. Marcum enim Brutum in ſe graſſantes intuitus, græcis uerbis dixiſſe fertur.

Mos cele[brare] natalem apud antiquos. Caesar tr[ibus] et uigin[ti vul]neribus co[nfos]sus est.

DE PETILIO.

Annotatu dignum illud quoq; omen, ſub quo Petilius conſul in Liguria bellum gerens occiderit. Nam cum montem, cui Letum cognomen erat, oppugnaret: interq; adhortationem militum dixiſſet: hodie ego Letum utiq; capiam: inconſideratius præliando, fortuitum iactum vocis leto ſuo confirmauit.

DE EXTERNIS OMINIBVS.

Adiici noſtris duo eiuſdem generis alienigena exempla non abſurde poſſunt. Samii Prienenſibus auxilium aduerſus Carras implorantibus, arrogantia inſtincti, pro claſſe, & exercitu, Sibyllam eis deriſus gratia miſerunt, quam illi velut diuinitus datum præſidium interpretati, libenter receptam, vera fatorum prædictione, Victoriæ ducem habuerunt.

ge tu fili, hoc eſt etiam tu fili me occidis, qui in te paterno ſum animo, euentus dico Marci Bruti deſignatus eſt .i. præfiguratus, omine. Siquidem .i. quoniam ipſe celebrans poſt illud nefarium opus, uidelicet cædem Iulii Caeſ. Natalem ſuum, id eſt diẽ, quo natus fuerat, cum uellet exprimere uerſum græcũ .ſ. aliquẽ lepidum, & feſtiuum, nam tales multi ſunt apud græcos, tetendit animo, i. animus illi tractus eſt potiſſimum ad referendum illud Homericũ quod latine ſonat, Sed parca. id eſt Dea fatorum fera .i. crudelis in me, & infans .i. filius latonæ ſemper iuuenili forma, uidelicet Apollo, perdidit me. Qui deus .ſ. Apollo datus a Caeſa. ſ. Auguſto & Antonio eius ſocio ſigno .i. ut ſit ſignũ ſeu uexillũ, ſup. in acie. i. conflictu Philippenſi .i. pharſalico, conuertit .ſ. animãdos eos, quibus ſigno erat tela in eũ .ſ. Marcum Brutum. Virg. etiam eſt autor in bello actiaco contra Antonium, & Cleopatram Auguſtum uſum Apolline. Quin etiam nõnunquã ſeſe pro Apolline geſſit, ad quod alludens idem Maro in Buco, dixit. Caſta faue lucina, tuus iam regnat Apollo.

OLIVERIVS.

CONSENTANEO uocis iactu. pari ratione Caſſius Bruto affinitate coniunctus, quippe qui Iuniam Bruti ſororem duxerat uxorem fecit ſuæ futuræ mortis omen, cum rogantibus rhodiis, aliqua ſibi deorum ſimulachra relinqui, ſolem a ſe relinqui, reſpondiſſet, nam quod ille per ludubrium dixit, ſuo euentu ſortitus eſt, quia reuera ſolem reliquit. Solem relinqui. ſimulachrum ſolis, hoc autem per ludibrium dixit, quippe quem ferre non poterat præ magnitudine. Memoratur enim a ſoli, unum ex ſeptem mirabilibus mundi, erat autem centum uiginti ſex pedum imago Aenea, & fuſilis facta, quam a ſe Caſſius relinqui, dicebat. Inſolentia ſuperbia, nam quanto maior erat timor uicti, tanto magis uictori ſuperbia creſcebat. Protraheret manifeſtaret, uel augeret. Ipſum ſolem. quia cum uictus eſſet, & cum omnibus copiis in hoſtium poteſtatem ueniſſet, ſibi mortem conſciuit.

ASCENSIVS.

CONSENTANEO uocis iactu. Fortuito, inquit, omine Caſſius autem Cæſaris percuſſor, & Bruti perneceſſarius, ſui exitus euentum protulit. Nam orantibus rhodiis dum eos dum ſpoliaret etiam deorum ſimulachris, ut aliquid eis relinqueret, ſolis, inquit, relinquo (id autem tam ingens erat, ut auferri integrum non poſſit, quod ideo forte tam ingens fecerant, quia in ſolis ſe credebant tutela, propterea quod nulla dies tam nubia, in qua ſol non uideatur ipſis rhodiis.) Et quia qui ſolem relinquunt, uitã quoq; relinquunt, ideo omen fuit uitæ ab eo relinquẽdæ. Ordo eſt. Fortuna. i. fortunatus, aut proſperus euentus peruellit autem. C. Caſſii, id eſt, admonuit Caiũ Caſſium. Quia enim auris dedicata eſt memoriæ, uellere autem eſt memorem facere. Vnde in Bucoli. Maro. Delius autem uellit, & pro, id eſt admonuit. Et in roſa. Mors autem uellens uiuite ait uenio, admonuit autem futuri exitii, conſentaneo, id eſt conformi ad euentum rei iactu, id eſt ſuperba emiſſione uocis, id eſt dicti, aut reſponſi, quæ ſcilicet fortuna uoluit ſup. Caſſium reſpondere rhodis orantibus, ne ſpoliarentur ab eo ſcilicet Caſſio, cunctis ſimulachris deorum, ſolem, id eſt ſolis ſimulachrũ (niſi forte de ſole intellexerit Caſſius, ut qui quotidie rhodiis uiſitur) relinqui a ſe, ideo autem uoluit eum fortuna ſic ſuperbe reſpondere, ut protraheret, id eſt extenderet, & ampliaret, inſolentiam. i. ſuperbam petulentiam uictoris ſcilicet Caſſii ſuperbiſſimi, tumore, id eſt inflatione dicti, id eſt reſponſi tam ſuperbi, & fortuna coegit Caſſium abiectum ſcilicet a ſpe uictoriæ. priuſquam uictus eſſet, pugna Macedonia, id eſt Macedonica ad Philippos contra Auguſtum geſta relinquere, non effigiem ſolis, quam ceſſerat, id eſt conceſſerat, tantummodo, ſupplicibus, ſcilicet Rhodiis, ſed reuera ipſum ſolem, id eſt lucem huius mundi cum uita, forte, quod hallucinatus cum ſuos uideret hoſtes credidit, & ita ſolem, id eſt lumen nondum mortuus reliquit.

OLIVERIVS.

IN LIGVRIA. Ligures imis Alpium iugis adherentes inter uarum, & macram fluuios, implicitoſq; dumis Silueſtribus, maior aliquanto labor eſt inuenire quã uincere. Varrus Fluuius eſt grandis ex Alpibus fluens Galliam Tranſalpinam a Ciſalpina ſeparans uetuſtiſſimus Italiæ terminus. Varrus flu.

Macra fluuius eſt ex initio Apennini, fluens inter ligurum montes & demum iuxta lunam ciuitatem defluit in mare tyrrhenum.

ASCENSIVS.

ANNOTATV dignum &c. Affert omen petilianæ necis ſumptum, & ab inuito, aut nõ animaduerſante, & ab æquiuoco uocabulo, nam cum ſe letum montem eo nomine capturum diceret, letũ id eſt mortem cœpit. Letus mons

Ordo eſt illud omẽ, ſub quo petilius conſul gerẽs bellum in liguria parte illa Italiæ Galliæ Italis Ciſalpinæ contermina, occiderit, id eſt mortem obiuerit, eſt ſup. quoq;, id eſt etiam dignum annotatu, i. ut annotaretur, quia mirabile eſt. Nam cum ipſe petilius oppugnaret montem cum Caſtello, aut ſaltem caſtris cui .ſ. monti cognomen erat letum, & dixiſſet inter adhortationem militũ .i. dum milites adhortaretur, utiq;. i. certe, ego capiã hodie letum, ut intellexit, montẽ. i. ipſe præliando inconſideratius, confirmauit ſuo leto. i. nece, & fato, iactum fortuitum. i. incertam aleam, alludit enim ad iactũ aleæ, aut emiſſionem caſualẽ uocis. i. dicti illius, quod iactu quodã fit unde a uerberãdo uerbũ dictũ uolunt.

OLIVERIVS.

SAMII prienen. Cum prienenſes graui bello premerẽtur, auxilium petierũt a Samiis. Samii ut qui ab illis eſſent alieni, quaſi ridentes ſe ſibyllam miſſuros reſponderũt, nam ex ſibyllis una fuit Samia. Prienenſes ergo, quod irridentes Samii promiſerãt læto animo acceperũt, & hanc quaſi ducem belli conſtituentes glorioſam ex hoſtibus uictoriam reportarunt. Prienenſibus priene ciuitas eſt Ioniæ, biantis patria, auctor Stra. lib. xiiii. Cui principium eſt, reliquum eſt, ut de Ionibus, caribuſq; dicamus &c. ubi nominatis. xii. ciuitatibus, in quibus & priene ſubiungit, nam hæc ſunt. xii. Ioniæ ciuitates, & paulo interius, ubi de ſingulis mentionẽ facit, poſt meãdri, inquit, oſtia eſt Prienenſiũ ſitus, ultra quod priene eſt, & micale mõs feris, & arboribus plenus. Itẽ paulopoſt, priene, inquit, a quibuſdam cadme appellatur, quoniã philotas eius conditor e Bœotia uenit, e priene fuit Bias hunc ex. vii. ſapientibus de quo Hipponax ſic, inquit, & diſceptari, quã Bias prienenſis melius. Priene.

Aduerſus car. caræ populi inſulani piraticam exercẽtes famoſi fuerũt, uicti a minoe, ut Tucydides, & Sal. dicũt auctor Sec. in expoſitione illius carminis Virgil. hic legas, caraſq; ſagittiferoſq; gelonos. At Stra. dicit populos eſſe cariæ regionis quæ cõtermina eſt Ioniæ, uidelicet inter Ioniã, & liciã poſitæ, hos etiam aliquando ſub minoe fuiſſe dicit, & inſulas habitaſſe, hinc arbitror inſulanos dictos fuiſſe, & carres carriũ declinauit, ſunt & carræ primæ decli. in Syria quidẽ teſte li. vi. in deſcriptione Syriæ. dicit. n. tigrano certa & loca, quæ ſunt circa carras, Nicephoriũ, & Chobriza & Sinnaca, in quibus Surina parthorũ Imperator Craſſum dolo captũ iteremit, unde Luca. Syrias latio maculauit ſanguine carras. Deriſus gratia pro deriſione. Diuinitus. Quaſi diuina prouidentia eis data foret. Cares Chobriza

Vera fatorum reddit rationem, cur læti acceperunt.

Aſcenſius.

DE APOLLONIATARVM OMINE.

Ne Apolloniatæ quidem pœnitentiam egerunt, qui cum bello Illyrico preſſi, Epidamnios, vt ſibi opem ferrent, oraſſent: atq; illi flumen vicinū mœnibus ſuis nomine Aeantem in adiutorium ſe mittere dixiſſent: Accipimus, quod datur, reſponderunt: eiq; primum in acie locum, perinde ac duci aſſignauerunt: ex inſperato enim ſuperatis hoſtibus, ſucceſſum ſuum omini acceptum referentes, & tunc Aeanti, vt deo, immolauerunt, & deinceps omnibus prœliis duce vti inſtituerunt.

DE PRODIGIIS. CAP. VI.

DE SERVIO TVLLO.

PRodigiorum quoq;, quæ aut aduerſa, aut ſecunda acciderunt, debita propoſito noſtro relatio eſt. Seruio Tullo etiam tū puerulo dormienti: circa caput flāmā emicuiſſe domeſtici oculi annotauerūt. Quod prodigium Priſci Tarquinii regiſ vxor Tanaquil admirata, Seruium ſerua natum, in modum filia educauit, & ad regium faſtigium euexit.

ASCENSIVS.

FADIICI &c. Adiicit duo externa a Prienenſibus acceptū alterū ab Apolloniatis. Cū enim Samii per deriſum pro pſidio ſibyllam dediſſent Prienēſibus aduerſus Carras, aut quod illis opus cenſerēt prudentia, aut muliere duce, illiq; tanquam fauſti ominis ſibyllā acceptaſſent, eius diuinatione ſeruati ſunt. Et cū epidānii Apolloniatis etiā per deriſum Aeantē, quo nomine fluuius erat, adiutorē aſſignaſſent, innuentes forte, quod illū tranſgrederenť, Apolloniatæ omen accipientes, Aeanta i. aiacē. hoc eſt eius imaginem ſumptam pro ſigno ſibi conſtituerunt ducem, tranſgreſſiq; amnem uicerunt. Vt cum ordine latius aperiam. Ordo autem eſt. Duo exempla alienigena .i. externa (declinatur autē adiectiue alienigenus, a, um.) eiuſdē generis. i. admirabilis ominis, poſſunt adiici nō abſurde, id eſt non impertinenter noſtris, id eſt Romanis exemplis. (Simile autem eſt de Cyrtheo ſeu Tyrtheo poeta, de quo flaccus in arte. Poſt hos inſignis Homerus Cyrtheuſq; &c. ubi rem aperuimus) Samii, ideſt iſulani illi, in ſtinctu arrogantia .i. ſuperbia quadā, unde conteptus oritur, & deriſio, Prienenſibus. i. ciuibus prienes ciuitatis in Ionia, implorantibus. i. cū implorarēt hoc eſt quaſi plorando orarēt, auxiliū aduerſus Carras, qui uicini ſunt populi, poteſtq; accuſatiuus dici tertiæ miſerunt eis, gr̄a deriſus. i. deriſionis pro claſſe, & exercitu. i. loco claſſis, & exercitus ſibyllam .i. fœminā diuinæ ſcientiæ, ac mentis peritam, hoc eſt uatem, quæ ſamia a Varrone, & lactantio dicitur. Vnde pater dominicū illud, nullū prophetā acceptū in patria, quia ut rem uilem miſerūt ſibyllam ſamii, quā ut precioſam acceperunt Prienenſes, unde addit, quā .ſ. ſibyllam, illi. i. Prienenſes, interpratati uelut præſidiū datum diuinitus habuerunt accepta libēter ducē uictoriæ prædictione uera. i. per uerā prædictionē, & præmonitionē, fatorū. i. futurorū euentorū prius ignoratorū, nam ſcientes, quid futurū eſſet, & ita quid tentarent, & quid uitarent, facile hoſtem ſuperarunt.

THEOPHILVS.

FCARAS. A caria, quam Strabo, Mella, Pliniuſq;, & Ptolemæus Aſiæ contribuunt, a qua nomen gentile Car apud Plutar. Singulariter, & plurali numero Cares, ii plæraſq; tenuerunt Aegei maris inſulas, & in iis Con. unde Caris antea dicta eſt, ut ſcribit Hellanicus, oram maritimā nauibus habebāt infeſtam. Neq; quod ait Seruius autoritate Thucididis, & Salluſtii pter hiſtoriā uideri debet. Caras enim Minos nauali plio uictos cycladibus expulit, inſulaſq; eas in ſua poteſtatē redegit, ut meminit etiā Libanius. Ad Virgilii tamē expoſitionē nihil ii faciunt, Carrę uero pro duplex. R. urbs Meſopotamiæ Craſſi clade nobilis, auctor Plin. & Stepha. & hāc Luca. intelligit. Vt parū perite faciant qui confundunt. Aeantēs & Aos idem fl. eſt, ut Hecatæus & Strab. tradunt Apolloniatum fines irrigans, a monte Lacmo caput tollit, Adriatico mari infunditur, ad aiacem nihil attinet.

OLIVERIVS.

Apollonia

FAPOLLONIATÆ. Apollonia pluriū urbiū nomē fuit unius in Epiro cōſtitutæ, de qua nūc agitur, alterius i Creta. iii. in Thracia. iiii. in Syria. Eantē. accuſatiuus latinus a nomine græco uenīēs αιαντα. i. aiacē, quia aiax unus ex heroibus fuit ideo hunc ſe libenter accipere uiderūt, & ſimulachrū eius quaſi ducem ſemper habuerūt. Acceptū re. i. quicquid felicitatis ex ea re ſunt cōſecuti, id omini totū adſcribentes, & illi quaſi gratias agentes, nam Aeanti tanquam deo poſtmodū immolarunt.

ASCENSIVS.

FNE QVIDEM. i. ſed nec etiam Apolloniatę. i. ciues Apolloniæ urbis in Epiro, egerunt pœnitentiam. i. non pœnituit eos, quod cū preſſi bello illyrico oraſſent Epidaunios uicinos ſuos, ut ferrent ſibi opem, atq; illi. ſ. Epidanni ſdixiſſent, ſe mittere in adiutoriū flumen uicinum mœnibus ſuis hoc eſt Apolloniatarū. (Et eſt bona reciprocatio, qa reſpicit primū hoc eſt principale ſuppoſitū) nomine Aeantē. i. quod flumē nominabatur græce αιας Aeas (quo modo aiax ab illis ſcribatur, & pferatur, declinatur huius Aeantis ſuſcepto n quod in recto nullis græcis antes eſt, ſed accipitur interdū ab as, is, us, ut gigantis, ſymoentis opūtis) non inquā egerūt pœnitētiā, quod dixerunt accipimus, quod datur. ſ. auxiliū, Aeantē uidelicet, hoc eſt aiacem, & aſſignauerunt ei .ſ. Aeanti hoc eſt eius imagini perinde ac duci, primū locū in acie enim pro quia hoſtibus ſuperatis .i. cū hoſtes eſſent ſuperati ex inſperato. i. pter ſpem, ipſi referētes omini .ſ. quod acceperint, ſucceſſum ſuum acceptū. i. fatētes ſe accepiſſe ab omine, & cauſa ominis approbati talē ſucceſſum (Acceptum enim ferre cum datiuo eſt animo indicare ſe accepiſſe quod additur ab illo, q in datiuo ponitur. Vt ſoli Chriſto genus humanum ſalutē ſuam acceptā ferre debet,) &. i. pariter tunc immolauerunt Aeanti, ut deo, & inſtituerunt uti deinceps in omnibus prœliis Aeante ſup. duce. Quia tamen ueterum ſuperſtitio tenuit fluuius eiuſdem nominis deos pręeſſe, unde Tyberis, & Tyberinus inuocatur apud Maronem, non abſurdū forte eſſet dicere Apolloniatas fluminis ſui tāquā dei imaginem, & non aiacem ſibi ducē conſtituiſſe, ſed in priore ſententia Oliuerium ſequimur. Liberū tamen eſt, cum author non diſceenat, utrālibet amplecti.

OLIVERIVS.

PRODIGIORVM quoq;. Recte, inquit, ominibus prodigia ſubiungūtur, ſunt enim iter ſe quadam affinitate coniuncta, & uidetur hoc loco cū Cice. ſentire Valer. q a prædicendo dicta ſunt prodigia, & non ut quidam uolunt a porro, & adigendo, nam cum monſtrum aliquod apparet ſiue bonum, ſiue malum prædicat, prodigium appellatur. Cicer. lib. de natu. deo. Prædictiones, & præſenſiones & rerum futurarum quid aliud declarant, niſi quæ futura ſunt, ominibus oſtendi, monſtrari, portendi, prædici, ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta prodigia dicuntur, ergo plane oſtendit a prædicendo dicta eſſe prodigia. Pri. Tar. re. Hic diſſentit a Liuio qui non anci Marci, ſed Pri. Tar. uxorem fuiſſe dicit, que ut prodigiorū peritiſſima cognouit Ser. Tullum puerum dormientem, cuius caput flamma corripuiſſet, clarum aliquando euaſurum, qui etiam regię maieſtati in rebus afflictis ſuccurreret. Itaq; cum quidam famularium aquā ad extinguendum incendiū afferret, a regina prohibitū ferūt, ſedatoq; tumultu moueri puerum uetuiſſe, donec ſua ſponte experrectus eſſet, tum adducto in ſecretum uiro Tanaquil uides ne tu puerū hūc, inquit, quem tam humili cultu educamus, ſcire licet, lumen quondā rebus noſtris dubiis futurū, præſidiūq; regiæ afflictæ, proinde materiā ingentis, publice priuatimq; decoris, omni indulgētia nr̄a nutriamus, inde puerum liberorū loco cœptū haberi, erudiriq; artibus, qbus ingenia ad magnę fortunæ cultū exercitanť, euenit facile, q diis cordi eēt, iuuenis euaſit uere idolis regię. nec cū quereretur genere Tarquinio qſquā Ro. iuuētutis ulla arte cōferri potuit, filiāq; ei rex deſpōdit, quo deide caſo, Tanaquilis arte, & cōſilio i regnū ſubo- Seruii Tulii pueri caput ardet.

ſtitutus fuit. Pli. de uiris illu. Ser. inquit, tullus. P. Corniculani, & Ceretiæ captiuæ filius, cum in domo tarquinii priſci educaretur, flāmæ ſpecies caput eius amplexa eſt, hinc Virg. ſumpſit illud. Ecce leuis ſummo de uertice uiſus Iuli. fundere lumen apex tactuq; innoxia mollis lābere flāma comas, & circū tēpora paſci. & reliqua ad aſcanium. ſ. referens quod fuit in Ser. tu. Oui. ait Vul. filium fuiſſe. Nāq; pater tulli Vulcanus Ocretia mater. Præſignis facie cornieulana fuit. Hanc ſecū Tanaquil ſacris de more peractis, iuſſit in ornatū fundere uina focū. Hæc iter cineres obſceni forma uiſilis, Aut fuit aut uiſa eſt, ſed fuit illa magis. Iuſſa foco captiua ſedet, conceptus ab illa, Ser. a cęlo ſemina gētis habet. Signa dedit genitor tunc cū caput igne coruſco Cōtigit, inq; comis flāmeus arſit apex. Serua na. L. ſentit nō eſſe ſerua natū, ſed captiua. Dicit. n. hic quacunq; de cauſa tātus honos habitus credere ꝓhibet ſerua natū, cū paruumq; ipſum ſeruiſſe eorū magis ſentētiæ ſum, q̃ corniculo capto. Ser. Tull. qui princeps in illa urbe fuerat, grauidam uiro occiſo uxorē, cū iter reliquas captiuas cognita eſſet ob unicā nobilitatem, ab regina Romana ꝓhibitā ferūt ſeruitio partū Ro. ediciſſe Priſci Tarquinii domo ide tāto bñficio mulieris, familiaritate auctā, & puerū, ut in domo a paruo educatū, i charitate, atq; honore fuiſſe fortunā matris, qđ capta patria i hoſtiū manus uenerint, ut ſerua natus crederet feciſſe, nā ois captiua ſerua dr̄.

ASCENSIVS.

PRODIGIORVM quoq; &c. Poſt oīa narrat ꝓdigia, iter quæ mihi hoc uidetur intereſſe, q̄ omen eſt dictū aut factū præſenti qdem negocio ſubſeruiens ſed ab accipiente in sem ſuturā etiā ualens, ut q̄ Tertia Aemilii filia perſam periſſe dixit ad catelli mortem pertinuit, ſed pater ad perſæ Regis exitum conuertit. Prodigium uero, præſenti ſtatui nihil confert ſed futurum portēdit, unde a pro. i. ante, & ago interpoſito. d. ut ſæpe fit, dr̄, eo q̄ ſignis ſem tā bonā, q̃ mali agat, antequā eueniat. Vt in ſomnia pharaonis ab Ioſipo explanata, ſi facta fuiſſent, ut i ſomnis apparuerunt, prodigia dici potuiſſent. Sicut flāma e uertice Seruii Tulli emicās nō pñtem illi gloriā, ſed futurā indicauit, ad quā alluſit Maro æneī. ii. dicens. Ecce leuis ſummo de uertice uiſus iuli, Fundere lumen apex, tactuq; inoxia molli, Lābere flāma comas, & circū tēpora paſci &c. In principio ponit autor ad rerū continuationem proludiū dicens. Relatio. i. recitatio, & narratio ꝓdigiorū, quæ acciderunt aut aduerſa, aut ſecūda (aliter ꝓponit, q̃ exequetus nam prius ꝓſpera exequet̄) eſt quoq;. i. etiā debita nr̄o ꝓpoſito. i. pertinēs ad inſtitutum opus Seruio &c. Ponit primū exēplū dicēs. Oculi domeſtici. i. domeſticoꝝ, & familiariū. Tanaquilis, q̄ erat uxor Tarquinii priſci (ꝓ quo quidā hic legerūt, ut Oliuerius adnotauit Ancī Regis uxor, ſed i exēplo Aldino legit̄, priſci Tarquinii Regis uxor) annotauerūt. i. obſeruauerūt flāma emicuiſſe. Seruio Tullo, etiā tū. i. tunc adhuc puerulo dormienti. ſ. in regia, emicuiſſe dicit, circa caput q̄ ꝓdigiū Tanaquil uxor Tarquinii priſci regis. ſ. Romanoꝝ, mirata. i. admirās, aut ubi admirata fuerat, educauit Seruiū natū ſerua. i. captiua, nobili tñ ſanguine, in modū filii. i. perinde ac ſi fuiſſet filius, & euexit. ſ. tali educatione, ad faſtigiū. i. culmen regiū, quia ex ſeruo regē fecit. Vnde Iuuena. Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos.

DE MARTIO.

Aeque felicis euentus illa flamma: quæ ex L. Martii ducis duorum exercituum, quos interitus Publii, & Cnei Scipionum in Hiſpania debilitauerat, capite concionantis eluxit. Nanq; eius aſpectu pauidi adhuc milites, priſtinum recuperare fortitudinem admoniti: octo & triginta hoſtium millibus cæſis, magnoq; numero in poteſtatem redacto, bina caſtra, Punicis opibus referta, ceperunt.

DE LACV ALBANO.

Item cum bello acri, & diutino Veiētes a Romanis intra mœnia compulſi, capi nō poſſent, eaq; mora non minus obſidentibus, q̃ obſeſſis intolerabilis videretur, exoptatæ uictoriæ iter miro ꝓdigio, Dii immortales patefecerunt: Subito enim Albanus lacus, neq; cęleſtibus auctus imbribus, neq; inundatio ne vllius amnis adiutus, ſolitū ſtagni modū exceſſit: cuius rei explorandæ gratia, legati ad Delphicū oraculum miſſi, retulerūt præcipi ſortibus, vt aquā eius lacus emiſſam, per agros diffunderent, ſic enim Veſos in poteſtatem Populi Romani venturos. Quod prius q̃ legati renunciarent, Aruſpex Veientium a milite noſtro (quia domeſtici interpretes deerant) raptus, & in caſtra perlatus, futurum dixerat. Ergo ſenatus duplici prædictione monitus, eodem pene tempore, & religioni paruit, & hoſtium urbe potitus eſt. Nec parū proſperi ſucceſſus eſt, quod ſequitur.

OLIVERIVS.

AEQVE felicis. cū cæſis in Hiſpania duobus Scipionibus deleti Ro. exercitus, emiſſæq; Hiſpaniæ uiderētur Virunus retinuit, eaſdēq; reſtituit, erat in exercitu Ro. L. Ma. ſeptimii filius æques Ro. impiger iuuenis animiq;, ingenii aliquanto maioris, q̃ pro fortuna, in qua erat natus, ad ſummam indolē acceſſerat, Cn. Scipio diſciplina ſup quãpes tot annos omnis militiæ artē edoctus fuerat, is ex fuga collectis militibus, & qbuſdā de præſidiis deductis haud cōtemnendū fecerat exercitū coniunxeratq; ſe. T. Fonteio. P. Sci. legato, ſed tantum præſtitit æques Ro. autoritate inter milites, atq; honore, ut caſtris cira hiberū cōmunitis, cum ducē exercituum e omitis militaribus creauerit, hic igit̄ in magna rerū difficultate cū ad conſilium prima ſpecie temerariū magis, quā audacem adiecisſet animum, ut ultro caſtra hoſtiū oppugnaret, ne ſubiterres, & nocturnus terror nā ad proxima nocte facturus uidebatur, ſuæ fortunæ cōſiliū perturbaret, alloquendos prius, & adhortādos milites ratus aduocata concione, orationē habuit, cui cōcionāti flāmam fuſam e capite dicūt fine eius ſenſu, magno pauore circūſtantiū militū, quo prodigio moti alacriori animo eū ducem, ſecuti, maiorē hoſtibus cladē intulerunt, q̃ acceperāt, nam nocte, atq; die bina hoſtiū caſtra ceperūt, & ad internecionē hoſtes ꝓpe ceciderūt, hic ergo uirtute ſua ultus eſt Cn. & P. Scipi. cū maiori parte exercitus eędem; quos celtiberi tranſfugientes ꝓdiderant, ducibus Carth. Magoni, & Giſgoni, quā uictoriā conſecutus eſt nulla re magis q̃ celeritate, de quo Frō. lib. i. c. x. L. M. eques Ro. qui reliqs exercitus pfuit, cū a ꝓpinquo bina caſtra pœnoꝝ paucis milibus paſſuū diſtarēt, cohortatus milites proxima caſtra intēpeſta nocte adortus eſt, & cū hoſtē uictoriæ fiducia incompoſitū aggreſſus, ne nūcios quidē cladis reliquiſſet, breuiſſimo tpe militi ad requiē dato, eadē nocte capti fama rei geſtæ ꝓgreſſus, altera eoꝝ caſtra inuaſit, ita bis ſimili uſus euētu deletis utrobiq; penis amiſſas. Po. Ro. Hiſpanias reſtituit.

Martius eques hiſpanias retinuit

ASCENSIVS.

AEQVE felices &c. Affert ſecundum exēplum ſuperiori multum ſimile, de quo qa Oli. ſatis ampliter loquitur colligamus ordinē, qui talis eſt. Illa flamma, quæ eluxit capite Lucii Martii ducis duorū exercituū. ſ. Romanoꝝ militantium in Hiſpania, quos exercitus, interitus. i. interemptio Publii, & Cnei Scipionū debilitauerat in Hiſpania, Lucii dico concionantis. i. ad milites concionē, ſeu orationem adhortatoriam habentis, ſup. fuit euētus. i. exitus æq; felicis, ac ſup. flamma, q̄ apparuit in capite Seruii Tulli. Naq; milites pauidi. ꝓ pauentes, adhuc. ſ. ob cladem pauloante acceptā, admoniti aſpectu eius. ſ. flammæ recuperare fortitudinē priſtinam, in quam ante cladem habuerant, quaſi prioris ſtatus, cum priſcū ſit, prioris ſęculi ceperūt bina caſtra. i. duo munimenta exercituū ſub Dio degētium. (Bene dicit bina ſine diſtributione, quia caſtra in hac ſignificatione tantū pluraliter dicimus) referta. i. oppleta oppibus punicis. i. Carthaginienſibus, aut q̄s adduxerāt, aut quas coacervauerant, & hoc octo, & triginta millibus hoſtium cæſis. i. occiſis, & magno numero. ſ. hoſtium redacto in poteſtatē. i. capto. Bene præponit minorem numerum dicendo octo, & triginta, &c.

DE LVCIO SYLLA CONSVLE.

Lucius Sylla Conſul Sociali bello cum in agro Nolano ante prætorium immolaret, ſubito ab vna parte aræ prolapſam anguem proſpexit: qua viſa, Poſthumi aruſpicis hortatu continuo exercitum in expeditionem eduxit, ac fortiſſima Samnitum caſtra cœpit: qua victoria futuræ eius ampliſſimæ potentiæ gradus, & fundamentum extitit.

DE CAIO VOLVMNIO ET SERVIO SVLPITIO.

Præcipuæ admirationis etiam illa prodigia, quæ C. Volumnio, & Ser. Sulpitio CONSS. in vrbe noſtra inter initia, motuſq; bellorum acciderunt. Bos nanq;, mugitu ſuo in ſermonem humanum cõuerſo, nouitate monſtri, audientiũ animos exterruit. Carnis quoq; in modum nimbi diſſipatæ partes ceciderunt: quarum maiorem numerũ præpetes diripuere aues, reliquum humi per aliquot dies, neq; odore tetro, neq; deformi aſpectu mutatum, iacuit. Eiuſdem generis monſtra alio tumultu credita ſunt puerum infantem ſemeſtrem in foro Boario triumphum proclamaſſe. Alium cum Elephantino capite natum. In Piceno lapides pluiſſe. In Gallia lupum vigili e vagina gladium abſtuliſſe. In Sicilia ſcuto duo ſanguinem ſudaſſe. Etiam metentibus cruentas ſpicas in corbem decidiſſe. Cerites aquas ſanguine miſtas fluxiſſe. Bello etiam Punico ſecundo conſtitit Cn. Domitio bouem dixiſſe: Caue tibi Roma.

OLIVERIVS.

ITEM cum bello acri. & huius hiſto. auctor eſt. L. ab urbe condi. lib. iii. Cice. quoq; lib. de di. quid quod in annalibus, inquit, habemus ueienti bello cũ lacus Albanus præter modum excreuiſſet, ueientẽ quendam nobilem ad nos profugiſſe, eũq; dixiſſe ex fatis, quæ ueientes ſcripta haberent, ueios capi non poſſe dum lacus is redũdaret, & ſi lacus emiſſus lapſu, & curſu ſuo ad mare profluxiſſet pernitioſum Po. Ro. ſin autem ita eſſet eductus, ut ad mare peruenire non poſſet, tum ſalutare noſtris fore, ex quo illa mirabilis a maioribus noſtris aquę albanę facta deductio eſt, cum autẽ ueiẽtes bello feſſi legatos ad Senatum miſiſſent, tum ex his quidam dixiſſe dicitur, nõ omnia illum transfugam auſum eſſe Senatui dicere, in eiſdem eni ſatis ſcriptũ ueientes habere, fore ut breui a Gallis Ro. caperet, quod quidẽ ſexennio poſt ueios captos factum eſſe audiuimus. hæc Cic. at Li. cũ prodigium apparuiſſet, ut lacus Albanus præter modũ excreſceret, ita ut per agros diffunderetur, nulla eius inundationis cauſa extrinſecus apparente, non ſolũ ad Ro. ueniſſe, quæ ſupra diximus referẽtem, ſed Delphos quoq; oraculum ſciſcitatum legatos miſiſſe Ro. refert, qui reſpõſum retulerũt, nõ prius ueios capi poſſe, quã lacus ille per agros unda proflueret, oraculi autẽ uerba hæc fuere, Ro. Aquam albanam caue lacu cõtineri, caue in mare manare, ſuo flumine ſinas, emiſſam per agros rigabis diſſipatamq; riuis extingues, tũ tu inſiſte audax hoſtium muris memor, quã per tot annos obſides urbem, ex ea tibi his, quę nunc pandunẽ fatis uictoriam datã. Acri, Aſpero, & uehementi. Capi nõ poſſent. ꝗa mœnia eſſent alta, & loco ęditiſſimo poſita, ut non ſolũ ędificiis, ſed etiã natura loci tuta eſſent. Eaq; mora. i. ꝗa non minus detrimenti patiebãtur obſidẽtes quã ueientes obſeſſi. Imbribus. ꝙ effuſi imbres cecidiſſent. Sortibus oraculo nã ſortes ꝓ oraculis ſępiſſime ponũtur, eo ꝙ ſortes uaſe deducerẽtur, ꝗbus oracula, reddebãtur ad ea, de ꝗbus iterrogaret ſacerdos. Ami. ca. ꝗa ſimulauit uelle de priuatis cũ ꝓdigiis cõſulere. Domeſtici. ꝗa Romani adhuc nõ habebãt aruſpitinã. Dupli. prę. Et ꝙ oraculũ Delphis prædixerat, & ꝙ aruſpex ueientanus ſignificauerat, lacũ deriuari per agros

ASCENSIVS.

ITEM cũ bello. Huius quoq;, ut fere reliquorũ exemplorũ hiſtoria, ſatis explicatur ab Oliuerio, quo circa textũ enodabimus, cũ ordine, qui hic eſt. Itẽ cum ueientes populi Italiæ nõ ſane longe a Roma, quorum urbs ueiorũ, compulſi a Romano. ſ. populo, aut exercitu, bello acri, & diutino, intra mœnia. ſ. ueiorum, non poſſent capi, ꝗa ſe mœnibus tuebantur, & ea mora uidecet intollerabilis, non minus obſidentibus. ſ. Romanis, quã obſeſſis. ſ. ueientibus dii immortales (imo prodiis habitu maligni ſpiritus) patefecerunt iter. i. aditum uictoriæ exoptatæ. ſ. a Romanis, prodigio miro. i. mirando. Lacus enim albanus exceſſit ſubito modũ ſolitũ. i. menſurã conſuetam ſtagni. i. aluei intra quem ſtagni. i. aluei, quem ſtagnare ſolebat, neq; actus imbribus cæleſtibus. i. pluuia uehementi, ab aere delapſa, nam cælum per aere nonnunquam dicimus: unde uolucres cæli, neq; adiutus inundatione. i. influxu illius amnis, qui ſubito inundare ſolet. Cuius rei explorandæ gratia, legati. ſ. Romani miſſi ad oraculum. i. reſponſum uocale, aut qđ orando impetrari ſolebat (unde ſibylla æneі. vi. increpando. Ceſſas in uota preceſq; dux, aut Aenea? neq; enim ante dehiſcent Attonitæ magna ora domus) retulerunt. i. reportauerunt ꝑ commiſſo, ꝑcipi iortibus. i. ab reſpõſis dei, unde Flaccus in arte. Dictæ per carmina ſortes, ut diffunderẽt per agros aquam eius lacus. ſ. albani emiſſam. ſ. ſtagno aut alueo ſuo. Enim ꝓ quia, ſup. reſponſum eſt Veios uenturos ſic. i. per tale opus in poteſtatẽ Po. Ro. quod quid attinerat ad Veiorũ captionẽ, nemo dicere poſſet, niſi ꝙ futurũ, ut his captionẽ dæmones prævidentes, tali illuſione ſuperſtitionẽ mortalium augeri cupiebant, ut quicquid præciperent, licet nulla cõſtaret ratio exequerentur. Quod. i. quã rẽ. ſ. ueios ſic poſſe capi priuſquã legati renunciarent. ſ. patribus conſcriptis aruſpex Veientum captus a noſtro. i. Romano milite, & perlatus in caſtra. ſ. ad indicandũ de eo quia interpretes. i. expoſitores prodigiorũ, domeſtici. i. Romani deerant, dixerat futurũ. Ergo Senatus monitus duplici prædictione. ſ. apollinis Delphici per legatos, & aruſpicis, ueientis, pene eodem tẽpore, & . i. ſimul paruit religioni. i. mandato religioſo deorũ, quia aquã diffundendã curauit, & petitus eſt urbe hoſtium, hoc eſt ueios cœpit.

OLIVERIVS.

NEC. p. p. hoc fuit ſociali bello, cuius cauſa inde nata eſt, quod Druſus tri. ple. promiſerat ſociis latinis nominis, ſi cũ Senatu ſentirent, eiuſq; partes aduerſus equeſtrem ordinem, cũ quo propter iudicia grauiter diſſidebat, tuerẽtur, daturũ operã, ut in ciuitatẽ Ro. acciperẽt, ſed occiſo paulopoſt Druſo, cũ ꝑmium latinis negaret, itati a ſocietate. P. R. defecerũt, & Ro. bellũ indixerunt. Diuerſi cõtra hos miſſi ſunt iperatores, inter quos & L. ſylla, ꝗ ꝑfectus inſamniũ aduerſus nolam primo duxit exercitum. Nolani extra mœnia cũ copiis, & præſidiis poſuere caſtra. Sylla igitur cũ deos de pugna conſuleret, anguis ſubito appacuit. Interrogalo aruſpice, ꝗd anguis ille portẽderet, reſpõſum eſt, ut magno animo caſtra hoſtium inuaderet, quo facto uictoria potitus eſt. Sociali. b. ꝙ geſtũ eſt cõtra eos, ꝗ a ſocietate. P. R. defecerunt, quod alio nomine bellũ latinũ uocat. Futuræ a. p. Nã opes ſuas hic ſylla cæpit augere, & hac uictoria clarior factus maiora ſuſcipere nõ dubitauit.

Bellum ſociale.

ASCENSIVS.

NEC parũ &c. Ordo eſt. Nec. i. & non, & ſup ꝓdigiũ, qđ ſequi tuceſt ſucceſſus non parũ. i. multũ ꝓſperi. Lucius ſylla cõſul bello ſociali. i. cũ latinis, qui prius ſocii fuerãt geſto, cũ imolaret in agro nolano. i. nolę urbis ante ꝑtoriũ. i. tabernaculũ prætoris, ꝓſpexit anguem. ſ. fœmellam ꝓlapſam ſubito ab una parte aræ, qua uiſa, eduxit cõtinuo exercitũ in expeditionẽ. i. opus bellicũ hortatu poſthumi aruſpicis accepit fortiſſima caſtra ſamnitũ, quæ uictoria extitit gradus, & fundamentũ eius potẽtiæ future ampliſſimæ. i. mediũ, aut occaſio perueniendi ad eã. Notandũ eſt, qđ anguem prolapſum dicit de fœminino ſed ſexum diſcernit.

Sylle ſacrificanti ꝓdigiũ.

OLIVERIVS.

PRAECIPVE admirationis. L. multa refert appacuiſſe prodigia ante Gallorum aduentum, quæ futurum urbis minaretur excidium, dicit enim eo anno cælum uiſum ar-

dere, terra ingenti concuſſa motu eſt. Bouem locutam, cui rei priore anno, cui fides nõ fouerat, creditũ eſt inter alia prodigia, quæ multa fuere, carne pluit, quem imbrẽ ingens numerus auium uolitando rapuiſſe fertur, qđ intercidit ſparſum ita iacuiſſe aliquot dies, ut nihil odor mutaretur p̄cipue, non ſolum, qua diximus prodigia admiranda ſunt, ſed ẽt q̃ ſequuntur. Mugitũ

Bos locuta. In h. ſe. bos, quæ ante mugire conſueuerat humanis uerbis locuta eſt, nam dixiſſe fertur, caue tibi Roma, ſed primo creditum non eſt, ſecũdo uero cum hoc idem prodigium enunciatũ eſſet, fides haberi cepta eſt.

Carne pluit. Carnis. q. in. m. Plin. libro. ii. præter hæc, inquit relatum eſt in monumenta inferiore cælo lacte, & ſanguine pluiſſe. M. Acilio. C. portio conſ. & ſæpe alias carne ſicut. L. uolumnio. Ser. Sulp. conſu. eamq; nõ perputruiſſe, quod non diripuiſſent aues. In modum nimbi, nimbus uentus cum pluuia, eſt etiam denſitas nubis in tempeſtate obſcura. Præpetes aues. ſunt quarum uolatu futura prænoſcimus, hoc eſt auguria afaciunt, dictæ præpetes, quaſi priora petentes, quia priora petunt uolantes. Nec odore. quia nec deformes erant carnes nec tabo, & ſanie, aut alia corruptione fetentis, non odore non aſpectu uariarunt ſe carnes ille, ſed eundem quoq; uigorem retinuerunt, quem prius habuere, & odorem. Liu pu. bel. lib. j. Romæ, inquit, circa urbem multa ea hyeme prodigia facta, &c. Seme. vi. menſium. ideo autem dixit ſemeſtrem, quia potuiſſet eſſe infans loquens ſine admiratione, ut in bimatu, & infra, ſed ſemeſtris loqui ſine miraculo

Semestris infans locutus. non poteſt. In fo. boa. li. dicit in foro olitorio locutum, clamaſſe, io triumphe. Elephantino ca. ſine dubio hoc abominandum fuit. Lapides plu. dicimus lapides, & lapidibus. Virgili. qui nocturnas facit excubias. Sanguinem, ſcilicet ſignificat laborem bellicum, qui poſtea ſecutus eſt. Cruentas ſpi. hoc ab ancio ciuitate uolſcorum nunciatum eſt. In. c. ſecundum uetuſtum morem locutus. Caue ti. Roma. hoc dicit L. fuiſſe bel. mac. cærites. L. hoc idem ſcribit.

ASCENSIVS.

PREAECIPVE admirationis, &c. Ordo eſt: illa prodigia, quæ acciderunt in urbe noſtra, hoc eſt Romana, inter initia, & motus bellorum, hoc eſt inter initia motuum bellorum, aut inter initia, quia iam decreto erant bella, & motus, quia nondum quicquam motum erat. Caio uolumnio, & Seruio Sulpitio conſulibus, id eſt dum illi erant deſignati conſules, ſup. ſunt etiam admirationi præcipue. i. ſingularis. Namq; hos. ſ. fœmella, hoc eſt uacca, ut omnes interpretantur, mugitu ſuo. i. ſibi naturali, conuerſo in ſermonem humanum, quia locuta eſt, exterruit animos audientium nouitate mõſtri. i. inauditi prodigii. Partes quoq; carnis diſſipatæ ceciderunt in morem nimbi. i. denſi imbris. Quarum. ſ. partium carnis, maiorum numerum aues præpetes. i. feſtinæ, & priuſquam caderent eas petentes, aut ad auguria aptæ, diripuere more uidelicet hirundinum, reliquum. ſ. partium carnis. i. quod relictum erat, & non direptum ab auibus, iacuit humi. i. ſuper terram per aliquot dies, neq; mutatũ tetro odore, quia non contraxit fœtorem, neq; mutatum deformi aſpectu, quia quod putrefactum eſt, & odore, & aſpectu deforme eſt, caro autem illa nequaquam, unde concluditur non fuiſſe corruptam. Eiuſdem. paucis recitat complura prodigia non minus ſtupenda dicens. Monſtra, id eſt prodigia eiuſdem generis, credita ſunt alio. i. diuerſo, aut uario tumultu ſcilicet bellico, uidelicet puerum infantem ſemeſtrem. i. ſex menſes natum proclamaſſe in foro Boario, quod Romæ eſt triumpum, id eſt clamando, io triumphe: denunciaſſe futurum triumphum, & creditum eſt alium, ſcilicet infantem natum cum capite Elephantino, & creditum eſt, lapides pluiſſe, id eſt in morem pluuiæ decidiſſe, in piceno ſup. agro, & creditum eſt, lupum abſtuliſſe uigili, forte tamen non uigilanti, gladium e uagina in gallia. Et

duo ſcuta ſudaſſe. i. ſudantium modo emiſiſſe ſanguinem, in Sicilia. Etiam ſup. creditum eſt ſpicas cruentas, id eſt cruore perfuſas decidiſſe metentibus, id eſt iis q metebant, in corbem, id eſt uas uimineum, in quod colliguntur ſpicæ, dum intenſius eſt cauma. Aquas cærtes, in cærete oppido fluxiſſe mixtas ſanguine. Conſtitit, id eſt pro manifeſto tentum eſt, etiam bello punico, id eſt Carthaginienſi ſecundo, Bouem dixiſſe Cneo Domitio, o Roma, caue tibi.

DE CAIO FLAMINIO.

Caius autem Flaminius in auſpicato conſul creatus, cum apud lacum Traſimenum, cum Hannibale conflicturus, conuelli ſigna iuſſiſſet, lapſo equo, ſuper caput eius humi proſtratus eſt, nihilq; eo prodigio inhibitus, ſigniferis ſigna moueri ſua ſede poſſe negantibus: malum, ni continuo ea effodiſſent, minatus eſt. Verum huius temeritatis utinam ſua tantam, non etiam Po. Ro. maxima clade pœnas pependiſſet: in ea namq; acie .xv. millia Romanorum cæſa, VI. millia capta, XX. millia fugata ſunt. Conſulis obtruncati corpus ad funerandum ab Hannibale quæſitum eſt: qui quantum in ipſo fuerat, Romanum ſepelierat imperium.

OLIVERIVS.

CAIVS autem Fla. Liui. de ii. bell. puni. Cic. de diui. Quid bello, inquit, punico ſecundo, nonne. C. Flaminius conſul ſigna neglexit rerum futurarum magna cum clade reipublic. qui exercitu luſtrato cum aretium uerſus caſtra mouiſſet, & contra Hannib. legiones duceret, & ipſe, & equus ante ſignum Iouis ſtatoris, ſine cauſa repente concidit, nec eam rem habuit religioni obiecto ſigno, ut peritis uidebatur ne committeret prælium. Idem cum tripudio auſpicaretur, pullarius diem prælii committendi differebat, tum Flaminius ex eo quæſiuit, ſi nec poſtea quidem pulli paſcerentur, quid faciendum eſſe cenſeret, cum ille quieſcendum eſſe reſpondiſſet. Flamini. præclara, inquit, auſpicia, ſi eſurientibus pullis res geri potuiſſet, ſaturis nihil gereretur. Itaque ſigna conuelli, & ſequi iuſſit, quo tempore cum ſignifer primi haſtati ſignum nõ poſſet loco mouere, nec quicquam proficerent, plures cum accederant. Flaminii nunciata ſuo more neglexit, itaq; tribus horis conciſus exercitus, atq; ipſe interfectus eſt. In auſpicato. aduerbialiter dictum eſt, ut falſo conſulto præcario auſpicato Pri. Lacum traſimenum. Peruſinum lacum, qui nomen accepit a menio monte. Conuelli ſi. In terra ſuper ſigna defigebantur. Lapſo. lib. j. Fla. cum ocius conuelli ſigna iuberet, & ipſe in equum inſiluiſſet, equus repente corruit, conſulemq; lapſum ſupra caput effudit. Verum huius temeritatis, ſed utinam, inquit, temeritatis huius pœnæ in caput ſuum redundaſſent, non enim reſpubli. tantum detrimenti paſſa fuiſſet. Ad funerandum. ad funus faciendum, ut ſepulturæ mandaret.

ASCENSIVS.

CAIVS autem Flaminius creatus conſul in auſpicato, id eſt non captis auſpiciis, aut infeliciter cum conflicturus, id eſt manus conſerturus. Cum Hannibale Carthaginenſi, duce apud lacum traſimenum, id eſt Peruſinum a uicino monte dictum iuſſiſſet ſigna, id eſt uexilla haſtis impoſita, conuelli, id eſt terra extrahi, & moueri, proſtratus eſt humi, id eſt in terram, equo lapſo ſuper caput eius, & ipſe nihil inhibitus, id eſt retractus ab incepto, licet inhiberetur, eo prodigio, id eſt oſtento futuri caſus, ſigniferis negantibus, id eſt cum inſuper ſigniferi negarent ſigna poſſe moueri ſua ſede, id eſt a terra cui inhærebant, minatus eſt ſup. ſigniferis, malum, id eſt uerbera, aut necem, niſi effodiſſent ea ſcilicet ſigna continuo. Verum, id eſt ſed, utinam ipſe. C. Flaminius pependiſſet, id eſt perſoluiſſet pœnas, id eſt multam huius temeritatis, tantum, id eſt duntaxat ſua clade, & non etiam maxima clade Po. Ro. quod tamen non fecit. Namq; pro quia .xv. millia Romanorum ſunt cæſa in ea acie .vi. millia Ro. ſunt capta & .xx. millia ſunt fugata, id eſt in fugam uerſa, unde colligitur .xli. millia, in eo prælio cõtra Hannibalem ſtetiſſe. Corpus conſulis ſcilicet C. Flaminii, obtruncati, id eſt cui caput erat ablatum, quæſitum eſt ab Hannibale, hoc eſt iuſſu. Hanni. ad funerandum. i. funus faciendum ad ſepulturam pertinens, qui. ſ. conſul quantum fuerat in ipſo, ſepelierat ſup. ſecum Imperiũ Romæ. quia niſi dii proſpexiſſent actum fuiſſet de Imper. Romæ. Poſſet etiam dici qui ſcilicet Hanniba. quantum in ipſo fuit, ſepelierat cum conſule imperium Ro. quia niſi fata reſtitiſſent potuiſſet Impe. Ro. extinxiſſe. Verum quia hæc dicit autor ad repreħenſionem temeritatis conſulis, ſequar priorem expoſitionem.

Oliuerius.

DE C. HOSTILIO.

Flaminii aũt præcipitem audaciam C. Hoſtilius Mancinus veſana perſeuerãtia ſubſequitur: cui conſuli in Hiſpaniam ituro hæc prodigia acciderũt: cũ Lanuuii ſacrificium facere vellet, pulli cauea emiſſi in proximã ſyluã fugerunt, ſummaq; diligentia quæſiti reperiri nequiuerunt: cumq; ab Herculis portu quo pedibus peruenerat, nauem conſcenderet: talis vox ſine vllo autore ad aures eius peruenit. Mancine mane: qua territus, cũ itinere conuerſo Genuam petiſſet, & ibi ſcaphã eſſet ingreſſus: anguis eximiæ magnitudinis viſus e conſpectu abiit: ergo numerũ prodigiorum numero calamitatũ æquauit, infelici pugna, turpi fœdere, deditione funeſta.

ALIVD DE TITO GRACCHO.

Minus miram in hoĩe parum conſiderato temeritatem Titi Gracchi grauiſſimi ciuis exitus triſtis, & prodigio denunciatus, nec euitatus conſilio, facit. Cõſul.n.cum in Lucanis ſacrificaſſet, angues duo ex occulto prolapſi, repente hoſtię, quam immolauerat, adeſo iocinore, in eaſdem latebras ſe retulerunt: ob id deinde factũ, inſtaurato ſacrificio idē ꝓdigii euenit. Tertia quoq; cæſa victima, diligẽtiusq; aſſeruatis extis, neq; allapſus ſerpentũ arceri, neq; fuga impediri potuit: quod q̃uis aruſpices ad ſalutem imperatoris pertinere dixiſſent: Gracchus tamen non cauit, ne perfidi hoſpitis ſui Flauii inſidiis, in eum locum deductus, in quo Pœnorum dux Mago cum armata manu delituerat, inermis occideretur.

OLIVERIVS.

Bellũ Numantinũ

FLAMINII autem præcipitem, non minus obſtinatus fuit Hoſtilius, ut aduerſus deorum uoluntatem bellum ſuſciperet cum Numantinis: nam hoc fuit bello Numantino, ſicut ſuo loco dicemus: nam Lauinii deos conſulenti cum eſca pullis in cauea eſſet obiecta, illi ſtatim eſca neglecta in proximum lucum profugerunt, quo prodigio nihil territus cum in prouincia ꝓficiſcēs claſſem e portu Her. ſolueret, uocem audiuit dicentem. Mancine mane: deinde cũ Genuã reuerſus eſſet, uidit ſerpentem immenſę magnitudinis, tamē his tot ꝓdigiis nihil motus pergit ire in prouinciã, ubi demum prodigia cladibus adæquauit: nã cũ ingẽti ſtrage uictus eſt ab hoſtibus, deinde fœdus turpiter cum hoſtibus iniuit, poſtremo traditus eſt a ſenatu hoſtibus ad ſuppliciũ. Veſa. nõ ſana. i. ſtulta. In hi. quia duxit exercitũ contra Numantinos. Pulli e ca. Ro. moris fuit, teſte Ser. ꝙ in comitiis agendis, & bellis gerẽdis pullularia captarentur auguria. Portu. h. uidelicet de liguria ubi portus eſt Her. monœcis nam componit' ex μόνος, qđ eſt ſolus, & οἶκος domus, & teſte Ser. ideo putant her. ſic dictũ, uel qđ pulſis oibus illic ſolus habitauit uel ꝙ in eius tēplo nūq̃ deorũ q̄ſpiã ſimul colitur ſicut i tēplo iouis colit' Minerua & Iuno. i tēplo Veneris, Cupido. Strab. de Liguribus loquens ait. monœcus præterea portus ſtatio quędã eſt, nõ magnarũ, non multarũ capax nauiũ, tēplũ habens Her. cognomēto Monœci, qm̃ is i eo habitat ſolus. Infelici pu. q̃a uictus eſt cũ igẽti multitudine a paucis: nã fuere. xxx. millia Ro. a iiii. milibus Numantinorũ ſuperata. Turpi fœ. q̃a ſe in hoſtium ꝑtatem dedit, & iniuſſu Po. Ro. fœdus iniqs cõditionib' fecit cũ Numãtinis. Deditione fu. q̃a ſena. cēſuit, ut ho.tib' traderet', & Po. Ro. religiõe ſeruaret'.

ASCENSIVS.

FLAMINII autē &c. Affert ſimile exēplũ contēptorũ prodigiorũ in C. Hoſtilio dicēs. Aut proſed. C. Hoſtilius Mã. ſubſequit'. i. imitat' perſeuerãtia. i. ꝑtinacia ſua, ſup. ueſana. i. multũ inſana. Legi poſſet etiã ſic ꝑſeuerantia ueſana C. Hoſtilii Mancini ſubſequit' pręcipitē. i. temerariã audaciã Flaminii, cui. ſ. C. Hoſtilio cõſuli ituro. i. cũ uellet ire in Hiſpaniã, hæc ꝓdigia, quę ſequunt', acciderũt. Cũ uellet facere Lanuuii in eo oppido Italiæ ſacrificiũ, pulli emiſſi cauea, ut. ſ. paſcerēt, & ex paſtu futura pullarius diiudicaret, fugerũt in ſyluã proximã, & quæſiti ſupple cũ ſumma diligẽtia nequiuerũt reperiri, & cũ conſcenderet nauem a portu Herculis. ſ. Monœci, quo. i. ad quem peruenerat pedibus uox talis, qualis ſeqtur ꝑuenit ad aures eius ſine ullo autore. Mãcine mane. qua. ſ. uoce territus, cum itinere conuerſo, petiſſet Genuã urbē Liguriæ præcipuã, & eſſet ibi ingreſſus ſcapham. i. nauiculã anguis eximiæ magnitudinis uiſus. i. poſtq̃ apparuerat, abiit e conſpectu, ergo quia ea tria prodigia contempſit, ipſe æquauit numerum prodigiorum numero (ablatiuus eſt) calamitatum, uidelicet infelici pugna quam fuga pullorũ ſignificauit, turpi fœdere, iniquis conditionibus cum Numantinis icto, quod uox minata eſt, & deditione funeſta, quia eius funeris id eſt, mortis cauſa. Sena. cenſuit, ut hoſtibus traderetur, & fœdus irritum fieret, quam quidem deditionem, anguis, qui forte geniũ eis ſe ſimulabat, euaneſcendo portendit.

OLIVERIVS.

Ti. Gra. mors

MINVS miram. Tib. Grac. prouinciã Lucaniã tenebat proconſul bel. pu. ſecundo, in qua ſacrificanti triſte prodigiũ apparuit: nã ad exta ſacrificio perpetrato angues duo ex occulto prolapſi edere iecur, cõſpectiq; repente ex oculis abierant, id cũ aruſpicũ monitu ſacrificium inſtauraretur, atq; intentius exta reſerata ſeruarentur, iterũ ac tertio tradũt libato iecinore intactos angues abiiſſe, cum aruſpicis ad imperatorē id pertinere prodigium pręmonuiſſent, & ab occultis cauendum hominibus cõſultum eſſet, nulla tamen prouidētia fatum imminens moueri potuit: nam hoſpitis dolo præcipitatus in inſidias cum paucis occiditur, hoſpes aũt fuit Fla. Luc. caput eius partis, q̃ cum Ro. ſtabat: nam Lucanorũ pars ad Hannibalē deſcerat, is mutata uolũtate locũ gratię quęrens apud penum, neq; tranſire, neq; trahere ad detectionem Lu. ſatis habuit, niſi imperatoris Ro. & eiuſdem hoſpitis proditi capite, & ſanguine fœdus cum hoſtibus ſanxiſſet. Conuenit. n. cum Magone Car. duce, ut ſi Ro. tradidiſſet, imperatorem liberi cum ſuis legibus in amicitiam Luc. uenirent cuius rei data, acceptaq; fide Grac. inuitat ad reliquã Lucanię partē in ditione accipienda, quã a Pœnis defecturã pollicebatur, ſi modo imperatorem Ro. uidiſſent: nam antea partem maximam ceperat. Grac. igitur uerbis hoſpitis fraudē abeſſe credens cum lictoribus, & turba equitum e caſtris profectus, duce hoſpite in inſidias ꝑcipitauit. Minus m. nam in quo uir clariſſimus peccat, ſi in eodē leuior peccauerit, minus erit mirandũ. Temeritatē. temeritas dicitur cũ aliquid ſine conſilio, & cogitatione facimus: conſiliũ uero eſt aliquid faciendi, aut non faciēdi, excogitata ratio. dicit ergo eum prodigiũ triſtis exitus denũciatũ eſſe Ti. Grac. nec illud cõſilio etiã uſus uitare potuerit, minus mirãdũ uidet' de temeritate Mãcini q̃a & ipſum pariter fata traxerũt. Angues du. ex. oc. ꝓ. adeſo iecore i eaſdē latebras ſe cõtulere. multa ꝓdigia faciũt, nã anguis eſt ſubdolũ, & calidũ animal, qđ ſignificat hoſtes futuros callidos, & aſtutos: iecur ꝑterea mēbrũ uitale eſt, ꝙ mortē cõſuli ꝑdicebat, ꝙ i latebras ſe cõtulerint ſignificabat fore, ut i inſidiis hoſtes deliteſſerēt. Ex oc. q̃a neſciebāt unde ſe ꝓriperēt. Ieco. Iecoris, & iocinoris dr teſte Pri. Idē ꝓdigii. q̃a cũ renouaſſet ſacrificiũ, reuerſus anguis ille iecoris parte ambeſa, ſe ab oculis hoĩum ꝓripuit. Extis aſ. Diligēter cuſtoditis, ne diriperētur, exta dicunt' inteſtina ab extãdo. i. eminēdo: ſunt. n. partes, q̃ intra corpus eminētiores ſunt. ſicut iecur, cor, pulmo, ſplē. Cauit. ꝓuidit. Ne p. ho. cũ apud maiores iura hoſpitii ſancta, & inuiolata fuiſſet. Vir. Iupiter hoſpitibus, nã te dare iura loquuntur, perfidus autē dicit' qui fidē uiolat. Inſidiis. ut pote qui proficiſceretur impacatos, huius Ti. oſſa Ro. deportanda dedit Hanni. militibus Ro. ut uidebimus in ca. de humanitate.

ASCENSIVS.

MINVS &c. Ordo eſt, exitus Titi (non Tiberii) Grac. ciuis grauiſſimi triſtis id eſt, doloroſus, & denunciatus prodigio

quod ante eum euenerat. Facit temeritatem in hoie parũ conſiderato.i. parũ prouidenti, & futura nõ ſatis conſideranti, minus mira, quia minus mirandum eſt, ꝙ homo inconſideratus per temeritatẽ triſtem habuerit exitũ, ꝗ ꝙ ciuis grauiſſimus nequiuerit ꝓdigii triſtis exitũ uitare. Enim pro quia, ipſe Titus Grac. conſul, cum ſacrificaſſet, ad inquirendum exitũ belli per exta, in Lucanis .ſ. cāpis angues duo prolapſi repẽte ex occulto, retulerunt ſe repente in latebras eaſdem unde .ſ. prolapſi acceſſerant, & hoe iocinore.i. iecore hoſtiæ, quam Grace. immolauerat, adeſo.i. abſumpto deinde ſacrificio inſtaura.i. in ſtatũ priorem innouato, ob id factũ, ꝙ anguis iecur ederat. Idẽ pro eue. quia iterũ ab ſumptũ eſt iecur hoſtię ab illis. Tertia quoq;.i. etiã tertia uictima cæſa, & extis aſſeruatis. ſ. a ſacrificulis, deligentius. ſ. ꝗ prius, aut multum diligenter, neq; elapſus ſerpentum, neq; fuga ſerpentum potuit impediri, quin.ſ. iecur ederent, & aufugerent quod. ſ. prodigium ꝗuis aruſpices. i. qui haram inſpectabant, & inde iudicabant, dixiſſent pertinere ad ſalutem imperatoris (quod Vir. Ænei. v. in Aenea imitatus eſt) & ita non fuit temeritas in eo, tamẽ Gracchus imperator nõ cauit. i. non euetuit ne deductus iſidiis Flauii hoſpitis ſui perfidi, in eũ locũ, i quo Mago dux Pœnorũ delituerat, cũ armata ma. id eſt, exercitu armato, occidere. ſ. ab eo inermis.

DE MARCELLO.

Et conſulatus collegium, & erroris ſocietas, & par genus mortis a Tito Graccho, ad Marcelli memoriam me trahit. Is enim captarũ Syracuſarũ, & Hannibalis ante Nolana mœnia a ſe primum fugere coacti, gloria inflammatus, cũ ſummo ſtudio niteretur, vt Pœnorũ exercitum aut in Italia proſterneret, aut Italia pelleret, ſolenniq; ſacrificio voluntates deorũ exploraret: quæ prima hoſtia ante foculum decidit, eius iecur ſine capite inuentum eſt: proxima iocinoris duplex caput habuit: quibus inſpectis aruſpex triſti vultu, non placere ſibi exta, quia prima trunca, ſecunda nimis læta apparuiſſent, reſpondit. Ita monitus M. Marcellus ne quid temere conaretur: inſequenti nocte ſpeculandi gratia cum paucis egredi auſus, a multitudine hoſtium in Brutiis circumuentus, æque magnum dolorem, ac detrimentum patriæ, interitu ſuo attulit.

OLIVERIVS.

ET Conſulatus collegium. conſules in Apulia Q. Criſpinus & M. Mar. Hanni. ſe oppoſuerant cũ copiis bel. pu. ſecundo, tumultus erat ſylueſtris inter punica & Ro. caſtra a neutris primo occupatus, quia Ro. qualis eſſet pars eius, quę uergeret ad hoſtiũ caſtra ignorabãt, Hãni. inſidiis, quẽ caſtris aptiorẽ eũ crediderat. Itaq; nocte ad id miſſas aliqđ Numidarũ turmas medio i ſaltu cõdiderat, Ro. occupãdi loci cupiditas inceſſit, ne ſi occupatus ab Hanni. foret, i ceruicibus haberẽt hoſtẽ, itaq; cõſules cũ paucis equitibus exploratũ ꝓfecti i inſidias ꝑcipitarũt, ubi Marc. pugnãdo fortiter cecidit. Criſpinus grauiter ſaucius euaſit, immolaſſe eo die quidã ꝓdidere memorię cõſulẽ Mar. & prima hoſtia cęſa iecur ſine capite inuentũ. In ſecũda ola cõpe ruiſſe ꝗ aſſolẽt, auctũ etiã uiſum in capite, nec id ſane aruſpici placuiſſe, ꝙ ſecũdũ trũca, & turpia exta nimis læta apparuiſſent. M. ꝗuis admonitus eſſet, neqđ temere ageret tñ ducẽtibus fatis id cõſilio uitare nõ potuit. Colle. Ti. Grac. & Mar. collegę fuerãt in conſulatu. Erroris ſo. quia uterq; in inſidias temere præcipitauit. Par genus mor. qa uterq; fuit inſidiis oppreſſus. Is ca. Syrac. quia Syracuſas diu obſeſſas tandem cœpit, ubi Archimedes ingenti arte diu claſſe Roma. eluſerat. Hannibalis Cor. Mar. primus fuit, qui ad Nolã Hanni. uinci poſſe docuit, & cũ exercitu deleri, hęc quoq; fuit ex tribus unus, q ſpolia opima Ioui Feretrio cõſecrauit, cęſo Viridonaro Gallorũ rege. Prima hoſtia. hoſtia imolabaẽ anteꝗ ad hoſtes ꝓficiſcerẽẽ. Victima poſt partã uictoriã cũ diis gratias agerẽt, dicta uictima ꝙ uicti ſunt hoſtes. Capite. pricipio. Triſti. mœſto. qa uidebat periculũ ducibus iminere. Temer. icõſulte. Hãni. M. corp⁹ ſepeliẽdũ curauit.

ASCENSIVS.

ET Conſulatus &c. Tranſit apte ad narrationem de Marcello dicens. Et. id eſt, ſimul collegium conſulatus, quia ſimul conſulatũ geſſerunt, & ſocietas, id eſt, paritas erroris, ſcilicet, in ſpe de prodigii exitu, & par. i. ſimile genus mortis, trahit me a Tito Graccho. i. a narratione exitus eius, ad memoriam Marcelli. Is enim inflammatus gloria Syracuſarum, urbis in Sicilia opulentiſſimę, captarum. ſ. a ſe, & Hannib. coacti fugere primum a ſe. ſ. Marcello, ante mœnia Nolana cum niteretur ſummo ſtudio, ut aut proſterneret exercitum Pœnorum in Italia, & exploraret. i. exquireret uolũtates deorum, ſacrificio ſolenni, eius ſup. hoſtiæ, ꝗ hoſtia decedit patria ante foculũ, ubi aſſeruabaẽ ignis ad ſacrificii uſum, iecur eſt inuentum ſine capite. i. patria, & eminentiſſima parte, proxima ſupp. hoſtia habuit duplex caput iocinoris, (Sic antiquis declinabatur iecur, nã illis rectus erat iocinor, ſicut itiner, unde itineris.) Quibus inſpectis aruſpex triſti uultu. i. habens triſtem uultum, reſpondit exta non placere ſibi, ideſt non portendere lętum exitũ, quia prima appáruiſſent trunca. i. imminuta, ablato iecoris capite, & ſecunda nimis lęta, quia duplicato capite, & ita M. Mar. monitus nequid conaretur temere, auſus egredi cum paucis nocte inſequenti gratia ſpeculandi circumuentus in Brutiis a multitudine hoſtium attulit interitu ſuo patrię. ſ. Ro. ęque magnum dolorem, ac detrimentum. i. damnum.

DE OCTAVIO CONSVLE.

Iam Octauius Cos. dirum omen quemadmodum timuit, ita vitare non potuit: e ſimulachro. n. Apollinis per ſe abrupto capite, & ita infixo humi, vt auelli nequiret, armis a collega ſuo Cinna diſſidens, præſumpſit animo ea re ſignificari exitum ſuũ: in quem metus augurii, triſti fine vitæ incidit: ac tum demũ immobile Dei caput terra refigi potuit.

OLIVERIVS.

IAM Octa. cos. Octa. & Cinna Coss. fuerũt. Sed Cinna conſulatum tanꝗ tyrannidem exercens ſęuiebat in ciues, & legem ferre uolebat de reuocandis quos ſenatus hoſtes iudicauerat, & hoc modo tyrannidẽ affectabat. Oct. uero huic aduerſabatur & eius conatibus ſumma ope reſiſtebat. igitur cum inter ſe tantopere diſſentirẽt, & Octa. pars melior ciuitatis ſequereẽ, ex urbe pelliẽ Cinna: quo eiecto, Cor. Merulã i eius locũ ſubſtituere patres. Eadẽ tẽpeſtate Marius e ciuitate pulſus a Sylla i Hiſpania ingentes copias cõparauerat, qui ut Cinnã audiuit electũ ex urbe, ad eũ ſtatim legatos de coniungẽdis exercitibus miſit, Cinna id ſe facturũ libẽter reſpõdit ad hęc uelle ſe Mariũ legionibus ꝑ eſſe, utpote q belli dux peritiſſimus eẽt. Marius negat ſe priuatũ conſuli pręferri oportere. Cæterũ nihil quod ad priſtinã dignitatẽ recuperandã pertineat prętermiſſurum igitur in Italiã traductis copiis, quas in Hiſpania cõtraxerat, Marius Cinnę coniũgitur exercitũ ad urbẽ ducũt: ſed primo Hoſtiã ꝗ. viii. millibus paſſuũ diſtat ab urbe, poſt Auentinũ capiũt, poſtremo exercitũ ad urbẽ ducũt, Cinna Oct. pro tribunali ſedentẽ obtrũcat, caput eius roſtris affigit, multi & alii nobiliſſimi ciues cedũtur, inter quos & M. An. orator, cuius caput diu manibus pertractatum Marius mẽſæ appoſuit, & cum aliis poſtea roſtris affixit, quemadmodũ iungitur cum ſuperiori Marc. quidem non timuit, Octa. uero timuit, ſed uitare non potuit præſumpſit præſagiuit animo. Triſti. fi. quia occiſus eſt a Cinna, & eius caput roſtris affixum.

Cinna conſul.

ASCENSIVS.

IAM Oct. Ordo eſt Iam, quę uox cõtinuatiua hęc eſt. Octauius cõſul non ille, qui Auguſtus poſtea dictus eſt, ſed collega Cinnę in cõſulatu, quẽadmodũ timuit dirũ omẽ. i. oſtentũ & ꝓdigium, ita nõ potuit uitare. Enim pro quia, capite abrupto per ſe, quia neſciebatur facti autor alius, ꝗ deus ipſe, e ſimulachro Apollinis. (Ergo & ipſi credebant non ſimulachrũ eſſe Apollinem ſed Apollinis tabernaculũ, quin etiam multi ſolem, lunam, heſperum &c. non Apollinem, Dianam, Venerem &c. ſed

corum

eorum faces, aut ſedes eſſe cenſebant) & capite infixo humi in quam ceciderat, ita.i. tā firmiter, ut nequiret euelli. Diſſidens armis a collega ſuo Ciuna nomine, præſumpſit .i. ante euentum ſumpſit, & indicauit animo exitum ſuum ſignificari ea re, hoc eſt ſe, qui caput bonorum eſſet caput amiſſurum, in quem.ſ. exitum, metus augurii, incidit triſti fine uitę, quia reuera obtruncatus eſt, & caput eius ludibrio habitū: ac caput dei, hoc eſt ſimulachri dei Apollinis ſmobile ſcilicet prius potuit tum demum refigi, id eſt euelli terra. Refigi, & figi cōtraria ſunt.

lās multa facinora uirtutis ediderat, & cū pater in hāc expeditionē proficiſceretur cū a militia Cę. exciuit, cum ęgre Cęſ. illū dimitteret, quē ante conſpectū patris cęſum fuiſſe conſtat. Tot ſig. quia ſigna militaria in poteſtatē hoſtiū uenere, quæ deinde Auguſto Imperante recepta ſunt. Strues. cumulos, aceruos. Vellē. uellē, inquit Va. hāc cladē placidius dicere poſſe, ſed omiſſis gratioſis uerbis cogor uera fateri. Sed re.ſ. loquor, ſic.d. .ſ. ga dii ubi nobis oſtenderūt ſigna, quibus, qđ geſturi ſumus ſibi non placere ſignificāt, iraſcūtur ſi contra eorum uolūtatē fecerimus. Excādeſcūt. iraſcuntur affectu, non paſſione, excādeſcere pro ignoſcere, ſed igni ira cōparatur. Pręferret. quia conſilia humana admonitionibus deorū anteponunt.

DE M. CRASSO.

Non ſinit nos M. Craſſus inter grauiſſimas Ro. imperii iacturas numerandus, hoc loco de ſe ſilentium agere: plurimis, & euidentiſſimis, ante tantam ruinam monſtrorum pulſatus ictibus (ducturus.n. erat a Carris aduerſus Parthos exercitum) pullū ei traditum eſt paludamentum, cum in præliū excuntibus album, aut purpureum dari ſoleret: mœſti, & taciti milites ad principia conuenerunt, qui vetere inſtituto cum clamore alacri accurrere debebant: aquilarum altera vix conuelli a primipilo potuit: altera ægerrime extracta in contrariam, ac ferebatur, partem, ſeipſam conuertit. Magna hæc prodigia: ſed & illæ clades aliquanto maiores: tot pulcherrimarum: legionum interitus, tam multa ſigna hoſtilibus intercepta manibus, tantum Romanæ militiæ decus barbarorum obtritum equitatu, optimæ indolis filii cruore paterni reſperſi oculi corpus imperatoris inter promiſcuas cadauerum ſtrues, auium, ferarumq; laniatibus obiectum: vellem quidem placidius, ſed relatu verum eſt. *Sic Deorum ſpreti præmonitus excandeſcunt.* Sic humana conſilia caſtigātur, vbi ſe cœleſtibus præferunt.

OLIVERIVS.

¶NON ſinit. cum tres Rom. principes quadam inter ſe cōſpiratione conueniſſent, ut cōflatis opibus remp. p ſua uolūtate uerſarent prouincias inter ſe partiti ſunt, ita ut Galliam Cęſa. Italiam Pomp. Parthiam Craſ. obtineret. ſed Parthia prouinc a facta eſt nulla intercedēte belli cauſa, neq; enim Parthi Po. Ro. ulla iniuria laceſſiuerant, uerum quia Craſ. audiuerat Arſacidem, uel ut alii dicūt Orodem Parthorū regem auri, & argenti locupletiſſimum eſſe, inhians eius opibus, nō prius agere deſtitit cum Cęſ. atq; Pompeio, q̄ obtinuit ut ea ſibi prouincia decerneretur ſperans inde ſe locupletē rediturū magis q̄ glorioſum: conſtat enim Craſſum ciuē fuiſſe auariſſimum, Ci. li. iii. de finibus bonorum & malorū. Res-

Craſſus a Parthis deletus

ctius, inquit, diues q̄ Craſſus, qui niſi eguiſſet, nunq̄ Eufratem nulla belli cauſa tranſire uoluiſſet. Sed res ſibi pręter ſpem, & opinionem euenit: cū.n. in Parthiam duxiſſet exercitum, & regi caput offertur, qđ habuit ille ludibrio: nam ferunt aurum in os liquidum cū hac exprobratione infudiſſe, aurum ſitiſti, aurum bibe, utpote qui ſemper diuitiarum ſtudioſiſſimus fuiſſet, ita ut diuitis cognomen acciperet: unde Florus, caput, inquit, Craſſi reciſum cum dextera manu ad regē deportatum ludibrio fuit, neq; indigne: aurum .n. liquidum in rictum oris infuſum eſt, ut cuius animus arſerat auri cupiditate, eius etiam mortuū, & exangue corpus auro ureretur. Alii tamē dicūt, quod ueritati magis accedit, Parthorū regem edixiſſe, quicunq; caput ad ſe Craſſi detuliſſet ei ſe tantundem auri repenſaturum ex eo calliditate ingenii militē uſum euocato craneo plūbum liquidum inſtillaſſe & hanc calliditatē regem probaſſe, quod uero ad rem pertinet, huic aduerſus hoſtes exercitum ducenti multa apparuere prodigia, qbus poterat ab incepto deterreri, ſi mens non leua fuiſſet, uel fata potius Ro. tuliſſent: nā proditur memoriæ. xi. legiones Ro. in ea pugna fuiſſe deletas. Inter. g. ga ut dixi. xi. legiones amiſere Ro. A Car. De quibus ſupra ſatis dictū eſt. Pullū.i. nigrum, & atrū nā pullus. la. lā. dicitur niger. a. um. Vir. Reiice ne maculis infuſcet uellera pullis. Iu. Pullati proceres, hoc eſt atra ueſte. Paludament.i. ueſtis imperatoria. Ad prin. principes appellantur, qui ſecūda acie locantur. nā cū uelites primi ita leuiter pręlium cōmittant, ut q̄ primū hoſti cedāt, eorū cū hoſte congreſſus dignus nō eſſe ut, quę pugna appelletur: unde principia, hoc eſt principes ſubſequentes inſignes armis, uiribusq; ferocius pugnant, hicq; primā pugnā cōmittere dicuntur: ergo ad principia, hoc eſt ad primā aciem, quę poſt uelites, & ferentarios remanet, eo ꝙ ipſi pugnā reuera incipiāt: nā uelitū prælu dium magis, q̄ pugna eſſe uidebatur. Ter. ergo uero poſt principia olbus inſignē dabo, ſecūda acies erat principiū, ſiue haſtatorum: tertia ſubſidiariorū. Altera æger. uexillorū: nam uexilla Ro. depictā aquilam habebāt. Lu. ſigna pares aquilas, & pila minātia pilis. Itē alibi, & notę fulſere aquilę Romanaq; ſigna. Optime ing. L. Craſ. dicebatur hic bello Galli. ſub Cęſ. mili-

Carrę urbs

Pullus. a. um.

ASCENSIVS.

¶NON ſinit &c. Pulchre tranſit ad M. Craſſi exitū triſti pdigio ſignificatū dicens. M. Craſ. numerādus inter grauiſſimas iacturas imperii Ro. ga cū eo plurimi extincti ſunt, & paulo poſt reſ. oppreſſa eſt, nō ſinit.i. nō patitur, nos agere ſilētiū.i. nos ſilere de ſe hoc loco ut poſte pulſatus.i. grauiter admonitus, ut quem pulſando monemus, plurimis, & euidētiſſimis ictibus.i. pulſationibus, monſtrorū.i. prodigiorū aduerſorū ante tantam ruinam.i. prius q̄ reſp. tantā faceret iacturā. Enī pro quia paludamētū.i. indumentū imperatoriū pullū.i. nigrū, & funebris coloris traditū eſt ei ducturo exercitum a Carris urbe Medorū aduerſus Parthos, cū paludamētū albū, aut purpureū ſoleret dari exeūtibus in pręliū. Itē milites conuenerunt ad principia quæ archiua uulgo uocant, aut ad ſecūda in aciebus loca mœſti, & taciti qui debebāt accurrere inſtituto.i. more uetere cū clamore alacri.i. alacriter clamātes. Pręterea altera aquilarum (nam duę erant Romanis pro ſignis) uix.i. cū ſumma difficultate potuit cōuelli.i. terra extrahi, a primipilo.i. primo uexillifero, altera.ſ. aquilarum.i. reliqua extracta ęgerrime.i. cū ſummo labore cōuertit ſeipſam in partē contrariā, ac.i. q̄ ferebatur. Hęc prodigia ſup. ſunt, aut fuerūt magna, ſed illę clades, quas Craſſo duce reſp. accepit, ſup. fuerunt, &.i. etiam maiores aliquāto, utpote interitus tot pulcherrimarum legionum .ſ. Romanarum tā multa ſigna.i. uexilla militaria (pręter enim aquilas duas erant q̄ plurima alia ſigna) intercepta manibus hoſtilibus: ſunt tamen poſtea ab Auguſto recepta, & tantum decus militię Romanę obtritum.i. in terram conculcatum, equitatu barbarorū.

Oculi paterni.i. ipſius Craſſi patris, reſperſi, cruore filii.ſ. iunioris Craſſi, optimę indolis.i. qui erat optima indole pręditus, & corpus imperatoris.i. ipſius Craſſi, abiectū i laniatibus.i. deſcerptionibus auium & ferarum inter ſtrues cadauerū promiſcuas .i. confuſas, ubi tam boni, q̄ ignaui, tam nobiles q̄ ignobiles iacebant. Ego quidem.i. certe, uellē ſup. referre, aut loqui. (Verba enim loquelę ſępe ſupprimuntur, & pulchra eſt in re triſti eclipſis, ubi ſingultus uerba ſurripuere uidentur) placidius.i. plauſibilius, & amœnius: ſed uerū eſt relatu .i. ut referatur a me, aut, ſed uerum eſt relatū ſup. a me qđo clarior eſſet locutio, ſed exemplaria, quę uidi habent relatu, ut ſit ſicut dixi, ſed quod dixi uerū eſt relatu.i. dum refertur, aut ſed uerum.i. iuſtū eſt relatu.l. ut referatur, ſicut geſtū eſt. Sic.i. hoc modo. præmonitus deorū.i. in ſuis præmonitionibus ſpreti, excandeſcunt .i. ira uehementi inflammantur, & ſic conſilia humana, quæ uana ſæpe ſunt caſtigātur.ſ. tā duriter ubi.i. quādo præferūt ſe cœleſtibus.i. diuinis.

THEOPHILVS.

¶ALBVM. aut purpureum. Imp. utebantur albo, aut purpureo paludamento. Hircius in rebus Caſ. Nam cum Scipio

fagulo purpu. ante regis aduentũ uti ſolitus eſſet, dicit Iuba cũ eo egiſſe. non oportere illum eodem uti ueſtitu, atq; ipſe utere tur. Itaq; factum eſt illico, ut Sci. ad album ſe ueſtitum transfer ret, & ita caſtigãdũ docuit Ianus ex antiq. cod. & hoc loco Val. cum prius alium legeretur. Aq'larum altera. Hoc oſtentum re fert etiam Dion. aquilamq; Ro. ſignũ docet aureã fuiſſe, nõ pi ctam. uerba Dion. adieci ſicut a meo parẽte Demetrio trãſla ta ſunt in latinũ. Signũ quod aquila dicitur, eſt ędicula par ua, in qua aquila collocat au rea quã geſtari mos eſt in oĩ iu ſto exercitu a ſignifero, præfi xam longiſſimo conto, qui, quo terræ depãgi poſſit, in acu tam cuſpidem deſinit.

OLIVERIVS.

PCN. Põpeiũ multa prodigia ſuperiores admonuere duces. ſed nõ pauciora Põpeiũ a ſuſci piẽda cũ Cęſ. pugna auertebãt, ſi modo fata tuliſſent. Vltimã f. quia de ſumma rerũ pugna iſta fuit, ubi cum uniuerſo exer citu fortunã belli expertus eſt. Contenderet. eniteret. Ad uerſa ia. Luca. inq; oculis ho minum fregerunt flumina nu bes. Examinibus apum. Luc. nec non innumero cooperta examine ſigna, quod prodigiũ ſignificabat multitudinẽ noci turam eſſe Põpeio. Vnde Ve getius de re militari. Nihil ma gis obfuit Põpeio, q̃ exercitus numeroſa copia, quod & etiã ſenſiſſe fertur dixit enim nihil aliud portẽdere apes, q̃ nume roſam militum copiam. No cturnis. conſtat flãmam quan dã clariſſimam in caſtris Pom pei emicuiſſe in Cæſaris caſtra uergentem, quæ ſignificabat magnã Pompei gloriã ad Cæ ſarem tranſiturã, ex eoq; terro rẽ iniectũ uniuerſo exercitui, qui & aliis uiſis monſtris terri tus eſt. Luc. Hinc trepido con cuſſa tumultu caſtra fremunt, hoſtiar. fuga Luc. Admotus ſuperis diſcuſſa fugit ab ara taurus: nã cũ altaribus hoſtias admouiſſet, illę ſtatim fugã pr ripuerunt. Sed inui. ſed fatis inquit, reſiſtere nõ potuit Põ peius, q̃q̃ prudẽtia & cõſilio plu rimum ualeret: loquitur autem ſecundum Stoicos, qui omnia dicebant fatali neceſſitate con tingere quod falſiſſimũ eſt, & a uera religione alienum: nam ſi ſic eſſet, ſequeretur illud ab ſurdiſſimum, q nec conſiliũ nec doctrina, nec uoluntas quic q̃ ualeret, & fruſtra humano generi liberum datum eſſet arbi trium, ſequeretur & illud, ut quicquid homines ſine uirtute, ſi ne conſilio facerent, non uirtuti neq; conſilio, ſed neceſſitati potius eſſet aſcribendum: & propterea damnari quiſq̃, uel præ mio affici non merito poſſe uideretur, q non uoluntate rectum quicq̃, uel turpe feciſſet, ſed fatis ita uolentibus, de fato Sene. in quæſtionibus natu. quid enim intelligis fatum exiſtimo neceſſi tates rerũ omnium, actionumq;, quas nulla uis rumpat. Alios

Perpendere qui præterq̃ q in hoc parum prudens fuit. Perpendere, exami nare, conſiderare, tranſlatio ſumpta a penſantibus. Itaq; dum

DE CN. POMPEIO.

Cneum etiam Pompeium Iupiter oĩpotens abũde monuerat, ne cum C. Cæſare vltimam belli fortunam experiri cõtenderet: egreſſo a Dyrrhachio aduerſa agmini eius fulmina iaciens, examinibus apũ ſigna obſcurando, ſubita triſtia implicatis militum animis, nocturnis totius exercitus terroribus ab ipſis altaribus hoſtiarum fuga: ſed inuictæ leges neceſſitudinis, pectus alioqui procul ab ementia remotum, prodigia iſta iuſta æſtimatione perpendere paſſæ non ſunt. Itaq; dum ille eleuat autoritatem ampliſſimam, & opes priuato faſtigio exceſſiores, omnia ornamenta, quæ ab ineunte adoleſcentia ad inuidiam vſq; contraxerat, ſpatio vnius diei confregit. Quo conſtat in delubris Deũ, ſua ſponte ſigna conuerſa: militarem clamorem, ſtrepitumq; armorum, adeo magnum Antiochiæ, & Ptolemaide auditum, vt in muros concurreretur: ſonum tympanorum Pergami abditis delubris editum: palmã viridẽ Tralibus in æde Victoria, ſub Cæſaris ſtatua inter coagmenta lapidum iuſtæ magnitudinis enatam: quibus appareret cæleſtium numen, & Cæſaris gloriæ fauiſſe, & Pompeii errorem inhibere voluiſſe. Tuas aras, tuas ſanctiſſima templa, diue Iuli veneratus oro, vt propitio, ac fauenti numine tantorum caſus virorum ſub tui exẽpli præſidio, ac tutela deliteſcere patiaris. Te. n. accepimus, eo die, quo purpurea veſte velatus aurea in ſella conſediſti, ne maximo ſtudio Senatus exquiſitum, & delatum honorem ſpreuiſſe videreris priuſq̃ exoptatũ ciuium oculis conſpectum tui offerres, cultui religionis, in quam mox eras tranſiturus, vacaſſe: mactatoq; opimo boue cor in extis non reperiſſe: ac reſponſum tibi a Spurina Aruſpice pertinere id ſignũ ad vitã, & conſiliũ tuũ, quod vtraq; hæc corde continerentur: erupit deinde eorũ parricidiũ, qui dũ te hoium numero ſubtrahere volunt, eorũ concilio adiecerunt. Claudatur hoc exẽplo talium oſtentorum domeſtica relatio, ne ſi vlterius Romana apprehendero, e cœleſti templo ad priuatas domos, non conſentaneos vſus tranſtuliſſe videar. Attingam igitur externa, q̃ latinis inſerta literis, vt autoritatis minus habent, ita aliquid gratæ varietatis afferre poſſunt.

ele. nam ex autoritate ſua Pompeius cum Cæſare pugnam ſu ſcepit ſenatus enim podigiis credendum eſſe dicebat. Eleuat. Eleuare minuit, tollit: & eſt tranſlatio ſumpta a cumulo, de quo quan tum eleuas tantum minuis: unde Perſius: nunquid turbida Ro ma eleuet accedas. Autoritatem. quia uoluit ſenatus conſilium ſequi. Opes. p. Pomp. opes iam inceperant maiores eſſe, q̃ ciui cæ: neq; enim contentus erat cum cęteris æquo iure uiuere, ſed omnes opibus ſuperare uo lebat Faſtigio. altitudine. Ab ineunte, adhuc adoleſcens an teq̃ Cos. eſſet de Africa trium phauit, quod nulli Ro. ad eam diem contigiſſe legitur. Inui diam. quia tantæ opes erant Pompeii, ut omnes inuidia la borarent. Quo conſtat, quia Pompeius hæc omnia admiſit ideo ſibi prodigia multa appa ruerunt, nec ſolum quæ ſupra diximus, ſed etiã q̃ ſequuntur. In delubris. Iulius Celſus li. de bel. ci. prodigia iſta cõme morat: dicit. n. eiſdẽ in templo Mineruę repetitis, atq; enume ratis diebus, quo die prælium ſecundũ Cæſ. fecit ſimulachrũ Victorię, quod ante ipſam Mi neruã collocatum erat, & ad ſi mulachrũ Mineruæ ſpectabat ad ualuas ſe tẽpli, limenq; con uertiſſe, eodẽ die Antiochię in Syria bis tantus exercitus cla mor, & ſignorum ſonus exau ditus eſt, ut in muris armata ciuitas diſcurreret, hoc idem. Ptolemaide accidit, Pergami in occultis, & reconditis tem plis, quo pręter ſacerdotes adi re, nefas eſt, quæ Græci adyta appellant, tympana cecinerũt. Item Tralibus in templo Vi ctoriæ, ubi Ceſa. ſtatuã conſe crauerant, palma per eos dies in tecta inter coagmenta ex pa uimento extitiſſe oſtẽdebatur. Anthiochiæ, quæ ciuitas eſt in Syria, quam cõdidit Seleu chus Antiochi filius. Ptole maide, quæ ciuitas eſt Penta poleos inter Aegyptum, & Africam olim teſtibus Serui. & Strab. Barce appellata. Cic. ad Lentulum, Ecce tui, & ue ſtri imperii dignitatis, Ptole maide, aut aliquo propinquo loco rege collocato. Adyus. Adytum locus eſt in templo quem adire nemini fas eſt niſi ſacerdoti, & eſt dictio græca, nam δύω ſignificat ingredior. Sub Cæſa. ſtatua. Tralenſes Cæſa. ſtatuam quandam erexerant, ſub qua per iuncturas la pidum pauimento palmam pullulaſſe conſtat. Inter. Propter. Coagmẽta. cõiuncturas. Iuſtę magnitudinis. Tam magnã, ut creſcere ſolent. Errorem ne Põpe. ſe fortunæ committeret. Tuas aras. Hic aperte Cæſari adulatur: conſtat enim ab Au guſto fuiſſe Cæſari dedicatas aras, & templum: ergo non ſine adulatione commemorat Cæſarem fuiſſe temerarium, q & ipſe contemptis prodigiis in periculum ſuum corruent, ideo ueniam petit, ſi contra eum dicturus erit. Diue Iuli. nota eſt Deus differentia inter diuum, & deum ut deum æternum, diuum ex Diuus homine factum dicamus. Propitio. ephegeſis eſt: nam dii

nobis

nobis propitii ſunt, cum nobis fauent. Sub tul. De negligentia ſcripturus; quam Cęſ. adhibuerit in probandis prodigus, quaſi ueniam petit, & dicit ſe ideo exemplum eius poſiturũ, nõ tam ut ipſum reprehendat, q̃ ut per eius exemplũ cęteri, de quibus dixit, minori repręhenſione digni cenſeantur: nam ſi deus prodigium neglexiſſe probat, minus mirum eſt mortalem hominem tale quicq̃ incurriſſe. Etenim accepimus. Cum ſenatus nouos, & inuſitatos honores Cęſar decreuiſſet, die ſtatuto, quo accepturus eos in ſenatũ uenturus erat ſacrificauit, nec cor uictimę quã immolabat, inuentũ eſt: reſpõſum itaq; eſt ab aruſpice id prodigium ad ſalutem eius pertinere: itaq; cum Cæſa. in ſenatum ire recuſaret, Decius Brutus, qui autor, & princeps coniurationis erat, inſtabat, & monebat, ac liberius arguebat, nõ decere ſenatũ uniuerſum pro uno, & eo cui magnificẽtiſſimos honores demandare uelit, nequicq̃ cõuocatum ſuſpicionẽ eo die tantæ inſolentię aufugeret, itaq; Cæſ. perſuaſus in ſenatũ uenit, ubi teſtæ Sueton. tribus & triginta plagis interfectus eſt. honores autem, quos illi ſenatus decreuerat, erant, ut perpetuo dictator eſſet, ut omnibus prouinciis niſi Italiæ præeſſent, ut terra, mariq; coronã geſtaret, pręterq̃ in Italia. Sueto. alia pręter hæc prodigia apparuiſſe cõmemorat. Cęſ. futuræ cędẽ ſignificantia, ut illud cum Capuæ euerterentur lege Iulia uetuſtiſſima ſepulchra, tabula ęnea in monumento, in quo dicebatur, capis conditor Capuę ſepultus, inuenta eſt, literis uerbiſq; gręcis hac ſententia, quando oſſa capis detecta eſſent, fore ut Iulo prognatus manu conſanguineorum necaretur, magniſq; mox Italiæ cladibus uindicaretur: cuius rei, ne quis fabuloſam, aut commentitiã putet, autor eſt Corn. Balbus familiariſſimus Ceſ. Ruſus illud, equorũ greges, quos in traiiciendo Rubicone flumine cõſecrauerat, ac uagos, & ſine cuſtode dimiſerat, cœperit pertinaciſſime ſe a pabulo abſtinere, ubertimq; flere: quod Virg. tetigiſſe uidetur in ęgloga Daphnidis, in qua Cęſ. mortem ſub nomine Daphnidis, ut quidam uolunt, deplorat, cũ dicit: Nõ ulli paſtos illis eget diebus, Frigida Daphni boues ad flumina, nulla neq; amnem libauit q̃drupes, nec graminis attigit herbã. Itẽ aliud, immolante aruſpice auẽ regaliolũ cũ laureo ramulo Pompeianę curię ſe inferentem uolucres uarii generis ex proximo nemore pſecutę ibidẽ diſcerpſerunt. Purpurea. triumphali ueſte indutus. Exquiſitũ. excogitatũ, diligenter inuentũ. Priuſq̃ ex uidet quodam modo Cęſa. excuſare, q̃ prodigia non ſeruauerit, ne. ſ. uideretur contempſiſſe honores, quos ſibi ſenatus ſtudioſiſſime deferebat. Cic. lib. de diuina. Quid inquit Cęſarẽ putamus, ſi diuinaſſet fore, ut in eo ſenatu, quem ex maiori parte ipſe coaptaſſet in curia Pompeiana, ante ipſius Pompeii ſimulachrum, tot centurionibus ſuis ſpectantibus a nobiliſſimis ciuibus, partim etiam a ſe omnibus rebus ornatis trucidatus, ita iaceret, ut ad eius corpus non modo amicorum, ſed ne ſuorum quidẽ quiſq̃ accederet? quo cruciatu animi uitam acturũ fuiſſe putas? Exoptatum. quia pauci admodum contra te coniurauerãt, uniuerſa tamen ciuitas tibi fauebat. Religionis. ideo dixit quia poſt mortem in deorum numerũ tranſlatus eſt. Ergo religionis, in quam mox tranſiturus eras, ut quemadmodum tu eo die ſacrificabas, ita paulo poſt, tibi quoq; ſacrificandum eſſet in numerum deorum relato. Opimo. pingui, & ſacrificiis idoneo.

Spurina aruſpice

A ſpurina aruſpice. Spurina prædixerat Cæſari diem mortis ſuæ, ut caueret: erant autem idus Martiæ, hoc eſt a calend. uſq; ad idus: nam omnes illos dies ei periculoſos eſſe pręd ixerat: unde legitur, q̃d cũ idus aduenıſſent ſine ulla noxa ſua. Spurinã irridens, & tanq̃ falſum autem redarguens Cęſar dixit, ad ſunt calẽdę o Spurina: cui ad ſunt quidẽ reſpõdit, ſed nõdum pręterierunt. Item cum in Capitoliũ iret Cęſar multitudine ſtipatus, dixiſſe Spurinam ferunt. Sol tendit ad occaſum: quia reſpondiſſe dicitur, Sol bene tendit. Ad. vi. quia uita & conſilium a corde proueniunt: nam cor uitale membrum eſt, & ideo Cæſ. de utroq; periclitabatur. Erupit. exit cum impetu exortum eſt parricidium. ſ. Bruti, & Caſſi, & aliorũ qui manus intulerunt Cæſari, & maxime Caſſii, qui primus letale uulnus intulit, parricidium autem ad adulationem dixit, q̃ uerum patrẽ patrię occiderit. Cic. ad Caſ. Luget amicus tuus furorẽ iudicis primum in ſtatua, quã poſuit in roſtris, inſcripſit parenti optime merito, ut non modo ſicarii, ſed etiam patricidæ iudicemini. Claudatur hoc. nunc concludit dicens, non congruum eſſe, ut facta Cęſaris, qui diuinos iam cõſecutus eſt honores, ad priuata hominum exempla transferamus quaſi a diuinitate ad humanitatem deſcendamus: & ideo ſed domeſticis exemplis quæ ad prodigia ſpectat, finem imponere uelle dicit. Exemplo ſ. Caſ. qui uiſis prodigiis in periculum lapſus eſt. Ad priuata. Ne a diuorum exemplis ad mortaliũ documenta traſcamus. Inſerta. permiſta. Ut minus. quia Græci, a quibus exempla petuntur, ſemper aſſentatores fuerunt, & magis glorię, q̃ ueritati ſtuduerunt. Vnde Saluſti. Atheniẽſes res geſtæ, ſicut ego exiſtimo, ſatis amplæ magnificæq; fuerunt. Veruntamen aliquanto minores q̃ fama feruntur, ſed quia prouenere ibi ſcriptorũ ingenia magna per terrarum orbem Athenienſium facta pro maximis celebrantur.

Grata ua. Reſpondet tacitæ quæſtioni: nam dici poſſet, ſi gręca latinis literis inſerta minus autoritatis habent, cur ea ti. diſs habent quidem, ſed uarietas ipſa non nihil delectationis affert, etiam ſi conceſſeris minus autoritatis habere latinis literis prodita, ipſa tamen uarietas quandam affert delectationem.

ASCENSIVS.

GNEVM etiam põpeium. Ordo eſt. Iupiter omnipotens. ſ. deus pater a iuuando dictum, & ſolus omnia potens monuerat etiam abunde. Cneum (profertur ut Gneũ) Põpeiũ, qui magnus dictus eſt. Ne contenderet. i. firmato animo moliretur, experiri ultimam fortunam belli cum Caio Cæſare. admonuerat (dicit) iaciẽs fulmina aduerſa agmini eius. ſ. Põpeii egreſſo a Dyrrhachio urbe Epiri, obſcurando ſigna. ſ. militaria. i. uexilla examinibus. i. fœturis apum, quæ ex aluearibus ſuis nuper euolauerũt, animis militum implicatis ſubita triſtitia, & nocturnis terroribus totius exercitus, & fuga hoſtiarũ ab ipſis altaribus. Sed leges inuictę neceſſitudinis. i. fata ineuitabilia, non ſunt paſſæ. i. non permiſerunt, pectus. ſ. Cnei Pompeii, remotũ aliquando (immo ſi Ciceroni, & cæteris reipubli. ſtudioſis credimus, fere ſemper ſed callide loquitur autor: cũ enim cõſilia, & facta Pompeii omnia damnare non poſſet, eatenus innuit damnanda, quatenus contra Cæſarem faceret, idque in gratiam Tiberii Cæſaris, qui niſi Cæſar uiciſſet, imperium non habuiſſet) procul ab amentia, id eſt quod aliquando prudentia utebatur, perpendere iuſta æſtimatione iſta prodigia. ſcilicet iam dicta. Itaq; dum ille. ſ. Pompeius eleuat. i. deprimit, & minoris, q̃ ſit ęſtimat autoritatem ampliſſimam. ſ. ſenatus ſecundum Oliueriũ, ſed malim dicere Cæſaris, quem præ ſe contempſit Pompeius. nam pati noluerunt, ut Lucanus cecinit, Cæſar ue priorem Pompeius ue parem, unde ſuperior iudicatus eſt Pompeius, qui pari poteſtate neminem pati uoluit, quam Cæſar, qui maiore, & opes. i. facultates excelſiores faſtigio priuato. i. priuati hominis, hoc eſt opus Cæſaris, quem priuatum agere uocabat: cum tamen eius gloria, & potentia maior eſſet, q̃ quæ etiam in faſtigio. i. culmine priuati hominis ageretur: uult ergo dicere, quod quia Cæſaris maieſtatem eleuaret, & de ſe maiora uiribus ſentiret, penitus corripuit (Oliuerius tamen aliter exponit; unde addit confregit ſpacio unius diei. ſ. in pugna Pharſalica, omnia ornamenta, quæ contraxerat. i. conflauerat, & accumulauerat uſq; ad inuidiam. ſ. deorum, & hominum ab ineunte adoleſcentia. i. ab eo tempore, quo primum inciperet adoleſcenturire. Quo. i. propter quod factum eius conſtat, ſigna. i. effigies deum pro deorum conuerſa ſua ſponte in delubris. i. templis deum. Propriæ, in quibus ſimulachra erant lignea, quaſi delibrata. i. decorticata, & conſtat clamorem militarem, & ſtrepitum armorum auditum Antiochiæ, & Ptolemaide (Seruius dixiſſet Ptolemaidi) ut concurreretur. ſ. a ciuibus, aut uigilibus in muros: & conſtat ſonum tympanorum, quibus nunc quoq; Alemani in bello utuntur, auditum pergami in delubris. i. fanis abditis. i. ſecretis, hoc eſt adytis ipſis (non tamen dices adytis delubris ſed delubrorum) & conſtat palmam uiridem iuſtę magnitudinis enatam Tralibus urbe Lydiæ, aut potius Phrygiæ, in finibus Cariæ, nam in utriuſq; ſunt Trales: in æde Victoriæ. ſ. deæ ſub ſtatua Cæſa. inter coagmenta lapidũ. Quibus. ſ. prodigiis appareret, numen. i. uoluntatem diuinam cæleſtium. ſ. deorum, &. i. ſimul fauiſſe gloriæ Cæſar. ſcilicet Iulii, & uoluiſſe inhibere errorem Pompeii. Hoc uidetur contrarium illi, ſed inuictæ leges neceſſitudinis: ſed ſic eſt, quod deus ſcit ineuitabiliter futurum, ut euitabile libero propoſuit arbitrio. Tuas aras. Quia mentem Pompeii magni dixit aliquando hallucinatam. Poſſet aliquis dicere Cæſa. quoq; erraſſe q̃ prodigiis admonitus non cauerit, quam rem quia inficias ire non poſſet, cum nihilo-

minus aſſerat, & prius aſſeruit Cæſa. eſſe in deorum numerum relatum fatetur, diuos quoq; dum in humanis ageret, poſſe errare: ſed precatur, ut patiatur per ſuum errorem magnorum uirorum errorem defendere, & tua ſanctiſſima templa, & ita tibi diuinitatem demens. Ordo eſt. O diue Iul. ſ. Cæſaris, ego uenератus tuas aras patiaris numine ſup. tuo propitio, ac fauente caſus .i. lapſus, & errores tantorum uirorũ, quãti dicti ſunt erraſſe, delitеſcere .i. abſcõdi, ut protegantur, ſub præſidio .i. prætextu ac tutela .i. protectione tui exẽpli, quia quod in diuis non reprehenditur, non uidetur reprehẽſibile in mortalibus. Dico tui exẽpli enim pro q̃a, nos accepimus te uacaſſe eo die, quo uelatus ueſte purpurea, id eſt triumphali cõſediſti in ſella .i. ſede, quaſi ſede aurea. Ne uidereris ſpreuiſſe honorem exquiſitum, & delatũ ſup. tibi maximo ſtudio, id eſt annixu, ſenatus, priuſq̃ offerres oculis ciuium conſpectum tui .i. tuæ (ut uulgo dicunt) perſonæ. Exoptatum .ſ. populo, accepimus in quante uacaſſe, id eſt operam unicã dediſſe dicto die cultui religionis, id eſt uenerationis deorum, in quam eras tranſiturus mox, quia qua ueneratione deos coluiſti, mox colendus eras, & accepimus te boue opimo, ideſt pingui mactato non reperiſſe cor in extis, ideſt inter exta, ac reſponſum, ideſt dictum cum quæreres, quid illud prodigium portenderet, tibi a Spurina aruſpice, id ſignum pertinere ad uitam, & ad conſilium tuum, quod, ideſt quia hæc utraq;, ſcilicet uita, & conſilium, cõtinerentur corde, quia cor eſt fons uitæ, primum, & ultimum membrorum uiuẽtium, & in eo uidetur ſedes prudẽtię, unde cordati prudentes habentur: ſicut ergo defuit cor, ita denunciabat illi breui pręſertim ad idus Martias uitam defuturã, & conſilium, quia in ſenatum inermis ſe contulit, deinde parricidium eorum, ſcilicet Bruti, Craſſi, & aliorum coniuratorum, qui dum uolunt te ſubtrahere numero hominum, adiecerũt te cõcilio .i. cœtui deorum, erupit .i. exortum eſt quaſi ex ea re occaſionẽ deinde ſumpſerint. Claudatur hoc, &c. domeſticorum exemplorum finem faciens, dicit. Relatio domeſtica .i. de domeſticis, talium oſtentorum, ideſt prodigiorum claudatur, ideſt finiatur, hoc exemplo, ſcilicet Iulii Cęſaris, ne ſ. apprehendero ulterius, ideſt ultra Iulii Cæſaris exemplum. Romana ſupple exẽpla, uidear tranſtuliſſe uſus non conſentaneos, ideſt repugnantes, & inuitos e templo cæleſti, in quo Cæſa. eſt ad domos priuatas, in quibus reliqui fere Romani ſunt. Igitur ego attingam externa ſupple prodigiorum exempla, quæ inſerta, ideſt immiſta literis latinis. Vt habent minus authoritatis, quam haberent, ſi græca in ea forma, qua græce ſcripta ſunt, recitarentur, & ita poſſunt afferre aliquid uarietatis gratæ, ideſt utilis ad delectationem, & memoriam.

THEOPHILVS.

¶ NOCTVRNIS Terroribus. Panicos terrores intelligit. Pauſanias de exercitu Brenni. Noctu terror eos inuadit panicus. Nam nulla de cauſa trepidationes ab hoc ipſo deo dicunt eſſe plura Suidas, & Strategematon primo Polyænus ex hiſtoria. Authoritatem. a. Q. ui naſi quid habet, ad authoritatẽ Cæſaris referet, non autem Pompeii. Adytis. d. Adyta Græci uocant occulta, ac remota templa, quo præter ſacerdotes adire fas non eſt. Hæc ex Diuo Cæſa. Nomen eſt (ut uocãt grammatici) ſubſtantiuum, quare Valerius inuſitate dixiſſet adytis delubris. Itaq; placet antiqua lectio abdictis delubris, idemq; ſignificat quod penetralibus. Cor in extis non reperiſſe. Polyænus Macedo tradit, hoc in caſtris accidiſſe, cõſternatoſq; militum animos a Cæſare facere erectos. Quid, inquit, mirum, ſi rationis expers animal corde careat?

EXTERNA.

DE EQVA PARIENTE LEPOREM.

In exercitu Xerxis, quem aduerſus prouinciam Græciam cõtraxerat, equæ partu leporem æditum conſtat: quo genere monſtri tanti apparatus ſignificatus eſt euentus. Nam qui mare claſſibus, terram pedeſtri operuit exercitu, vt fugax animal, pauido regreſſu regnum ſuum repetere eſt coactus. Eidem montem Athon iuxta Idam tranſgreſſo, priuſquam Athenas deleret, Lacedæmonis inuadendæ conſilium agitanti, admirabile inter cœnam prodigium incidit: infuſum nanq; pateræ eius vinum, in ſanguinem nec ſemel, ſed iterum, & tertio conuerſum eſt. Qua de re conſulti magi monuerunt, vt ſe ab incepto propoſito abſtineret, & ſi quod veſtigium in vecordi pectore ſenſus fuiſſet, cauere potuiſſet: ante de Leonida, & Spartanis abunde monitus.

OLIVERIVS.

¶ IN EXERCITV Xerxis. Hoc exemplum traditur ab Herodoto, quod in exercitu Xerxis Perſarum regis, quẽ aduerſus Grecos innumeroſum, ac prope incredibilẽ duxerat, equa leporem peperit, quod turpiſſimam regis fugã quæ ſubſecuta eſt, ſignificare uoluit: eſt enim lepus timidiſſimũ animal. Equa leporẽ peperit. Tanti apparatus. Quia ſicut Demoſthenes tradit, quatuor millibus, & ducentis nauibus, & decies centenis millibus militum Mardonio uni ex ducibus ſuis in Græcia, relictis cũ paucis admodum, & exigua rate, utpote piſcatoria ſcapha, trepidus in ſuum regnũ refugit: nã in Græciam alii alium numerum traduxiſſe ferunt, ego uero totum exercitum fuiſſe legi quinquies mille millia & ducenta octogintaduo millia, quæ ſumma potius oſtentatione, q̃ fide digna, quæ modo omnem excedere uideatur fidem. Montem Athõ. Hoc quoq; prodigiũ ſignificat triſtem exitum Xerxis, qui anteq̃ inuaderet Lacedęmonem, cum ſacrificaret, & uinum pateris infunderet, ſubito uinum in ſanguinem cõuerſum eſt: quod prodigiũ itidem eueniſſe Didoni Virg. dicit. Vidit thuricremis cum dona imponeret aris, Horrendum dictu, latices nigreſcere ſacros, Viſa in obſcenum ſe uertere uina cruorem. Montem Athon. Athos mons. Mons eſt Macedoniæ tantæ altitudinis, ut uſq; ad inſulam Lẽnon Vmbram protendere dicatur: diſtat autem Lemnos a Macedonia octogintaſex millibus paſſuum. Statius libro. v. Thebaidos: Ingentii tellurem proximus umbra ueſtit Athon, nemorumq; obſcurat imagine pontum. Inuenitur Athon, & Athos. Iuuen. Velificatus Athos. Virg. in Æneid. Quantum Athon, aut quantus erix, hic igitur mons, q̃q̃ eſſet altitudinis admirandæ, ut ſupra diximus: tamen iuſſu Xerxis mille quingẽtis paſſibus abſciſſus eſt, & nauigabilis factus, ut tradit Hero. unde Iuue. Olim uelificatus Athos. Structum etiam fuiſſe pontem ſupra mare Helleſpontum ab Abydo urbæ Aſiæ uſq; in Seſton urbẽ Europæ. Idem teſtatur Hero. quod & Luc. tetigit cum dixit. Talis fama canit tumidũ ſuper æquora Xerxem, Cõſtruxiſſe uias, multum cum pontibus auſus. Europamq; Aſiæ, Seſtonq; admouit Abydo. Inceſſitq; fretum rapidi ſuper Helleſponti. Non Eurũ, Zephyrũq; timens, cum uela, rateſq; in mediũ deferret Athõ. Athenas, quas relictas ab Athenienſibus, qui arma ferre poterant, Xerxes ſolo adæquauit, fugientibus in Lacedæmonẽ cõſilio Themiſtoclis, & relictis imbellibus. Agitanti. tractãti, ut Lacedæmonem inuaderet. Nec ſemel, ſed iterũ, ac tertio, quia ſæpius reſtaurauit ſacrificium, & ſemp illud idem apparebat prodigium. Qua de re conſulti magi. cum petiſſet a magis cõſilium, conſultus enim dicitur, a quo cõſilium petitum fuerit: cõſultor uero qui petiit, q̃q̃ inconſultus dicatur ſine conſilio, hoc eſt cui non eſt datum conſilium, quod petierit: unde Virg. lib. iii. Inconſulti abeunt, ſedemq; odere Sibyllæ: inconſultos dixit ignaros rerum, & ſine conſilio, hoc eſt quibus nõ eſt datum cõſilium a Sibylla: eſt enim Cato conſultus, conſultor filius eius: magi dicebantur apud Syrios ſapientes, uel quos Roma. augures appellant. Conſultus. Ab incepto propoſito, inuadẽdæ Lacedemonis. Vecordi. inſano. De Leonida. nam Leonidas Spartanorum rex cum trecẽtis millibus apud Thermopylas Perſis in Græciã ex Aſia traſeũtibus occurrit, & ita cum Xerxis exercitu pugnauit, ut ipſum regẽ aliquoties a ſede ſua conſternatum in fugã cõuerteret, ſed multitudine militum opreſſi ſunt Spartani. Leonis de uirtus. Hæc hiſtoria ſuo loco plenius tractabitur in capite de fortitudine.

ASCENSIVS.

¶ IN EXERCITV XERXIS. Affert externa exempla, & primum de Xerxe Perſarum rege omnium pulcherrimo,

DE MIDA.

Midæ vero, cuius imperio Phrygia fuit ſubiecta puero dormienti formicæ in os grana tritici congeſſerunt. Parẽtibus deinde eius, quorſum prodigium tenderet explorantibus, Augures reſponderunt, omnium illum mortalium futurum ditiſſimum: nec vana prædictio extitit: Nam Midas cunctorum pene regum opes, abundantia pecuniæ anteceſſit: infantiæq; incunabula vtili Deorum munere donata, onuſtus auro, atq; argento gazis penſauit.

DE PLATONE ALIVD MIRVM.

Formicis Midæ, iure, meritoq; apes Platonis prætulerim: illæ enim caducæ, ac fragiles, hæ ſolidæ, & æternæ felicitatis indices extiterunt, dormientis in cunis paruuli labellis mel inſerendo. Qua re audita, prodigiorum interpretes ſingularem eloqui ſuauitatem ore eius emanaturam dixerunt. At mihi quidem illæ apes non montem Hymetum thymi flore redolentem, ſed muſarum Heliconios colles omni genere doctrinæ virentes, Dearum inſtinctu depaſtæ, maximo ingenio dulciſſima alimenta ſummæ eloquentiæ inſtillaſſe videntur.

ac opulentiſſimo minime tamen felici dicens. Conſtat leporem æditum.i.in lucem datum, ac natum partu equę, hoc eſt equam peperiſſe leporem in exercitu Xerxis, quem contraxerat aduerſus prouinciam Græciæ. Quo genere monſtri, euentus.i.exitus tanti apparatus, quantus raro alias legitur, eſt ſignificatus: lepus enim eſt animal timidum, & fugax, & ita ſignificauit exitum apparatus beſſici, quem fecit Xerxes. Nã is, qui operuit mare claſſibus, terrã exercitu pedeſtri, eſt coactus repetere regnũ ſuũ regreſſu pauido, quia in una ſcapha ſedens, ut animal fugax, uidelicet lepus. Eidẽ &c. affert ſecundum exemplum externũ de eodem Xerxe dicens. Admirabile ꝓdigiũ incidit inter cœnã, ideſt inter cœnãdum eidẽ uidelicet Xerxi, tranſgreſſo Athon Mõtem inter Macedoniam & Thraciã iuxta Idam: & agitanti cõſiliũ Lacedæmonis.ſ.urbis ſpartanæ inuadendæ priuſquã deleret Athenas. Incidit. dicit admirabile prodigium. nam uinum infuſum pateræ.i.poculo eius patẽti (Galli tarſiam dicunt) cõuerſum eſt in ſanguinem, nec.i. & nõ ſemel ſupple tantum, ſed iterum.i.ſecũdo, & tertio, de qua re magi, qui Perſarum ſunt ſapientes, & diuinationis periti, cõſulti, ideſt rogati conſilium, aut ſententiam ſuam, monuerunt ſupple Xerxem, ut abſtineret ſe a propoſito incepto.i. ab Lacedæmonis inuaſione. Eſt autem urbs hæc. Lacedæmon uir hic Lacedæmonius. Et ſi quod, ideſt aliquod etiam minimum ueſtigium ſenſus, ideſt rationis, & prudentiæ fuiſſet in pectore uecordi.i.experti cordis, ideſt prudẽtiæ, uidelicet Xerxis ipſe potuiſſet cauere monitus abunde ante a Leonida rege Lacedemoniorum, & a Spartanis, ideſt populo Lacedæmonio: nam Lacedæmon etiam Sparta dicitur, eſt autem urbs Laconiæ, unde uiri Lacones, mulieres Lacenæ dicuntur.

OLIVERIVS.

¶MIDAE uero regi. De quo poetæ fabulati ſunt, quicquid manibus attigiſſet in aurum conuerti. Cicero. Midæ illi Phrygio, cum puer eſſet, dormienti formicæ in os grana tritici congeſſerunt, ditiſſimum fore prædictum eſt, quod euenit. Omnium, quia nullus propemodum fuit ante Midam, qui tantum auri, omniumq; diuitiarum genus poſſideret. Vtili. nullæ fruges ſunt tritico meliores. Gazis. Gaza lingua Perſica ſignificat apud latinos diuitias: ſicut enim ſub diuitiarum genere intelligimus multas opes, ita lingua Perſica ſub nomine Gazę intelligimus maximas diuitias.

Gaza

ASCENSIVS.

¶MIDAE uero. affert tertium exemplum prodigiorum externorum de Mida rege Phrygiæ opulentiſſimo dicens. Vero pro ſed, formicæ congeſſerunt Midæ, cuius imperio ſubiecta fuit.ſ. poſtea Phrygia, puero, ideſt cum adhuc eſſet puer, dormienti in os grana tritici, deinde augures reſponderunt parentibus eius explorantibus quorſum, ideſt ad quem euentum prodigium ſup.illud tenderet, illum ſcillicet puerum Midam futurum ditiſſimum omnium mortalium, nec prædictio extitit.i. fuit, aut emerſit uana, ideſt mendax. Nam Midas anteceſſit abundantia pecuniæ opes pene cunctorum regum, atq; ipſe onuſtus auro, & argento penſauit.i. compenſauit gazis.i.diuitiis, incunabula infantiæ.ſ.ſuæ, donata ut dicunt dotata, & aucta munere deorum utili, quia tritico nihil utilius. Quæ uerba ſunt ſatis aperta, habent tamen ſenſum obſcurum: nam dubitem, an intellexerit autor, Midam pro deorum munere ab incunabulis ſuſcepto illis repoſuiſſe incunabula auro, & argento referta, an potius Midam pro granis tritici ſibi in os congeſtis auri, & argenti uim coaceruaſſe, & ita prodigio deorum, fato ſuo reſpondiſſe.

OLIVERIVS.

¶FORMICIS. hoc ſimile eſt ſuperiori, ſed in hoc diſtant, quod illud ad diuitias, hæc ad eloquentiam ſpectare uidetur: nam formicæ tritici grana in os Midæ congerentes diuitias portendebant: apes uero Pla. labellis inſidentes, mellaq; ſtipantes, ſuauiſſimam eloquentiam ſignificãt. Apes Platonis. Cice. Platoni cum in cunis dormiẽti prauulo apes in labellis conſediſſent, reſponſum eſt illum ſuauitate orationis fore præclarum: ita præuiſa eſt infanti futura eloquentia: dignum eſt inquit Valc. ut Platonis apes Midæ formicis præferantur. Caducæ, & fragiles, quippe quia in poteſtate fortunæ poſitæ pro eius libidine modo huc, modo illuc transferuntur, nullo loco, nullo tempore certe ſtabilesq; poſſidentur. Aeternæ felicitatis. Vis tanta eſt eloquentiæ, ut immortalem hominem efficere poſſit: nam Platonis nomẽ, ut uidemus, uiget apud omnes: uirtus enim in cuius genere ponitur eloquentia cum ſapientia coniuncta, eſt hominis certa poſſeſſio, quæ ſola clara, æternaq; habetur, ut nec eripi, nec ſurripi poſſit, non naufragio, non incendio amitti, non ui tempeſtatum, non impiorum perturbatione mutari, qua qui præditi ſunt, ſoli felices ſunt, ſoli diuites, qui poſſident res fructuoſas, & ſempiternas. Qua re audita, aruſpices interrogati, quid ſibi uellet prodigium, reſponderunt ſummam ex ore Platonis eloquentiam aliquando emanaturam eſſe: nam Home. eloquentiæ ſuauitatem melli comparauit, dixit enim ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio. Emanaturam. exituram, fluxuram. At mihi quidem. Sed illæ apes inquit Vale. ſiquis ſententiam meam requiſierit, non uidentur de flore thymi ex Hymetto mel collegiſſe, ſed de Helicone monte inſtinctu muſarum ſuauiſſimos eloquii fontes auſiſſe. Hymettũ. Hymettus mons eſt Atticæ regionis, qui teſte Solino, omnium græcorum montium obtinere principatum, & floribus ſemper abundat. Oui. Vertice de ſummo ſemper florentis Hymetti. pari ratione Iuue. dulciq; ſenex uicinus Hymetto, ex hoc eodem monte marmorum cruſtæ, & trabes marmoreæ ſuccauabantur, dicente Horatio in odis contra mœcenatem, qui in ædificando nimis ſumptuoſus eſſe uidebatur. Non ebur, neque aurum renidet in domo lacunar, non trabes Hymettiæ. Heliconios. mons eſt, ſecundum Plinium atq; Solinum Bœotiæ, & eſt iuxta Thebas, & autore Strabo. in lib. ix. Phocidi regioni uicinus locatus procul a Parnaſo circiter .xv. milliapaſſuum, eiq; emulus altitudine, & circuitu, qui & ipſe Apollini quoq; ſacer & muſis eſt, unde Heliconiades muſæ appellatæ ſunt. Lucretius. adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus, eſt igitur Helicon muſis conſecratus mons, non autem collis montis Parnaſi, ut Ser. atq; Tortellius exiſtimant, in tranſlatione perſiſtit.

Platonis eloquentia prodigio ſignificata

Helicon mons

ASCENSIVS.

¶FORMICIS. Midæ. Bono filo connectit quartum exemplum, quod eſt de Platone exemplo .iii. dicens. Ego prætulerim iure, & merito formicis, Midæ id eſt, quæ in os Midæ tritici congeſſerunt, apes Platonis, quæ in os Platonis mel collegerunt id eſt, pro quia illæ id eſt, prius dictæ, hoc eſt formicæ Midæ, extiterunt indices id eſt, pręnuncię, felicitatis caducæ, ac fragilis, qualis eſt diuitiarum ſecũdum Sal. hę. ſcillicet, apes Pla

DE SOMNIIS CAP. VII.

SEd quoniã diuitias Midæ, diſertumq; Platonis ſomnum attigi: referam, q̃ certis imaginibus multorũ quies adũbrata ſit: quem locũ vnde potius ordiar, q̃ a diui Auguſti ſacratiſſima memoria? Eius medico Artorio ſomnũ capiẽti nocte, quã dies inſecutus eſt, quo in campis Philippicis Romani inter ſe exercitus cõcurrere, Mineruæ ſpecies oborta, præcepit, vt illum graui morbo implicitũ moneret, ne propter aduerſam valetudinẽ proximo prælio nõ intereſſet. Quod cum Cæſar audiſſet, lectica ſe deferri in aciem iuſſit, vbi dũ ſupra vires corporis pro adipiſcenda victoria excubat, caſtra eius a Bruto capta ſunt. Quid ergo aliud putamus, q̃ diuino munere effectum, ne deſtinatum iam immortalitati caput, indignã cæleſti ſpiritu Fortunæ violentiam ſentiret? Auguſtum vero præter naturalem animi in oĩbus rebus ſubtiliter proſpiciẽdis vigorem, etiã recens, & domeſticũ exemplum, vt Artorii ſomnio obtẽperaret, admonuit. Audiuerat enim diui Iulii patris ſui vxorem Calphurniã nocte, quam is vltimam in terris egit, in quiete vidiſſe, multis eum confectũ vulneribus in ſuo ſinu iacentẽ: ſomniiq; atrocitate vehementer exterritã, rogare nõ deſtitiſſe, vt proxima die a curia ſe abſtineret. At illũ, ne muliebri ſomnio motus id feciſſe exiſtimaretur, ſenatum in quo ei parricidarũ manus allatæ ſunt, adire contẽdiſſe. Nõ eſt inter patrẽ, & filiũ vllius rei cõparationem fieri: præſertim diuinitatis faſtigio cũctos: ſed iã alter operibus ſuis aditũ ſibi ad cælum inſtruxerat, alteri longus adhuc terreſtriũ virtutum orbis reſtabat. Quapropter ab hoc tantũmodo pendentẽ mutationẽ ſtatus cognoſci, ab illo etiã differri Dii immortales voluerũt, vt aliud cælo decus daretur, aliud, pmitteret.

tonis extiterunt indices felicitatis ſolidæ, & æternæ, inferendo labellis. ſ. Platonis paruuli dormientis in cunis, mel, quod cœleſte eſt donum, unde in principio. iiii. Geor. Protinus aerei mellis cœleſtia dona exequar &c. quo nihil eſt dulcius. Quare. Id eſt, quo prodigio, audita. i. diuulgato, interpretes prodigiorum, dixerunt ſingularem ſuauitatem eloquii, emanaturam, effluxuram ore eius. At id eſt, ſed illæ apes uidentur quidem mihi, depaſtæ. i. ubi fuerint depaſtæ non Hymetum montem Atticæ, redolentem flore thymi, herbæ fragrãtis, qua ueſcuntur auidiſſimæ apes. unde in Buc. Maro. Dumq; thymo paſcentur apes &c. Sed Heliconios colles muſarum. i. quos muſæ rerum inuẽtrices excoluiſſe dicuntur in Bœotia, non procul a Phocide uirẽtes, nõ thymo, ſed omni genere doctrinæ, uidẽturq; depaſtæ illos colles inſtinctu dearũ, uidelicet muſarũ, inſtillaſſe maximo ingenio ſ. Platonis, qui diuinus ob id dictus eſt, alimẽta dulciſſima eloquentiæ ſummæ, quia ſummæ ſapientiæ ſummam coniunxit eloquentiam.

OLIVERIVS.

SED quoniam. Tranſit ad capitulum de ſomniis, quæ uera apparuerũt, & primo quidem ſomnium narrat Artorii medici, quod ad ſalutẽ Augu. Cæſa. pertinuit: nã huius ſomnii monitu ab exitio quod imminebat liberatus eſt. Diuitias propter formicas. Diſertum. propter apes. Referam quam certis imaginibus. cum duo ſint uaticinandi genera, unum artis, alterum naturæ. ſomnia ſunt ex his, quæ a natura proueniunt. Cic. lib. de diuin. Sed omittamus oracula, ueniamus ad ſomnia, de qbus Criſippus diſputans multis, & minutis ſomniis colligendis facit idem quod Antipater ea conquirens, quæ Antiphontis interpretatione explicata declarat. Imaginibus cer. quia exitus declarauit Imagines illas ſomniorum ueras fuiſſe.

Adumbrata. reſpexit ad imagines, quæ adumbrari dicuntur. A diui Auguſti ſacratiſſima memoria non poteſt ab aſſentatione diſcedere Vale. ſomnium autem eiuſmodi fuit cum in campis Philippicis exercitus duo ſtetiſſent Romanorum, hinc Octauiani & An. inde Bruti atq; Caſſii, & proximo die manus eſſet conſerturi, Artorius medicus Octauiani ſomnium accepit, ut admoneret Octauianũ, ne poſtero die per ualetudinẽ in cubiculo iaceret, qđ cũ feciſſet ab imminenti mortis periculo liberatus eſt: nã captis forte caſtris Brutiani milites Octa. tentoriũ ingreſſi lecticã eius, in qua illũ cubãtẽ eſſe putabãt, gladiis trãsfixerũt. fuit aũt Octa. ut ingt Sueto. de. xii. Cæ. ſomniorũ obſeruantiſſimus, ita ut nec ſuũ, nec alienũ contẽpſerit unq̃: dicit. n. Philippẽſi acie, q̃uis ſtatuiſſet nõ egredi tabernaculo pp valetudinẽ, egreſſus tñ eſt amici ſomnio monitus, ceſſitq; res, pſpere, qm captis caſtris eius lectica, q̃ſi ibi cubãs remãſiſſet, cõcurſu hoſtiũ cõfiſſa, atq; lacerata eſt. Quã dies in ſe. eſt. i. nocte, qua diẽ præceſſit, quo manus cõferturi erãt exercitus Ro. Implici. affectũ, laborantẽ morbo. Ne deſti. quia etiã uiuus tẽpla meruerat, ut Hora. præſenti q; tibi diuinos largimur honores. Iurãdasq; tuũ p nomẽ ponimus aras. Auguſtũ ue. exẽpla hæc ita cõiungit, ut a narratione ſua diſcedere nõ uideat. Auguſtus ingt ita ſomnio paruit. Artorii, ut excubaret in acie, exẽplum capiebat a patre ſuo Iulio Cæſ. nã Auguſtus Cæſ. adoptiuus filius fuit, pater igitur, q̃a noluit uxoris ſomnio parere, pœnas dedit: nã a parricidis in ſenatu crudeliter trucidatus eſt. Præter naturalem. Præter q̃ q Auguſtus cautus erat, acceſſit, & patris exẽplũ ut ſomnio pareret. Vigorẽ. Nã plurimũ ualebat ingenio, & i perſpiciẽdis rebus ſubtilis. In terris. Quia poſtea uixit in cælis. Calphurniã nocte. Suet. lib. I. Calphurnia uxor imaginata collabi faſtigium domus, maritumq; in gremio ſuo cõfodi. Itẽ paulo ſupius ea nocte ingt, cũ illuxit dies cædis, & ipſe ſibi uiſus eſt per quietes interdũ ſupra nubes uolitare, aliã cũ Ioue dextrã iungere. Ad illũ ne muliebri. Ne uideret Cæſar muliebribus ſomniis deterritus noluiſſe ſenatus morẽ gerere uoluntati, ideo ſpreto ſomnio ſenatũ adiit. Nõ eſt iter patrẽ, & filiũ. Quia occurrebat illud, q ipſe patre ſapiẽtius feciſſe, iõ dicit nõ eſſe cõparatione faciẽdã inter patrẽ, & filiũ: nã alter paratũ iter habebat in cælũ alter magnarũ rerũ laborẽ ſeferebat. Anteq̃ diuinos honores acciderent. Nõ eſt. Nõ conuenit, non licet. Pendentem. Quia non ſtabilis eſt fortuna nec ſtatus rerũ humanarum.

ASCENSIVS.

SED quoniam &c. More ſuo gradu munit ad ſomniorũ narrationẽ quã ſuperioribus affinẽ dicit, eo q in illis dictũ eſt de iis prodigiis, q̃ dormiẽtibus Midæ & Platoni cõtigerunt, unde dicit. Sed qm ego attigi diuitias Midæ. ſ. illi dormienti deſtinatæ ſunt, aut quas fere mortales ſomniat, & attigi ſomniũ Platonis diſertũ. i. q ſignificabat illũ diſertũ fore, referã. i. recenſebo, q̃ certis Imaginibus quies. i. dormitio multorũ, ſit adũbrata. i. ſopita, aut potius umbris. i. fantaſmatibus affecta. Deinde trãſiens ad exẽplum de Artorio medico Auguſti, qui de ipſo ſomniauerat dicit. Quẽ locũ. i. tractatũ de ſomniis. Vnde ordiar. i. ordine quodã incipiã potius q̃ a ſacratiſſima memoria diui Augu. q. d. a nullo deinde incipiens narrare dicit. Species Mineruæ ob orta. i. obſeruata, & præter cogitationẽ orta, & apparẽs Artorio medico eius. ſ. Auguſti Cæſ. capiẽti ſomniũ. i. dormiẽti nocte, quã dies, quo Romani exercitus Caſſi. ſ. & Bruti ex una parte, & Auguſti & An. ex altera concurrere. i. cõflixerũt poſt cõcurſum inter ſe in cãpis Philippicis. i. Pharſalicis, eſt inſecutus, hoc eſt nocte præcedẽte, cũ cõflictu, pcepit ſup. Artorio, ut moneret illũ. ſ. Auguſtũ implicitũ graui morbo. i. grauiter ægrotantẽ, ne non intereſſet. i. ut non abeſſet prælio pximo. i. pxime futuro. pp aduerſam ualetudinẽ, hoc eſt ægritudinẽ. i. licet eſſet æger. Quod. i. quã rẽ cũ Cæſ. ſ. Auguſtus audiſſet iuſſit deferri in aciẽ. i. locũ cõflictus, lectica, q̃ ægroti ſolẽt deferri humeris ſuorũ ubi. i. i q̃ acie, dũ ipſe Auguſtus excubat. i. intẽtus eſt, & uigilat, nõne dicit excubare l lectica iacẽtẽ, p uictoria adipiſcẽda (ergo a deponẽti fere q̃tuor deducũt participia) ſupra uires corporis, caſtra eius ſunt capta a Bruto, & ita ſi

in eis

Auguſtus ſomnio ſeruatus

In eis manſiſſet, una cum eis captus fuiſſet. Quid ergo putas mus (aut putemus potius) aliud.ſ. de ſomnio, quã id effectum eſſe diuino numine.i. diuina prouidentia, aut ut alii legunt diuino munere.i. bñficio, aut dono, ne caput.ſ. Augusti deſtinati.i. a diis addictũ iam.ſ. tum immortalitati, & ita diuinitati (quia uiuenti decreti ſunt illi diuini honores, ut Oli. recitat) ſentiret uiolentia fortunæ, quæ etiam optimis ducibus interdũ inimica eſt, indignam ſpiritu cæleſti, qualis erat iã cũ Auguſti. Auguſtum &c. Tranſit ad ſomniũ obortũ ꝓ Iulio dicẽs, uero ꝓ ſed, exemplũ recens, & domeſticum, ꝙ Iulio pr̃i eius adoptiuo oblatum eſt, admonuit etiã Auguſtũ ꝑter naturalẽ uigorẽ animi.ſ.i. ꝑter uigilantiam eius in proſpiciendis ſubtiliter oĩbus rebus, admonuit dico, ut optemperaret.i. acquieſceret, & pareret, ſomnio artorii, ſcilicet medici. Enĩ pro quia audiuerat Calpurnia (alii Calpurniã ſcribunt) uxorẽ diui Iulii patris ſui.ſ. adoptiui uidiſſe ingẽte.i. ſopore, aut ſomno nocte, quã is.ſ. Iulius egit ultimam, in terris, qa die ſequẽti occiſus eſt, eum.ſ. Iuliũ iacentẽ in ſuo.ſ. calphurniç ſinu confectum.i. ad necem cæſum multis uulneribus. Et audiuerat Calphurniam, exterritam uehementer atrocitate.i. diritate ſomnii, non deſtitiſſe rogare.ſ. maritũ ſuũ Iulium, ut abſtineret ſe a curia.i. ab ingreſſu in Senatum, die ꝓximo.i. proxime ſecuturo. At.i. ſed audiuerat illum.ſ. Iuliũ patrẽ ſuũ contendiſſe.ſ. contra monitũ uxoris adire ſenatũ, in quo manus parricidarũ.i. coniuratorũ in patrem patriç ſunt allatç.i. per uim illatæ ei, ideo aũt cõtendiſſe, ne exiſtimaretur feciſſe id.i. abſtinuiſſe a curia, motus ſomnio.i. in ſomnio muliebri, ꝙ plerũq; uanum eſt. Et ſi quis dicat, ergo ſapiẽtius egit filius quã pr̃. Quãquã poſſet reſpondere, ſequelã nõ ſtare, qa cçtera nõ ſunt paria, nã filius patris exẽplo erat admonitus, maluit tñ in adulationẽ reſpondere, qꝛ ideo res nõ eſt ſimilis, qa pater iã multa uirtute ſibi aditũ in cælum muniuerat, & ita dii noluerunt ipſum diutius in terris agere filio aũt.ſ. Auguſto reſtabant adhuc multa in terris pro mortaliũ ſalute gerenda. Ordo eſt conueniens, comparationẽ ullius rei.ſ. fœlicitatis, aut prudentiæ, fieri inter patrẽ.ſ. Iuliũ, & filiũ.ſ. Auguſtũ, ꝑſertim iunctos faſtigio diuinitatis.i. cũ uterq; ſit ſummũ diuinitatis gradũ aſſecutus. Sed alter.ſ. pater, hoc eſt Iulius, inſtruxerat iam.ſ. cum ſomnio muliebri moneretur Senatũ non ingredi ſibi aditũ ad cælũ operibus ſuis.ſ. iã peractis, longus orbis.i. circum actus uirtutũ terreſtriũ.i. in terris exercendarum reſtabat ad huc alteri uidelicet filio adoptato, hoc eſt Augu. q̃ ꝓpter dii imortales uoluerũt mutationẽ ſtatus.ſ. mortalis in immortalẽ pendentẽ in imminentẽ, haud dubiũ adhuc, cognoſci tantũmodo ab hoc.ſ. Iulio, qui ꝑ ſomniũ uxoris cognouit mutationẽ ſtatus ſui, ſed nõ diſtulit, qa nihilominus in curiã ſe contulit, ubi uitã cũ morte mutauit. q. d. Iulium cognouiſſe quidẽ mutationẽ uitç ſuç, ſed noluiſſe euitare, quo citius immortalis efficeretur, & dii uoluerunt mutationẽ ſtatus differri etiam ab illo.ſ. Auguſto, q cognouit ſe quoq; aliquando deũ futurũ ſed diſtulit euitãdo manus Bruti, ꝙ dii ita fieri uoluerũt, ut aliud.i. alterũ illorũ duorũ, decus daretur cælo cui Iulius additus eſt, aliud.i. alterũ decus.ſ. Auguſtus ꝓmitteret, qa ꝑſenti uirtute cælũ quidẽ meruit, ſed ꝓpter utilitatẽ, quã hoĩbus ꝑſtiti, diſtulit. Hic locus ſubobſcurus mihi uiſus eſt, ꝓpterea ꝙ hoc fere de ꝓximiore.i. poſteriore dicto dicit̃, & illud de remouore, quo circa diceretur, ab hoc.ſ. Auguſto, ab illo uidelicet Iulio, qd̃ ſiqs dicere uelit, non ſit legendum differri ſed adiri, ut ſi dii uoluerũt mutationẽ ſtatus cognoſci tantũmodo, & non adiri ab hoc.i. Auguſto, & uoluerunt ipſum adiri etiã ab illo.ſ. Iulio. Quia tamen exemplaria habent differri, nõ adiri, & ſequentiũ membrorum prius reſpicit Iuliũ, poſterius Auguſtum, ſequar priorem expoſitionem, quum neutrũ ponat Oliue. ſed ita fit, ubi difficultas eſt, nihil dicunt cõmentarii. Poſſet etiam legi illi etiam deferri, ubi eſt ab illo etiam differri, quam lectionem, ſiquid immutare auſim, maxime ſequar.

DE P. DECIO, ET T. MANLIO TORQVATO.

Illud etiam ſomnium magnæ admirationis, & clari exitus, quod eadem nocte duo COSS. P. Decius, & T. Manlius Torquatus, Latino bello, & graui, & periculoſo, non procul a Veſuuii montis radicibus poſitis caſtris viderunt. Vtriq; enim quidam per quietis ſpeciem prædixit, ex altera acie Imperatorem, ex altera exercitum, diis Manibus, Matriq; Terræ deberi. Vtrius autem dux copias hoſtium aggrederetur, ſuperq; eas, ſeſe ipſum deuouiſſet, victoriam habiturũ: id luce proxima COSS. ſacrificio, vel expiaturis, ſi poſſet auerti, vel ſi certum Deorum etiam monitu viſum foret executuris, hoſtiarum exta ſomnio congruerunt. Conuenitq; inter eos, cuius cornu prius laborare cœpiſſet, vt is capite ſuo fata patriæ lueret: quæ neutro formidante, Decium depopoſcerunt.

THEOPHILVS.

NVMINE. exemplaria antiqua quçdã habent, munere. Animi motũ l uetuſtis aliquot codicibus, motũ non legitur.

OLIVERIVS.

ILLVD etiã ſomnium. P. Decius ille. q. filius, q primus ex Deciis cõſul fuit cu eſſet tribunus militũ. Valerio, & Aul. Cor. cõſulibus, a ſãnitibuſq; premeret̃ Romanus exercitus cũ pericula præliorũ iniret audacius. moneretur q;, ut cautior eẽt, dixiſſe fert̃ qd̃ extat in annalibus ſibi i ſomnus uiſum eſſe, cũ in mediis hoſtibus uerſaretur occidere cum maxima gloria, & tũ quidẽ incolumis exercitũ obſidione liberauit, poſt trieniũ autẽ cũ conſul eſſet, deuouit ſe, & in aciem latinorum irrupit armatus, quo eius facto ſuperati ſunt, & deleti latini cuius mors ita glorioſa fuit, ut eandẽ concupiſceret filius. Liuius ab urbe condita lib. viii. cum conſules inquit duobus ſcriptis exercitibus ad capuam, quo iam latini, ſociiq; conuenerãt caſtra locaſſent, utriq; conſuli eadem dicitur uiſa ſpecies in quiete uiri maioris humano habitu, auguſtiorſq; dicentis ex una acie imperatorem, ex altera exercitũ diis manibus, mariq; terrç deberi utrius exercitus imperator legiones hoſtiũ, ſuperq; eas deuouiſſet eius populi patris uictoriã fore, hos ubi nocturnos uiſus inter ſe conſules cõtulerunt placuit auertendæ deũ irç cauſa uictimas cædi ſimul, ut ſi ex eis eadẽ, quç ſomno uiſa fuerant, portenderentur. Alteruter conſulũ fata impleret, ubi reſpõſa aruſpicum inſidenti iam animo tacitç religionis congruerunt, tum adhibitis legatis, tribuniſq;, & imperiis pro pal ã expoſitis, ne mors uolũtaria cõſulis exercitu in acie terreret, cõparant inter ſe, ut ab utra parte cedere. Ro. exercitus cœpiſſet, inde ſe conſul deuouere ꝓ Po. Ro. Quiritibuſq;. Item Paulo inferius, Inſtructis, inquit, ſicut ante dictũ eſt, ordinibus ꝓceſſere in aciem, Manlius dextro. Decius leuo cornu prçerat. Primo utrinq; çquis uiribus eodẽ ardore animorũ gerebat̃ res, deinde a leuo cornu haſtati Ro. non ferẽtes impreſſionẽ latinorũ, ſe ad principes recepere, in hac trepidatione Deci. Conſul. M. Valeriũ magna uoce inclamat, deorũ inqt ope Valerio opus eſt agẽdũ põtifex publicus Po. Ro. prçit uerba qbus me ꝓ legionibus deuouẽã, põtifex eũ togã prçtextã ſumere iuſſit, & uelato capite manu ſubter togã exerta, ſuper telum ſubiectũ pedibus ſtantẽ ſic dicere, Iane, Iupiter, mars pater, quirine, bellona, lares, diui nouẽſiles, dii indigites, dii quorũ eſt poteſtas noſtrorũ hoſtiũ, diiq; manes, uos ꝑcor, ueneror, ueniã peto, feroq; uti Po. Ro. quiritiũ uim uictoriaq; ꝓperetis, hoſteſq; Po. Ro. qritũ terrore, formidine, morteq; afficiatis, ſicut uerbis nũcupauit, ita ꝓ repub. quiritum exercitu, legionibus, auxilius Po. Ro. quiritũ legiones auxilii atq; hoſtiũ mecũ diis manibus deuoueo, hçc ita ꝑcatus, lictores irç ad. T. Manliũ iubet, maturẽq; collegç ſe deuotũ ꝓ exercitu nunciare, ipſe cinctus ritu gabino armatus i equũ iſiluit, ac ſe in medios hoſtes i miſit, cõſpectus ab utraq; acie aliquãdo auguſtior humano uiſu, ſicut cælo miſſus piaculũ oĩs deorũ irç, qui peſtẽ a ſuis auerſam i hoſtes ferret. Itaq; oĩs terror ꝑ uorq; cũ illo ratus, ſigna prĩo latinorũ turbauit, deinde i totã penitus aciem peruaſit euidẽtiſſimũ id fuit, quod quocunq; equo inuectus eſt, ibi haud ſecus, quã peſtifero ſydere icti pauebãt, ubi uero corruit obrutus telis, inde iã haud dubie conſternatç cohortes latinorũ fugã, uaſtitatemq; late fecerunt. Latino bel. Quando latini a ſociis Romanis defecerũt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Periculoſo. Bene periculoſo quia latini populi iiſdem armis, eadem militię diſciplina utebátur, & Romanis pares opibus erát. Veſuuii. Mons eſt campaniæ. Matri. ſ. omnium. Luce ꝓxima Poſtera die, ubi illuxit, primo quidē tentarunt piacularibus hoſtiis auertere, ne poſſent iram deorum, ſed idem in extis, quod uiderant in ſomniis, futurum cognouerunt. Conuenit. Ex pacto inter ſe ita conſtituerunt.

Neutro re. quia uterq; paratus erat ſine trepidatione ſe pro patria deuouere.

Tor. lueret. i. purgaret, aut aboleret, ſuo capite. i. uita, fata. ſ. aduerſa patrię. i. quæ patriæ iminuiſſent. Quæ. ſ. fato depoſcerunt Decium. ſ. conſu. Neutro. ſ. conſulum formidante. ſ. ſe pro ſalute exercitus morti obiicere.

Sequitur equæ ad publicam regionem pertinens ſomnium. Cum plebeis ludis quidam paterfamilias per circum Flaminium, prius q̃ pompa induceretur, ſeruum ſuum verberibus multatum, ſub furca ad ſupplicium egiſſet, latino homini ex plebe Iupiter in quiete præcipit, vt COSS. diceret, ſibi præſultorem ludis Circenſibus proximis non placuiſſe: quæ res, niſi attenta ludorum inſtauratione expiata eſſet, ſecuturum non mediocre vrbis periculum. Ille veritus ne cum aliquo incommodo ſuo religione ſummum implicaret imperium, ſilentium egit. Eueſtigioq; filius eius ſubita vi morbi correptus, interiit. Ipſe etiam per quietem ab eodem Deo interrogatus, an ſatis magnam pœnam neglecti imperii ſui pependiſſet, in propoſito perſeuerans, debilitate corporis ſolutus eſt: ac tum demum ex conſilio amicorum, lectica ad tribunal COSS. & inde ad Senatum perlatus, ordine totius caſus ſui expoſito, magna cum omnium admiratione, recuperata membrorum firmitate, pedibus domum rediit.

ASCENSIVS.

ILLVD etiā ſomniū. Narrat ſomnium Decio, & Torquato oblatū, quod manifeſte dæmonū fraude ſuū ſortitū eſt effectū: ut pulchre Sabellicus Ennea. iiii. li. iiii. argumētatur, qa ſi per talē deuotionem. i. ſui ad mortem addictionē poſſet quis hoſtilem exercitum ſic deuouere, ut neceſſario cadat nō opus eſſet, niſi aut ſtolido, aut ſuperſtitioſo, aut gloriæ cupido, aut deſperante de uita, aut grauius ſuppliciū timente Imperatore, ad hoc ut aliena uirtus frangatur, deinde fieret, ſi utrinq; duces ſe deuouerent, an ne ambo exercitus caderēt ꝙ ſi ſic, quis eſſet in deuotione fructus: Sed ordo eſt. Illud etiā ſomnium (quod duo cōſules Pu. Decius, & Titus Man. Torqua. ſ. cognomēto dictus, uiderūt eadem nocte, bello latino. i. cū latino populo, qui defecerat a Ro. geſto, & ideo & graui, & periculoſo, quia armis, animis, & diſciplina fere pari utebantur. i. caſtris poſitis nō procul a radicibus Veſuuii mōtis cāpaniæ Italicæ) ſup. fuit magnæ admirationis, & clari. i. euidentis exitus. Enim pro quia. Quinā deus, prædixit utriq; per ſpeciē uiſionis, quę in quiete ſolet fieri, imperatorē. i. primū ductorem, deberi diis manibus. i. inferis & terræ matri. ſ. animátium fere omnium, ex altera acie. ſ. duarum, aut ex Romana, aut ex latina, & exercitum deberi illis ex altera. i. ex reliqua acie, in qua Imperator non ceciderit. Autem pro ſed prædixit utrius. ſcilicet aciei, ſiue huius ſiue illius, dux aggrederetur copias hoſtium & deuouiſſet id eſt, morti, addixiſſet ſolenni prece ſeipſum ſuper. i. ultra eas copias, aut ideo ſuper eas dixit, quod deuoti ſuper ſtragem occiſorum ſe tandem demittere ſolent, ſicut Tido ſuper cadauera Iulii, & Ænecę ſe daturam fuiſſe dicit Æne. iiii. Natumq; patremq;. Cum genere extinxem, & memet ſup. ipſa dediſſem, ſuper eum ducem habiturum uictoriam, non tamen pro ſe, ſed pro ſuis, niſi eo modo, quo martyres tyrannos uicerant, quia ne morte quidem frangi potuerunt, apertior eſſet lectio habiturā, ut ſit eā aciē habiturā uictoriā, ꝙ ſi omnino legēdū contendas, habiturū tñ placeret more antiquo cū fœminino coniungendū. i. ut ſit utrius aciei dux ceciderit, eā aciē habiturū (ꝙ nūc diceremus, habiturā, multa aūt ſunt id genus apud antiquos exēpla, ut poſt Aulū Gel. collegit neſtor Calepinus, atq; alii) uictoriā, poſſet tñ dici eū ducē habiturū uictoriā, licet ipſe ceciderit, uerū Sabellicus dicit ſic. Vtrius exercitus Imperator ſe ſuper hoſtium cateruas deuouiſſet eius populi uictoriā fore. Cōſulibus uel expiaturis. i. purgaturis, & ab euentu malo munituris. i. cū uellent uel ꝓpiare id. ſ. ſomniū luce ꝓxima. i. ꝓxime inſequēti die ſacrificio ſi. ſ. prodigiū illud poſſet auerti. i. euitari aliquo ſacrificio, uel executuris. i. executioni daturi. i. quū uellent ſi mutari nō poſſet quod dii monuerant, ipſum exequi, ſi uiſum foret, certū. i. teſtificatū etiā monitu deorum, qui per extorum diſpoſitionē tunc præcipue admonere credebantur, exta hoſtiarum. ſ. Cæſ. congruerunt. i. concordia fuerunt, ſomnio. i. idem portendebant, quod ſomnio iuſſerant, ꝙ pro & qa euitari nō poterat qđ dii in ſomniis monuerant. Conuenit. i. pactum factum eſt inter eos, cuius, pro utrius (duo enim ſunt) cornu cępiſſet prius laborare. i. in periculo eſſe, ut is. ſ. conſultum, ſiue De. ſiue

THEOPHILVS.

NON procul a Veſuuii montis radicibus poſitis caſtris. Hic locus arguit imperitiā eius, qui nuper opuſculum de uiris illuſtribus Suetonio uēdicauit, in quo perperā legitur, in Decio cōſul bello latino collega Mālio Tor. poſitus apud Veſerim fluuium caſtris, & infra, in ipſo Torquato Latinos apud Veſerim fluuium Decii collegę deuotione ſupetauit, utrobiq; caſtigandum Ianus admonet apd' Veſuuiū, teſtimonio Liuii Valeriiq;. Sed impudentiſſimus plagiarius is, qui nouiſſime libellum curauit imprimēdum, Veſtigia Iani ſecutus in aliis omnibus, in hac una correctione nō potuit. Nā quo tēpore Catu. cōtra Cor. nepotis titu. multis in locis a Iano correptū codicē publicauit, uſus Iano non uenerat, ut auditoribus ſuis communicaret. Itaq; bellus impreſſor, qui nihil ex ſe unquā peperit, adminiculo ducis orbatus, fœde lapſus eſt in errorem.

OLIVERIVS.

SEQVITR eq; ad publicam religionem. Illud ſomnium ad deos pertinuit, ut eorū uoluntas impleretur, ſed hoc quod ſequitur nō minus ſpectabat ad religionē oēs hiſtorici Ro. Fabii, Gelii, Celii, & Liuius in primis hanc teſtantur hiſtoriam Cice. duoq; lib. de diui. refert, ꝙ bello latino, dum ludi uotiui maximi primū fierent, ciuitas ad arma repēte excitata eſt, itaq; ludis intermiſſis inſtaurati paulopoſt conſtituti ſunt, qui antequā fierent cum populus conſediſſet, & ſeruus per circum uirgis cederet furcam ferens, dictus eſt deinde cuidam ruſtico Romano dormiēti uiſus eſſe Iupiter per quietem, qui dixerat præſultorē ſibi non placuiſſe ludis, idq; ab eodem iuſſum eſſe ſenatui nunciare, illum non auſum eſſe, iterum idem iuſſum, & monitum, ne uim ſuam experiri uellet, nec tum quidem eſſe auſum, exinde filium eius eſſe mortuum, eandem in ſomniis admonitionem fuiſſe tertiam, tum etiam debilem factum rem ad amicos detuliſſe, quorum de ſententia lecticula in curiam eſſe delatū, cumq; Senatui ſomnium enarraſſet, pedibus ſuis ſaluū domū reuertiſſe, itaq; ſomnio approbato a Senatu ludos illos iterum inſtauratos memoriæ proditum eſt. Plebeis ludis. Quos teſte aſconio. Exactis regibus ꝓ libertate plebis, aut pro recōciliatione fecerunt Dio. uero ali carnaſeus lib. ii. circa finem hos ludos Senatum fieri decreuiſſe dicit, cum nuncupata eſſent uota ab Aulo Poſthumio dictatore pugnaturo cum deſciſcentibus latinorum urbibus, conantibuſq; Tarquinum in regnum reſtituere decreuiſſe quot annis io ſacrificia, atq; certamina quingentas, argenti minas & uſq; ad bellum punicum hoc impediſſe in eā ſollemnitatem, ipſos deinde ludos quales eſſent, & quomodo fierent longa oratione deſcribit, quod, quia longum nimis eſſet referre, prętermittam. Quidam pater familias, Li. lib. ii. Mane ſeruū quidam paterfamilię nondū cōmiſſo ſpectaculo ſub furca cæſū medio egerat circo. Macro. Saturnaliū. i. dicit hoc fuiſſe anno ab urbe condita quadrageſimo ſeptuageſimoquarto, & patrē familias uocatū Acroniū maximū. Circū flaminiū. Tres cōſtat circos fuiſſe i urbe Ro. maximū, flaminiū, & Neronianū. Flaminius autē circus dictus eſt nō ꝙ flaminius quiſquā, ut nō nulli putant, ædificari iuſſerit, ſed ꝙ in pratis flamineis fuerit cōſtructus. Vnde Liuius. Ea, inquit, in pratis flamineis omnia in concilio plebeis acta, quæ nūc circū flaminium appellāt. Plutarchus in problematibus. Quid eſt, ꝙ circus flaminius dictus

Somnii mira fides

Ludi Plebei

Circi quot in urbe.

eſt ſan, q̄ flamineus quidā Priſcus cū ciuitati agrum, reliquiſſet; equeſtribus ludis eius fructu, & uectigalibus utebantur, nā cū pecunia ſuppeteret, uiam quoq; flamineā munierunt. Preſultorē. Luſorē, qui pręſiluerat hoc eſt pręſaltauerat, priuſquā ludi inchoarentur. Circenſibus. qui ꝓxime celebrati fuiſſent, nam ludi plebei magni Romani circenſes eodem nomine appellabantur, dicti ſunt autē circēſes, teſte Seruio, a circū, & enſes, q̄ a rudis antiquitas, quę nondū ſpectacula fabricatum ornatū deduxerat inter enſes, & gladios locis uirētibus ludos agebāt, & i medio loco munera collocabant, ut Virgi. Munera principio ante oculos, circoq; locanſ in medio, eratq; ludicrū, ut equi iunctis curribus a circi carceribus diſcedentes, ex uno latere circi decurrerēt, & cū ad ſummā aduentaſſent, ſe deinde diuerterent, & ex alio latere recurrētes ad primam uſq; circi metam reducerētur, ne igitur luſoribus per fugam locus eſſet ignauię, circū eos diſponebantur milites ſtrictis gladiis, unde circenſes dicti ſunt quaſi circū enſes, uel ut alii uolūt, a circuitu, erant autē currulę certamē, hoc eſt quadrigarū curſus. Virgi. Centū q̄driiugos agitabo ad flumina currus. Attēta inſtauratione diligenti, & accurata renouatione ludorū.

ASCENSIVS.

SEQVITVR eq; &c. Hoc exemplū adhuc manifeſtiore dæmonorū, fraude mortaliū oculis obiectum eſt, ad ludorū uidelicet ſanctiorē celebrationē pertinens quaſi uero a deorū religionē pertinerent, & nō potius ad morum ſubuerſionē, de qua re argute diſputat diuus Aug. lib. de ciui. dei. viii. ca. xiii. Ordo eſt. Sequitur ſomniū pertinēs eq; , ac ſuperius ſup. ad religionē publicā. Cum quidam pater familias. A cronius uidelicet maximus egiſſet. i. impuliſſet ad ſuppliciū ſub furca. i. Cruce ludis plebeis. i. tempore quo ludi plebei celebrari debebāt, ſeruū ſuū, mulctatum. ſ. prius uerberibus. i. uirgis, aut flagellis per circū flaminium, in quo futuri erant ludi, priuſquā pompa. i. ſolennis apparatus ad celebrandos ludos induceretur, Iupiter, cui eiuſmodi ludi facti erant, præcepit homini latino ex plebe. plebeo, & nō patritio, inquiete. i. cū dormiret ut diceret conſulibus, pręſultorem. i. eum a quo facta ſunt pręludia, & pręuię ſaltationes hoc eſt miſerū illum ſeruum, qui ad ſuppliciū ducebatur, nō placuiſſe ſibi. ſ. Ioui, ludis circenſibus proximis. i. ultimo loco celebratis, & eſt amarum ſcomma. q. d. Iupiter cum ludi, qui feſtiui, & celebres, ac letitiæ pleni eſſe deberent, mihi fieri deberent, nō decuit eos a mœſti ſerui, & eiuſdem maleficii ſupplicio, & miſerabili ſitu auſpicari, quare res. i. quod erratū niſi eſſet expiata. i. emēdatum, & caſtigatum, attenta. i. diligenti, & accurata inſtauratione. i. de integro celebratione ludorum, dixit ſup. nun mediocre, immo maximum periculum urbis. ſ. Romæ, ſecuturū. Ille. ſ. homo plebeius, ueritus, ne implicaret religione. i. metu deorum, aut inſtauratione religioſa ludorum, ſummū, ut pote cōſulari imperium cum aliquo incommodo ſuo, quia timebat, ut mendax ab illis in carcerem detrudi, aut uerberibus affici, aut mulctam dare, egit ſilentium. i. nihil dixit. Et filius eius correptus ſubita ui morbi interiit. i. mortuus eſt, eueſtigio. i. continuo poſt. Ipſe etiā interrogatus per quietem. i. in ſomnis ab eodem deo. ſ. Ioue, an pependiſſet. i. perſoluiſſet ſatis magnam pœnam imperii ſui neglecti. i. eo q̄ neglexiſſet imperiū ſuum, quia ſiluiſſet, perſeuerans in propoſito. ſ. tacendi, ſolutus eſt debilitate corporis. i. paralyticus factus eſt omnibus membris luxatis, ac tum demum perlatus lectica ex conſilio amicorum ad tribunal conſulum, & inde ad Senatum, ordine. i. ſerie caſus ſui expoſito. i. declarato. i. cum rem omnem eo ordine, quo dictum eſt conſulibus, & Senatui enarraſſet, rediit domum, non in lectica, ſed pedibus ſuis cum magna admiratione omnium. ſ. quid id uiderant, & hoc firmitate membrorū recuperata. Quæ res ſic potuit fieri, ut norint dęmones filium eius tūc moriturū ipſum in ualitudinē illā ex mœrore, aut aliūquin caſurū, aut ſe promiſſione diuina illius corpus infeſtaturos, ſed paulo poſt incolumitatē illi redituram, a ut potius ſe ab infeſtatione quieturos, ut talis miraculi ludibrio mortales irretirent ad ludorum exactiorem celebrationem, cum in ipſis nihil, aut deo, aut bonis moribus dignum contineretur.

DE M. CICERONE.

Ac ne illud quidem inuoluendum ſilentio, inimicorum conſpiratione urbe pulſus M. Cicero, cū in villa quadam campi Atinatis diuerſaretur, is animo in ſomnum profuſo, per loca deſerta, & inuias regiones uaganti ſibi C. Marium conſulatus ornatum inſignibus, putauit obuium factum, interrogantem eum, quid ita tam triſti uultu, incerto itinere ferretur: audito deinde caſu, quo conflictabatur, comprehendiſſe dexteram ſuam, ac ſe proximo lictori in monimentum ipſius deducendum tradidiſſe, q̄ diceret ibi eſſe ei lętiorem ſtatus ſpem repoſitam: nec aliter euenit. Nam in æde Iouis Mariana Senatuſcon. de reditu eius eſt factum.

OLIVERIVS.

ACNE illud quidē Cic. lib. de di. ubi quintū fratrē de ſe loquentē inducit. Venio, inquit, nūc ad tuū ſomniū, audiui equidē ex teipſo, ſed mihi ſæpius noſter Saluſt. narrauit cū i illa fuga nobis glorioſa, patriæ calamitoſa, i uilla quadā cāpi attinatis maneres, magnamq; partē noctis uigilaſſes, ad lucē deinde arcte, & grauiter dormitare cœpiſſes, & q̄q̄ iter inſtaret, tibi ſilentiū fieri iuſſiſſe, neq; paſſum eſſe te excitari, cum autē experrectus eſſes hora ſecunda, ſæpe te tibi ſomnium narraſſe uiſum tibi eſſe cum in locis ſolis mœſtus errares. C. Marium cū faſcibus laureatis quęrere ex te quid ita triſtis eſſes, cumq; tu te patria expulſum ui eſſe dixiſſe, pręhendiſſe eum dextrā tuā, & bono animo te eſſe iuſſiſſe, lictoriq; proximo te tradidiſſe ut te in monumētum ſuum deduceret, & dixiſſe in eo tibi ſalutem fore tum, & ſe exclamaſſe Saluſtius narrat, reditū tibi celerē, & glorioſum paratum, teipſum uiſum in ſomnio delectari, nam illud mihi ipſi celeriter nūciatum eſt, ut audiuiſti in monumento marii de tuo reditu magnificentiſſimū illud Senatus cōſultū eſſe factū, referēte optimo, & clariſſimo. P. Lentulo conſule, idq; frequētiſſimo theatro incredibili clamore, & plauſu cōprobatum, dixiſſe te nihil arpinati ſomnio fieri potuiſſe diuinius. Villa. in domo agreſti, nā uilla proprie eſt domus in agris. Virgi. Et iam ſumma ꝓcul uillarum culmina fumāt. Attinatus. Mons eſt campaniæ ab Attina urbe iuxta pontinas paludes poſita deriuatus, & eſt nomen gentile, Attina ab ærumna, & morbo dicta eſt, quem uicinæ paludes inferebant ἄτη gręce latine ſignificat ærumnam, q̄q̄ Virg. dicat Attina potens, tiburq; ſuperbū. Inſignibus. Videlicet lictoribus præcedentibus, ipſo uero prætexta gerente, ſicut mos erat. Lictori proximo. nam ex lictoribus unū ſemper habebāt proximū conſules. Monumentum. Sacellum marianū, ubi fuerāt eius monumenta, & ita accidit, nam ut diximus cū Cice. totius ferme Italiæ cōſenſu reſtitutus eſſet i ſacellū Marii, in quo factū fuerat Senatuſcōſultū de eius reditu, deductus eſt, & ingēti Senatus cōſenſu liberatus, ſummaq; cū dignitate reſtitus, ſcimus enim quomodo. M. Cice. lege Appii claudii tribu ple. lata, q̄ ipſe ciues Ro. in dicta cauſa dānatos occidiſſet, in exiliū pulſus fuerit. In ęde Io. Mariana, q̄ Marius in honorem Iouis condiderat, ibiq; monumenta ſua collocauerat.

Cice. exilium

Attina urbs

ASCENSIVS.

ACNE, ſiue nec illud quidē &c. ꝓſequiſ ſomniū Cic. qui per C. Mariū cōpatriotā ſuū (uterq; enim arpinas fuit) iam defunctū, & in ſomnis apparentē de ſuo in patriā reditu admonitū dictitabat. Ordo eſt. Ac ne illud quidē quod ſequitur ſomnium eſt ſup. inuoluendū. i. implicandū ſilētio, hoc nō eſt ſilendū. M. Cic. pulſus, urbe. ſ. Roma, quod bis contigit, ſed prius glorioſe rediit poſterius iuſſu Antonii cōmittēte Auguſto crudeli, iniq̄ cęde ſublatus eſt, de priore ergo ꝓſcriptione loquiſ, cōſpiratione inimicorū p̄ſertim nobiliū ut Appii Claudii, & aliorū inuidorum moleſte ferentium, q̄d homo nouus tantū gloriæ in toga meruiſſet, quantū quiſquam eorū in armis, unde criminabānt illū, qui Catilinam, Cethegū, & cæteros cōiuratos, ciues Roma. in dicta cauſa dānatos occidiſſet. Cū diuerſaretur in quadam uilla. i. domo ruſtica, campi attinatis, iuxta attinam urbem, is

ſciſſicet Cice. animo perfuſo in ſomnũ.i. cum haberet animum profuſum in ſomnũ, putauit, Caiũ Mariũ ornatum inſignibus conſulatus .ſ. lictoribus, & faſcibus .xii. (ſepties enim cõſul fuerat) factum obuiã ſibi .ſ. Cice. uaganti .i. ſibi uagari uiſo per loca deſerta, & regiones inuias (quod in regibus ſolet mortis putari omen, & ſup. interrogantẽ eũ .ſ. Ci. Quid ita .i. cur ferret in certo itinere uultu tam triſti .i. habens uultũ tam mœſtũ. Deinde Marium auditu caſu, quo Cic. conflictabat cõprehendiſſe manũ ſuã .ſ. Cic. (qui hęc putauit, unde ad primũ ſuppoſitũ fit reciprocatio) ad Mariũ tradidiſſe lictori .i. miniſtro publico pcrtandi faſcem uirgarũ cũ ſecuri ante conſulem ꝓximo .i. ꝓximo e duodecim aſtãti ſe .ſ. Cice. deducendũ in monumentũ ipſius .i. ſacellũ Marianũ, ubi erant eius monumẽta, ꝙ .i. eo ꝙ diceret ſpem lætioris ſtatus eſſe repoſitam .ſ. Ciceroni, ibi .i. i ſacello Mariano. Nec euenit aliter .ſ. quã ſomniauerit Cice. ſibi dictũ. Nã Senatuſconſultũ de reditu eius .ſ. Ciceronis in urbẽ eſt factũ .ſ. præſidio letuli, in æde Iouis Mariana .i. a Mario Ioui conſtituta.

THEOPHILVS.

ATTINATIS campi. Vide ne potius legere ſit Arpinatis, eo nãq; Cice. pulſus urbe conceſſit, ut ſatis conſtat eius teſtimonio.

OLIVERIVS.

CAIO autẽ Grac. imminẽtis caſus Atrocitas. Tiberius Grac. uir magnę auctoritatis duos filios habuit ſeditioſiſſimos uiros. Tiberiũ, & Caium Grac. quorũ uterq; eodem exitio perierunt, nam Tiberius maior natu, dum legem agrariam contra Senatus auctoritatem ferre moliretur, ut ager ſellas, qui bello, & armis captus fuerat, inter omnes æqualiter diuideretur, a Scipione Naſica interemptus eſt, erat enim lex illa magnæ ſeditionis cauſa, quia nobiles de poſſeſſione cedere cogebantur, itaq; eum magnæ tiberii opes, & legẽ omnino laturus eſſet, ꝗ populus, qđ ſibi conducibilẽ fore uidebat, libenter acciperet. Scipio Naſica uidens id fieri contra rẽpublicã Tergiuerſanteſq; cõſules, inquit. Quicũq; uult rẽpublicã eſſe ſalua, is me ſequatur, & ita fractis ſubſellis impetũ fecit in roſtra, & uno ictu Tiberium occidit, haud ita multo poſt. C. Grac. Tiberii fratris effigiẽ uidit in ſomniis dicentis, quantũ uellet cũctaretur, tamẽ eodẽ ſibi leto, quo ipſe interiiſſet, eſſe pereundum, idq; Cælius tradit, ſe ab eodẽ. C. Graccho audiuiſſe, antequã tribunus plebis factus eſſet, ꝙ etiã euenit, cum enim creatus tribunus eſſet, multas leges Senatui ꝑ inuiſas tulit, inter quas & frumẽtaria, ꝗ iubebat, ut ſemiſſibus, & Trientibus frumenta plebi diuiderentur alteram agrariam, eandem, ꝗ & frater tulerat, tertiam quoq;, ut ſexcenti equites miſcerentur Senatoribus, & equeſtrem ordinẽ ita peruertit, hic continuato magiſtratu, & latis legibus cõplens in Italiam Colonias deduxit, & unam in ſola dirutę Cartaginis, quo ipſe triumuir Coloniã deduxit, deniq; ſeditioſus cũ auentinum montem cũ multitudine armata oppreſſiſſet a. L. Opimio, q populũ conuocauit occiſus eſt, & ita ſomnium adimpleuit. De Gracchis multis in locis dicturi ſumus, ut res poſtulabit, itaq; uariabitur hiſtoria fortaſſe pro diuerſa autorum ſententia. Quo ille. Nã ſicut ille a Scipione Cęſus eſt, ita hic a L. Opimio interfectus. Cælius. Hoc ſomnium autoritate Cælii probat.

Lex frumẽtaria.

DE C. GRACCHO.

Caio autem Graccho imminentis caſus atrocitas palam, atq; aperte per quietem denunciata eſt: ſomno enim preſſus, Tiberii Gracchi fratris effigiẽ vidit, dicentis ſibi, nulla ratione eum vitare poſſe, vt eo fato nõ periret, quo ipſe occidiſſet. Id ex Graccho prius, ꝗ tribunatum, in quo fraternum exitum habuit, iniret, multi audiuerunt. Cœlius etiam certus Romanæ hiſtoriæ autor, ſermonem de ea re ad ſuas aures, illo adhuc viuo, perueniſſe ſcribit.

DE CASSIO PARMENSI.

Vincit huiuſcemodi ſomnii dirum aſpectum, quod ſequitur. Apud Actium M. Antonii fractis opibus, Caſſius Parmenſis, qui partes eius ſecutus fuerat, Athenas confugit: vbi concubia nocte, cum ſolicitudinibus, & curis, mente ſopita, in lectulo iaceret, exiſtimauit ad ſe venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, ſqualidum barba, & capillo demiſſo. Interrogatumq; quiſnam eſſet, reſpondiſſe κακοδαίμονα. Perterritus deinde tam tetro viſu, & nomine horrendo, ſeruos inclamauit. Sciſcitatuſq; eſt, ſi quem talis habitus, aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidiſſent: quibus affirmantibus neminem illuc acceſſiſſe, iterum quieti, & ſomno ſe dedit: atq; eadem animo eius obuerſata eſt ſpecies. Itaq; fugato ſomno, lumen introferri iuſſit, pueroſq; a ſe diſcedere vetuit. Inter hanc noctem, & ſupplicium capitis, quo eum Cæſar affecit, paruulum admodum tempus acceſſit.

ASCENSIVS.

CAIO aũt. Argumentũ patet, nec ordo obſcurus eſt, ne nihil tñ dicã ita retexitur. Autẽ pro ſed atrocitas caſus (qa ob leges populares occiſus eſt a Lucio Opimio) Iminentis C. Graccho eſt denũciata ipſi C. Grac. palã, & aperte per quietẽ .i. in ſomnis. Enim pro quia, ipſe preſſus ſomno. Vidit effigiẽ .i. ſimulachru Tibe. Grac. fratris ſui dicentis ſibi, eũ nulla .i. non ulla nõ poſſe uitare ulla ratione: ut non periret, eo fato .i. genere mortis fatalis (ut hęc ſentiit minus catholicæ fidei conuenienter) quo ipſe occidiſſet (ab occidendo media breui) .i. occubuiſſet Caſus a Scipione Naſica, ut prius dictũ eſt. Multi audiuerunt id .ſ. hominũ ſic factũ eſſe, ex Graccho .ſ. Caio priuſquã iniret tribunatum .i. priuſquã factus eſſet tribunus plebis, ĩ quo tribunatu habuit exitum fraternũ .i. ſimilem exitui fratris, quia ob conſimilẽ cauſam ſimilẽ accepit necem, Cælius etiam certus autor Roma. hiſtoriæ ſcribit ſermonẽ de ea re pueniſſe ad aures ſuas illo .ſ. C. Grac. adhuc uiuo .i. uiuente.

OLIVERIVS.

CASSIVS Parmenſis. Deuictis Antonio, & Cleopatra apud actium promontorium, ut ſupra dictũ eſt. Caſſius hic qui ſecutus erat Anto. partes timens exitum ne .ſ. occideretur ab iterfectoribus, quos miſerat Octauianus, ut perſequerentur omnes, qui ſibi aduerſi fuiſſent, Athenas profugit, & ſe in diuerſorio quieti dedit, ibi hęc horrida ſomni ſpecie obuerſata eſt ſibi mortẽ paulo poſt futuram denuncians. Cõcubia. Prima parte ſomnii, nam nox concubia, & nox intempeſta eadẽ ferme eſt ut ſupra diximus. Sollicitudinibus. Sollicitudines, & curæ ſæpe ſomnũ excitant, ſæpe etiam debilitato corpore in ſomnũ reſoluũt, ſicut etiam hoc loco. Demiſſo uſq; ad pectus demiſſa barba, tale quiddã uiſum eſt Bruto in cãpis Philippicis, ut in eius uita Plutarchus tradit κακοδαίμονα. Malũ dæmonẽ, duo ſunt ſpũs, qui dãtur hoĩ bonus, & malus, bonus ratione uocabuli dęmon appellatur, nam dęmon apud græcos intelligentiam ſignificat, & ita intelligitur bonus angelus, cacodæmon malus angelus, nam κακὸς malum ſignificat, unde Virg. Quiſq; ſuos patimur manes, quia ut inquit, Ser. cum naſcimur duos genios ſortimur, hoc eſt duos ſpiritus, unum qui hortatur ad bona, alterũ qui deprauat ad mala quibus aſſiſtentibus, aut aſſerimur ad meliorem uitam, aut condẽnamur ad deteriorem. Iterum ſequenti quaſi per ſomnum deluſus eſſet. Fugato pulſo, hoc autem non multo poſt tempore ab interfectoribus. Octa. occiſus eſt.

Genius bonus.

ASCENSIVS.

VINCIT &c. Affert dirius ſomniũ dicẽs. Somniũ ſup. qđ inſequitur .ſ. Caſſii Parmẽſis .ſ. ſuperat dirũ aſpectũ huiuſcemodi ſomnii, qđ factũ ẽ Graccho, ut dictũ eſt. Opibus M. An. fractis aꝗ d' actiũ Epiri ꝓmontoriũ, ubi cũ Cleopatra ab Auguſto uictus eſt (unde Maro Ænei. viii. In medio Claſſes æratas actia bella cernere erat, totũq; iſtructo Marte uideres Feruere leucatẽ &c.) Caſſius Parmẽſis, q ſecut' fuerat ꝑtes eius .ſ. An. cõfugit athenas ubi cũ iaceret ĩ lectulo, nocte cõcubia .i. alta, qua mortales ſibi requiẽ caꝑe ſolẽt, mẽte ſopita .i. inuoluta ſollicitudinib', & curis qa timebat arma Augu. uictoris, & partes An. ꝓſequẽtis, exiſtimabat hominem

DE ATTERIO RVFO.

Propioribus tamen (vt ita dicam) lineis Atterii Ruſi equitis Romani ſomnium certo euentu admonitum eſt: qui, cum gladiatorium munus Syracuſis æderetur, inter quietem Retiarii ſe manu confodi vidit, idq; poſtero die in ſpectaculo conſeſſoribus narrauit. Incidit deinde, vt proximo ab equite loco, Retiarius cum Mirmillione introduceretur: cuius cũ faciem vidiſſet, idem dixit ab illo ſe Retiario trucidari putaſſe, ptinuſq; inde diſcedere voluit. Illi ſermone ſuo metu eius diſcuſſo, cauſam exitii miſero attulerunt. Retiarius enim in eum locum compulſo Mirmillione, & abiecto, dum iacentem ferire conatur, tranſiectum gladio Atterium interemit.

EXTERNA

DE HANNIBALE.

Hannibalis quoq; vt deteſtandum Romano ſanguini, ita certæ prædictionis ſomnium: cuius non vigiliæ tantum, ſed etiam ipſa quies, hoſtilis imperio noſtro fuit: hauſit enim propoſito, & votis ſuis conuenientem imaginem, exiſtimauitq; miſſum ſibi a Ioue mortali ſpecie excelſiorem iuuenem, inuadendæ Italiæ ducem: cuius monitu, primo, veſtigia nullam in partem ſecutis oculis, moxq; humani ingenii prona voluntate vetita ſcrutandi pone reſpiciens, animaduertit immenſæ magnitudinis ſerpentem, concitato impetu, omne, quicquid obuium fuerat, proterentem: poſtq; eam magno cum cœli fragore erumpentes nimbos, lucemq; caliginoſis inuolutã tenebris. Attonitus deinde quid nam eſſet monſtri, ecquid portenderet, interrogauit. hic Dux: Italiæ vides, Inquit, vaſtitatem: proinde ſile, & cætera tacitis permitte fatis.

bat hominẽ ingentis magnitudinis coloris nigri, ſqualidum barba, id eſt habentẽ barbam ſqualidam .i. ſquallore, & ſitu immundam, & capillo demiſſo, ut habent, qui in carcere diu detẽti ſunt, & exiſtimauit eum interrogatũ, quiſnã eſſet reſpondiſſe κακοδαίμονα cacodæmona, id eſt malũ dæmonem .i. genium eius malignum, deinde perterritus (pulchre mutat dicendi ſtylũ. Nam de ſuperioribus, quæ in ſomnis uerſata ſunt dixit, exiſtimauit, de iis quæ uigili cõtigeret, ut de certis loquit) uiſu tam tetro, & noie horrẽdo, q̃ le eſt cacodemõ inclamauit .i. ſtro ad ſe cũ clamore uocauit, ſeruos, & ſciſcitatus .i. poſtq̃ d ſqſiuit, ſi uidiſſent quẽ .i. aliquẽ talis habit⁹ .i. figurę, & ornatus intrãtẽ cubiculũ .ſ. ſuũ, aut exeuntẽ, qbus .ſ. ſeruis affirmantibus neminẽ acceſſiſſe illuc .i. in cubiculũ eius (uñ conſtat Caſſium cũ ſibi iã anxie timeret, ſeruos habuiſſe p foribus cubiculi excubantes. Alioqui id ſciſcitari nõ decuiſſet) dedit iterũ quieti, & ſomno ſe .i. iterũ obdormiuit, atq; eadẽ ſpecies ẽ obuerſa .i. obiecta animo eius. Itaq; ſomno fugato .i. p uim excuſſo, iuſſit lumẽ introferri, & uetuit pueros .i. ſeruos ſuos diſcedere a ſe. Tẽpus admodũ paruulũ interceſſit inter hãc noctẽ, & inter ſupplicium capitis, quo Cæſar .ſ. Auguſtus affecit .i. mãdauit afficiẽdũ, eum ſcilicet Caſſium.

THEOPHILVS.

¶ QVO ipſe occidiſſet. alii qui codices antiqui legũt, quo ipſe propulſus eſt capitolio occidiſſet. Supplicium capitis. Caſſius Parmẽſis in partibus bruti, & Caſſii tribu. militũ fuit, qbus uictis Athenas ſe recepit. Q. Varius ab Auguſto miſſus, ut eũ interficeret, ſtudẽtẽ repperit, eoq; perempto, ſcriniũ cũ libris tulit, unde multi crediderũt Thyeſtẽ Caſſii Parmenſis fuiſſe, ſcripſerat enim multas alias tragædias Caſſius, ut auctor eſt Porphyrius, necẽ ſibi maturauit q̃dã epiſtola, qua nõ tñ, ut piſtoris, ſed ut Nũmularii nepotẽ taxabat Auguſtũ. Pli. inter autores hẽt etiã Caſſiũ, cui⁹ acre ingeniũ laudat Horatius ad Tibullũ. Quid nũc te dicã facere ĩ regiõe Padana, ſcribere qd' Caſſi Parmẽſis opuſcula uincat.

OLIVERIVS.

¶ PROPIORIBVS tamen. Quamuis ſomnium, quod ſupra dixi certis admonitionibus declaratum fuerit, tamen quod ſequitur certioribus, denunciatum fuiſſe uidetur. Lineis. Spaciis, ideo quia paruum interuallum fuit ab eo, quod uiderat, ad id, quod poſtea fuit, quemadmodum linea breuiſſimum ſpacium eſt, ideo oſtendere uoluit paruum admodum interuallum fuiſſe ab eo, quod uidit, ad id, quod poſtea ſenſit.

Gladiatores Gladiatorum munus. Quidam ludos funebres edebat in honorẽ patris ſui, qui gladiatores dimicantes protulerat, & hoc erat quaſi ad inferias mortuorum, exiſtimabant enim ſi ſanguinem effudiſſent ad umbrarum expiationem pertinere, gladiatores autem dicebantur, qui ſingulari certamine dimicabant gladiis,

Retiari⁹ donec aut occideretur alter, aut ſe uictum fateretur. Retiarii. Gladiatorum alter Mirmillo, alter Retiarius dicebatur, Retiarius pugnabat aduerſus Mirmillonem, & teſte Feſto ita dicebat non te peto, ſed piſcem peto, quid me fugis Gallice Mirmillonicum genus eſt armaturæ Gallicæ, ideo & Galli Mirmillones ſunt appellati, idẽq autẽ piſcẽ dicit. qa in eorũ Galea piſcis effigies erat illud autẽ Gallicæ armaturæ genus a pittaco Mityleno, uno ex ſeptẽ ſapiẽtibus primo inuentũ fuiſſet tradĩ, cũ dimicaturus eẽt cõtra Frinonẽ quendã Atheniẽſem pro finibus patrię, occultabat igit pittacus ſub Clipeo rete quoddã, quo deide iacto Frynonem ſic implicuit, ut ſe mouere nõ poſſet, & ita uictus eſt., uñ Iuuenalis. Vicit & hoc mõſtrũ tunicati fuſcina gracchi. Itẽ alibi. Inter. principi iuuenes, iuuenesq; lanıſtę, ergo ſi piſcẽ in apice Galeæ gladiatores geſtabant, recte uteban retibus, qbus capiuntur piſces. Narrauit. An ſcitis, inquit qd ego uiderim in ſomniis me .ſ. a Retiario occidi. Diſcuſſo. Quia illum metuere urtuerunt.

Mirmillonicum genus armatura

ASCENSIVS.

¶ PROPIORIBVS tamen &c. Affert exẽplũ ſomnii qd' Atterio cõtigit, dicitq;, ut exẽpla inter ſe cõnecteret. Tñ .i. tametſi multũ cõformis fuit Caſſii cũ ſomnio exitus, tñ ſõmnium Atterii Rufi eqtis Romani .i. qui erat de ordine equeſtri Romæ, admonitũ eſt certo euẽtu, lineis .i. ſpaciis tẽporũ, q̃ per lineas in horologiis agnoſcunt, qa agitur, metaphora ẽ, dicit ut ita dicã, ꝓpioribus .i. uicinioribus, quia minus erat ſpacii iter admonitionẽ, & euẽtũ, q̃ in Caſſio Qui .ſ. Atterius cũ munus .ſ. ſpectaculũ populo quaſi muneri exhibitũ gladiatorũ .i. quo duo gladiatores iter ſe certare ſolebãt, quib⁹ nomina ex officio erãt Mirmillo &c. Retiarius. Mirmillo aũt piſcẽ in Galea habebat, quẽ Retiarius capere nitebaſ dictitãs ſubinde, piſcem peto, te nõ peto, cur me fugis Galle ſederet Syracuſis .i. in ea urbe Siciliæ principe, in qua tũc erat Atterius uidit inter quietẽ .i. cũ dormiret, ſe cõfodi manu Retiarii, & narravit conſeſſoribus .i. iis cũ quibus ſedebat, poſtero .i. ſequenti eã noctem die in ſpectaculo, id ſ. uiſum aut ſomnium ſuum, deinde incidit .i. forte accidit, ut Retiarius cum Mirmillone .i. par illud gladiatorum introduceretur .ſ. in arenam, hoc eſt ſpatium medium ad uſum certantiũ relictũ, loco proximo ab eqte .i. ab eo in quo Atterius eques ſedebat, cuius ſ. Retiarii, cũ idem .ſ. eques Ro. uidiſſet faciem, dixit ſe putaſſe trucidari ab illo Retiario, & uoluit protinus diſcedere inde .i. ab illo loco, aut ſpectaculo illi .ſ. conſeſſores. qui illud audiuerant, metu diſcuſſo .i. ablato, hoc eſt poſtquam ademerant illi metum, ſermone ſuo, aſſerentes uidelicet ſtultum eſſe adhibere fidem ſomniis, ſeq; cauturos, neq̃quam illi uim inferret Retiarius, attulerunt miſero cauſam exitii. Enim pro quia Mirmillone compulſo .ſ. per fugam in eum locũ, ubi eques ſedebat, & abiecto .i. lapſo, aut a defenſiõe ſui amoto, aut lege obiecto .ſ. ictui, Retiarius dum conatur ferire iacentem .ſ. Mirmillonem, interemit Atterium tranſiectum gladio. Ergo gladium quoq; non ſolum rete tenebat Retiarius.

OLIVERIVS.

¶ HANNIBALIS quoq;. Narrat Hannib. ſomniũ Liui. ſecũdi pu. bel. li. i. inquiete dicit Iuuenem ab eo uiſum fuiſſe diuina ſpecie, qui ſe a Ioue diceret ducem in Italiã Hãnib. miſſũ, proinde ſequeretur, neq; uſquã a ſe deflecteret oculos, pau dum primo nuſquam circuſpicientẽ, aut reſpicientem ſecutũ, deinde

cura humani ingenii cũ q̄dnã id eſſet, q̄d reſpicere uetitus eſſet; agitaret animo, tẽperare oculos animos nequiuiſſe, eum uidiſſe poſt ſe ſerpentẽ mira magnitudine cum ingenti arborũ, & uirgultorũ ſtrage ferri, ac poſt inſequi cum fragore cæli nimbũ, tũ quæ moles ea, quid ue prodigii eſſet quęrentẽ, audiuiſſe uaſtitatẽ Italię eſſe, pergeret porro ire, nec ultra inquireret, ſineretq; fata in occulto eẽ. Cice. li. de diui. Hãnibalẽ, inquit, cũ cœpiſſet Saguntum uiſum eſſe in ſomniis a Ioue in deorum cõciliũ uocari, quo cũ ueniſſet, Iouem imperaſſe, ut Italiæ bellum inferret, ducemq; ei unũ ex concilio datum, quo illum utentem cum exercitu progredi cœpiſſet, ne reſpiceret imperaſſe, illum autem diutius ferre non potuiſſe, elatumq; cupiditate reſpexiſſe, tum uaſtam beluam, & immanem uiſam circumplicitã ſerpẽtibus, quacunq; incederet, omnia arbuſta uirgulta tecta peruertere, & eum admiratum quæſiſſe de deo, quidnã illud eſſet tale mõſtrum, & deum reſpondiſſe, Italiæ eſſe uaſtitatem, præcipiſſeq;, ut pergeret protinus, quid retro, & a tergo fieret, ne laboraret. Vigiliæ. Non ſolum dum uigilaret, ſed etiam, dũ quieſceret, agitabat animo peſtem Italiæ

Haurio inferre. Hauſit. Vidi haurio Polyſemus ſermo eſt, multa enim ſignificat, aliquando ferio. Virgil. Et latus hauſit apertũ, aliquãdo uideo, ut hauriat nunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus, interdum audio, ut uoceq; his auribus hauſi, pleruq; ſorbeo, ut ille impiger hauſit, ſpumantem paterã & pleno ſe proluit auro, quanuis ibi. Ser. dicat hauſit accepit, ergo pro loci qualitate accipiendum eſt. Excel. Auguſtiorem mortali habitu. Secutus oculis. Quod humani ingenii proprium eſt, ut nitatur in uetita. Pone. Poſt. Proterentem. proculcantem, omnia proſternentem. Nimbus uentus cum pluuia. ſed interdũ p̃ nube ponitur, ut Virgil. Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi. aliquando pro pluuia, ſiue hymbri, ut denſus ruit ætherenimbus. Fragore. Tonitru, & proprie fragor dicitur fractarum rerum ſonitus ſiue ſtrepitus. Portẽderet. Significaret. Hic portenta dicuntur, quæ aliquid futurum ſignificant. Permitte fatis. Relinquas diis ſollicitudines, nihil aliud dicere uoluit, niſi ut fata Carthaginienſi in occulto relinqueret, nam ſi huius belli exitus declaraſſet, nulli dubium, quod ab incœpto deſtitiſſet.

ASCENSIVS.

HANNIBALIS &c. Proſequitur externa, & primo de Hannib. dicens. Somnium quoq; Hannib. ducis Cartha. ut .i. quemadmodum ſup. fuit deteſtandum ſanguini Roma. ita ſup. fuit certe. i. non fallentis, nec falſæ prædictionis id eſt prænunciationis. Cuius, ſcilicet. Hannib. non tantum uigiliæ, ſup. fuerunt hoſtiles, ſed etiam ipſa quies, id eſt dormitio fuit hoſtilis, imperio noſtro, id eſt Roma enim pro quia, ipſe hauſit id eſt auide accepit in quiete imaginem, id eſt phantaſticam repreſentationem, conuenientem propoſito, & uotis ſuis, exiſtimauitq; iuuenem excelſiorem ſpecie mortali miſſum ſibi a Ioue ducem Italie Inuadendæ, cuius, ſcilicet iuuenis monitu nullam, id eſt non ullam, nonſecutus in ullam partem ueſtigia ſup. eius, hoc eſt iuuenis, primo id eſt a principio oculis, id eſt e conuerſione oculorum ad ueſtigia eius, hoc eſt quem iuuenem primo ſecutus eſt nullo modo obſeruando ueſtigia eius nec inueſtigando oculis quis eſſet (Sunt qui legant ſecutis, ut ſit oculis Hannib. ſecutis .i. ſequentibus in nullam partem primo) mox, id eſt paulopoſt reſpiciens (ſi eſſet ſecutis legendum, legerem etiam reſpicientibus) pone, id eſt poſt ſe uoluntate ingenii humani prona, id eſt inclinata aut appetente (ſed noue dedit adiectiuo prona gerundium in di) ſcrutandi uetita animaduertit ſerpentem immenſę magnitudinis, proterentem .i. ante faciem eius terrentem, & proculcantem impetu concitato omne quicquid fuerat obuiam, & ita indicauit Hannib. ſimiliter faciendum, poſtq;, id eſt & poſt animaduertit poſt eam .ſ. ſerpentem. Nimbos. i. uentos pluuios erumpentes cũ magno fragore cæli, id eſt aeris, hoc eſt cum magno tonitru, & lucem, id eſt fulgentem inuolutam tenebris caliginoſis, deinde attonitus. ſ. ex tam horribili rerum facie, interrogauit, quidnam monſtri eſſet, & quid portenderet, id eſt porto, id eſt in futurum tenderet, & præmonſtraret hic, id eſt tunc dux, ſcilicet qui apparuerat ei prius, ut iuuenis diuina ſpecie, nunc ut ſerpens formidabilis, inquit, tu uides uaſtitatem, id eſt aut amplitudinem Italiæ ſic obruendam aut uaſtationem Italiæ, per te futuram, proinde, id eſt ideo ſile, & permitte cætera fatis tacitis, id eſt non diuulgatis per te, aut tacitis, id eſt tacendis, ut diues in acceſſos ubi ſolis filia lucos, &c. id eſt non accedendos, & aut illaudati neſcit Buſiridis aras, id eſt non laudãdi, aut nihil q̄d laudis eſt habentis. Aut lege, tacitus, ut ſit, tu tacitus p̃mitte cætera fatis.

DE ALEXANDRO.

Quam bene Macedoniæ Rex Alexander per quietem viſa imagine præmonitus erat, vt vitę ſuæ cuſtos eſſet diligentior, ſi eum etiam cauendi periculi conſilio fortuna inſtruere voluiſſet. Nanq; Caſſandri peſtiferam ſibi dexteram ſomnio prius cognouit, q̃ exitu ſenſit: exiſtimauit enim ſe ab illo interfici, cum eum nunquã vidiſſet. Interpoſito deinde tempore, poſtquã in cõſpectum veniſſet, nocturni metus patefacta imagine, vt Antipatri filium eſſe cognouit, adiecto verſu Græco, qui fidem ſomniorum eleuat, præparati iam aduerſus caput ſuum veneficii, quo occidiſſe Caſſandri manu creditur, ſuſpicionem animo repulit.

OLIVERIVS.

QVAM bene Macedoniæ Rex Alexan. Alexander Macedo uidit in ſomniis imaginem neſcio q̃ eum admonentem, ut diligentior eſſet ſuæ uitæ cuſtos, quoniam peſtifera Caſſandri manu periturus eſſet, quod etiam factum eſt, nã Iolaus Caſſandri frater pincerna erat Alexandri, & nuper uenerat, itaq; facultatem dedit accuſare uolentibus Caſſandrum, & nonnulli proxime uenerant, qui dicerent. Antipatrem cum filiis egiſſe, ut Alexandrum ueneno necarent q̄d cũ illi dicerent præſente Caſſandro, tũ ille quid audes, inquit, dicere, homines, qui tam procul uenerunt, nulla nobis iniuria affectos Cauillari, & inde, inquit, eo magis q̄a procul uenerunt ſcire non poſſumus, quid indicant, hic eſt, inq̄t, illa Ariſtot. Ironia qua utitur, ut in utrãq; partem arguat, deinde cum uidiſſet Caſſander more priſco adorari Alexan. quia res noua eſſet, riſu ſtatim proſecutus eſt. Alexan. indignatus capillis manibus iniectis, ipſum terq;, Alexãdri

quaterq; terrę colliſit. Haud multo poſt, ſicut antea dictum eſt mors

ex Antiocho rege Caſſander poculum uenenatum Alexandro propinauit. Venenum autem frigidam aquã fuiſſe de nonacride regione, quæ guttatim de petra ſtillat, quæ aqua non niſi in ungulis equi, uel aſini deferri poteſt, hanc aquã cum hauſiſſet Alexander, ſubito dolore profuſus eſt. Alexander natus eſt anno ab urbe condita. cccLxxxv. teſte Soli. capit. de Aſia, quo die flagrauit templum Dianæ Epheſiæ. Cice. de nat. deo. lib. ii. Diana cum in partu Olympiadis adeſſe uoluiſſet domo abfuit. De cuius morte Iuſtinus lib. vii Pli & Herodo. ſed in primis Plutar. in uita Alexandri. Ab illo Caſſandro. erat enim Antipatris filius, qui paulopoſt ſomnium uenit, ſed antequã ueniret, illum in ſomniis uiderat. Adiecto uerſu græco. Sunt qui dicũt hunc fuiſſe uerſum. Eleuat minuit, tranſlatio, ut diximus, a cumulo, dicit autem credendum non eſſe.

ASCENSIVS.

QVAM Bene &c. Recitat ſomniũ Alexãdri Macedonũ Regis, quo monitus quidẽ fuerat periculũ uitare, ſed cõſiliũ uitandi defuit, q̄a fidẽ nõ adhibuit. Duplex enim eſt donũ dei, & ſcire q̄d uites, aut facias, & cõſiliũ, ac animus uitãdi, ſeu faciendi. Et cõtra aliud eſt uerũ p̃dicere, aliud p̃dictis fidem mereri. Vnde de Caſſandra dicitur Æne. ii. Tũc etiã fatis aperit. Caſſandra futuris Ora dei iuſſu nõ unquam credita teucris. Ordo eſt. Quã .i. o quantũ bene præmonitus erat. Alexãder. ſ. magnus rex Macedonię, imagine uiſa per quietẽ, id eſt dum dormiret, præmonitus dico erat, ut eſſet diligentior cuſtos uitæ ſuæ, quia dictum ei erat, q̄ potio letalis per Caſſandrum afferebatur, ſi fortuna uoluiſſet inſtruere eum etiam conſilio .i. propoſito, & uoluntate per donum conſilii, cauendi. i. fugiẽdi periculi. Nãq; prius cognouit ſomnio. i. in ſomnio: & ſimulachro ſibi oblato per ſomniũ, dexterã Caſſandri peſtiferam .i. afferentem peſtem, id eſt potionem letalem, quam ſenſit, id eſt percepit exitu, id eſt euentu ſuper. dexteram eius. Enim pro quia, ipſe exiſtimauit

mauit ſe interfici ab illo.ſ.Caſſandro,cũ nonquã uidiſſet eũ. De inde tẽpore.ſ.aliquãto interpoſito,poſtquã ueniſſet in cõſpectu .ſ. Alexãdri imagine nocturni metus patefacta.i. cũ agnouiſſet illũ eſſe,a quo interfici uiſus fuerat, ut.i. poſtquã cognouit ſup. Caſſandrũ eſſe antipatri filiũ, adiecto uerſu græco qui eleuat.i. diminuit,& minoris facit fidẽ ſomniorũ.i. quæ de ſomniis has

ro,remanſit in terra,illi,qui ſoluerunt.ſ.naues inde.i.ab ea terra .i.qui eo die nauigabant,obruti ſunt.i.ſopiti, & coo perti fluctibus,& procellis.i. unde impetuoſis, & uentoſis, in conſpectu eius.ſ.Simonidis ſtantis adhuc in littore. Ipſe.ſ.Simonides lætatus eſt,quod maluiſſet credere.i.cõmittere quaſi fidei,ſomnio .i.uiſioni nocturnæ,quã naui uitam ſuam. Autem pro ſed, ipſe

DE SIMONIDE POETA.

Longe indulgentius Dii in Poeta Simonide,cuius ſalutarem inter quietem admonitionem conſilii firmitate roborauerunt. Is enim,cum ad litus nauem appuliſſet,inhumatumq; corpus iacens, ſepulturæ mandaſſet, admonitus ab eo, ne proximo die nauigaret:in terra remanſit:qui inde ſoluerant, fluctibus, & procellis, in conſpectu eius obruti ſunt. Ipſe lætatus eſt, q vitam ſuam ſomnio, q̃ naui credere maluiſſet. Memor autem beneficii elegantiſſimo carmine æternitati conſecrauit. Melius illi, & diuturnius, in animis hominum ſepulchrum conſtituens,q̃ in deſertis,& ignotis arenis ſtruxerat.

DE CROESO.

Efficax & illa quietis imago,quæ Crœſi regis animum maximo prius metu,deinde etiam dolore confecit. Nam e duobus filiis,& ingenti agilitate,& corporis dotibus præſtantiorem, imperiiq; ſucceſſioni deſtinatum Atym exiſtimauit ferro ſibi ereptum. Itaq; quicquid ad euitãdam denuntiatæ cladis acerbitatem pertinebat,nulla ex parte patria cura ceſſauit auertere. Solitus erat iuuenis ad bella gerenda mitti:domi detentus eſt. Habebat armamentarium oĩs generis telorum copia refertum:id quoq; amoueri iuſſit. Gladio cinctis comitibus vtebatur: vetiti ſunt propius accedere:neceſſitas tamen aditum luctui dedit. Cum enim ingentis magnitudinis aper, Olympi montis culta crebra cum agreſtium ſtrage vaſtaret, inuſitatoq; malo regium imploratum eſſet auxilium:filius a patre extorſit,vt ad eum opprimendum mitteretur:eo quidem facilius, q non dentis, ſed ferri ſeuitia in metu reponebatur. Verum dum acri ſtudio interficiendi ſuem omnes ſunt intenti, pertinax caſus imminẽtis violentiæ lanceam, petendæ feræ gratia miſſam,in eum detorſit: & quidem eam potiſſimum dexteram nefariæ cædis crimine voluit aſpergi, cui tutela filii a patre mandata erat: quamq; Crœſus imprudentis homicidii ſanguine violatum, hoſpitales veritus Deos, ſupplicem ſacrificio expiauerat.

beri poſſit repulit animo.i.reiecit ex animo ſuſpitionem ueneficii.i.potionis letalis, & in morẽ ueneni necãtis, quã ſtygis aquę partẽ fuiſſe traditũ eſt p̃parati,iã,qa allati a Caſſãdro aduerſus caput ſuũ.i.in perniciẽ uitæ eius, quo.ſ.ueneficio, aut uenenata potione creditur occidiſſe.i.occubuiſſe, manu Caſſandri.ſ. ipſum porrigẽtis.

OLIVERIVS.

LONGE indulgẽtius Hoc ſomniũ Cic.lib.de diui. refert. dicit enim. Quid illi duo ſomnia,quę celeberrime cõmemorantur a ſtoicis? quis tandẽ poteſt contemnere unũ de Simonide? qui cum ignotũ quendã proiectũ mortuũ uidiſſet,eũq; humaſſet, haberetq; in animo nauim cõſcendere, moneri uiſus eſt,ne id faceret,ab eo, quẽ ſepultura affecerat, ſi nauigaſſet eũ naufragio eſſe periturum, itaq; Simonidẽ rediiſſe, periiſſe cæteros,qui tum nauigaſſent. Indulgentius. Indulgentiores fuere dii in Simonidem, quã in Alexandrum Simonides Liricus fuit, a quo Simonidia metra dicũtur. *Simonides* Cõſilii firmitate. Non enim ſatis erat in ſomniis prædixiſſe exitum, niſi etiam prædictũ caueret, nam p̃dictio mali magis nocet,niſi cautio adhibet. Corroborauit admonitioni, quã uiderat i ſomniis cõſiliũ adhibuit. A eternitati,qa liricũ carmẽ ſcripſit, cuius poſtea p aliquot annos memoria manſit diuturnior. Iuxta illud Propertii. At non ingenio quęſitum nomen ab æuo. Excidet ingenio, ſtat ſine morte decus.

Ignotis. peregrinis. Virgi. Nudus in ignota palinure iacebis harena.

ASCENSIVS.

LONGE indulgentius. Ordo eſt. Dii ſup.egerunt,aut fecerunt, aut præmonuerunt, indulgentius .i. affectantius illi opitulãdo, i Simonide ſup. poeta, quam in Alexandro, quia in Simonidem ſimul, & prænoſcendi periculi beneficiũ, & fugiendi conſiliũ contulere, in Alexandrũ tantũ prænoſcendi. Vnde addit. Cuius .ſ. Simonidis poetæ admotionẽ ſalutarẽ.i.ſalutiferã inter quietem.i. factã quieſcendum,roborauerunt.i.ſtabiliuerunt,& confirmauerunt, firmitate. Conſilii.Enim pro quia,is.ſ. Simonides, appuliſſet nauẽ ad littus, & mandaſſet ſepulturę corpus iacens.ſ. in littore naufragio facto a mari eiectum,inhumatũ.i.inſepultũ,admonitus ab eo.i.eius corporis umbra, aut ſpiritu (per ſomniũ, aut ſomnum ut quidam textus habent ſed uacat, cũ prius dixerit, inter quietem) ne nauigaret die proximo.id eſt, proxime futu

conſecrauit æternitati memoriã beneficii.ſ. accepti ab eo, quem ſepeliuerat, carmine elegantiſſimo, conſtituens illi.ſ. defuncto ſepulchrũ melius,& diuturnius in animis hominũ quã ſtruxerat.ſ.prius i harenis deſertis, & ignotis, hoc eſt in littore peregrino.

THEOPHILVS.

PER ſomnium admonitus. Vetuſtam quędam exẽplaria, nõ habent illa uerba per ſomniũ. Sed dũtaxat ab eo admonit⁹. Memoriam Antiqui codices legunt. Memor autem, ut uerbum cõſecrauit, ad umbrã referas,a qua monitus.

OLIVERIVS.

EFFICAX illa. Crœſus rex Lidie duos filios habuit unũ mutũ,alterũ incolumẽ,pater aũt uidit in ſomniis illũ, q uocalis erat ferro periturũ eſſe, curauit igit̃,ut omne telum remoueret ab eo, ipſum etiã cũ æqualibus ſuis, cũ quibus uiuere conſueuerat, ſine telo eſſe uolebat, deniq; cũ nihil agere p̃mittebat quo poſſet ferro perire forte ita accidit,ut eo tẽpore aper immẽſæ magnitudinis totam illam regionẽ uaſtaret, agreſtes uero ad regiam conuenere petentes Atym,qui uenatione delectabatur quibus rex ita reſpondit, inſtrumenta ſe quidẽ daturũ,retia,&canes, filium uero nõ conceſſurũ metuẽs ſomniũ,quod uiderat. Eodẽ tẽpore uir quidã externus ad Crœſum uenerat rogans regẽ,ut cædẽ ſuã expiaret. Interrogatus quis eſſet, unde ueniret reſpõdit. Adraſti filius ſum uel ut alii dicunt Midegordii, fratrẽ meũ inuitus occidi, & a patre pulſus rebus oĩbus priuatus, tum rex miſericordia captus eũ cæde expiauit,& in regno retinuit, deinde Adraſti (ſic enĩ de noĩe patris appellabat̃) cognita induſtria,rex ei filium Atym cõmendauit. Sed cũ tandẽ precibus agreſtiũ uictus eſſet rex, ut filium cõcederet,miſit in uenationẽ. Adraſto prius magnopere cõmẽdatũ,forte caſus ita tulit, ut hunc adoleſcentẽ uenationẽ uerſantẽ. Adraſtus cũ haſtã torqueret in aprũ infeliciter Atym mediũ transfixerit,& occiderit, q cũ mortuus ad patrẽ delatus eſſet,in magnos q̃ſtus, in lachrymaſq; reſoluit pater,& ipſum p̃cipue ad cuſabat Adraſtũ,qd cui filiũ demãdaſſet,is potiſſimũ occidiſſet. Adraſtus ſe nihil expurgãs, mortem nõ reſpuebat. Rex ubi uidit illũ caſu, nõ uolũtate cędẽ illã p̃petraſſe,& p̃pterea ĩpatiẽter dolẽtẽ, uita donauit,quantũ in ſe fuit, ſed cũ funus Atys p̃ſecutus ẽ Adraſtus, ĩ eius ſepulchro ſeipſm q̃ſi iferias occidit. Deſtinatũ.deputatũ, Vir. Et q me deſtiat arę,

Crœſi ſomnium

Deſtinate

Strage, quia multi agreſtes peribant, nam ſtrages dicitur cæſorum corporū ruina. Non dentis ſic quoq; Herodo. tradit hæc ratione filio conceſſiſſe, ut ad uenationē iret, q.a.ſ. non dente ſed ferro moriturū ſomniauerat. Sacrificio expiarat, hic mos a græcis ſumptus eſt, ut qui homicidiū perpetraſſet, a regibus expiaretur. Oui. Faſt. Ha nimiū faciles, q tristia crimina cædis. Fluminea tolli poſſe putatis aqua.

uit ſacrificio ſupplicem id eſt, ſupplicantem, ut ſit pars pro toto id eſt, dextera pro homine. Crœſus & huic errori ueniam dedit, ſed Adraſtus non admiſſa uenia ſeipſum tanquā inferias Atys interemit, ut Oliue. recit. Quapropter hiſtoriarum narratione illius recitatione contentus fere ſuperſedeo.

DE CYRO.

Nec Cyrus quidem ſuperior inuictæ fatorum neceſſitatis paruulum argumentum eſt: cuius ortus ad imperium totius Aſiæ ſpectantis, maternus auus Aſtyages, duos prænuncios ſomnii fruſtra diſcutere tentauit: Mandanen filiam ſuam, ꝙ in quiete viderat vrina eius omnes Aſiaticas gentes inundaſſe, non Medorum excellentiſſimo, ne in eius familiam regni decus transferretur: ſed Perſarum modicæ fortunæ viro collocando, natumq; Cyrum exponi iubēdo. Quia ſimiliter quietis temporibus exiſtimauerat genitali parte Mandanes enatam vitem eouſq; creuiſſe, donec cunctas dominationis ſuæ partes inumbraret: fruſtratus eſt enim ſe ipſe. Nepotis felicitatem, cœleſtium iudicio deſtinatam, humanis conſiliis impedire conando.

ASCENSIVS.

EFFICAX &c. Affert triſte, ſed uerax ſomnium Crœſi Lydorū Regis ditiſſimi, & ut uideri uoluit, btiſſimi dicēs. Et .i. etiā illa imago .i. repreſentatio, aut uiſum getis .i. ſomnii, q̄ cōfecit animū Crœſi Regis, prius maximo metu, deīde etiā maxio dolore, fuit ſup. efficax .i. effectū reddēs, ꝙ admonuerat. Nā Crœſus exiſtimauit .ſ. ſomniādo Atym p̄ſtantiorem de duobus filiis .i. inter duos filios quos habuit, &. i. ſimul, ingēii agilitate .ſ. corporis, & dotibus ſup. cæteris corporis. Nam agilitas quoq; dos corporis, quia tamen ex ſpiritu prouenit, nam nō pro corporis mole, ſed pro ſpiritus uiuacitate agiles ſumus, uidet̃ diſtinguere dotes corporis ab agilitate, ut inter dotes corporis ſint, quæ a corpore dependēt, ut proceritas .i. pulchritudo, robur membrorū, ſpecies &c. præſtantiorem dico, & deſtinatum, id eſt animo Crœſi addictum, & ut debent ordinatum, ſucceſſioni Imperii .i. regni Lydiæ. Itaq; quia id exiſtimauerat, cura patria .i. paterna nulla .i. non ulla, nō ceſſauit ex ulla parte auertere .i. amouere, & impedire, quicquid pertinebat ad acerbitatem cladis denunciatæ .ſ. in ſomnio inuitandam .i. accelerandam. (Textus fere habet euitandam, ſed cōtraria ſit ſententia, nam auertere, quod euitet eſt nolle euitare) Iuuenis .ſ. Atys ſolitus erat mitti .ſ. a patre, ad bella gerenda, & ſup. poſt ſomniū patris, detētus eſt domi. Iuuenis habebat armamentariū .i. repoſitoriū armorū refertū copia omnis generis telorū, pater ſup. iuſſit id quoq; amoueri .ſ. a filio. Iuuenis utebat̃ .ſ. prius, comitibus cinctis gladio, ſup. poſtmodū hi uetiti ſunt accedere propius .ſ. ad iuuenē tamen neceſſitas .i. uiolētia ineuitabilis fati dedit luctui .i. dolori patris, aditū .i. acceſſum, hoc eſt anſam, & medium quo fieret. Quū enim aper .i. porcus Silueſter ingentis magnitudinis, uaſtaret .i. deſtrueret, uaſta reddendo .ſ. ſata, aut Vineta, montis Olympi, qui illic quoq; eſt, nā quatuor in locis ponitur Olympus, cum crebra ſtrage .i. proſtratione, & nece agreſtium .ſ. colonorum, qui ipſum pellere, aut interficere ſperabant, & auxilium regium eſſet imploratum, malo inuſitato .i. contra malum inſuetum filius extorſit .i. multa prece, quaſi ui obtinuit, ut mitteretur ad opprimendum eum .ſ. aprum, quidem .i. certe eo facilius ſup. extorſit. Quod non ſeuitia dentis quo aper armatus eſt, ſed ferri reponebatur in metu. nam exiſtimauit pater ſomniis filium ſibi ferro ademptum. Verum dum omnes, qui cum Aty miſſi erant, ſunt intenti acri ſtudio interficiendi ſuem, id eſt, porcum ſup. Silueſtrem, hoc eſt aprum illum, caſus pertinax uiolentiæ imminentis, id eſt, inſtantis neceſſitatis, hoc eſt a fato prædeſtinatus torſit in eum .ſ. iuuenem, hoc eſt filium regis Atym, lanceam .i. haſtam, aut cuſpidem miſſam, gratia feræ petendæ .i. ut uulneret aprum ferocem, & quidem, id eſt certe pertinax ille caſus uoluit eam dexteram potiſſimum, id eſt, præ omnibus aliis, cui tutela filii erat mandata a patre, hoc eſt dexteram Adraſti iunioris, aſpergi crimine cædis nephariæ .i. filii eius a quo de parricidio purgatus fuerat, & a quo cuſtodiam filii receperat, quanq; .i. & quā dexterā, hoc eſt cuius dexteræ totum hoc eſt Adraſtum, uiolatū ſanguine homicidii imprudentis .i. ab imprudente cōmiſſi, quia imprudens fratrē occiderat. Crœſus ueritus deos hoſpitales (quia enim Adraſtum hoſpitio ſuſceperat, ueritus eſt, ſi eum non iuuaret deos hoſpitales, id eſt, hoſpitalitatis autores habere inimicos) expia-

OLIVERIVS.

NEC Cyrus quidem. Aſtyages Medorū Rex uidit in ſomnis filiā ſuā Mādanen urina totā Aſiā inundaſſe, ut tradit Herodo. ut uero Iuſtinus refert, uidit ex naturalibus filiæ, quā unicā habebat, enatā eſſe uitē, cuius palmite omnis Aſia obumbraretur, conſulti Aruſpices reſponderūt ex filia naſciturū eſſe nepotē, qui totā Aſiā imperio ſubigeret, eiq; regnum adimeret quo reſpōſo territus Aſtyages, neq; claro uiro, neque ciui filiā ſuā, ne paterna, maternaq; nobilitas nepotis animos extolleret, ſed ex gēte obſcuratū temporis Perſa, Cābiſi mediocri uiro ī matrimonium tradidit. Ac ne ſic quidē ſomnii metu depoſito grauidā ad ſe filiam iuſſit acciri, ut ſub aui oculis partus necaretur, natus infans datur occidendus Arpago Regis Arcanorum participi. Is ueritus ne ſi ad filiam mortuo rege ueniſſet Imperium, quia nullum Aſtyages uirilem ſexum genuerat, illa necati īfantis ultionem, quoniā a patre non potuiſſet, a miniſtro exigeret. Mithridati paſtori Regis pecoris puerum exponēdum tradit. Forte eodem tēpore, & ipſi paſtori natus filius erat uiuus, ut Iuſtinus refert, ut alii uolūt mortuus, eius igitur uox audita Regii infantis expoſitione, rogat ſummis precibus ſibi perferri, oſtenditq; puerum, cuius precibus fatigatus paſtor reuerſus in Syluam inuenit iuxta infantem canem fœminam paruulo ubera præbētem, & a feris, alitibuſq; defendentem, motus & ipſe miſericordia, qua motam eſſe canē uiderat, puerum refert ad ſtabula, eadem cane anxie perſequēte, quem ubi in manū mulier accepit, ueluti ad notā alluſit, tātuſq; in illo rigor, & dulcis quidam blandientis infantis riſus apparuit, ut paſtorem ultro rogaret, ſuū pro illo partū exponeret, permitteretq; ſibi, ſiue fortunæ ipſius, ſiue ſpei ſuæ gratia puerum enutrire, atq; ita permutata ſorte paruulorum hic pro filio paſtoris educatur, ille pro nepote regis exponitur, nutrici deinde nomen ſpacho fuit, quia canem Perſæ ſic uocant, puer deinde iam adultus cum Imperiouſus inter paſtores eſſet. Cyri nomen accepit, mox rex inter ludentes ſorte delectus, cum per laſciuiam contumaces flagellis cecidiſſet, a parentibus puerorum querela regi delata eſt, indignantibus a regio ſeruo ingenuos homines ſeruilibus uerberibus affectos, ille acerſito puero, & interrogato quid ita eſſent, cum nihil mutato uultu feciſſe, ſe aut regem reſpondiſſe, admiratus conſtantem, in memoriam ſomnii reſponſiq; reuocatur, atq; cum, & uultus, & ſimilitudo, & expoſitionis tempora, & paſtoris confeſſio conuenirent, nepotem agnouit, & quoniam defunctus ſibi ſomnio uideretur, agitato inter paſtores regno, animum minacem duntaxat in illo fregit, cæterum Harpago amico ſuo infeſtus in ultionem ſeruati Nepotis filium eius interfecit, epulandumq; patri tradidit. Sed Harpagus ad tempus diſſimulato dolore, odium regis in uindictæ occaſionem diſtulit. Interiecto tempore cum adoleuiſſet Cyrus, dolore orbitatis admonitus, ſcri. ei, ut ablegatus ab auo in Perſas fuerit, ut occidi eum paruulum auus iuſſerit ut beneficio ſuo ſeruatus ſit, ut regem offenderit, ut filium amiſerit, hortatur, ut exercitum paret, & pronam ad regnum uiam ingrediatur, medorum tranſitionem pollicitus. Epiſtolam, quia palam ferri nequibat, regiis cuſtodibus oēs aditus obſidentibus, exenterato lepori inſerit, lepuſq; in Perſas Cyro ferendus fido ſeruo tradit, additaq; retia ſunt, ut ſub ſpē uenationis dolus lateret. Lectus ille literis, eadem ſomniq aggredi iuſſus bellum medis infert.

Harpagus filius epulandos appoſitus

fert. Aſtyages meriti ſui in Harpago oblitus, ſumma belli eidem cõmittit, qui exercitum acceptum ſtatim Cyro per deditionem tradit, regiſq; crudelitatem pfidia defectionis ulciſcitur, quod ubi Aſtyages audiuit, contractis undiq; auxilis, ipſe in Perſas proficiſcitur, & primo impetu Perſarum acies in fugam conuertit, quibus fugientibus matres, & uxores eorum obuiam occurrerunt, orãt, ut in pręliũ reuertantur, cunctãtibus illis ſublata ueſte, obſcęna corporis oſtẽdunt, rogãtes nũ in uteros matrum, & uxorũ uellent refugere? Hac repreſſi caſtigatione in pręlium redeũt, & facta impreſſione, quos fugiebãt fugere cõpellunt. In eo pręlio Aſtyages capitur, cui Cyrus nil aliud, q̃ regnum abſtulit, ſeq; in illo nepotẽ magis, q̃ uictorẽ egit. Superior. ideo dixit quia fuit effet Cyrus inferior, de quo in Catone maiore multa Ci. dicit, ad quẽ Alex. cũ ueniſſet illi arbores ſua manu inſitas oſtendit. Argumẽti. i. indiciũ. Prænũcios. q̃ſi duo pſagia. Mandanẽ. declarat ſomnia, quæ fuere pręnũcia ortus Cyri, quiniuerſę Aſiæ imperaturus eſſet. Fruſtratus. uere, inquit, fruſtra tentauit, quia dum uult fata cauere, in ipſa fata incidit.

ASCENSIVS.

NEC Cyrus &c. Recitat ſõnium habitũ de Cyro, de quo quia Oli. ſatis prolixe differit, Ordo eſt. Nec. i. & nõ, & quidẽ Cyrus ſuperior. i. prior tempore (nã fuit eo alter Cyrus poſterior) eſt non paruulum, immo magnum argumentum. i. approbatio, aut medium probãdę neceſſitatis fatorum inuictæ. i. ineuitabilis. Cuius. ſ. Cyri, ortus. i. natiuitatis, ſpectantis ad imperium totius Aſiæ, Aſtyages auus maternus, quia pater. Mandanes matris eius, tentauit fruſtra diſcutere. i. diſſoluere, & irritos facere duos prænuncios. i. duo pręſagia ſomnii. Si loco relatiui, cuius ponatur antecedens, Cyri. ordo ſit. Aſtyages auus maternus Cyri fruſtra tentauit excutere duos prænuncios. Forte legendum ſit, diuos prænuncios, ſed duo illi ſomnia fuiſſe dicunt, alterum, quo uidit Mandanen totam regionem urina profundentem, alterum quo uidit ex ea dem uitem enatam, cuius palmites totam Aſiam umbra ſua tegerent, prænuncios dico ſomnii. i. qui erant in ſomnio, prænuncii ortus Cyri ſpectantis ad imperium totius Aſiæ tentauit autẽ diſcutere, collocãdo. i. uxorem dando Mandanen filiã ſuã, non excellentiſſimo Medorũ, ne decus regni transferetur in familiã eius (q. i. quia uideret urinam eius. ſ. Mandanes filiæ ſuæ inũdaſſe. i. obruiſſe aut unda quadam inuoluiſſe, oẽs gẽtes Aſiaticas, & ita ſomniorum interpretes dicebant, unde urina ſit pro diturum partum, qui totius Aſię imperiũ occuparet) ſed collocando eam uiro modicę fortunę Perſarum. i. habẽti modicum fortunæ inter Perſas, uidelicet Cambyſi, & iubendo Cyrum natum. ſ. ex Mandane, exponi. i. foras ferri in deſertum, aut ſylueſtrẽ aliquem locum feris deuorandum, quia exiſtimauerat ſimiliter tẽporibus quietis. i. cũ dormiret, uitem natam genitali parte Mandanes creuiſſe euſq;. i. donec inũbraret. i. umbra ſua tegeret, oẽs partes dominationis ſuę. ſ. Aſtyagis, deinde probat, q fruſtra tentauit. enim pro quia, ipſe fruſtratus eſt ſe conando impedire conſilus humanis felicitatem nepotis. ſ. Cyri, deſtinatam. i. illi addictam iudicio cæleſtium. i. deorum.

DE DIONYSIO.

Intra priuatum autẽ habitum Dionyſio Syracuſano adhuc ſe continẽte, Himera quædam, non obſcuri generis fœmina, inter quietẽ opinione ſua cælum conſcendit, atq; ibidem Deorum oĩum luſtratis ſedibus, animaduertit prævalentem virũ flauicoloris lentiginoſioris, ferreis catenis vinctũ, Iouis ſolio, pedibuſq; ſubiectũ: interrogatoq; iuuene, quo gratia cõſiderãdi cæli duce fuerat vſa, quiſnã eſſet: audiuit illũ Siciliæ atq; Italiæ dirũ eſſe, fatũ, ſolutũq; vinculis multis vrbibus exitio futurũ: qđ ſomniũ poſtero die ſermone vulgauit. Poſtq̃ deĩde Dionyſiũ inimica Syracuſarũ libertati, capitibuſq; inſontiũ infeſta fortuna cæleſti cuſtodia liberatũ, velut fulmen aliquod otio, ac tranquillitati iniecit, Himera eum mœnia inter effuſam ad officiũ, & ad ſpectaculum eius turbã intrantẽ vt aſpexit: hunc eſſe, quẽ in quiete viderat, vociferata eſt. Id cognitũ tyrãno, curã tollẽdæ mulieris dedit. Tutioris ſomnii mater eiuſdẽ Dionyſii: quæ cũ eum conceptum vtero haberet, parere viſa eſt Satyriſcum: conſultoq; prodigiorum interprete, clariſſimum, ac potentiſſimum Graii ſanguinis futurum, certo cum euentu cognouit.

OLIVERIVS.

INTRA priuatum autem habitum. Anteq̃ Dionyſius Syracuſarum regnum occuparet, cum adhuc priuatus eſſet mulier quædam exiſtimauit ſe in cælum aſcendiſſe, & ſibi ducem datum eſſe, qui eam duceret per cælum, ut regiones illas contemplaretur, cum ad Iouem introducta eſſet uidiſſe ſub eius pedibus catenatum iuuenem, quo ſoluto magnum exitium Syracuſanis immineret. Interiectis deinde aliquot annis, cum Dionyſius rex creatus eſſet, & ciues obuiam prodirent officii gratia in his etiam multæ matronæ erant, quæ diis ſupplicationes facerent. Ingreſſo igitur ciuitatem cum mulier illum conſpicata foret, magna uoce clamauit, hunc illum iuuenem eſſe, quem uiderat in ſomniis, & hoc mulieris dictum adeo excitauit animũ Dionyſii, ut eam de medio tolli iuberet. Occupauit autem imperiũ. xxv. ſuæ ætatis anno, & regnauit annis xlii. teſte Cice. lib. v. Tuſcul. quæſtionum. Priuatum habitum, non habentem imperiũ. Himera. nomẽ erat mulieris.

Himera

Lentiginoſi. lentiginum pleni, qui color in rubrũ ſemper tendit. Eſt. n. lentigo in uultu nota rubicunda. Effuſam ex ædibus tam officii, q̃ ſpectaculi gratia. Tollendæ. interficiẽdę mulieris. Tutioris ſomnii. Ci. lib. i. de diui. mater, inquit, Dionyſii eius, qui Syracuſanorum tyrãnus fuit, ut ſcriptum apud Philiſtium eſt, & doctũ hominem, & diligentẽ, & ęqualem tẽporum illorũ, cum prægnans hũc ipſum Dionyſium aluo contineret, ſomniauit ſe peperiſſe Satyriſcum, huic interpretes ſomniorum, qui galeotæ in Sicilia tum nominabantur, reſponderunt, eum quem peperiſſe, clariſſimum Græcię diuturna cum fortuna fore. Satyriſcum, paruum ſatyrum, eſt enim diminutiuum græcum, nam diminutionem formæ græce ſunt aliæ in ίσκος ut ἀνθρωπίσκος homuncio, aliam in ίδιον ut στιχίδιον uerſiculus, alia in ιον ut λογίον. i. oratiũcula. Et ſicut beatus Augu. dicit deluſa gentilitas pro diis celebrabat Faunos, Satyros, Nymphas. Sunt autem Satyri animalia diu uiuentia, aduncis naribus, & cornua in frontibus habentia. Caprinis pedibus, homuncionum ſimilitudinem referentia: naſcuntur autem teſte Plinio, & habitant in receſſu inſulæ Canopeę in finibus Aethiopiæ, & præter figuram nihil oris humani habent: Satyriſcum ergo quaſi aſperum corruptorem. Potẽtiſſimum. quia Satyri mira agilitate corporis mouentur: ſunt enim ut diximus, homelli ſylueſtres, nudi, mordaces, ſaltatores. Clariſſimum. quia pro diis habebãtur Satyri. Certo euentu. id re uera fuit, nam & Italiæ partem cũ Sicilia non minimam imperio tenuit.

Satyriſcus

ASCENSIVS.

INTRA priuatum &c. Narrat ſomnium Himeræ ſiculæ mulieris de Dionyſio tyranno, dicẽs. Autem pro ſed Dionyſio Syracuſano, id eſt, Siracuſis in Sicilia orto; continẽte ſe adhuc intra habitum priuatum, id eſt, hominis priuati, hoc eſt nullo fungentis magiſtratu, aut imperio, id eſt, cum Dionyſius nondum regnum Siciliæ per tyrannidem occupaſſet. Quædam fœmina non obſcuri. i. ſatis clari generis Himera. ſ. nomine, conſcendit ſua opinione. i. quantum opinata eſt, cælum inter quietem. i. dum quieſceret, atq; ſedibus deorum omnium luſtratis. i. circum inſpectis ibidem animaduertit uirum præualentẽ, coloris flaui. i. ut dicunt ruſi. & oris lentiginoſi. i. facie, in qua multæ erant lentigines. i. maculæ ſubrubræ, uinctum. i. ligatum catenis ferreis, ſubiectum ſolio, id eſt, regali ſedi, & pedibus Iouis ſicut tyranni ſub martyrum pedibus a noſtris ſculpũtur, & pinguntur, & iuuene, quo duce. i. cuius ductu fuerat uſa gratia conſiderandi, aut conſcendendi cæli, interrogato quiſnam eſſet, ſcilicet ille uinctus, audiuit illum eſſe dirum fatum, id eſt, perniciem, aut flagellũ Siciliæ, atq; Italiæ, & ſolutum, id eſt, ubi eſſet ſolutus, futurum multis urbibus exitio. i. ad exitiũ, & euerſionẽ, quod ſomnium ipſa Himera uulgauit ſermone. i. narrando mul

DE AMILCARE.

At Carthaginienſium dux Amilcar, cum obſideret Syracuſas, inter ſomnium vocem exaudiſſe credidit nunciantem, futurum, vt proximo die in ea vrbe cœnaret. Lætus igitur perinde, ac diuinitus promiſſa victoria, exercitum pugnæ comparabat: in quo inter Siculos, & Pœnos orta diſſenſione, caſtris eius Syracuſani ſubita irruptione oppreſſis, ipſum intra mœnia ſua vinctum pertraxerunt. Itaq; magis ſpe, q̃ ſomnio deceptus, cœnauit Syracuſis captiuus non vt animo præſumpſerat, victor.

DE ALCIBIADE.

Alcibiades quoq; miſerabilem exitum ſuũ haud fallaci nocturna imagine ſpeculatus eſt, quo enim pallio amicæ ſuæ dormiens opertum ſe viderat, eo interfectus, & inſepultus iacens, contectus eſt.

lis, die poſtero. i. eam noctem inſequente deinde, poſtq̃ fortuna inimica libertati Syracuſarum, & infeſta. i. uim inferens, capitibus inſontium. i. innocentum, iniecit Dionyſiũ liberatum cuſtodia cæleſti, quia id ſignificabat, q̃ pedibus Iouis ſubiectus iacebat, ipſum non exiturũ in perniciem, niſi quando dii eum ſoluerent. i. quando id permitterent, iniecit dico ocio, ac tranquillitati uelut fulmen aliquod, tũc ſup. Himera, ut. i. poſtq̃ aſpexit eũ intrantem mœnia inter turbã effuſam ad officium. i. honorem debitum, ei exhibendum obuiam prodeundo, & ſpectaculi eius, quia ĩ regali pompa ſpectabat, uociferata eſt. i. uoce magna clamauit, hunc ſcilicet Dionyſium eſſe quem uiderat in quiete. ſ. uinctũ ſub ſolio Iouis. Id cognitum tyrãno. i. ubi tyrannus id cognouit, dedit tyrãno. ſ. Dionyſio, curam mulieris tollendæ. ſ. de medio uiuentium, ne talia uociferando, coniurationem concitaret.
Altioris. alii legunt tutioris: tangit autem ſecundum ſomnium factum de Dionyſio, ſed matri eius dicens. Mater eiuſdem Dionyſii, fuit ſup. ſomnii altioris. i. ſublimioris, & diuinioris, aut profundioris, & occultioris ſignificationis. Quæ. ſ. mater cum haberet eum. ſ. Dionyſium conceptum utero, uiſa eſt ſup. ſibi, parere Satyriſcum. i. paruũ ſatyrum. i. animal cornutum, & aduncis naribus, & pedibus caprinis, & interprete prodigiorum conſulto, id eſt, interrogato conſilium, cognouit cum certo euentu. i. quod euentus, qui poſtea contigit certum reddidit, ſup. partum ſuum hoc eſt Dionyſium, futurum clariſſimum, atq; potentiſſimum ſanguinis Graii. i. græcanici, ſup. ſuo tempore.

THEOPHILVS.

HIMERA intrantem. Dionyſius Hermocratis f. ut Syracuſas optimis ciuibus orbatam facilius occuparet, eos q̃ parũ proſpere bellũ geſſerat aduerſus Carthaginienſes, proditionis accuſauit: quorum partim damnati, partim fuga ſaluti ſuæ conſuluerũt, formidoloſo mox ingruente bello, ad exercitum cum imperio neceſſario miſſus eſt, unde reuerſus ingenti fauore exceptus a popularibus inſidias ſe parari ſimulauit, impetratoq; corporis præſidio tyrannum ſe conſtituit: hiſtoriæ partem recitat Polyænus ſtrategematon. v. Altioris. in antiquis exemplaribus habetur tutioris, & caſtigatius. Prodigiorum interprete. Cic. de diuina. lib. priore. Huic inquit interpretes portẽtorum, qui Galeatæ, tum in Sicilia nominabantur, reſponderunt, ut ait Philiſtus &c. Sed eorum uatũ nomẽ apud eũ deprauatũ corrige monitu Parrhaſii Galeotæ: nam Stephanus ait πανδ'αν τι γελοιοτατ μαντις ουδεις ειπεν. Aliqui tradunt inquit Galeotas in Sicilia uates eſſe. Sed hæc a Parrhaſio diſtinctius epiſtolicarum. q. iiii.

OLIVERIVS.

AT Carthaginienſium dux. Amilcar Pœnorum dux, dum Syracuſas Siciliæ urbem clariſſimam obſideret, exiſtimauit ſe in ſomniis audiſſe uocem nunciantem, fore, ut ſequenti die Syracuſis cœnaret: quod ſomnium cum ad uictoriam pertinere arbitratus eſſet, exercitum inſtruxit ad pugnam, ut potiretur urbe, ſed forte ita accidit, ut inter Pœnos, & Siculos transfugas, qui erant in eius exercitu maxima oriretur diſſenſio: quã Syracuſani ſentientes eruptione facta Pœnorum caſtra cæpere, & Amilcarem uinctum in urbẽ traxere, ubi cœnauit captiuus: & hoc pacto impletum eſt eius ſomnium, non autem eo quo animo præſumpſerat. Inter Siculos uel qui transfugerant, uel certe qui cum Carthaginienſibus ſocia arma coniunxerant, & confœderati erant. Magis ſpe. quia credebat ſe uictorem cœnaturum, ſed uictus cœnauit.

ASCENSIVS.

AT Carthaginienſium dux. Recitat ſomnium Amilcaris ducis Carthag. non ſatis fœliciter ab eo interpretatum: nam cum ſibi promiſſum ſomniaſſet, ſe poſtridie eius ſomnii Syracuſis cœnaturum, urbem ex eo ſomnio capere ſperans, ipſe captus in ea cœnauit. Ordo eſt. At. i. econtrario, q. d. non ſimili euentu Amilcar dux Carthaginien. credidit exaudiſſe, id eſt, manifeſte audiuiſſe, iter ſomniũ. i. ſomniãdo, cũ obſideret Syracuſas urbẽ primariam Siciliæ, uocem nunciantem, futurum ſup. eſſet, ut cœnaret proximo die in ea urbe, quam obſidebat. Igitur ipſe lætus perinde, id eſt, ſimiliter ac. i. ac ſi uictoria promiſſa ſupp. eſſet diuinitus. i. a deo (poſſunt tamen ſine uerbo dici ablatiui in deſignatione ſequele poſiti) comparabat. i. cõgregabat, aut inſtruebat exercitũ pugnæ. i. ad pugnã cõtra Syracuſanos. In quo. ſ. exercitu collecto ex Siculis, qui partes Carthagin. fouebant, & ex Pœnis, diſſenſione orta inter Siculos, & Pœnos, quia neutri alteris parere uolebant Syracuſani uidentes exercitus diſſenſionẽ, caſtris eius. ſ. Amilcaris oppreſſus. i. poſt q̃ oppreſſerant caſtra eius, ſubita irruptione, quam faciebant, egreſſi portis, pertraxerũt ipſum. ſ. Amilcarẽ, uinctum, intra mœnia. Itaq;. i. & ſic ipſe deceptus magis ſpe, quam ſomnio: non enim falſum erat ſomnium, ſed ultra ſpes eius fecit ipſum falſo interpretari: cœnauit Syracuſis. i. in Syracuſanorum urbe, captiuus, non uictor, ut præſumpſerat, id eſt inaniter perceperat, animo, id eſt opinione. Vbi quod Valla diligenter ſcripſit, meminerit lector præſumptio, & præſumptuoſus, item præſumere a doctis fere nunquam accipi in uulgata ſignificatione.

OLIVERIVS.

ALCIBIADES quoq; miſerabilem. Lyſander Lacedæmonius Athenienſes diu obſeſſos, tandem in ſuam poteſtatem redegit, & omnem reip. ſtatum permutauit, impoſitis triginta prætoribus, qui in totidem euaſere tyrannos, quorum primus Critias fuit, qui cum uideret Alcibiadem plurimum gratia, & autoritate ualere apud Pharnabazum Perſarum regem, ſcripſit Lyſandro, niſi daret operã, ut de medio tolleretur Alcibiades, nihil eorum, quæ Athenis conſtituerat, ratum fore. Lyſander ubi hoc cognouit miſit ad Pharnabazum nuncium, qui diceret Lacedæmones renunciare illi ſocietatem, quæ cum rege erat, niſi uel mortuum, uel uiuum ad ſe mitteret Alcibiadem. Pharnabazus clementiam, & fidem ſuam maluit quam opes regias minui. Itaq; duos miſit, Fuſimenum, uel ut alii Suſametrem & Bagoum, qui Alcibiadem interficerent. Hi cum non auderent ferro aggredi uirum fortiſſimum, ligna intulerunt, & tuguriũ, in quo cum amica quadam erat Alcibiades, incenderunt. Ille ſtrepitu flammæ excitus ueſtimenta omnia ſuper ignem iniecit, & cum familiari ſeruo, & amica euaſerunt: ſed tandem a multitudine militum occiditur: tum mortuum mulier ueſte ſua opertum cremauit incendio tugurii. De hoc uiro dicetur in cap. de mutatione caſus, & fortunæ. Alcibi... dis mor...

ASCENSIVS.

ALCIBIADES &c. Ordo eſt. Alcibiades quoq;, id eſt etiã. q. d. non modo Amilcar, ſed & Alcibiades Athenien. ſpeculatus eſt. i. uidit imagine. i. repreſentatione nocturna. i. facta per quietem, haud. i. non fallaci, quia ita euenit ut ſpeculatus eſt, ſed forte non ita, ut ſperauerat. Enim pro quia, ipſe interfectus, & iacens inſepultus, ſic derelictus ab interfectoribus miſſis a Pharnabazo, contectus eſt. i. coopertus, & in rogum miſſus eodem pallio amicæ ſuæ. i. concubinæ, quo pallio ipſe dormiens uiderat ſe opertum. Somniauerat enim q̃ amica ſua ſe nudum pallio ſuo cooperiret, quod ad illam ingreſſus illi narrauit: ſed cũ tuguriũ incenſum eſſet a percuſſoribus, & tamen elapſus eſt, in fuga oppreſſus, & iterfectus, tãtiſper inſepultus iacuit, donec amica eodẽ incẽdio elapſa, ipſa, ipſum pallio ſuo cooperiret.

Oliuerius.

OLIVERIVS.

¶PROXIMVM ſomnium. Excuſat prolixitatem ſomnii, quod narraturus eſt, quod Cic. lib. de diui. ita prodit. Cum duo quidam Archades familiares iter una facerẽt, & Megaram ueniſſent, ad Cauponem alterum diuertiſſe ferunt, alterum ad hoſpitem, qui cum cœnati quieſcerẽt, cõcubia nocte uiſum eſſe in ſomniis ei, qui erat i hoſpitio, illum alterum orare, ut ſubueniret, ꝙ ſibi a Caupone pararetur interitus, eum primo perterritum ſomnio ſurrexiſſe, deinde cum ſe collegiſſet. Idq; uiſum pro nihilo habẽdum eſſe duxiſſet, recubuiſſe, tum ei dormiẽti eũdem illum uiſum eſſe rogare, ut quoniã ſibi uiuo nõ ſubueniſſet, mortem ſuam, ne inultam eſſe pateretur, ſe interfectum in plauſtrũ eſſe a Caupone coniectum, & ſupra ſtercus iniectum, petere ut mane ad portam adeſſet, priuſq̃ plauſtrũ ex oppido exiret, hoc uero ſomnio eum commotum, mane bubulco p̃ſto ad portã fuiſſe, quæſiſſe ab eo, quid eſſet in plauſtro, illum perterritum aufugiſſe, mortuum, erutũ eſſe, Cauponem re patefacta pęnas dediſſe, quid hoc ſomnio dici diuinius poteſt? Euidentiam. quia adeo perſpicuum eſt, ut non ſit prætermittendum. Megaram. urbem Græciæ, & eſt nominatiuus huius nominis Megara formatus ab accuſatiuo græco ſicut cratera. Circũuento. decepto. Diuerſabatur. Hoſpitabatur: nã diuertere eſt ad diuerſa uertere, ſeu deuia in hoſpitium, unde diuerſorium locus, ad quem de uia diuertimus. ſ. domus hoſpitalis. Dãnauit. quia ſeipſum accuſabat, ꝙ eiuſmodi ſomniis crederet. Necis ſaltem ultionem, ne centũ erraret annos quia inulti, & inſepulti centũ errabant annos. Vir. centũ errant annos, uolitantq; ea flumina circũ. Luc. Vmbraq; erraret craſſus inulta. Capitale. q̃a magiſtratibus trad dit ut cũ capite punirent.

Diuertere

qui in hoſpitio erat, quo uiſo, id eſt ſomnio excitatus, ſcilicet is, qui in hoſpitio erat, proſiluit ſcilicet extra hoſpitium & conatus eſt petere i. adire tabernam, in qua is. ſ. alter diuerſabatur. Deinde damnauit. i. reprobauit propoſitum ſuum humaniſſimum. i. pietate humana digniſſimum tanquã ſuperuacuum, fato eius. ſ. comitis ſui peſtifero, id eſt, letali illi, & repetit lectum, ac ſomnium, tũc idem. ſ. comes, oblatus, & ſaucius, id eſt uulneratus in necem uſque obſecrauit. i. obſacra rogauit, ut ipſe qui neglexiſſet ferre uitæ ſuæ auxiliũ non negaret ſaltem neci. i. cędi ultionem. Enim pro quia, ſup. dixit, corpus ſuum trucidatum. i. truculenter cæſum a Caupone. i. domino tabernæ, ferri plauſtro. i. uehiculo, maxime. i. præcipue tum, id eſt, eo tempore, quo hæc dicebat, ad portam coopertum ſtercore, id eſt, fimo immundo, ut nemo quęreret quid ueheret. Is ſup. qui in hoſpitio erat compulſus tam conſtãtibus pręcibus familiaris ſui, cucurrit protinus, id eſt, eueſtigio ad portã, & comprehendit plauſtrum. i. currum, aut uehiculum, quod demonſtratum erat in quiete, & p̄duxit. ſ. criminando ipſum apud iudices Cauponem ad ſuppliciũ capitale, id eſt, mortale, quod de co ſic conuicto ſumptum eſt.

DE DVOBVS ARCADIBVS.

Proximum ſomnium & ſi paulo eſt longius: propter nimiam tamen euidentiam ne omittatur, impetrat. Duo familiares Arcades iter vna facientes, Megaram venerunt: quorum alter ad hoſpitem ſe cõtulit: alter in tabernam meritoriã diuertit. Is, qui in hoſpitio erat: vidit in ſomniis comitem ſuum orantem, vt ſibi Cauponis inſidiis circumuento ſubueniret: poſſe enim celeri eius accurſu ſe imminẽti periculo ſubtrahi quo viſo excitatus proſiluit: tabernamq; in qua is diuerſabatur: petere conatus eſt. Peſtifero deinde fato eius humaniſſimũ propoſitum tanquam ſuperuacuum damnauit: & lectum, ac ſomnũ repetiit. Tunc idem ei ſaucius oblatus obſecrauit, vt qui vitæ ſuæ auxiliũ ferre neglexiſſet; neci ſaltem vltionem non negaret. Corpus enim ſuum a Caupone trucidatum, tum maxime plauſtro ferri ad portam ſtercore coopertum. tam conſtantibus familiaris precibus compulſus, protinus ad portam cucurrit: & plauſtrũ, quod in quiete demonſtratum erat: comprehendit: Cauponemq; ad capitale ſupplicium perduxit.

DE MIRACVLIS. CAP. VIII.

Multa etiam interdiu, & vigilantibus acciderunt, perinde ac tenebrarum, ſomniiq; nube inuoluta: quæ quia vnde manauerint, aut qua ratione conſtiterint: dignoſcere arduum eſt: merito miracula vocentur. Quorum e magno aceruo i primis illud occurrit. Cum apud lacum Regillum Aulus Poſthumius Dictator, & Thuſculanorũ dux Manilius Octauius magnis viribus inter ſe concurrerent: ac neutra acies aliquandiu pedem referret: Caſtor, ac Pollux Romanarum partium propugnatores viſi, hoſtiles copias penitus fuderunt.

THEOPHILVS.

¶MEGARAM. Megara ciuitas ad Iſthmum mediis Atticæ, Bœotioq; finibus, in umbilico Peloponneſi, nomẽ habuit a Megareo, quem genuit Apollo, uel Aegeus ex Pandio ne natus Erecthei filio, cui pater extitit Vulcanus, uel ab aſperitate regionis, ut alii ſentiunt. Hæc ex Strabone, Pauſaniaq;, & Stephano, quæ tunc a nominatiuo formaretur ſi Megar in eo caſu dici poſſet, id quod apud autores inuenit nemo.

OLIVERIVS.

¶MVLTA etiam interdiu, & uigilantibus. Tranſit ad capitulum de miraculis, quæ uelut ſomniis cæcitatis nube adumbrata hominibus apparuerunt: nam miracula ſunt cognitu difficillima, ſicut ſomnia, ſunt autem miracula quæcunq; præter naturæ uſum eueniunt. Conſtiterint. Qua ratione facta ſint, & euenerint. Cũ apud lacũ. Hãc hiſtoriã Liu. lib. ſecũdo commemorat: de miraculo uero nullã prorſus mentionẽ facit, tantũ dicit ædẽ Caſtori dictatorẽ uouiſſe, nec id affirmat, ſed ita fieri dicit. Plutarchus uero, & Cic. autores ſunt, ꝙ dum Romani cum Tuſculanis bellum haberent, duce Aulo Poſthumio dictatore, & apud Lacum Regillum pugna commiſſa ad multũ diei tracta foret, & in neutram partem uictoria inclinaret, uiſi ſunt Pollux, & Caſtor pro Romanis fortiter pugnare, qui copias hoſtium penitus profuderunt. Dio. lib. vi. poſt pugnæ narrationẽ. In hac, inquit, pugna dicitur Poſthumio dictatori, & qui cum eo erant i acie equitibus apparuiſſe duos iuuenes, & forma magnitudine longe ſuperiores uiris, quos nunc noſtra natura nutrit, pubeſcereq; incipientes, ducentes equitatum Roma. & qui obuiam Latinorum irent ferientes haſtis, propellentesq;, & cohortantes ſocios, poſtq; fuga Latinorum captionemq; caſtrorum ſuorum inclinante iam die in ueſperis uiſi eſſe in Romano

Miracula

Caſtor & Pollux i acie Ro. pugnãt

ASCENSIVS.

¶PROXIMVM &c. Textus eſt apertus, & lectu iocũdus. Ordo tamẽ ne quis eum deſyderet eſt. Somniũ proximũ. i. qđ proximo loco narrabit, & ſi. i. q̃q̃ eſt longus. ſ. quã par ſit paulo. i. modico. i. licet ſit aliquantulũ prolixũ, tamẽ impetrat. i. obtinet ne omittatur ꝓpter euidentiã, quia tam euidens, & manifeſtũ eſt. Duo Arcades familiares iter faciẽtes. i. euntes, aut eũdo una. i. pariter, uenerunt Megaram. i. in eam urbem, quorum alter contulit ſe ad hoſpitem. i. amicum cum quo hoſpitalitatem habebat: eam autem eſt, ut gratis reciperent, & reciperẽtur hoſpites mutuo, quoties alter ad alterius ſe diuerteret ædes, alter. i. reliquus, qui non habebat illic hoſpitẽ, diuertit in tabernam meritoriam. i. mercede recipientem aduenas, hinc forte tractum eſt, ꝙ taberna uulgo pro Caupone accipiatur, cum ſit ex tabulatis, & aſſeribus conſtructa potius ad uendendas res, q̃ ad recipiendos hoſpitio homines apta. Is qui erat in hoſpitio uidit in ſomniis comitem ſuum, id eſt, ſocium itineris orãtem, ut ſubueniret ſibi circumuento inſidiis Cauponis: enim pro quia, dixit ſupp. ſe poſſe ſubtrahi periculo imminenti, quia Caupo parabat eum iugulare, & paulopoſt iugulauit, celeri accurſu eius, ſcilicet

fore eodem habitu adoleſcentes dicuntur duo bellicas induti ſe nas proceriq; , & pulcherrimi, eandem habentes ętatem, faciemq; ſeruantes, tanq̃ redeūtium ex prælio, ſpecie pugillum, equosq; madidos ſudore adducentes, aſcendentemq; aiunt de inde utrunq; equos abluere ad ſcaturiginem, quæ manat iuxta templum Veſtæ, lacum faciēs profundum peruium, multis curſitatibus, & ſiquid eſſet ab exercitu noui diſcere poſtulātibus narraſſe eos pugnā, ut fuerat, & q uiciſſent Romani nūciaſſe, diſcedenteſq; inde dicunt eos ex foro a nemine uiſos amplius. die poſtero acceptis literis a dictatore cognouerunt de apparitione numinum in prēlio, & eos fuiſſe Caſtoris, & Pollucis ſimulachra.

DE P. VATINIO.

Item bello Macedonico P. Vatinius, Reatinæ præfecturæ vir, noctu vrbē petens, exiſtimauit duos iuuenes excellentis formæ, albis equis reſidentes, obuios ſibi factos nūtiare: die, q præterierat, Perſen regem a Paulo captum. quod cum. ſenatui indicaſſet: tanq̃ maieſtatis eius, & amplitudinis, vano ſermone contemptor in carcerem coniectus. poſtquam Pauli literis illo die Perſen captum apparuit: & cuſtodia liberatus, & inſuper agro, ac vacatione donatus eſt. Caſtorem vero, & Pollucem, etiam illo tempore pro imperio P. R. excubuiſſe cognitum eſt: quo apud lacum Iuturnæ, ſuum, equorumq; ſudorem abluiſſe viſi ſunt. Iunctaq; fonti ædes eorum, nullius hominum manu reſerata patuit.

ASCENSIVS.

¶MVLTA etiam &c. Trāſit ad narranda miracula, q̃ prę ſertim uigilantibus diuina, nō humana ope uiſa ſunt, unde magis Stoice, q̃ Epicuriee ſenſit. Epicurei enim negabant deum curare mortalia. Aut quicquam miraculi in terris facere, unde Horatius de miraculo, quod circa thus liqueſcens per ſe in aris aeri dicebatur, dicit ſermonum lib. i. Credat iudæus appella, Non ego, namq; deos didici ſecurum agere æuum, Nec ſiquid miri faciet natura deos id. Triſtes ex alto cæli dimittere tecto &c. Ordo textus nunc eſt. multa etiam acciderunt inter diu, id eſt, durante die quaſi intra diem, & uigilantibus, & ita licet iam nocte, q̃ interdiu tamen non ſomniantibus, ut ſuperioribus, perinde ac, ideſt non aliter, quam ſi fierent inuoluta nube tenebrarum, & ſumma, quę quia arduum, id eſt, difficile eſt dignoſcere, ideſt diſcernendo noſcere, unde emanauerint, ideſt orta ſint, aut qua ratione conſtiterint, ideſt facta ſint, uocentur merito miracula, quorum, ſcilicet miraculorum illud, quod proxime ſequetur, occurrit ſcilicet memoriæ, in primis e magno aceruo, ideſt cumulo exemplorum: deinde incipiens narrare dicit. Cum &c. Recitat miraculum Caſtoris & Pollucis. ordo eſt. Cum Aulus Poſthumius dictator, ideſt ſummo illo magiſtratu, a quo non licebat prouocare, ſed audiendum erat eius dicto, fungens, & Octauius Manilius dux Tuſculanorum, concurrerēt inter ſe magnis uiribus, ac neutra acies, neq; Romani dictatoris, neq; Tuſculani ducis, referret. i. retro ferret, recipiendo ſe in caſtra, pedem, ſcilicet ſuum, aliquandiu, id eſt, perpluſculum temporis. Caſtor & Pollux, dii illi ex fratribus geminis facti, uiſi, id eſt, apparentes, pro pugnatores, id eſt, defenſores partium Romanarum, fuderunt .i. proſtrauerunt penitus copias hoſtiles, utpote Tuſculanas.

OLIVERIVS.

¶ITEM bello Macedonico P. Vatinio. Cicero libro de natura deorū. Et in noſtro, inquit, populo, & in cæteris deorum cultus, religionumq; ſanctitates exiſtūt in dies maiores, atq; meliores, idq; euenit non temere, nec caſu, ſed quod etiam præſentiam ſuam diui declarant, ut apud Regillum bello Latinorum, cū Poſthumius dictator cū Octauio Mālio Tuſculano p̄lio dimicaret, in noſtra acie Caſtor & Pollux ex equis pugnare uiſi ſunt, & recenti memoria iidem Tyndaride Perſen uictum nunciauerunt. P. Vatinius auus huius adoleſcentis, cū ei p̄fectura Reatina Romam uenienti noctu duo iuuenes in equis albis dixiſſent regē Perſen illo die captum, ſenatui nunciaſſet, primo quaſi temere reipub. locutus eſſet, in carcerem coniectus eſt. Poſtea a Paulo literis allatis, cum idem dies conſtitiſſet, & agro a ſenatu & uacatione donatus eſt, nec illud prætermittam, licet nō ad rem, ſed quia ſimile eſt huic, quo tempore Cato erat. Vticæ quidam nocte ueniens nunciauit Catoni die tertia ante cōmiſſum certamen caſtra Scipionis capta fuiſſe, Cæſaremq; uictorem Scipionem, & Iubam cum paucis euaſiſſe, reliquas copias funditus deletas: hoc legitur in uita Catonis. Reatinæ prę fecturę. quia præfectus erat Reati, ac ſi diceres præturæ Vicentinæ, erant quędam prę fecturæ, ad quas mittebantur a prætore urbano præfecti, ut Fundi, & Formiæ Ceræ, Priuernum, Anagnia, Reate, Norſia, Arpinum, & alia. Paulo ſcilicet Aemilio, de quo ſupra dictum eſt in capitulo de Ominibus. Vacatione. Immunitate, & ut uulgo dicitur exemptione. Lacum Iuturnę. Nymphę. Iuturna fons iuxta Numicū fluuium dictus, ut quidā uolunt a Iuturna Turni ſorore quæ a Ioue compreſſa immortalitate donata eſt, & Numici fluminis Nympha facta, iuxta hunc fontem ædes erat Caſtoris & Pollucis. Iuncta haud procul erat a fonte templum, qđ ſpōte ſua uiſum eſt aperiri.

ASCENSIVS.

¶ITEM bello Macedonico. Narrat ſecūdum miraculum, quod per eoſdem contigit, dicens. Item Publius Vatinius uir præfecturæ Reatinæ, ideſt unus eorum qui Reati præfecti erant petens bello Macedonico, ideſt quo tēpore P. Aemilius Perſam regē Macedoniæ bello petiit, petens dico noctu urbem, ſcilicet Romam exiſtimauit duos iuuenes excellentis formæ, ſcilicet Caſtorem, & Pollucem, licet eos non agnouit, reſidentes ſup. in equis albis, & ſupple factos obuiam ſibi, nunciare Perſen regem, ſcilicet Macedoniæ, de quo in titulo de Omine dictum eſt, captum die, qui prætererat, ſcilicet proxime, a Paulo ſcilicet Aemilio. Quod, ideſt quam rem cum indicaſſet ſenatui, ſcilicet Romano, ideſt ordini ſenatorum, coniectus in carcerem, tanquam contemptor maieſtatis, & amplitudinis eius, ſcilicet ſenatus, ſermone uano, ideſt mēdaci, & futili, quale & ſenatui allatum non decuit, poſtquam apparuit literis, ideſt per literas, Pauli ſcilicet Aemilii ad hoc miſſas, Perſen captum illo die, qua Vatinius indicauerat, ipſe Vatinius, & ideſt ſimul liberatus eſt cuſtodia, id eſt carcere noxiorum, & donatus eſt inſuper, ideſt ſupra liberationem agro, ac uacatione, ideſt immunitate, & exemptione ab omni onere publico. Caſtorem uero &c. Affert tertium exemplum de iiſdem: locutum autem de Caſtore & Polluce, indicat particula etiam, quæ conſociatiua eſt. Atq; ita tertium traditur de illis exemplum. In quo mirari poſſis cum Græci ſint quomodo Romanis, qui ex Troianis traxerunt originem toties opitulati ſint. Verum facile poſſit occurri, inter deos non eſſe ſimultātem, niſi Homerus, & cum inſecutus Maro etiam deorum contentiones uſque ad uulnera interdum inducant. Nam Venerem uulneratam dicunt, dum filio ſuppetias ferret, unde illud Aeneid. x. in perſona Veneris, mea uulnera reſtant. Verum dicerent, Homerum, & cæteros poetas in talibus figmentis hominum mores per deos exprimere uoluiſſe, quos & præſens miraculum imitandos innuit. Nam ſi aut ueros deos, aut immortales, & in plures effectos credas, unde illis ſudor, de quo iam dicemus. Vtcunq; autem eſt cōſtat Romanis perſuaſum eſſe Caſtorem & Pollucem illis auxiliares ſæpe fuiſſe, unde eos Horatius inuocat: Sic fratres Helenæ, & cætera. unde ordo eſt. Vero pro ſed, cognitum eſt Caſtorem, & Pollucem excubuiſſe, ideſt uigilaſſe pro imperio Populo Romano, etiam illo tempore, quo uiſi ſunt abluiſſe ſudorem ſuum, & equorum ſupple ſuorum ex recēti pugna pro Romanis obita, apud lacum Iuturnæ, ſcilicet Nymphæ, cuius lacus erat apud Numicum fluuium, & ædes eorum, ſcilicet Caſtoris & Pollucis, iuncta, ideſt proxima fonti, ſcilicet Iuturnæ, patuit reſerata nullius hominum manu, ſed ſupple deorum, qui tamen credebantur homines fuiſſe. Sed mire dicit, cum homines neget ſudaſſe: non enim dii quantumuis ſtrenuam nauarent operam, ſudarent, niſi dicas ſudorem illum non fragilitatis, aut agitationis nimie cauſa apparuiſſe, ſed ut ex eo Romani ſcirent, quam acriter pro ſe dii illi certarant.

THEOPHILVS.

¶REATINAE præfecturæ uir. non ex magiſtratu, ſed oppido Reate, quod erat præfectura, de cuius ſignificatu plura Ianus in commentaria Cæſar. & Liuius diſputauit ex

Hygini

Hygini conſtitutionibus, & aliis autoribus qui nondum prodierunt in uulgus.

DE PESTILENTIA.

Sed vt cæterorum quoque deorum propenſum huic vrbi numen exequamur: triennio continuo vexata peſtilentia ciuitas noſtra, cum finem tanti, & tam diuturni mali, neq; diuina miſericordia, neque humano auxilio, imponi videret: cura ſacerdotum, inſpectis Sibyllinis libris, animaduertit, non aliter priſtinam recuperari ſalubritatem poſſe, q̃ ſi ab Epidauro Aeſculapius eſſet accerſitus. Itaq; eo legatis miſſis, vnicam fatalis remedii opem autoritate ſua, quæ iam in terris erat ampliſſima, impetraturam ſe credidit: neq; eam opinio decepit: pari nanq; ſtudio petitum, ac promiſſum eſt præſidium: e ueſtigioq; Epidauri, Romanorum legatos in templum Aeſculapii, quod ab eorum vrbe quinque millibus paſſuum diſtat, perductos: vt quicquid inde ſalubre patriæ laturos ſe exiſtimaſſent, pro ſuo iure ſumerent benigniſſime inuitauerunt: quorum tam promptam indulgentiam, Numen ipſius Dei ſubſecutum, verba mortalium, cæleſti obſequio comprobauit: Siquidem is anguis, quem Epidaurii raro, ſed nunq̃ ſine magno ipſorum bono viſum, in modum Aeſculapii venerati fuerunt, per vrbis celeberrimas partes mitibus oculis, & leni tractu labi cœpit, triduoq; inter religioſam omnium admirationẽ conſpectus, haud dubiam præ ſe appetitæ clarioris ſedis alacritatem ferens, ad triremem Romanam perrexit: pauentibusq; inuſitato ſpectaculo nautis, eo, conſcendit, vbi Quinti Ogulini legati tabernaculum erat, inq; multiplicem orbem, per ſummam quietem eſt conuolutus. Tum legati perinde, atq; exoptatæ rei compotes, expleta gratiarum actione, cultuq; anguis a peritis excepto, læti inde ſoluerunt: ac proſperam emenſi nauigationem, poſtquam Antium appulerunt: Anguis, qui vbiq; in nauigio remanſerat, prolapſus in veſtibulũ ædis Aeſculapii, Myrto frequentibus ramis diffuſæ, ſupereminentem excelſæ altitudinis palmam circundedit: perq; tres dies poſitis, quibus veſci ſolebat, non ſine magno metu legatorũ, ne in triremem reuerti nollet, Antienſis templi hoſpitio vſus, vrbi ſe noſtræ ad vehẽdum reſtituit, atq; in ripam Tyberis egreſſis legatis, in inſulam, vbi tẽplum dicatum eſt, tranſnauit: aduentuq; ſuo tempeſtatem cui remedio quæſitus erat, diſpulit.

OLIVERIVS.

¶SED Vt cæterorum. Hoc miraculum & a Liuio primi punici belli libro primo memoriæ proditũ fuit, qui quoniã nõ extat, breuiter ab aliis ſic tradit. Romani ad peſtilentiã, reſpõſo monente, ad Aeſculapium Epidauro accerſendum decẽ legatos principe Q. Volumnio, uel potius Vgolino miſerunt, qui cum eo aduenissent, & ſimulachrũ ingẽs mirarentur, anguis e ſedibus ſuis elapſus uenerabilis, non horribilis per mediam urbem, cum admiratione omnium ad nauem Romanam perrexit, & ſe inuolutum tabernaculo conſpirauit, legati eum uehentes Antium prouecti ſunt, ubi per molliciem maris anguis proximum Aeſculapii fanum petiit, & poſt paucos dies ad nauem redit cũ aduerſo Tiberi ſubueheretur in proximam inſulam deſiluit, ubi templum ei conſtitutum, & peſtilentia mira celeritate ſedata eſt. Auguſtinus de ciuitate dei libro tertio. Aeſculapius, inqt, ab Epidauro Romam abluit, ut peritiſſimus medicus in urbe nobiliſſima artem glorioſius exerceret. Ouidius libro ultimo Metamorpho. hanc late deſcribit hiſtoriam, ſiue fabulam. Propenſum. Inclinatum, extẽſum. Humano conſilio. Quia humana remedia nõ proficiebãt, nec ulla in parte iuuabant ab Epidauro. De quo ſatis ſupra

Fatalis

dictum eſt. Fatalis. ſalubris, hoc loco in quo ſalus Po. Roma. poſita foret. nam fatalis interdũ mortalis dicitur, ut Virgil. Scandit fatalis machina muros. Autoritate ſua. Quanquã nulla eſſet populo Romano cum Epidauriis amicitia, neque ſocietas. Pari namq;. Non minus ſtudioſe, inquit, Epidaurii cõceſſerũt, q̃ Romani petierũt. Præſidium. Subſidiũ, auxiliũ, ſed inter præſidium auxiliũ, & ſubſidiũ hoc intereſt, q. præſidiũ alteri loco impoſitũ utile ſit, ut milites in arce collocati præſidium dicitur, & datur uel imponitur ſemper præſidium a potentioribus, auxiliũ ab externis ſubſidium, quod poſtea inuenitur, & a minoribus datur, ſed confunditur iſta proprietas, & aliud pro alio ſæpiſſime ponit. Salubre. q. patriæ ſalutem afferret. Quorum tam promptã. Quia non minus ipſe deus uiſus eſt conceſſiſſe Romanis, quã ipſi Epidauri conceſſerant. Mitibus oculis. Quaſi boni aliquid Romanis promitteret. Leni tractu. Placido, non impetuoſo, manſueto, ut appareret felicitatem afferre Romanis. Præſeferens. Oſtendens: dicimus enim præmefero, prætefers, præſefert. oſtẽdo, dis: nam qui ante ſe aliquid portat, illud ſine dubio oſtendit. Pauentibus. Cum omnes terrore perculſi eſſent, & legati in primis tam nouo miraculo, ille recta uia peruenit ad tabernaculum Quinti Ogulini, & in eo quaſi ſua ſede cõſtitit: locus autem ille dignior erat in triremi Romana. Multiplicem orbem. in multas ſpiras, giros ſignificat autem longitudinem ſerpentis, qui multipliciter inuolutus eſt. Perinde atq;. Tanquam propoſiti ſui compotes. Antium, Volſcorum ciuitas Antium

fuit, a qua oriunda fuit Camilla Volſcorum regina, diſtat ab Hoſtia, teſte Strabone, ſtadia cc. & lx. In ueſtibulo ædis. quia templum Aeſculapii erat in littore haud procul ab Antio. Myrto. Myrtus erat den- Myrtus

ſis ramis: eſt autem arbor Veneri conſecrata, unde Virgil. Veneri gratiſſima myrtus. Tyberis inſulam. Exactis regibus, ſenatus cenſuit eorum bona populo diripienda tradere, ut ea præda coactus populus reges poſtmodum recipere non auderet: erat autem ager haud procul ab urbe regibus deſtinatus, quem Græci ἀρειάγιον uocant, qui Marti conſecratus, Martius deinde campus dictus eſt, forte ita accidit ut cum e ciuitate reges eiicerentur, læta ſeges in agris eſſet, quę regibus dedicata erat uerum tanto odio Romani flagrabant reges, ut omnia, quę regum forent, diripienda, & deſtruenda cenſerent: hanc igitur ſegetem, quia ueſci equos, aut homines nefas eſſe ducebant, cum corbibus meſſem in profluentem deiecerunt, cuimus etiã ſegetis, obice neſcio qua in medio alueo retentus circuit ad eam planiciem, ut longo tempore poſt ſoli data area ibi fierent ædificia, ubi etiam templum Aeſculapii cõditum eſt, & hunc locum inſulam appellarunt, teſtis eſt Ouidius libro ultimo Metamorpho. Scinditur in geminas partes circumfluus amnis, Inſula nomen habet, Liuius de bonis regis, quæ reddenda ante cenſuerant, res integra defertur ad patres, ibi uicta ira uetuere reddi, uetuere in publicum redigi, diripienda plebi ſunt data, ut contacta regia præda, ſpem in perpetuum cũ his pacis amitteret ager Tarquinorũ qui inter urbẽ, & Tyberim fuit conſecratus Marti, Martius deinde cãpus fuit, forte ibi tamẽ ſeges farris dicitur fuiſſe matura meſſi, quem campi fructum quia religioſum erat conſumere, deſectam cum ſtramento ſegetem, magna uis hominum ſimul immiſſa corbibus fudere in Tyberim, tenui fluentem aqua, ut mediis ſolet caloribus, ita in uadis hæſitantis frumenti aceruos conſediſſe illitos limo, inſulam deinde paulatim, & aliis, quæ fert temere flumen eodem inuectis factam poſtea additas credo moles manu quoq; adiutum, ut tam eminens area, firmaq; templis quoq;, ac porticibus ſuſtinendis eſſet. Tempeſtatem. peſtem.

DE FVRIO CAMILLO.

Nec minus voluntarius in vrbem noſtrã Iunonis trãſitus. Captis a Furio Camillo Veiis, milites iuſſu imperatoris ſimulachrũ Iunonis Monetæ, quod ibi pcipua religione cultũ erat, in vrbem tralaturi, ſede ſua mouere conabãtur: quorũ ab vno p iocũ interrogata Dea, an Romã migrare vellet: velle ſe reſpõdit. Hac voce audita, luſus in admirationem verſus eſt. Iamq; nõ ſimulachrum, ſed ipſam cælo Iunonẽ petitã, portare ſe credẽtes, læti ĩ ea parte Auẽtini mõtis, in qua nunc templũ eius cernimus, collocauerunt.

ASCENSIVS.

SED ut cæterorũ quoq; &c. Ergo, hactenus locutus eſt de miraculis Caſtoris & Pollucis. Nunc uero exemplum affert de Aeſculapio, qui in ſerpentina facie conſpectus & Romam (aut eius loco malignis ſpiritus) delatus peſtilentiam ſedauit, quæ aut ſua ſponte erat ceſſatura, aut non amplius a dæmonis ipſis excitãda. Ordo eſt. Sed ut nos exequamur .i. ex ordine narremus, numen .i. diuinam potentiam, quoq; .i. etiam cæterorũ deorum, propenſam .ſ. propitiã & inclinatam huic .i. noſtræ urbi .ſ. ad auxilium, & defenſionem Romæ. Ciuitas noſtra .i. Romana, quia Romanus eſt qui loquitur, uexata .i. grauiter infeſtata, triennio .i. ſpatio trium annorum, continuo .i. non interrupto peſtilentia .i. pernicioſiſſimo illo morbo, cũ ipſa ciuitas uideret finem tanti, & tam diuturni mali, neq; imponi miſericordia diuina .i. p miſericordiã dei, neq; auxilio humano, ut opere medicorũ. Cura (ſi eſt nominatiui caſus ordo eſt) ſacerdotũ animaduertit .i. cõſiderauit libris Sybillinis lectis .i. poſtq̃ legerat libros Sibyllinos, in qbus cõtinebantur facta Romana. aut ſi ablatiui caſus eſt, ordo eſt. Ciuitas animaduertit cura .i. per diligentiã ſuã inſpectis libris Sibyllinis, ſalubritatem priſtinam .i. prioris ſtatus eorum, nõ poſſe recuperari aliter q̃ ſi Aeſculapius, qui Apollinis filius propter peritiam medicinæ, dum uiueret, habitus eſt, acceſſitus .i. uocatus Romam, ab Epidauro. Itaq; .i. & ita legatis miſſis eo, uidelicet Epidaurum, ciuitas ſup. noſtra .i. Romana, credidit ſe impetraturam autoritate ſua .i. per, aut propter autoritatẽ ſuam, quæ erat ampliſſima in terris, unicam .i. ſingularem opem remedii fatalis .i. a fatis ad hoc ordinati, uidelicet acceſſum Aeſculapii ad urbem. Neq; opinio decepit eam .ſ. ciuitatem Romanam. Namq; pro quia, præſidium .i. protectorium ciuitatis Aeſculapii numen, eſt petitum .ſ. a Romanorum legatis, ac promiſſum .i. ab Epidauriis, pari .ſ. æquali. ſtudio .i. opera ſtudioſa, q; pro quia, Epidaurii .i. ciues Epidauri urbis, inuitarant, aut benigniſſime legatos Romanorum perductos e ueſtigio .i. ſtatim audita petitione eorum, priuſq̃ ueſtigia mutaſſent, unde & ſtatim dictũ, q; quaſi a ſtãte, & nihil adhuc moto quid factũ, aut fieri, aut futurũ dicamus, in templum Aeſculapii, quod diſtat ab urbe eorum .ſ. Epidauriorum quinque milibus paſſuum, inuitauerunt dico .i. blande adhortati ſunt, ut ſumerent pro ſuo iure id eſt, autoritate qua pollebant, aut pro ſuo arbitrio quicquid exiſtimaſſent ſe laturos .i. portaturos in urbem ſalubre .i. ſalutiferum patriæ ſcilicet, ſuæ, hoc eſt Romæ, dicendo quicquid inuenerunt penes ſe non eſſe numen dei, ut illud traduci ſine ipſius aſſenſu poſſit, ſed ſiue ſimulachrum dei, ſiue donarium aliquod peterent, ad illos laturos. Quorum, ſcilicet, Epidauriorum indulgentiam, id eſt, conceſſionem tam promptam, id eſt, tam facilem, & paratam, numen ipſius dei, ſcilicet, Aeſculapii, ſecutum .i. ſubſecutum, aut imitans, cõprobauit, id eſt, ratificauit obſequio, id eſt, morigeratione cæleſti, uerba mortalium, ſcilicet Epidauriorũ, qui inuitauerant legatos ſumere quicquid ſalubre patriæ putarent quod non potuiſſent præſtare ſine numinis obſequio. Eſt autem obſequium ab obſequendo dictum, quando quid, quod ſua ſponte non ſequeretur, ob alterius uoluntatem, aut utilitatem ſequitur, & facit: unde illud comicum. Obſequium amicos, ueritas odium parit. Quando ergo deus, quod mortales promittunt, & efficere non poſſunt comprobat, tunc obſequium præſtat (Siquidem, id eſt, quoniam, is anguis) quem Epidaurii ſcilicet, populi, uiſum raro, ſed nunq̃ ſine magno bono ipſorum uenerati fuerunt, ſcilicet, antea in modum Aeſculapii, quia credebant in eius ſpecie Aeſculapium uideri. Cœpit labi .i. ſerpere, oculis mitibus, & ita fauorabilibus, & tractu leni, quod placati animi indicium erat, per celeberrimas partes urbis, & conſpectas triduo id eſt, ſpatio trium dierum (hoc credo autore confirmatus Valla cenſet contra Seruium per accuſatiuum temporis etiã continui non eſſe uenuſtiorẽ locutionẽ) inter admirationem omnium religioſam .i. uenerabundam, præſeferẽs .i. manifeſta geſtione indicans, & oſtentãs haud dubiam .i. certam alacritatem ſedis .i. habitationis firmæ clarioris, quia clarior multo erat Romam, q̃ Epidaurus, perrexit ad triremẽ Romanam, qua .ſ. legati aduecti fuerant, & nautis pauentibus ſpectaculo inuſitato, id eſt, ob inuſitatum, & inſuetum ſpectaculũ, anguis ſup. conſcendit eo, id eſt, in eum locum nauis, ubi erat tabernaculũ Q. Ogulini, ſeu Vgolini legati .i. principis illius legationis, & eſt obuolutus p ſummã quietem, in multiplicem orbẽ .i. ſpiram, & girum, unde oſtenditur oblongus fuiſſe. Tum legati perinde, atq; .i. tanq̃ eſſent compotes rei exoptatæ expleta actione gratiarum, quam Epidauriis egerũt, & cultu anguis .i. modo colendi anguẽ excepto .i. ſi dicatũ diſcito a peritis .i. ab iis qui bene nouerant: nam antea apparuerat Epidauriis. Vnde manifeſtũ eſt quod prius dixi, malignũ ſpiritũ in ea ſpecie in qua quia hominem decepit, damnatus eſt, uoluiſſe ab homine coli, ſoluerunt inde .i. ab littore Epidaurico læti, emenſi proſperam nauigationem .i. emetiendo mare proſpera nauigatione uſi, poſtq̃ appulerunt .ſ. triremẽ ſuam, Antiũ oppidum illud haud procul ab Roma, olim tunc ſup. anguis qui remanſerat ubiq; in nauigio, prolapſus .ſ. labendo egreſſus, circundedit in ueſtibulo ut .ſ. dicunt .i. fani Aeſculapii diffuſæ myrto, frequentibus ramis .i. habẽtis diffuſam myrtum arborem, cuius frequentes erant rami, porticu ædis circumdedit dico .i. amplexus eſt palmam .ſ. arborem excelſæ altitudinis ſupereminentem .ſ. myrtis .i. caput altius extollentem, & iis ſup. cibis, quibus anguis ſolebat ueſci (ut uerus putaretur) poſitis ſup. ante eũ per legatos per tres dies, non ſine .i. cũ magno metu legatorũ ne nollet (idẽ eſſet ſi dicatur ut nollet) reuerti in triremẽ, uſus .i. per triduũ illud hoſpitio antiati, ut illud quoq; templum religione deuinciret, reſtituit ſe ad uehendum urbi noſtræ .i. in urbẽ noſtram hoc eſt Romã, atq; legatis .ſ. Romanis, egreſſis .ſ. naui in ripã Tyberis anguis tranauit (aut antiqua orthographia tranſnauit) in inſulã .ſ. uicinam, ubi tẽplum eſt dicatum .ſ. Aeſculapio poſtea, & diſpulit ſuo aduentu tempeſtatẽ .ſ. peſtilentẽ, hoc eſt peſtilentiam ipſam, cui ipſe quæſitus erat remedium, hoc eſt effecit, pro quo faciendo acceſſitus erat.

OLIVERIUS.

NEC minus uoluntarius in urbem noſtrã Iunonis tranſitus Liui. Cũ iam humanæ opus egeſtę a Veiis eſſent, amoliri tamen deum dona, ipſoſq; deos, ſed colentium magis, q̃ rapientium modo cœpere, nãq; delecti ex omni exercitu iuuenis pure lautis corporibus, cãdida ueſte, quibus deportãda Romam regina Iuno aſſignata erat, uenerabundi tẽplum inire, primo religioſe admouentes manus, q; in ſignũ more uetuſto, niſi certę gentis ſacerdos attrectare non eſſet ſolitus: deinde cum quidã, ſeu ſpiritu diuino tactus, ſeu iuuenili ioco, uis ne Romam ire Iuno dixiſſet, annuiſſe cęteri Romani conclamauerunt, inde fabulæ adiectum eſt uocem quoq; dicentis uelle auditam motam certe ſede ſua parui momenti adminiculis ſequentis modo accepimus leuem, & facilem tranſlatu fuiſſe, integramq; in Auentinum æternam ſedem ſuam, quo uota Romani dictatoris uocauerant, perlatam ubi in templum ei poſtea idem, qui uouerat Camillus dedicauit. Iunonis Monetę. Iuno Moneta a monendo dicta eſt, ut ſentire uidetur Cice. lib. de diui. dicit enim atq; etiam ſcriptum a multis cum terręmotus factus eſſet ut ſua plena procreatio fieret, uocem ab ęde Iunonis ex arce exutiſſe, quo circa Iunonem illam appellatam Monetam.

ASCENSIVS.

NEC minus &c. Affert miraculũ, qđ ſub Camillo factũ multa a Iunone, qđ ne laboremus ſcire, quomodo fieri potuerit Liui. ſatis explicat nõ uere cõtigiſſe, ſed nutu ſimulachri cũ forte ſimul interrogaret, & moueret, inuentũ fabulæ locũ, ut dicat reſpondiſſe, uolo, mutorũ enim (ut ſunt ſimulachra) loquelę ſunt ęgrũ nutus. Autor tamẽ deam uere locutã interpretatur, quod fi eſt,

DE SIMVLACHRO FORTVNAE.

Fortunæ etiam muliebris ſimulachrum, quod eſt in Latina via ad quartum milliarium, eo tempore cum æde ſua conſecratū, quo Coriolanum ab excidio vrbis maternæ præces repulerunt, non ſemel, ſed bis locutum conſtitit, prius his verbis: Rite me matronæ vidiſtis, riteq; dedicaſtis.

DE VALERIO PVBLICOLA.

Valerio autem Publicola Cos. qui poſt exactos reges bellum cum Veientibus, & Hetruſcis geſſit: illis Tarquinio priſtinum imperium reſtituere, Romanis nuper partam libertatē retinere cupientibus: Hetruſcis, & Tarquinio in cornu dextro prælio ſuperioribus tantus terror ſubito inceſſit, vt nō ſolum victores ipſi profugerent, ſed etiam pauoris ſui conſortes ſecum Veientis traherent: cui rei pro argumento miraculum adiicitur ingens: repente vox e proxima ſylua Arſia, quæ ore Syluani in hunc pene modum miſſa traditur: Vno plus Hetruſci cadent: Romanus exercitus victor abibit. Miram dicti fidē digeſta numero cadauera exhibuere.

ſi eſt, dęmonem i ſimulachro locutum facile dixerimus. Ordo eſt. Nec. i. & non, & tranſitus Iunonis. ſ. Monetę in urbē noſtrā .ſ. Romam, non ſup. fuit minus uoluntarius immo æque uoluntarius, ac tranſitus Aeſculapii. Enim pro quia, Veii urbe potente in Italia, captis a Furio Camilio, q uir clariſſimus, & alter ab Romulo urbis conditor eſt habitus, milites. i. qui pro bello gerendo gra merebāt trāſlaturi iuſſu imperatoris in urbem noſtrā .i. Romam ſimulachrum Iunonis Monetę a monendo dictę quod. ſ. ſimulachrum erat cultum ibi. i. Veiis, præcipua religione conabantur mouere .ſ. ipſum ſimulachrum ſup. a ſede ſua ab quorum .ſ. militum, uno, dea interrogata per iocū, an uellet migrare. i. tranſire habitatum Romam, reſpōdit (ut Liui. ſentit nutu) uelle ſup. ſe Luſus. ſ. iocularis, quia non ſerio interrogauerat, uerſus eſt in admirationem, hac uoce audita, iamq;. i. & iā hoc eſt deinceps, milites ięti credentes ſe portare non ſimulachrum, ſed ipſam Iunonē petitā cælo. i. de cælo trāſlatā, collocauerūt ſup. ipſum ſimulachrum in ea parte montis Auētini in qua nos cernimus (de tēpore ſuo loquitur autor) iam enim non extat, templū eius. ſ. Iunonis. Ex his patet, Romanos, & cæteros gentiles diſtinxiſſe ſimulachra deorum ab ipſis diis, & deabus. Verū in hoc errabant, ꝙ eos, quorum ſimulachra ponebant, deos eſſe credebant, quinetiam deos fieri poſſe putabant, aut deos in ea deſcendere, ſed hæc alibi ſunt diſputanda.

OLIVERIVS.

¶FORTVNAE muliebris. Cum Coriolanus in exilium miſſus eſſet, ꝙ frumentum diſtribui populo uetaret, ad Hetruſcos profugit, & ab his imperator electus urbē magnis copiis inuaſit, & eam graui obſidione pręmebat, miſſi ſunt ad eum primo legati, qui agerēt de pace cum eo: qui nihil obtinere potuerunt: iterum idem miſſi, non recipiuntur in caſtra: miſſi deinde ſacerdotes cum infulis, æque ſine affectu redierunt. ſtupebat ſenatus, trepidabat populus, uiri ac pariter mulieres immanens exitium lamentabātur: tūc matronæ ad Veturiam matrem Coriolani, Volumniamq; uxorem frequētes coeunt, id publicum conſilium, an muliebris timor fuerit, parum conſtat, peruicerūt certe, ut & ueturia magno natu mulier, & Volumnia duos paruos ex marito ferens filios ſecum in caſtra hoſtium irent, & quā armis uiri defēdere urbē nō poſſent, mulieres precibus lachrymisq; defenderēt, ubi ad caſtra uentū eſt, nunciatūq; Coriolano adeſſe ingēs mulierū agmē, ut q nec publica maieſtate in legatis nec in ſacerdotibus tanta offuſa oculis animoq; religione motus eſt, multo obſtinatior aduerſus lachrymas muliebres erat: deinde familiariū quidā, qui inſignē mœſtitia inter cæteras cognouerat Veturiā inter nurū nepotesq; ſtantē, Niſi me fruſtrantur inqt, oculi mater tibi coniuxq; ad ſunt, & liberi. Coriolanus prope, ut amens conſternatus, a ſede ſua cū ferret matri obuię complexum, mulier in iram ex precibus uerſa, ſcire, inquit, uolo, priuſq̃ complexum accipiam, ad hoſtē ne, an ad filium uenerim captiua, mater ne in caſtris tuis ſim in hoc me longa uita, & infelix ſenecta traxit, ut primo exulem, deinde te hoſtem uiderem: potuiſti populari hanc terram, quę te genuit, quæ te aluit: niſi te peperiſſem, Roma non oppugnaretur. multa inſuper addidit complorando, quibus & uxoris, & paruulorum fletibus motus matrem complexus, expugnaſti, inquit, iram meam patriam precibus huius motus, cuius utero delatus ſum, q̃uis merito mihi inuiſam dono, continuoq; agrum Romanum hoſtibus armis liberauit: in cuius rei memoriam ſenatus cenſuit templum Fortunæ muliebri dedicandū in Latina uia ad quartum lapidem, ubi res acta fuerat, quoniam fortunatiores in liberanda patria fuerant mulieres q̃ uiri: nam ut inqt Liuius, non inuiderunt laudes ſuas mulieribus uiri Romani, adeo ſine obtrectatione alię glorię uiuebatur. Huius igitur deę ſimulachrum bis locutum fuiſſe tradunt autores. Rite uidi. tum cum nobis propitia fuit. Rite dedicaſtis. quia ſimulachrum illud dedicarunt mulieres. Plu. dicit ꝙ mulieres collata pecunia, ſimulachrum illud compararūt, & dedicarūt. Fortuna muliebris

ASCENSIVS.

¶FORTVNAE &c. Vt probet exemplum ſuperius cuius fides maxime uacillat, affert exēplum ſimulachri Fortunæ muliebris, quod bis locutum dicit, ſed haud dubie dęmonū fraude, q̃ in ſimulachris ſubinde loquebātur, ut in uita Bartholomęi Apoſtoli legimus. Ordo eſt. ſimulachrum etiam, nō ſol. Iunonis, ſed etiam fortunę muliebris, quæ mulieres fortunare credebatur (ut uero Plut. in eo libro, quem de fortuna Romanorū, & uirtute Alexandri ſcripſit, docet Romani plurimum fortunę debere putādi ſunt, ſed ſtulto errore adhoc inductū ſunt, ut Fortunam deam credant, ad quam dicit Iuue. Nullū numen habes ſi ſit prudentia, ſed te Nos facimus Fortuna deā cæloq; locamus. Et ideo Auguſtinus in lib. i. de ciui. dei, non a Fortuna, ſed a deo Romanos imperium accepiſſe, ut autoramentum, & mercedē uirtutum ſentit) quod ſup. ſimulachrum eſt in uia Latina ad quartum milliarium ſ. ab urbe, cōſecratum eo tempore cū æde ſua quo preces maternæ. i. Veturiæ matris, & uxoris Coriolani .ſ. Martii a Coriolis deuictis agnomē illud ſortiti, repulerunt. i. retro abire fecerunt Coriolanum. ſ. Martium, ut dixi filium Veturiæ ab excidio urbis. i. Romæ ſimulachrū dico Fortunæ &c. conſtitit locutū nō ſemel ſup. tantū, ſed bis prius nō dicā, priuſq̃ cōſecratum eſſet, ne ſit repugnātia in uerbis, ſed prius .i. priore loco, aut ut dicunt, uice, his uerbis. O matronę, uos uidiſtis me rite, & dedicaſtis mente, ergo poſt conſecrationem locutum eſt.

OLIVERIVS.

¶VALERIO autem Publicola conſule, qui poſt plebis amator Publicola dictus, poſt reges exactos, conſul cū Bruto creatus in ſuſpitionem cum ueniſſet affectati regni, ꝙ uidelicet ędes ſuas in ſummo Veliæ ædificaret, iuſſit omnem ædificandi materiam in planum deferri, tollendæq; ſuſpicionis gratia in radicibus montis, atq; ima ualle conſtruxit ædificium. Illis ſcilicet, Veientibus, & Hetruſcis. Inceſſit. ingeſſit, inuaſit, & tam cum accuſatiuo, q̃ cum datiuo conſtruitur, ut hoc loco cum datiuo. Veientes. Qui principes erant Hetruſcorum, & ita primum miraculum fuit, ꝙ uictores in certa cauſa terrerentur. Argumento. Ad confirmationem pauoris illius. Miram ſi. quia dinumeratis utriuſq; exercitus cadaueribus, id poſtmodum uerū fuiſſe re ipſa compertum eſt. Digeſta. Diſtincta, atq; diſcreta cadauera Ro. ab Hetruſcis ut dinumerari poſſent.

ACSENSIVS.

¶VALERIO &c. Reliqua iam dicemus id pręmonitū uelim illic, Hetruſcis, & Tarquinio &c. meliorem eſſe ordinē. Tantus terror ſubito inceſſit Hetruſcis, & Tarquinio ſuperioribus pręlio, in dextro cornu &c. Valerio &c. Recitat miraculoſam Syluani uocē e ſyluis auditā dicens. Autem pro ſed. Valerio Publicola cōſule. i. cum Valerius Publicola eſſet Cos. qui. i. Publicola geſſit bellum cum Veientibus Hetruſcis poſt reges. ſ. Tarquiniū ſuperbū, & eius filios, & per eos alios omnes, q futuri erāt, exactos. i. ignominioſe repulſos urbe, illis, ſ. Veientib⁹, & Hetruſcis

DE C. FABRICIO.

Quid Martis auxilium, quo victoriã Romanorũ adiuuit: nonne memoria celebrandum eſt? cũ Brutii, atq; Lucani, odio incitatiſſimo, maximiſq; viribus Turinæ vrbis peterẽt exitiũ, ac pcipuo ſtudio eius incolumitatẽ. C. Fabricius Lucinus Cos. ptegeret, reſq; ancipiti euẽtu, collatis vnũ in locũ vtriuſq; partis copiis gereretur. Non audẽtibus Romanis prælĩu ingredi, eximiæ magnitudinis iuuenis, primum eos hortari ad capeſſendã fortitudinẽ cœpit: deinde vbi tardiores animaduertit, arreptis ſcalis p mediã hoſtiũ aciẽ ad contraria caſtra euaſit: & admotis, vallũ conſcẽdit. Inde voce ingenti clamitans, factũ victoriæ gradũ, & noſtros ad aliena caſtra capiẽda, & Lucanos, Brutioſq; ad ſua defendenda, illuc traxit, vbi conſerti dubio certamine terebãtur: Sed idẽ impulſu armorũ ſuorum proſtratos hoſtes iugulandos, capiendoſq; Romanis tradidit. xx. enim millia cæſa, quinq; millia cũ Statio Statilio duce vtriuſq; gentis, & tribus atq;. xx. militaribus ſignis capta ſunt. Poſtero die cũ Cos. inter honorandos quorũ ſtrenua opera fuerat vſus, vallarẽ coronã ei ſe ſeruare dixiſſet, a quo caſtra erãt oppreſſa, nec inueniretur qui id præmiũ peteret, cognitũ pariter, atq; creditũ eſt, Martẽ patrẽ tunc populo ſuo affuiſſe. Inter cætera huiuſce rei manifeſta indicia, galea quoq; duabus diſtincta pinnis, qua cæleſte caput tectũ fuerat, argumentum præbuit. Itaq; Fabricii edicto, ſupplicatio Marti eſt habita: & a laureatis militibus, magna cũ animorum lætitia oblati auxilii teſtimonium ei eſt redditum.

cupientibus reſtituere Tarquinio imperium priſtinum. i. quod prius habuerat, qui ad ſui reſtitutionẽ maxime induxerat Porſenam regem Hetruſcorum ne exigendorũ regum impunitate cognita, reliqui populi exemplum ſumant quod mittentur, Romanis ſup cupientibus retinere libertatem partam nupe. t. tũc pauloante, Hetruſcis & Tarquinio ſup. euntibus, aut, ut dicunt exiſtentibus, ſuperioribus prælio. i. uincentibus in cornu dextro. ſ. acie inſtructę tantus terror inceſſit. i. inuaſit ſubito. ſ. Hetruſcos, ut non ſolũ ipſi uictores. ſ. Hetruſci, qui pauloante fuerãt uictores, profugerẽt, ſed traherent etiam ſecum Veiẽtes conſortes ſui pauoris, q tũ in ſiniſtro cornu bellabãt. Cui rei adiicitur ingens miraculũ pro argumẽto. i. pro eius comprobatione, poteſt & meo quidẽ iudicio rectius illud ingens addi ſequẽti ſic. Miraculum addiicitur uidelicet ingẽs uox, quæ traditur miſſa e pxima ſylua Arſia. ſ. noie ore Syluani. i. dei Syluarũ in hũc modũ, Hetruſci cadẽt plus. i. amplius uno. ſ. milite, Rom. exercitus abibit uictor, quia uno minus cecidit. Corpora. ſ. cæſorũ digeſta numero. ab utraq; parte numerata, exhibuere miram fidem dicti, quia ita inuentum eſt, ut dictum erat.

OLIVERIVS.

¶ MEMORIA celebrandũ. Memoratu dignum Syluanus uoce Ro. iuuit, Mars uero facto.

Brutii Lucani Brutii, atq; Lucani ſunt Italię regiones haud pcul a Calabria, Lucani ſunt inter Cãpaniam, & Brutium, uel ut alii dicũt, inter Apulos, & Calabros, q̃ teſte Pli. ſunt a Samnitibus oriundi. Stra. uero li. v. circa principiũ dicit, Lucaniam inter Tyrrhenũ, Siculũq; littus poſitam eſſe, huic quidẽ a Silari uſq; lacũ, hinc aũt a Metaponto uſq; ad Thurios, ad ipſam uero continentem a Sãnitibus uſq; ad iſthmũ, qui a Thuriis in Cerillos extenditur prope lacũ, ſupra hos dicit eſſe Brutios Cheroneſum habitãtes, qui a Luca. Brutiorum nomen acceperunt qm̃ Lucani Brutios rebelles, fugitiuoſq; uocant: nã Brutios dicit antea fuiſſe Lucanorũ paſtores a quibus transfugerãt. Thurinę. Oppidum eſt Calabrię in ſinu Tarentino poſitum Crotoni cõterminũ, quod olim Turiũ dicebaṫ a Gręcis cõditũ, autor eſt Stra. hęc igitur ciuitas erat Romanis fœdere, & ſocietate cõiuncta, & ideo defendebatur a Po. Rom. Ancipiti. Dubia fortuna in neutrã partẽ inclinata re. Vallũ. Diciṫ munimentũ caſtrorum, uel foſſa, unde uallare, circundare, protegere, munire, uallũ, munimẽ quod fit de palis acutis: uallus uero maſcul. generis palus acutus, ſiue qui genibus iunctis ambulat. Inde. e ſummo loco, hoc eſt uallo. Factũ ui. gradũ, quia ſcalas admouerãt uallo. Idem. Quem Martem fuiſſe credendũ eſt. Inter ho. Dũ honoraret.

Corona uallaris Vallarem eo qua donari ſolebãt, qui primi uallum aſcendiſſent: erant autem graminea, quia gramen Marti conſecratum eſt: militares coronę, ut Gellius tradit, multifariæ ſunt quarũ q̃ nobiliſſimæ sũt, has ferme dicit eſſe, triumphale obſidionalẽ ciuicã, muralẽ, caſtrẽſem, naualẽ: ea eſt quoq; corona, quæ oualis dicitur: eſt item poſtrema oleagina, qua uti ſolebant qui in prælio non fuiſſent, ſed triumphum procuraſſent triumphales coronæ erant aureæ, quæ imperatoribus ob honorem triũphi mittebantur, id uulgo dicebatur aurum coronatum, hæ antiquitus e lauro fuerant poſt fieri ex auro cœptæ. Obſidionalis eſt, quam hi, qui liberati obſidione dabant ei duci, qui liberaſſet, ea corona graminea fuit, obſeruariq; ſolitum, ut fierent e gramine, quod in eo loco generatũ eſſet, in quod clauſi erant, qui obſidebantur. Hanc coronam S. P. Q. R. Quinto Fabio Maximo dedit bello Pœnorum ſecundo, q urbem Rom. obſidione hoſtium liberaſſet. Ciuica corona appellatur quam ciuis, a quo ſeruatus eſt in prælio, teſtimonio uitæ, ſalutiſq; receptæ dabat, & fiebat e fronde querna, quoniam cibus, uictuſq; antiquiſſimus ex quercu capi ſolitus ſit, fiebat etiam ex ilice, quod genus ſuperiori proximum eſt, ac ciuica corona. L. Gellius uir cẽſorius in ſenatu Cice. conſulem donari a repub. cenſuit, q eius opera eſſet atrociſſima illa Catilinæ cõiuratio detecta, indicataq;. muralis corona, qua donabatur ab imperatore, qui primus murum ſubiiſſet, inq; oppidum hoſtium per uim aſcendiſſet. Iccirco quaſi muri inſignia pinnis decorata erat, caſtrenſis corona eſt, qua donabat imperator eum q primus hoſtium caſtra pugna introiuiſſet, ea corona inſigne ualli habebat, naualis corona, qua donari ſolebat maritimo prælio, qui primus in hoſtium nauium armatus tranſiliſſet, ea quaſi nauium roſtris inſignita erat: muralis autem, & caſtrenſis, & naualis fieri ex auro ſolebãt: oualis uero corona myrtea erat, ea utebantur imperatores, qui ouantes introibant urbem, ouandi necnon triumphandi cauſa: cum autem bella nõ rite inita, neque cum iuſto hoſte geſta forẽt, aut hoſtium nomen humile, & non idoneũ fuiſſet, ut ſeruorum piratarũ, aut deditionem repente factã abſq; puluere, ut dici ſolet, incruentaq; uictoria obueniſſet cui facultati aptam eſſe Veneris frondem crediderunt, q non Mart. ſed quaſi Venereus quidam triumphus foret hanc Myrteam coronam. Mar. Craſſ. bello fugitiuorum confecto, cum ouans rediret, inſolenter aſpernatus eſt, ſenatuſque conſultum faciendum curauit, ut e lauro, non myrto coronaretur. De ouatione ueteres ſcriptores inter ſe diſſenſiſſe accipio. partim enim ſcripſerunt qui ouarent introire ſolitos, equo inuectos, & Sabinus Maſurius pedes ingredi ouantes dicit, ſequentibus eos non militibus, ſed uniuerſo ſenatu. Ouare autem alii a militum uoce, alii ab oue, quam ſacrificabãt dictum uolunt, Olympiæ celebri Græciæ ſpectaculo pugiles deiectis aduerſariis oleaſtro inſigniri ſerto mos erat. Plinius quoque de his multa libro uigeſimo ſecundo, & libro trigeſimo tertio. Nec inueniretur. quia nemo ſe dignũ ducebat eo præmio.

Martem patrem. quia de Marte creditum eſt natos fuiſſe Romulum & Remum urbis conditores, & Romani generis autores. Duabus diſtincta pinnis. Criſtis ita quo pingi ſolebat, unde Virgilius: Viden, ut geminæ ſtant uertice Criſtę. Et pater ipſe ſuo ſuperum iam ſignat honore. Virgilii locus Argumentum. Indicium. Oblati, ſcilicet a Marte.

ASCENSIVS.

¶ QVID Martis & cætera. Recitat miraculoſum exemplum de auxilio Martis, quo Romanos iuuiſſe putatus eſt, dicens. Quid ſ modus eſt interrogandi ad uetuſtatem faciens, auxilium Martis, quo adiuuit uictoriam Romanorum, nonne celebrandum eſt, ideſt celebre reddendum memoria, id eſt,

nicmo

memoratione frequenti .q.d. maxime. Quum Brutii, atq; Lucani, populi Italiæ peterent odio incitatiſſimo, & maximis uiribus exitium, id eſt euerſionem, & perniciem aut deſtructionẽ ultimam Thurinæ urbis in Calabria, & Caius Fabricius Luc. aut ut alii legũt. Lucinius conſul ſ. Romanos, ꝓtegeret præcipuo.i. maximo ſtudio, incolumitatẽ.i. ſalutem, & cõſeruationẽ eius.ſ. urbis. Et res ſ. bellica gereretur euentu ancipiti.i. dubio, & incerto in utram partem uictoria ſe inclinaret, copiis utriuſq; ꝑtis collatis i unũ locũ, Romanis nõ audentibus ingredi prælium, Iuuenis eximiæ magnitudinis (quẽ Martem fuiſſe poſtea creditum eſt) cœpit primũ hortari eos.ſ. Romanos ad Capeſſendũ fortitudinẽ.ſ. animi, deinde ubi .i. poſquã animaduertit.ſ. Romanos tardiores, quia nihil uerbis mouebãtur, euaſit per mediam aciem hoſtium ad caſtra contraria.i. hoſtilia, ſcalis.ſ. ad uallum trãſcẽdendũ arreptis, & ſcalis admotis.ſ. ad uallum, cõſcendit uallum, quod ex uallis.i. ſtipitibus, & ceſpitibus fieri ſolebat, præpoſita foſſa. Inde clamitans uoce ingenti, quod Marti maxime cõuenit, gradum.i. anſam, aut aditum, factum uictoriæ traxit illuc, ubi ipſe erat, &.i. ſimul noſtros.i. Ro. ad capiẽda caſtra aliena, quia hoſtiũ, & lucanos, & brutios ad defendenda ſua .ſ. caſtra ubi.i. apud quæ caſtra, ipſi Ro. conſerti.i. congreſſi, & manũ conferentes dubio certamine terrebantur ſed idẽ.ſ. iuuenis, hoc eſt Mars, tradidit hoſtes ꝓſtratos impulſu armorũ ſuorum Ro. iugulandos, & capiẽdos, hoc eſt alios iugulãdos alios capiẽdos. Enim pro qa, uiginti millia.ſ. hoſtium Caſ.i. occiſa ſunt quinq; millia capta ſunt cũ Statio Statilio duce utriuſq; gẽtis, & cũ tribus, atq; .xx. ſignis militaribus die poſtero, quũ conſul .ſ. Fabri. Inter cęteros honorandos .i. dum cæteros honore afficeret, quorũ ſtrẽnua opera fuerat uſus, dixiſſet ſe ſeruare coronã uallarẽ ei, a quo caſtra erant oppreſſa talis enim corona debebatur ei, qui prius uallũ hoſtile trãſcẽderit, nec inueniretur ſup. quiſpiam, qui peteret id præmiũ.ſ. uallarem coronam. Cognitũ eſt pariter. & creditũ, Martẽ patrem.ſ. Ro. P. quia primi Romanorũ regis Romuli pater eſt habitus, affuiſſe.i. auxilio fuiſſe tũc populo ſuo Galea quoq; diſtincta duabus pinnis .i. acuminibus & criſtis, qua caput cœleſte, uidelicet Martis fuerat tectum, præbuit argumentũ.i. approbationẽ, inter cætera manifeſta indicia.i. demonſtrationes huius rei.ſ. ꝙ a Marte fuerant adiuti Roma. Itaq;.i. & ita, ſupplicatio.i. ut noſtri dicunt, rogatio, ſeu proceſſio, eſt habita Marti, edicto .i. ex publico mãdato Fabricii, & teſtimoniũ auxilii oblati.ſ. Marte eſt redditũ ei .ſ. Marti, a militibus laureatis.i. lauro coronatis, cũ magna lætitia aiorũ.

DE DIIS TROIANIS MIRVM.

Referam nunc quod ſuo ſeculo cognitum manauit ad poſteros, Penates deos Aeneam Troia aduectos Lauinii collocaſſe. Inde ab Aſcanio filio eius Albam, quam ipſe condiderat, tralatos priſtinum ſacrarium repetiſſe: & quia id humana manu factum exiſtimari poterat, relatos Albam, voluntatem ſuam altero tranſitu ſignificaſſe. Nec me præterit de voce, & motu Deorum immortalium, humanis oculis, auribuſq; percepto q̃ ancipiti opinione æſtimatio verſetur. Sed quia non noua dicuntur, ſed tradita repetuntur: fidem autores vendicent: & noſtrum ſit, inclytis literarum monimentis conſecrata, perinde ac vana non refugiſſe.

OLIVERIVS.

REFERAM Nunc, quod ſuo ſæculo cognitũ manauit ad poſteros.i. quod traditione pariter uenit ad poſteros, non ex monimentis literarũ repetitum. Penetrales deos. Penates, notum eſt quomodo Æneas a Troia penates aduectos ſecum comites adduxit, ut Virg. Ilium in Italiam portans uictoſq; penates, uel ꝙ melius eſt penetrales.i. genios, ſicut Plutar. qui geniorum nomen aſſumunt, hoc etiam in penetralibus conſecrant, qui cũ ſpiritu tenues ſunt inſinuant ſe corporibus, Diony. alicarnaſeus de antiquitatibus Romanorum lib. i. dum conderetur, inquit, urbs Alba miraculum quoddam maximũ fuiſſe dicitur, extructo enim ſacris deorum, quos Æneas Troia extulit, & Lauini collocauit templo locum habente inaceſſibilem, atq; ſacris in hoc delubrum Lauino tranſlatis, Albam ſequenti nocte clauſis tum maxime foribus, neq; læſis ulla ex parte parietibus, aut tectis, inuentos eſſe aiunt deos lauini, permutatis ſedibus ſuper priſca ſedilia, tranſlatoſq; deinde Albam iterum lauinio cum præcationibus, & placitis ſacrificiis in eundem rediiſſe locum dubitantibus autem hominibus, quid facto opus eſſe in tali negocio, cũ neq; ſine diis patriis habitare dignũ, ducerẽt neq; in relictã iam habitationẽ rurſus reuerti, ſententiam tandem inuenerunt, quæ uiſa eſt utriq; rei abũde ſatisfacere, ut ſimulachra ſuo loco permanere ſinerent, homines aut a deorũ cultũ Alba rurſus lauiniũ colonos traducerent, fueruntq; qui miſſi ſunt ſacrorũ curatores ſecenti cum omnibus rebus ſuis, dux autẽ conſtitutum eſt ipſi. Egeſtus, hos quidẽ deos Romani penates uocãt, qui uero in linguam græcã nomẽ ipſum cõuertunt, alii patrios appellant, alii Genethlios, ſunt & q Eteſios, alii autem Mychios alii Ercios, uidetur autẽ unuſq̃ſq; horum ſecũdũ aliquid cõnun gentiũ ipſis fuiſſe cognomen, multa præterea dicit de figura & forma eorũ, quæ longũ eſſet referre, quæ qui ſcire deſyderat apud ipſum Dionyſium legat. Albam. quæ a ſitu porrectæ in dorſo urbis, lõga dicta eſt ut teſtat' Liui. decade ab urbe cõdita. Sacrariũ priſtinũ. priorem locum ſacratum, unde fuerant aduecti, nam ſacrarium proprie dicitur locus in templo, ubi ſacra reponuntur.

Relatos albam. Reportatos Albã quia putabãt nõ per ſe deos priſtinam ſedem Lauinii repetiſſe, ſed humana ope eos fuiſſe trãſlatos, rurſus Albã trãſtulerũt. Nec me ꝑterit. Occurrit tacitæ q̃ſtioni Valerius, nõ facile his miraculis eſſe credendũ, quæ de motu, & uoce deorũ referuntur. nam plerũq; falſa ſunt, & multi ea ſe uidiſſe, uel audiſſe putant, quæ nõ ſunt, nec fuerũt, reſpõdet ergo, & dicit non ſe ea nũc primũ tradere, ſed ab aliis tradita cõmemorare, uñ in prohemio dixit, quæ apud alios latius diffuſa ſunt. Sed qa nõ noua dicũtur. Duplex ſenſus uideri poteſt, aut enim inq̃t, credendũ eſt his auctoribus, maxime qui nõ noua, & inaudita referũt, ſed ab antiquis tradita repetũt, aut certe utcunq; ſit nulla huius ad me uituperatio pertineat credat' auctoribus, a quibus hæc ipſa ſumunt' exẽpla, noſtrũ ſit ea nõ cõtempſiſſe tanquã uana. Nõ me ꝑterit. Honeſtus dicẽdi modus, nõ me ꝑterit, non me fugit, non me latet i. ſcio, idẽ eſt, nõ ſum ignarus, nõ inſcius, & multa huiuſcemodi inueniuntur ſynonyma. Humanis oculus. quantum pertinet ad motũ. Auribus. quantũ ad uocẽ. Ancipiti opinione. Scio inq̃t homines uanã opinionẽ habituros eſſe his de rebus, quę ad deos ꝑtinẽt, qa alii uera, alii falſa eſſe exiſtimabũt. Sed qa nõ noua, ſed tradita repetuntur, ego, inquit non ea primus narro, ſed aliis tradita refero. Fidẽ auctio. uendicent. Ergo qui primi ea ſcripſerut, hi uideant, quomodo credenda ſint. Refugiſſe. reſpuiſſe.

ASCENSIVS.

REFERAM &c. Recitat miraculum factum per deos Troianos ab Ænea in Italiã aduectos dicens, ego referam.i. recitabo nunc ſup. miraculum quod cognitum ſuo ſæculo.ſ. quo cõtigit, manauit.i. proceſſit temporis peruenit ad poſteros.i. notitia poſterorũ, uidelicet Æneam filiũ Anchiſæ ex uenere collocaſſe Lauinii urbe in latio a Lauinia, filia latini, & uxore Æneæ dicta, deos penates aduectos.ſ. in Italiã Troia.i. ex ilio, & inde tranſlatos ab Aſcanio filio eius.ſ. Aeneæ Albam, ſcilicet longam, quam ipſe, ſcilicet Aeneas condiderat, repetiſſe ſacrarium priſtinum, id eſt Sacellum, in quo prius ſacrati fuerant Lauinii. Et quia id poterat exiſtimari, id eſt, iudicari factum ſup. eſſe manu humana relatos Albam ſignificaſſe, id eſt declaraſſe ſuam uoluntatem, altero.i. ſecundũ tranſitu ab Alba, in Lauinium. Nec præterit me, id eſt non ignoto, quam, id eſt quantum ancipiti, id eſt dubia opinione, exiſtimatio, id eſt iudicium de motu, & uoce deorum immortalium percepto oculis quantum ad motum, & auribus quantum ad uocem uerſetur, id eſt agitetur. Sed quia non dicuntur noua, id eſt recenter excogitata ſed repetuntur tradi a, ſcilicet a maioribus, autores, id eſt, aſſertores, & primi ſcriptores earum rerum uendicẽt, id eſt, uſurpent ſibi fidem, id eſt, credulitatem hominum, & noſtrum ſup. officium ſit non refugiſſe perinde ac, id eſt, tanquam uana conſecrata inclytis .i. nobilibus monumentis literarum.

THEOPHILVS.

SACRARIVM penetrale.

OLIVERIVS.

FACTA mentione urbis. Exemplũ quod ſequitur cum ſuperiore coniungitur hoc modo quandoquidem, inquit Albæ mentionem fecimus, recte nunc de Iulio Cæſare dicamus, qui ab Iulo Albæ conditore fuit oriundus cuius numẽ Caſſio minatum eſt, cum in campis Philippicis cũ Auguſto dimicaretur. Primordia. Nã inde oriũdi ſunt Romulus & Remus Romæ urbis cõditores Diuus Iulius. Nam ab Aſcanio, qui & Iulus dictus eſt, poſtea Iulius Cæſar, & Iuliorum familia deſcẽdit unde Virg. & a magno demiſſum nomẽ Iulo. Fauſta proles. Nunquã de Cæſare mẽtionẽ ſine adulatiõe facit. Felix. & fauſtum Roma. appellabãt felicem, & hillarem: ut uult Plutar. i uita Sylæ. Caius Caſſius. Satis conſtat. Brutum, & Caſſium principes fuiſſe cõiurationis in Cæſarẽ, qui cum partes reipub. tuendas ſuſcepiſſent, Octauianus cũ Antonio cõiunctus aduerſus eos copias maximas cõpararat, & cum bellũ in campis Philippicis utrinq; colatum eſſet, inter ipſam dimicationẽ imago Cæſa. quæ equo uehebatur, purpureo paludamento ſe obtulit Caſſio, & acri uultu minabunda perſequi inſtitit, tunc Caſſius terrore perculſus, tandem ab illius imaginis conſpectu ſe auertit, & fugiens magna uoce clamauit quid aliud ſupereſt ſi occidere uirum, parũ eſt. Nunquam ſine præfa. Putidiuſculus Vale. erat, qui tanta, tamq; aperta utebatur adulatione, nũquã Caſſius inquit nominandus eſt, quin ei præponatur, hæc præfatio, publicus parricida Caſſius quia publicũ parẽtem occidit Cæſar. Auguſtiorem, Venerabiliorem, & præſtantiorem humano habitu, quã. ſ. homini conueniat, nam Auguſtus locus dicitur augurio conſecratus, quaſi ſanctus, uel a geſtu, uel a guſtu auium dictus, nam locus is, uel quẽ aues depaſtæ fuiſſent, uel in quo geſtum aliquem expreſſiſſent ſacer eſſe putabat. Concitato. ſubditis calcaribus equos. Quid enim amplius. Verba ſunt Caſſii ſeipſum alloquentis. Agas. ſ. Cæſari quandoquidem non ſatis fuit occidiſſe. Non occideras. Quodammodo reſpondet Valerius Caſſio cum quadam inuectiua, & magna Cæſaris adulatione.

Felix & fauſtus

DE DIVO IVLIO.

Facta mentione vrbis, e qua primordia ciuitas noſtra traxit, Diuus Iulius Fauſta proles eius, ſe nobis offert: quem C. Caſſius (nunquam ſine præfatione publici parricidii nominandus) cum acie Philippenſi ardentiſſimo animo perſtaret, vidit humano habitu auguſtiorem, purpureo paludamento amictum, minaci vultu, & concitato equo, in ſe impetum facientem: quo aſpectu perterritus, tergum hoſti dedit, voce illa prius emiſſa: Quid enim amplius agas, ſi occidiſſe parum eſt? Non occideras tu quidem Caſſi Cæſarem: Neq; enim extingui vlla diuinitas poteſt: ſed mortali adhuc corpore vtentẽ violando, meruiſti vt tam infeſtum haberes Deum.

ASCENSIVS.

FACTA mentione urbis. Congruo pede progreditur ad narrandum miraculum, quod per Iulium Cæſarem factũ aſſentatorie recitat dicens. Mentione urbs, ſcilicet Troiæ equa, noſtra. I. Romana ciuitas traxit primordia. i. prima exordia, & originem, quia Æneas uir Troianus Iuli ex creuſa filia priami fuit pater, Iulus autem albam condidit, & populo dotauit, ex Albani autem regis filia natus Romulus, a quo Roma condita) facta .i. quia in ſuperiore exemplo fecimus mentionem deorum penatium Troia auectorem, ideo ſup. diuus Iulius, ſcilicet Cæſar. Priores fauſta, id eſt fauore deorum aucta, & felix, eius ſcilicet Troiæ, unde Maro Ænei. i. Naſcetur pulchra Troianus Origine Cæſar. Iulius a magno demiſſum nomen Iulo, offert nobis ſe ſcilicet recitandum, quem ſcilicet Iulium Caius Caſ. nunquam nominandus ſine præfatione, id eſt praua appellatione in deteſtationem eius parricidii publici, quod uidelicet commiſit, in rempub. occidendo patrem patriæ, uidelicet quum. i. quãdo perſtaret animo ardentiſſimo in acie Philippenſi, ubi cum Bruto contra Auguſtum, & Anto. dimicauit auguſtiorem, id eſt diuiniorem, & celebriorem habitu, id eſt diſpoſitione, aut aſpectu, & facie humana, id eſt homini conuenienti, hoc eſt uidit forma diuina amictum paludamento, id eſt Indumento Imperiali, purpureo, facientem impetum in ſe uultu minaci, & equo concitato, id eſt ad impetum, & curſum inſtigato. Quo aſpectu Caſſius territus dedit hoſti tergum, id eſt uertit ſe in fugam uoce illa, id eſt nobili, & iam diuulgata emiſſa prius. Quid enim agas amplius, ſi parum eſt occidiſſe? Quæ uox uidetur reſpondere tacitæ murmurationi Caſſii, qui uiſo Cæſa. aut putans uidere Cæſa. dixerit ſecum, Atqui Caſſi nihil egiſti, ſi adhuc hoſtem habes Cæſa. ad quod Caſ. fateor ſed amplius non potui, quid enim amplius agas, ſi parum eſt occidiſſe, quaſi dicat nihil uidetur potius ad abolendum hoſtem quam eum occidere, unde illud Iuuenal. Nulli grauis eſt percuſſus Achilles, & tamẽ mihi parum eſt occidiſſe, quia adhuc occiſum habeo infeſtum, cui ſic occurrit author noſter. Tu quidem o Caſſi nõ occideras Cæſ. neq; enim diuinitas poteſt extingui, ulla ſup. re, aut ui, aut uia. Sic potius dixero, quam ulla diuinitas, ut ſit nominatiui caſus, plus enim momenti habet, & autores ita loquuntur, ut fœminino utantur ſimili uoce abſolute, ſubaudiendo uia, aut ratione, ut in bucco. Maro. Et ſi nõ aliqua nocuiſſes mortuus eſſes, & in Ænei. i. Si qua fata ſinant, ubi non uacat qua, ſed multum põderis habet. Neq; tamen hoc loco penitus negem, ulla eſſe nominatiui caſus cum ſententia ſit non parui momenti, uidelicet neq; enim diuinitas ulla. i. quis una. q. d. uel minima etiam ex homine facta, modo ſit diuinitas, poteſt extingui, ſed tu uiolando Cæſarem ſup. utentem adhuc corpoꝛe mortali, meruiſti, ut haberes ſup. eum deũ. i. iam effectum deum, tam infeſtum. i. in te uim inferentem.

OLIVERIVS.

IAM QVIDEM Lucius Lent. Pompeius in acie Pharſalica uictus a Cæſ. in Ciliciam, atq; inde in Cyprum profugit. tranſiturus in Syriam, ſed ubi cognouit conſenſu omnium Anthiochenſium, ciuiumq; Romanorum, qui illic negociarentur, arcem ante captam eſſe excludendi ſui cauſa, nunciosque dimiſſos ad eos, qui ſe ex fuga infinitimas ciuitates recepiſſe dicerentur, Antiochiam adirent, id ſi feciſſent, magno eorum capitis periculo futurum, depoſito adeundæ Syriæ conſilio, pecuniaq; a ſociis ſublata, & a quibuſdam priuatis ſumpta, & æris magno pondere ad militarem uſum in naues impoſito duobuſque millibus hominum armatis, quos partim ex familiis ſocietatum delegerat, partim a negociatoribus coegerat, quouſq; ex ſuis quiſque ad hanc rem idoneum exiſtimabat, peluſium peruenit, ibi caſu Rex erat Ptolemæus puer ætate magnis copiis cum ſorore Cleopatra bellum gerens, quam paucis ante menſibus per ſuos propinquos, & amicos regno expulerat, caſtraque Cleopatræ, non longo ſpatio ab eis caſtris diſtabant, ad eum Pompei. legatos miſit, ut pro hoſpite, atque amicitia patris Alexandria reciperet, atque illius opibus a calamitate tegeretur, ſed qui ab eo miſſi erant confecto legationis officio, liberius cum militibus regis colloqui cœperunt, eoſque hortari ut ſuum officium Pompeio præſtarent, ne ue eius fortunam deſpicerent, in hoc erant numero complures Pompeii milites, quos ex eius exercitu acceptos in Syria gabinius Alexandriam traduxerat, belloq; confecto apud Ptolemæum patrem pueri reliquerat, his tunc cognitis rebus amici regis, qui propter ætatem eius in procuratione erant regni, ſiue timore adducti, ut poſtea prædicabant ne ſolicitato exercitu regio Pompeius, Alexandriam, ægyptumq; occuparet, ſiue deſpecta eius fortuna, ut plerunque in calamitate ex amicis inimici exiſtunt, his, qui erant ab eo miſſi palam liberaliter reſponderunt, eumque ad regem uenire iuſſerunt, ipſi clam conſilio inito. Achillam præfectum regium ſingulari hominem audacia & L. Septimium tribunum militum ad interficiendum Pom. miſerunt, ab his liberaliter ipſe appellatus, & quadam Septimii noticia productus, quod bello prædonum apud eum ordinem duxerat, nauiculam paruulam conſcendit cum paucis ſuis, & ibi ab Achilla & Septimio interficitur, hęc ex commentariis Iulii Cęſ. de bello ciui. conſtat igitur corpus

Pompeii mors

eius

eius in mare proiectum, & caput ad regem delatum, poſt aliquos dies corpus eius a fluctibus maris in littus eiectum, cũ lignis Scaphæ cuiuſdam, quæ naufragio perierat, combureretur a Philippo, & a quodam alio Romano ſene. L. Lentulus illac nauigans fumum e longe cõſpicatus cõmilitonibus ſuis, inquit.

DE LVCIO LENTVLO.

Iam quidem L. Lentulus littus prænauigans, in quo Cnei Pompei magni, perfidia Ptolemæi regis interempti, corpus conſciſſæ ſcaphæ lignis comburebatur: ignarus caſus eius, cum ipſi Fortunæ erubeſcendum rogum vidiſſet; commilitonibus dixit: Quid ſcimus an in hac flamma Cneius Pompeius crematur? diuinitus miſſæ vocis miraculum eſt. Atq; hoc quidem hominis, Illud tamen ore ipſius Apollinis editum, quo Appii interitum veridica Pythicæ vaticinationis fides præcurrit. Is bello ciuili, quo ſe Cneus Pompeius a Cæſaris concordia peſtifero ſibi, nec reipub. vtili conſilio abruperat, euentum grauiſſimi motus explorare cupiens (viribus nãq; imperii Achiæ præerat) Antiſtitem Delphicæ Cortinæ, in intimam ſacri ſpecus partem coegit deſcendere, vnde vt certæ conſulentibus ſortes petuntur, ita nimius diuini ſpiritus hauſtus reddentibus peſtifer exiſtit. Igitur impulſu capti numinis inſtincta virgo horrendo ſono vocis, Appio inter obſcuras verborum ambages fata cecinit. Nihil enim inquit, ad te hoc Romanæ bellũ, Eubœæ cellam obtinebis. At is ratus conſiliis ſe Apollinis moneri, ne illi diſcrimini intereſſet: in eam regionem ſeceſſit, quæ inter Rhamnunta nobilem Attici ſoli partem, Cariſtumq; Chalcidico freto vicinam interiacens, cellæ Eubœæ nomen obtinet, vbi ante Pharſalicum certamen morbo conſumptus, prædictum a Deo locum pro ſepultura poſſedit. Poſſunt & illa miraculorum loco referri, q deuſto ſacrario Saliorum, nihil in eo, præter lituum Romuli integrum repertũ eſt. Quod Seruii Tullii ſtatua, cum ædes Fortunæ conflagraſſet, inuiolata permanſit. Quod Qui. Claud. ſtatua in veſtibulo templi Matris deum poſita, bis ea æde incendio conſumpta, prius P. Naſica Scipione, & L. Beſtia: Item M. Seruilio, & L. Lamia. COSS. in ſua baſi flammis intacta ſtetit.

ASCENSIVS.

IAM q̃dẽ &c. Subinfert miraculũ q. L. Lẽtulo nõ cogitati factũ eẽſet, nam nõ niſi miraculo eueniſſe putat, qđ de Cn. P. magni caſu ſibi ignoto ꝓtulit. Quã quidẽ nocẽ, ſi a diuino ꝑmonitus emiſiſſet, noſtri ad ſpiritũ ꝓpheticũ referrẽt, licet ꝓpriæ, prophetia nõ ſit, niſi de futuris, ſed q̃ ꝑterita, aut ꝑſentia ſciuntur, & enũciãt, diuinitus ꝓphetis æqualẽt. Credo aũt eſt. Iam quidẽ cõtinuatiuæ ſunt particulæ plus ad ornatũ, q̃ integritatẽ orationis facientes. L. Lẽtulus prænauigãs littus. ſ. ad Caſiũ mõtẽ in Ægypto, in quo corpus Cnei. P. magni interfecti ꝑfidia Ptolemæi regis. ſ. ægypti (q̃a ut Luca. dicit ab eo defendi meruerat) cõburebatur lignis Scaphę. i. nauiculæ cõſciſſæ. i. aut colliſæ, aut fiſſæ ad hoc, ut facilius ſtruaꝛ in pyrã, quã ſup. Lẽtu. ignarus caſus eius. ſ. Põpei, uidiſſet rogũ. i. pyrã incenſam, erubeſcendũ ipſi fortunæ (q̃a turpe uidebaꝛ fortunæ eum, quẽ tot triumphis decoraſſet, tam humili rogo a clientulo uno furtim funerandum reliquiſſe) dixit cõmilitonibus.

OLIVERIVS.

NVNQVID Scimus an hac flamma Cn. Pompeius crematur? Plutar. in uita Pompeii poſtera inq̃t die. L. Lẽtulus horum ignarus eſt Cypro nauigans iuxta littus uectus, ut funereã pyrã iſpexit, Philippũq; iuxta inſidere, quis utiq; inquis fatis hic q̃eſcit? parũperq; amens factus, ductuſq; ſuſpiriis. Forte inquit tu hic es magne Pompei. Stra. oſtendit in Caſio monte fuiſſe ſepultũ. Caſius inquit mons eſt quidam accumulatus in promontorii modum aquarum inops in eo magni Pompeii corpus iacet, & Iouis Caſii templum, & non ꝓcul inde magnus iugulatus fuit, & ab ægyptiis dolo interemptus. Lucius Lentulus, littus prænauigans. Poſt profligatũ Põpeiũ in cãpis emathiis. Magni. Nã deuicto Mitridate, & Tigrane magnus appellatus eſt. Erubeſcendum rogũ. Quaſi inquit fortuna erubuiſſe debuit tam uili rogo tanti uiri corpus concremari. Diuinitus. exprimit quare miraculum fuerit, neq; enim uidebatur eſſe miraculum. Illud tantũ ore, q̃a tametſi phœbas reſponſum dedit, tamen hoc inſtinctu numinis fecit. Veridica. quod ſemp certiora Apollo reſponſa dabat. Is bello ciuili, quo ſe Pompeius a Cæſare, Orto inter Cæſarem, & Pompeiũ ciuili bello. Appius quidã Romanus, qui præfectus erat Achaiæ prouinciæ, cum huius belli euentum explorare uellet, ut ſciret utrã partẽ tuto ſequeretur. Delphos ꝓfectus tẽplũ Apollinis petiit, ubi cũ in interiorem antri ſacratiſſimi partẽ phœbadem deſcendere coegiſſet, uirgo repletẽ numine horrendum & ambiguũ cecinit reſponſum, nihil inq̃t, ad te hoc Romanæ bellũ Eubœę cellam obtinebis. Abruperat. Remouerat diſtulerat. Delphicæ cortinæ. Apollinei tẽpli. Cortina locus dicitur, unde reſponſa dabãtur, ſic dictus quod illic cortina tẽdereꝛ. i. intenderetur, & repleretur numine, uel quod certe ibi cora teneretur, κόρη. i. puella, nam cum puella antrũ ingreſſa eſſet, cõtinuo inſtinctu numinis afflabatur adeo, ut oĩa quæ a principio mundi fuerunt, uſq; ad id tẽpus, & q̃ futura eſſent, cũcta nouiſſet, unde Virg. Nouit oĩa uates, uel dicta eſt cortina, quod ibi certa reſpõſa dareñt quaſi cortina, auctor Seruius ſunt ẽt qui putãt cortinã eſſe tripodem Apollinis coriõ Pythonis tectũ. Cortina Coegit. Quaſi nolentẽ ꝓpter id q ſequiꝛ, nã quãto maior numinis afflatu puella inſtigabaꝛ cũ ſpiritus ille diſceſſiſſet, reſpõſo dato tãto debilior efficiebaꝛ, uirgo, ſicuti hoc tẽpore uideri licet, ſi forte quempiã ſpũs aliquis uexauerit, ita debilis redditur eo ſublato, ut pleruq; uitã amittat. Certæ ſortes Certa reſpõſa nã ſortes ſyngrapha erãt in quibus reſponſa inſcripta cõtinebanꝛ. In intimã partem. Ad locũ, quod græci, & latini adyti appellanꝛ. Nimius hauſtus. Quia nimio ſpũ repleta illiuſmodi ſuſtinere nõ poteſt. Horrẽdo. Horribili, uel uenerabili, ut arboribus ſuus horror ineſt. Cellã. Sepulchrũ, ubi corpus eius cõditũ fuit. Rhamnũta. Ciuitas eſt Eubœæ, ubi coliꝛ fortuna unde etiã rhamnuſia appellata eſt. Ouid. lib. v. triſtium. Exiget ad dignas ultrix rhãnuſia pœnas, Lucanus de hoc Appio. Effugis ingentis tãti diſcriminis expers, bellorũ Ro. minas, ſoluſq; quietẽ. Euboici uaſta lateris conualle tenebris. Item paulo infra. Heu demens nullũ belli ſentire fragorem. Tot mundi caruiſſe malis, præſtare deorum. Excepta quis morte poteſt ſecreta tenebris. Litoris Euboici memorãdo cõdite buſto. Qua maris ãguſta facies ſaxoſa cariſtos. Et tumidis infeſta colit, qua numina rhamnus. Sũt qui dicũt regionis, ubi tẽplũ Amphiarai, & Phidiacæ Nemeſis. Cariſtos. Ciuitas Euboiæ unde cariſtiũ marmor. Strabo. lib. x. in deſcriptione Euboiæ. In ripa inq̃t ſub mõte Cariſtus conſiſtit cui uicina ſunt ſtyra, & marmortum, paulo infra ſubiung. Ad cariſtiũ lapis naſciꝛ, quẽ pectunt, nent, texũt inde mantilia cõficiunꝛ egregie cõtexta, ea ubi ſordeſcunt in flãmam proiecta nõ ſecus emundantur, quã ſi maculas elueris. Chalcidico. Nã chalcis urbs Metropolitana eſt ĩ Euboia. Saliorũ. Qui duodecim erant ſicut ſupradiximus. Martis ſacerdotes, qui per urbem Ancylia arma, ferre conſueuerãt, ſaliẽtes: & hoc carmen canentes, ueterẽ Mamurii memoriã. Sacrario. Vbi Ancylia ſeruabãtur, ubi etiam lituus conditus erat: baculus Romuli incuruus, nam lituus dicitur incuruus, & a ſummo leuiter inflexus baculus, qui ab eius quo canitur litui ſimilitudine nomen inuenit ut ait Cice. lib. de diuinatione. Hoc autem lituo utebãtur augures ad deſignanda in aere ſpatia, quæ templa appellari uoluerunt, unde ex tẽplo aduerbiũ auguriale, inter hęc uero ſpada captabanꝛ auguria, quomodo captareꝛ dicemus ſuo loco. Fur,

DE ATTILIO.

Aliquid admirationis ciuitati noſtræ Attilii etiã Auiolæ rogus attulit, q & a medicis, & a domeſticis mortuus creditus, cũ aliquandiu humi iacuiſſet, elatus, poſtquã corpus eius ignis corripuit, viuere ſe ꝓclamauit, auxiliumq; pædagogi ſui (nã is ſolus ibi remanſerat) inuocauit. Sed iã flammis circundatus fato ſubtrahi non potuit. Lucio quoq; Lamiæ prætorio viro æquæ vocem fuiſſe ſuper regum conſtitit.

autem hic lituus, ut tradit Plutar. in uita Romuli, baculus ipſius Romuli cõſeruatus in pallatino colle uſq; ad Gallorũ tẽpora a quibus capita incenſaq; Roma fuit, ſed poſtea eiectus a Camillo hoſtibus inter altiſſimos cinerũ cumulos illeſus, cum omnia ignis cõſumpſiſſet, inuẽtus eſt. Etiã lituus, ut dicit Feſtus genus buccinæ incuruæ, qua qui cecinerit lucẽ dicitur. Virg. Et lituo pugnas inſignis obibat, & haſta, itẽ alibi. ipſe quirinali lituo paruaq; ſedebat. Succinctus trabea. Cum ædes fortunæ. In qua ſtatua Seruii Tulli regis Romanorũ erecta fuit, ideo autẽ in tẽplo fortunæ poſita, quaſi Imperium Romanũ amplũ, & fortunatum reddidit, hic enim primus fuit, qui cenſum ſtatuit in urbe Roma. Q. d' Q. uin. Claudiæ. Hæc uirgo ueſtalis fuit, quæ innocens cũ ſtupri accuſata eſſet cõſciẽtia freta Deam rogauit, ut aliquo ĩſigni miraculo ſuam omnibus oſtenderet innocentiam, cum preces effudiſſet, & nauis in qua Dea conſederat, longe abeſſet a portu, nec humana ui moueri poſſet, annitentibus nautis hæc dexteræ ſuæ tantũ impulſo ſine aliquo adminiculo, eã ſubegit in portũ, quo uiſo, cuncti eã falſa ſuſpitione liberarunt, & tum demum innocentem eſſe crediderunt & ita a futuro iudicio abſoluta, de qua Plinius de uiris illuſtribus. Suetonius de.xii. Cæſaribus, Liuius decade ſecũdo punici belli mentionem faciunt, & Ouid. lib. faſtorũ.iiii. ſicut ſuo loco monſtrabimus in capitulo de iudiciis. Veſtibulo in aditu. eſt enim ueſtibulũ locus ante fores, ſic dictus, ꝙ ianuam ueſtiat, quãuis alii a ue & ſtando deductũ exiſtiment in qua ſententia eſt Aulus Gelius. Matris deum. Cibeles, quæ diuerſis nominibus appellabatur, mater deum, Cibele, & rea. In ſua baſi. in ſuo fundamento, nam Baſis dicitur extremitas columnæ in inſimo poſita nam, quæ in ſummitate eſt epiſtylium appellatur.

ASCENSIVS.

¶ QVID Scimus an Cneus. P. cremetur in hac flamma. ſ. tam exigua? Miraculum eſt ſup. in ea re factum, uocis miſſæ. i. emiſſæ dictus. i. ex dei inſpiratione, nõ enim ab homine ſciri potuit, ꝙ ſi ab humano præſagio profecta dicatur, miraculo careat. Atq; hoc quidem hominis &c. Connectendo ſequentia prioribus, dicit miraculoſam uocem lentuli emiſſam ore humano, ſequentem uero ore tantum diuino, utpote Apollinis, unde ſciendum eſt pythias uirgines ſic a deo (aut dæmonio) afflari ſolitas, ut penitus inſanire uiderentur, & ſacro furore corripi, ſic, ut non ipſæ loqui uiderentur, ſed deus in ipſis. Ordo eſt. Atq; hoc quidem, quod proxime dictum eſt, uidelicet lentuli, quaſi oraculum quoddam, eſt æditum. i. emiſſum ore hominis, illud, quod ſequitur æditum eſt ore tantum ipſius Apollinis, loquenti. ſ. in pythia, aut phœbadæ, quo. ſ. dicto, aut uaticinio fides ueridica uaticinationis pythicæ .i. pythicæ puellæ a deo poſſeſſæ præcurrit. i. anteceſſit celeriter interitum Appii. ſ. præfecti Achaiæ is. ſ. Appius cupiens bello ciuili. i. tempore, quo bellum ciuile gerebatur quo. ſ. bello Cnæus. P. abrumperat ſe a concordia Ca. ſcilicet Iulii conſilio peſtifero. i. letifero ſibi, ſcilicet Pompeio, nec utili reipub. quia multi ciues in eo interiere, & reſpu. a uictore Cæ. occupata eſt, (quod tamen negat Valerius eum iniuſte feciſſe) cupiens inquam explorare euentum .i. exitum, grauiſſimi motus, namq; ipſe Appius (ut reor) pulcher, præerat Achaiæ uiribus Imperii. i. pleno Imperio, coegit antiſtitem, id eſt principem, cortinæ, id eſt tripodis, aut loci ſecretioris, hoc eſt oraculi, quod illic dabatur delphicæ. i. apud delphos deſcendere in intimam, id eſt profundiſſimam partem ſpecus. i. antri ſacri, unde. i. in qua ſpecus parte intima, ut id eſt quemadmodum ſortes. i. oracula, aut reſponſa, petuntur certe .i. minus dubia ita nimius hauſtus ſpiritus diuini. i. ipſius Apollinis exiſtit peſtiferi. i. letalis, reddentibus ſuo reſponſa, hoc eſt pythiis, ſeu phœbadibus, hoc eſt uirginibus ſacerdotulis phœbi. Nam nimio furore correptæ non poterant mentiri, nihil enim de ſuo dicebant, ſed deus quæcunq; uolebat per ipſas pronunciabat, ſed ubi furor eas dimiſit, expirare ſolebant, ſicut a dæmonibus obſeſſæ grauiter affliguntur dũ exire cõpelluntur. Et ideo id ſcientes phœbades inuitæ deſcendebãt, unde dixit eam coactã ab Appio. Igitur uirgo (tales enim præficiebantur oraculo) inſtincta. i. inſtigata impulſu numinis capti, id eſt concepti, cecinit appio fata, id eſt reſponſa fatalia, inter obſcuras ambages uerborum, hoc eſt obſcuris uera inuoluens, ut de ſibylla dicit maro, horrendo ſono uocis, per quem ſignificabatur poſſeſſa a deo. Enim pro quia ipſa inquit, o Romane, ſcilicet Appi. hoc bellum ſcilicet futurum inter Cæſarem, & Pompeiũ, nihil ſup. pertinet ad te quia tu obtinebis cellam Eubœæ, id eſt in loco, cui id nominis erit, ãtequam pugna cõmittetur ſepelieris, id aũt nõ ſic intellexit Appius. Vnde addit. At ſcilicet ſed is ſcilicet Apius, ratus ſe moneri conſiliis Apollinis, ne interreſſet illi diſcrimini, id eſt periculo pugnæ. Seceſſit in eam regionẽ quæ interiacẽs inter rhamnunta, appoſitoriæ, nobilem partem ſoli attici, & chariſtum, ſcilicet urbem uicinam freto. i. mari calcidico, obtinet nomẽ cellæ Eubœæ, ubi, id eſt quo loco ipſe cõſumptus morbo. i. mortuus ante certamen Pharſalicum, quod inter Cæſarem, & Pompeiũ iuxta Pharſalia geſtum eſt, poſſedit locum prædictum a deo pro ſepultura, id eſt illic ſepultus eſt. Poſſunt. & cætera. Paucis tria miracula recitat dicens, & id eſt etiam illa, quæ ſequuntur, poſſunt poni loco miraculorum, quod ſacrario, id eſt repoſitorio ſacrorum, ineptiores ſacriſtiam uocant, ſaliorum, id eſt ſacerdotum Martis a ſaliendo in portandis amylibus dictorum, dcuſto, id eſt concremato, nihil eſt repertum in eo integrum, præter Roma. id eſt non aut tubam clariſonam, ſed baculum incuruum, quo augures utebantur, & reges pro ſceptro. Item ꝙ ſtatua Seruii Tullii regis Romani, permanſit inuiolata, quum ædes fortunæ conflagraſſet, & tamen ſtatua hæc fuiſſe intelligitur in ea, aliqui non eſſent miraculum. Item quod ſtatua quintæ claudiæ uirginis ueſtalis, poſita in ueſtibulo, id eſt priore ſtatione, & quaſi introitu, uulgus portale uocat, templi Matris, deum, ſcilicet cybelis, ſtetit in ſua Baſi, id eſt fundamento, intacta flammis ea æde, ſcilicet Matris deum conſumpta incendio bis prius, id eſt priore, ut dicunt, uice publio Scipione Naſica, & Lucio beſtia conſulibus. Item id eſt iterum (putem legendum iterum) Marco Seruilio, & Lucio Lamia conſulibus, id eſt quo anno cõſules erãt.

THEOPHILVS.

¶ EVBOEÆ cellam pertinax in omnibus Valerii codicibus inoleuit menda, ꝗ ianus a cæteris diſſimulatam deprehẽdit omnium primus, nobis indicauit apud Liuium belli Macedonici lib. i. Sinus inquit Euboicus eſt, quem cœra uocant, ſuſpectus Nautis ita Liui. ubi Parraſius admonuit eſſe caſtigandum Cœla. Nam Stra. Geographię. x. πρῶτον τῆς εὐβοίας τὰ κοῖλα λέγουσι μεταξὺ αὐλίδος καὶ τῆς περὶ γεραιστὸν τόπου. i. primum omnium Eubœæ Cœla, dicunt, inter Aulidem Gereſtumq; mediis locis. Ptolemæ. Geræſtus inquit portus Caphareus promontorium, Cœla Eubœæ, quamuis interpretes apud utrunq; caua tranſtulerunt, aut ꝙ eſt idem, Concaua, non minus imprudenter, quam ualla, qui ichthy in trucide promontorium, piſcem conuertit. Hunc ipſum locum Vale. intelligit, in eoq; Cœla Eubœæ legendum Ianus affirmat epiſtolicarũ quæſtionum ſecũdo, cui Luca, in quinto Pharſaliæ concinit, ex perſona Pythiæ uatis ad Appi. Effugis ingẽtes tanti diſcriminis expers Bellorum o Romane minas, ſoluſq; quietem Euboici uaſta lateris conualle tenebis, & paulopoſt inſultans Appio. Secreta tenebis, Littoris Euboici memorando condite buſto. Nam per uaſtam conuallem, perq; littoris Euboici ſecreta. Cœla ſinum deſignauit. Rhamnunta. Rhanus Atticæ uicus ex Acantide tribu dictus a ſenticetis. Auctor Euſtathius, & eo priores alii plures. Liui. locus

OLIVERIVS.

¶ ALIQVID admirationis ciuitati noſtræ Atilii Auiolæ rogus. Plinius libro. vii. Auiola inquit conſularis in rogo reuixit, & quoniam ſubueniri non poterat, præualente flamma uiuus crematus eſt, ſimilis caſus in L. lamia prætorio uiro traditur

traditur, nam Aelium Tuberonē prætura functū a rogo relatū Meſſalla Ruffus, & plerięꝗ tradunt. Elatus. ſ. ad rogum, ut cremãtur, & bene dixit elatus, nã efferri ꝓprie dicit̄ cadauer. Pædagogi, q̄a mos erat, ut cū cadauer ad rogū ꝓſecuti eſſent, cæteri oēs inde deſcenderent, unus tãtū remaneret, quoad uniuerſū corpus exureretur, Pædagogus autē dicitur a uocabulo græcis παῖς qđ ſignificat puerū ἀγωγὸς ductor, igit̄, pædagogus dr̄ cuſtos pueri, q̄ eū ducit, & de moribus eius curā agit, ſicut, & Leonides magno in honore fuit apđ Alexãdrū, cuius erat pędagogus. Lucio lamię. hic tēporibus fuit Cic. & ſicut in epiſtolis deprehēdim⁹, magna Ci. familiaritate cōiūctus.

ASCENSIVS.

ALIQVID &c. Affert duo, quę, q̄ raro euenire ſolēt, miraculo aſcribi poſſūt, cū tñ naturaliter fieri potuerint, ut ſpūs uidelicet ſopitus igni excitet̄. Ordo eſt, rogus. i. pyra incēſa ad cōburēdū corpus Attilii auiolæ attulit ciuitati noſtrę .i. Ro. aliq̄d admirationis, qui creditus mortuus, & a medicis, & a domeſticis, quū iacuiſſet aliquãdiu humi. i. ſup humū elatus. ſ. ædibus ſuis, ut in rogū ducatur, poſtquã ignis corripuit corpus eius ꝓclamauit ſe uiuere, & inuocauit auxiliū pædagogi. i. ſui in pueritia ductoris. Nã is. ſ. pædagogus remanſerat ibi ad rogū ſolus, ſed ipſe Attilius iã circūdatus flãmis nō potuit ſubtrahi fato .i. neci. Cōſtitit. i. manifeſtum fuit quoq̄. i. etiam, uocē fuiſſe eq̄. i. equaliter, ſup rogum. i. poſt quam immiſſus fuerat rogo, Lucio lamiæ uiro prætorio.

OLIVERIVS.

QVÆ minus admirabilia. Tranſit cōuenienter ad externa. Hæc, inq̄t, miracula, q̄ ſupra diximus mirãda fuerunt, ꝙ illo eo die quo mortui erãt, rogo ſup impoſitos uiuere cognouerūt. At hic, cuius exēplū ponit̄ cæſus in acie per dies. x. cū iacuiſſet, deinde biduo, poſt elatus, & rogo ſuper impoſitus magna uoce clamauit, & ſe uiuere, & ita extincto quamprimum rogo liberatus, multa quidem admiratione, & ſtupore digna ſe tempore mortis uidiſſe narrauit. Fereti. Alii legūt pharei, qđ melius

Pherę. eſt ſinę dubio a ciuitate pheræ, nam pheræ eſt ciuitas in agro ꝓpinqua pylo, & ſub imperio Agamenonis, uel ut Stra. uult in meſſanię, pheræ aūt inquit, ad meſſeniū agrum pertinent. Biduoq̄ ergo. xii. diebus exanimis iacuerat. Et quoniã ad externa. Athenięſem quendã philoſophū narrat cum diu in ſtudiis literarū uerſatus eſſet adeo, ut excelleret, forte incidit, ut quidã caput eius lapide percuteret, & ſtatim ſubſecuta eſt res quidem

Literarū mira dictu, ꝙ literarū. ſ. oblitus eſt, cū cætera tenaciter memoria

litus. bo retineret. Pli. lib. vii. na. hiſt. Nec aliud, inquit, eſt eq̄ fragile in homine morborum, & caſus iniurias, atq̄ et ã metus ſentiens, alias particulatim alias uniuerſa, ictus lapide oblitus eſt literas tñ & præalto tecto lapſus matris, & affiniū, ꝓpinquorūq̄ cœpit obliuionē. Alius ægrotus ſeruorū etiam. Sui uero nois oblitus eſt Meſſala coruinus orator. Dirum. Deteſtatur quodammodo hunc caſum Vale. ꝙ quaſi dedita opera ſenſibus hominis perſcrutatis, eum potiſſimum eripuerit a quo uoluptatē maximam capiebat. Dirum quaſi ab ira deorū prouenięns. In animo potius q̄ corpore. Pleno inuidiæ funere. Plenus inuidiæ ſum ſignifico mihi multos inuidere, unde, doctrinã literarū a caſu maligno ſublatã, funus inuidiæ plenū appellat. q. d. caſum tam acerbū huic hoi doctrinã lr̃arū inuidiſſe. Q. d' aūt dicit efferēdo, ꝓſtat i trãſlatiōe, q̄a ſicut ſæpe dicim⁹, efferri ꝓprie cadauerū ē.

EXTERNA.

Quæ minus admirabilia Eri Pamphilii caſus facit, quem Plato ſcribit inter eos, qui in acie cecide rant. x. diebus iacuiſſe, biduoq̄ poſtquã inde ſublatus eſſet, impoſitum rogo reuixiſſe, ac mira quædam tempore mortis viſa narraſſe. Et quoniã ad externa trãſgreſſi ſumus, quidam Athenis vir eruditiſſimus, cum ictum lapidis capite excepiſſet, cætera omnia tenaciſſima memoria retinens, literarum tantummodo, quibus præcipue inſeruierat, oblitus eſt. Dirum, malignumq̄ vulnus in animo percuſſit, quaſi de induſtria ſcrutatis ſenſibus in eum potiſſimum locum, quo maxime lætabatur, acerbitate nocendi erupit, ſingularem doctrinam hominis pleno inuidiæ funere efferendo, cui ſi talibus ſtudiis perfrui fas non erat, vtilius aliquanto fuit ad illa aditum non impetraſſe, q̄ iam percepta eorum dulcedine caruiſſe.

DE NAVSIMENIS VXORE.

Mirabilior tamen ſequentis caſus narratio. Nauſimenis enim Athenięſis vxor, cū filii, ac filiæ ſuæ ſtupro interueniſſet, inopinati mōſtri ꝑculſa cōſpectu, & in præſens tempus ad indignandū, & in poſterū ad loquendū obmutuit. Illi nefarium concubitū voluntaria morte penſarūt. Hoc modo Fortuna ſæuiēs huic vocem, iis vitam ademit: illi propitia donat.

ASCENSIVS.

QVÆ minus admirabilia &c. Trãſit ſuo more ad externa miracula recitãda dicens. Quæ. ſ. iam dicta primo loco miracula, caſus Pãphili fereti, aut pheræi. i. ciuis pherarū urbis ꝓpinquę pylo, aut meſſeniæ facit minus admirabilia, q̄a ipſe eſt magis admirabilis. Quem. ſ. pamphiliū Plato ſcribit iacuiſſe decem diebus iter eos qui ceciderãt acie, .i. in ꝓlio, & impoſitū rogo biduo poſtquã ſublatus eſſet inde. i. ex ſtrage occiſorū, reuixiſſe, ac narraſſe quędã mirã uiſa .ſ. a ſe tēpore mortis, ꝙ certe ſtupēdū eſt miraculū, & ſi uerū eſt, deo uero attribuendū. Et q̄m tranſit ad miraculorū memoriæ iterruptionē in quodã philoſopho Athenienſi dicēs. Et q̄m nos ſumus trãſgreſſi ad externa. i. aliena a Romanis q̄dã uir Athenienſis eruditiſſimus, quū excepiſſet capite. ſ. ſuo ictū lapidis, oblitus eſt tñ modo literarū, q̄bus inſeruierat. i. inſudauerat ꝑcipue, retinēs cętera oïa, q̄ ſ. ſciuerat, memoria tenaciſſima, de quo caſu dicit auctor. Dirū. ac malignū uulnus ꝑcuſſit in animo, .i. in parte memoratiua, quæ ab animo depēdet, erupit acerbitate nocendi potiſſimū in eū locū, uidelicet repoſitoriū ſciētiæ, qua lætabat̄ maxię, & hoc ſenſibus ſcrutatis. i. rimatis, quaſi de induſtria. i. data (ut dicūt opera, utpote efferendo. i. extinguēdo, ſicut hō, qui effertur iã extinctus eſt (uñ ſpecioſa utit̄ metaphora) ſingularem doctrinã. i. hoc loco ſcientiã hoīs, pleno funere inuidię, quaſi dii illi ſingularem illã doctrinã inuiderint aliogn enim aut illius memoriã reliq̄ſſent, aut cæterorū quoq̄ abſtuliſſent. Cui .ſ. uiro eruditiſſimo, ſi nō erat fas perfrui. i. ad finem uſq̄ uitæ frui, talibus. i. literalibus ſtudiis, utilius aliquãto fuit. i. fuiſſet illi nō impetraſſe. ſ. a deo aditum. i. acceſſum, aut introitū ad illa. ſ. ſtudia, q̄ caruiſſe dulcedine eorū. ſ. ſtudiorū iam percepta, quia nihil eſt infelicius, q̄ fuiſſe in aliqua re, & maxię literaria felicē.

THEOPHILVS.

HERI pãphili. Macro. i ſom niū Scipionis ille Plato. inquit, ſecretorū relator. Et quidam noie fuit, natione pamphilius miles officio, qui cū uulneribus in prælio acceptis uitã effudiſſe uiſus. xii. demū die inter cæteros unã pereptos ult. eſſet honorandus igne ſubito, ſeu recepta anima, ſeu retenta, quicquid emēſis hīc utraq̄ uitã diebus, egerat, uideretur, tãquã publicū ꝓfeſſus inditiū, humano generi nūciauit. Hæc ille, uidetur itaq̄ legēdū potius eris ex analogia ſicut Ser. Seris, q̄ uel eri uel ereus, uñ lubriomēda pherecus a quibuſdam ſcribitur, & inepte exponitur.

OLIVERIVS.

MIRABILIOR tñ. Mirabilis q̄dē fuit ſuperior caſus, ꝙ ictu lapidis literarū doctrina amiſerit, ſed hic qui ſequit̄ mirabilior. Mulier quædã Athenięſis, cū filios in adulterio deprehēdiſſet, mōſtri nouitate perculſa, loquelã, uocemq̄ amiſit. Mirabilior. alii legunt miſerabilior, ſed cum de miraculis tractetur, melius ſtat litera mirabilior. Inopinati. quia nunquam tale quicquam cogitaſſet. Conſpectu. ꝙ uideret tñ eos facinus admittere. Ad indignandum. ut ipſa quidē indignabunda reprehendere potuerit. Illi ne. c. ubi cōſideraret turpitudinē ſuã, quantūq̄ nefas cōmiſiſſent, ſibi uitã ademeret. Illi ꝓ. de quo dicturus ſum, donauit uocem.

ASCENSIVS.

MIRABILIOR &c. Iocundo progreſſu narrat miraculū quod contigit uxori Nauſimenis Athenięſis dicēs. mirabilior, uel, ut alii legunt miſerabilior, certum autem eſt, ꝙ miſerabilis

DE AEGLE SAMIO.

z Aegle Samius, Athleta mutus, cum ei victoriæ, quam adeptus erat, titulus & præmium eriperetur indignatione accenſus, vocalis euaſit.

DE GORGIA EPIROTA.

Gorgiæ quoq; Epirotæ fortis, & clari viri origo mirabilis, qui in funere matris ſuę vtero elapſus, inopinato vagitu ſuo lectum ferentes conſiſtere coegit, nouumq; ſpectaculum patriæ præbuit: non tantū ex ipſo genitricis rogo lucem, ſed etiam cunas aſſecutus: eodē enim momento temporis, altera iam fato functa parit, alter ante elatus q̄ natus eſt.

DE QVODAM IASONE.

Diuinæ fortunæ vulnus Pheræo Iaſoni quidā exitii eius cupidus intulit. Nam cū inter īſidias gladio eū pcuſſiſſet, vomicā, quæ a nullo medicorū ſanari potuerat, ita rupit, vt hominē peſtifero malo liberaret.

DE SIMONIDE.

Aeque Diis immortalibus acceptus Simonides cuius ſalus ab iminēti exitio deféſa, ruinæ quoq; ſubtracta eſt. Cœnanti enim apud Scopam in Cranone (quod eſt in Theſſalia oppidum) nunciatū eſt duos iuuenes ad ianuā veniſſe, magnopere rogātes, vt ad eos cōtinuo pdiret: ad quos egreſſus, neminē reperit ibi. Cæterū eo momēto tēporis tricliniū in quo Scopas epulabatur, collapſum, & ipſum, & omnes conuiuas oppreſſit. Quid hac felicitate locupletius, q̄ nec mare, nec terra ſæuiens extinguere valuit.

it, dubitare aūt poſſis, an miſerabilior, cū ſuperior nō ſit miſerabilis, ſed btūs, ſi inter btitudines reponēda ſit a mortuis excitatio. Certū etiā eſt, qđ ſit mirabilis, ſed an ſuperiorī mirabilior dubites, quū mirabilius ſit mortuū iā decem, & amplius dierū reuixiſſe, q̄ mulierē præ nimio ſtupore obmutuiſſe. Quocirca non dānē eos, qui miſerabilior legunt. Ordo eſt. Tamen i. Tametſi ſuperior caſus ē mirabilis, uel miſerabilis tamē narratio caſus ſequentis ē mirabilior, aut miſerabilior. Vxor Nauſimenis Athe. cū iteruenisſet ſtupro .i. coitui filii, & filię ſuę, ipſa pculſa cōſpectu mōſtri .i. monſtruoſi coitus inopinati, q̄a nō opinata fuerat poſſe cōtingere obmutuit .i. muta facta eſt .i. ſimul ad indignādū .i. ex indignatiōe uehemēter ad obiurgādū in pñs .i. p tēpore illo pſenti, & ad loquendū in poſterū, q̄a nulla deiceps locuta eſt illi .i. filius, & filia. Nauſimenis uxoris pēſar.it .i. cōpēſando .i. ęqualia repēdēdo expiarū morte uolūtaria, quā ſibi necē intulerūt, & ita ſecūdū ueritatē nō expiarūt prius malum, ſed grauiore auxerūt, fortiter tamē illis tēporibus uiſi ſunt agere, qui nece ſua enorme facinus ulti fuerūt. Fortuna ſęuiēs .i. cū illis ſæuiter agēs, ademit .i. abſtulit, hoc modo uitā iis .ſ. filio & filiæ inceſtis, & uocē huic .ſ. matri, & ſup. fortuna propitia .i. clemēs, & indulgens, donat ſup. uocē illi .i. alteri, utpote illi, de quo ſequens narratio.

OLIVERIVS.

Aegles Samius ¶ AEGLES Samius. Aulus Gelius, Samius, inquit, athleta nomē illi fuit, Aegles, cū antea nō loquēs fuiſſet ob ſimilē diciſ cām loqui cœpiſſe, nā cū in ſacro certamine ſortito inter ipſum, & aduerſarios nō bona fide fieret, ſed ſortē nois falſam ſubiici animaduertiſſet, repēte in eū, qui id faciebat ſeſe uidere, quid facerēt, magnum inclamauit, atq; is oris uinculo ſoluto, p omne inde uitę tēpus nō turbide, neq; ad hæc ſe locutus eſt. Tale quiddam legitur de filio Crœſi regis, qui cum mutus uixiſſet in ſalute patris uocem recuperauit, ſicut in capi. de

Athleta pietate dicemus. Athleta. ἄθλος certamen. ἀθλητὴς ſignificat certatorem. Aegles. Declinatur ægles æglæ, ſicut anchiſes anchiſæ, uel ægles æglis. Vocalis de muta eſt uocalis, quia uocem acquiſiuit, nam uocalis dicitur, qui uoce utitur.

ASCENSIVS.

¶ AEGLES Samius athleta .i. pugil mutus, cum titulus, & præmiū uictorię, quam fuerat adeptus .ſ. in ſacro carmine eriperet ei .ſ. per falſam ſortem, euaſit uocalis, factus eſt loquens, accenſus indignatione .i. cum ex nimiā indignatione conatus loqui, reuera loqui cœpit, ſicut, & filius Crœſi de quo Iuſtinus, & Oliue. hoc loco &c.

OLIVERIVS.

¶ EPIROTAE ad dicitur iam Gorgiæ Leontini, de quo dicemus li. viii. cap. ult. Origo fuit admirabilis. Non tm̄. multi literam hanc corruptā eſſe exiſtimātes, legūt nō tm̄ ex ipſo genitoris rogo, ſed & cunas aſſecutus, q ab itelligētia hmōi dicēdi generis abhorrēt, nō tm̄ eni eſt, qđ græce dicitur .i. ferme ita poſt lucē ſuperfluo adiiciunt, ſed ergo h. d. ferme ex ipſo genitoris rogo, uitam, & cunas aſſecutus, quia parum admodum fuit, quin rogo ſuper iniicerēt, antequā puer uagitū ederet, & recte quidē, q̄a eſt enim ferme cecidit, niſi tm̄ nō cecidit, parum abfuit, quin caderet, & eſt peculiare dictum Valerii, quo frequenter utitur.

ASCENSIVS.

¶ GORGIAE &c. Ordo eſt. Origo quoq; Gorgiæ epyrotæ .i. cui* epyrus erat pria, uiri fortis & clari (q elapſus utero matris ſuæ in funere .i. cū mortua portaret ad rogū coegit uagitu ſuo inopinato ferētes lectū .i. feretrū, aut lecticā, in qua partu defunctæ pcipue afferri ſolēt, cōſiſtere .i. manere ſtātes, & aperire loculū) origo dico gorgiæ pbuit priæ .ſ. ſuæ epyro nouū .i. inſolitū ſpectaculum aſſecutus, mire mutat genus, nā quū reſpicere debeat ad ſuppoſitū origo, reſpicit ad nomē Gorgiæ, perinde ac noiatiuo dixiſſet, Gorgias quoq; ortu ſuo &c. ſpectaculū pbuit priæ aſſecutus non tm̄ lucē .i. uitalē aurā, ex ipſo rogo genitricis, cui ſaltē uicinus erat nōdū cū mīe i cū miſſus, ſed etiā cunas .i. repoſitoriū īfantile, nā mīis loculū, ſeu pheretrū habuit p primis cunis. Eni. p q̄a alter, utpote mī parit eodē momēto tēporis fūcta fato .i. pfuncta .i. moriendi munere, hoc eſt pfuncta, iā .i. paulo ante, & alter .i. filius Gorgias poſtea dictus elatus eſt .i. ad rogū cū mīe defūcta portatus añ .i. prius, q̄ natus ē, q ne fiat nobis cautio eſt, nā partus ēt nōdū maturus a mīe ſeparatur. Oli. uult legendū tm̄ nō p ferme, ſine particula ſed, ut ſit aſſecutus tm̄ nō .i. ferme lucē ex ipſu rogo genitricis, & cunas, ſed aptior ē lectio nō tm̄, ſed etiā ſunt, q legāt nouūq;, ſed uacatq;, niſi cōnectat uerbū pbuit cū uerbo coegit, ſed tunc origo abſolute ponatur.

OLIVERIVS.

¶ VOMICAM. Vomica pprie dr ulcus latens a uomēdo q̄a ruptū euomit ſaniem, uomica ſecūdū Noniū Marcellū locus ē cōcauus, & uetuſtatē abſceſſus, ſecūdū alios genus apoſtematis, p qđ emittitur uiſcera.

ASCENSIVS.

¶ DIVINAE &c. Recitat miraculoſam, aut certe mirandæ felicitatis ſanationē Iaſonis pherȩi dicēs. Quidā intulit Iaſoni pheręo, uulnus diuinæ fortunæ .i. fortunatiſſimę felicitatis, itulit dico cupidus exitii .i. interitus eius, nā cū pcuſſiſſet eū gladio iter īſidias, rupit uomicā .i. cōgeriē putredinis in corpe latentē, q̄ a nullo medico potuerat ſanari. (Qđ arguit, aut nō ſatis peritos fuiſſe chirurgicos, aut nō auſos uulnus aperire, quod inimicus aperuit) rupit, dicit, ita ut liberaret hoiem malo peſtifero .i. necē illaturo, niſi ab illo ſic ruptū fuiſſet.

THEOPHILVS.

¶ PHERAEO Iaſoni. pheræorum tyrā. Iaſon, fuit imperatoriis, artibus inſtructiſſimus, ut polyenus Mace. ſtratagematon vi. refert.

OLIVERIVS.

¶ AEQVE diis. Hic eſt ille Simonides de quo ſupra mentio facta eſt in ca. de ſomniis, q nauigaturus per quietem monitus eſt, ut corpus inhumatum ſepulturæ mandaret, q ut faceret cōſilio nauigandi ſuperſedit, & ita naufragium euaſit quod paſſi ſunt, cum quibus nauigaturus erat. Hunc igitur dicit beneficiū quoq; ſalutis a diis accepiſſe, quos Caſtorem, & pollucē fuiſſe creditū eſt, cū enim apud Scopam cœnaret, & oēs diſcubētes iā in medio conuiuio conſtitiſſent, nūciatum eſt duos iuuenes ueniſſe, qui Simonidē allocuturi uocarent ille egreſſus, dū q̄rit iuuenes illos, qui nulli erant ante oſtiū, interea cœnaculum ubi epulabantur corruit, & qui in eo cœnabant obruti ſunt. Sol. uero de mi. mon. non intelligit Simonidem, ſed Pyndarum poetam

tam lyricũ, qui in honorem Polluci, & Caſtoris carmina ſcrib. Dicit enim Pyndarum lyricũ e conuiuii loco, cum iminebat rui na, ne cũ cæteris Interiret, forinſecus Caſtor: & Pollux uocaue runt, inſpectãtibus uniuerſis, quo effectũ eſt, ut ſolus impendẽs periculum euaderet. Cice. lib. de oratore. ii. gratiã inquit habeo Simonidi illi ego, quẽ primũ ferunt artem memoriæ protuliſſe, dicunt enim cũ cœnaret Cranone in Theſſalia Simonides apud Scopam fortunatũ hominẽ, & nobilẽ, ceciniſſetq; id carmen, quod in eo ſcripſiſſet, in quo multa ordinandi cauſa poetarum more, in Caſtorẽ ſcripta, & pollucem fuiſſent ferunt nunciatum Simonidi, ut prodiret, iuuenes ad ianuam ſtare duos quoſdam, qui eum magnopere uocarent, ſurrexiſſe illum, prodiſſe, uidiſſe neminem, hoc interim ſpatio conclaue illud, ubi epularetur Scopas, cõcidiſſe ea ruina ipſum, cum cognatis oppreſſum, interiiſſe. Sequitur deinde quomodo artem memoriæ inuenerit. Hoc idem teſtatur Quintil. lib. xi. de inſti. ora ubi multa alia tradit, & inprimis diſſentionem eſſe inter auctores, cui carmen illud ſcriptum fuerit. Scopæ an aliis, quos commemorat, & cuius fuerit domus Pharſali, an Scopæ. Itẽ dicit ſibi uideri fabuloſum de Tindaridis, Scopas aũt, ut Pli. refert. fuit etiam ſculptor marmorarius, cuius opera, quæ & ubi Ro. Idem Plin. tradit. Si. Hic primus fuiſſe dicit', qui memoriã artificioſam inuenit. Exitio defenſa, ꝓpter illud corpus, quod ſepulturæ mandauit. Triclinium cœ. a tribus lectis ſtratis, ubi epulari ſolebãt antiqui, dicit' autem Triclinium a tris & κλίνη. i. lectus, tres enim lecti ſternebantur, In quorum uno dñs epulabatur, in altero uxor cum reliqua eius familia aſſidebat, in tertio uero amici, & reliqui, qui ſuperueniſſent. Nã tres menſæ apponebant' apud maiores, & iuxta menſas totidem thori, ubi diſcũberent Iuue. primo finge loco, quo tu diſcũbere iuſſus, & ſubdit Tertia ne uacuo ceſſaret culcitra lecto, ergo tricliniũ locus ubi conuiuabantur. Quin. loquens de hoc Simonide ait. Vix eo limen egreſſo Tricliniũ illud ſuper conuiuas corruit. Cice. uero eundem locum traduxit conclaue dicens. Hoc interim ſpatio conclaue illud concidit. Aliquibus uero aliis diſcubitorium magis tradu cere placuit, & a Triclino Architriclinus dicitur princeps cœnaculi. Nec mare propter id, ꝙ naufragium euitauit. Nec te. ad id quod ruina ſubter fugit beneficio deorum.

Simonides

ASCENSIVS.

¶ A E Q VE &c. Recitat miraculoſam euaſionẽ mortis in Simonide, quem prius meminit ſubuerſionẽ euaſiſſe. Ordo eſt. Simonides ſup. fuit eq;. i. equaliter, ut Iaſon phereus acceptus. i. aut gratus, aut placens, diis imortalibus, cuius ſalus defenſa. l. protecta ab exitio. ſ. ſubmerſionis ſubtracta eſt quoq; ruinæ. ſ. cõclauis, aut cœnationis. Enim pro quia nũciatũ eſt Simonidi cœnanti apud Scopã, urũ diuitem in Cranone, quod oppidum eſt in Theſſalia, duos iuuenes. ſ. Caſtorem, & Pollucem, ueniſſe ad Ianuã rogantes magnopere, ut ſup. Simonides prodiret. i. exiret cõtinuo ad eos (poſſet dici etiam ad ſe, propter participiũ rogantes) ad quos. ſ. iuuenes Simonides egreſſus, neminem repperit ibi. Cæterum. i. ſed Triclinii. i. cœnatio trium lectorum: diſcubitoriũ capax, in quo Scopas dominus domus epulabatur, collapſum eo momento temporis, quo Simonides exiuerat, oppreſſit, &. i. ſimul ipſum. ſ. dominũ domus Scopã, & oẽs conuiuas, quid locupletius. i. ditius, aut abundantius, hac felicitate. ſ. Simonidis ꝙ. ſ. felicitatem, nec mare ſæuiẽs, cũ, ut patuit in capite de ſõniis, nauẽ, quã Simonides niſi primo monitus fuiſſet ingreſſurus erat, obruit nec terra ſæuiẽs. i. caſus Triclinii I terra poſiti, ualuit extinguere. q. d. nihil, cũ duplex ſit, & euidẽtiſſima.

THEOPHILVS.

¶ C R A N O N E. Cranon urbs eſt Theſſaliæ regionis, quam Pelaſgiorem uocant, ad ipſa tempe. Hecateus auctor in Europa. Eiuſdem nominis altera ciuitas Athamaniæ cõtributa, a Cranone Pelaſgi filio dicta, in cuius finibus duos tantũmodo uideri coruos inter miracula retulit Callimacus, & Teopompus. In Bel. Maced. Liu. oppidi meminit ab impreſſoribus inuerſa dictione, quam Ianus emendauit.

DE DAPHIDA.

Non inuitus huic ſubnecto Daphidam, nequis ignoret quantum interfuerit ceciniſſe Deorum laudes, & numen obtrectaſſe. Hic cum eius ſtudii eſſet, cuius, profeſſores Sophiſtæ vocantur: ineptæ, & mordacis opinationis Apollinem Delphis irridendi cauſa conſuluit. An equum inuenire poſſet, cum omnino nullum habuiſſet. Cuius ex oraculo reddita vox eſt, inuenturum equum, ſed vt eo perturbatus, periret. Inde cum iocabundus, quaſi deluſa ſacrarum ſortium fide, reuerteretur, incidit in regem Attalum ſæpenumero a ſe contumelioſis dictis abſentem laceſſitum, eiuſq; iuſſu, ſaxo cui nomen erat equi præcipitatus, ad deos vſq; cauillandos, dementis animi iuſta ſupplicia pependit.

OLIVERIVS.

¶ NON inultus. Liptote eſt, cum minus dicimus, & plus ſignificamus. Non inuitus libentiſſime. Ceciniſſe laudes, ſicut Simonides, qui uerſu laudes Pollucis, & caſtoris cõplexus eſt. Numẽ obtrectaſſe, inuidia quadã proſecutũ eſſe. Inuidia eſt minoris aduerſus maiorẽ, obtrectatio eſt inter pares, uel obtrectaſſe uituperaſſe, ut obtrectare ſit aliquẽ cum inuidia maledictis lacerare. Sophiſtæ, qui aſtutiis, & argutiis ſuis id, quod falſum eſt, uerum oſtendere nituntur. Sunt igitur cauillatores, & alienorũ ſermonũ moleſti interpretes, qd' nomen. quãuis a Sopho dicatur, quaſi emulator ſapientiæ, tamen nõ nunquã pro Sophiæ, & ſcientiæ calumniatore accipitur, ipſo uidelicet apparente, non exiſtẽte Sopho. Ineptæ, ꝗa ea, quæ dicũt, ſemꝑ per contrariũ iterpretãtur. Ineptus aũt dr, qui nec rei, nec tẽporis: nec loci, nec ꝑſonæ, rationẽ habet, hoc eſt nulli rei aptus eſt. An equum iuenire poſſet. hæc erat caliditas, ut ſiue rñderet inuenturũ illũ equũ eſſe, ſiue nõ deus omnino deluſus eſſe uideret', nã ſi rñdiſſet iueniẽs, exiſtimabat ſe decepiſſe numẽ, ꝗa nõ iueniri poſſit, qđ nõ ſit amiſſum. Si uero dixiſſet, nõ inuẽturũ, itidẽ credebat poſſe irrideri, qđ ipſe uidelicet ſcire, nõ poſſe iuenire quod nõ amiſerit. Sed ut eo deturbatus periret. i. ex equu deiectus ꝓceps peribis. Iocabũdus iocãti ſil's, uel re uera Iocãs, noĩa enim in bũdus deſinẽtia nõ ſilitudinẽ, ſed rei effectũ ſignificãt ut ſentit Vallã. Attalũ. regẽ Aſiæ. Saxo. mõte, nã ſaxũ ꝓ mõte. Virg. Saxi de uertice paſtor. Cauillãdos. ad cauillãdos nõ tñ hoĩes ſuis argutiis, ſed ẽt deos Cauillari eſt ꝓpriũ ſophiſtarũ, ponit' ẽt ꝓ caluniari, & deridere. Iuſta ſupplicia. meritas pœnas, ꝗa illũ Attalus iuſto quidẽ affecit ſupplicio.

De nominibus in bundus

ASCENSIVS.

¶ NON inuitus. Tractat exẽplũ miraculoſi, & diuinitus ꝓdicti exitus uitæ Daphidæ cuiuſdã nõ ſatis noti hoĩs, ſed cuius exitiũ ad religionẽ mortalibus icutiẽdã efficax eſt argumẽtũ. Ordo aũt eſt. Ego ſubnecto ſ. quodã filo dicẽdi, nõ iuitus. i. libẽtiſſimus. ſ. Simonidi pio, Daphidã hoĩem ipſũ, ne ꝗs ignoret. i. ut ꝗs ſciat, quãtũ iterfuerit, ceciniſſe laudes deoꝝ, ut fecit Simonides caſtoris, & Pollucis, quoꝝ ope poſtea ſeruatus fuit, & obtrectaſſe. l. cõtumelioſis uerbis affeciſſe, numẽ. i. deũ aliquẽ, & hoc loco Apollinẽ. Hic. ſ. Daphida, cũ eſſet eius ſtudii, cuius ꝓfeſſores. i. ex profeſſo ſectatores, uocant' Sophiſtæ. i. apparẽtes, ſed cauilloſi philoſophi, cõſuluit. i. iterrogauit quaſi cõſulendi gratia, Apollinẽ Delphis. i. In tẽplo Delphico, & cum eſſet ſup. opinionis, ſeu opinationis (ut alii legũt) ineptæ, ꝗa nulla caliditas contra deũ ualet, unde ꝑ cõtrariũ Sta. in Achilleide. Quis diuũ fraudibus obſtet, & mordacis, ꝗa Apollinis oraculũ eo modo falſitatis arguere uolebat, cõſuluit dico cauſa irridẽdi, an poſſet inuenire equum cum nullum omnino habuiſſet ſup. equum. Ex cuius. ſ. Apollinis oraculo. l. reſponſo, de rebus futuris ex ore dei prolato uox eſt reddita ipſum ſup. inuẽturum equum, ſed ut ipſe periret eo. ſ. equo, perturbatus. Inde cũ ipſe Daphida iocabũdus quaſi fide ſacrarum ſortium deluſa reuerteretur, incidit in Attalum Regem. ſ. Aſiæ laceſſitum a ſe. ſ. qui incidit in manus eius hoc eſt a Daphida dictis contumelioſis abſentẽ. ſ. longe diſtãtem ab eo & ipſe præcipitatus. i. deorſum deiectus, iuſſu eius, ſaxo, cui nomen erat equi, pependit iuſta ſup. animi dementis, quia ad deos uſq; cauillandos.

THEOPHILVS.

¶ S O P H I ſtę. Rhetores antiqui Sophiſtas appellabant, ut philo. auctor eſt, & Mari, uictorius in Rheto. Ci. Rhetor eſt, inquit,

DE REGE PHILIPPO.

Eodem oraculo Macedonum Rex Philippus admonitus, vt a quadrigæ violentia ſalutem ſuam cuſtodiret, toto regno diſiungi currus iuſſit, eumq; locum, qui in Bœotia quadriga vocatur, ſemper vitauit: nec tamen denuntiatam periculi genus effugit: nam Pauſanias in capulo gladii, quo eum occidit, quadrigam habuit cælatam.

DE CALANO.

Quæ tam pertinax neceſſitas in patre, & filio Alexandro conſimilis apparuit. Siquidem Calanus Indus ſua ſponte ſe ardentiſſimo rogo ſuperiacturus, interpellatus ab eo, ecquid aut mandaret, aut dicere vellet: breui, inquit, te videbo. Nec id ſine cauſa, quia voluntarium eius e vita exceſſum, rapida mors Alexandri ſubſecuta eſt.

qui docet literas, atq; artes tradit eloquẽtiæ. Sophiſta eſt, apud quem dicendi exercitium diſcitur &c. eius ergo generis Daphida fuit ex Telmeſſo, qui cõmentatus in Homerũ negat Athenieſes expeditionis in Troiã participes extitiſſe, de cuius fato Suidas eadẽ, quę Valerius. Alter aũt Strabo Geographię. xiiii. Mons ait Thorax appellat in quo traditũ in crucem ſublatũ. Daphitã grãmaticũ, quod reges uerſibus inceſſeret πορφυρεοι μω λωπες ψηγματα γαζης λυσιμαχου λυδων αρχετε και φρυγιης .i. Purpurei uibices ſcobs opum Lyſimachi uos ne Lidis & phrygiæ imperatis, ex quo illud in prouerbium ceſſit, cãue Thoracem. Daphitas in ſuperiore diſticho. Purpureos uibices ex Aridice ioco dixit. Nã, quomodo Regis Libertus ad opes nuper euectus philoſophos ad conuiuium congregaſſet, & irridendo minutulas eorum queſtiones ſcire ſe uelle dixiſſet, cur ex nigra, & alba faba pulmentum unius coloris edatur. Arridices indigne ferens tu nobis, inquit, abſolue, cur de albis, & nigris loris ſimiles maculæ gignãtur, hęc in Valerium Ianus ex quinto Sympoſiacorum Plutarchi dictauit. Vnde totidem uerbis, & Macrobius. Cui nomen erat equi. Valerio, Suidas, & eo prior Cice. concluit hunc in modum. Quid enim ſi Daphitæ fatum ita fuit de equo, cadere, atq; ita perire, ex hoc ne equo, qui cum equus non eſſet, nomen habebat alienum. Sed illud obſeruandum Daphitam per. T. a Strabone, a Suida Daphidam per. d. notari, q; in quibuſdam Valerii codicibus eſt legere.

OLIVERIVS.

EODEM Oraculo. Sicut illi uerum prædixit Apollo, ita quoq; Philippo Macedonum Regi, hic cum quæreret ex oraculo qua morte periturus eſſet, reſponſum accepit, ut quadriges uitaret, tum Philippus quadrigas omnes ex regno ſuo iuſſit amoueri, locus etiam, qui quadriga appellabatur, ab eo ſtudioſe uitabatur, ſed nulla potuit ratione fata uitare, nam occiſus a pauſaniæ adoleſcentis gladio, in cuius capulo quadriga fuerat inſculpata, hac autem de cauſa dicitur Pauſanias occidiſſe Philippum, quod cum interrogaſſet Hermoclem, quo pacto ſibi poſſet glorioſum non comparare, reſpondiſſe, dicitur ſi uirum nobiliſſimum occideret, hoc autem Valerius ſentit, ſed aliter Iuſtinus, dicit enim, q; Philippus Macedonum Rex iam ætate prouectiori Regis Attali ſororem, uel ut Plutarc. dicit filiam Cleopatram uirginem Olimpiadi ſuperinduxit uxorem, quod quidem illa grauiter ferens, cum Alexandro filio iam tũ dicitur iniiſſe conſiliũ contra Philippum. Forte ita accidit, ut Attalus cum Cleopatra filia conuiuium celebraret, ad quod Pauſaniam adoleſcentem inuitarunt, qui cum uino Paulo Largius ingurgitatus eſſet, eo turpiter abuſi ſunt omnes, adoleſcens poſtquam reſipuit, & contumeliam, quam per uiolentiam paſſus erat, recognouit, ſæpe de iniuria ad Philippum conqueſtus eſt. Ille iocabundus Pauſaniam dimittere, hinc uehementius indies de ea re inſtare, cupere tantam iniuriam ulciſci, ſed cum forte quadam occurriſſet Alexander, apud eum conqueſtus eſt de hac iniuria, ille dicitur græce iambicum uerſum pronunciaſſe eum qui dedit, cum qui accepit. ſ. interfice, quod etiam factum eſt, nam occupatum anguſtiis, Philippum in tranſitu obtruncat, de quo latius in ca. de Cupiditate gloriæ dicemus, ſed in eo miraculum fuit, quod gladio occiditur, qui quadrigã impreſſam habebat in capulo.

Mors Philippi

ASCENSIVS.

EODEM oraculo &c. Narrat fatalem, atq; ineuitabilem, & ppterea miraculoſam mortẽ Philippi Macedonũ Regis. Ordo eſt Philippus Rex Macedonũ, monitus eodẽ oraculo. ſ. Delphico, ut cuſtodiret ſalutẽ ſuã a uiolẽtia q̃drigæ, iuſſit currus diiungi, id eſt diſſolui toto regno, ſcilicet ſuo, ut nullæ in eo ſint quadrigæ, & uitauit, ſemper. ſ. poſt oraculum eum locum, qui uocatur in Bœotia quadriga, nec tamen effugit genus periculi denunciatum. Nam Pauſanias adoleſcens habuit quadrigam .i. quatuor equorum currum cælatam, id eſt ſculptam, id eſt ut dicunt manubrio gladii, quo occidit eum.

THEOPHILVS.

ELOCVM, qui in Bœotia quadriga uocatur. Authoremq;, tibi reddat in Bœotia. Quadrigam non facile inuenias. Harma græcum nomen expreſſit oppidi Tanagreorum finibus attributi, ſi Pauſaniæ credimus, ab Amphiarai caſu, de quo plura Strabo. Memoratur, & in Attica Harma ad caſtellum phylen. Ergo Valeri. Harma latine quadrigam uocauit.

OLIVERIVS.

EQVÆ, tam pertinax. Cum Alexander Darium uiciſſet, & Babilonem ſubegiſſet audiuit in India eſſe, qui ludum Gymnoſophiſtæ exercerent, dicebantur autem Gymnoſophiſtæ nudi Philoſophi, ideo autem nudi uiuebant, quia dicerent naturam omnibus rebus humanis prouidiſſe, nec quicquam deeſſe uoluiſſe, quemadmodum igitur cætera animalia his contenti eſſent, quæ ſibi natura ſuppeditaſſet, ita homines uitam ſuam informare debere ut nihil præter quod eis natura dediſſet, inquirerent, hi philoſophi erant, qui ſummum bonum in uoluptate põnebant, ſummum malum in dolore. Hos igitur uidendi magno deſiderio captus eſt Alexander, & inter cæteros Calanus quidam præſtare audiebatur, cum hoc maximam familiaritatem iniuit Alexander, & eum ſecum adduxit, ſed cum annouitæ ſuæ. lxxiii. ad eos dolores forte perueniſſet, ut eos ulterius ferre non poſſet, nam Aluo nexabatur, rogum ſibi ſtruxit, & aurea lectica ſuperimpoſita incubuit ſtramentis opertus, ut eos aufugeret, in quibus ſummum malum ſtatuebat, deinde Macedones obſecrauit, ut illum letitiæ diem cum Rege ſimul potantes exigerent, quẽ paucis poſt diebus Babylone uiſurum ſe dixit, atq; ita breui futuram Alexandri mortem prædixit, qui Babylone periit, ſicut ſuo loco dicemus. Alexander uero mortuo Calano conuiuia celebrari iuſſit, ſed antequam moreretur, eum rogauit ſiquid uellet, ut diceret, qui nihil aliud reſpondiſſe fertur niſi, te propediem Babylone uidebo. Cice. lib. de diui. i. Calanus Indus, cum deſcenderet in rogum ardentem, o præclarum inquit, diſceſſum e uita, cum ut Herculi contigit mortali corpore cremato, in lucem animus exceſſerit. Cumq; Alexander eum rogaret, ſiquid uellet, ut diceret optime, inquit. propediem uidebo te, quod etiam contigit rurſus, de hoc Calano mentionem facit libro ſecundo Tuſcul. queſtionum, Strab. in deſcriptione Indiæ plurima de his Gymnoſophyſtis, atq; Calano.

Alexãdri prędicta mors

ASCENSIVS.

EQVAE &c. Affert exemplum de Alexandro Philippi filio dicens. Quæ neceſſitas, id eſt uiolentia fatalis, tam pertinax, id eſt ineuitabilis in patre, ſcilicet Philippo, apparuit ſimilis, & ideſt etiam in Alexãdro filio. ſ. eius hoc eſt Philippi. Siquidem Calanus Indus, quia unus e Gymnoſophyſtis ſuperiacturus, ſcilicet in lectica aurea ſe rogo ardentiſſimo, id eſt in rogum ardentiſſimum, interpellatus, id eſt ab inſtituto paulisper impeditus, dum interrogaretur, ab eo, ſcilicet Alexandro ecquid, id eſt Anne aliquid mandaret, aut uellet dicere, inquit, ego uidebo te o Alexander, breui, ſcilicet tempore (Quin etiam, qui eandem rem recitant, locum addunt, dicunt enim dixiſſe breui te Babylone uidebo) nec ſup. dixit, id ſine cauſa, quia rapida id eſt nimis ſubita mors Alexandri ſubſecuta eſt uoluntarium exceſſum e uita eius, ſcilicet Calani.

DE QVODAM REMIGE.

Regios interitus magnitudine miraculi Remigis caſus æquat: quem in littore Tyriorũ ſentinã hauriẽtẽ, cũ e naui fluctus abieciſſet, altero latere repercuſſum, contrarius fluctus in nauẽ retulit. Itaq; miſeri ſimul, ac felicis, cõplorationi permiſta fuit gratulatio.

DE PRVSIA FILIO REGIS BITHYNIÆ.

Quid illa? nonne ludibria Naturæ in corporibus humanis fuiſſe credenda ſunt? tolerabilia quidem, quia ſæuitia caruerunt: cęterum & ipſa miraculis annumeranda. Nam & Pruſiæ regis filius eodem nomine, quo pater pro ſuperiori ordine dentium vnum os æqualiter extentum habuit, nec ad ſpeciem deformem, nec ad vſum vlla ex parte incommodum.

DE FILIA MITHRIDATIS REGIS.

Mithridatis vero regis filia Dripetine Laodice regina nata, duplici ordine dentium deformi admodũ comes fugæ patris, a Pompeio deuicti, fuit.

DE LINCEO.

Nec illius quidem paruæ admirationis oculi, quẽ conſtat tam certa acie luminum vſum eſſe: vt a Lilybæo portu Carthaginienſium egredientes claſſes intueretur. Oculis eius admirabilius Ariſtomenis Meſſenii cor: quod Athenienſes ob eximiam calliditatem exectum, pilis refertum inuenerunt: cum eum aliquoties captum, & aſtutia elapſum, cepiſſent.

DE ANTIPATRO POETA.

At poeta Antipater Sidenius, omnibus annis, vno tantummodo die, quo genitus erat, febri implicabatur. Cum q; ad vltimã ætatẽ perueniſſet: natali ſuo certo illo circuitu morbi conſumptus eſt.

OLIVERIVS.

TYRVS ciuitas Phoeniciæ inter omnes memoranda, teſte Curtio.

ASCENSIVS.

REGIOS &c. Pulchre præparat narrationem plebei exempli dicens. Caſus remigis .ſ. cuiuſdam ęquat magnitudine miraculi interitus regios, ut Philippi Alexandri, & aliorum quem .ſ. remigem haurientẽ .i. euacuantem in littore Tyriorum, ſentinam .i. receptaculum ſordium in baſe nauis, cum fluctus abiecißet e naui, fluctus contrarius retulit eum percuſſum altero .i. oppoſito latere in nauẽ .ſ. unde excuſſus iã erat. Itaq;, .i. & ita gratulatio fuit permiſta cõplorationi ſimul miſeri, quia iam excuſſi in mare ac felicis, quia relati in nauem ui oppoſiti fluctus.

OLIVERIVS.

QVID illa nonne? quia a propoſito diſcedere uidebatur reddit rationẽ, cur hæc uideantur ſuperioribus ſimillima. Nõne ludibria, quia natura in corporibus humanis quodãmodo ludere uiſa ẽ, uoluiſſe & noua quædam facere. Cæterum quia nam proueniũt & præter naturam fuerunt. Nam & Pruſia. Poſt præfationem ſequitur narratio eorum quæ a natura fuere aliena. Os æqualiter extentũ. os unum tenus ore continuatũ Solin. Quidam cum dentibus procreantur, ut Cn. Papirius Carbo, ut M. Curio, Dentatus ob id cognominatus: quidam etiam uice dentiũ continui oſſis armantur ſoliditate, qualem filium Bithyniorũ regis Pruſias Abbreuiator, Pruſias, inquit, rex Bithyniæ omnium humillimorum fautor, atq; uiciorum a Nicomede filio, adiuuante Attalo rege Pergami occiſus eſt. Habebat alium filium, qui pro ſuperiore ordine dentium enatum habuiſſe unum os continens dicitur. Pli. lib. vii. hiſt. Alioqui uice dentium continuo oſſe uno gignuntur, ſicut Pruſiæ regis Bithyniorum filius ſuprema parte oris. Ad uſum. Ad utendum: nam ita commode epulabatur, ſicut cæteri, qui in plures partes diuiſos habent dentes.

ASCENSIVS.

QVID illa &c. Ordo eſt. Quid illa ſup. credenda ſunt fuiſſe. nonne credenda ſunt fuiſſe ludibria naturę in corporibus humanis. q. d. maxime; quidem .i. certe tamen tolerabilia, quia caruerunt ſæuitia, cæterorum .i. ſed quãtum eſt de reliquo, & .i. etiam ipſa annumeranda ſunt miraculis. Nam filius Pruſię regis Bithiniæ, eodem nomine quo pater, hoc eſt etiam Pruſias dictus habuit pro ſuperiori ordine dentium .i. loco ſuperioris ordinis dentium unum os extentum æqualiter, nec ſup. habuit ipſum ad ſpeciem deformæ, nec ad uſum incommodum in ulla parte.

OLIVERIVS.

MITHRIDATIS regis Põti hoſtis P. R. ad quẽ debellãdũ primo Sylla, deinde Lucullus, poſtremo Põpe. miſſus eſt, q bellũ illud cõfecit. Hũc igit̃ poſt ꝓfligatũ exercitũ fugientẽ filiam hãc comitatã fuiſſe Cic. dicit.

ASCENSIVS.

MITHRIDATIS &c. Ordo eſt. Vero pro ſed Dripetine filia Mithridatis regis nata Laodice regina duplici ordine dentium admodũ .i. multũ deformi; fuit cõmune fugæ patris deuicti a Pompeio .ſ. magno.

OLIVERIVS.

NEC illius quidem paruæ admirationis. Hunc ſoli. Strabonem nominatum fuiſſe tradit, quem Varo. teſtimonio centum xxxv. millia paſſuum proſpexiſſe dicit. ſolitum q; exeuntem a Carthagine claſſem punicam, numerum q; nauium ex Lilybetana ſpecula maniſeſtiſſime notare: quod idem teſtatur Pli. vii. natu. hiſtoria. Cicero tradit iliadem omnẽ ita ſubtiliter in mẽbranis ab hoc ſcriptam, ut teſta nucis clauderetur. Oculis. Hunc Lynceis oculis fuiſſe dicunt. A Lilybeo portu, ſcilicet Sicilię. Nam Lilybęum promontorium eſt Siciliæ, multũ autem a Sicilia ad Carthaginẽ diſtare dicitur, & ut tradit Sol. centum .xxxv. millia paſſuum interſunt. Admirabilius Ariſtomenis. Athenienſes cum Meſſenis bellum graue, & longum geſſere, Meſſeniorũ dux fuit Ariſtomenes, qui tanta calliditate fuiſſe dicitur, ut ſæpe Athenienſes deciperet quorũ ſępe urbẽ ingreſſus, & aliquando captus, atq; in uincula coniectus, calliditate ſua aufugerat: q cum ſemel, atq; iterum, & tertio feciſſet, conſtituerunt Athenienſes illum ruſſus captũ interficere: quod etiam fecere, ſed admirati verſutiã hominis uoluerunt eius capti, & occiſi cor inquirere, q exectũ e corpore piloſum inuenerunt. Pilis refertum. nam qui pilis abundant, ſolent aſtutiores eſſe.

ASCENSIVS.

NEC illius paucis abſoluit alia miranda in utrtute ſenſitiua, in membris, in morbis hominum, & in ſimilibus dicens. Nec quidem oculi illius, uidelicet Strabonis, aut Lyncei ſup. ſunt aut fuerunt admirationis paruæ, immo maximę, quem cõſtat eſſe uſum tam certa acie .i. acumine luminum .i. oculorum, ut intueretur .i. iſpiceret a Lilybeo promontorio Siciliæ claſſes egredientes portu Carthagi. Oculis &c. Ordo eſt. Cor Ariſtomenis Meſſenii, ſupple fuit admirabilius oculis eius, ſcilicet iam dicti, q ſcilicet cor Athenien. exectum, ſcilicet ſecando pectus eius extractum, ob calliditatem eximiam, q̃ putabant habere ſedem in corde, inuenerũt refertum pilis, hoc eſt piloſum, ſeu hirſutũ cum cœpiſſent, cũ captũ .ſ. prius aliquoties, ſed elapſum aſtutia.

THEOPHILVS.

QVOD Athenienſes. Herodotus, Plutarchus, Rhianus, Polyænus, Pauſanias, & Stephanus in mentione ciuitatis Andaniæ tradit a Spartianis exectum, nec aliter hiſtoriæ fidem conſtare Ianus exiſtimat. Itaque corrige Lacedæmones.

OLIVERIVS.

AT Poeta Antipater. Hic quo die natus erat, eodem ſemper febri laborabat omnibus annis: & cum diu uixiſſet poſt q̃ ætatis ſuæ tempus deſtinatum appropinquaſſet, eo die, & eodem genere morbi conſumptus eſt.

ASCENSIVS.

AT id eſt ſed. Antipater poeta Sidonius implicabatur febre omnibus annis, uno tantummodo die, quo genitus erat, & cum perueniſſet ad ultimam ætatem, conſumptus eſt natali ſuo, id eſt die quo natus fuerat illo certo, id eſt infalibili circuitu, id eſt per circulum anni reditu morbi.

OLIVERIVS.

PATRIMONII poſſidendi. quia communiter poſſidebant patrimonia a parentibus relicta, & ex his communiter impenſas faciebant ſtudiorum, quibus operam dabant. Tã ęqualem. Quis, inquit, hanc concordiam, & amicitiam, ac ſocietatem deo non tribuit. Liberis ſicut in filia Mithridatis. Aut in rege .ſ. Pruſia. Viris eruditiſſimis. Polyſtrato, & Hippoclide. In uate .ſ. Antipatre. Homine ſortis ignotæ .ſ. Strabone, qui tã acutam aciem habuit. Omnis bonæ, quia ex natura bona, & mala omnia comparantur ſecundum philoſophorum ſcientiã, quorũ Plato princeps eſt, qui dicit, nihil niſi ex anteſubiecta natura procreatũ eſſe, quod a noſtra religione alienum eſt: nã Deus omnia ex nihilo creauit: ſed naturam poſſumus accipere naturantem, & non naturam naturatam. Ne ipſa quidem. ne dum philoſophi, qui rerum naturalium ſciẽtiam habuerunt. Non magis, inquit, rationẽ reddere poſſem, cur hæc miracula in eiuſmodi hominibus natura eſſe uoluerit. Quã qui proquo. Sylueſtres capreas. Plin. lib. xxv. ceruas non capreas dicit Simplicius, inquit. Ceruę monſtrauere elaphoboſcon, de qua diximus. Item eſſinẽ a partu dictam, oſtendere, ut indicauimus dictamũ, uulneratæ, eo paſtæ, ſtatim decidentibus telis. Nam lib. viii. dixerat, dictamum herbam extrahendis ſagittis monſtrauere percuſſæ eo telo, paſtuq; eius herbæ eiecto. Capreę. ſunt capreæ ſylueſtres, & capreæ domeſticæ ſed i Creta capreæ ſylueſtres confixæ ſagittis, ſi modo periculum inſtãtis mortis euadere poſſint, per ſe ad dictã herbã confugiunt, qua guſtata, & tela, & uim ueneni repellunt, quod quidem a ſecreta quadam naturæ ratione proficiſcitur auxilium dictami. Dictamus penultimam producit. Virg. libro. xii. Dictamum genitrix cretæa carpit ab Ida. Tantum non, id eſt ferme, inquit, ipſa natura ſuis manibus eas deducit ad remedium dictami ſaluberrimum. Cõcepta. comeſta. Aut in Cephalenia. Plin. lib. viii. conſtat in Luſitania circa Vlyſiponẽ oppidũ & Tagum amnem, equas Fauonio flante obuerſas animalem concidere ſpiritum, idq; partum fieri, & gigni perniciſſimum ita, ſed triennium uitæ non excedere, quod etiam beatus Auguſti. confirmat libro de ciui. dei, quod equæ uidelicet ore aperto uentos excipientes, concipiant, unde Virgil. Sic omnes uerſæ in Zephyrum ſtant rupibus altis, Exceptantq; leues auras, & ſæpe ſine ullis coniugiis uento grauidæ mirabile dictu Solin. in proximis, inquit, Vlyſiponis equę laſciuiunt, mira fœcunditate: nam aſpirante Fauonii uento concipiunt, & ſitientes uiros aurarum ſpiritu maritantur. Varro quoq; dicit, In ulteriore Hiſpania uerno tempore equas nimio calore commotas contra frigidiores plagas, & uentos ora patefacere ad ſedandum calorem, & eas exinde concipere, ederecq; pullos, licet Veloces, diu tamen minime duraturos. Ex alto, quia in edito loco conſiſtunt, ut uentos commodius capiant. Vnde Virg. Stant rupibus altis. Aut hoc etiam Solin. commemorat templum Crotonæ eſſe Iunoni conſecratum cuius ara expoſita eſt aperto aeri, ita ut ab omni regione uenti perflantes in ea ſpirare poſſint, & tamen illic cinerem ſacrorũ immobilem permanere. Quapropter. Nec etiam rationem reddiderim, quamobrem natura uoluerit. Crotonæ. quæ ciuitas eſt Calabriæ, & eſt genitiuus aduerbialiter poſitus, ac ſi diceres Vincentiæ. In Caleno agro. a Calibus quod oppidum eſt in Campaniæ dictum pluraliter, hæ Cales Calium, quia homines inebrientur, non ſecus, ac ſi uinum bibiſſent. Licentiæ plurimum uendicari, qui plurimum laboris ſuſtinet, hic debet aliquanto plus licentiæ ſibi cęteris aſſumere, ergo cum tantus ſit naturę labor, ut per eam cuncta gignantur, non mirandum eſt, ſi dum uires ſuas oſtẽdit, tantum ſibi licentiæ uendicat, ut pleraq; faciat, quorum cauſam hominibus ignotam eſſe uelit. Gignendi de natura naturante intelligit: ſed ſi uere intelligitur natura naturans deus eſt.

DE POLYSTRATO ET HIPPOCLIDE.

Hoc loco apte referantur Polyſtratus, & Hippoclides philoſophi eodem die nati, eiuſdem præceptoris Epicuri ſectam ſecuti, patrimonii etiam poſſidendi, alendæq; ſcholæ communione coniuncti, eodẽq; momento temporis vltima ſenectute extincti. Tam æqualem fortunæ pariter: atq; amicitiæ ſocietatem, quis non ipſius cæleſtis Concordiæ ſinu genitam, nutritam, & finitam putet? Quapropter hoc potiſſimum fuerit, aut in liberis potẽtiſſimi regis, aut in rege clariſſimo, aut in vate ingenii florentis, aut in viris eruditiſſimis, aut in homine ſortis ignotæ, ne ipſa quidem, omnis bonæ, malæq; materiæ fœcunda artifex, Natura rationem rerum reddiderit. Non magis quam qui ita ſylueſtres capreas, Cretæ genitas, tantopere dilexerit, quas ſagittis confixas ad ſalutare auxilium herbæ Dictami, tantum non ſuis manibus deducit: efficitq; vt cõcepta ea, continuo & tela, & vim veneni, vulneribus reſpuant. Aut in Cephalenia inſula cum omnia vbiq; pecora hauſtu aquæ quotidie recreentur, in ea pecudes maiore ex parte anni ore aperto ex alto ventos recipientes, ſitim ſuam ſedare inſtituerit. Aut quapropter Crotonæ in templo Iunonis Laciniæ aram ad omnes ventos immobili cinere donauerit potiſſimum. Vel quare alteram in Macedonia, alteram in Caleno agro aquam proprietatem vini, qua homines inebrientur, poſſidere voluerit. Non admiratione iſta, ſed memoria proſequi debemus: Cum ſciamus recte ab ea plurimum licentiæ vendicari, penes quam infinitus cuncta gignendi labor conſiſtit.

ASCENSIVS.

HOC loco &c. Ordo eſt. Polyſtratus, & Hippoclides philoſophi referantur, id eſt recitentur apte hoc loco, quia ſimile quiddam paſſi ſunt, referantur dico, id eſt referendo dicantur, nati eodem die, & ſup. ſecuti ſectam eiuſdem præceptoris uidelicet Epicuri, & coniuncti etiam communione patrimonii poſſidendi, & ſcholæ alendæ, & extincti eodem momento temporis ſup. in ultima ſenectute. Quis nõ putet tã ęqualem ſocietatem fortunæ, id eſt rerum externarum, pariter ac amicitiæ genitam, nutritam, id eſt adultam, & finitam ſinu ipſius concordiæ cæleſtis .q. d. merito nemo nõ putet, hoc eſt unuſquiſq; putet. Quapropter hoc fuerit potiſſimũ, id eſt quæ fuerit potiſſima ratio, cur hoc, quod dictum eſt, eueniret potiſſimum, aut in liberis potentiſſimi regis, utpote in filia Mithridatis, aut in rege clariſſimo uidelicet Pruſia, aut in uate florentis ingenii, ſcilicet Simonide, aut Antipatro, aut in uiris eruditiſſimis ut in Athenio illo, & in his ſectatoribus Epicuri Polyſtrato & Hippoclide, aut in homine ſortis, id eſt conditionis ignotæ, ut in Strabone illo lynceis oculis prædito, ne quidem ipſa natura, ſcilicet naturans utpote artifex fœcunda omnis materiæ bonæ, & malæ, reddiderit, id eſt reddere poſſit rationem rerum, ſcilicet quę contigerũt. Non magis. Optimo pede progreditur ad recitanda mira, quæ in ratione, aut etiam uita carentibus natura producit, dicens. Non magis ſup. rationem rerum ſupradictarum reddiderit natura, quam quid ita, id eſt cur, aut qua ratione, ipſa ſup. dilexerit tantopere capreas ſylueſtres, genitas Cretę. id eſt in Creta inſula (Sunt qui legant qui ita. certum enim eſt, qui quaſi ablatiui caſus e nominatiuo quid aduerbialiter ſæpe poni pro quo ut. Qui fit Mecœnas &c. certum etiam eſt, quid ita particulam aptam interrogationi ſolere poni pro cur, aut quare. quocirca legam, qui ita niſi ſequatur tantopere, nam ita tantopere dicendo uidetur ita redundare. Quod nõ uacat, ſi quid ita pro una ponat particula) quas .ſ. capreas confixas ſagittis natura deducit tantum non. i. nõ ſolũ, ſuis manibus. i. naturali inſtinctu, ad auxilium ſalutare herbæ dictami. i. ſcilicet nomine, quæ in Creta ſpõte naſcit, efficitq;. i. etiã ut ea. ſ. herba concepta. i. in uẽtrem redacta a capręis ipſę capreę reſpuant. i. eiiciãt quaſi expuendo, & euomendo una cum herba uulneribus. ſ. ſagittarũ, & ita nõ ſolũ e uentre, ſed ubicunq; fuerint uulnera, & tela, & uim ueneni, quo armari ſolent ſagittæ. Aut (repete quid ita. i. cur) in Cephalenia inſula, quam

Luſitaniæ

Luſitaniç uicinam hic Oliuerius uidetur innuere cum altera ſit, aut ſaltem Cephalenia inſula maris Ionii, eum. ſ. ita ſit, ꝙ pecora recreentur, ubiq; quotidie hauſtu aquæ, cur natura inſtituerit pecudes ſedare ſitim ſuam recipientes. ſ. in pulmonem, uentos ex alto. ſ. aere, ore aperto. ex maiore parte anni, quia nõ in ſuprema bruma in ea. ſ. inſula uacat illud in Cephalenia, aut in ea, niſi alterum gratia alterius poſitum dicas. Nam ſatis eſſet aut in Cephalenia & cæter. Neq; tametſi aquæ ex aere concipiunt in Hiſpania neceſſe ſit dicere pecudes illic ſolum aere loco potus ueſci, aut quapropter natura donauerit potiſſimum. i. maxime omnium aram in templo Iunonis laciniç, Crotone, idest quod templũ habet Crotone, quæ eſt ciuitas Calabriç Iuno, cinere immobili ad omnes uẽtos quia peracto ſacrificio, & incenſa uictima, ut hoſtia cinis derelictus in ara a nullo uento agitatur, uel quare natura uoluerit, alteram aquã id eſt fontem unum, in Macedonia, & alteram aquam, id eſt alterũ fontem in agro caleno, iuxta cales oppidum campaniæ italicæ, poſſidere proprietatẽ uini, qua homines inebrientur. Nos debemus iſta. I. iſtiuſmodi miracula naturæ, proſequi, non admiratione, quia nõ eſt mirum ſi natura tantum poteſt, ſed memoria cum ſciamus plurimum licentiæ, id eſt autoritatis, aut potentiæ, cuius non conſtet nobis ratione, uendicari ideſt appropriari ſibi ab, ſcilicet natura naturante, penes quam, id eſt in cuius poteſtate, conſiſtit labor infinitus id eſt officium immenſum gignendi cuncta ſcilicet quæ uult.

THEOPHILVS.

DICTAMI. Dictamus, eſt herba paſſim proueniens in creta, de cuius, ut inter naturæ miracula refert Ariſtoteles eadẽ, quæ, Valerius apud Aratum mallotes Zenodotus [Greek] Dictamum putat intelligendum uel ex eo, quod odorum uocat. Ad faciles enim partus hæc herba ſuſternitur, unde Euphorion ſeithlas ea coronatas inducit. In Macedonia Vitruuius Architecton, & Plinius in Paphlagonica.

OLIVERIVS.

TITO L. Hoc miraculum Liuius narrat in ſecunda decade primi punici belli, quã nos amiſimus Aulus Gel. li. vi. ca. iii. Tubero, inquit, in hiſtoriis ſcriptum reliquit, bello primo punico. Attilium Regulum conſulem in Aphrica caſtris apud Bagradam flumen poſitis prælium grande, atq; acre feciſſe aduerſus Serpentem inuſitatæ immanitatis. cumq; magna totius exercitus conflictione, balliſtis, atq; captapultis diu oppugnatum, eiuſq; interfecti longum corium pedes. cxx. Romam miſiſſe, Pli. lib. viii. Nota eſt, inquit, in punicis bellis ad flumen Bagradam a Regulo imperatore baliſtis, tormentis, ut oppidum aliquod, expugnata ſerpens. cxx. pedum longitudinis. pellis eius, maxillæq; uſq; ad bellum Numantinum durauere in templo.

Apud Bagradam fluuium qui præter Vticam labitur, quæ diſtat. xxx. millia paſſuum a Carthagine. Vſu amnis. quia non audebant appropinquare milites fluuio, ut aquam inde haurirent. Voluminibus. quia lõgitudine caudæ corripiebatur milites complures, & ita illos præmebat, ut necaret. Eliſis. diſſipatis, laceratis. Telorum ictu. nam tela in eum contorta penetrare non poterant. Baliſtarum tormentis, id eſt machinis, quibus ſaxa maiora mittuntur. ſed hoc loco baliſta ſine dubio uidetur ſignificare ſaxũ mai⁹ qđ machina mittiť, & dicitur balliſta βάλλειν a iaciendo. unde lectũ eſt etiam balliſtas talẽtarias eſſe, id eſt. lxx. librarum ſaxa, unde hoc loco ſequitur. ſilicum crebris, & ponderoſis uerberibus: ſed balliſta a Græcis accipitur pro tormento mœnia cõcutiente, in qua ſignificatione ſæpius inuentum eſt apud poetas, Ouidi. libro. i. de triſtibus: Quam graue balliſtæ mœnia pulſat onus. Lucanus pro inſtrumẽto haſtam quandam iaciente accepiſſe uidetur, cum ait. Neq; enim ſolis excuſſa lacertis, Lancea, ſed tenſo Balliſtæ turbine rapta. Procubiſſe, poſtꝗ tandem tranſfixa ſagitta occubuit.

DE MIRABILI MAGNITVDINE ET LONGITVDINE SERPENTIS.

Quæ quia ſupra vſitatam rationem excedentia attigimus, ſerpentis quoq; a Tito Liuio curioſe pariter, ac facundæ relatæ fiat mentio. Is enim ait in Africa apud Bagradam flumen tantæ magnitudinis anguem fuiſſe, vt Attilii Reguli exercitum vſu amnis prohiberet: multiſq; militibus ingenti ore correptis compluribus voluminibus caudæ eliſis: cum telorum iactu perforari nequiret, ad vltimum baliſtarum tormentis undiq; petitã, ſilicum crebris, & ponderoſis verberibus procubuiſſe, omnibuſq; & cohortibus & legionibus ipſa Carthagine viſam terribiliorem: atq; etiã cruore ſuo gurgitibus imbutis, corporiſq; iacẽtis peſtifero afflatu, vicina regione polluta Romana inde ſummouiſſe caſtra: dicit belluæ corium. cxx. pedum longum, in vrbem miſſum.

ASCENSIVS.

AT Quia &c. Affert ad cætera miranda naturæ ſerpentis ad Bagradum reperti ſtupendam longitudinem dicens. At, id eſt ſed quia nos attigimus ſupra, id eſt in ſuperioribus exemplis, excedentia rationem uſitatam, id eſt conſuetam, quia multorum ratio a uobis reddi non poteſt, mentio ſerpentis relatæ, id eſt recitatæ a Tito Liuio curioſe pariter ac facunde. fiat quoq;, id eſt etiã, ſupple a nobis. Enim, pro quia, is, id eſt Titus Liuius ait anguem fuiſſe in Africa apud Bagradam flumen tantæ magnitudinis, ut prohiberet, id eſt arceret exercitũ, Attilii Reguli uſu amnis, id eſt aquatione, & multis militibus correptis, id eſt raptim reuocatis ingenti ore, ſcilicet anguis, aut ſerpentis compluribus uoluminibus, id eſt ſpiris, aut annulis caudæ eliſis id eſt effractis, cum nequiret perforari iactu telorum, ait ſup. ipſam petitam (frequenter & anguẽ, & ſerpentem fœminino genere pronunciat Valerius) ad ultimum, id eſt tandem undiq;, id eſt ex omni parte, tormentis baliſtarum, id eſt machinarum eiaculantium ligna, lapides, & ſimilia procubuiſſe, id eſt proſtratam eſſe crebris, & põderoſis uerberibus ſilicum, ideſt lapidum duriſſimorum, & ſuppleat, ipſam ſerpentem uiſam omnibus, & cohortibus, & legionibus ſupp. Romanis, terribiliorem ipſa Carthagine, quam ſerpentem illam (ſi textus haberet, & Carthagine dicerem de cohortibus, & legionibus punicis loqui) Atq; dictus Liuius dicit ſerpentem ſummouiſſe, ſcilicet occaſionaliter, Romana caſtra inde, id eſt ab eo loco gurgitibus, id eſt fluctibus aquarum imbutis, id eſt poſteaquam imbuerat gurgites aquarum ſuo cruore & uicina regione polluta, id eſt infecta, & corrupta peſtifero afflatu corporis iacentis, id eſt proſtrati. Dicit etiam Liuius corium belluæ, id eſt Immanis ſerpentis longum. cxx. pedes miſſum in urbem, ſcilicet Romam. Sunt qui legunt, quod ſi eſt ſubauditur longitudine, ut ſit longum longitudine. cxx. pedum.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

Poſteaquam de religione, ac deorum cultu diſſeruit, ſtylum ad memorabiles tam Romanorum, q̃ alienigenarum gentium mores uertit. Tum ut cognoſcantur, quæ nam Romanæ origo fuerit uitæ, eiusq; præſertim, quæ ſub Tiberio Cæſare feliciter agebatur. Tum ut priſcorum autoritate noua inſtituta ſancirentur.

VALERII MAXIMI LIBER SECVNDVS.

DE INSTITVTIS ANTIQVIS.

CAPVT. I.

DIVES, ET PRÆPotens Naturæ regnum ſcrutatus, iniciam ſtylum tam noſtræ vrbis, quam cęterarum gentiũ priſcis, ac memorabilibus inſtitutis. Opus eſt enim cognoſci huiuſce vitæ, quam ſub optimo pricipe felicem agimus, quænam fuerint elementa, vt eorum quoq; reſpectus aliquid præſentibus moribus proſit.

DE NVPTIIS.

Apud antiquos non ſolum publice, ſed etiam priuatim nihil gerebatur, niſi auſpicio prius ſumpto: quo ex more nuptiis etiamnum auſpices interponũtur: qui quamuis auſpicia petere deſierint, ipſo tamẽ nomine veteris conſuetudinis veſtigia vſurpantur. Fœminæ cum viris cubantibus ſedentes cœnitabãt: quæ conſuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetrauit: nam Iouis epulo ipſe in lectulum, Iuno & Minerua in ſellas ad cœnam inuitabantur. Quod genus ſeueritatis ætas noſtra diligentius in Capitolio, q̃ in ſuis domibus ſeruat: videlicet quia magis ad rem pertinet Dearum, quam mulierum diſciplina contineri, quæ vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur. Exiſtimabant enim eum præcipuæ matronæ ſyncera fide incorruptum eſſe animum, qui poſt depoſitæ virginitatis cubile, in publicum egredi neſciret: multorum matrimoniorum experientiam, quaſi legitimæ cuiuſdam intemperantiæ ſignum eſſe credentes.

OLIVERIVS.

DIVES & præpotens naturæ regnum. Incipit nunc ſecundus liber, in quo ferme hæc omnia continentur, inſtituta maiorum, diſciplina militaris, ius triumphandi, cenſoria nota, & uirorum maieſtas. Facit autem præfationem, qua nos reddit attentos, cum oſtendat quibus primo de rebus dicturus ſit, uidelicet de inſtitutis maiorum, quæ ad id pertinet, ut uitæ noſtræ præſenti eorum exemplis conſulere poſſimus. Captat inſuper beneuolentiam ab imperatore Tiberio, cum dicat, ꝙ ſub eius imperio ſcilicet uiuatur ad confirmandum ſtatum præſentem exempla hæc proficiunt. Vtitur uero tranſitione, colore rhetorico, cum quibus de rebus dixerit, & de quibus dicturus ſit breuiter oſtendit, poſtquam, inquit, de poteſtate naturæ ſuperiori capitulo diximus, nunc de priſcis inſtitutis dicere incipiemus. Sunt autem inſtituta, mores ratione, & conſilio comprobati. Diues trium generum eſſe hoc loco aperte uidemus, dita uero a dite inuenitur. Iniciam ſtylum, ſcribere incipiã. Nam inicere eſt immittere, inſerere, imponere, ab in & iaceo, quaſi intro iacere. Iniciare uero imbuere, ſanctificare, innouare, hoc loco initiare icipere ſignificat, unde initium principium. Cęterarum. quia nõ domeſtica ſolum, ſed externa quoq; cõmemorabo.

Diues trium generum

Sub optimo principe. ſcilicet Tiberio, nec ſine adulatione hoc dicit. Elementa. principia unde quatuor elemẽta rerum omnium primordia philoſophi eſſe uoluerunt, ꝙ ab his gignerentur cũcta: & ideo per ſimilitudinẽ cuiuſlibet rei principium, non abſurde dicimus elementum. Pręſentibus moribus. nam uetera exempla pręſentibus autoritatem pręſtant. nam quanto maioris autoritatis eſſe uidebũtur hi, a quibus hæc documenta manauerint, tanto ea etiam nobis uidebuntur eſſe ſanctiora.

ASCENSIVS.

DIVES, & prępotens. congruo progreſſu, tranſit ad ſecũdi libri farraginem ſiue argumẽta. Nam in primo de rebus diuinis pulchro ordine tractauit, ita ut a dei cultu, & mirabilibus ad naturæ miracula ſit progreſſus, cum tamen natura ſine deo nihil poſſit, immo natura, quam naturantem uocãt deus ipſe ſit, nunc autem, quæ proximæ ad res diuinas accedunt utpote inſtituta, ac mores hominum primo loco proſecuturus dicit. Ego ſcrutatus regnum naturæ diues, & præpotens (unde patet, nomina in es neutrum genus nõ penitus reſpuere, ut depoſitum ubi ſoſpes erit &c.) iniciam ſtylum, id eſt ſcribendi munus, inſtitutis, id eſt moribus uiuendi priſcis, id eſt ueteribus, ac prioris ſæculi, ac memorabilibus, id eſt quæ & antiqua ſunt, & memoratu digna tam noſtræ, id eſt Romanæ urbis, id eſt ciuitas hoc loco, quam cæterarum gentium. Enim pro quia, opus eſt, id eſt operæprecium elementa, id eſt primas inſtitutiones, & ſemina huiuſce uitæ, quam agimus felicem ſub optimo principe, uidelicet Tiberio, cognoſci, id eſt ut cognoſcantur quænam, id eſt qualia fuerint. Si eſſet cognoſce, aut cognoſcere facilior eſſet ordo. Ideo opus eſt ut reſpectus, id eſt conſideratio, eorum, ſcilicet elemẽtorum proſit quoq;, id eſt etiã aliquid, id eſt in aliquo moribus præſentibus, id eſt æui pręſentis. ideo enim antiqua legimus, ut ſi bona ſint, imitemur.

OLIVERIVS.

APVD antiquos. Hoc inſtitutum apud Liuium libro. i. plane dignoſci poteſt, ubi dicit non prius regnum acceptum fuiſſe a Numa Pompilio ſecundo Romæ rege, quam deos auſpiciis ille conſuleret. Is enim loco edito aſcendens lituo ſpatia deſcripſit in cælo ab oriente, ab occidente, a meridie, a ſeptentrione, proſpiciens quantũ oculi ferre poterant, & partem ab oriente appellauit anticam, ab occidente poſticam, a meridie dextram, a ſeptentrione ſiniſtram. deinde cum operto capite ſtetiſſet, animo concepit, quæ auſpicia, & qua parte mitti uellet: quibus miſſis, continuo rex creatus eſt, & in regnũ acceptus. Auſpicio. ab aſpectu auium, quod propter earum aſpectum intelligebatur qd placeret diſpliceret ue diis. Ipſo tamen nomine; qui eo quod auſpices appellantur tametſi auſpicia non petant, apparet tamen eos aliquid ex cõſuetudine maiorum, qui omnibus in rebus auſpiciis utebantur retinere. Vnde Lucanus in receptione Martiæ Catonis ait cõtentiq; auſpice Bruto. Auſpicia. ab aſpiciendis auibus, ut dixi, ſiue præpetibus, ſiue oſcinibus: nam præpetes aues erant, quæ uolatu ſuo futura prænunciabant: oſcines uero quæ non uolatu tantum, ſed etiam garritu ſignificabant, ꝗ inſtare uiderentur. Fœminæ hoc inſtitutum ſatis abhorret a cõſuetudine noſtra & indecorum eſt, ut uiri cœnantes recumbent, quã conſuetudinem adhuc Græci ſeruãt. cubito enim innixi, ſiue proſtrati, & iacentes epulantur. Sedentes. Viri quidem recubabãt ſtrati, mulieres uero ſedebãt. Legitur in uita Catonis, quod paulo ante quam ſe Vticæ interimeret ſedens cœnauerit, quemadmodum poſt ciuile bellum conſueuerat. nam ante, niſi cum dormiret, ſemper ſtabat, uel nunquam iacebat. Cœnitabant. quia ut refert Seruius, & Iuue. teſtatur apud maiores

Auſpicãdi cõſuetudo

DE PRIMO REPVDIO.

Repudium inter vxorem, & virum, a condita vrbe vſq; ad viceſimum & quingenteſimum annum nullum interceſſit. Primus autem Spurius Carbilius vxorem ſterilitatis cauſa dimiſit. Qui quanquam tolerabili ratione motus videbatur, repræhenſione tamen non caruit: quia nec cupiditatem quidem liberorum coniugali fidei præponi debuiſſe arbitrabantur. Sed quo matronale decus verecundiæ munimento tutius eſſet, in ius vocanti matronam corpus eius attingere non permiſerunt, vt inuiolata manus alienæ tactu ſtolæ relinqueretur.

iores prandia non fuerant in uſu. unde Iuuena. A uis fercula ſeptem, ſecretu cœnauit auus, & ſunt qui dicant primum qui prandii conſuetudinem in urbem Romanam introduxerit fuiſſe Marium propter illud carmen, Exul ab octaua Marius bibit, ego uero ante Marium, & priſcum, & Arpinatem prandia in uſu fuiſſe legi. Plin. lib. xxxiii. ubi loquitur de Q. uinto Aelio Tuberone L. Pauli genero Q. Aelium, inquit, cum legati Aetolorum in conſulatu prandentem in fictilibus adiſſent miſſa ab his uaſa argentea, non accepiſſe. Conſtat autem hunc Aelium multo ante fuiſſe quam Mariū. Conuictu. Iam temporibus Valerii hæc conſuetudo ſenſim aboleuerat apud homines, ſed in epulo Iouis adhuc ſeruabat: erat autē epulum Iouis, quod alio nomine lectiſternium dicebatur. In Capitolio enim ſtratis tribus lectulis, conuiuium apponebatur tribus diis, Ioui, Iunoni, & Mineruæ, uel ut tradit Liui. ſex, ut paulo infra. Iupiter uero id eſt ſimulachrum Iouis ſtatuebatur in lectulo recubans Iuno, & Minerua in ſellis conſidebant, ſed appoſitis epulis, non ipſi dii, ſed ſeptem epulones conuiuia celebrabant. Quare autē inuenta fuerint lectiſternia Liuius lib. v. docet. Dicit enim graLectiſternium uis, peſtilensq; omnibus animalibus æſtos excepit urbem. cui inſanabili perniciæ, quando nec cauſa, nec finis inueniebatur, libri Sibyllini ex ſenatuſconſulto aditi ſunt duumuiri ſacris faciūdis lectiſternia, tunc primum in urbe Romana facta per dies octo Apollinem, Latonamq;, & Dianam, Herculem, Mercuriū, atq; Neptunum tribus quam ampliſſime tum apparari poterant ſtratis lectis placuere, priuatim quoq; id ſacrum celebratum eſt tota urbe patentibus ianuis promiſcuoq; uſu rerum omnium in propatulo poſito, notos, ignotosq; paſſim aduenas in hoſpitium ductos ferunt, & cum inimicis quoq; benigne, & comiter ſermones habitos iurgiis, & litibus temperatum. uictis quoque dempta in eos dies uincula, religioni, deinde fuiſſe, quibus eam opem intuliſſent uinciri. Auguſtinus quoq; de ciuitate dei de his mentionem facit. Conuictu. Alio nomine conuiuium dicimus: nam a conuiuendo dicitur eo quod inter ſe conuiuere ſolēt: eſt. n. cōuiuere ſimul uiuere. Quod genus. ætate noſtra inquit cōſuetudo iſta minime ſeruat. Quia magis. Plus autoritatis habēt exēpla deū, quā mulierū. Quę uno contentæ matrimonio fuerant. Homines ſic exiſtimāt, id eſſe ueriſſimū pudicitiæ ſignum uno, poſtquam ſemel tantum cum uiro uixerint, & uno contentæ marito, & ita eſt profecto: nam ut inquit Iuuenalis, Ocius illud extorquebis, ut hæc oculo contenta ſit uno. Eiuſmodi autem mulieres, quæ uno tantum matrimonio contentantur. μονόγαμοι græce dicuntur, id eſt monogamæ, unius matrimonii. Corona pudicitiæ honorabantur, quaſi pudiciſſime dicerentur. Matronæ. ſupple quæ non tranſierant ad ſecunda uota.

Syncera fide pura, ſyncerum dicitur purum quaſi ſine cæra, ſicutim mel purum dicimus quod ſine cæra eſt. Poſt depoſito uirginitatis cubile, id eſt poſt primas nuptias, in quibus uirginitas deponitur. In publicum egredi. neſcire publicari. Legitimæ intemperantiæ. quia licebat quidem ſecundas uel tertias agere nuptias, ſed tamen non ſuſpitione fiebat libidinis cuiuſdā intemperatæ, & ideo legitimam intemperantiam appellat.

ASCENSIVS.

APVD antiquos. Memoraturus inſtituta antiquorum bene auſpicatur ab auſpiciis nuptiarum, ut quod ſint antiquiſſimum, & firmiſſimum in humana ſocietate uinculum. Docet itaque primum curis, qui nuptiis præeſt eſt parte, ut uiri auſpex dicatur. Nam quæ fœminæ præeſt pronuba dicitur (quia inquit antiqui nihil ſine auſpicio faciebant.) Ordo eſt. Nihil, id eſt nulla res, nullum ue negocium gerebatur apud antiquos, id eſt priſcos Romanos, non ſolum publice, ſed etiam priuatim, id eſt in re priuata, niſi ſumpto prius ex quo more auſpices interponuntur etiam nūc nuptiis, qui ſcilicet auſpices, quamuis deſierint petere auſpicia, tamen ueſtigia ueteris conſuetudinis uſurpantur, id eſt in uſum adducuntur ipſo nomine. Fœminæ &c. quia poſt matrimonium ſequitur conuictus, narrat conuiuēdi modum dicens, fœminæ cœnitabant ſupple apud antiquos (quod ex titulo intelligitur) cum uiris cubantibus, id eſt incuruę ſitis, & fere iacentibus, quæ conſuetudo penetrauit, id eſt penitus tranſiuit a conuictu, id eſt conuiuiis hominum, ad diuina, id eſt res diuinas, hoc eſt ad ſacrificia & officia, quæ exhibentur diis. Nam in epulo id eſt ſolenni epulatione, & uiſceratione, Iouis, id eſt quod ſupple nomine Iouis offerebatur in templum ipſe, ſcilicet Iupiter tanquam princeps, ut a quo facta eſt denominatio, inuitabatur ad cœnam ſupple in lectulum, id eſt ut eum ſimulachro ſuo, quod in lectulo erat ad epulum appoſitum, dignetur adeſſe in lectulo, & Iuno & Minerua (Tres enim illi inter magnos deos habebantur) inuitabantur in cœnam in ſellas id eſt ut deſcendant in ſellas, id eſt ſedes (nam ſella pro ſede dicitur.) Quod genus ſeueritatis (ut ſcilicet fœminæ, quæ proniores ſunt ad cubandum ſederent uiris cubantibus) ætas noſtra ſeruat diligentius in Capitolio, id eſt in ſacrario ſummorum deorū, quale tunc erat in Capitolio. quam in domibus ſuis, ideſt priuatis, uidelicet, id eſt uidere licet cur id faciat, qui pertinet magis ad rem, id eſt utilitatem contineri, id eſt conſtringi diſciplina dearum mulierum. Alii legunt diſciplinam, ut ſit diſciplinam dearum contineri, id eſt obſeruari magis quam mulierem. Quę uno & cætera. Videtur narrando ordinem cerum reſpexiſſe. Nā primo nubent fœminæ, deinde cum uiris cœnitant. tum ſi ita cōtingit, ut uiris ſuperſtites ſint, aut uiduæ manent, aut ad ſecundas tranſeunt nuptias laudat autem eas, quæ unis contentæ fuerint nuptiis, quas & religionis noſtræ principes ſic laudant, ut in iuuenculis præſertim ſecundas non damnent: melius enim eſt nubere, quā uri. Ordo eſt. Vero pro ſed fœminę ſup. quę fuerant cōtentæ uno matrimonio, honorabantur, ideſt ad honorem coronabantur corona pudicitiæ. Enim pro quia maiores ſupple noſtri exiſtimabant, id eſt indicabant eum animum præcipue matronæ eſſe incorruptum, ſyncera fide, ideſt propter ſynceram fidem, qui ſupple animus, neſciret egredi in publicum, id eſt noſit per ſecundas nuptias conſpectui mortalium exponi, poſt cubile uirginitatis depoſitæ, ideſt poſtquam in primo matrimonio uirginitatem depoſuerat, credentes experientiam multorum matrimoniorum eſſe ſignum cuiuſdam intemperantiæ.

OLIVERIVS.

REPVDIVM. Dicit hoc inſtitutum apud antiquos ſeruatum fuiſſe. Centeſimū, & quinquageſimum annum. Aulus Gellius diſſentit a Vale. libro. iiii. cap. iii. Dicit enim memoriæ traditum eſt quingentis fere annis poſt Romam conditam, nullas rei uxoriæ neq; actiones, neq; cautiones in urbe Romana, aut in latio fuiſſe, quoniam profecto non deſiderabātur. nullis etiā tunc matrimoniis diuertentibus: Seruius quoque Sulpitius in libro quem compoſuit de dotibus, tum primum cautiones rei uxoriæ neceſſarias uiſas eſſe ſcripſit, cum Spurius Carbilius cui Ruga cognomentum fuit, uir nobilis diuortium cum uxore fecit, quia liberi ex ea corporis uicio non gignerentur anno urbis conditæ quingenteſimo uigeſimo tertio. M. Attilio, P. Valerio conſulibus, atq; is Carbilius traditur uxorem, quam dimiſit, egregie, cariſſimamq; more eius gratia habuiſſe, & iuſiurandi religionem animo, atq; amori præuertiſſe, q iurare a cenſoribus coactus erat, uxorem ſe liberorum habendorum gratia habiturum. Alio loco dicit idem Gellius hoc diuortium feciſſe de amicorum conſilio, quod ſterilis eſſet Diony. Quod autem ait, hęc de mulieribus pulchre ſe habuerit, teſtis fuit diuturnita. conſtat enim intra quingentos uiginti annos nullum Romæ fuiſſe diuortium, centeſima, & triceſima olympiade conſulibus M. Pomponio & C. Papirio, quod primus uxorem ſuam dimiſiſſe dicitur Spurius Cacbilius uie non obſcuris iurate coactus a cenſoribus liberorum gratia ſe matrimonium colere, erat autē

el coniux ſterilis, quo tamen facto quanquam neceſſitatem populo inuiſus fuit. Sterilitatis cauſa. Vitio corporis, ꝙ uidelicet filios non conciperet. Vocati, ſcilicet uiro, quamuis nonnulli diuortium fecerint, hoc tamen inſtitutum ſeruauere, ut matronarum corpora, quæ in ius uocarentur, ab obſtetricibus non pertractarentur, ut pudicitię decus inuiolatum maneret, hoc autem fiebat, quando mulier, quæ ſterilis eſſe dicebatur, nõ ſua cauſa hoc fieri dicebat, & ideo adhibebantur obſtetrices, quę illius corpus perctatarent, ſed earum, quæ in ius uocabãtur, non pertractabant. Inuiolata ſtolę. Nolebant ne ueſtem quidem attingi mulieres in ius uocatæ, ut honor mulieris omnino ſeruaretur, & ſtolę caſus nominatiuus eſt, & græcum ἡ στολή, τῆς στολῆς hæc ſtole, huius ſtoles, & proprie ueſtis muliebris ad talos uſq; demiſſa.

DE VSV VINI MVLIERIBVS INTERDICTO.

Vini vſus olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne ſcilicet in aliquod dedecus probarentur: quia proximus a Libero patre intemperantiæ gradus ad inconceſſam venerem eſſe conſueuit. Cæterum vt non triſtis earum, & horrida pudicitia, ſed honeſto comitatis genere temperata eſſet, indulgentibus maritis, & auro abundanti, & multa purpura vſæ ſunt: & quo formam ſuam concinniorem efficerent, ſumma cum diligentia capillos cinere rutilarunt. Nulli enim tunc ſubſeſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur: ſed pariter & videre ſancte, & aſpici mutuo pudore cuſtodiebantur.

ASCENSIVS.

¶ REPVDIVM. Locutus de fœminarum i matrimonio honeſtate, affert & uirorum patientiam, qui multis annis libellum repudii dare ignorauerant dicens. Nullum repudium, id eſt nullum diſſidium, nullaque ſeparatio per repudiationem alterius coniugum interceſſit, id eſt interuenit inter uxorem, & uirum uſq; ad uigeſimum & quingenteſimum annum ab urbe condita, duorum ordinem immutat: nam moris eſt prius uiros, quam mulieres dicere, & poſt centum numerum minorem poſtponere. Verum alii textus habent centeſimum quinquageſimum. Autem pro ſed, Spurius Carbilius dimiſit primus uxorem cauſa ſterilitatis, quamquam uidebatur motus ratione tollerabili, tamen non caruit reprehenſione, quia maiores ſupple arbitrantur, ne quidem, id eſt non etiam liberorum cupiditate debuiſſe præponi fidei coniugali, qua ſcilicet indiſſolubilitas promittitur, ſed quo, id eſt ut decus matronale. i. mulieris, quæ ut mater fiat, licet facta non ſit nupſerit, eſſet tutius munimento uerecundiæ non permiſerunt uocanti, ſcilicet uiro matronam, id eſt uxorem ſuam in ius, id eſt ad iudicem, ut dicta cauſa ſterilitatis legitime daret libellum repudii, attingere corpus eius, id eſt non permiſerunt experiri, an ſterilis eſſet, ut ipſa inuiolata tractu manus alienæ relinqueretur ſtolæ. i. ueſti matronali. i. non priuatur ob repudium, aut potius ſic. ut ſtole, id eſt ueſtis matronalis relinqueretur inuiolata tactu manus alienæ.

THEOPHILVS.

¶ CENTESIMVM uigeſimum legendum uidetur, ex Dionyſio, Seruio Sulpitio, Gellioq;.

OLIVERIVS.

¶ VINI uſus. Hoc inſtitutum, quod apud maiores fuit nõ memoria ſolum, uerumetiam laude uidetur eſſe digniſſimũ, quod mulieres Romanę ſine uſu uini fuerint, idq; Valerius ualde probat, ſicut & probandum eſt: hoc autem ideo cenſuerunt, quia uidelicet ad inconceſſam libidinem proximus ſit gradus. nam ubi uino calent mulieres, facile labuntur in libidinem, unde Teren. ſine Cerere, & Baccho friget Venus. putabant ergo mulieres pudicas eſſe poſſe, ſi uino ſe abſtinerent, & ſine dubio uinum eſt magnum libidinis irritamentum: unde Aulus Gellius de noctibus atticis dicit non minori pœna affici conſueuiſſe mulieres, quę uinum bibiſſe deprehenderentur, quam ſi aut probrum, aut adulterium commiſiſſet, pœna autem capitalis erat. Dionyſi. quoq; libro primo, Delinquens inquit uxor in aliquo iudice, & magnitudinis pœne dominum ſortiebatur eum, qui læſus erat. cognati namq; ſimul cum uiro de his iudicabant, in quibus erat corporis corruptio, de eo, quod peccatorum omnium uidetur Gręcis minimum, ſi qua inuenta eſſet mulier uinum bibens, nam utraq; hæc mulctari morte conceſſit Romu. Metel. quia uxore uinum bibiſſe deprehendit, eam interemit. Romæ autem, & in uniuerſo latio, uino, quod priſca lingua temetum appellatur, mulieres abſtinebant, unde etiam abſtemię dictę ſunt. lauretam paſſum, murenam, pro uino bibebant, cognati eorum oſculum afferebant, ut ſi uinum bibiſſent deprehendere poſſent. A libero patre intemperantiæ. Ex ebrietate proficiſcit libido. Libero. Baccho. nam liber ille uidetur eſſe, qui uini aliquanto plus ſumpſerit, quam neceſſe foret, utpote omnia ſibi licere exiſtimãs & hinc liber nomen accepit. Comitatis genere, temperata eſſet indulgentibus. ſuauitatis, ſeueritas, & remiſſio duæ ſunt extremitates, comitas media eſt inter utranq;. nam omnis uirtus ſemper in medio duarum extremitatum poſita eſt: ſeueritas eſt, cum aliquis ne punctum quidem a ueritate diſcedit. Remiſſio cum omnia animi quadam oblectatione remittit, comitas utranq; temperat extremitatem: nam & ſi ſeueritas uirtus eſt, non tamen uſqueadeo ad calculũ redigendi ſunt mores. Concinniorem. Conuenientiorem, ſpecioſiorem, nec a cano deducitur, ut quidam exiſtimãt, quod ſi eſſet, concinnus penultimam breuem haberet, quæ longa eſt, ſed cinus erat potionis genus, ꝙ e diuerſis rebus fieri ſolebat, quæ rerũ uarietas ſuauem potionẽ reddebat, unde concinnum dicitur conueniens, & congruum, & concinare ſignificat facere, Plautus auceps priuſquam eſcam effundit concinauit aream. Capillos cinere rutilarunt. Hanc conſuetudinem & mulieres noſtræ facile ſeruant, ut cinere calefacto rubicundos capillos reddant. Rutilarunt. Rubicundos reddiderunt: nam rutilum dicimus rubicundum, fulgidum, clarum coruſcum inde Rutilare. fulgere, rubicundum facere. Nõnulli enim. occurrunt tacitæ quæſtioni, quia diceret aliquis, hoc uiros uxoribus non debuiſſe permittere, quæ fortaſſe his ornamentis formoſiores factæ, amores aliorum in ſe elicere potuiſſent, & iuuenum animos ſolicitare. reſpondit ergo Valerius dicens, ideo conceſſiſſe uiros mulieribus hunc ornatum, quia adulteros non metuebant. Tunc illis temporibus, cum pudori maximus honor habebatur. Subſeſſorum. Inſidiatorum, ſubſeſſor proprie dicitur, qui delitеſcit ad alium occidendum per inſidias: nam ſubſidere dicuntur qui uias obſident ut per inſidias uiatores intercipiant. Virgilius, ſubſedit adulter: unde hoc loco pro oppreſſoribus alieni tori accipitur, & eſt ſubſtantiuum nomen ſubſeſſor ſoris. Videre. & Hęc duo cuſtodiebantur mutuo pudore, & ut mulieres caſtæ uiderent adoleſcentes, & pariter caſtę uiderentur ab ipſis.

Liber uñ Bacchus

Subſeſſor

ASCENSIVS.

¶ VINI uſus. Quod ad conuictum pertinet docet abſtemias fuiſſe matronas. Romanus dicens uſus uini fuit olim ignotus fœminis Romanis, ſcilicet ne prolaberentur in aliquod dedecus (quia ut dicit Naſo) Turpe iacens mulier multo madefacta lyeo ſed aliam cauſam affert, quam & diuus Hieronymus ſic affert. Venter mero æſtuans facile deſpumat in libidinem, unde addit. Quia proximus gradus intemperantiæ conſueuit eſſe a libero patre, id eſt uino, ut ſit inuentor pro inuento, ad Venerem inconceſſam, id eſt ad coitum illicitum, ut in adulterio, ſi potę enim mulieres, magis calent, & minus uerentur. Cæterum ut pudicitia earum eſſet non triſtis. & pro, id eſt horrida, id eſt inculta, & aſpera aſpectu, ſed eſſet temperata honeſto genere comitatis. i. ſuauitatis in maioribus ipſæ fœminæ Rom. uſæ ſunt, &. i. ſimul auro abundante. i. ornatu ſeu mundo aureo frequenti, ut in anulis, & monilibus, & multa purpura. i. purpureo indumento, & hoc maritis indulgentibus. i. ex indulgẽtia quadam ipſis ea concedentibus, aut ſuppeditantibus. Et quo. i. ut efficerent formam ſuam concinniorem. i. compoſitiorem, ipſę fœminę rutilarunt. i. rutilos, ac rubicundos, effecerunt cũ diligentia. i. accurate capillos ſup. ſuos cinere. ſ. calefacto, aut ad lixiuiũ faciendũ cõparato. Id aũt tunc ſine iactura pudicitiæ faciebant. Enim pro quia, nulli oculi ſubſeſſores. i. inſidiatores alienorũ matrimoniorũ metuebãtur tunc, ſed oculi cuſtodiebant tunc pariter, & uidere ſancte, id eſt ſine corruptione turpis deſyderii, & aſpici mutuo

pudore

DE SACELLO DEÆ VIRIPLACAE.

Quoties vero inter virum & vxorem aliquid iurgii interceſſerat, in ſacellum deæ Viriplacę, quod eſt in Palatio, veniebant: & ibi inuicem locuti quæ voluerant, contentione animorum depoſita concordes reuertebantur. Dea nomen hoc a placandis viris aſſecuta fertur: veneranda quidem, & neſcio an præcipuis, & exquiſitis ſacrificiis colenda: vtpote quotidianæ, ac domeſticæ pacis cuſtos, in pari iugo charitatis ipſa ſui appellatione virorum maieſtati debitum, ac fœminis reddens honorem. Huiuſmodi inter coniuges verecundia, quid inter cęteras neceſſitudines, nonne apparet conſentanea? nam vt minimo iudicio maximam vim eius ſignificem, aliquandiu nec pater cum filio pubere, nec ſocer cum genero lauabatur. Manifeſtum igitur eſt tantum religionis ſanguini & affinitati, quantum ipſis diis immortalibus tributum: quia inter iſta tam ſancta vincula, non magis, q̃ in aliquo ſacrato loco nudare ſe nefas eſſe credebatur. Conuiuium etiam ſolenne maiores inſtituerunt, idq; Chariſtia appellauerunt, cui præter cognatos, & affines nemo interponebatur: vt ſi qua inter neceſſarias perſonas querela eſſet orta, apud ſacra menſæ, & inter hilaritatem animorum, fautoribus Concordiæ adhibitis, tolleretur.

pudore, id eſt ſeruata hõneſtate tam in aſpicientibus, quam in aſpectis.

THEOPHILVS.

¶CAPIL. ru. rutili coloris ſtudioſæ mulieres antiquæ fuerunt unde Rutiliorum cognomina traxerunt, ut Affranii teſtimonio docet Feſtus.

OLIVERIVS.

¶INVICEM locuti, ut uerbi gratia ſi dixiſſent, non recte feciſti, qui me uerbo leſiſti, nec tu quidem, quę male reſpondiſti, ſed hoc tibi remitto uir inquit, & item ignoſco tibi ait uxor, & hoc modo placati inde diſcedebant. Quotidianæ. quia ſępe accidere ſolet, ut inter uirũ, & uxorem aliquid oriatur, non ſatis ſyncerum. Inq; pari iugo. Coniunctione, & pari copula uiri, & uxoris, & bene pari, quia quantum uir uxori, tantum & uxor uiro debet. Sui appellatione. quæ partem uirorum, & partem continet fœminarum: nam in eo quod uirilem, in eo quod uniuerſum nomen fœminini generis eſt, partem continet mulieris: habet igitur prolationem fœminini generis, ſed & maſculinũ incluſum. Neceſſitudines. Neceſſitudo dicitur coniunctio tam ſanguinis, quam amicitię, plerunque etiam neceſſitatem ſignificat. Conſentanea. Congrua, conueniens. Nam mi. Hoc, inquit, exemplo maximo poteſt eſſe iudicio, quanto in honore habita fuerit pudicitia. Minimo. quia res quamuis minima ſit, tamen uim maximam habet. Filio pub. filio adoleſcẽte: eſt enim pubes, qui ad adultam ętatem peruenit, qua .xiiii. anno terminatur, a pub. .i. corporis pudentia dictus, quod ea loca tunc primum lanuginem ducunt, qui tunc puberes eſſe putabantur cum .xiiii. annum impleuerint, quamuis alias nondum pubeſcant, tunc tamen ex habitu corporis pubertatem oſtendunt, & generare poſſunt: dicitur etiam pubis, unde eius compoſitum hic & hęc impubis Virgil. impubis tuli duxit. pubes uero collectio iuuenum, hoc eſt iuuentus, ut ſtudioſa pubes ipſa quoq; ætas pubes dicitur, & pubertas. pubes lanugo barbæ pars pudenda corporis. Cicero libro officiorum primo, capit. de uerecundia. Quid inquit, more noſtro uenuſtius cum parentibus puberes filii, cum ſoceris generis, præſertim natura ipſa magiſtra. Nudare. deponere ueſtimenta, quibus depoſitis, quodammodo pudorem deponebant. ſicut ſcribit Heſio. mulier ſimul cum ueſte pudorem exuit. Sanguini. ad id refertur qui dixit pater cum filio non lauabantur. Affinitati. ad id quod gener cum ſocero. Conuiuiũ etiam ſolenne. Triplex eſt conuiuium, ſcilicet philoſophicum, cui tantum philoſophi, & ſapientes interſunt, de ſcientiis diſputãtes, alterum politicum, id eſt ciuile, quod fit a ciuibus, & ad hoc inuitantur affines, & cognati, fit autem maxime in feſtis ſolennibus, ut puta in feſtis natiuitatis, & ſimilibus. Tertium uulgare appellatur, quod uulgaribus fit. ſed de politico loquitur hoc loco quot autem debeant eſſe conuiuæ. Aulus Gellius declarat libro .xiiii. cap. x. Solẽne a ſolo, & anno dicitur ſolennis quod ſemel in anno celebrari conſueuerit, ſæpe etiã pro ſingulari accipitur. Chariſtiam. gratificationem a gręco deducitur, nam χαρίζομαι gratificor ſignificat. Interponebatur. nemini intereſſe licebat. Neceſſarias. neceſſitudine coniunctas: nam illos neceſſitate coniunctos dicimus qui uel amicitia, uel propinquitate, uel affinitate copulati ſunt. Sacra menſæ, ideſt epulas, nam omnia, quæ menſis apponuntur, ſacrata putabantur: quia ex his anteq̃ ueſcerentur, primitias ſemper deo offerebant. Fautoribus. ſcilicet cognatis, & affinibus, & quia erant inter ſe ſanguine coniun

ęti, ideo fauebant potius concordiæ.

ASCENSIVS.

¶QVOTIES &c. Affert aliud inſtitutum maiorum circa Viriplacam deam, in cuius ſacellum, conuenientes coniuges poſt diſſidium reconciliabantur, ſed quia a placando uiro dea nomẽ ſortiebatur licet uiri ſe placabiles exhibebant, tamen eorum maieſtas ſeruabatur, & muliebris honor non imminuebatur, honeſtum enim eſt uxori uirum placari. Ordo eſt. Vero .i. ſed quoties aliquid iurgii interceſſerat inter uirum & uxorem, ipſi ueniebãt in ſacellum .i. paruum templum deę Viri placę, quod eſt in palatio .i. uico illo antiquiſſimo Romæ, quẽ Euãder coluiſſe dicitur, & ipſi locuti ibi. Inuicem .i. ultro, citroq; quæ uoluerunt, hoc eſt declarantes cauſam iurgii, aut iniuriæ alteri illatæ, & quomodo lęſus, aut lęſa uelit placari, ipſi reuertebãtur. ſ. domũ cõcordes, & hoc cõtentione animorum depoſita. Dea fertur aſſecuta .i. obtinuiſſe hoc nomen. ſ. Viriplacæ, a uiris placandis .i. pacatis faciendis (& ita penul. eſt longa, quæ a placeo eſſet breuis) Quidem .i. certe ueneranda ſup. eſt ẽa dea, & neſcio an colenda ſup. ſit, ſacrificiis pręcipuis, & exquiſitis, utpote cuſtos .i. conſeruatrix pacis quotidianæ, ac domeſticę, in pari, .i. conſimili iugo charitatis .i. dilectionis reddens ipſa appellatione ſui .i. ipſo nomine, quo appellata eſt, maieſtati uirorũ, ac fœminis debitum honorẽ, quia licet uiri ſummiſſius in hóc agebant, quod ad mulieres petitionem in ſacellum deſcendebant, & forte magis placari cupiebant qua mulieres placare, quinetiam ſæpe uiri non placabantur, ſed placabant leſas coniuges, tamen quia a uiris placandis dea nomen ſortita erat, ſexus maieſtas ſeruabatur. Huiuſmodi &c. docet ex antiquo inſtituto uerecundiam, q̃ inter coniuges ſuperiori exemplo comprobauit, cæteras quoq; neceſſitudines dicere, ut parentum erga liberos dicens. Hmõi uerecũdia inter coniuges, quid ſup. facit inter cæteras neceſſitudines .i. neceſſarias cõiũctiones, ut ſunt ſanguinis, & legũ, nonne apparet conſentanea ſup. rationi hoc eſt congrua, & decens. q. d. maxime. Nã ut ego ſignificem, notificem, & declarem, maximã uim .i. poteſtatẽ eius. ſ. uerecundiæ inter neceſſarios cæteros iudicio minimo. (Eſt autem honeſta antitheſis maximam, & minimo) nec pater lauabatur aliquandiu cum filio pubere .i. pubeſcente nec ſocer .i. maritus uxoris lauabatur cum genero, ne uidelicet aſpectu turpitudinem maxime inceſtam prouocarentur. Igitur quia hoc cauebant manifeſtum eſt tantum religionis .i. caſtitimoris, & obſeruãtię tributũ ſup. eſſe ſanguini propter patrẽ, & filios, & affinitati propter ſocerũ, & generum, quantũ ipſis diis immortalibus. Quia credebatur eſſe nefas ſe nudare inter iſta ſancta uincula .i. neceſſitates dictas, non magis (legendum puto magis, aut maius ſine negatione) aut non minus q̃ in aliquo loco ſacro. Cõuiuiũ &c. Affert aliud inſtitutum inter neceſſarios quod ad concordiam conciliãdam maxime pertinebat dicens. Maiores .i. ſuperiores Romani, inſtituerunt etiã conuiuiũ .i. epulum ſolenne, & appellauerunt id Chariſtiam .i. gratificationẽ, cui .ſ. cõuiuio nemo interponebatur p̃ter cognatos, & affines. Vt ſi qua querela eſſet orta inter perſonas neceſſarias .i. conſanguinitate, aut affinitate coniunctas, ſup. ea tolleretur .i. amoueretur, aut aboleret apud ſacra, ideſt ſacras cęremonias menſę, & inter hilaritatem menſę, & hoc fautoribus concordię adhibitis. Quia aderant ſemper fautores concordiæ, ad quos lis referebatur.

i Conuiuium triplex est, philosophicum, ciuile, et vulgare.

DE HONORE IMPENSO SENIBUS A IUUENIBUS.

Senectuti iuuentus ita cumulatum, & circunſpectum honorẽ reddebat, tanq̃ maiores natu adoleſcẽtium cões patres eſſent. Quocirca iuuenes, Senatus die, vtiq; aliquem ex patribus. C. aut propinquum, aut paternum amicũ ad curiam deducebant, affixiq; valuis expectabant, donec reducendi officio etiam fungerentur: qua quidem voluntaria ſtatione, & corpora, & animos, ad publica officia ſuſtinenda impigre roborabant, breuiq; proceſſu morarum, claram in lucẽ virtutũ ſuarũ verecunda laboris meditatione, ipſi doctores erant. Inuitati ad cœnã diligẽter quęrebant quinã ei cõuiuio eſſent interfuturi: ne ſenioris aduentũ diſcubitu præcurrerent: ſublataq; menſa priores conſurgere, & abire patiebantur: e quibus apparet cœnæ quoq; tempore q̃ parco, & q̃ modeſto ſermone his præſentibus ſoliti ſint vti.

DE MAIORIBUS DANTIBUS EXEMPLUM VIRTUTIS IUUENIBUS.

Maiores natu in conuiuiis ad tibias egregia ſuperiorum opera carmine comprehenſa pangebãt, quo ad ea imitanda iuuentutem alacriorem redderent. Quid hoc ſplendidius? quid etiã vtilius certamine? pubertas canis ſuum honorem reddebat, defuncta virium curſu ætas, ingredientes actuoſam vitã fauoris nutrimẽtis proſequebatur. Quas Athenas? quam ſcholam? quæ alienigena ſtudia huic domeſticæ diſciplinæ prætulerim? Inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricii, Marcelli, Fabii, an ne ſingula imperii noſtri lumina ſimul percurrendo ſim longior, inde inq̃ cæli clariſſima pars diui fulſerunt Cęſares. Adeo aũt magna charitate patriæ tenebantur, vt arcana cõſilia patrum C. multis ſeculis nemo Senator enunciauerit. Q. Fabius Maximus tantummodo, & is ipſe per imprudentiam de tertio Punico bello indicẽdo, quod ſecreto in curia erat actũ: P. Craſſo rus petens, domum reuertẽti in itinere narrauit, memor eũ triẽnio ante Quæſtorem factum, ignarusq; nondum a Cenſoribus in ordinem ſenatorum electum, quo vno modo etiam iis, qui iam honores geſſerant, aditus in curiam dabatur. Sed quis honeſtus error Fabii eſſet, vehementer tamen a Coss. obiurgatus eſt. Nunq̃ enim taciturnitatem, optimum ac tutiſſimum adminiſtrandarum rerũ vinculum, labefactari volebãt.

OLIVERIUS.

Senectuti habitus honos

SENECTUTI, ita, inquit, adoleſcentis in honorem habuere ſenes, ut cões adoleſcentibus patres eſſe uiderentur: nam, ut inquit Gellius, nulli rei maior honos tribui quam ætati ſolitus. Maioresq; natu a minoribus colebantur ad deum prope, & parentũ uicem, atq; omni in loco, omniq; ſpecie honores priores, potioresq; habiti ſunt, a cõuiuio quoq;, ut ſcriptum eſt antiquitatibus, ſeniores a minoribus domum reducebantur, eumq; morem accepiſſe Ro. a Lacedæmoniis traditum eſt, apud quos Lycurgi legibus maior omnium rerum honos maiori ætati habebat, ſed poſtq̃ Soboles ciuitati neceſſaria uiſa eſt & ad prolem populi frequẽtandam præmiis, atq; inuitamentis uſus fuerit. tunc ante iſta quibuſdã in rebus, qui uxorem, qui liberos haberent, ſenioribus, neq; liberos, neq; uxores habentibus ſicuti capite legis Iuliæ priori, & conſulibus faſces ſumẽdi poteſtas ſit, non qui plures annos natus eſt ſed qui plures liberos, quã collega, aut in ſua poteſtate habet, aut i bello amiſit: ſed ſi par utriſque numerus liberorũ eſt, maritus, aut qui in numero maritorum eſt præfertur: ſi uero ambo mariti, & patres totidem liberorũ ſunt, tum ille priſtinus honos inſtauratur, qui maior natu eſt prior faſces ſumit. Super his autẽ qui & cælibes ambo ſunt, aut parem numerum filiorũ habẽt, aut mariti ſunt, & filios non habent, nihil ſcriptũ in lege de ea re eſt ſolitos tum audio qui lege potiores eſſent faſces primi menſis collegis cõcedere, aut longe ætate prioribus nobilioribus multo, aut ſecundum conſulatum ineuntibus. Cumulatum. plenum, perfectum, ampliũ. Circunſpectũ. honorabilẽ, quod omni ex parte diligentee obſeruarent. Quocirca iuuenes. Quo ſenatus haberetur, uidelicet ſeniores cũ in curiam congregabãtur. Patribus cõ. multi ſunt qui exiſtimant omnes ſenatores ab initio conſtitutæ curię patres conſcriptos fuiſſe appellatos, quod omnes uno tempore ſimul ſcripti eſſent. ſed uehementer fallũtur: nã ut tradit Liui. Romu. ab initio curiam inſtituit, & centũ delegit ſenatores, ſiue q; numerus ille ſufficere uidebatur, ſiue q; plures non erant, qui delegi poſſent: deinde cum imperium Ro. auctum eſſet, & opus eſſet pluribus conſulentibus, alii cẽtum additi ſunt, regnante Tarquinio Priſco, qui ſuperioribus additi ſunt appellati conſcripti, id eſt cum aliis ſcripti deinde procedente tempore omnes conſcripti fuere appellati: patres autem dicti, q; non ſecus patriæ curam habebant, quam patres filiis habent. ſenatores uero a ſenectute. Affixi. oſtendit diligentem curam adoleſcentum, ut ne punctum quidem horæ a ualuis diſcederent affixi ergo inhærentes. In ſtatione. appellat expectationem illam quandam ſtationem, nam ſtationes loca ſunt ante fores caſtrorum, ubi ſtare cuſtodes caſtrorum conſueuerunt, & a ſtando dictæ ſunt ſtationes quanquam & ipſi cuſtodes ſtationes ſæpe uocantur. Statio quoque ubi ad tempus ſtant naues: portus eſt ubi hyemant in motus ab acceſſu uentorum: uoluntaria autem dicit ad differẽtiam ſtationis caſtrorum: nã ſorte excipiebantur qui cuſtodias facerent, & ſicut illa fortuita, ſcilicet ſortem, ita hæc uoluntaria ſtatio erat. Corpora. ad ſuſtinendos labores. Alios. ad perſeuerantiam. Impigre. prompte, ſtrenue. In lu. in manifeſtatione Exercitatione: nam Gręci dicunt μελετᾶν quod nos meditor: inde μελετή meditatio *Meditatio* quando adoleſcentes principium alicuius actionis ineunt, antequam ad rem ipſam tractandam ueniant, non nihil ingenium ſuum, & uires exercebant, & appellatur meditatio, id eſt exercitatio: ut cum iuuenes in campo Martio exercebantur equum aſcendere, iaculum mittere curſu, palæſtra cõtendere, & hæc quædam præludia dicebantur, id eſt meditationes. In lu. cum tempus eſſet, in quo uirtutes ſuas oſtentare poſſent. Ipſi do. quia magno in honore ſenes habebantur, & ea proſequebantur, quæ ad maieſtatem eorum uenerandã pertinebant, doctores efficiebantur. Inuitati ad. hoc quoque inſtitutum ſeruabatur, ut ſi ad cœnam inuitati fuiſſent, uel a propinquis, uel a ſodalibus, priuſquam diſcumberent, diligenter ſciſcitarẽtur, qui nã eſſent uenturi ad cœnam, ne diſcumbendi officio ſenem quẽſpiam præuenirent. Ne ſe. ne antequam ſeniores ueniſſent, & ſuo quiſque loco diſcubuiſſent, eos diſcubitum præuenirent, quod eis non mediocri uitio aſcribi intelligebatur. Menſa. ſcilicet ſecunda: nam duabus menſis tantũ maiores utebantur, una carnium altera pomorum. Vergilius & menſæ gratæ ſecundæ. Priores. noſtris temporibus contrarium eſt, nam iuniores priores ſurgunt. Ex quibus. ex hac diligentia apparet quam moderati fuerint in ſermone.

ASCENSIUS.

SENECTUTI &c. Addit honeſtatem inſtituti circa obſeruantiam ſeniorum dicẽs. Iuuentus, id eſt multitudo iuuenum, reddebat ſenectuti, id eſt ſenioribus, honorem ita cumulatum. i. auctum, & circunſpectũ. i. accurate proſpectum, tanquã maiores natu, id eſt ſeniores eſſent communes patres adoleſcentum, quocirca, id eſt quapropter iuuenes ducebant. i. honorifice comitabantur ad curiam aliquem ex patribus conſcriptus, aut propinquum. ſ. conſanguinitate,

late, aut amicum paternum uſq; id eſt certe ſi nō ſemper ſaltem, die Senatus, id eſt quo congregati erant Seniores, & ipſi affixi .i. firmiter adhærentes ualuis .ſ. curiæ in qua tenebatur Senatus expectabant, donec fungerentur etiā .i. præter officium in curiā ducendi, quo iam perfuncti erant, officio reducendi .ſ. domum, qua quidam ſtatione uoluntaria .i. ſpontanea ipſi iuuenes corroborabant, ideſt confirmabant, & corpora, & animos, ad officia publica ſuſtinenda impigre .i. ſtrenue, & ipſi .ſ. iuuenes, erant uerecunda meditatione .i. exercitatione laboris, in aperta .i. manifeſta luce .i. manifeſtatione uirtutū ſuarum doctores .ſ. aliorum, quia ſæpe plus opera docēt, q̃ uerba, & hoc breui ſucceſſu morarum .i. dilationū temporū. Deinde afferens aliud exemplū de honeſto iuuenū inſtituto dicit, Iuuenes ſup. inuitati ad cœnā quærebant .i. inquirebant diligenter, qui nam eſſent interfuturi ei cōuiuio .i. ad quod inuitati erant, ne præcurrerent diſcubitu .i. diſcūbendo aduentū Senioris, & iuuenes menſa .ſ. ſecūda, hoc eſt appoſitione ſecundorū ferculorū, ſublata .i. depoſita, hoc eſt poſt quā erat ablata patiebant̄ ſeniores ſup. conſurgere, & abire priores, q̄a honeſtatis gratia tenebant illi ſocietatē, donec illis placebat, nūc aūt peracto cōuiuio honeſtatis eſt, ante ſeniores ſurgere. Ex quibus .ſ. rebus apparet, quoq; .ſ. etiam, q̄ .i. quantum parco, & q̄ .i. quantum modeſto ſermone iuuenes ſoliti ſint uti tempore cœnę his .ſ. ſenioribus præſentibus, quia per argumentū a minori, ſi nō auſi ſint ſurgere ante Seniores, multominus loqui.

OLIVERIVS.

MAIORES natu. diligentes quidem erant iuuenes in uenerandis ſenibus, at nonminus in formandis ad capeſſendas uirtutes iuuenibus ſtudioſi, diligenteſq; ſenes erant, idq; exempla uirorum illuſtrium præteritorum, & eorum clariſſima geſta declarant. *Tibicem in epulis* At ti. ubi erāt tibicines, qui canebant præclarorum uirorū res geſtas. Cato in originibus dicit ſolitos eſſe in epulis canere conuiuas ad tibicinē de clarorum uirorū uirtutibus, idē Tulli. lib. i. Tuſcula. quæſt. Sero igitur poetæ noſtris uel agniti, uel recepti, quāquā eſt in originibus ſolitos eſſe in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum hominum uirtutibus. Item eodem lib. q. iiii. nam cum carminibus ſoliti illi eſſe dicantur, & præcepta quædam, q̃ occultius traderet, & mentes ſuas a cogitationum intentione cantu, fidibuſq; ad tranquillitatem traducere grauiſſimus auctor in originibus dixit Cato. morem apud maiores hunc epularum fuiſſe, ut deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum uirorum laudes, atq; uirtutes carmine comprehenſa, quæ carminibus celebrata erant. Pangebant. Canebant. Alacriorem. Promptiorem æmulationem, quaſi quandam inflammati animi adhortatione. Quid hoc. Commendat hanc maiorum conſuetudinem. Pubertas adoleſcenti, puber etiam dicitur ille, qui primam barbæ lanuginem mittere cœpit græci, ἴουλον appellant. Vnde Iulus dictus eſt Aſcanius. Canis ſenioribus, & iuuenes ſeniores obſeruabant, & ſenes uiciſſim iuuenes ad honores prouehebant. Defuncta aliter effecta, id eſt uiribus exhauſta. Ingredientes, qui ingrederentur uitam agendis rebus occupatam, & ubi opus aliquid agendum erat. Vitam ac in qua rempub. adminiſtrare, & honores gerere cœpiſſent. Athenas. quia conſtat athenas urbem fuiſſe nobilem, ex qua artis diſciplina manauit ad noſtram. Quā *Schola* Scholam .ſ. philoſophorum, qui præceptis uitam humanam inſtituunt, & ſcribitur Schola per aſpirationem teſte Feſto, nam σχολῶ, id eſt uaco deducitur, quia cæteris rebus, omiſſis ſtudiis liberalibus uacare pueri debent. Quæ alienigens ſtudia. Notanda conſtructio cum dixeris alienigena, quaſi declinetur alienigenus na. num. quod antiquorū fuit, tunc tantum hic & hæc alienigena. Inde oriebantur, q̄ ita ſit res ipſa declarat, ab hac enim uiri præſtantiſſimi nati ſunt, qui imperium peperere Ro. Camilli. Similes camillo, & cæteris. Ne ſim longior .ſ. in dicendo, quaſi dicat, ut uno concludam uerbo. Adeo autem magna q̃ amantiſſimi reipu. fuerint Ro. ex hoc inſtituto deprehenditur, q̄ quæ in ſenatu decreta fuiſſent arcana tenebantur. *Arcana* . Arcana ſecreta. componitur ab arca, nam ſicut quæ reponuntur in arca, ſecreta ſunt, ita arcana conſilia dicimus, quæ in pectore ueluti arca concluduntur. Tertio. p. b. ſæpius agitatum eſt de tertio punico bello, tertio dixit, quia fuit primum, & ſecundū. Primū, quod confecit C. Lutatius, in quo M. A Regulus captus fuit, & graui ſupplicio affectus, ſecundū, cui finē impoſuit Scipio Aphricanus ſuperior, tertium P. Scipio Aphricanus inferior confecit, conſtat ſæpius agitatam fuiſſe hanc rem in ſenatu, quia duo præſtantiſſimi uiri inter ſe diſſentiebant Cato .ſ. & P. Scipio Naſica, nam Cato ſentiebat bellum inferendum, & ſuccedente uictoria euertēdam eſſe Carthaginem, quæ ſæpe fœdera frangeret, totieſq; rebellaret. At Scipio contra relinquēdam eſſe, ut bellū illud exercitatio quædā foret iuuentuti Ro. quæ bellis aſſueta, ocioſa eſſe nullo modo poſſet. Verebatur enim id futurum, quod euenit, ne ſubacta Carthagine, debellatiſq; exteris gentibus, cū deeſſent hoſtes, in ſeipſos arma conuerterent, tamen ſecundum Marci Cato. ſententiam factum eſt Senatuſconſultū, ut bellū Carthaginienſibus inferretur, & ſubacta Carthago euerteretur. Cicero in Catonem maiore, ubi Catonē inducit de ſe loquentem, ego inquit. quū Carthagini iamdiu malo cogitanti bellum ſit inferendū, multo antea denunciaui, de qua uereri non deſinā, antequā illam exciſam cognouero. Memor. Dicit quare per imprudentia hoc fecerit Fabius credebat enim hūc in numerū Senatoꝝ electū, quia meminerat triennio ante fuiſſe queſtorē, & poſt quæſtura patebat aditus ad ordinē Senatoriū. Aditus in, ut & ipſi Senatores curiam ingredi poſſent. Honeſtus, q̄a ſe legitime excuſabat, q̄ crederet illū Senatorē eſſe. Obiurgatus, increpitus iurgiū inter amicos, lis eſt inter inimicos. Optimū atq; recte dicit, nā cū aliquid conſilii capitur de gerēda republica & p̄ſertim cū de bello agitur, feliciter euenire ſolet, ſi occultū fuerit. Adminiſtrādarū. Quia ea taciturnitas eſt, q̄ facit, ut res optime gerant̄. Labefactari. Corrumpi.

ASCENSIVS.

MAIORES &c. Recitat inſtitutum maiorum circa exēpla recitanda minoribus dicens. Maiores natu .i. ſeniores pangebant .i. pſallebant in conuiuiis ad tibias, egregia opera ſuperiorum .i. anteceſſorum, cōprehenſa carmine .i. uerſu poetico, quo, id eſt ideo ut redderet, id eſt reficerent, iuuentutem, id eſt multitudinem iuuenum, alacriorem ab imitanda ea .ſ. egregia opera ſuperiorum, id eſt ſuperioris temporis. Quid hoc. Affert inſtitutū de mutuo certamine maiorum, & minorum inter ſe, ex quo tot egregios imperatores Romæ natos afferit dicens. Quid ſup. eſt ſplendidius, quid etiam ſup. eſt utilius hoc certamine .i. concertatione honeſtate uitæ maiorū, & minorum inter ſe quaſi dicat nihil, quia pubertas .i. puberum cœtus, reddebat .i. exhibebat canis .i. caneſcentibus, hoc eſt Senioribus ſuum, id eſt debitum honorem, & ætas defuncta curſu uirium .i. quæ expleuit curſum, ſeu exercitum uirium corporalium (quia ut dicit in officiis Cic. Senibus deminuendi ſunt labores corporis) pleque batur nutrimentis fauoris, ingredientes uitam actuoſam, hoc eſt adoleſcentes. Quas athenas, id eſt quæ gymnaſia literaria Athenien. ſimilia, & quā Scholam, & quæ ſtudia alienigena prætulerim, id eſt preferre debuerim huic diſciplinæ domeſticę quaſi dicat nullas, nullam, & nulla. Quia Camilli. Scipio Fabricii Marcelli. Fabii oriebantur inde, id eſt ex domeſtica illa diſciplina, ac ne ego percurrendo ſimul ſingula lumina noſtri id eſt, Romani imperii, ſim longior, id eſt prolixior inquam, id eſt dico q̄ diui Cæſa. ut Iulius Augu. & Tib. Cæſa. appoſitoriæ clariſſima pars, id eſt qui Cæſa. ſunt clariſſima pars cœli, id eſt eorū qui in cœlos tranſlati putantur, fulſerunt, inde, id eſt ex ea domeſtica diſciplina. Adeo aūt &c. Recitat aliud inſtitutum de celandis arcanis curiæ amore patriæ, ne quid ex reuelatione detrimenti pateretur dicens Maiores ſupple noſtri tenebantur adeo magna charitate patriæ, ut nemo Senator enuntiauerit multis ſæculis, conſilia patrum conſcriptorum, id eſt conſiliariorū Senatus, Quin. Fabius. M. tantummodo, id eſt ſolummodo, & is ipſe qui ſolus id fecerat, narrauit per imprudentiam pub. Craſ. quod factum erat in curia ſecreto de tertio bello punico .i. Carthaginien. indicendo, id eſt denunciando narrauit dico in itinere, petens rus, craſſo reuertenti domum, memor eum .ſ. P. Craſſum factum ſup. fuiſſe, quæſtorem triennio ante .ſ. q̄ illi ſecretum illud communicarat, & ignarus eum nondum electum a cenſoribus in ordinem Senatorium, quo uno .i. ſolo modo .ſ. per electionē cenſorum, aditus dabatur in curiam etiam iis, qui geſſerant iam honores .i. alios magiſtratus. Sed quamuis error Fabii eſſet honeſtus, tamen ipſe obiurgatus eſt uehemēter a conſulibus. Enim pro quia, ipſi conſules, & cæteri maiores nunquam uolebant taciturnitatem, appoſitoriæ optimum, ac tutiſſimum uinculum rerum adminiſtrandarum labefactari .i. corrumpi, & debilitari, aut infringi.

DE EVMENE REGE ASIAE.

Ergo cum Aſiæ Rex Eumenes, amantiſſimus noſtræ vrbis, bellum a Perſe aduerſus P. R. comparari ſenatui nunciaſſet, nõ ante ſciri potuit, quid aut ille locutus eſſet, aut patres reſpõdiſſent, q̃ captũ Perſen cognitũ eſt. Fidũ erat, & altũ. R. pu. pectus cura, ſilẽtiiſq; ſalubritate munitũ, & vallatũ vndiq;: cuius limen intrantes, abiecta priuata charitate publicã induebant. Itaq; nõ dicam vnũ, ſed neminem audiſſe crederes, quod tam multorũ auribus fuerat commiſſum, Magiſtratus vero priſci quantopere ſuam Populiq; Ro. maieſtatẽ retinẽtes ſe geſſerint, hinc cognoſci poteſt, quod inter cætera obtinẽdæ grauitatis indicia, illud quoq; magna cũ pſeuerantia cuſtodiebãt, ne Græcis vnquã, niſi latine reſponſa darent: quinetiã ipſa linguæ volubilitate, qua plurimũ valent, excuſſa, per interpretẽ loqui cogebant, nõ in vrbe tantũ noſtra, ſed etiã in Græcia, & Aſia: quo ſcilicet Latinæ vocis honos, per omnes gẽtes venerabilior diffunderetur: nec illis deerãt ſtudia doctrinæ, ſed nulla non in re pallium togæ ſubiici debere arbitrabãtur: indignum eſſe exiſtimantes illecebris, & ſuauitati literarũ Imperii pondus, & autoritatem donari.

DE C. MARIO.

Quapropter non es damnandus rigoris ruſtici crimine C. Mari, quia gemina lauro coronatam ſenectutem tuam Numidicis, & Germanicis illuſtrem trophæis, victor deuictæ gentis facundia politiorem fieri noluiſti: credo ne alienigena ingenii exercitatione, patrii ritus ſeruus transfuga exigeres.

Quis ergo huic conſuetudini, qua nunc Græcis actionibus aures curiæ exurdantur, ianuam patefecit? vt opinor, Molo Rhetor, q ſtudia M. Ciceronis acuit: eũ nanque ante omnes exterarum gentium in Senatu ſine interprete auditum conſtat, quem honorem non immerito cepit, quoniam ſummam vim Romanæ eloquẽtiæ adiuuerat. Conſpice felicitatis Arpinas, unicum ſiue literarum glorioſiſſimum cõtemptorem, ſiue abundantiſſimum fontem intueri velis.

OLIVERIVS.

ERGO cum Aſiæ rex. Exemplum adducit, ex quo probat, quod dixit, maxime fuiſſe maturationem cõſiliorũ quæ in Senatu ſeruata eſt. Eumenes Rex Aſiæ indicauit Ro. Perſam regem Macedonum ingentem exercitum cõparare, eo animo ut bellũ Ro. inferret qua re cognita. Senatus cenſuit bellũ indicendum eſſe perſe regi, & exercitũ primo quoq; tẽpore comparauit deinde prouinciã Macedoniæ cum Paulo Aemilio extra ordinẽ tradidit, & prius Perſes uictus, captus, & ductus eſt in triumphum q̃ ſciri potuerit, quid ab Eumene rege nunciatum, quid reſponſum a Senatu fuiſſet. Ergo q̃a nolebat: taciturnitatem uiolari. Fidũ erat, & altũ. Eſt quaſi diffinitio curiæ. quid eſt curia nihil aliud niſi fidũ pectus, & altũ reipub. nã quemadmodum ea, quorũ animus noſter cõſcius eſt, ſecreta in pectore noſtro ſeruant, ita arcana cõſilia reipub. in pectore curiæ reponũtur, atq; ſeruãtur. Munitũ, & uallatũ. Tranſlatio ſumpta ab oppidis, & caſtris, quę muniunt, & uallãtur.

Perſes Macedoniæ rex.

Abiecta priuata. Dicit hanc fuiſſe cõſuetudinem, ut ingreſſuri curiam omnẽ curã priuatã deponerent, & publicam ſumerent. Itaq;. Id magis mirũ, ac proprie incredibile uidetur eſſe, q cũ res gererent inter multos Senatores, ita occultæ erãt, ut ſi in paucis agerentur.

Ne græcis quidẽ. Legitur in Verrinis q Cic. dicit ſe accuſatũ fuiſſe, q cũ Syracuſis eſſet, Senatui Syracuſano græce locutus eſſet. Quin etia ipſa linguæ uolubilitate. Non ſolũ dabant reſpõſa græca cũ poſſent, ſed cogebant eos per interpretes latine loqui, uolubilitate ideo dixit, quia græcia loquaciſſima eſt, & ad fingendũ paratiſſima. Vnde Horati. Grais ingeniũ, grais dedit ore rotũdo, muſa loqui. Excuſſa. Exploſa, expulſa. Sed etiã in græcia. Nõ in urbe ſolum cogebant legationes gentiũ exterarum in Senatu loqui latine per interpretem, ſed etiam per magiſtratus ſuos apud exteras gẽtes idem facere uoluerunt. Nec illis. Occurrit tacitę q̃ſtioni, q̃a diceret aliquis nolebant hoc fieri Ro. quia ſtudia græcarum literarum ignorabant dicit hoc non fuiſſe, immo omnium generum ſtudioſiſſimos fuiſſe Rom. ſed imperii ſui maieſtatem ſeruare uoluiſſe. Pallium to. i. non oportere Ro. dignitatem ſubiici græcis immundiciis, nam pallium pro græcis philoſophis intelligit, togam uero pro Ro. quia ſicut pallio græci utebantur philoſophi, ita toga Ro. Vnde Virg. Ro. rerum dominos gentẽq; togatam, unde etiam comœdias alias dicere ſolemus paliatas, alias togatas, palliatas in quibus aliquid grande continetur, ſicut comœdia amphitrionis, in qua introducuntur reges, & dii, ut Iupiter, & Mercurius, togatas uero quæ magis quotidiano ſermoni conueniunt. Pallium to. Eloquentiam græcam ſubiici debere maieſtati Rom. Indignum. Turpe, & non tolerandum. Illecebris. Blandiciis. Iuue. Non poſſum ferre quirites, græcam urbem. Solin. in ca. de homine dicit, q Cato cenſorinus ſæpe cenſuit, græcos urbe pellendos. Suauitate. Propter eloquentiam, & philoſophiam.

Pallium

ASCENSIVS.

ERGO &c. Comprobat rem ſuperiorem exemplo dicens ergo quia arcana cellauerat Senatus. cũ Eumenes Rex Aſiæ amãtiſſimus urbis noſtræ. ſ. Roma. nũciaſſet Senatui bellũ cõparari aduerſus Po. Ro. a Perſe rege. ſ. Macedoniæ, nõ potuit ſciri qd, aut ille. ſ. Eumenes per ſe, aut nuncios locutus eſſet, aut qd patres. ſ. cõſcripti rñdiſſent. antequã. i. priuſq̃ cognitũ eſt, Perſen captũ ſup. fuiſſe. Pectus rei. i. eorũ qui rẽpub. curabant, erat fidũ, & altũ. i. profundi ſilentii munitũ, & uallatũ. i. circũ ſeptũ undiq; cura, & ſalubritate, ſilentii cuius. ſ. reipu. limen intrãtes. ſ. Senatores induebãt publi. ſup. charitatem, & hoc charitate priuata. i. in priuatos abiecta. Itaq; crederes. i. credere poſſes, nõ dicam unũ audiſſe, ſed neminẽ audiſſe, quod fuerat cõmiſſum auribus tã multorũ. ſ. patrũ cõſcriptorũ. q̃a ita oẽs celabant, ac ſi nullus audiuiſſet. Magiſtratus uero &c. Affert aliud inſtitutum in audiẽdis legatis, & reſpõſis dãdis. Quia ne græcę linguę illecebris caperent, cauerũt, ut latine, non græce res ageretur. Ordo eſt. Vero pro ſed, quãtopere. i. quãta cura, & labore priſci magiſtratus geſſerint ſe, retinẽtes maieſtatẽ ſuam, & Po. Ro poteſt cognoſci hinc. i. ex hac re, q cuſtodiebãt inter cætera indicia. i. ſigna grauitatis idẽ ſeueritatis obtinẽdę, quoq;. i. etiã, illud. ſ. quod ſequit, cuſtodiebãt inquã cũ magna pſeuerantia uidelicet, ne darẽt unquam græcis. ſ. oratoribus reſpõſa, niſi latine. i. uerbis latinis. Quinetiam. i. inſuper cogebant. ſup. græcos loqui per interpretem. ſ. latinũ utriuſq; linguæ peritũ, & hoc ipſa uolubilitate linguę. ſ. græcę, qua ſup. græci ualẽt plurimũ excuſſa. i. reiecta, ut puluis excutitur pallio. Cogebãt dicit, nõ tantũ urbe noſtra, ſed etiã in græcia, & Aſia. ſ. i. ſcire licet, q illud taciebãt quo. i. ideo, ut honos. i. bonor, uocis latine diffunderetur uenerabilior per omnes gentes, quod uotũ, ut Valla in prologo elegantiarũ docet maxime aſſecuti ſunt. Nec ſtudia doctrinæ, quæ fere græce tunc ſcripta erãt, deerant illis. ſ. priſcis Romanis hoc eſt nõ ideo latine loqui cogebãt, q græce neſcirent, ſed arbitrabantur pallium. i. eloquentiã, & exteras res palliatorum hoc eſt græcorum, in nulla re nõ ſubiici, hoc eſt in omni re ſubiici togæ. i. eloquentiæ, & rebus togatorum, hoc eſt Romanorum exiſtimantes, id eſt iudicantes indignum eſſe pondus, & autoritatem imperii donari illecebris, & ſuauitati literarum.

OLIVERIVS.

QVAPROPTER. Oſtendit ſecundum hoc inſtitutum ab eiuſmodi doctrina alienum fuiſſe. C. Mariũ, ut propterea improbari nõ debeat, quaſi ruſticus, ſed ſummopere laudari, hoc

ideo

DE MORE, QVEM MAIORES OB SERVABANT IN VRBE.

Maxima autem diligentia maiores hunc morem retinuerunt, ne quis ſe inter COS. & proximum lictorem, quamuis officii cauſa vna progrederetur, interponeret, filio duntaxat, & ei puero ante patrem COS. ambulandi ius erat. Qui mos adeo pertinaciter retentus eſt, ut Qu. Fabius maximus quingies COS. uir etiam pridem ſummæ autoritatis, & tunc vltimæ ſenectutis a filio COS. inuitatus, vt inter ſe, & lictorem procederet, ne hoſtium Samnitium turba (ad quorum colloquium deſcendebant) elideretur, id facere noluerit. Idem a Senatu legatus miſſus ad filium COS. Sueſſam, poſtquam animaduertit eum ad officium ſuum extra mœnia oppidi proceſſiſſe, indignatus quoq; ꝙ ex lictoribus nemo ſe equo deſcendere iuſſiſſet, plenus iræ ſedere perſeuerauit: quod cum filius ſenſiſſet, proximo lictori, ut ſibi appareret, imperauit: cuius uoci Fabius continuo obſecutus, Non ego, inquit, fili ſummum imperium tuum contempſi, ſed experiri volui, an ſcires COS. agere: nec ignoro quid patriæ uenerationi debeatur: verum publica inſtituta priuata pietate potiora iudico.

ideo dicit, quia ruſticitatem quandam ſibi obiiciebant, ꝙ a literis ſe abſtinuiſſet, quia minime idoneus eſſe cuiuſmodi humanitatis ſtudiis, ſed hic laudandus eſt, ꝙ ſe militaribus ſtudiis, exercuerit, ſicut Salluſt. uoluit, dicit enim Mario ad capiendum conſulatum præter familiæ uetuſtatem, omnia abunde erant, induſtria, probitas, militiæ magna ſcientia, & reliqua, Paulo infra dicit, ubi primum ætas militiæ patiens fuit, ſtipendiis faciendis non græca facundia, neq; urbanis mundiciis ſeſe exercuit, item in oratione ad populum, nō ego, inquit, græcas literas didici, quoniam parū placebat eas diſcere, q̄ ad uirtutē doctoribus nihil ꝓfuerāt. Rigoris. Duritiæ, quia durus ad ſtudia literarum fuit. Cice. pro Archia poeta, & ipſi illi Caio Mario, quid durior ad hæc ſtudia uidebatur, iocūdus fuit. Gemina laurea. Quia triumphātes coronati albinis equis iunctis capitoliū præcedentibus captiuis, & ſubſequēte exercitu, & uniuerſo ſe me populo uehebant. Numidicis. Nam in Numidia Iugurtham uicit, & prouinciam illam Ro. ſubegit imperio. Germanicis. Quia Gallos, Teutonas, Senones, Cibros, & Tugurinos, qui inundatione, aquaꝶ patria pulſi, cum in Italiam deſcendiſſent, cum liberis, & cōiugibus eo animo, ut aut nouas ſedes impetrarent, aut pulſis Ro. ipſi regnarent, is uirtute ſua fudit, atq; deleuit. Teutonas priores aggreſſus apud ſextias aquas ſub ipſis Alpium radicibus, Cimbros deinde in Italia inter Veronam, & Tridentum in campo quem canidiū uocant, ſiue ſauidium. Plin. de uiris illuſt. C. Marius inquit, ſepties conſul, arpinas, loco humili natus primis honoribus per ordinē functus, legatus, Metello in numidia criminādo cōſulatū adeptus, Iugurtham captum ante curam egit, in primū annū conſul ultro factus Cimbros in Gallia apud aquas ſextias. Teutonas, in Italia in campo ſauidio uicit de hiſq; triūphauit, de hoc germanico triūpho latius dicemus i cap. de pudic. Credo. Sup. hoc feciſti. Alienigena exercitatione, utpote græca quaſi alterius ingenii, apud Plut. illud de Mario legitur ſolitū dicere ridiculū eſſe illoꝶ diſcere literas quorū magiſtri ſeruirēt. Quis ergo? Quærit, & deinde reſpondet, quis nam fuerit ille autor, qui primus auſus fuerit græcam linguam introduceret in curiā Ro. q̄ adeo celebris eſt, ut aures ſenatus græca facūdia obtūdant. Quis ergo quādoquidē ita ſeruabāt dignitatē ſuā Ro. ut nemo in ea curia, niſi latine loqui poſ-

Exurdāt ſet. Exurdātur. obtundūtur, uſq; adeo nūc oēs græce loquunt, ut quodāmodo obtūdātur aures, cū nihil græce loqui audiat. Molo. Molo Apollonius Rhodius fuit, apud quē eloquētiæ ſtuduiſſe Cic. cōſtat. Rhetor. iter Rhetorē, & oratorē hoc itereſt, ꝙ Rhetor eſt artis ꝓfeſſor. i. qui de arte ꝓcepta tradit, orator q ex arte dicit. Quē honorē, nec id quidē immerito conceſſum eſt. Moloni, nā ipſe auxerat Cic. ingeniū, in quo Rom. florebat eloquentia. Cōſpicuæ fel. Dicit inuenire ſe Arpinatē ſummæ felicitatis fuiſſe, ſiue illū contēptorē literarū dixeris, ſiue amatorē, nā uterq; de municipio Arpinati fuerāt Cic. ſ. & C. Mari. Glorioſiſſimū. c. ſ. mariū. Abundantiſſimū fon. Cic. Arpinatū refertur ad utrūq;, nā Arpinas eſt nomē patriū, & ſignificat de oppido Arpinati.

ASCENSIVS.

QVAPROPTER, &c. Cōmendat ſeueritatē licet ſubruſticanā Caii Marii per apoſtrophem ad ipſum dicens. Quapropter. i. propter quā cauſam iā dictā, O Cai Mari, tu non es damnandus crimine rigoris ruſtici, qui uictor ſup. iam exiſtens, noluiſti ſenectutem tuam coronatam gemina laurea, & illuſtrem tropheis Numidicis ob deuictū Iugurtham. Et germanicis. ob deuictos Cimbros, & Theutonas, fieri politiorem facūdia gentis deuictæ. i. qui alienigena lingua uti noluiſti, credo ne exiſteres. i. euaderes ſeruus transfuga. i. deſerto patrii ritus, exercitatione alienigena. i. externa ingenii. ſ. tui, id eſt ne te exercendo in linguis alienis, ritus quoq; alienos imbiberes, quis ergo. Sub infert ſpecialem audientiā factam Moloni Rhodio præceptori. M. Tullii in Rhetorica, & cū uterq; tam Marius, q̄ Cic. eſſet Arpinas, addit utrunq; fuiſſe feliciſſimum, Marium in contemnenda eloquentia, Ciceronē in ſectanda. Ordo eſt. Ergo ſi latine loqui omnes oratores cogebantur, & Marius laudatur, ꝙ alienas linguas diſcere nolebat, quis patefecit ianuam, id eſt quis aditum fecit, huic, id eſt noſtri temporis cōſuetudini, qua aures curiæ, id eſt Senatōrum in curia exurdantur, id eſt obtundūtur nūc actionibus græcis, reſpondet ut opinor. Molo rhetor, ſcilicet Rhodius qui acuit ſtudia Marci Cice. Namq; conſtat eū. ſ. Molonem auditum in Senatu abſq; interprete ante omnes. ſ. alios oratores gentium exterarum. Quem honorem ipſe cepit. i. accepit nō imperio, quoniā adiuuerat ſummā uim eloquentiæ Romanæ, q̄ erat in Cic. Arpinas. i. natus Arpini, aut illinc oriundus, ſup. eſt diſcendus felicitatis conſpicuæ. i. claræ, ſiue uelis. i. quis uelit intueri ſiue glorioſiſſimū contemptorem literarū ut C. Mariū unicum. i. ſingularem in care, ſiue fontem abundantiſſimum. ſ. literarum, & præſertim eloquētiæ, unicum. i. etiam ſingularem, uidelicet Marcum Cic. uterq; enim (ut dixi) Arpinas fuit.

OLIVERIVS.

MAXIMA aūt. Semper conſules Pompe. xxiiii. lictores ꝓcedebant, & ſecures uirgarum faſciculis alligatas geſtabant, qui faſces diſcebātur. Filio. ſ. cōſulis, & hoc Principū filii ſeruāt tēpore noſtro. Ius poteſtas. Fabius Maxi. in Samnitibus bene ſignauit. Pridem. priori ætate, cōmendat Fabiū a multis partibus, a potētia, cū dicit maximus, dignitate, cū dicit quinquies conſul, ab autoritate, dum dicit uir ſummæ auctoritatis, ab ætate dū dicit, ultimæ ſenectutis. Id no. Ne a maioꝶ conſuetudine diſcederet. Deſcendere. ſ. ad conditiones pacis cōponendas, cæſis. ſ. Samnitibus. Idem ſe, inter cætera maiorū inſtituta, illud quoq; memoratu dignū eſt, & neminem uoluere ad conſulem equo inſidentē uenire, ſed honoris gratia antequā conſuli appropinquaſſent, deſcendere, quod exēplo eiuſdem Fabii cōprobat, qui cum legatus ad filium conſulem miſſus eſſet, atq; ille filius honoris gratia prodiiſſet obuiā, nec præmiſiſſet lictorem, qui iuberet ſe q̄primū equo deſcendere, & filio peditem præſto eſſe, indignatus noluit ſpōte deſcendere, quod ubi animaduertit filius, iuſſit ꝓximo lictori patri, ut iperaret ad ſe pedes uenire, qd ſummopere laudauit pr, & ſimul paruit dicto filii. A. Gel. li. ii. c. ii. facti cōſules Sēpr. grac. iterūq; Fab. maximus filius eius, q priore anno erat conſul, ei cōſuli pater ꝓcul obuiā in equo uehens uenit, neq; deſcendere uoluit, q̄a pater erat, & ꝙ inter eos ſciebat maxima cōcordia cōuenire, lictores nō auſi ſunt deſcēdere iubere, ubi iuxta uenit, tum conſul ait, deſcēdere iube, qd poſtquā lictor ille, qui apparebat cito itellexit, maximum deſcendere iuſſit Fab. imperio paruit, & filiū collaudauit, cum perurū, quod populi eſſet, retineret. Idē. ſ. Fabi. miſſus legatus perſeuerauit ſedere in equo plenus ira Filium cōſulē. Fabius gurgitem.

DE MIRA CONSTANTIA LEGATORVM RO.

Relatis. Qu. Fabii laudibus, offerunt ſe mirifice conſtantiæ viri, qui legati a ſenatu Tarentum ad res petendas miſſi, cum grauiſſimas ibi iniurias accepiſſent, vnus etiam vrina reſperſus eſſet, in theatrum(ut eſt cõſuetudo Græciæ)introducti legationem quibus acceperant verbis, peregerunt: de his, quæ paſſi erant, queſti non ſunt: ne quid vltra ac mãdatum eſſet, loquerentur: intimiſq; pectoribus eorum antiqui moris reſpectus, dolore qui ex contumelia grauiſſimus ſentitur, conuelli non potuit. Finem profecto fruendarum opum, quibus ad inuidiam diu abundaueras Tarentina ciuitas, quæſiſti. Nam dum horridæ virtutis in ſeipſum connexum ſtabilimentũ, nitore Fortunæ præſentis inflata, faſtidioſe æſtimas, in præualidum imperii noſtri mucronem cæca, & amens irruiſti.

Sueſſam. Ciuitas eſt Campanie ubi erat cum Imperio. Officium ſuum, ut honoris gratia patri obuiam prodiret. Quod poſtquã animaduertit. Seneca, ſi cõſulem, inquit, aut prætorem uidero, omnia quibus honor haberi honori ſolet, faciam, equo deſcendam, caput adaperiam ſemita decedam. Quod cũ filius ſenſiſſet, ubi filius intellexit patrem in equo ſedere de induſtria,

Preſto eſſe. Appareret præſto adeſſe nam apparere inter alia ſignificata præſto adeſſe quoq; ſignificat. Vnde apparitores dicti prætorum miniſtri ſunt, eo ꝙ præſto adſint. Non ego inquit, excuſat ſe filio pater. Non ignoro, ſcio quid pietatis patri filius debeat, ſed hæc paterna pietas debet cedere maieſtati conſulari. Pietati pri. pietas priuata eſt, quam patri filius debet, publica uero, quæ ſummo imperio debetur, qualis eſt conſulatus, ut poſt habita pietate paterna, publica maieſtas ueneretur.

ASCENSIVS.

MAXIMA &c. Commemorat inſtitutum ambulandi cum conſulibus dicens autem pro ſed maiores .i. priſci Roma. retinuerunt maxima diligentia hunc morem, ne quis interponeret ſe inter conſulem, ſeu conſules, & proximũ lictorem .i. miniſtrum publicũ, quamuis ꝓgrederetur .i. deambularet una .i. pariter cũ eo, corã offici, honoris exhibendi (dubiũ eſt utrũ de conſule, an de altero homine loquatur, ſi de conſule, ut uero ſimile eſt, loquitur ſic exponitur quãuis cõſul progrederetur .i. obuiam exiret cauſa officii, ſi de altero ſic, quãuis is progrederetur .i. inambularet una cũ conſule cauſa officii) ius ambulandi ante patrem cõſulem erat dũtaxat filio. & ei puero .i. non prouectiori ætate. Qui mos .ſ. ambulandi cũ cõſule eſt retentus adeo pertinaciter .i. conſtanter, ut Qui. Fabius maximus quinquies cõſul, & uir etiã pridem .i. antea ſummæ autoritatis, & tunc ultimæ ſenectutis innitatus a filio conſule. Vt proce. inter ſe .ſ. conſulẽ & lictorem .ſ. primũ, ne turba Samnitũ hoſtium, ad quorũ colloquia deſcẽdebant .ſ. paciſcendi gratia, eliderent .ſ. a Fabio pater, & comitibus eius noluerit facere id .i. contra morem proxime conſulem ingredi. Idem &c. Affert exemplũ eiuſdẽ fere rei de eodẽ Q. Fabio dicẽs idem .ſ. Q. Fa. Max. miſſus a Senatu legatus .i. functurus officio conſulari, ſi filius conſul deficeret, ad filium conſulem, Sueſſam .i. in illud oppidũ Apuliæ, poſtquã aiaduertit eũ .ſ. filiũ ſuum cõſulem proceſſiſſe extra mœnia .i. muros oppidi ad officiũ ſuũ .i. ſibi patri exhibendum, & indignatus quoq; .i. etiam ꝙ nemo ex lictoribus iuſſiſſet ſe .ſ. Fabiũ patrẽ deſcẽdere equo perſeuerauit ſedere .ſ. in equo, plenus iræ .i. indignationis, quod quũ filius .ſ. Fabius gurges ſenſiſſet, imperauit primo lictori, ut ſup. pater, aut lictor appareret .i. pariturus adeſſet ſibi .ſ. filio cõſuli .q.d. nõ debet indignari pater. Quod lictor primus mihi appa ret, cũ ex ueteri inſtituto ita fieri debeat. Cuius .ſ. filii cõſulis uocl Fabius .ſ. pater obſecutus .i. obtẽperãs cõtinuo, inquit, o fili, ego nõ contẽpſi ſummũ imperiũ tuũ, ſed uolui experiri, an ſcires agere cõſulem. (Quo reſpõſo uidetur mihi pater prudentior q̃ filius pius, nã cũ ſentiret filiũ ſibi nõ ceſſurũ, nec ex ea re filio ſui dia oriret, i eius laudẽ uertit.) Nec ignoro qd debeatur .ſ. a filiis, uenerationi patriæ .i. paternæ, uerũ .i. ſed ego iudico inſtituta publica potiora pietate uidelicet priuata, quod apud Au. Gelliũ ita diſcernit, ut in actione pub. filius magiſtratus patri præferatur, in priuata contra.

OLIVERIVS.

Tarentũ RELATIS. Quint. Fabii. Tarentum oppidum eſt in litore maris poſitum, & theatrum maius habet in proſpectũ maris expoſitũ, quod Tarentinis cauſa maximarũ calamitatum fuit, nam cum Tarentini ludos forte celebrantes claſſem Rom. non longe a litore maris nauigantem proſpexiſſent, qui frumentatum, ut quidam dicunt, in Apuliam ierant, hoſtem rati in eas impetum fecerunt, & ſpoliatas domum reuerſi ſunt, ad eos miſſi ſunt legati, qui quererentur iniurias illatas, & res de more repeterent, qui cum iniuriis affecti eſſent, ac unus urina perfuſus in theatrũ intromiſſi, legationem ſibi a Senatu demandatam expoſuerunt, de iniuria quã acceperant, ne uerbum quidem unum fecerunt. Florus Tarentum, inquit, etiam Lacedæmoniorũ opus, Calabriæ quondam, & Apuliæ totiuſq; Lucaniæ caput tũ magnitudine, & muris, portuq; nobili, tũ mirabili ſitu, quippe in ipſis Adriatici maris faucibus poſita i oras noſtras, Hiſtriẽ, Illiricũ, Epirũ, Achaiã, Aphricã, Siciliã uela dimittit. Imminet portu ad proſpectum urbis theatrũ, quod quidẽ cauſa miſeræ ciuitati fuit omnium ſuarũ calamitatum, ludos forte celebrãt cum remigantes litori Ro. claſſes inde uident, atq; oſtentari emicant, ſine diſcrimine inſultant, qui enim aut unde Romanis, nec ſatis norant. Aderat ſine mora querelam ferẽs legatio, hanc quoq; fœdius per obſcenam, turpemq; dictu contumeliam uiolant ex hinc bellũ. Q. Fabii. qui adeo perſeuerans fuit in ſeruãdis inſtitutis. Tarentum. quia claſſem Roma. Tarentini diripuerant, & duumuirũ, qui claſſi præerat occiderant. Græciæ. nam ibi quondam magna Græcia appellata eſt. Hoc Cicer. oſtendit multis in locis, & præcipue in Catone ma. Dicit ergo, ut eſt cõſuetudo græciæ. Verbis. ut nec adderent quicquam, nec diminuerent. Antiqui moris, uidelicet ut non plus in legatione diceretur q̃ a Senatu, uel a populo mandatũ eſſet. Dolore. nullus dolor maior eſt, q̃ qui ex contumelia naſcitur, nam inquit, ille. Aſperſt in medio damna dolore pudor. Finem profecto. Sicut legimus in hoſtia, nullus unquã in urbe pulchrior, aut ſpecioſior triumphus intrauit ante hunc diem, ni niſi pecora Volſcorum greges Sabinorũ, carpenta Gallorum, & fracta Samnitum uidiſſes arma. Tunc ſi captiuos aſpiceres, erant Moloſſi, Theſſali, Macedones, Brutius, Appulus, atq; Lucanus, Si pompas, aurum, argentum, purpura, ſigna, tabulæ, Tarentinæq; delitiæ, ſed nihil libentius Popu. Roma. aſpexit, quam illas, quas timuerant cum curribus ſuis beluas, quæ non ſine ſenſu captiuitatis ſubmiſſis ceruicibus uictores equos ſequebantur. Quibus ad inuidiam diu abundaueras, bene ad inuidiam dixit, nam Tarentinorum opes ampliſſimę aliquando fuere, rem ſuam ciuilem populari poteſtate gerentes democratia, nam claſſe maxima cunctos ſuperauerũt accolas, pediteſq; ad millia triginta in expeditiones miſere, equitũ uero tria millia, ductores autẽ equitũ mille. Pythagoricã quoq; philoſophiã amplexati ſunt. in primis Architas ſingulariter, qui diutius eius ciuitatis princeps eminuit, inde poſterioribus annis illecebroſæ inualuere delitie propter fortunas nimiũ ſecũdas, adeo ut plures totius populi ludos, feſtaſq; celebritates quotãnis agerẽt, q̃ reliquos anni dies. Eam ob rem i deterius urbanũ regimẽ ferebatur, cuius flagitiorũ unũ illud documentũ eſt, ꝙ externis uti imperatoribus coacti ſunt, contra Meſapios enim, & Lucanos Alexandrũ Moloſſorũ regem acerſierunt, antea quoq; Archidamũ Ageſilai filiũ, poſtea Cleonymũ, & Agatoclẽ, deinde Pyrrhũ, quo tẽpore aduerſus Ro. bellũ ꝯflauere, auctor Strab. ergo finitimæ ciuitates oẽs tante rerũ oium affluẽtiæ inuidebãt, uel qs tãtopere ꝓpter diuitias eas elata, ut populi uicini ſupbiã tuã ſubſtituere nõ poſſent.

Horridæ. duræ ad labores tollerãdos, nõ mollis ꝓpter luxum diuitiarum. Virtutis .ſ. Romanæ in ſeipſum connexum, ideo dicit, qa nullo extrinſecus adminiculo uirtus indiget, ſed ſeipſa contenta eſt, nã Romani tantas uires habebant, ut per ſe bellum ſine aliorũ auxilio gerere poſſent, hoc ideo dicit, quia Tarentini

rentini multorum populorum, & ciuitatum armis adiuti fuiſſe, nam Moloſſi, Theſſali, Macedones, Brutii, Campani, Apuli, Lucani, atq; ipſe clariſſimus gręciæ rex Pyrrhus ꝓ Tarentinis incitatiſſimo animo conſurrexerunt, & ſocia arma iunxerunt Rom. ſuis contentionibus, & armis aduerſus tot populorum potentiam, non ſolum audacter, ſed etiam feliciter bellum geſſere. **Faſtidioſe.** Faſtidioſe exiſtimás, paruifaciens alii habent faſtuoſe, & ſignificat ſuperbe, declinatur autem faſtus faſti, & ſignificat librum, in quo faſti dies continentur, **Faſti** nam faſti etiam libri dicebantur, quos conſules habebant, in quibus reges, & cõſules ſcribebantur a faſcibus dicti id eſt, a poteſtatibus, unde Ouidii libri Faſtorum dicuntur, ꝙ in his de faſtis diebus tractetur, faſti uero dies erant quibus licebat fari cum populo, nefaſti quibus fari nõ licebat, & ut dixi cum eiuſmodi librum ſignificat, ſecundę eſt declinationis, licet aliquando, & quartæ inueniatur in hac ſignificatione, ſed raro, faſtus enim quartæ tædium, ſuperbiam, cõtemptumq; ſignificat Virg. Stirpis Achilleę faſtus iuuenemq; ſuperbum. Seru. in expoſitione huius loci. Faſtus, inquit. i. ſuperbiam & eſt quartæ declinationis, nam liber, qui dictum habet computationem, ſecundæ declinationis eſt, unde erraſſe uidetur Luc. dicendo, Nec meus Eudoxi uincetur faſtibus annus.

ASCENSIVS.

RELATIS &c. recitat conſtantiam legatorum Romanorum dicens. Laudibus. Q. Fabii ſup. maximi relatis .i. recitatis uiri mirificæ conſtantiæ offerunt ſe ſup. dicendos aut referendos, quientes legati miſſi a ſenatu Tarẽtum ad res repetendas, quum accepiſſent ibi, uidelicet Tarenti grauiſſimas iniurias, & unus eſt ſup. eorum reſperſus eſſet etiam urina. i. lotio ipſi introducti in theatrum. i. ſpectaculum publicum, ut eſt conſuetudo Græciæ, unde innuit tunc Græcos Tarentum incoluiſſe, peregerunt ſcilicet, in præſentia totius populi, legationem. i. cauſam, cur, ad quam miſſi fuerant, uerbis ſup. illis, quibus acceperant. ſ. eam agendam a ſenatu, & nõ ſunt queſti de his, quæ paſſi erant, ne loquerentur quid id eſt, aliquid. Vltra ac. i. ꝗ mandatum eſſet ſup. eis a ſenatu, & reſpectus. i. cõſideratio antiqui moris. ſ. nihil ultra mandata loquẽdi non potuit conuelli, id eſt, abſtrahi aut expelli pectoribus eorum dolore. id eſt per dolorem animi, qui ſentitur. i. ſentiri ſolet, grauiſſimus ex contumelia, hoc dicto, per apoſtrophen alloquitur auctor Tarentinos dicẽs. O ciuitas Tarentina tu profecto, id eſt reuera, quęſiſti, id eſt tentaſti inuenire finem, id eſt exitum opum fruendarum, quibus. ſ. opibus, abundaueras ad inuidiã ſup. uſq; Nam dum tu æſtimas, id eſt appretiaris ſtudioſe, id eſt cum contemptu. Stabilimẽtum uirtutis horridæ, id eſt rigidæ, qualis erat in legatis Romanis connixum, id eſt innitens in ſeipſum, id eſt in nihil extrinſecus proueniẽs, euiuſmodi ſunt res, fortunæ (ſunt qui legant connexũ, id eſt conuolutũ in ſeipſum) æſtimas dico, aut exiſtimas inflata nitore, id eſt ſplendore, & ſtrepitu, præſentis, ſcilicet temporis fortunæ, irruiſti cæca, & amens in mucronem, id eſt ſtimulum noſtri, id eſt Romani imperii præualidum, quia per ipſum paulopoſt petiit.

Sed vt a luxu perditis moribus, ad ſeueriſſima maiorum inſtituta tranſgrediar, antea ſenatus aſſiduam ſtationem eo loci peragebat; qui hodie quoq; Senaculum appellatur: nec expectabat vt edicto cõtraheretur, ſed inde citatus protinus in curiam veniebat: ambiguæ laudis ciuem exiſtimans, qui debitis R.P. officiis non ſua ſponte, ſed iuſſus fungeretur: quia quicquid imperio cogitur, exigenti magis, ꝗ præſtanti acceptum refertur.

ALIVD INSTITVTVM CONTRA TRIB. PLE.

Illud quoq; memoria repetendum eſt, ꝙ Trib. pleb. intrare curiam non licebat, ante ualuas autem poſitis ſubſelliis, decreta patrum attentiſſima cura examinabat: ut ſi qua ex eis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent. Itaq; veteribus Senatuſconſultis T; litera ſubſcribi ſolebat: eaq; nota ſignificabatur, illa Trib. quoq; cenſuiſſe: qui quamuis pro commodis plebis excubabant, inq; imperiis compeſcendis occupati erant, inſtrui tamen ea argenteis vaſis, & annulis aureis publice præbitis patiebantur, quo taliũ rerum vſu autoritas magiſtratuum eſſet ornatior. Quorum quemadmodum maieſtas amplificabatur, ita abſtinentia arctiſſime conſtringebatur. Immolatarum enim ab his hoſtiarum exta, ad Quæſtores Aerarii delata veniebant. Sacrificiiſq; P. R. tum Deorum immortalium cultus, tum etiam hominum continentia inerat. Imperatoribus noſtris ꝗ ſacras manus habere deberent, apud iſta altaria diſcentibus: continentiæq; tantum tribuebatur, vt multorũ æs alienum, quia prouincias ſyncere adminiſtrauerant, a ſenatu perſolutum ſit. Nam quorum opera, publicã autoritatem, ſplendorem ſuum procul obtinuiſſe viderant: eorum dignitatem domi collabi indignum, ſibiq; deforme eſſe arbitrabantur.

OLIVERIVS.

SED ut a luxu. Val. quia uidebatur quodammodo ab eo egreſſus eſſe, quod inſtituerat, inquit, quia diximus de luxu Tarentinorum, & eorum ſuperfluitate, quæ illos ad eam infamiam deduxerit, ut Roma. irritare auderent, nunc reuertar ad rigidiſſima maiorum noſtrorum inſtituta. Luxu. quia cõſtat hanc urbem opulentiſſimam fuiſſe, & omnium rerum abundãtem. Antea ſenatus. Hoc quoq; inſtitutum ſeruatum eſt. Senaculum. eoq; locũ illum Senatores frequentare ſolebant. **Senaculum.** Edicto. uidelicet, ut præcones mitterentur qui hoſtiatim Senatores in curiam uenire iuberẽt. Ambiguæ laudis. Laudat hoc ꝓpoſitum, illi enim ambigue cuiuſdam fidei uidẽtur eſſe ciues, qui nõ ſponte, ſed iuſſu quodãmodo coacti rempub. gerant. Ambiguę, bene dixit ambiguæ, quia fortaſſe niſi cogerentur nõ uenient. Laudis. Laudanda quidem eſt, ꝙ in curiam ueniunt, ſed uituperandum, ꝙ dictum expectent. Quicquid imperio cogitur, quicquid enim fit imperio alterius id imperanti potius aſcribendum eſt, ꝗ agenti. Acceptum refertur honeſta locutio, refero hoc beneficium tibi acceptum, id eſt, hoc quicquid eſt beneficii tibi dico eſſe aſcribendũ, & fateor a te recepiſſe, & aliud referre in acceptum, quod a uulgo lingua uernacula dici ſolet facere notationem de ſolute. **Acceptũ fertur.**

ASCENSIVS.

SED ut &c. Apta tranſitione more ſuo tranſit, ad exẽplum ſpontanei officii in Romanis dicens. Sed ut ego tranſgrediar, a moribus perditis luxu. i. propter luxũ, & abundantiam opũ, ut Tarẽtinorum, ad ſeueriſſima iſtituta. i. mores ſeueriſſimos maiorũ ſup. noſtrorũ. i. priſcorũ Romanorũ. unde minores orti ſunt. Senatus. i. cœtus Senatorum peragebat ante. i. olim aſſiduam ſtationem eo loci, id eſt, in eo loco, qui quoq;. i. etiam hodie appellatur ſenaculum, id eſt Senatorum conuenticulum, nec expectabat, ut contraheretur, id eſt congregaretur, edicto ſcilicet conſulari, ſed Senatus citatus. i. uocatus inde. i. e ſenaculo illo, ueniebat protinus in curiam exiſtimans, id eſt iudicans, ciuem ambiguæ. i. incertæ laudis (Qui enim non faceret niſi coactus, non eſt laude dignus, quando autem quis cogitur prius quam inuitetur, dubium eſt, an ſponte facturus fuiſſet, etiam non coactus) qui. ſ. ciuis fungeretur officiis debitis reipub. non ſua ſpõte, ſed iuſſus, quia quicquid cogitur imperio, refertur acceptũ, id eſt debetur adiudicari magis exigenti, ſcilicet ob debitum, ꝗ præſtanti. ſ. ob imperium alterius.

OLIVERIVS.

ILLVD quoq;, hoc quoque inſtitutum Romani ſeruabant, ne uidelicet tribuni plebis curiam intrarent, quod poſtea uulgatum eſt, nam temporibus Cice. poterant tribuni curiam

DE ORDINE EQVESTRI.

Equeſtris vero ordinis iuuentus omnibus annis bis urbem ſpectaculo ſui, ſub magnis autoribus celebrabat, die Lupercalium,& equitum probatione, Lupercalium enim mos a Romulo,& Remo inchoatus eſt, tunc cum lætitia exultantes, ꝙ his auus Numitor, Rex Albanorum, eo loco, vbi educati erant, vrbem condere permiſerat ſub monte Palatino (hortatu Fauſtuli educatoris ſui) quem Euander Argiuus conſecrauerat: facto ſacrificio, cæſiſq; capris, epularum hilaritate, ac vino largiore prouecti, diuiſa paſtorali turba, cincti omnes pellibus immolatarum hoſtiarum, iocantes, obuios petiuerunt: cuius hilaritatis memoria annuo circuitu feriarum repetitur. Trabeatos vero equites idibus Iulii Qu. Fabius tranſuehi inſtituit. Idem cenſor cum P. Decio ſeditionis finiendæ gratia, quia Comitia in humillimi cuiuſq; poteſtatem redacta acceſſerant, omnem forenſem turbam, in quatuor tantummodo Tribus deſcripſit, eaſq; Vrbanas appellauit: quo tam ſalubri R.P. facto, vir alioqui bellicis operibus excellẽs, Maximus cognominatus eſt.

intrare. Subſellis. ſubſellia ſunt minorum magiſtratuum ſedes, ſicut ſellæ curules amicorum dicuntur, ſunt etiam ſubſellia, ut quidam uolunt, ſedes, & pulpita, in quibus ſpectabantur ludi, unde Perſius, Troſulus exultat tibi per ſubſellia lenis. Cicero tamen in epiſtola ad Apium, ſubſellia, per contemptum ſenatorum roſtra appellauit, cum dixit. Ad me literas miſeris longi ſubſelli, ut Pompeius noſter appellat. Veteribus. Ideo dixit, quia poſtea hæc conſuetudo aboleuit. Pro commodis. Quamuis. inquit Trib. Pleb. reipub. commoda curarent tamen paſſi ſunt magiſtratibus argentea uaſa, & annulos aureos ex publi. dari ut eorum maieſtas amplificaretur. Vſu. Eiuſmodi inſignibus precioſis non nihil auctoritatis addi uidebatur magiſtratibus. Veniebant. uendebantur. Immolatarum. Quia ipſi, qui magiſtratum gerebant immolabant, nam quantu dignior, perſona erat, quę immolabat, tanto dignior deorum cultus. Continentia. neq; enim permittebatur inteſtinis ueſci, quod certe maxima laude dignum erat, ꝙ noſtri tanti ea faciunt, ac illi continentiam pluris faciebãt. Sanctas manus, integras, incorruptas, innocentes. Cõtinentiæ tantum tribuebatur, id eſt tanti faciebant continentiam, nam tribui multum alicui eſt aliquem magnificare. Syncere. pure, innocenter, & caſte. ſ. prouincialium hominum rebus intactis. Splendorem. Nam innocentia præfectorum in prouincils erat ſplendor quidam nominis Ro.

ASCENSIVS.

ILLVD quoq; addit uetus Tribunorum plebis inſtitutum officioſum in rempub. dicens. Illud quoq; eſt repetendum memoria, id eſt memorandum, ꝙ non licebat tribunis plebis intrare curiam, id eſt ſenatum, aut locum, ubi ſenatus habebatur, autem pro ſed tribuni plebis examinabant attentiſſima cura decreta patrum ſubſellis, id eſt ſedibus minorum magiſtratuum, poſitis ante ualuas, ſcilicet curiæ, quia in illis ſedebant, ut ſi qua, id eſt aliqua improbaſſent ex eis, ſcilicet decretis patrum, ipſi non ſinerent, ſup. ea eſſe rata. Itaque, id eſt & ita, T litera, quę ſignificabat tribuno plebis, ſolebat ſubſcribi, id eſt infima parte ſcribi. ſenatuſconſultis ueteribus, ſed ſignificabatur ea nota, id eſt ſigno T, literæ, tribunos quoque, id eſt etiam cenſuiſſe, id eſt approbaſſe, aut decreuiſſe illa, ſcilicet decreta patrum, aut ſenatuſconſulta, qui, ſcilicet tribuni, quanquam excudabant, id eſt uigilabant. Pro commodis plebis, & erant occupati in imperiis compeſcendis, id eſt refrenandis imperioſitatibus nobilium, tamen patiebantur ea, ſcilicet imperia, id eſt nobiles, quorum erat imperare, inſtrui, id eſt ornari, uaſis argenteis, & annulis aureis præbitis publice, id eſt ex publico ærario, quo. i. ut, autoritas magiſtratuum eſſe ornatior uſu talium rerum. Quorum &c. Recitat ſeueritatem circa ſacrificia dicens. Quorum, ſcilicet imperiorum, aut ſummorum magiſtratuum, quemadmodum maieſtas amplificabatur, id eſt dilatabatur, ſcilicet ex permiſſione talium ornamentorum, ita conſtringebatur, id eſt comprimebatur arctiſſime abſtinentia, id eſt per abſtinentiam (ſunt qui addunt malorum) ſed meliores textus non addunt. Enim pro quia extra hoſtiarum immolatarum ab his, ſcilicet ſummis magiſtratibus, ueniebant, id eſt uendebantur delata ad quæſtores, id eſt, ut uulgo dicunt receptores ærarii, id eſt publicę pecuniæ, & ita licet honorem uictimandi habebant, non tamen commodi (Textus fere babent, uenibant, ſed a ueneo ueribant legẽdum eſt, dicimus enim ibam non lebam.) Et tum, id eſt ſimul, cultus deorum immortalium, tunc etiam continentia hominũ inerant ſacrificiis Popu. Rom. & hoc Imperatoribus noſtris diſcentibus, apud iſta altaria, ꝗ id eſt quantum ſanctas, id eſt impollutas ab omni rapina manus deberent habere. Et tantum, id eſt tam multum tribuebatur, continentiæ, ſcilicet a rebus alienis, ut æs alienum, id eſt debitum, multorum, ſcilicet ciuium Romanorum, ſit perſolutum a ſenatu, quia adminiſtrauerant ſyncere, id eſt ſine corruptione prouincias, ſcilicet quibus præfuerant. Nam ipſi arbitrabantur indignum, & deforme ſibi eorum dignitatem collabi domi, quorum opera id eſt, operatione, & diligentia uiderant autoritatem publicam obinueniſſe, procul, id eſt in longinquis oris ſuum ſplendorem.

OLIVERIVS.

EQVESTRIS uero iuuẽtus. ſ. equites Roma. qui ex nobilitate iuuenũ erãt. Spectaculo. quia ſe ſpectãdos populo prebebant. Die Lupercalium, id eſt die, quo Lupercalia celebrabãt. i. dies feſtos in honorẽ panis. Lupercalia ludi erant ſolẽnes iuſtituti a Romulo & Remo ſub mõte Palatino, ubi expoſiti fuerũt. Nota eſt hiſtoria quo pacto Romulꝰ, & Remus fratres expoſiti fuerũt ab Amulio cum in ſicco unda illos deſtituiſſet, ex ꝓximis montibus lupa deſcendens in pueros ſcidit, & infantibus mammas adeo mite præbuit, ut humanum ſenſum habere uideretur, ſuperuenit interea Fauſtulus regis paſtor, qui pueros Laurentię uxori ſuæ educandos tradidit. Scimus deinde, quum adulti facti Numitorem auum ſuum occiſo Amulio in regnum reſtituerunt, & factum eſt, ut in ipſis locis, ubi expoſiti fuerant, Lupercalia exercerentur, quod ludicrum ab Euandro antea inſtitutum fuerat, erat autem ubi eiuſmodi paſtores cõgregabantur, & pellibus immolatarum ouiũ, cibo, potuq; repleti laſciuientes inuicẽ concurrebant, & ſe mutuis ictibus earum pellium pulſitabant. Lycæum Pana uenerantes, hanc autem opinionẽ induxerant, ut quæ mulier ſterilis ſe ludentibus obtuliſſe, & eorum ictibus colliſa fuiſſet, fœcunda efficeretur, unde Iuuenalis. Nec prodeſt agili palmas præbere Luperco. Ouidius Faſtorum. ii. Nupta quid expectas, non tu pollentibus herbis. Nec prece, nec magico carmine mater eris. Excipe fœcundæ patientis uerbera dextræ, iam ſacer optatum nomen habebit aui. Nam fuit illa dies duræ cum ſorte maritæ. Reddebant uteri pignora cara ſui. Lupercales autem dicti ſunt a lupis arcendis, hoc enim ſacrificio exiſtimabant lupos ab ouibus arceri. De Lupercalibus alii alia dicunt; ſunt enim qui tradunt paſtores nudos modo pellibus cinctos eiuſmodi ludos celebrare conueniſſe lora pro manibus gerentes, quibus quoſque cederent, laruiſque tectas facies habentes de nuditate uaria, & incerta ratio affertur Plutarchus in Antonii uita, ſi breuiter, inquit, erat ſolemnis Lupercalium dies. Cæſaris autem triumphali ueſte amictus in roſtris ſedebat currentes, Lupercos inſpecturus, currunt enim & nobilium iuuenum, & eorum, qui magiſtratum gerunt complures, nudi, atq; cincti loris albis obuios ferientes. Equitum probatione. Luſtrandis equitibus, id eſt cum equites tranſuehebantur, nam, ut Liuius docet, equites ſe cenſoribus oſtendebant, quod inſtitutum primo a Quint. Fabio cenſore, qui maximo cognomen erat, traditum, manauit ad poſteros, tranſuehebantur autem idibus quintilibus. Fauſtuli. Regii pecoris magiſtri. Facto ſacri, ſcilicet Pani deo ruſticorum ludus Lupercal dicebatur ab arcendis lupis, ut dixi, nã ita Pana placari

Luperca lia

ita placari credebant, qui lupos ab ouibus expelleret. Immolatarum ouium. Quarum pellibus ſe cingebant partim tenentes manibus, inter ſe, ut dixi concurſantes ſe pulſitabant, & erat opinio, ut ſi mulier ſterilis occurriſſet; fœcunda redderetur. Epularũ. quia epulabantur, & ueſcebantur carnibus. Diuiſa quia in duas partes ſe diuidebant, & ita inter ſe concurrebant tanquam pugnantes. Geſtierunt. Lętitiã geſtu corporibus oſtendebant, nam geſtire proprie eſt habitu corporis lętitiam oſtendere. Feriarum. Feſtorum, nam feriæ dies feſti dicti ſunt a feriendis uictimis. Circuitu. Circuitus dicitur, eo ꝙ ſol incipiens ab uno ſigno zodiaci cum ad ſignũ redierit, annus dicitur exactus. Trabeatos. Plinius iunior tradit, Quin. Fabiũ Rullũ primũ ex ea familia ob uirtutẽ maximã inſtituiſſe, ut equites Roma. idibus quintilibus ab æde honoris equis inſidentes in capitoliũ tranſirent, eundem cenſorem libertinos tribus amouiſſe. Liuius lib. ix. Fabius, inquit, cõcordiæ cauſa ſimul ne humilimoꝝ in manu comitia eſſent omnẽ forenſem turbam excretã in quatuor tribus coniecit, urbanaſq; eas appellauit, adeo ꝙ eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut maximi cognomen, quod tot uictoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pararet, ab eodem inſtitutum dicitur, ut equites idibus quintilibus tranſueherentur plerunq;. Trabeatos. trabea ueſte indutos, nam trabea ueſtis erat, quam honoratus quiſq; ſuper tunicam ſumebat, nunc prætextam uocant, quam in extremitate purpuram habebat circuntextam, & duo tantum erant cenſores. Redacta. Calliditate nobilium. Forenſem turbam. Clientulum, libertinorum, & ſcribarum. Deſcripſit. Diuiſit, & proprie deſcribi dicuntur. Vrbana. Vt uocabuli dignitas illis leniret. Alioquin. Præter hoc, quod inſtituit cenſor.

Bellicis operibus. Nam fuit ille, qui primo rempub. calamitoſo illo Hannibalis tempore afflictam, & prope perditam cunctando reſtituit.

ASCENSIVS.

EQVESTRIS &c. Recitat inſtituta antiqua circa ordinem equeſtrem, & a Quint. Fab. introducta dicens. Vero pro ſed iuuentus, ſcilicet multitudo iuuenum, ordinis equeſtris, qui ſecundus erat Romæ. Tres enim erant, primus patrum, & patriciorum, ſecundus equitum, & tertius plebeiorum celebrabat omnibus annis urbem. i. Romam, ſpectaculo ſui, id eſt exhibendo ſe inſpectandam, ſub magnis auctoribus, id eſt illius rei inceptoribus, bis, ſcilicet die lupercalium, & probatione equitum. i. equitum luſtratione, quam Galli monſtram uocant. Enim pro quia, mos lupercalium, id eſt feſtorum illorum inchoatus eſt a Romulo, & Remo, tunc cum ipſi exultantes lætitia, ꝙ Numitor rex Albanorum auus ſup. eorum, permiſerat his, ſcilicet Romulo, & Remo condere urbem, ſcilicet Romam, eo loco, ubi fuerant educati, uidelicet ſub monte palatino, & hoc hortatu Fauſtuli educatoris ſui, ſcilicet Romuli, & Remi, Quem, ſcilicet montem Euander argiuus, id eſt græcus quia archas conſecrauerat, ſcilicet Ioui. Enim pro quia ſacrificio facto, & capris cæſis, id eſt mactatis prouecti, hilaritate epularum, ac uino largiore, & hoc turba paſtorali diuiſa, omnes, ſcilicet qui tunc ſub Romulo, & Remo aderant, cincti pellibus hoſtiarum immolatarum, ipſi ſupple iocantes petiuerunt obuios. Cuius hilaritatis memoria repetitur anno circuitu feriarum. Vero pro ſed Quintus Fabius inſtituit equites. Trabeatos, id eſt trabea ueſte honorata inſtructos tranſuehi, ſcilicet ante conſpectum populi in capitolium, idibus Iulii, id eſt quintilis menſis, prius dicti, ꝙ a Martio quintus eſſet, ut Auguſtus, qui ſextus eſt, ſextilis. Idem. ſcilicet Quintus Fabius cenſor, id eſt cum eſſet cenſor cum Publio Decio, gratia ſeditionis finiendæ, quia comitia, id eſt iura eligendi magiſtratus in comitiis, id eſt coitionibus, Populo Romano acceſſerant, id eſt aduentarant, redacta, ſcilicet fraude potentiorum in poteſtatem cuiuſque humillimi, id eſt abiectiſſimæ conditionis, excepta ſeruili, utpote clientulorum, & plebeiorum, deſcripſit, id eſt diuiſit, omnem turbam forenſem, id eſt in forum conuenire ſolitam, tantummodo in quatuor tribus, & appellauit eas urbanas, quo facto, tam ſalubri, id eſt utili ad ſalutem reipub. ſeu Populo Romano ipſe uir excellens alioquin, id eſt etiam aliter opibus bellicis, cognominatus eſt maximus.

DE C. MARIO.

Laudanda etiam populi verecundia eſt, qui impigre ſe laboribus, & periculis militiæ offerendo, dabat operam ne imperatoribus, Capitecenſos ſacramento rogare eſſet neceſſe: quorum nimia inopia ſuſpecta erat, ideoq; his publica arma non committebantur. Sed hanc diutina vſurpatione firmatam conſuetudinem C. Marius Capitecenſum legendo militem, obrupit. Ciuis alioqui magnificus, ſed nouitatis ſuæ conſcientia, vetuſtati non ſane propitius, memorq;, ſi militaris ignauia humilitatem ſpernere perſeueraret, ſe a maligno virtutum interprete velut Capitecenſum imperatorem compellari poſſe. Itaq; faſtidioſum delectus genus in exercitibus Romanis obliterandum duxit, ne talis notæ contagio ad ipſius quoque gloriæ ſugillationem penetraret.

OLIVERIVS.

LAVDANDA. Id etiam pertinet ad maiorum conſuetudinem. Impigre. Se laboribus offerendo. Dabat operam. Capite cenſi dicebantur, qui pro ſuo capite tributi nomine æra pendebant, & ſine ſuffragiis erant. Nam horum nihil præter perſonam cenſebatur, quorum enim res cenſebantur, in claſſes coniiciebantur, totus Populus Romanus, in quinque claſſes diſtinctus erat, ita ut qui centum millia æris, uel eo plus poſſiderent, primæ claſſis eſſent, ſecundæ claſſis erant, qui intra centum uſq; ad quinque &. lxx. millium cenſum haberent, tertiæ uero, qui quinquaginta millium æris haberent, quartæ ad uigintiquinque deſcendebant cenſum, quintæ, qui undecim poſſiderent, reliqua multitudo, quæ citra hunc cenſum poſſediſſent, uel proletarii, uel capitecenſi dicebantur. A. G. libro ſecundo, qui in plebe Romana tenuiſſimi, pauperrimiq; erant, neq; amplius quam mille quingentum æris incenſum deferebant proletarii appellati ſunt, qui uero nullo, aut perquam pauco ære cenſebantur, capite cenſi uocabantur, & erant immunes militia.

Capite cenſi q̃ primum milites

Rogare. Quia rogabantur omnes, ut nomina darent, & in manus, ac uerba Imperatoris iurarent hoc modo, iuratis ne omnes, quocunq; uos duxero me libere ſecuturos, nec ueſtrum quenq;, iniuſſu meo a ſignis diſceſſuros, reſpondebant, iuramus. Quorum nimia inopia ſuſpecta erat. Propter nimiam inopiam non admittebantur ad militiam, in qua Romanum imperium ſtabiliri conſueuerat, quia paupertate homines plerunq; ad maleficia compelluntur. Caius Marius. Dicit Caium Marium hanc conſuetudinem abrupiſſe, ut ex uerbis Sal. in iugurtino legitur, dicit enim Marius milites ſcribit non ex more maiorum, nec ex claſſibus, ſed uti cuiuſq; libido erat capite cenſos, pleroſq; id factum, alii per inopiam bonorũ militum, alii per ambitionem conſulis memorabant, quod ab eo genere celebratus, auctuſq; erat, & homini potentiam quærenti egentiſſimus quiſq; opportuniſſimus. Sed nouitatis ſuæ conſcientia. Ideo ad militiam capitecenſos admiſit. Marius contra conſuetudinem, & inſtituta maiorum, quia & ipſe ſibi conſcius erat nouitatis, & inopiæ ſuæ, nam præter uirtutem animi, corporiſq; paruas poſſedit diuitias, adeo ut a maligno uirtutis interprete capite cenſus appellari potuerit Imperator, noui autem homines dicuntur, qui ab humili ſtatu ad ſummum dignitatis gradum aſcendunt, ut Marius, qui ex municipio arpinati pauper admodum Rnmam prouectus ſummos hnnos adeptus eſt. Vetuſtati non ſane. Propitius, quia inſtitutum aboleri uoluit antiquam. Militaris ignauia humilitatem ſpernere, id eſt ſi milites diuites quidem, & opulentos, ſed ignauos, humiles uero, ſed uirtute, & robore præditos iure militari contemnere pateretur.

Malign' uirtutis iterpres

Maligno uirtutũ interprete. Malignus uirtutum interpres dicitur, qui uirtutem hominis æſtimat, nõ per ipſam, ſed ꝑ diuitias, ac fortunæ qualitatẽ. Ergo maligno. Maliuolo, & iniquo. Faſtidioſum. Superbũ, nam omnis ſuperbia naſcitur ex faſtidio. Delectus. Genitiui caſus eſt, & eſt de-

le&ctus militum electio, uel deſcriptio. Obliterandū. Abolēdum. Notæ. Infamiæ ipſius Marii. Contagio infectio pollutio. Sugillationem. Notationem ignominiæ, ut quo ſigillo capite cenſis infamiæ nota fuiſſet impreſſa, eodem ſibi inureretur.

ASCENSIVS.

¶ LAVDANDA &c. Affert aliud inſtitutū Pop. Ro. circa rem militarem dicens. Verecūdia etiam Pop. ſ. Rom. laudanda ſup. eſt etiam qui .ſ. populus, offerendo ſe impigre .i. ſtrenue, laboribus, & periculis militiæ dabat operam, ne neceſſe eſſet imperatoribus rogare ſacramento .i. iuramento, quod milites tanquā rem ſacram imperatori præſtabant, cenſos capite .i. pauperes, & abiectos, qui in cenſum, præter caput, parum afferebant, quorum .ſ. capite cenſorum nimia inopia erat ſuſpecta, quia qui nihil habent, quod amittere timeant domi, non tam uiriliter dimicant, & citius pellici poſſunt ſaltem pecunia propoſita ut ad hoſtes tranſeant aut ſuſpecti, ꝙ potius rapinæ, ꝗ rei bene gerendæ intēti forent, ideoq; armata publica non committebantur his .i. huiuſmodi ciuibus. Sed hanc &c. Dicit Marium dictū inſtitutū abrupiſſe hoc ordine. Sed Caius Marius abrupit hanc conſuetudinem firmatam diutina uſurpatione .i. longo uſu legendo militem cenſum capite .i. dum cenſus fieret æſtimatū nihil debere in rempu. conferre præter caput. Marius inquā ciuis alioquin .i. in quouis alio facto magnificus. Sed cō. ſuæ no. i. ḡa ſe nouit hominem nouū .i. qui prius in familia ſua ad eum honorem, quem adſuerat, utpote conſularem, peruenerat, nō ſatis .i. nō multum, propitius .i. idoneus, & utilis uetuſtati .i. nobilibus, memorq; ſi ignauia militaris perſeueraret, ſpernere humilitatē .i. abiectionem nouorū hominū ſe poſſe compellari a maligno interprete uirtutum, ut qui uirtutem inuertat, idq; uitio det, quod honori dandum ſit, uelut .i. tanquā imperatorem cenſum capite. Itaq; .i. & ita dixit .ſ. utile .i. indicauit faſtidioſum .i. ſuperbum, & contentioſum genus delectus, id eſt eligendi milites de multis, obliterandum .i. delendum in exercitibus Romanis, ne contagio talis notæ .ſ. humilitatis capite cenſorum, penetraret quoq; .i. etiam ad ſugillationem .i. denigrationem gloriæ ipſius .ſ. C. Marii.

DE P. RVTILIO, ET C. MALLIO CONSVLE.

Armorum tractandorum meditatio a P. Rutilio COSS. C. Mallii collega militibus eſt tradita. Is enim nullius ante ſe imperatoris exemplum ſecutus, ex ludo C. Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum accerſitis: vitandi, atq; inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingenerauit. Virtutē q; arti, & artem rurſus virtuti miſcuit, vt illa impetu huius fortior, hæc illius ſcientia cautior fieret.

DE VSV VELITVM PRIMO REPERTO.

Velitum vſus eo bello primum repertus eſt, quo Capuam Fuluius Flaccus imperator obſedit. Nam cum equitatui Campanorum crebris excurſationibus equites noſtri, quia numero pauciores erant, reſiſtere non poſſent, Qu. Neuius Centurio e peditibus lectos expediti corporis breuibus, & incuruis ſeptenis armatos haſtis, paruo tegmine munitos, veloci ſaltu iungere ſe equitantibus, & rurſus celeri motu dilabi inſtituit, quo facilius equeſtri prælio ſubiecti pedites, uiros pariter, atq; equos hoſtium telis inceſſerant. Eaq; nouitas pugnæ vnicum Campanæ perfidiæ debilitauit auxilium. Ideoq; autori eius Næuio adhuc honos eſt habitus. Proximus militaribus inſtitutis ad vrbana caſtra, id eſt, theatra gradus faciendus eſt, quoniam hæc quoq; ſæpenumero animoſas acies inſtruxerunt. Excogitata nanq; cultus Deorum, & hominum delectationis cauſa, non ſine aliquo pacis rubore uoluptatem, & religionem ciuili ſanguine, ſcenicorum portentorum gratia, macularunt: quæ inchoata quidem ſunt a Meſſala, & Caſſio Cn. Cæterum autore P. Scipione Naſica omnem apparatum operis eorum ſubiectum haſtæ venire placuit. Atq; etiam S. C. cautum eſt, ne quis in urbe propiusve paſſus mille ſubſellia poſuiſſe, ſedesve ludos ſpectare vellet, vt ſcilicet remiſſioni animorum iniuncta ſtandi virilitas, propria Romanæ gentis nota eſſet.

OLIVERIVS.

Armorū ludus

¶ ARMORVM tractandorum meditatio. Exercitatio, & præludium. Dicit a. P. Rutilio hanc emanaſſe diſciplinam, ut milites ſimulachra pugnæ quædam inſtituerēt, antequā ad uerum pugnandi cum hoſtibus certamen accederent, diſcebant aūt a magiſtris gladiatorum artem uitandi ictus, atq; inferendi, legitur de hoc P. Rutilio ꝙ cum frater eius cōſulatū impetrare non potuiſſet, dolore perierit. Cic. Tuſc. quarta, ægre tuliſſe P. Ruti. fratris repulſam cōſulatus, ſcriptū apud Fabiū eſt, ſed tamē tranſiſſe modum uideatur, quippe qui ob eā cauſam a uita receſſerit. Plin. natu. hiſt. lib. vii. P. Rutilius, inquit. morbo leui impeditus nunciata fratris repulſa in conſulatus petitione illico expirauit.

Ex ludo. Scilicet funebri, nā gladiatores exhibebant ad ludos funebres, qui plerunq; eo uſq; certabant ut uel caderet, uel ſanguinem effunderet, eorumq; alter, & ſe uictū fateretur, ꝙ ſi accidiſſet, piaculum illud plurimū diis placere arbitrabantur, & ad animarum expiationē pluſſimū pertinere dicit ergo tunc a ludis funebris Caii Aurelii gladiatorū accitos fuiſſe magiſtratus ꝙ iuuentutē Romanam laſciuiētē hac arte inſtruerent.

Legibus. Arte uelitū. Nunc narrat qſnā fuerit inuētor uelitū, ſunt aūt uelites milites qui alio noīe rorarii, alio etiā ferētarii appellant, dicti ſunt autē uelites græco noīe. ἀπὸ τοῦ βάλλειν .i. a iaculando, eo ꝙ tela tantū miſſilia ſecū gerāt quæ iaculantur ī hoſtes. Rorarii uero dicti, eo ꝙ tela ī modū roris ſpargerēt, ferētarii, eo ꝙ tela geſtabāt, quæ in hoſtem ferri poterant.

ASCENSIVS.

¶ ARMORVM &c. Recitat aliud īſtitutū militare dicēs. Meditatio .i. exercitatio armoꝝ tractādoꝝ eſt tradita militibus a P. Rutilio cōſu. collega Caii Mallii .i. ꝗ ſimul cū C. Mallio cōſul fuit. Enī ꝓ ga, is .ſ. Rutilius, nullius .i. nō ullius, nō ſecutus exēplū alicuius īperatoris ante ſe. īgenerauit .i. ītroduxit legibus .i. ꝑ leges a ſe latas ſubtiliorē rōnē uitandi ictus, atq; inferēdi ictus, ut faciunt gladiatores, quos dimicatores uocant, & hoc doctoribus .i. magiſtris gladiatorū accerſitis ex ludo .i. ut dicūt ſchola gladiatoria C. Aurelii ſcauri .ſ. laniſtæ, & miſcuit arti uirtutem, & rurſus uirtuti artē .i. fecit, ut ad uirtutem priſtinam militū Romanoꝝ accederet ars gladiatoria, ut illa .ſ. ars fieret fortior impetu huius .ſ. uirtutis, & hæc .ſ. uirtus fieret cautior ſciētia .i. per ſcientiam illius .ſ. artis, hic non liceret dicere cautior. ꝗ ſcientiā; nō etenim eſt ablatiuus rei exceſſæ, ſed ſeptimus caſus inſtrumenti intrinſeci.

OLIVERIVS.

¶ CAPVAM. Capua ſecundū Titū Liuiū a campanorum fertilitate dicta alii uolunt a capi duce denominatam eſſe. Strabo uero a capite dictam plane oſtendit, ꝙ aliarum ciuitatum ſit caput dicit enim libro quinto cum autem urbes duodecim populoſæ forent Capuam perinde, ac illarū caput nominarunt. Hęc autem ciuitas bello punico ſecundo a Populo Romano defecit ad Hannibalem. Excurſationibus. qui ſæpe e mœnibus erumpentes incurſabant in Romanos. Expediti. Agiles corpore, quia non admodum armis onerati erant. Breuibus. & incuruis. Vnum ſequitur ex reliquo, nam telum, quo breuius eſt, eo etiam rigidius. Et incuruis haſtis. ſignificat eas, fuiſſe non admodum craſſas, quæ dum coruſcarentur, incuruari poſſent. Paruo tegmine. breui ſcuto. Veloci ſaltu. Quia didicerant milites exercēdo ſe agili ſaltu in equos conicere, & de

inde

MOS LVDORVM.

Per quingentos autem & quinquagintaocto annos Senatus populo miſtus ſpectaculo ludorum interfuit. Sed hũc morem Attilius Seranus, & L. Scribonius ædiles, ludos Matri deum facientes ſuperioris Africani ſententiam ſecuti, diſcretis Senatus, & populi locis, ſoluerunt: eaq; res auertit vulgi animũ & fauorem Scipionis magnopere quaſſauit. Nunc cauſam inſtituendorum ludorum ab origine ſua repetã, C. Sulpitio Bætico, C. Licinio Stolone Coſs. intoleranda vis ortæ peſtilentiæ, ciuitatem noſtram a bellicoſis operibus reuocatam, domeſtici, atq; inteſtini mali cura affixerat: iamq; plus in exquiſito, & nouo cultu religionis, q̃ in vllo humano conſilio poſitum opis videbatur. Itaq; placandi cæleſtis numinis gratia, compoſitis carminibus vacuas aures præbuit, ad id tẽpus Circẽſi ſpectaculo contenta, quod primus Romulus, raptis virginibus Sabinis, Cõnſualium nomine celebrauit. Verum, vt eſt mos hoium paruula initia pertinaci ſtudio proſequendi venerabilibus erga deos obſequiis iuuẽtus, rudĩ atq; incõpoſito motu corporum iocabũda, geſtus dedit: eaq; res Ludiũ ex Hetruria accerſendi cauſam præbuit: cuius decora pernicitas vetuſto ex more Curetum, Lydorumq; (a quibus Hetruſci originem traxerũt) nouitate grata Romanorum oculos permulſit. Et quia Ludius apud eos Hiſtrio appellabatur, ſcenico nomen hiſtrionis inditum eſt. Paulatim deinde ludicra ars ad Satyrarum modos perrexit: a quibus primus omnium poeta Liuius, ad fabularum argumenta ſpectantium oculos, & animos trãſtulit. Isq; ſui operis actor, cum ſæpius a populo reuocatus, vocẽ obtudiſſet, adhibito pueri, & tibicinis concentu, geſticulationem tacitus peregit. Attellani autem ab Oſcis acciti ſunt, quod genus delectationis Italica ſeueritate tẽperatũ: ideoq; vacuũ nota eſt: nã neq; tribu mouetur, neq; a militaribus ſtipẽdiis repellitur. Et quia cæteri ludi ipſis appellationibus vnde trahãtur, apparet, non abſurdũ vid.tur ſecularibus initiũ ſuum, cuius generis minus trita notitia eſt, reddere.

inde cum cœpiſſent hoſtes, deſilirent. ita primo impetu equites eſſe dicebãtur, ergo ueloci ſaltu, quia in clunes equorum aſcendebant agili ſaltu, & cum ad pugnam perueniũ eſſet, deſiliebãt, & ita duplici pugna equitatum hoſtium deludebant. Delabi. celeriter deſcendere. ſ. ab equis. Inceſſerent. inuaderent. Eaq; no. hac nouitate rei deterriti, hoſtes facti ſunt imbecilliores Auxilium. ſ. equitatũ. Campanæ per fi. Quia defecerant a Romanis. Proximis mi. inſti. Dicturus de ſpectaculis ita tranſit, ut nõ ex abrupto tranſire uideatur, ut dicat non eſſe diſſonũ, quod in theatris fit ab eo, quod in caſtris fuerit. dicit ergo diximus de bellis, quæ foris geruntur, nunc dicendum eſt de certaminibus, quæ intra urbem fiũt, uidelicet i theatro.

Militaribus. Nõ enim multũ intereſt, inter ſpectacula, & militarem diſciplinam. Gradus. tranſitus. Quoniã hæc. Oſtẽdit quomodo ſimilitudinẽ habeant ſpectacula cum militari diſciplina, quia uidelicet plerũq; exorta ſunt bella in theatro propter animorum iracundiã, adeo ut ciuilis ſanguis excitaretur. Animoſas aci. inſtru. Quia, ut dixi, ciues plerunq; inter ſe dum alii aliis fauent hiſtrionibus occidebantur. Excogitata iuuenta. quia cauſa ſpectaculorum fuit, ut colerentur Dii: & homines quoq; oblectarẽtur. Cultus deo. quia, ut paulopoſt dicturus eſt, i honorem deorum ludi edebantur.

Gradus

Non ſi. ali. p. ru. quia reuerentia diuini cultus in pace retinere debebat homines: nam in ſummo ocio ſpectacula edun tur, in quibus cum rixę oririẽtur quodãmodo inſitebantur. Volu. quantum ad hominũ delectationem. Reli. quãtum ad deorum cultum. Gratia ſce. por. Bene dixit portentorũ propter fabulas poetarũ, quæ in ſcenis recitabantur: nam portenta dicuntur miracula, quæ excedũt rerum naturam, & quia hæc in tragœdiis narrantur, quæ præter conſuetudinem fiunt, hominumq; naturam, ideo portenta appellauit uel certe portentorum, id eſt, minorum, quos portenta appellauit propter pſonas, quas induunt, aut portentorum dixit, quia monſtruoſum quodammodo uidetur, q̧ ciuis inſurgat contra ciuem ſine cauſa, & tẽpore pacis. Auto. P. Scipione, quia in ſenatu retulit, & ſecundum ſententiam eius factum eſt ſenatuſconſultum, ut ſub haſta uenderetur, Auguſt. de ciui. dei dicit. Caueam theatri ſenatum conſtruere molientem ab ea diſpoſitione, & cupiditate compeſcuit. P. Scip. Naſica perſuaſitq; oratione grauiſſima, ne græcam luxuriam uirilibus patrię moribus paterentur obrepere. Hoc autem homine nemo ſuo tempore melior, nemo ſanctior in urbe fuit. hic ille eſt, qui omnium optimus a ſenatu iudicatus dignusq; ductus, apud quem Deorum mater, quæ publice a Peſinunte uehebatur, per aliquot dies diuerteret. Sedens lu. ſpe. nolebat, inquit, ludos ſedendo ſpectare, ſed ſtando, ut ſi ſpectacula ederentur, omnes ſtantes expectarent, ut ſtando ro

buſtiores efficerentur. Remiſſioni animorum. Vt non ſolum in laboribus, & periculis adeundis, ſed etiam dum animi laxamenta quærerent, uirilitatem quãdam præſeferrent: quia ut Liui. ait, Romanus, eſt fortia pati, ergo remiſſioni. i. laxamento.

Remiſſio animorũ

ASCENSIVS.

VELITVM & cætera. procedit ad alia inſtituta & inuenta militaria dicens. Vſus ue. id eſt, expeditorum militum repertus eſſe primum eo bello quo Fuluius Flac. imperator obſedit Capuam urbem potentiſſimam in campania Italiæ. Nam cum equites noſtri, Ideſt Romani quia pauciores erant numero non poſſent reſiſtere equitatui campanorũ crebris excurſationibus, id eſt facientium crebras excurſiones. Q. Nęuius centurio inſtituit milites ſup. lectos e peditibus exiſtentes corporis expediti, armatos ſeptenis haſtis, ideſt ſeptem iaculis ſingulos, breuibus, & incuruis, & munitos paruo tegmine, inſtituit dico iungere ſe ueloci ſaltu equitantibus. Et dilabi rurſus motu celeri quo, id eſt, ideo ut pedites ſubiecti facilius prælio equeſtri, inceſſerent, id eſt laceſſerẽt telis, uiros pariter atq; equos hoſtium. Et ea nouitas pugnæ debilitauit unicum, id eſt, ſingulare auxilium perfidiæ Cãpanæ, uidelicet equitatũ eius. Ideoq; honos eſt habitus adhuc Næuio autori eius. ſ. rei. Proximus &c. Tranſiens a caſtris militaribus ad urbana, id eſt ad theatra in quibus eſt etiã ſua militia, ideſt exercitatio, recitat antiquorũ ſeueritatẽ in ſpectando: nam ſtantes non ſedẽtes ſpectare permittebantur. Ordo eſt. Gradus, id eſt paſſus, aut tranſitus proximus inſtitutis militaribus eſt faciẽdus ad caſtra urbana. i. theatra, exponit quę ſint caſtra urbana, dicens ea eſſe theatra. i. ſpectandi loca. Quoniã hæc quoq;. i. etiã hæc. i. urbana caſtra, hoc eſt theatra inſtruxerũt ſępenumero acies animoſas, aut quia uiriliter in arena decertabant, & ex inſpectatione animi tyronum ad cędem imbuebantur aut quia etiam in ſcenicis ſpectaculis, ſępe ingẽs eſt animorum, & uerborum conflictatio, aut potiſſimum (nam id ſentit autor) quia non minore contentione digladiantes in arena cõtendebant, quam in uera acie. Namq; theatra ſupple excogitata ideſt inuenta cauſa cultus deorum, ut per ludos ſolennes (quẽ cultũ diuus Auguſti. in lib. de ciui. dei merito irridet, cenſetq; a malignis ſpiritibus excogitatũ) & cauſa delectationis hominu, ut homines ſpectando oblectamenta capiant, macularunt non ſine aliquo rubore pacis (per hoc enim cognoſcebant, quod ſi ne uitio in pace longa uiuere neſcirent. unde Iuue. pari longæ omnia luxuriæ mala imputat dicens. Nunc patimur longæ pacis mala, & ſæuior armis luxuria incubuit uictumq; ulciſcitur orbem &c. macularunt inquam uoluptatem, & religionem (nam utriuſque cauſa introducta dixit) ſanguine ciuili, ideſt effuſione ſanguinis ciuilis inter ſpectandum, aut cer

tandum fuſi. gratia portentorum ſcenicorū, quia alii aliis faue
bant uſq; ad conflictum, quæ ſcilicet theatra, aut portenta ſceni
ca, ſunt quidem inchoata a Meſſala, & Caſſio cenſoribus, cæte
rum, ideſt ſed, placuit autore Publio Scipione Naſica omnem
apparatum operis eorum uenire, ideſt uendi ſubiectum haſtæ,
ideſt auctioni, aut ſectioni publicæ factæ ſub haſta. Atque cautū
eſt, ideſt Inhibitum, etiam ſenatuſconſulto, ne quis uellet poſuiſ
ſe ſubſellia ad ſedendum ue pro uel. Sedens ſpe. lu. In urbe, ue
pro uel propius, ſupple urbem, ſupple uſque ad mille paſſus, qđ
milliare dicitur, utq; ſcilicet uirilitas ſtandi iniuncta remiſſioni,
ideſt laxamento animorum eſſet nota propria gentis Roman.
nam ſiue tunc quidem, cum uoluptati operam dabant, uirilita
tis immemores erant, uero ſimile eſt, ipſam eorum eſſe propriā.

OLIVERIVS.

PER Quingentos &.lviii. annos. Iam, inquit, quingenti &
quinquagintaocto anni fluxerunt, ex quo ſenatus cum populo
miſtus ludis ſemper interfuit. Hunc morem. ſcilicet mixtum,
confuſe ſpectandi ludos. Aediles. Qui ludos ædere ſolebant,
a quibus etiam, ut quidam uolunt, dicti ſunt. Matri deum fa.
Facientes ludos, qui in honorem matris deum celebrabantur,
& Megaleſia dicebantur ἀπὸ τῆς μεγάλης a magna, & matre Deo
rum. Nam ita græce dicitur μεγάλη μήτηρ magna mater, de qui
bus Liuius in bello Macedonico inquit. M. Iunius Brutus ædē
magnæ matris deum in palatio dedicauit, & ludos ob eam dedi
cationem factos Megaleſia appellauit. & ἀμέγα, quod eſt ma
Diſcretū gnum deductum uocabulum. Diſcreti. diuiſi, ſeparati. Et. p.
.i. Quia loca ubi ſederet populus, & ubi ſenatus uoluerunt eſſe
diſcreta, & ſeparata, & non permiſſa ſicut ante. Eaq; res, inquit,
Scipioni peperit inuidiam, quia id gratia populi feciſſet, quoniā
dedignaretur una cum populo ſpectare ſenatum. Auertit ani
mum. ſcilicet a fauore Scipionis. Nunc cauſam inſtituendorum
ludorum proſequitur narrare Valer. quo initium ludi ſumptū
fuerit quod a Tito Liuio libro. vii. Decadis ab urbe condita
prolixe tractatur. Domeſtici, atque Inteſtini mali curia ab ocio,
inquit alia rerum orti ſunt, cum tamen peſtilentia urbem inua
ſiſſet, nec remedium ullum inueniri poſſet, niſi Deorum ira pla
caretur: nam humanæ opes ad auertēdum peſtilentiam parum
prodeſſe poterant. Reuocatam. remotā a bellis externis. Do
meſtici quia maior cura a minori animos deterreret: nā maior
cura eſt unicuiq; ſalutis ſuæ aliarum rerum. Inteſtini. quod
ad ſalutem cuiusq; pertinebat, ut maior illum cura domaret.

Iamq; adeo increuerat peſtilentia, ut humanæ opes nihil ſuffi
cere poſſe uiderentur. ut auxilium potius a Diis, q̄ ab homini
bus petendum eſſe uideretur. Nouo. magno quodam cultu,
ut aliquid genus colendorum deorum exquiſitum inueniré
tur. Itaq; placandi cæleſtis numinis gratia, ante hac inquit, Po.
Ro. nullos alios ludos ſpectauerat, præterquam circenſes, qui
alio nomine magni, & Romani appellabantur. quo genere ſpe
ctaculi ad eam uſque ætatem Po. Ro. contentus fuerat. Compo
ſitis ca. ideſt hymnis in quibus deorum laudes continebantur:
hunc morem Virgili. tetigit, ubi dicit: Dant motus incompoſi
tos, & carmina dicunt. Quod primus Rom. Quod quidem
Cōſualia ſpectaculum, & ludi ſunt primum a Romulo conſualia dicti:
nam Romulus, cum equeſtris imago Neptuni in fundamentis
urbis reperta fuiſſet, ei ludos quanto potuit apparatu conſtituit,
& populos uicinos ad hos ludos ſpectandos inuitari iuſſit. Cæ
teri frequentes conuenere. Sabini etiam paſſim & uxores cum li
beris omnes affluxere, quippe qui propinquiores erant cum be
nigne hoſpitio ſuſcepti eſſent, nouamq; urbem tam breui opi
bus, uiriſque auctam perluſtrati eſſent, ad ludos conuenerunt,
ubi cū omnes ſpectaculo intenti eſſent, iuuentus Rom. ad uirgi
nes rapiendas cōpoſito diſcurrit, eas ſibi uxores adiungunt ui,
quod aliter obtineri nequierant: nam cum per legationem Ro
mani ad affinitatem uicinas urbes ſæpius inuitaſſent, idq; ſem
per denegatum ſibi fuiſſet, utpote genti nouæ ui graſſandum eſ
ſe cenſuerunt. Romulus igitur poſt raptum Sabinarum imagi
nem illam equeſtrem Neptuni conſum appellauit, & ludos con
ſualia quaſi conſilium Dei quia poſt inuentam illam imaginem
ſubito conſilium cæpiſſet rapiendarum uirginum per ludorum
Conſus g ſpectaculum. De conſualibus tradit Plu. fama diu uulgata a Ro
mulo cuiuſdam Dei aram conditam ſub terra inuentam eiq;
Deo conſo nomen indiderunt, ſiue a conſilio, quod conſiliarius
foret, ſiue Neptunus equeſtris, ara eſt in circo maximo poſita,
quę reliquum tempus latet, in equeſtribus autem certaminibus
aperitur, hæc condita ſub terra eſt, quoniā conſilium arcanum
eſſe oportet, ludi igitur in honorem huius Dei Inſtituti a Romu
lo conſualia dicta. Dionyſius Alicarn. de antiquitatibus Roma
nis: Sacratam, Inquit, illam ſolennitatem nunc etiam Romani
perficiunt conſualia uocantes, in qua etiam ara ſubterranea cō
ſtructa iuxta circum maximū circumfoſſa terra ſacrificiis, quæ
& ingentibus ſolennitatibus colitur. curruſq; equorum agitur
iunctorum: & non Iniunctorum: uocatur autem is Deus, cui
hæc perficiuntur, Conſos a Romanis, ac propterea ſubterranea
coli ara eum dicunt, quod hic Deus terram habeat: ego uero
alterum quoq; ſermonem audiui, quod hi quidē dies feſti Ne
ptuno agantur, quodq; curſus, & equites huic etiam deo fiant:
ara uero poſtea genio cuidam arcano conſtructa fuerit occul
torum conſiliorum duci, atq; cuſtodi. Neptuno .n. interea nec
domitori terræ, neq; a græcis, neq; a barbaris ara uſq; erigitur:
ueritas aūt ubi lateat, difficile eſt dicere. Vt eſt mos ho. ita fer
me conſuetudo eſt, ut oīa tenui principio oriantur. Venerabi
libus uerbis. Carminibus compoſitis in honorem Deorum.

Iocabunde geſtus adiecit. Quia iocos inter ſe iactabant, eaq;
res, quia non ſolum carmina canerent, ſed etiam motu corpo
rum geſtus facerent cauſa fuit, cur a Lydia uocarentur Hyſtrio
nes. Ludium. Romanum nomen eſt: nam Tuſco uerbo dici
tur Hiſtrio. Decora. uenuſta: quicquid fit quod decet, dicitur
decorum. Pernicitas. uelocitas: ut pernicibus ignea plantis
Virg. Cuius de perni. uetuſto ex more Curetum. Curetes popu
li ſunt Cretæ, qui hoc canendi, ſaltandiq; genos primi inueniſſe
dicuntur ad uſum militiæ, ſiue ad cultum Deorum, ſiue magis
ad fabuloſam Iouis originem. nam hæc omnia Strab. lib. x. in
nuit circa medium, ubi de Curetibus diuerſas autorum ſenten
tias referens, dubiam eorum etymologiam his uerbis eſſe oſten
dit, quo fit ut multifariam noſcendi nominis rationem, & ety
mologiam Curetes habere facile copioſeq; uideantur credibile
eſt, & armiferā illā ſaltationē ab eis prius introductā. q circa co
mā, atq; ſtolā exercitati fuere, qui Curetes uocarent: qđ quidē ne
gocīū occaſionē illis pbuiſſe crediderim, ut fortiores i re milita
ri cęteris euaderēt, & uerſatā i armis uitā haberēt. paulo iterius,
armiſona, inqt, ſaltatio, militari de more, & Hyperca, & Pyrricus
ipſe inditio ſunt, qui huiuſmodi repertor exercitii pro iuueni
bus, ad militarem peritiam fuiſſe perhibetur. Apparet ergo ex
his uerbis ad uſum militiæ hoc ſaltationis genus fuiſſe repertū,
ſed alio loco dixerat, hac armorum agitatione in Deorū ſacris
uſos fuiſſe ubi Deorum miniſtros illos nominat. tales, inquit,
dæmones quoſdam, Deorum ue miniſtros Curetas uulgant: de
inde ſubiungit, quidam uero res Cretenſes, ac Phrygias edide
re ſacrificiis nonnullis implicitas, partim aliquo pacto contex
tas, uti Iouis infantiam in Creta educati: matriſq; Deorum cæ
remonias in Phrygia, & in Idæ Troianæ locis celebrandas, qui
bus ſane in ſermonibus magna uarietas eſt, cum alii eoſdem eſ
ſe Curetas, & Corybātes, & Caberos, & idæos dactylos, & Tel
chines oſtendant: alii cognatos inter ſe, & puſillas quaſdam ipſa
rum differentias inter eos eſſe diſtinguant. In hoc autē uniuerſi
tradunt quoſdam ſpiritibus afflatos, & bacchichos, inq; armo
rum agitatione tumultuoſa, & cum ſtrepitu, & fragore, cymba
liſq;, & tympanis, & armis, item etiā tibiis uociferationibus in
ter ſacrificandum ſtupefacientes, inq; miniſtrorum habitu pu
blica modo quodam ſacra factitantes. Rurſus ad fabulam Io
uis alio loco referens ait: Hos Curetas nominabant adoleſcen
tes quoſdam armiſonam quandam cum ſaltibus agilitatem edē
tes, proferentes quandam de Iouis origine fabulam &c. nam
ipſam fabulam deinde narrat. item paulo infra ubi Homeri car
mina refert, Cretenſem etiam rem his adiungit hoc modo ſedes
Curetum, religioſiq; etiam Iouis genitores ubi tibiæ, ubi tri
plices criſtæ, ubi Byrſa & Thyrſum orbem hunc mihi Cory
bantes excogitarunt. Curetes autem fuiſſe non ſolum in Creta,
ſed in Eubœa, Aetolia, & Acarnania idem autor cum multis in
locis, tum ibi potiſſimum oſtendit, ubi ait: Itaque eodem inſi
gnitos nomine Curetas ipſos appellari, qui in Eubœa ſunt, quiſ
que in Aetolia, & in Acarnania, hinc eſt quod Luc. dicit libro
.iiii. Curetas feroces populos in Dalmatia. Quos alit Hadria
tico tellus circunflua ponto. Apud quos Marc. Anto. fuit a
Pompeianis clauſus cum maximo diſcrimine. Lydorumq;
a quibus Thuſci originem traxerunt. Nam Tuſci dicti ſunt

Lydi,

Lydi, quoniã ex Lydia coloni uenerunt in Tuſciam, duce Tyrrheno Atys filio. Strab. lib. v. Tyrrhenos, inquit, Romani Hetruſcos appellant, atq; Tuſcos. Græci uero Tyrrhenos hoc cognomine nominarunt a Tyrrheno Atys filio, qui ex Lydia colonos hanc in regionẽ, ſicuti traditur, dimiſit. Atys enim ex prognatis Her. & Omphales cum ſterilitate, & fame populũ emittere cogeretur, e duobus filiis ſorte iacta Lydium Lydiæ regni ſucceſſorem tenuit: Tyrrheno autem maiorem applicans populum foras abire iuſſit, hanc ille tandem ingreſſus oram de ſuo uocauit nomine Tyrrheniam: Lydos autem hoc genere ſalutationis uſos eſſe idẽ autor multis in locis oſtẽdit. Plautus quoq; ſub ſilice populi hanc propriam Lydorum eſſe dicit. Plin. uero li. iii. Lydia, inquit, a quorum rege Tyrrheni mox a ſacrificiorum ritu lingua græca, Tuſci ſunt cognominati. de fabula Curetum hymbribus deletorum, & ex fungis reſtitutorũ, mihi hoc Scenicus loco uidetur dicendum. Scenico. Miniſtro ſcenæ qui partes aliquas agit ſcenæ. Liuius poeta. De hoc Cice. lib. Tuſc. i. ſerius poeticam nos accepimus annis fere quadringentis decẽ & octo poſt Romam conditam, Li. fabulam dedit. Fabularum. Reprehenſiones ciuium: ſalibus enim quibuſdam ciues irridebant.

Perrexit. peruenit. Satyrarum mo. modus dicitur uerſuum mẽſura certa lege diffinita: ergo modus modulationes appellat ſatyrarum. Ex carminibus, quæ primo incompoſita agebantur res eo proceſſit, ut ſatyri efficerentur & comœdiæ, & tragœdiæ.

Sui op. a. Quia cœnabat, & cantum nutu corporis imitabatur.

Reuo. Cum finierat adeo populo placebat, ut ſæpius ad principium reuocaretur agendi. Sed cum raucam uocem feciſſet, puerum acciuit, qui caneret uoce, & alterũ, qui tibia, ipſe uero modus, & cantus agere cœpit motu corporis. Tacitus non narrans quia ante narrabat, & deinde geſtum corporis dabat. Attellani. Ludi proprie ſunt comicorũ, uidelicet in quibus comœdiæ aguntur in theatro. Attellani erant ludiones, qui ideo ſunt acciti ab Attellis, quia peritiores erant, quam Ro. Attellæ ciuitas eſt campanorum, quorũ luxuria in huiuſmodi ludis nimia erat & ideo apud campanos inhoneſtiſſimi erant, ſed a Ro deinde magna ſeueritate correcti. Ab Oſcis ac. Oſci. dicti ſunt campani, q; in campania ſerpentes abundent. Ver. Oſcorumq; manus Capuenſes exponit. Ser. Nam Oſcus campania lingua ſignificat ſerpentem, uel ſecundum alios dicti ſunt oſci, quaſi obſcœni a quadam cicatrice, quam habent in fronte, quæ reddit eos obſcœnos. Hora. in ſermonibus: At illi fœda cicatrix, ſetoſam leui frõtem turpauerat oris campanum morbũ, ſed melior eſt ſuperior expoſitio. Stra. in deſcriptione campaniæ Oſcos ſeparat Capuenſi. Italica ſc. iõ dicit, quia cum apud Græcos ironice ciues Athe. comœdi reprehenderent, cautum eſt lege apud Roma. ne id adeo ſolute fieret, immo etiã ſenſim res eo proceſſit, ut nulla eiuſmodi uirorum reprehẽſio cõtineretur, ſed aliud genus carminis inuentum eſt, q; poſtea Satyricum eſt appellatum. Italica ſeueritas Italica autem ſc. ideo dixit, quia uult italiæ propriam eſſe ſeueritatem, ſicut Græcorum fuit eloquentia, & liberalium artiũ ſtudium. Satyrica, ut inquit Diome. eſt apud Græcos fabula, in qua item Tragici poetæ non reges, aut Heroes, ſed ſatyros induxerunt ludendi cauſa iocandiq; ſimul, ut ſpectator inter res tragicas ſerias, ſatyrarũ quoq; iocis, & luſibus delectaretur, & ut Hora. ſentit. mox etiam agreſtes ſatyros ornauit. Cic. in prooemio Tuſ. quæſt. annis quaſi quadringentis poſt Romam conditam Li. fabulam dedit C. Gladio cæci filio, & Tuditano conſulibus. Idem Dio. Tertia eſt ſpecies fabularum inquit, latinarum, quæ a ciuitate Oſcorum Attella, in qua primum captæ Attellanæ dictæ ſunt argumentis, dictisq; iocularibus ſimiles Satyricis fabulis grecis. Vacuum, ideo autem nõ erat ludi genus uituperandum, quoniam iuuentus Romana inter ſe carmina iactare conſueuit. Tribu moueri Nam neq; a tribu mouetur. Oſtẽdit quare ignominioſum non erat quia. ſ. a tribu non mouebatur, ex quo apparebat non eſſe ſeruile. Nam is dicitur in tribu eſſe, qui ſuffragium ferre poteſt omnis enim Pop. Rom. per tribus diuiſus eſt atq; centurias, qui infamis fuiſſet tribu mouebatur. Et quia cæteri. De aliis ludis minus incertum eſt, unde originem habuerint: nam nomine ſuo facile comprehendi poteſt: ludi Apollinares, q; in honorem Apollinis fiebant, Circenſes a circuitu, ut ſupra diximus, uel a circum, & enſes. Megaleſia ἀπὸ τῆς μεγάλης .i. a magna Dea magni: & Romani, eo q; in honorem Iouis fierent. Attellani ab Attellis ciuitate Oſcorum, i. campaniæ. unde acciti fuerunt hiſtriones. ſed ſæcularium ludorum origo obſcura uidetur, non enim a nomine cognoſci poteſt. Sæculares, ideo dicti ſunt, quod poſt ſæculum ſemel tãtum hi ludi celebrarentur, id eſt poſt centum annos: nam ſæculum eſt centorum annorum ſpatium. Trita. uſitata, conſueta, tranſlatio eſt ſumpta a ueſte, quæ propter longam conſuetudinem teritur.

ACSENSIVS.

PPER. Quin. &c. commendat antiquorũ modeſtiam in ſpectandis ludis, eo q; ſenatores miſti plebeis, ſpectabant: ſed poſt annos quingentos & .lviii. diſcreti ſunt. Ordo eſt. Senatus .i. ordo ſenatorius, interfuit ſpectaculo ludorum, ſcilicet ſcenicorũ, & ſolemnium, miſtus, id eſt nõ diſcretus loco populo per annos quingentos & quinquagintaocto. Sed Attilius Seranus, & L. Scribonius ædiles. ſ. curules, ad quos pertinebat ludos inſtruere facientes ludos matri Deum, quæ Megaleſia dicebantur, ſecuti ſententiam Africani. ſ. Scipionis, ſuperioris. i. maioris, qui Carthaginem tributariam fecerat, ſoluerunt hunc morem. ſ. miſtim ſpectandi, & hoc locis ſenatus, & populi diſcretis Et ea res .i. diſcretio ſenatus a populo auertit animum uulgi. ſ. a fauore Scipionis, quaſſauit i. labefecit magnopere. i. uehementer fauorem Scipionis i. quo Scipionis prius fautum fuerat. Nunc &c. quia ludorum mentionem fecit, docet a quibus, & quomodo inſtituti ſint dicens. Ego repetam nunc cauſam ludorum inſtituendorum. i. cur primum inſtituti ſint, ab origine ſua. C. Sulpitio Bœtico, & C. Licinio Stolone conſulibus. i. quo anno. ii. cõſules erant uis. i. uehementia & copia intoleranda. i. intolerabilis, quia maxima peſtilentia orta afflixerat ciuitatem noſtram reuocatam ab operibus bellicoſis, cura. i. ſolicitudine mali domeſtici, atq; inteſtini, quia in uiſceribus ciuitatis graſſantis. Et iam plus opis, id eſt auxilii uidebatur poſitum in exquiſito, & nouo cultu religionis quam in ullo conſilio humano. Itaq; .i. & ita ciuitas ſupplex noſtra, præbuit carminibus cõpoſitis gratia numinis. i. Dei cæleſtis placandi, aures uacuas. i. non occupatas alieno ſonitu, ut bellico, aut forenſi contenta. i. quæ ciuitas fuerat contenta ad id tempus, ſpectaculo Circenſi, id eſt quod in circo exhibebatur: nondum enim theatrũ erat, & ſcenicos ludos non norat, quod ſup. ſpectaculum Circẽſe Romulus celebrauit primus nomine Conſualium uirginibus Sabinis raptis. i. quando rapiebat uirgines Sabinas, ut Ro. Po. qui tunc uxorũ duntaxat erat uxores a uicinis negatas haberet, ut Liuius ante docet lib. i. ab urbe condita. Verum. i. ſed, ut. i. quemadmodum, aut ſecũdum q; mos hominum eſt proſequendi pertinaci ſtudio. ſ. continuandi, & augendi paruula initia, iuuentus. ſ. Romana iocabunda. i. luſitans, dedit obſequiis uenerabilibus erga deos. Geſtus, id eſt motus, & ſaltationes, rudi, atq; incompoſito motu corporis. Et ea res præbuit cauſam. i. occaſionem accerſendi. i. aduocandi ex Hetruria, ludium. i. hiſtrionem, qui ludendi peritus eſſet, cuius. ſ. ludii, pernicitas .i. agilitas, & uelocitas in motu corporis decora. i. honeſta, & ſpecioſa, atq; ita plauſibilis, ex uetuſto more Curetum populorum in Creta. Et Lydorũ, a quibus. ſ. Lydis Hetruſci traxerant originem: permulſit. i. oblectauit nouitate gratam. i. delectabilem, quia omnia noua placent, oculos Romanorum. Et q; ludius. ſ. lingua Ro. appellandus, appellabantur apud eos hiſtrio, ideo ſup. nomen hiſtrionis inditum. i. impoſitũ eſt ſcenico. ſ. actori in ſcenis. Deinde ars ludicra percexit. i. peruenit paulatim ad modos. i. uerſus ſatyrarũ, a quibus. ſ. modis, Liuius. ſ. Andronicus, poeta tranſtulit primus omnium oculos, & animos ſpectantium, ad argumenta fabularum, quia primus fabulã egit. unde addit. Et is actor. i. repreſentator, & luſor ſui operis, cũ ipſe ſæpius reuocatus a populo. ſ. in ſcena ad agendũ. obtudiſſet. i. hebetaſſet uocẽ ſup. ſuã, ipſe peregit tacitus. i. tacens geſticulatione cõcentu pueri, & tibicinis adhibito. Autem pro ſed, Attellani. i. Attellanæ fabulæ actores, acciti. i. accerſiti ſunt ab Oſcis, populis Hetruriæ, quod genus delectationis. ſ. Attellanæ, temperatum ſup. eſt (quia nimis laſciuum erat ſeueritate Italica. Et ideo uacuũ eſt. i. caret nota. ſ. infamiæ. Nam neq; (actor ſupp. Attellanæ fabulæ) mouetur tribu ut qui) ludicram artem exercebant, tribu mouebantur, ita ut non haberent in tribu ſua ſuffragia danda, neq; repellitur a ſtipendiis militaribus. Et quia apparet. i. manifeſtum eſt, unde cæteri ludi trahãtur, ipſis appellationibus. i. nominibus eorum, non uidetur abſurdum reddere ſæcularibus ſup. ludis ſuum initium, cuius generis. ſ. ludorũ notitia eſt minus trita. i. uulgata.

THEOPHILVS.

HVNC mo. Hoc eſſe factũ Val. Antias autor eſt ludis Ro. quos fecerunt ædiles curules, Attilius Seranus, & T. Scriboſnius Libo, idq; eos feciſſe iuſſu cenſorum Sex. Aelii Pæti, & C. Cor. Cethegi. Sic enim Ianus apud Aſconium caſtigauit Antiatis inuerſum nouiſſima clauſula teſtimonium. Sed illud obſeruandum prænomen ædilis Scribonii, in Aſconio T. legi, in Val. L. Ludos matri deum. Val. Antias & Liui. ait Ludis Ro. Cice. Megaleſiacis, eius uerba ſunt hęc. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in palatio noſtri maiores ante tẽplum matris magnę fieri, celebrariq; uoluerunt quibus primum ante populi conceſſum &c. unde ſuſpicari licet eoſdem fuiſſe Rom. & Megaleſiacos ludos, ut in Liui. Ianus admonuit. Africani ſententiam ſecuti. Ci. pro Cor. de maieſtate. P. iquit, African[9] ille poſterior dicitur non ſolũ ſapientiſſimis hominibus, qui tũ erant, uerũ a ſeipſo ſæpe accuſatus eſt, q; cum conſul eſſet cũ T. Longo paſſus eſſet tamẽ plurima a populari conſenſu ſenatoria ſubſellia ſeparari. In ea autem, q̃ poſt aliquot annos habuit de aruſpicum reſponſo, non paſſum eſſe Scipionem, ſed ipſum autorem fuiſſe dandi eum locum ſenatoribus haud obſcure ſignificat, inde Val. ait, Africani ſententiam ſecuti. Superioris Africani. uetuſti codices habent poſterioris, & ita legendum putabit, quicunq; nõ indigens eſt hiſtorię, temporũq;.
Dedit. exemplaria duo reuerendæ uetuſtatis, & exploratæ fidei legunt adiecit. Liuius. Liu. Andronicus (ut eſt apud Sueto.) grãmaticus, & poeta ſemigręcus utraq; lingua domi, foriſq; docuit, nihil amplius, quam gręcos interpretabatur, & ſiquid ipſe latine compoſuiſſet, pręlegebat. ob ingenii meritum, manumiſſus a Liuio Salinatore, cuius erudiebat liberos, olympiade cẽteſima duodequinquageſima ſcriptitãdis, agẽdiſq; in ſcena tragœdiis claruit, aut ut Hiero. i. Euſebium. Reuocatus. Nam cũ placeret iterũ atq; iterũ, expoſcente populo, prodibat in ſcenã: & hoc eſt qđ ait Liuius ludi ſcenici Romani biduum inſtaurati. Similiterq; de cæteris identidem. Attellani. Attella ciuitas Oſcorum, mediis inter Neapolim, Capuamq; finibus, unde gentile nomen Attellanus, Attellæ numero multitudinis eſſet dicitur, hodieq; Aurerſa ſuperiora Po. lib. Strab. Stepha. horumq; teſtimonio Parrhaſius in Liuium. Italica ſeueritate, quorum propria grauitas eſt. Hic autor obſcœni carminis cum uenies latio ſupercilium. Papinius ad uxorem de Neapoli, Quid laudẽ littus, libertatemq; Menandri, Quam Romanus honos, & graia licentia miſcet, quem nodum Ianus, ut multos apud hunc poetam, primus

omnium ſoluit. Sæculares. Titus Liuius lib. cxxxvi. Ludos, inquit, ſęculares Cæſar ingenti apparatu fecit, quos centeſimo quoq; anno (is enim terminus ſæculi) fieri mos. hęc ille ſęculares igitur a ſęculo dicti ſunt.

OLIVERIVS.

CVM ingenti peſtilentia urbs antiqua agri. Quia non ſolum ciues, ſed etiam agreſtes peſtilentia impliciti corrumpebantur. Nam ager dicitur omne territorium, ut ager Vicentinus, Veronẽſis, &c. Accipitur plerũq; profundo unde agellus diminutiuum, hoc loco plane territorium ſignificat.
Ad deſperationem. Quia nullum remedium medici inueniebant contra ualetudinem illã. Lares. Genii dicuntur naturæ dei. Lactantius: Hi & geniorum nomẽ aſſumunt, qui græce lares dæmones interpretantur, orauit ergo, ut tranſportarent in caput ipſius puerorum morbum. Genibus innixus. Aut geſtũ tãgit accedẽtis ignẽ uel quod uerius eſt, q̃a orationẽ fecit ad deos penates flexis genibus. Ibiq;. ex eo oſtẽdit quomodo poſſent recuperare ualetudinẽ. Eo pdicto magnopere cõfuſus. Quia uidebatur longũ iter, ideo quaſi animo pturbatus erat ſed tantus metus fuit, ut in certam ſpem ſubigeret præſens metus. ſ. mortis filiorũ, quia metus mortis filiorũ uincebat. Habitabat. Oſtẽdit haud procul a uilla ſua Tyberim fluxiſſe. Vicinũ Sabinæ regionis, quia pterlabitur Tyberis. Eretrũ. quia petentibus Tarentum neceſſe eſt ingredi mare Tyrrhenum. Per Hoſtiam. Nã Hoſtia eſt haud procul ab urbe utpote octo millibus paſſuũ qua defluit Tyberis in mare Lyntre. Fluuiali naue. Lynter enim genus eſt naviculæ breuis fluminib[9] traiciẽdis aptæ. Vir. Cauat arbore lyntres. Nocte concubia. intẽpeſta nocte, prima parte ſomni. Ad Martiũ campum. Qui tunc extra urbẽ fuit, ſicut oſtendit Liui. Dicit eñ Tarquiniorum ager, qui inter urbẽ & Tyberim fuit conſecratus Marti, martius deinde cãpus fuit &c. Suppetente. ſubminiſtrãte, uel ſufficienter exiſtente. Tarentum. hoc etiã oſtendit Seruius. Dicit enim partem aliquã Tyberis in urbe appellari Tarentum, quod Oui. quoq; teſtatur in lib. Faſt. ubi inq̃t: Iamq; ratem monitu doctæ carmentis ad amnem Egerat, & fuſcis obuius ibat aquis, Fluminis illa latus cui ſunt uada iuncta Tarenti Aſpicit, & ſparſas per loca ſola caſas. Ergo Tyberis in aliqua parte ſui uocatur Tarentum a terendo, q; ripas ſcilicet terat: in aliquam uero fretum appellatur a feruore. Solo magis fumante. Locus ille fumebat, nec tamen ulla ſigna apparebant exhalantis ignis. Spongia. Quaſi omnem morbum hauriret. Pertergi. demulceri, & mundani. Aqua potios

Campus martius

DE QVODAM VALESIO.

Cum ingenti peſtilentia vrbs antiqua, agriq; vaſtarentur: Valeſius vir locuples, ruſticæ vitæ, duobus filiis, & filia ad deſperationem vſq; medicorũ laborantibus, aquam calidam iis a foco petẽs, genibus innixus, Lares familiares, vt puerorum periculum in ipſius caput transferrent, orauit: orta deinde vox eſt, habiturum eos ſaluos, ſi continuo flumine Tyberis deuectos Tarentos portaſſet, ibiq; ex Ditis patris, & Proſerpinæ ara petita aqua calida, quam illi deſiderarent, recreaſſet. Eo prædicto magnopere cõfuſus, q; & longa & periculoſa nauigatio imperabatur: ſpe tamen dubia præſentem metũ vincente pueros ad ripam Tyberis protinus detulit: habitabat. n. in villa ſua prope vicum Sabinæ regionis Heretum ac lintre Hoſtiam petens, nocte concubia ad Martiũ cãpum appulit, ſitientibúsq; ægris ſuccurrere cupiẽs igne in nauigio non ſuppetente, ex gubernatore cognoſcit, haud procul apparere fumum, & ab eo iuſſus egredi Tarentum (id nomen ei loco eſt) cupide arrepto calice, aquam flumine hauſtam, eo vnde fumus erat obortus, iam lætior pertulit, diuinitus dati remedii quaſi veſtigia quædam in propinquo ſe exiſtimans nactum: inq; ſolo magis fumante, q̃ vllas ignis habente reliquias, dum tenacius omen apprehendit, contractis leuibus, & quæ ſors obtulerat nutrimentis, pertinaci ſpiritu, flammam euomuit, calefactamq; aquam pueris bibẽdam dedit: qua potata, ſalutari quiete ſopiti, diutina vi morbi repente ſunt liberati, patriq; indicauerunt vidiſſe ſe in ſomniis neſcio a quo Deorum, ſpongia corpora ſua pertergi, & præcipi. vt ad Ditis patris, & Proſerpinæ arant, a qua potio ipſis fuerat allata, furuæ hoſtiæ immolarẽtur, lectiſterniaq;, & ludi nocturni fierent. Is qui eo loci nullam aram viderat, deſiderari credens, vt a ſe conſtrueretur, aram empturus in vrbẽ perrexit, relictis qui fundamentorum conſtituendorum gratia, terram ad ſolidum foderent, ii domini imperiũ exequentes, cũ ad. xx. pedũ altitudinẽ humo egeſta perueniſſent, animaduerterunt arã Diti patri, Proſerpinæq; inſcriptam. Hoc poſtq̃ Valeſius nunciante ſeruo accepit, omiſſo emendæ propoſito, hoſtias nigras, quæ antiquitus furuæ dicebantur, Tarenti immolauit, ludoſq; & lectiſternia, continuis tribus noctibus quia totidem filii periculo liberati erant fecit.

Nam

Nam ex eo loco, ubi Ditis patris ara ſubterranea erat, fumus ille exalauerat. Furuæ. nigræ: unde fures etiam dicuntur, ꝙ in furuo, id eſt, nigro tempore noctis furentur. Antiqui ſuperis immolabant alba animalia: inferis uero nigra. Virg. lib. vi. Duc nigras pecudes, ea prima piacula ſunto. Lectiſternia. Quia tribus continuis noctibus ea ſacrificia fiebant: dicebantur autẽ lectiſternia (ut ſupra diximus) a ſternendis lectis, quibus deorum ſimulachra ſuper imponebantur: ergo lectiſternia, quibus ſe ſternentes tota nocte uigilabant. Relictis ſcilicet, famulis.

Altitudinem. profunditatem. Nam altitudo tam de faſtigio, quam de profundo dicitur, unde cælumq; profundum dixere poetæ, & altum mare. nam altum, & ſuperiorem, & inferiorem altitudinem ſignificat, teſte Seruio, quia menſuræ nomen eſt altitudo: ſicut etiam faſtigium dicimus plerunq; profunditatem. Virg. Forſitan & ſcrobibus, quæ ſint faſtigia quæris. Inſcriptam. Quia notis quibuſdam ſignificabatur aram illam Diti patri, Proſerpinæque conſecratam.

ASCENSIVS.

CVM ingenti &c. Recitat (ut promiſit) originem ſæcularium ludorũ, quæ antiquæ ſuperſtitionis pleniſſima eſt, dicens: Cum id eſt, quando, urbs antiqua. ſ. Roma, & agri. ſ. uicini. (Sunt qui legant urbs, atq; agri &c.) uaſtarentur, id eſt uaſti, & uacui cultoribus fierent, ingenti peſtilentia, Valeſius uir locuples uitæ ruſticæ, duobus filiis, & filiam laborantibus, id eſt cum duo filii, & filia laborarent, ſcilicet morbo uſque ad deſperationem medicorum. i. uſq; adeo, ut medici eos deponerent, & nihil de eorum ſanitate ſperarent, petẽs lis. ſ. filiis, & filię aquam calidam a foco orauit innixus. i. incumbens genibus. i. ſuper genua ſua Lares familiares, quibus focus ſacer erat, ut transferrent periculum puerorũ. i. liberorum, in caput ipſius. ſ. orãtis patris. Deinde uox eſt orta Valeſium ſup. habiturum ſup. eſſe eos. ſ. filios, & filiã ſaluos, ſi portaſſet eos deuectos. i. deorſum uectos, cõtinuo flumine Tyberis Tarentum. i. in eum locum, qui ſic dictus erat ſed intellexit in id oppidum ſatis longinquum ab urbe. Et ſi recreaſſet. i. refocillaſſet, & refrigeraſſet eos æſtuantes, ibi. i. Tarenti, aqua, quam illi deſiderarent, petita ex ara calida, calefacta per ſacrificium, Ditis. i. Plutonis patris. ſ. inferorum, & Proſerpinæ uxoris eius. Confuſus. i. diſturbatus magnopere eo prædicto. i. uaticinio, ſeu oraculo, ꝙ. i. quia nauigatio, & longa, & periculoſa imperitabatur ſcilicet a Diis laribus, tamen ſpe dubia. i. incerta uincente præſentem. i. qui tunc aderat metum de periculo nauigationis, detulit protinus. i. ſtatim, pueros. ſ. ſuos, ad ripam Tyberis. Enim pro quia, ipſe habitabat in uilla ſua. i. domo ruſtica prope Heretum uicum regionis Sabinæ, ac petens Hoſtiã. ſ. urbem ad Tyberim ſitam, lyntre. i. nauicula, quaſi excauata arbore facta, appulit. ſ. lyntrem, nocte concubia, id eſt qua concubitum fere itur, ad. i. iuxta campum Martium, qui tunc extra urbem fuit, & cupiẽs ſuccurrere ægris. ſ. liberis ſuis ſitientibus, igne in nauigio. i. qui erat in nauicula ſuppetente. i. non ſufficiẽte, hoc eſt deficiente, cognoſcit ex gubernatore. ſ. nauigii, fumum apparere haud procul. i. e proximo, & iuſſus ab eo. ſ. gubernatore nauigii, egredi Tarentum (id ſcilicet Tarentum eſt loco nomen) ipſe calice, id eſt poculo accepto, cupide, quia iam ſpe erat plenus audito nomine Tarenti, pertulit aquam hauſtã, flumine uidelicet Tyberi, eo, id eſt ad locum unde fumus erat obortus, exiſtens iam lætior, & exiſtimans ſe nactum, quaſi ueſtigia quædã remedii dati diuinitus. i. a diis Laribus indicati, in propinquo. ſ. Tarẽto, nõ in urbe illa remota, & dum apprehendit tenacius. i. cõſtantius, omen, ex nomine Tarẽti oblatũ in ſolo ſolida terra magis fumãte, q̃ habẽte ullas reliquias ignis, leuibus nutrimẽtis. i. fomẽtis ignis, quæq;. i. & quæ, aut quæcũq; ſors obtulerat cõtractis. i. raptim cõſtructis, euomuit. i. elicuit pertinaci ſpiritu, id eſt continuo flatu, flammam, & dedit pueris, id eſt liberis ſuis aquam calfactam. i. calefactam igne illo, bibendam qua. ſ. aqua pota, aut ut potata, ut alii legunt, ipſi pueri ſopiti. i. obdormientes, quiete ſalutari, liberati ſunt repente diutina ui morbi, & indicauerunt patri ſupp. ſuo uidelicet, Valeſio ſe uidiſſe In ſomnis. i. dum ſopiti erant corpora ſua pertergi, i. per omnem partem tergi, ſpongia neſcio a quo Deorum. i. ab aliquo Deorum, quem quis eſſet ignorabant, & indicauerunt pręcipi ab illo Deo, ut hoſtiæ furuæ. i. nigrę (unde Aeneid. vi. Duc nigras pecudes, ea prima piacula ſunto) immolarentur ad aram Ditis patris, & Proſerpinæ. ſ. reginæ infernæ, a qua. ſ. ara, potio fuerat allata ipſis, & præcipi, & lectiſternia, lectiſtrati, in quos Dii uocarẽtur, & ludi nocturni fierẽt. Is uidelicet Valeſius pater qui eo loco. i. in eo loco nullam aram uiderat, credẽs deſiderari. i. expeti a Diis, ut ſup. ara conſtrueretur a ſe, perrexit in urbẽ. ſ. Romã empturus. i. ut emat a domino fundi arã. i. locum ad inſtruendã aram, relictis. ſ. ſeruis, qui foderent terrã ad ſolidum. i. profundũ, ubi ſolidũ ſolet eſſe ædificiorum fundamentum, gratia fundamentorum uidelicet aræ conſtituendorum. li. ſ. relicti ſerui, exequentes imperium domini, cum egeſta. i. excauata, & exportata humo. i. terra perueniſſent ad altitudinem. i. profunditatem uiginti pedum, animaduerterunt. i. adnotauerunt aram inſcriptam. i. titulo addictam. Diti. i. Plutoni patri, & Proſerpinæ. Quocirca dicendum eſt, aut ueterem illic aram terræ incremento occultatam fuiſſe. Nam in locis ſacris præſertim, ubi ſepulturæ ſunt terra altius ſurgere ſolet, aut dæmoniorum calliditate aram ſubterraneam effectam (poſtquam Valeſius) Sic enim antiquitus dicebatur, qui poſtea Valerius, ſuam pro. r. litera ſæpe s. profertur, ut mulieres Pariſienſium documento ſunt. i. accepit hoc. ſ. aram inuentã eſſe, accepit dico. i. intellexit ſeruo nunciante, omiſſo propoſito, aræ emendæ. immolauit Tarenti. i. in dicto loco ſic uocato, hoſtias nigras quæ antiquitus dicebantur furuæ, & fecit ludos, & lectiſternia tribus noctibus continuis, ꝗa totidẽ. i. tres filii, & liberi (erãt duo filii, & filia, ſed cõceptorie dicũtur tres filii) erant liberati periculo. ſ. mortis ꝓpter morbũ.

THEOPHILVS.

CVM Ingenti peſtilentia. Varro de ſcenicis originibus libro primo, cur inſtituti ſint, aliter narrat. Cũ multa portenta fierent (inquit) & murus, & turris, quę ſunt inter portam Collinam & Aeſquilinam de cælo eſſent tacta, & ideo libros Sibyllinos decemuiri adiſſent, renunciauerunt, ut Diti patri, & Proſerpinæ ludi Tarentini in campo Martio fierent, tribus noctibus, & furuæ hoſtiæ immolarẽtur, utiq; ludi centeſimo anno fierent. Antiqua. uetuſti codices, antiqua uerbum non habent, ergo uel eradendum, uel emendandum eſt, atq;, ut non Roma ſolum, ſed proximi quoq; fines eius morbi cõtagione eſſent implicit. Freſtum. hoc animaduertere oportet, multas in Hetruria ciuitates, iis, quæ in latio referruntur, haberi cognomines, ut Ferentinũ, etiam ſi Ptolomęus Ferentium, Stra. tamen Ferentinum. utcunque in Tuſcia Ferentini, potius in Latio Ferentinates dicuntur, de quibus ipſe Plinius ut in Stephano Ferentani & Ferentii, nõ tamen a Ferentino Ferentinore, ſed a Ferento Sabinorum oppido, aut Samnitum, de quo Halicar. Diony. xvii. hiſtoriarum uolumine, ut hoc forſitaſſe illud ſit, de quo Valc. habitabat (inquit). ii. lib. in uilla ſua prope uicum Sabinæ regionis Ferentũ, etiam ſi corrupte Fretũ legitur. Non ſum neſcius Eretum id a quibuſdam ſcribi ex Strabone, Liuioq;, nec improbo. Tibur, inquit Strab. & Eretum uici potius q̃ oppida. Idem paulopoſt. Via, inquit, Salaria, in quam & Nomentana concidit, ubi Sabinorum uicus ſupra Tyberim Eretũ nomine. Antoninus quoq; ab urbe, inquit, Eretum diſtat duodeuiginti. M. P. Diony. Eretum inquit, Sabinorum fuit oppidũ. Virg. Ereti manus omnis oliui, fereq; Mutiſcæ. porro Eretum is uidetur locus eſſe, qui mons. Eretum, & corrupta uulgo dictione mõs rotundus uocatur. Hæc Hermolaus. Dedit. antiqui codices habẽt. detulit.

OLIVERIVS.

VALERIVS Publicola. Valeſius ludos, & ſolennia ſecularia fecit liberandorum filiorum cauſa: Valerius Publicola liberandæ ciuitatis gratia, quæ peſte grauiter corrupta fuerat. Hic fuit Valerius ille, q exactis regibus primus in urbe conſulatum geſſit cum Iunio Bruto. Nam Collatinus Lucretiæ coniux cum Bruto creatus ob nomen, & genus regium coactus eſt abdicare ſe magiſtratu, & urbe excedere, quoniam de gente Tarquinia foret, hic illi deinde ſucceſſit. Studio. cupiditate, ſuccurrendi ciuibus, qui peſtilentia laborabant. Atris. Furuis, nigris.

Trinoctio. per ſpatium trium noctium Lauticia proprie dicitur magnificentia conuiuii, & elegantia, unde etiam mundicia dicimus lauticiam, quibus in conuiuiis uti conſueuerunt, & deriuatur a lauo lotũ, uel lautum hic accipitur pro magnificẽtia.

ASCENSIVS.

CVIVS ſcilicet Valeſii exemplum Valerius Publicola qui primus conſul fuit ſcilicet cum Bruto, exactis regibus ſecutus, id eſt imitatus, aut tunc imitans, ſtudio, id eſt cupiditate, & diligente conuentu ſuccurrendi ciuibus ſcilicet peſtilentia laboran

tibus, atris .i. furuis, aut nigris bobus cæſis, apud eandem aram .ſ. Tarentinam, & hoc uotis nuncupatis .i. pronunciatis conceptis uerbis, publice, id eſt nomine publico, aut coram multis, maribus ſup. bobus cæſis, Diti, id eſt Plutoni, & fœminis .ſ. bobus cæſis Proſerpinæ .i. ad honorem eius, & lectiſternio, ac lectis factis trinoctio, id eſt, ſpatio trium noctium, obruit aram terra, ut ante .ſ. obruta .i. cooperta erat, quia inferis dicata.

THEOPHILVS.

¶TRINOCTIO. ꝯtinuis tribus noctibus. Auſonius in Grypoternario, Trina Tarentino celebrata trinoctia ludo.

OLIVERIVS.

¶QVINTVS Catulus. Pli. lib. xv. primus omniũ Catulus linteis i theatro umbrã fecit & byſſina, uel a primus in theatrum duxit. Campanam luxuriam. quia & ipſi campani omnium rerum opulentia abundare eiuſmodi apparatibus utebãtur. Spectantiũ conſeſſum. Cõſeſſus dicitur extructus locus, ubi ad ſpectaculum populus conſedit. Virg. libr. v. Conſeſſus mediũ tulit, extructoq; reſedit: dicit etiam conſeſſus ſpectantium multitudo, & populus, ut eodem libro: Hic totum caueæ conſeſſum ingentis & ora, Prima patrũ magnis Salius clamoribus implet. Vmbraculis. Sicut ſunt aulæa, nã aulæis texit ſcenã, ſub q̃ ludi celebrabãt, & q̃ a ſole defẽdebãt, ideo umbracula appellauit. — Vmbracula

ASCENSIVS.

¶RELIGIONEM. Docet incrementa ludorum ex luxu, & apparatu dicens. Lautitia, aut lautia .i. lautus apparatus, & magnificẽtia ludorum, ſecuta eſt religionem ludorũ, quia prius religioſe agebãtur, & hoc copioſius, id eſt, facultatibus, & diuitiis Creſcentibus Q. Catulus imitatus luxuriã Campanam, id eſt, qua campani frui ſolebant, Inſtinctu eius .ſ. lautitiæ, ſunt tamen qui letitiæ legant. Texit primus umbraculis uelorum .ſ. linteorum, conſeſſum, id eſt, multitudinem ſimul ſedentium, cũ diu ſtetiſſent, ſpectantiũ .i. inſpectãtiũ ludos.

OLIVERIVS.

¶PER ſemitas decurſu aquæ. Aquã riuulis deduxit p theatrũ.

ASCENSIVS.

¶CNEVS Pompeius. ſcilicet, magnus minuit ante omnes, id eſt, primus omnium feruorem æſtiuum decurſu aquæ per ſemitas, id eſt, aqua in riuulos ſecta, & per theatrum ducta.

THEOPHILVS.

¶CNEVS Pompeius. Is enim manſurum theatrum e quadrato lapide primus Romæ ſtruxit, ut ſcribit Tacitus, antea temporarium fuit.

OLIVERIVS.

¶CLAVDIVS Pulcher. Hic eſt ille Claudius qui primo Punico bello non paſcentibus pullis, & per contemptum religionis mari demerſis, quaſi biberent, quando eſſe nollent, nauali prælio ſuperatus fuit, de quo ſuo loco dicemus. Ebore. q; eburnea, & ſpecioſior, & ſtabilior eſſet. Verſatilemq; fecerunt. Duplex erat ſcena, aut uerſatilis, aut ductilis: uerſatilis cum rota machinis quibuſdam ſubito uertebatur, & aliam, atq; aliam picturæ ſpeciem oſtendebat. Ductilis. cum hac atq; illac ducta, & iacta rota omnis pictura nudabatur interior: & ſicut Seruius ait in Georg. Virg. lib. iii. exponens carmen illud uel ſcena, ut uerſis diſcedat frontibus, atq; purpurea intexti tollunt aulæa Britanni. apud maiores Theatri gradus tantum fuerunt. Nam ſcena ex lignis ad tempus fiebat, unde hodie quoque permanſit conſuetudo, ut componantur Pegmata, id eſt gradus a ludorũ Theatraliũ meditoribus. Scena autem fiebat, aut uerſatilis, aut ductilis: uerſatilis tunc erat, cum ſubito rota machinis quibuſdam conuertebatur, & aliam picturæ ſpeciem oſtendebat. Ductilis tunc erat cum tractis tabulatis hac atque illac ſpecies picturæ nudabatur interior. hoc etiam Varro & Suetonius commemorant. erat autem Scena, teſte Caſſiodoro, pars illa theatri, quæ ab uno eius cornu ad aliud ducebatur cum coopertura, & principium habuit a ruſticis, eodem teſte cum ad decantanda incondita carmina ruſtici ſibi adumbrationes parabant. — Scena Choragiis. Choragia dicuntur inſtrumenta ſcenarum, id eſt apparatus ἀπὸ τοῦ χορῶν, id eſt a multitudine minorum, de quibus Virgili. Purpurea intexti tollunt aulæa Britanni. — Choragia Lentulus Spinter. Quia minimo ſibi per ſimili in ſuo conſulatu uidenti cognominatus eſt: fuit autem tempore Cice. ut uidere poſſumus in epiſtolis ad Atticum.

Tranſlatam antea Phœniceis. Puniceis, puniceus & phœniceus idem eſt. Nam. P. plerunque ponitur pro daſea, ut φοινικὸν Græci dicunt, nos Punicum. Tranſlatum. quod inde ſumpſerat colorem, unde etiam phœniceus puniceus dicitur. Nam gladiatorum munus. Dixit de his, qui adornauerunt Scenam. Nunc narrat, qui primum inſtituerunt artem gladiatoriam. Romę datum eſt. Liuius hoc dicit Marcus Decius Brutus munus gladiatorum in honorem patris ſui defuncti primus edidit in foro Boario. Gladiatorum. ludi funebres appellati ſunt, cũ paria gladiatorum uel duo, uel plura, dabantur ut cuiuſq; facultas erat. Erant autem gladiatores, ut ſupra diximus, qui ſingulari certamine gladiis inter ſe dimicabant. donec alter eorum, uel occideretur uel ſe uictum fateretur, & ſi ſanguis ſpargebatur, exiſtimabant inferorum expiationem fore. Foro Boario. Vbi uenduntur boues.

ASCENSIVS.

¶CLAVDIVS Pulcher adumbrauit, id eſt cooperuit ſcenam, id eſt umbraculum, in quo fabellæ agebantur, uarietate colorum, id eſt uariis coloribus extentum, id eſt explicatum, antea, id eſt prius quam id faceret Claudius, tabulis uacuis, id eſt carentibus pictura. Quam ſcilicet ſcenam Caius Antonius prætexuit, id eſt incruſtauit, totam argento, Petreius prætexuit totam auro. Et Quintus Catulus prætexuit totam ebore Lucius, & Cinna conſules fecerunt locum uerſatilem, id eſt aptum, ut quibuſdam machinis uertatur ad aliam picturæ ſpeciem oſtendendam, quam Publius Lentulus Spinter adornauit choragiis, id eſt inſtrumentis agendarum fabularum, argentatis, id eſt argento tectis, aut decoratis. Marcus Scaurus induxit exquiſito, id eſt eleganti, & diligenter quæſito genere ueſtis cultum, ſcilicet ſcenicum, tranſlatum ſcilicet ab aliis nationibus, & indutum antea tunicis phœniceis, id eſt rubicundis. Nam gla. &c. Compendioſe tranſit a ſcenarum apparatu ad gladiatorum munus, ac ſi dicat, hi quidem ſcenam inſtruxerunt.

DE P. VALERIO PVBLICOLA.

Cuius exemplum Valerius Publicola, qui primus. COS. fuit, ſtudio ſuccurrẽdi ciuibus, ſecutus, apud eandem aram publice nuncupatis, uotis, cæſisq; atris bobus, Diti maribus, fœminis Proſerpinæ, Lectiſternioq;, ac ludis trinoctio factis, aram terra, ut ante fuerat, obruit.

DE Q. CATVLO.

Religionem ludorum creſcentibus opibus ſecuta lætitia eſt. Eius inſtinctu Qu. Catulus Campanam imitatus luxuriam, primus ſpectantium conſeſſum velorum vmbraculis texit.

DE CN. POMPEIO.

Cneus Pompeius ante omnes, aquæ per ſemitas decurſu æſtiuum minuit feruorem.

DE CLAVDIO PVLCHRO.

Claudius Pulcher ſcenã varietate colorum adumbrauit, vacuis ante pictura tabulis extentam: quam totam argento C. Antonius, auro Petreius, ebore Qu. Catulus prætexuit, Verſatilem fecerunt Lucius & Cinna locum, quem argentatis choragiis. P. Lentulus Spinther adornauit. Tranſlatum antea Phœniceis indutum tunicis M. Scaurus exquiſito genere veſtis cultum induxit. Nam gladiatorum munus primum Romæ datum eſt in foro Boario, Appio Claudio, Qu. Fuluio. COSS. dederũt M. & Decius filii Bruti funebri memoria, patris cineres honorãdo.

inſtruxerunt. Nam munus gladiatorum datum eſt Romæ primum in foro Boario, Appio Glaudio, & Quinto Fuluio conſulibus: dederunt ſupple illud Marcus, & Decius filii Bruti honorando cineres patris ſcilicet ſui, hoc eſt Bruti, memoria funebri. Credebant enim miſeri mortales rem gratam facere inferis, & manibus præſertim cæſi, ſi a gladiatoribus populo ad ſpectaculum datis ſanguis inter dimicandum funderetur.

THEOPHILVS.

PETREIVS. Exemplar antiquum legit Publius Cceteius, aliud Publius Reteius. Verſatilem &c. Codices inter ſe non côueniunt, quibuſdam legitur uerſatilem fortunæ locum choragiis argentatis P. Lêtulus Spinter adornauit, in aliis hunc in modum uerſatilê fecere locû, quem argêtatis &c. Antiqui ſic, uerſatilem fecerût, Lucius & Cinna locû, quê &c. Satis indicaſſe exemplariorû fidem uacillare. Solertis ingenii facile qd uero proprius accedat, intelliget. Foro Boario. alii forum Boarium dictû malunt ab æreo tauri ſimulachro de quo libro duodecimo Tacitus igitur a foro Boario, ubi æreum tauri ſimulachrum aſpicimus.

OLIVERIVS.

ATHLETARVM. Athletæ ſunt, qui lacertis, & brachiis inter ſe luctantur ἀθλητὴς ſermo græcus eſt.

ASCENSIVS.

CERTAMEN Athletarum, id eſt pugilum tractum eſt, id eſt originem ſumpſit a munificentia Marci Scauri.

OLIVERIVS.

STATVAM &c. nam M. Attilius in honorem patris ſui Glabrionis ſtatuam erexit, quam Antiochum regem Philippo iuuante ex Aſia pertulit, idem etiam Aetolos euicit, & ad honorem uictoriarum, quas pater conſecutus erat, nunc pellendo ex Aſia Antiocho, nunc Aetolos ſubigendo ſtatuam erexit. Nec enim aureæ unquam ſtatuæ erectæ fuerant his, qui bene rem geſſiſſent. Acilius Glabrio nequis in errore trahatur. A. Glabr. qui ſuperauit Antioch. Pietatis ęde ex uoto dedicata equeſtrem ſtatuam patri poſuit. Compos uoti. quam obtinuerant, ꝙ optauerat, uel certe quia uouerat ſe ſtatuam illam eſſe facturum, ſi uictoriam conſequeretur aduerſus Antiochum. Apud Thermopylas. Thermopylæ ſunt anguſtiæ quædam montis Oetæ, ut uult Strab. lib. ix. in deſcriptione montis Oetæ: qui Gręciam eo pacto diuidit, quo Appenninus Italiam: dicit enim hi uero Oetam montem poſſidebant mons ipſe ab oriente, ac Thermopylis in occidentem uſque in ſinum Ambracium extenditur, quodam etiam modo per lineas rectas mons iſte montanam ſcindit regionem, a Parnaſo uſque pindum, barbaris q; ſuperiacentibus, iſtius pars una uergens in Thermopylas Oeta uocatur, longitudinis ad ſtadia triginta aſperitatis, & celſitudinis nô mediocris, lôge autê excellêtiſſimus ad Thermopylarû tractû, ibi enim cacumê attollitur, & rupes acutas proruptas, præcipitesq; finitur. paruum, & anguſtum uiatoribus a littore locros petentibus, & ex Theſſalia derelinquit tranſitum. ipſum quidem tranſitum pylas, id eſt portas, & anguſtias uocitât, atq; Thermopylas: ſunt enim ibi prope thermæ, id eſt calidæ aquæ magno in honore, ut Herculi conſecratæ. Liuius uero libro quinto de bello Macedonico dicit montem eſſe lôgiſſimum, qui mediam ita Græciam diuidit, ſicut Apenninus ſuo dorſo ſcindit Italiam. *(margin: Thermopyle)*

ACSENSIVS.

STATVAM &c. Trâſit ad alia inſtituta ſuperioribus nô diſſimilia, dicens: Quiſquam nec in urbe, nec ulla parte Italiæ aſpexit prius ſtatuam auratam, id eſt auro incruſtatam, aut tectam, qua ſupple ea poneretur equeſtris a Marco Attilio Glabrione patri ſupple eius. In æde, id eſt fano, Pietatis ſcilicet deæ. Autem pro ſed ipſe ſcilicet Marcus Attilio Glabrione, dedicauerat ſcilicet pietati, eam ædem P. Cornelio Lentulo, & M. Bebio Pamphilo conſulibus, factus compos uoti, & hoc Antiocho rege ſuperato apud Thermopylas, id eſt, anguſtias illas montis Oetæ.

DE ATHLETIS.

Athletarum certamen a M. Scauri tractum eſt munificentia.

DE PRIMA STATVA AVRATA IN ITALIA.

Statuam auratam nec in vrbe, nec in vlla parte Italiæ quiſquam prius aſpexit, q̃ a M. Attilio Glabrione equeſtris, patri poneretur in æde Pietatis: eam autem ædem P. Cornelio Lentulo, & M. Bebio Pamphilo Coss. ipſe dedicauerat, compos voti factus, Rege Antiocho apud Thermopylas ſuperato.

DE CN. FLAVIO VVLGANTE IVS CIVILE.

Ius ciuile per multa ſecula inter ſacra, cæremoniasq; Deorum immortalium abditum, ſoliſq; Pontificibus notum, Cn. Flauius libertino patre genitus & ſcriba, cû ingenti nobilitatis indignatione, factus ædilis currulis, vulgauit, ac faſtos pene toto foro expoſuit: qui cum ad viſendum ægrum collegam ſuum veniret, neq; a nobilibus, quorum frequentia cubiculum erat completum, ſedendi loco reciperetur: ſellam curulem afferri iuſſit, & in ea, honoris pariter, atq; contemptus ſui vindex, conſedit.

OLIVERIVS.

IVS ciuile. Hoc etiam Liuius narrat ab urbe condita libro nono dicens: Cn. Flauius ius ciuile in penetralibus repoſitum uulgauit, Faſtos in albo poſuit, ut quando cum populo agi liceret, ſciri poſſet. Gelli. Cn. inquit Flauius patre libertino natus ſcriptum faciebat, iſq; in eo tpe ædili curuli apparebat, quo tempore ædiles ſurrogabant, eumq; pro tribu ędilem curulem renunciarunt. at ædilis, qui comitia habebat, negat accipere, neq; ſibi placere, qui ſcriptum faceret eum ædilê fieri. Cn. Fla. Anii filius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcripto ſeſe abdicaſſe, iſq; ædilis curulis factus eſt idem. Cn. Flaui. Anii filius dicitur ad collegam ueniſſe uiſere ęgrotum, & in côclaue poſtquam introiuit adoleſcentes ubi complures nobiles ſedebant, hi contemnentes eum, aſſurgere ei nemo uoluit. Cn. Flaui. Anii filius ædilis id ariſiſſe dicitur ſellamque curulem iuſſit ſibi afferri, eam in limine appoſuit, nequis illorum exire poſſet, ut hi homines inuiti uiderent ſeſe in ſella. Ius ciuile, quod. xii. tabulis continebatur. has conditas ſeruabant pontifices, cum cæteris ſacris, ac cæremoniis. Inter ſacra cæremon. id eſt penetralibus, ubi Dii penates celebrabantur, nec iuris ciuilis ſcientiam præter pontifices quiſquam habebat. Soliſq;. quia ſoli pontifices ſeruabant libros. Libertino patre. cuius pater aliquando ſeruierat. Et ſcriba. quia ſeruile faciebat officium. nam ſcripturam exercebat, quod apud Roma. ſeruile habebatur officium, quanquam apud nos ne liberale quidem dici poſſit, & ex eo quæſtum ille comparabat. Indignatione. quia indignum uidebatur, ut qui ſeruili conditione natus eſſet, ad curulem dignitatem proueheretur. Vulgauit. in apertum expoſuit, ut ab omnibus cognoſci poſſent. Faſtos. Faſti libri erant in quibus continebantur dies, quibus cum populo agi liceret, & quibus nô liceret, ſed a priori denominati ſunt, ſcilicet a fando. Nam dies quibus cum populo fari licebat faſti, quibus uero non nefaſti. Cicero pro L. Murena, faſtos, inquit, uulgus non habebat, erant in magna potentia, qui conſulebantur, a quibus etiam dies tanquam a Chaldeis petebantur, inuentus eſt, ſcrib. Cn. Flac. qui comicum oculos confixerit, & ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit. Pli. lib. xxxiii. Frequentior autem uſus annulorum non ante Cn. Fla. deprehenditur. hinc namq; publicatis diebus feſtis, quos populus a paucis principum quotidie petebat, tantam gratiam plebis adeptus eſt, alioquin libertino patre genitus, & ipſe Appii Cæci ſcriba, cuius hortatu exceperat eos dies conſultando aſſidue ſagaci ingenio, promulgaueratq;, ut ædilis curulis crearetur cum Q. Antio Prænestino, qui paucis ante diebus hoſtis fuerat, præteritis C. Petilio, & Domitio, quorum patres conſules fuerant. Additum Flauio ut ſimul tribunus plebis eſſet, quo facto, tanta ſenatus indignatione exarſit, annulos ab eo abiectos fuiſſe in *(margins: Cn. Fla. ſcriba; Faſti)*

antiquiſſimis reperiãtur annalibus. Scriba. fuit enim ſcriba Appii Cæci, ut Pli. teſtatur. habetur. ff. de ori. iuris. Toto foro. Forum. ſunt qui dicant a Phoroneo Inachi patre dictum eſſe, qui primus conſtituit leges apud Græcos. Eſt autem locus conuentui, & exercendis litibus relictus, ubi ciues conueniunt. Eſt forum quoq; locus mercati, ꝙ pro rerum, quæ uenduntur qualitatibus nominatur, ut forum boarium, in quo boues uẽduntur, uinarium in quo uinũ, frumentariũ in quo frumẽtum, & ſic de cęteris rebus. Nobilibus. a iuuentute nobiliũ. hoc quoq; Liu. narrat. Sellam cu. Sella curulis appellatur, uel a curibus ciuitate Sabinorum, unde hoc genus tractum eſt a Ro. ſicut & toga prętexta, uel ꝙ ſellæ illi rotæ ſubiectæ eſſent ut in quãcunq; partem ciuitatis uehi, & impelli poſſet. Nam quia iuriſdictionẽ habebant, & ciuitas magna erat, ideo multis in locis iura dari cogebantur. Contemptus ſui. ꝙ contemneretur a nobilitate, eſt enim genitiui caſus.

ASCENSIVS.

IVS ci. &c. Paucis recitat iuris ciuilis occultationẽ ex antiquo inſtituto, & eius publicationem factam ab homine libertino patre nato, quod non ſine morſu quodam explicat, quaſi a mere libero homine fieri non potuiſſet. Ordo eſt. Cn. Flauius genitus a patre libertino .i. libertinæ cõditionis, ut qui libertate donatus fuerat, cũ prius ſeruus fuiſſet, & ſcriba. ſ. Appii Cæci factus ædilis. i. cum ædilis eſſet, & ita ædium ſacrarum, & eorũ, quæ in eis eſſent, cura haberet, uulgauit. i. in uulgi cognitionem detulit, cum ingẽti indignatione nobilitatis. i. nobilium ius ciuile. i. ciuium Rom. abditum. i. occultũ per multa ſæcula inter ſacra, & cæremonias deorum immortalium, & notum. i. cognitum ſolis pontificibus, ac ſup. idem Cn. Flauius expoſuit. i. legendos dedit, toto foro. i. per totum forum. ſ. litium. Faſtos. i. libros continentes dies faſtos, & nefaſtos. Qui. ſ. dictus Cn. cum ueniret ad uiſendum. i. uiſitandum, aut uidendum collegam ſuum. i. coędilem ægrum .i. ægrotantẽ, neq; reciperetur loco ſedendi. i. in quo ſedere poſſet, a nobilibus, quorum frequentia cubiculum. ſ. ægroti erat completum, iuſſit ſellam curulem, id eſt, qua ipſe ædilis curulis, dum officio fungebatur, utebatur, afferri ſcilicet, in cubiculũ, & conſedit, id eſt, locum cepit, & ſedit in ea exiſtens uindex, id eſt, uſurpator honoris ſui, & pariter uindex, id eſt, ultor contemptus. i. uilipenſionis ſui. i. quo uel qua contemptus fuerat.

THEOPHILVS.

SCRIBA. Probus Aemilius in Eumene Cardiano. apud uos, inquit, reuera (ſicut ſunt) mercenarii, ſcribæ exiſtimantur.

OLIVERIVS.

Veneficiis quo quando romæ

VENEFICIIS. Liui. quoq; lib. viii. Cũ primores ingt ciuitatis ſimilibus morbis eodẽ ferme omnes euẽtu morerent, ancilla quędã ad Q. Fabiũ Maximũ ædilẽ curulẽ indicaturã ſe cauſam publicę peſtis profeſſa eſt ſi ab eo ſibi fides data eſſet, haud futurũ noxę indiciũ. Fabius cõfeſtim rem ad cõſules, cõſules ad ſenatũ referũt, cõſenſuq; ordinis fides indici data, cum patefactũ eſt muliebri fraude ciuitatem premi, matronasq; ea uenena coquere, & ſi ſe ſequi extẽplo uelint manifeſto deprehẽdi poſſe, ſecuti indicẽ, & coquẽtes quaſdã medicamẽta, & recõdita alia inuenerũt, qbus i forũ delatis & .xx. matronis, apud quas deprehẽſa erãt p uiatorẽ. Accitis, duæ ex eis Cornelia, ac Seruilia patriciæ utraq; gẽtis, cũ autẽ medicamẽta ſalubria eſſe contenderent ab cõfutante indice bibere iuſſæ, ut ſe falſum, cõmẽtas arguerẽt. ſpatio ad colloquẽdũ ſumpto, cõmoto populo in cõſpectu omniũ, rẽ ad cæteras retuliſſent: haud abnuẽtibus, & bibere, epoto medicamẽto ſua met ipſæ fraude omnes interierũt, cõpręhenſæ ex templo earum comites magnum numerum matrõnarum indicarũt, ex quibus ad .clxx. damnatæ, neq; de ueneficiis ante eam diem Romæ quæſitum eſt. Perimerent. abſumerent, occiderent, necarent. Pars iſtarum ſcilicet. clxx. fuerunt capitali ſupplicio affectæ propter admiſſum ſcelus, & hæ potiſſimum fuere pauperes, aliarum uero pœna permiſſa fuit earũ maritis propter infamiã, & dedecus. Tibicinum quoq; col. Liui. Tibicines, inquit, prohibiti a proximis cenſoribus erant in æde Iouis ueſci, quod traditum antiquitus erat ægre paſſi Tibur uno agmine abierunt. adeo ut nemo in urbe eſſet, qui ſacrificiis præcineret, eius rei religio tenuit ſenatum legatos Tibur miſerunt, ut darent operam, ut homines Romanis reſtituerentur Tiburtini benigne polliciti. Primum accitos eos in curiam hortati ſunt, ut reuerterẽtur Ro. Poſtq̃ impelli nequibant, conſilio haud abhorrente ab ingeniis hominum coaggrediũtur die feſto, alii alios per ſpeciem celebrandarũ cantu epularum cauſa inuitant, & uino, cuius auidum ferme genus eſt, oneratos ſopiunt, atq; ita i plauſtra uinctos cõiiciũt, Romam deportant, nec prius ſenſere, q̃ plauſtris in foro relictis, plenos crapulæ eius lux oppreſſit. Tunc concurſus populi factus eſt, impetratoq;, ut manerent, datum ut triduũ quotannis ornati cum cantum, atq; hac, quę minime ſolennis eſt licẽtia p urbem uagarentur, reſtitutumq; in ęde ueſcẽdi ius iis, qui ſacris pręcinerent. De tibicine Oui. faſt. lib. vi. Cur uagus incidit tota tibicen in urbe, Quid ſibi perſonæ, quid toga longa uolunt: Oculos in ſe conuertere, quia uulgus dicens, tibicines per urbem incedere perſonates in eos oculos coniiciebant. Publicas, priuatasq; ferias, ſiue publice, ſiue priuatim ſacrificia fiebant ferię antea dicebatur, dies quibus hoſtiæ feriebãtur. Actiones. quia agunt ipſi tragœdias, ſiue comœdiis tibiis cauentes.

Concentus Symphonia

Concentus edidit. cantus concordes, & bene conuenientes inter ſe. Nam concentus eſt, ꝙ græci ſymphoniam dicũt. Priſco more. id & indignius tulerunt: quia hoc antea frequenter feceſſerant. In propoſito. uidelicet in ſuis inceptis permanentes. Honor priſtinus. ut perſonati per urbem incederent, ut in æde Iouis ueſci poſſent. Perſonarum uſus, primus perſonarum inuẽtor, teſte Hora. in poetica. fuit Aeſchylus poeta, perſona pallæq; repertor honeſtę. Aeſchylus, & modicis iuſtrauit pulpita tignis. Cauſa autẽ cur uſi fuerint perſonis hæc eſt. ſ. pudor adeptę temulentiæ. Nam quia ipſis pudori erant temulentos fuiſſe in urbem reuectos, petierunt, ut liceret uti perſonis ad caput tegendum. Hoc etiam Ouid. lib. faſt. oſtendit dicens: Callidus, ut poſſit ſpeciẽ, numerũq; ſenatus Fallere, pſonis imperat ora tegi.

ASCENSIVS.

VENEFICII quæſtio &c. Docet ueneficium diu Romæ ignotum fuiſſe, ſed tandem nimis uulgatum, & acriter uindicatum dicens. Quęſtio, id eſt, inquiſitio ueneficii, id eſt, de ueneficio ignota, & moribus, & legibus Ro. (Præponit decenter mores, quia ob mores inſtitutæ ſunt leges) orta eſt Romæ ſcelere, id eſt, ueneficio, complurimum matronarum patefacto, id eſt, manifeſtato, aut comperto, quæ. ſ. matronæ cum perimerent uiros ſuos inſidiis clandeſtinis. i. occultis. Pars protractæ. ſ. in ius ipſę partim, inditio, id eſt indicatio & reuelatio unius ancillæ, dãnatę iudicio capita. i. quę i caput, hoc eſt uitam earum animaduerſum eſt cõpleuerũt num. clxx. ſup. capitũ, aut matronarum.

Tibicinũ &c. Docet antiquũ ius tibicinum, & eorũ in urbem reuectionẽ dicens. Collegiũ quoq; tib. i. canentium tibiis ſolebat cõuertere in foro. ſ. rerũ uenalium oculos uulgi in ſe. Cũ. i. qñ edidit inter publicas, & priuatas ferias. i. uacationes ab opere & lite,

DE VENEFICIIS IN VRBE.

Veneficii quæſtio & moribus, & legibus Romanis ignota, complurium matronarum patefacto ſcelere orta eſt: quæ cum viros ſuos clãdeſtinis inſidiis veneno perimerẽt, vnius ancillæ indicio protractæ, pars capitali iudicio damnatæ, centum ſeptuaginta numerum compleuerunt. Tibicinum quoq; collegium ſolet in foro vulgi oculos in ſe conuertere, cũ inter publicas, priuatasq; ferias, actiones perſonis tecto capite, variaq; veſte velatis concẽtus ædit. Inde tracta licentia quõdam vetiti in æde Iouis quod priſco more factitauerant, veſci: Tibur irati ſe contulerunt, quorum miniſterio ſenatus deſerta ſacra non æquo aĩo ferens, per legatos a Tiburtibus petiit, vt eos gratia ſua Romanis tẽplis reſtituerent, quos illi in propoſito pſeuerantes, interpoſita feſtæ epulatiõis ſimulatione mero, ſomnioq; ſopitos, plauſtris in vrbẽ deuehẽdos curauerunt: qbus & honos priſtinus reſtitutus, & huiuſce luſus ius eſt datũ: perſonarum vſus pudorẽ circũuentæ temulentiæ cauſam habet.

& ſite, hoc eſt dies feſtos, & inter publicas, & priuatas actiones .ſ. fabularũ ædidit uico cõcentus .i. ſymphonias perſonis .ſ. diuerſarũ qualitatũ ſimulachris, Galli fallaces aſpectus .i. faulx uiſages appellãt, qualibus utunť, qui etiã ſcenica actione in Flandria quæſtũ in priuato faciũt, uelatis capite tecto, & ueſte uaria. Alii legũt uelati, ut referatur ad tibicines, ſic collegium ædidit, hoc eſt tibicines ędiderunt, capite tecto ꝑſonis, & uelati uaria ueſte. Inde .i. ex eare, aut deinde licentia .i. mala, & ad ſi bitũ faciendi cõſuetudine tracta, uetiti quodã .i. quodã die uiſci in æde Iouis, quod .i. quã rem, ipſi factitauerat more priſco .i. ueteri iſtituto, irati .ſ. ob eam rẽ cõtulerũt ſe .i. abierũt, Tyburtũ .i. ad illud oppidũ uicinũ, quo: ũ .ſ. tibicinũ miniſterio .i. officio, aut famulatu. Senatus ferẽs nõ æquo .i. iniquo omnino ſacra .i. ſacrificia deorũ eſſe ſup. deſerta .i. deſtituta, & priuata, petiit a Tyburtibus .i. populo tiburtino ꝑ legatos, ut reſtituerent tẽplis. Ro. eos .ſ. tibicines gratia ſua .i. qua apđ illos ualebant. Quos .ſ. tibicines ꝑſeuerãtes in propoſito .ſ. nõ redeundi Ro. illi .ſ. tyburtes curauerunt deuehẽdos plauſtris, id eſt uehiculis, aut curribus, in urbẽ .ſ. Romã, ſopitos .i. obrutos mero .i. puro uino quod biberũt, & ſomno, & hoc ſimulatione epulationis feſtæ .i. ad diem feſtũ detinentis, interpoſita, qa ſimulauerũt ſibi feſtũ eſſe eo die, quo genio indulgerẽt, & ita mero obrutos incurrũ coniecerũt, dormientesq; Romam auehẽdos curauerunt. Quibus .ſ. tibicinibus iam Romã auectis, & .i. ſimul, honos priſtinus .ſ. ueſcendi in æde Iouis, eſt reſtitutus, & ius huiuſce .i. huiuſcemodi, luſus ꝓpter cuius licẽtiã exacti fuerãt eſt datũ .i. permiſſum eis. Vſus perſonarum .i. ut tibicines perſonis uterentur, conſuetudo habet pudorem temulentiæ .i. ebrietatis circũuentæ .i. per circumuentionem, & impoſitionem, ac deceptionem commiſſæ, cauſam .ſ. propter quam permiſſus eſt.

DE MODO COMEDENDI ANTIQVORVM.

Fuit etiam illa ſimplicitas antiquorum in cibo capiendo humanitatis ſimul, & continentiæ certiſſima index. Nam maximis viris prandere, & cœnare in propatulo verecundiæ nõ erat: nec ſane vllas epulas habebant, quas populi oculis ſubiicere erubeſcerent: erant autẽ adeo continentię attenti, vt frequentior apud eos pultis vſus, q̃ panis eſſet. Ideoq; in ſacrificiis mola, quæ vocabatur, ex farre, & ſale conſtat, exta farre ſparguntur: & pullis, quibus auſpicia petuntur puls obiicitur: primitus enim ex libamentis victus ſui, deos eo efficacius, quo ſimplicius placabant. Et cæteros quidem ad benefaciẽdum venerabantur, Febrem autem ad minus nocendum templis colebant, quorum adhuc vnum in palatio, alterum in area Marianorũ monimentorũ, tertiũ in ſumma parte Vici longi extat, In eaq; remedia, quæ corporibus ægrorũ adnexa fuerant, deferebantur. Hæc ad humanæ mẽtis æſtus leniendos cũ aliqua vſus ratione excogitata, cæterũ ſalubritatem ſuam induſtriæ certiſſimo, ac fideliſſimo monimẽto tuebãtur: bonæq; valetudinis eorũ, quaſi quædam mater, erat frugalitas, inimica luxurioſis epulis, & aliena nimiæ vini abundantiæ, & ab omni immoderato Veneris vſu auerſa.

THEOPHILVS.

TIBICINVM quoq; collegium. Plutar. in q̃ſtionibus. Quid eſt inq̃t, ꝙ Idibus Ian. ꝑmiſſum eſt, ut tibicines muliebri habitu urbẽ luſtrent? An ꝓpter cauſam, quã diciť? Magnus enĩ ut uidetur, fruebanť honoribus, quos illis Numa Põ ꝓpter ſanctitatẽ, ac deorũ cultũ contulerat, iis, poſtea per Tri. cõſulari poteſtate ſpoliatos urbe exceſſerũt, quos quomodo uehementer requirerent (nam religione tangebantur animi, ꝙ ſine tibiis rẽ diuinam facerẽt) q̃ primum reuocandos cenſuerunt, ſed quomodo accerſiti non paruiſſent, ac Tyburi, quo ſe initio contulerant, manere uelle ſe dicerent. Libertus quidam clam magiſtratus adiit, ſeq; eos reducturum policitus eſt. Cõuiuio igitur laute, & opipare apparato quaſi rẽ diuinã feciſſet tibicines inuitauit. Aderãt in cõuiuio mulieres, uox in ſomnis duciť ſaltationibus, ac ludis omnia perſtrepunt. Tũ de repente quomodo patronum libertus adeſſe diceret, & uehementer perturbatus uideretur, hominibus perſuaſit, ut ſtatim currus cõſcẽderẽt pellibus circũtectos ac Tyburi ꝑueherentur e ueſtigio, hoc autem dolo fiebat. Nã quomodo ignarus illis, & ꝑ noctẽ, ac uinũ nihil cernẽtibus currus circũduxiſſet, oẽs antequã illuxiſſet Romã, præter opinionem reportauit. Erant aũt eorũ plerię ornatu muliebri, ꝓpter comeſſationẽ, ac uigilias ornati. Sed poſtea q̃ perſuaſi a magiſtratibus, & plane reconciliati ſunt, inſtitutũ eſt eo die, ut eodem habitu ornati per urbem incederent. Actiones. Ex antiquis exemplaribus unum non habent hoc uerbum.

OLIVERIVS.

SIMPLICITAS, eſt & bona ſimplicitas, & mala. Cœnare in ꝓpatulo, in publico, in apto ante fores ſuę cuiuſq; domus, hinc eſt, ꝙ Iuue. cõqueritur ſuorũ temporũ mores, quia priſca illa uiuẽdi norma declinaſſent, ꝙ uidelicet ſuæ ætatis homines maiorũ inſtituta mutaſſent, ꝓpter luxuriã epularum, dicit enim. Quis fercula, ſeptem, ſecreto cœnauit auus. Subiicere erubeſcerent & ꝓfecto id ſine rubore facere poterãt, cũ epulæ eiuſmodi eſſent, quæ ab omnibus ſpectari poſſẽt. Erãt adeo cõtinentiæ. Adeo inquit perfecta utebãtur cõtinentia, ut frequẽtius uterẽtur pultibus q̃ pane. Puls. genus cibi eſt, qđ ex farina, & aqua mixto ſale cõficitur. Mola. Ouid. de Faſtis, hoc idẽ oſtẽdit dicens. Ante Deos homini quod conciliare ualeret. Far erat, & puri lucida mica ſalis. Pli. lib. xviii. nat. hiſt. Pulte autẽ, inquit, non pane longo tẽpore uixiſſe Romanos manifeſtũ eſt, qñ inde & pulmentaria hodie quoq; dicũtur. Et Ennius antiquiſſimus uates obſidionis famẽ deſcribens officia eripuiſſe plorantibus liberis patres commemorat. Et hodie ſacra priſca atq; natalium pulte fritilla cõficiũtur, uideturq; tã puls ignota Græciæ fuiſſe, quam Italiæ polẽta, mola igitur cõficiebať, ut Seruius tradit ex farre orno, & ſale, orno farre .i. eo anno orto far aũt eſt genus frumenti grãdioris. Et pullis. Nã in cauea pulli ſeruabãtur, & cũ bellũ cũ hoſtibus cõmittere uellẽt, primũ auſpicia capiebant obiecta pulte, quã ſi ſumpſiſſent, ut pars in humũ caderet, bonũ erat auſpiciũ ſi reſpuiſſent, Diis nõ placere dicebant, id bellum ſuſcipi. Libamentis. libare proprie eſt partem & primitias Diis fundere λείβειν græce, latine ſignificat fundere, quia primã partem libantes in ignem, quaſi primitias fundentes, ſic Diis ſacrificare dicebant. Febrẽ autem. Ad aliud tranſit inſtitutũ. Vici lõgi, qui uicus lõgus appellabatur, In eaq; remedia deferebanť. Ea remedia quibus ualetudinem priſtinam recuperaſſent ægroti in tẽpla febris deferebant, ſicut apud nos ſyngraphi, quibus ad febrem depellendam utuntur, nõnulli recuperata ualetudine, ad templa deferuntur, alii uero incedunt. Annexa, ſicut eiuſmodi ſyngraphi, ita illi ſortes, quibus liberati eſſent in tẽplis, ſuſpendebant. Hęc ad humanæ mẽtis. Ad mẽtis quidem ſanitatem diuinum q̃rebatur auxiliũ, quantũ uero ad ſalubritatem corporis ꝑtinebat, ea frugalitate, & parſimonia tuebantur. Mentis æſtus quia ſunt etiam corporis æſtus, uidelicet cum ægritudinæ laborat. Leniendos. ſedandos. Sed quomodo dicit mentis æſtus leniri, cum iam ea remedia corporibus annexa fuiſſe dixerit, nõ poteſt fieri quin mens per ęgritudinẽ corporis aliquãtulum, & ipſa laboret. Vſus po. utilitatis cũ aliqua rõne, ideo dixit aliqua, qa eſt alia certior ratio ualitudinis ſeruãdæ. Excogitata. inuenta. Bonę ua. qa etiã eſt mala. Nã ualetudo mediũ eſt uocabulũ, qđ in utrãq; partẽ accipiť. Mater erat frugalitas. Nã ex frugalitate naſcitur bona ualetudo, frugalitas media eſt inter prodigalitatẽ, & auaritiã, cũ nec nimis parce rebus utimur, nec nimis luxurioſe. Eſt igitur moderata parſimonia cibi, & potus. Inimica luxurioſis epulis, ſicut ex epulis luxurioſis morbus medicorũ induciť, ita ex frugalitate bona ualetudo conſeruat. Veneris uſu, qa ab utroq; incenditur libido. Nã ut inquit, Teren. Sine Cerere, & Baccho friget Venus, uitabãt igiť maiores crapulationẽ, ut tuerẽtur ſalubritatẽ, uitabãt uinum, ne deuenirent in dementiam, uitabant luxuriã, Frugalitas

ut ſeruarent caſtitatem, induſtria, doctrina ſtudiū, uigilantia, in dulgere.i. operam dare ſtudio, induſtria dicitur aſſiduitas, cura; labor, pertinacia, inſtantia, induſtria eſt frequens exercitium circa rem honeſtam, induſtrioſus, ſtudioſus, laborioſus, efficax.

A S C E N S I V S.

FVIT etiam &c. Proſequitur antiquorū inſtitutū in comedēdo dicens. Illa etiam ſimplicitas antiquorū in capiendo cibo fuit ſup. olim, index certiſſima humanitatis.i. benignitatis, & continentiæ .ſ. a luxu. Nam prādere. Et cœnare (ergo prandia tunc quoq; nota erāt) in propatulo.i. patenti loco non erat uerecundię uiris maximis. Nec habebāt ſane.i. omnino ullas epulas, q̄s erubeſcerent, ſubiicere oculis populi.i. omniū cōſpectui exponere. Et ſup. priſci illi erāt adeo .i. uſq; adeo attenti cōtinētiæ .ſ. a luxu, & illicito uſu rerum, ut uſus pultis .i. cibi uulgaris cōfecti ex farina, & aq̄, aut lacte, eſſet frequētior apud eos, quā panis, qui ſolidior eſt cibus. Ideoq;.i. & ideo ſup. res, quæ uocabatur mola in ſacrificiis, utpote, ſine qua ſecundū Seruiū, nulla fiebant ſacra, cōſtat.i. cōficitur, ex farre, & ſale, & aqua exta ſ. hoſtiarū unde futura inquiruntur, ſpargunt̃ farre, quo puls cōfici ſolet, & puls obiicitur, ut ueſcant̃ pulli, q̄bus.i. p quos auſpicia petunt̃.ſ. a diis p augures. Enim pro q̄a, priſci ſup. Romani, placebāt deos primitus ex libamētis.i. oblationibus ſui uictus.i. eius quo ueſcebātur, uidelicet farris cū ſale, & aqua, eo.i. tāto efficacius, quo ſimplicius. Et q̄dē.i. certe, ipſi uenerabant̃ cæteros.ſ. Deos, & Deas, ad benefaciendū.i. ut benefacerēt, aūt p ſed. Ipſi colebant febrē.ſ. Deam, ad minus nocendū.i. ut minus noceret, templis.ſ. tribus, quorū.ſ. tēplorū febris unū extat adhuc in palatio, alterū.ſ. ſecūdū extat adhuc in area.i. ſpatiolo, monumentorū marianorū.i. quæ a Mariis illuc ſtructa erāt, tertiū ſup. tēplū febris extat in ſumma parte uici longi. (Quod dicit extat adhuc.i. nōdū periit, intellige tēpore, quo hæc ſcripſerit) & remedia, q̄ fuerāt annexa corporibus ægrotum.i. laborātiū febri deferebātur in ea.ſ. tēpla febris poſt ſanitatē receptā, aut naturæ, aut Dei ueri nō febris (ut credebant) beneficio, aut dæmoniorū uexare deſinentium calliditate, hæc.ſ. remedia, quæ corporibus annexa erant, excogitata ſup. erāt.i. inuēta cum aliqua rōne uſus ad æſtus humanæ mentis, q̄ phreneſim ſæpe excitant, leniēdos.i. ſedādos, cæterū.i. ſed priſci ſup. Romani tuebant̃.i. ꝓtegebant ſalubritatē ſuā.i. ſuorū corporū ſoſpitatē, certiſſimo, ac fideliſſimo momēto induſtriæ ſup ſuæ & frugalitas.i. ſobrietas erat, q̄ſi mater quædā bonæ ualetudinis.i. ſoſpitatis eorū, frugalitas inquā inimica epulis luxurioſis, & aliena nimiæ abūdātiæ uini, & auerſa, ab omni imoderato uſu ueneris.i. coitus non legitimi.

T H E O P H I L V S.

VICI Longi. Vicus longus urbis, decima quarta regione tranſtiberim redditur a P. Victore.

O L I V E R I V S.

IDEM ſenſit. Tranſit ad externa Proxima ꝓpinqua, & quaſi cōformis grauitatis Spartana ciuitas Lacedæmon, uocata autē Sparta poſtquā maioris iuuentutis parte longo, & graui bello cōſumpta ꝓmiſſum fuit mulieribus ut cū q̄buſcūq; uellent, ſine diſcrimine cōcūberent, unde q nati ſunt, partheniæ quoq; appellati ſunt, quaſi uirginales, dicit ergo Spartanos conſimilē Romanis habere grauitatē uult enim primas partes cōtinentię Romanos tenuiſſe. Romanis deinde Spartanos ſecundos fuiſſe, adeo Spartani luxuriæ cōtēptores, & laboribus patientes fuere, ut etiam uirginibus eorū, teſte Cice. lib. ii. Tuſc. quæſti. magis paleſtricus puluis, uenaticus labor, & militia in ſtudio fuerit, quā fertilitas filiorū, unde & uarium habitū ab aliis uirginibus fere cōſueuerant, dicente Virgi. Virginis os habitúq; gentes, &

Spartanę uenatrices

E X T E R N A

DE CIVITATE SPARTANA.

Idem ſenſit proxima maiorum noſtrorum grauitati Spartana ciuitas, quæ ſeueriſſimis Lycurgi legibus obtemperans, aliquandiu ciuium ſuorum oculos a contemplanda Aſia retraxit, ne illecebris eius capti, ad delicatius vitæ genus prolabarentur. Audierant enim lautitiam inde, & immodicos ſumptus, & omnia non neceſſaria voluptatis genera fluxiſſe: primosq; Ionas vnguēti, coronarumq; in conuiuio dandarum, & ſecundæ menſæ ponendæ conſuetudinem, haud parua luxuriæ irritamenta reperiſſe; ac minime mirum eſt, ꝙ homines labore, ac patientia gaudentes, tenaciſſimos patriæ neruos, externarum delitiarum contagione ſolui, & hebetari noluerunt: cum aliquanto faciliorem virtutis ad luxuriam, q̄ luxuriæ ad virtutem tranſitum viderent.

uirginis arma Spartanæ. Aliquādiu. Per. DCC. annus, & amplius ſe ab Aſia abſtinuerūt, cōtinēter uiuētes legibus nūquam mutatis. Ci. in oratiōe ꝓ L. Flacco. Lacedæmonii, inquit, ſoli toto urbe terrarū ſeptingētos ānos amplius unis moribus, & nūquā mutatis legibus uixerūt. Poſſet hæc quæſtio quodāmodo exoriri, cur nō exēpla Athenienſium, Lacedæmoniorū ꝓponat exēplis, cū ſapientia uirtuti bellicę uideat̃ anteponenda? Reſpōdet q̄a Lacedæmō cōformis eſt Romæ in uirtute bellica, ideo ꝓpoſuit Athenis. Voluptatis, ergo diſſinit eſſe quādā uoluptatē hominibus cōceſſam. Primoſq; Ionas. Aut erāt Ionas, q & ipſi pars Aſiæ eſſe creduntur, ſunt certe in extremitate minoris Aſiæ uerſus nos primū inueniſſe, ut coronati epularēt̃, hos etiā ſecūdas mēſas inſtituiſſe, cū antea una tātū mēſa uterēt̃. Ionas. ſunt ut dixi ſecūdū quoſdā pars Aſiæ q̄ſi & ipſi Gręcā habēt linguā nā Ionica lingua una eſt ex q̄nq; Græcis, ſed magis eſt regio Gręca poſita, teſte Pō. inter Cariā & Æoliā, & Iones primi fuerūt q legatos Cyro miſerūt, ut in fidē, amicitiāq; ſuā uellet eos accipere, q urbana ſatis, & facete legatis dicit̃ reſpōdiſſe, nā Æſopi fabula illis expoſuit, q̄rēs nōq̄d audiuiſſent piſcatorē quēdā ad litora maris ueniſſe, qui ſuauiter canens piſces cōuocare ſtudebat, q cū aliquādiu cecinisſet, nec piſces cantu mouerētur, indignatus retia iecit, q̄bus implicitos piſces cū ad litora traxiſſet, & ſup herbā expoſuiſſet, illi ſaltare q̄ primū cœperunt, tu piſcator deſinite inq̄t cōtumaces ſaltare, nam cū canerē, id facere noluiſtis, nūc uero cū nolim ſaltatis. Ita uos cū ſocietatē meā ultro eā me uobis offerente habere potuiſtis, eā quodāmodo reſpuiſtis, nunc uero cū petitis, cōſequi non poteritis. Secundę men.ſ. pomorū, & aliorū eiuſmodi fructuū, nā ſecūdā mēſam Poma eſſe etiā Virg. oſtēdit cū dicit. Et menſæ grata ſecūdæ, cū de pomis loqueretur. Ac minime mirū eſt, ꝙ collaudat hoc ꝓpoſitū Spartanorū, ꝙ noluerint ciues ſuos Aſiam freq̄ētare, ꝙ facilior eſſet tranſitus a uirtute ad uitia. Tenaciſſimos, robuſtiſſimos ꝓpter ſeuerā, ac triſtē uiuēdi rōnem. Neruos. robur. Hebetari. obtūdi, effœminari.

A S C E N S I V S.

IDEM Senſit. Apte, utpote a cōſimilibus moribus ducto ſtilo rōnes ꝓgreditur ad inſtituta externa, & primo Lacedæmoniorū dicēs. Ciuitas Spartana.i. Lacedæmon proxima grauitati maiorū noſtrorum (imo in multis ꝓcedens) ſenſit idem.ſ. de frugalitate, qđ Roma, quæ.ſ. ciuitas Spartana, obtēperans, obediēs ſeueriſſimis legibus Lycurgi retraxit aliquandiu.i. per aliquot annos, oculorū ſuorū ciuiū, a contemplanda Aſia.i. arcuit a cōtēplatione luxuriæ, quæ in Aſia tunc erat, ne.ſ. ciues ſui capti illecebris eius.ſ. Aſiæ ꝓlaberentur ad genus uitæ delicatius.ſ. q̄ prius uſi fuerant. Enim ꝓ q̄a, ipſi Spartani, ſeu Lacedæmonii, audierant lautitiā.i. exquiſito apparatū in uictu, & immodicos .i. magnos ſumptus, & omnia genera uoluptatis nō neceſſaria .i. ſuperflua, fluxiſſe, inde.i. ex Aſia. Et audierāt Ionas.i. populos Ionię, eſt autem accuſatiuus pluralis tertiæ a nominatiuo Iones, & uox triſyllaba, reperiſſe primos conſuetudinem unguēti, & coronarū dandarū in cōuiuio, & ſecūdæ mēſæ, quæ pomorū erāt, ponēdæ.ſ. in conuiuio, appoſitoriæ haud parua.i. quæ res ſunt non parua, ſed maxima irritamenta luxuriæ. Ac minime .i. nullo modo mirū eſt, ꝙ homines, ut erant Spartani gaudētes labore, ac patientia, noluerunt neruos tenaciſſimos patriæ .i. per quos patria maxime conſeruabatur, utpote laborem & potentiam, ſobrietatemq; ſolui, & hebetari.i. obtuſos fieri cōtagione.i. turpi cōmunicatione delitiarū externarum, cum uiderent tranſitum uirtutis ad luxuriam faciliorem ſup. eſſe aliquanto, quam luxuriæ ad uirtutem, quā remfecit amiſſio iuſtitiæ originalis, illis quidem ignota, tāquā cauſa, ſed in effectu notiſſima.

Oliuerius

26. feb. 1611

DE PAVSANIA.

Quod eos non fruſtra timuiſſe dux ipſorum Pauſanias patefecit: Qui maximis operibus editis, vt primum ſe Aſiæ moribus permiſit, fortitudinẽ ſuam, effœminato eius cultu, mollire non erubuit.

3. Mar. 1611

DE CIVITATE IPSA.

Eiuſdem ciuitatis exercitus non ante ad dimicandum diſcendere ſolebant, q̃ tibiæ concentu, & Anapæſti pedis modulo cohortationis calorem animo traxiſſent, vegeto, & crebro ictus ſono ſtrenue hoſtem inuadere admoniti. Iidem ad diſſimulandum, & occultandum vulnerum ſuorum cruorem, Puniceis tunicis in prælio utebantur, non vt ipſis aſpectus earum terrorem, ſed ne hoſtibus fiduciæ aliquid afferret.

12

DE ATHENIENSIBVS.

Egregios virtutis bellicæ ſpiritus Lacedæmoniorum, prudentiſſimi pacis moribus Athenienſes ſubſequuntur: apud quos inertia e latebris ſuis, languore marcens, in forum perinde ac delictum aliquod protrahitur, fitq; vt facinoroſæ, ita erubeſcendæ rea culpæ.

DE AREOPAGO.

Eiuſdem vrbis & ſanctiſſimum conſilium Areopagus, quid quiſq; Athenienſium ageret, aut quonam quæſtu ſuſtentaretur, diligentiſſime inquirere ſolebat, vt homines honeſtatem, vitæ rationem mores reddendam eſſe ſequerentur.

OLIVERIVS.

Pauſanias

¶ QVOD Eos &c. Corroborat exemplo hanc opinionem. Nam Pauſanias cum multas, magnaſq; res geſſiſſet, ubi ſe moribus aſiaticis dedit, ita corruptus eſt, ut conſilia prodendæ patriæ cum rege Perſarum iniret. Hic Pauſanias cum aduerſus Xerſen Perſarum regem opulentiſſimum miſſus multas, atq; præclaras inde uictorias retuliſſet, & plurimum incrementi Lacedęmoniorum adiecisſet imperio: ſenſim uitam ſuam in mores Aſiaticos labi permiſit, deinde eo uſq; proceſſit res, ut cum Xerſe ita conueniret, ſe illi imperium Lacedæmoniorum proditurum eſſe, ſi filiam ſibi in matrimonium dediſſet, id uulgatum cum Lacedæmones reſciſſent. Pauſaniam exilio mulctarunt, uel ut alii dicunt, accuſatus ab Argilao adoleſcente, quo abutebatur, turpem mortem ſubire coactus eſt, maximis operi. edi. qui Mardonium Satrapem natione Medum, & Perſarum Regis generum manu fortem, & conſilii plenum cum ducentis millibus peditum, & uiginti equitum haudita magna manu apud plateam uicit. Mollire. mollem facere, & effœminatam reddere.

ASCENSIVS.

¶ QVOD Eos &c. Perpetuo ſtilo rem proſequitur dicens. Q uedam, ſcilicet neruos tenaciſſimos patriæ ſolui contagione delitiarum Pauſanias dux ipſorum, ſcilicet Lacedæmoniorum patefecit eos, ſcilicet Lacedæmonios timuiſſe, non fruſtra, ideſt non ſine cauſa, qui, ſcilicet Pauſanias maximis operibus editis, id eſt poſt quam maxima opera ediderat, & confecerat, ut primum, id eſt tam cito, ut permiſit ſe moribus Aſiæ non erubuit mollire, id eſt mollem facere, fortitudinem ſuam cultu eius, uidelicet Aſiæ effœminato. i. in fœminatam molliciem deducto.

OLIVERIVS.

¶ ANAPÆSTI pedis modulo. Anapæſtus pes eſt, qui primas duas ſyllabas breues habet, ultimam longam, per huius ergo pedis modulationem uolebant intelligi primo concurſu celeriter, & impetuoſe eum hoſte pugnãdum eſſe, ut ſi quomodo poſſent primo conflictu conficerent hoſtem, quod ſi hoſtem prima acie profligare nequirent, firmitus, & præſſo pede pugnandum. Nec prius moueri oportere, quam hoſtem cõfeciſſet. Aulus Gellius dicit Lacedęmones non carmine tibiarum, & cantu, & ſignis, ſed tibicinum modulis in prœliis utebantur. Vegeto. ſtrenuo, & forti, ac robuſto quantum ad ultimam ſyllabam crebro quantum ad duas primas ſyllabas, quæ breues ſunt. Non q; ipſis, non q; terrorem ſanguis afferret, nam aſſueti erant pati, & fortia ferre.

ASCENSIVS.

¶ EIVSDEM &c. Ordo eſt. Exercitus eiuſdem ciuitatis, uidelicet Spartanæ, ſolebant non deſcendere ad dimicandum, id eſt nõ inire periculum dimicandi, ante, ideſt prius, quam traxiſſent animo calorem cohortationis concentu tibiæ. Et modulo pedis Anapæſti, qui ex duabus breuibus, & longa conſtans incundi prælii formam indicat, admoniti uegeto, id eſt uiuaci, & uigoroſo ſono ictus, ſcilicet, indicati per Anapæſtum in ultima ſyllaba, & crebro ſono ictus quantum ad duas priores ſyllabas pedis indicati celeriter inuadendum eſſe, inuadere hoſtem ſtrenue, id eſt aeriter, ita ut ſubita ſit inuaſio, & conſtans pugna. Idem ſcilicet Lacedæmonii utebãtur in prœlio tunicis puniceis, ideſt rubicundis ad occultandum cruorem uulnerum ſuorum, non ſup. id faciebant, q; ideſt quia aſpectus earum, ſcilicet tunicarum ſanguinolentarum, afferret ipſis, ſcilicet Lacedæmoniis terrorem (quia puſillanimes, quales non erant Lacedæmonii, ſtatim uiſo ſanguine ſuo labaſcũt animo) ſed ne aſpectus earum tunicarum cruentarũ, afferret hoſtibus aliquid fiduciæ, quãdo enim uulneratus, quis conſpicitur, eum nõ diu pugnaturum confiditur.

OLIVERIVS.

laus. Athen.

¶ EGREGIOS Virtutis bellicę ſpiritus Lacedæmoniorum. Q uemadmodum illi in bello præſtantes fuerunt, ita Athenienſes in pace. Plato in timęo hanc ciuitatem cõmendãs dicit. Fuit olim Athenięſium ciuitas longe cęteris pſtans morũ bonitate, ac potentia uirtũ, bello, & pace memorãda. Hęc ille. Apud quos inertia, nõ aliter inquit apud Athenienſes Inertes homines puniútur, ac ſi delictum aliquod perpetraſſent, eſt autẽ iners, qui ſine arte, hoc eſt ſine exercitatiõe uiuit, nulli .ſ. ſe honeſto ſtudio applicans, & poſuit inertiam pro homine inerti, id eſt rem pro homine. E latebris ſuis, quia per otium in occulto uitam agunt. Nam proprium inertis eſt in otio, & in tenebris deliteſcere. Languore, torpore, & otio quod inducit languorem. Perinde ac delictum tanquam homo delicto obnoxius eſſet in forum protrahitur, ut puniatur.

Proprium inertis

ASCENSIVS.

¶ EGREGIOS &c. Tranſit ad mores Athen. quos dicit in pace excelluiſſe, ut Lacedæmonios in bello. Ordo eſt. Athenien. prudentiſſimi moribus pacis, id eſt in pace ſeruandis, ſubſequuntur (quaſi minor ſit uirtus in pace, q̃ in bello gerẽdo,) egregios ſpiritus uirtutis bellicæ Lacedæmoniorũ, apud quos. ſ. Athenie. inertia. i. ignauia, & uita ſine arte, & induſtria marceſcens. i. putreſcens langore. i. torpore, in latebris ſuis. i. ganeis, popinis, & aliis locis illecebroſis, & propterea occultis, protrahitur in forum. i. iuridice reprehẽditur, & diiudicatur, perinde. i. pariter, ac. i. ſicut aliquod delictum, & ipſa inertia fit rea, id accuſatur culpæ, ut facinoroſę, ita erubeſcendæ, hoc eſt apud Athenienſes deſides inertes, hoc eſt nihil boni tempore pacis agentes, ita puniebantur, & condemnabantur, ut facinoroſi.

OLIVERIVS.

Areopagus

¶ AREOPAGVS. Areopagitarum officium erat ſimile Romanis cenſoribus. Areopagus uicus erat Athenis, ſic dictus a templo Martis, quod haud procul inde foret. Nam interpretatur uilla Martis, ἄρης enim Martem πάγος tonem ſignificat inde Areopagus, quod illic iudicium Martis aliquando a diis latum ſit. Nam fabula talis eſt, Mars homicidii accuſatus uocatus eſt in ius, palladi conceſſum fuit, ut Athenis iudicium haberetur, & duodecim dii conſeſſum Iouis honeſtarunt, ſex maribus a dextris, & ſex deabus a ſiniſtris aſſidentibus Plutone, Neptuno, Vulcano, Marte, Mercurio, & Apolline a dextris, a ſiniſtris uero Iunone, Cerere, Venere, Veſta, Pallade, & Diana, & cum totidem ſententiis damnarentur, quibus

abſoluebãtur, pallas ſuffragiũ his adiecit, qui illum abſoluebãt, & ita abſolutus eſt, Inde aũt fabulam fictam eſſe arbitror, ꝙ ibi teſte Pli. primũ capitis iudiciũ actum fuerit, ibi autẽ conſiliũ erat Athenienſiũ, & iudicia ferebant, quæ exquiſitiſſima habebant.

Vt homines honeſtatem. Reddit rationem, cur ita faceret, q̃a niſi probaret ratio uitæ ſuæ, pœnam darent non mediocrem.

ASCENSIVS.

¶ EIVSDEM &c. laudat Inſtitutũ Athe. in Areopago dicẽs. Areopagus. i. Vicus Martis, ubi iuſtitia exercebantur apud Athe. & i. etiã ſanctiſſimũ. i. inuiolatiſſimũ cõſiliũ eiuſdem urbis. ſ. Athe. ſolebat inquirere diligẽtiſſime quid q̃ſq; Athe. ageret, aut quo quæſtu. i. lucro, aut qua acquiſitione rerum ſuſtentaretur, ut homines ſequerentur honeſtatem, memores. i, memoria repetentes rationẽ uitæ eſſe reddẽdã.

THEOPHILVS.

¶ AREOPAGVS. Athenis curia, in qua capitis iudicia agebãtur. Areopagus appellatus, eo ꝙ in edito ſitus, Arios. i. Martius. quia de cede cognoſcit, cui Mars præeſt, uel ꝙ ibi Mars cauſam dixit necati allirthothii filii neptuni, quẽ interemit ob illatã uim alcipæ eius filiæ, quã ſuſtulit ex agraulo Cecropis ut Hellanicus autor eſt in primo, uel ut autumat Aeſchylus, ꝙ amazones caſtra habuerunt in eo Martis filiæ. Poſteritas. Vetuſta exemplaria legunt poteſtas.

OLIVERIVS.

¶ EADEM bonos ciues, & hoc inſtitutum Athe. laude digniſſimum fuit, ꝙ præmia uiris optimis reddebantur, ſic enim ad uirtutes incitantur. Honor eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium uirtutis, ut uult philoſophus in æthicis. Periclis, pericles orator maximus, ac philoſophus doctiſſimus fuit, qui rempublic. Athenieñ. xl. annis mira quadam prudentia gubernauit, & illi habitus eſt honos, ut ſuo loco dicemus. Siue rem ſiue perſonã. Nã maxime gloria homines ad uirtutem cõcilantur, ſicut ille Solon unus e ſeptem putabat rempub. duabus rebus contineri, præmio, & pœna, ut hinc boni ad uirtutes inuitẽtur, illinc mali a flagitiis arceantur. In huius quoq; ſententiam & Ouid. de Põto carmen edidit. Laudataq; uirtus, creſcit, & immenſum gloria calcar habet. Siue rem. q̃a res illa bene inſtituta ſit, nam, ut infra dicit. Honos eſt uirtutis uberrimum alimentũ. Siue perſo. Cui tale præmium debetur. Nã & uirtutis. Sic etiã Ariſto. dicit honorem eſſe reuerentiam & dignitatis collationem, quæ datur in teſtimonium uirtutis. Initiũ caperet, ut ipſe princeps eſſet huius inſtituti. Age quid illud inſtitutũ athenarũ. Inſtitutum fuit athenis, ꝙ ſiquis manumiſſus a domino poſt libertatem ingratus extitiſſet, libertate priuaretur. Sunt uerba legis. Siue domini ſeruum manumiſſum in ſeruitutem uindicantis. Quem domi ſceleſtum. Si domi inimicus es, nõ eris reipub. amicus, uel ſi domi iniquus reipub. non eris iuſtus.

Præmiũ

ASCENSIVS.

¶ EADEM ciuitas. ſ. Athe. introduxit primo conſuetudinem decorandi bonos ciues corona, cingendo caput periclis, illius

DE EODEM.

Eadem bonos ciues corona decorandi, primo conſuetudinem introduxit, duobus oleæ connexis ramulis clarum periclis cingendo caput. Probabile inſtitutum, ſiue rem, ſiue perſonam intueri velis. Nam & virtutis vberrimum alimentũ eſt Honos, & Pericles dignus a quo talis muneris dandi poſteritas potiſſimum initium caperet.

Age quid illud inſtitutum Athenarũ, q̃ memorabile: quod cõuictus a Patrono libertus ingratus, iure libertatis exuitur. Superſedeo te, inquit, habere ciuẽ tãti muneris impiũ æſtimatorem. Nec adduci poſſũ, vt credam vrbi vtilem, quem domi ſceleſtum cerno: abi igitur, & eſto ſeruus, quoniam liber eſſe neſciſti.

DE MASSILIENSIBVS.

Inde Maſſilienſes quoq; ad hoc tempus vſurpant diſciplinæ grauitatem, priſci moris obſeruantia, charitate Po. Ro. præcipue conſpicui, qui tres in eodem manumiſſiones reſcindi permittunt, ſi ter ab eodem deceptum dominum cognouerint: quarto errori ſubueniendum non putant: quia ſua iam culpa iniuriam accepit, qui ei ſe tocies obiecit.

Eadem ciuitas ſeueritatis cuſtos acerrima eſt. Nullum aditum in ſcenam Mimis dando, quorum argumenta maiore ex parte ſtuprorum continent actus, ne talia ſpectandi conſuetudo, etiam imitandi licentiam ſumat. Omnibus autem, qui per aliquã religionis ſimulationem alimenta inertiæ quærunt, clauſas portas habet, & mendacem, & fucoſam ſuperſtitionem, ſubmouendam eſſe exiſtimans. Cæterum a condita vrbe gladius eſt ibi, quo noxii iugulantur: rubigine quidem exeſus, & vix ſufficiens miniſterio, ſed index in minimis quoq; rebus omnia antiquæ conſuetudinis momenta ſeruanda.

ciuis Athenien. clarũ. i. illuſtre, ob bonũ cõſiliũ, & fortia geſta, duobus ramulis aut (ut alii hñt) ramuſculis, oleæ. i. arboris olliferæ apud Athe. primũ, ut q̃dã uolũt repertæ. Probabile inſtitutũ. i. quod inſtitutũ Athenien. eſt ꝓbabile cõmẽdabile, ſiue uel ĩtueri rẽ. i. effectũ ipſum. Nã ꝑ talẽ uiã ꝓuocant ciues ad fortiter agẽdũ, ſiue ꝑſonã, hic eſt pericles, q̃ talẽ honorẽ bene meritus fuerat. Nã & honos. i. honor, eſt uberrimũ alimẽtũ. i. nutrimẽtũ uirtutis, uñ Naſo laudataq; uirtus, creſcit, & imẽſum gloria calcar hẽt. Et pericles ciuis ille Athe. dignus ſup. erat, ut eſſet iis, a quo potiſſimũ poſteritas caperet initiũ talis muneris. i. coronę oleaginę dãdi.

Age. &c. Proſequit̃ inſtitutũ Athe. circa gratos, & igratos dicẽs Age adhortãdi uox ẽ, ut diligẽtius rñdeat, qđ. i. quale ſup. eſt illud iſtitutũ Athe. q̃. i. q̃tũ memorabile. i. dignũ memoriæ ꝙ libertus. i. donatus libertate cõuictus. i. ꝓbatus a patrono. i. manumiſſore, igratus. ſ. i patronũ fuiſſe, exuit̃ iure libertatis. i. reuocat̃ in ſeruitutẽ. Patronus ſup. reuocãs libertũ in ſeruitutẽ, inq̃t, ego ſuperſedeo. i. ꝓtereo, & deſino habere te impiũ æſtimatorẽ. i. appretiatorẽ, tãti muneris, quãtũ eſt libertatis ciuẽ. i. in numero ciuiũ hoc eſt nõ reputo te amplius ciuẽ, nec poſſum adduci ut credam utilem ſup. eſſe, aut fore urbi, quẽ cernã domi. i. in patremfamilias ingratũ, & ita ſceleſtum. i. iniquum. Igitur quoniam neſciſti eſſe liber, abi, & eſto. ſ. poſt hac ſeruus.

OLIVERIVS.

¶ INDE Maſſilienſes quoq;. Hi maxima fuerunt amicitia. P. R. deuincti adeo, ut cum cæteræ ciuitatis a Po. Ro. defeciſſent, hi ſoli in fide, & officio permanerent, quod & tempore belli ciuilis fecerunt, unde Stra. lib. iiii. Maſſilienſes inquit, Ro. Po. amicitiam conciliarunt, qui cum illis, permultum utiles eſſent, magnum ex ipſis ſuſceperunt incrementũ, & paulo infra. Tum uero ex Po. Ro. amicitia eximia felicitate florebant in Pompeiana aduerſus Cæſarẽ ſeditione, cum uictæ parti ſeſe addixiſſent magnam ſuæ feli. iac. fe. Inſtitutũ autem fuit, ꝙ ſi q̃s cõperiſſet ſeruũ ſuũ, quem libertate donaſſet ingratum eſſe, uſq; ad tertiã libertatem, poſſet ſe ingratitudinis uitio ulciſci, ſi poſt tertiã libertatẽ rurſus eũ libertũ faceret, non haberet ius in ſeruũ illum. Qui ei ſe toga. qui ſeſe toties periculo obiecit, ſi poſtea periculi pœnam dederit, nullũ habet, quem accuſet, niſi ſeipſum. Maiori ex parte, quia ſunt nonnullę, quæ ſtuprorũ nõ habent, ut apud Plautũ aiularia captiui duo. Talia ſpe. cõ. nam quæ frequẽter ſpectãtur, ea quoq; licentius cõmitti poſſe uidentur, ita nobis ꝑſuademus, nã niſi eiuſmodi, licerent, nõ cõcederentur ſpectari, cõceduntur autem, ergo, licet. Religionis ſimulationem: dum ſimulant ſe religioſos eſſe, ut a labore ſint alieni, nam tũc erant nonnulli, qui ſimulabant religionem, quę potius erat ſupſtitio. Mẽdacem, falſam, & ſimulatam. Fucoſam nõ ſynceram, ſed apparentẽ. A condita ur. Hæc urbs eſt in ſinu Galliæ traſalpinæ, teſte Strabo lib. iiii. q̃ dicit. Quo loco is, q̃ ſinus uocat̃ Gallicus diffundit̃, inq; eo Maſſilia, & Narbo ſunt urbes clariſſimæ, uel te.

Religionis ſimulatio

Solino,

DE DVABVS ARCIS.

Duæ etiam ante portas eorum arcæ iacent: altera, qua liberorum, altera, qua ſeruorum corpora ad ſepulturæ locum plauſtro deuehũtur, ſine lamentatione, ſine planctu, ſine luctu: funeris dies, domeſtico ſacrificio, adiectoq; neceſſariorum conuiuio, finitur. Etenim quid attinet humano dolori indulgere: aut diuino numini inuidiã fieri, q̃ immortalitatem ſuam nobiſcũ partiri noluerit? Venenum cicuta temperatum in ea ciuitate publice cuſtoditur, quod datur ei, qui cauſas ſexcẽtis (Id enim Senatus eius nomẽ eſt) exhibuit, propter quas mors ſit illi expetenda, cognitione virili, beneuolentia temperata: quæ neq; egredi vita temere patitur, & ſapienter excedere cupienti celerem fati viam præbet, vt vel aduerſa, vel proſpera nimis vſi Fortuna (vtraq; enim finiendi ſpiritus, illa ne perſeueret, hæc ne deſtituat, rationem præbuerit) comprobato exitu terminetur. Quam conſuetudinem Maſſilienſium non in Gallia ortam, ſed e Græcia tralatam inde exiſtimo, q̃ illam etiam in inſula Cæa ſeruari animaduerti, quo tempore Aſiam cum Sex. Pomp. petens, Iulide oppidum intraui. Forte enim tunc euenit, vt ſummæ dignitatis ibi fœmina, ſed vltimæ iam ſenectutis, reddita ratione ciuibus, cur excedere vita deberet, veneno cõſumere ſe deſtinarit, mortemq; ſuam Pomp. præſentia clariorem fieri magni æſtimarit. Nec preces eius vir ille, vt omnibus virtutibus, ita humanitatis quoq; laudibus inſtructiſſimus, aſpernari ſuſtinuit. Venit itaq; ad eam, facundiſſimoq; ſermone, qui ore eius, quaſi e beato quodam eloquentiæ fonte manabat, ab incœpto conſilio diu nequicquam reuocare conatus, ad vltimum propoſitum exequi paſſus eſt: quæ nonageſimum annum tranſgreſſa cum ſumma & animi, & corporis ſynceritate, lectulo, quantum dignoſcere erat, quotidiana conſuetudine cultius ſtructo recubans, & innixa cubito. Tibi, inquit, Sex. Pom. Dii magis, quos relinquo, q̃ quos peto, gratias referant: qa nec hortator vitæ meæ, nec mortis ſpectator eſſe faſtidiſti. Cæterum ipſa hilarem Fortunæ uultum ſemper experta, ne auiditate lucis triſtem intueri cogar, reliquias ſpiritus mei proſpero fine, duas filias, & vnum nepotũ gregem relictura ſuperſtitem, permitto. Cohortata deinde ad concordiam ſuos, diſtributo eis patrimonio, & cultu ſuo, ſacriſq; domeſticis maiori filiæ traditis, poculũ in quo uenenum temperatum erat, conſtanti dextera arripuit. Tunc defuſis Mercurio delibamentis, & inuocato numine eius, vt ſe placido itinere in meliorem ſedis infernæ deduceret partem cupido hauſtu mortiferam traxit potionem, ac ſermone ſignificans quaſnam ſubinde partes corporis ſui rigor occuparet: cum iam viſceribus eum, & cordi imminere eſſet locuta, filiarum manus ad ſupremum opprimendorum oculorum officium aduocauit: noſtros autem, tametſi nouo ſpectaculo obſtupefacti erant, ſuffuſos tamen lachrymis dimiſit.

Sollino, in Narbonenſis ꝓuincia a focẽſibus quõdã fugatis. Perſarũ aduẽtu. xlv. Olympiade cõdita fuit. Iuſti. uero dicit, phocẽſes anguſtia terræ coactos, mare curioſius exercuiſſe, piſcãdo, mercando, plerũq; ẽt latrocinio, qđ illis tp̃ibus decus erat. Vir. Cõuectare iuuat ꝑdas, & uiuere rapto. Prędãtes ergo ueniſſe in ſinũ Gallicũ ad hoſtiũ amnis rhodani, & eius loci amenitate captos, domũ rediiſſe, & ſuorũ cõplures ſollicitaſſe, q tãdẽ duce ꝓuenietes Maſ. cõdidere. Rubigine qdẽ exeſus, ꝓ nimia uetuſtate, rubigo gladiũ illũ ꝓpe corrupit.

ASCENSIVS.

FINDE. Trãſit ad mores Maſ. populorũ in ꝓuincia Gallicana, q ex phoceſibus originem traxerũt dicẽs. Maſ. cõſpicui. i. illuſtres obſeruãtia moris priſci. i. antiq; & p̃cipue charitate P. R. uſurpãt quoq; idẽ. i. poſt Ath uſq; ad hoc tp̃s, grauitatẽ diſciplinæ, q̃m. ſ. maſ ꝑmittũt tres manumiſſiões reſcindi. i. reuocari, in eodẽ. ſ. manumiſſo, ſi cognouerint dominũ. ſ. mãumiſſorẽ, deceptũ ter ab eodẽ. ſ. manumiſſo, & nõ putãt ſubueniẽdũ q̃rto errori, qa ſi q̃rto, qs manumiſerit, & poſtea ſe erraſſe oñderit, nõ reuocabat in ſeruitutẽ manumiſſus, qa q ter luſus eſt, malus ſemꝑ talis futurus cẽſendus eſt, q̃ſi dñs accepit iniuriã, iã. ſ. q̃rto loco, ſua culpa, utpote q abiecit ſe toties ei. ſ. ſeruo malo libertate donato. Eadẽ &c. Proſequit̃ alterũ ſeueritatis iſtitutũ maſ. a diuo Aug. l li. de ci. dei magnopꝫ laudatũ dicẽs. Eadẽ ciuitas maſ. eſt acerrima cuſtos ſeueritatis nullũ. i. ullũ, nã dãdo mimis ullũ additũ in ſcenã. i. agendarũ fabularũ locũ, quorũ. ſ. mimoꝝ, hoc ẽ hiſtrionũ mores hoĩũ geſtu corpis imitãtiũ, argumẽta. i. materiæ, ut res tã uerę, q̃ fictę, q̃s agũt, cõtinẽt ex maiore pte act⁹ ſtuprorũ. i. illicitorũ coitũ, iõ aũt nullũ aditũ dedit, ne ꝯſuetudo ſpectãdi talia. ſ. lubrica, & carnalia nõ tñ res obſcœnę oculis, ſed auribus uerbis, q̃tũ fieri põt, captis ſubiiciunt̃, ſed qa ex geſtu, & ꝑſonarũ habitu potiſſima uoluptas dependebat, ſpectare potius, q̃ audire dicebant̃, ſumat. i. ꝑ ſe capiat etiã licẽtiã. i. malã cõſuetudinẽ, aut ꝑmiſſionẽ imitãdi. ſ. turpia, ut ſtupra, aũt pro ſed ciuitas maſ. hẽt portas. ſ. urbis ſuæ clauſas oĩbus, q quærũt alimenta inertiæ. i. ignauiæ, & ocioſitatis, ꝑ aliquã ſimulationẽ religionis, qa multi ſub prætextu religionis molle & inertẽ uitã, etiã tũc ſpectabant̃, ſemꝑ enim religionibus addicti ab externis fuerũt imunes, niſi ſumma urgẽte neceſſitate, hẽt dicit portas clauſas, exiſtimãs ſupſtitionẽ mẽdacẽ, & fucoſam. i. palliatã nã reuera tales mollicię uitę ſectant̃ ſub mouẽdã eſſe. ſ. ab urbe ſua. Cæterũ. i. ſed, gladius, quo noxii. i. ſontes, & maleficio cõuicti, iugulant̃. i. necantur, eſt ibi ab urbe cõdita. i. ab eo tẽpore, quo primũ urbs earũ fuit cõdita, qdẽ. i. certe, exeſus. i. corroſus, & partim corruptus, rubigine. i. uitio illo ferri, diu ſine uſu tẽti, & uix ſufficiẽs miniſterio. ſ. decollãdi, aut iugulãdi, ſed iudex. i. mõſtrator, & ſignificator, oĩa momenta. i. diſcrimina, aut efficaciæ, ſeu ut dicũt iportãtiæ, antiquę cõſuetudinis ſeruãda ſube eſſe, quoq;. i. etiã in minimis rebus. q. d. ne dũ in maximis.

OLIVERIVS.

FDVÆ etiã. Hãc etiã conſuetudinem Maſſi. ſeruabãt, q̃ & duas arcas ante urbem ſuam conſtituere, in quarũ altera ſeruorũ corpora, in altera liberorũ portarẽtur ad ſepulchrũ, & cũ cadauer ad funus effertur, nemo eſt qui lugeat, & pectora plãgat. Plauſtro, nõ humeris hominũ ad ſepulchrũ efferebant̃ cadauera, ſed plauſtro. Lamẽtatione, q̃relaẽ. Planctu. pulſatiõe pectorũ, nec q̃relis, nec plãctibus funera ſuorũ comitabant̃. Funeris dies lugẽdi funeris. Domeſtico. qa dom⁹ funeſta dicit̃ eius q mortuus eſt. Etenim qd attinet. Laudat hoc ꝓpoſitũ, & iſtitutũ maſ. dicẽs nil aliđ facimus, dũ q̃relis, & lachrymis iſiſtimus, niſi q̃ dolorẽ noſtrũ augem⁹, & inuidiã deorũ ꝓuocamus. Indulgeri. opera dari, ſicut Cice. dicit. Nõ itelligis duplicari dolorẽ. Immortalitatẽ. q̃ nos imortales facere noluerint, ſicut ipſi sũt. Cicuta tẽperamẽtũ. Cicuta uenenoſa herba eſt, teſte Pli. li. xxv. nat. hiſt. q Cicuta, inqt, quoq; uenenũ ẽ, publica Athe. pœna iuſſa, ad multa uſus nõ omittẽdi, ſemẽ hẽt noxiũ, & reliqua. Sexcẽtis Senatoribus. ſ. q ſexcẽti erãt, nã cõſiliũ eorũ ſexcẽti appellãt̃ Stra. lib. iiii. Cęterũ Maſſilieſes rẽ urbanã per optimates, & ariſtocratiã regẽtes, oẽs legũ æquitate ſuperãt cõſiliũ ſexcẽtis ex uiris inſtituentes, qui quoad uita ſuperſit, id honoris genus hãt, quos timidos, id eſt honorificos appellãt. xv. uero Senatus ſunt principes, qbus q̃ ad manus prõpta obueniũt mo

Cicuta

DE RITV MASSILIENSIVM.

Sed vt ad Maſſilienſiũ ciuitatem, vnde in hoc diuerticulum exceſſit, reuertar: intrare oppidum eorum nulli cum telo licet, præſtoq; eſt, qui id cuſtodiæ gratia acceptum, exituro reddat, vt hoſpitia ſua, quemadmodum aduenientibus humana ſunt, ita ipſis quoq; tuta ſint.

derari, & regere datũ eſt, rurſus, ex his .xv. tres ſunt p̃ſides, qbus plurimũ poteſtatis attribuit, uerũ ex his nemo timidus creat, q liberos nõ habeat, ne ue de ciuiũ ſanguine tertiã p generatione ortus ſit. Mors expetẽda, q iuſtã cauſam moriendi ſe prubaue rint habere, his publice hoc uenenũ hauriẽdũ datur. Temperata beneuolentiæ, q eos nolint temere mori uirili, de his, q uiriliter mori uolunt. Ordo eſt. Cognitióe uirili temperata cũ beneuolentia, cognitio uirilis eſt de his, qui fortiter mori uolũt, quæ tẽperatur hac beneuolentia, ne ſine cauſa moriant. Sapienter. hoc ptinet ad uirilem cognitionem. Nam utraq;, utraq;, inqt, fortuna tam diuerſa, quam proſpera cauſam moriẽdi p̃bet hominibus. Nã ſi aduerſa fuerit, nolũt in ea diutius pmanere, ſi pſpera, dubitãt ne deſerat eos, & in aduerſam incidant. Iulide op. eſt inſulæ. Cææ. Clariorẽ fieri, ut mors ſua p̃ſentia Pompeii celebraretur. Inſtructiſſimus, paratiſſimos, munitiſſimus. Inſana in hoc uno inſana erat, q mori uolebat. Syncetitate, integritate. Syncerus dicit ille, qui plane purus eſt, ſine ulla mixtione malitiæ, ut mel ſine cera Sincerũ dicimus. Dii. quos relinquo. ſ. ſuperi. Quã quos peto. ſ. inferi. Nec ho. vi. meæ, qm a pposito eã reuocare ſtuduerat. Ipſa epi. eſt, ipſe lego, ipſe legis, ipſe legit. Nã ad omnẽ perſonã referri poteſt. Sacriſq; do. ut diis penatibus ſacrificia facerent. Maiori fi. ita mos erat, ut maioribus natu ſacra domeſtica traderent. Conſtanti firma, & nõ tremebũda.

Mercurius infernus

Defuſis me. liba. ideo Mercurio libauit, q dr̃ animabus pẽeſſe. Virg. Animas ille euocat orco, pallẽtes alias ſub triſtia tartara mittit, eſt aũt deorũ nũcius, qui nõ ſolũ diis ſuperis, ſed inferis quoq; miniſtrat. Placido itinere, æquo non aſpero uia, planiore in cãpos Elyſios. Deſuſis autẽ dixi facti ſacrificiis, uel in terrã fuſis, antequã libaret, fudit aliquantulũ potionis in terrã. Subinde. deinceps, q dicebat, qũo rigor prĩo pedes occupaſſet, deinde ad genua pueniſſet, poſtea ad cor aſcẽdiſſet. Opprimẽdorũ ocul. claudẽdorũ oculorũ. Virg. Preſſi ue oculos, & funera laui. cõſuetudo enim erat, ut ppinquiores mortuis lumina clauderent. Tamen aduer. ad id, quod dixit, obſtupefacti, quaſi dicat ſi ſtupefacti eramus, non debeamus flere.

ASCENSIVS.

¶ DVÆ aũt &c. Recitat inſtitutũ Maſſiliẽ. de duabus arcis. i. feretris, aut capſulis, ſeu capulis, qbus omniũ cadauera ad ſepulturã deferebãtur, in altera liberorũ, in altera ſeruorũ dicẽs. Aũt p ſed duæ arcæ. i. ciſtę. lignee qbus efferrebant cadauera iacẽt añ portas eorũ, uidelicet Maſſilieñ. altera ſub. arca, iacet ãte portã, qua corpora liberorũ deuehũt plauſtro ad locũ ſepulturæ, & altera ꝗ corpora ſeruorũ deuehunt plauſtro ad locũ ſepulturæ. Et dies funeris finit. i. tranſigit ſine plãctu. i. cõcuſſione mẽbrorũ præ dolore, & ſine luctu. i. ſigno doloris in ueſtitu, ſacrificio domeſtico, & cõuiuio neceſſariorũ. i. cõſanguinitate, aut affinitate neceſſaria cõiũctorũ, adiecto. i. addito quaſi ptinẽti. Etenim (laudat inſtitutũ Maſſilen. in tẽperamẽto luctus dicẽs.) Etenim. i. & certe qd attinet. ſ. ad rẽ. i. qd prodeſt, aut idulgere. i. nimis incũbere dolori humano. i. ppter hominis mortalitatẽ orto, aut inuidiã fieri numini diuino, q ipſum numen diuinũ noluerit partiri. i. cõicare ſuam immortalitatẽ nobiſcũ. q. d. nihil. Et recte id diceret, ſi deus nos imortales eſſe uoluiſſet. Nihil enim iniuſte, aut uult, aut nõ uult. Verũ uoluiſſet quidẽ deus nos eſſe imortales, ſi ptoplaſti obediẽtes eſſe uoluiſſent. Venenum &c. Recitat aliud Maſ. inſtitutũ, tũc quidẽ laudabile, ſed nũc, ſi fieret deteſtabile. Nã iis, quibus ſocietate uitæ honeſta patebat, mors potio uenenata ad hoc publice aſſeruata, cũ nemini liceat ſuæ necis accelerationẽ petere. Ordo eſt. Venenũ tẽperatũ. i. dilutũ cicuta, i. ſucco herbę frigidiſſimę, cuſtoditur pub. in ea ciui. uidelicet Maſ. qd ſup. uenenũ datur ei, qui exhibuit. i. expoſuit. & declarauit ſexcẽtis. ſ. Senato. aut iuridicis uiris (id enim eſt nomẽ Sena.) eius. ſ. ciuitatis cauſa, ppter quas mors ſit expetẽda. i. honeſte, aut rõnabiliter petẽda illi, & hoc cognitione uirili. i. uiriliter mori cupientium tẽperata beneuolẽtia. ſ. iudicũ, q neq; petit temere. i. ſine legitima cã egredi uita, & p̃bet cupiẽti excedere. ſ. uita, ſapiẽter. i. iuſta de cã celerẽ uitã fati. i. mortis, ut uſi fortuna, uel nimis aduerſa, uel nimis pſpera (utraq;. n. fortuna, p̃buerit. i. p̃bere potuerit, rõnẽ ſpũs. ſ. uitalis, finiẽdi, illa. ſ. aduerſa, ne pſeueret, hæc. ſ. pſpera, ne deſtituat. i. derelinquat, q ſummũ ifelicitatis genus) ut Boetius ſentit (eſt fuiſſe infelicẽ, & ideo q aliquo uehemẽti gaudio delibuti erãt, ut Cherea ille in Eunucho Terẽtii, emori exoptabat ne gaudiũ ægritudo cõtaminet aliq̃) ut inquã uſi tali fortuna uehemẽter bona, aut mala terminẽtur exitu. ſ. uitę comprobato. Quã cõſuetudinẽ &c. dicit eſſe cõſuetudinẽ e Cæa iſula trãſlatã, idq; pbat exemplo cuiuſdã mulieris ſic morte obeũtis dicẽs. Quã cõſuetudinẽ, Maſſilieñ. ego exiſtimo non ortã in Gallia, ſed trãſlatã e græcia, inde. i. ex ea re, q ego aiaduerti illã ſeruari etiã in Cęa inſula, ſup. eo tpe, quo tẽpore ego petens Aſiã cũ Sexto Põ. (nõ illo priſco ſed ſui tẽporis uiro) intraui oppidũ Iulide. ſ. noſe. Euenit. n. forte tũc ut fœmina ſummæ dignitatis, ſed iã ultimæ ſenectutis, rõne, cur deberet excedere uita reddita ibi ciuibus, deſtinauit. i. decreuit ſe cõſumere ueneno æſtimauit. i. cẽſuit magni ſup. p̃tii eſſe mortẽ ſuã fieri clariorẽ p̃ſentia Põpeii, uidelicet Sexti. Nec. i. & nõ, & uir ille, uidelicet Sextus Põpe. inſtructiſſimus. i. ornatiſſimus, & maxime p̃ditus, ut oĩbus uirtutibus, ita quoq;. i. etiã laudibus humãitatis. i. clemẽtiæ, nõ ſuſtinuit. i. nõ paſſus eſt, p̃ces eius. ſ. fœminæ aſpnari. i. uilipẽdi. Itaq; ipſe uenit ad eã, & conatus eſt diu ne qcquã. i. fruſtra ſermone facũdiſſimo, q manabat ex ore eius. ſ. Põpeii, q̃ſi e quodã fõte eloquẽtiæ, beato. i. abũdãte. Quę. ſ. fœmina, trãſgreſſa ãni. xc. ſ. ętatis ſuę cũ ſũma ſynceritate. i. puritate, & aĩ & corporis, recubãs i lectulo ſtrato, cultius quotidiana cõſuetudine, quãtũ erat. i. dabat dignoſcere, & inixa cubito, iqt, o Sexte Põpeii, dii magis, quos relinquo. i. ſuperi, aut mũdi huius rectos; quã quos peto. i. quã iferi, referãt tibi grãs, q nec faſtidiſti. i. nõ cõtẽpſiſti ſupbe, eſſe adhortator uitæ meę, nec ſpectator mortis. Cæterũ. i. ſed ipſa. i. ego, expta ſemp uultũ fortunæ hilarẽ. i. fauorabilẽ mihi, ne cogar auiditate. i. pp auiditatẽ uitę, itueri. i. iſpicere ſup. fortunã, aut uultũ eius triſte pmitto. ſ. diis iferis, aut pmuto cũ morte reliqas ſpũs mei. i. qd reliquũ eſſe poſſit uitę, fine pſpero, q relictura duas filias, & unũ gregẽ. i. multitudinẽ nepotũ e filiabus ortorũ, ſupſtitẽ. i. poſt occaſum, & mortẽ meã ſtaturũ, & i uita pmãſurũ. Deide ipſa fœmina cohortata ſuos. ſ. neceſſarios ad cõcordiã p̃trimõio diſtributo eis, & cultu ſuo, ſacriſq; domeſticis traditis maiori filiæ, arripuit dextra cõſtãti. i. cõſtãtis aĩ ĩdice, poculũ, i quo uenenũ erat tẽperatũ. Tũc. i. deinde delibamẽtis, ſeu libamẽtis. i. oblationibus potionis p̃libatę defuſis. ſ. i terrã, Mercurio. i. ad honorẽ Mercurii, & numie. i. diuino auxilio eius. ſ. Mercurii iuocato, ut deduceret ſe placido itinere i meliorẽ ptẽ ſedis iferi. i. apud iferos habẽdę, traxit. i. attraxit, & ibibit cupido hauſtu potionẽ mortiferã, q uenenatã. Ac ſig. ſermõe. i. i loquẽdo, quaſnã ptes corporis ſui, rigor. i. torpor mortis occuparet, cũ eſſet locuta cũ. ſ. rigorẽ, aut ſi legat, ea uidelicet potionẽ uenenatã, uñ rigor ille oriebat iminere. i. appropinquare iã uiſceribus, & cordi, aduocauit manus filiarũ ad ſupmũ. i. ultimũ offm̃, uidelicet oculorũ opprimẽdorũ. i. claudẽdorũ, q a morientibus derelinquũt patẽtes, aũt pſed, ipſa demiſit nr̃os. i. Põpeii, & meos, cæterorũq; Ro. tametſi erant obſtupefacti nouo ſpectaculo, tñ dimiſit ſupfuſos lachrymis. Quo dicto indicat ſuã, & cęterorũ Ro. clemẽtiã.

THEOPHILVS.

¶ COA. Cęa. legẽdũ non Coa. qm ſequitur Iulidẽ intraui. Satis enim cõſtat ex Plinio Iulidẽ unũ eſſe ex oppidis inſulæ Cęæ patriã Simonidis melici. Iulide. corrige Iulidem. Iulis enim Cææ oppidum ab eiuſdem nois fonte dictum. Step. auctor eſt.

OLIVERIVS.

¶ SED ut ad Maſſi, Nunc redit ad propoſitum. Diuerticulũ digreſſionem, digreſſio eſt ab eo diuerti. quod dicere cœperit. Vt hoſpitia ſua quemadmodum, ipſi hoſpitales benigne ſuſciperent peregrinos, ita, ipſi ab hoſtibus tuti eſſe poſſent.

ASCENSIVS.

¶ SED VT &c. Redit ad narrationem inſtitutorum Maſſilienſium dicens. Sed ut ego reuertar ad ciuitatem Maſſilienſem, unde ego exceſſi, id eſt extrauagatus ſum, in hoc diuerticulum,

culum.i.in narratione inſtituti Cææ inſulæ. Nulli.i.non uiſi, nõ licet ulli intrare oppidũ eorum.ſ. Maſſil, cũ telo.i.armis inuaſiuis de lõge iaculari ſolitis, & p̃ſto eſt, qui reddat exituro.ſ.peregrino Maſſiliam egredi uolẽti, id ſ.telum acceptum.ſ.ab intrãte.gratia cuſtodiæ. Vt hoſpitia ſua .ſ. Maſſi. quemadmodum ſunt adeuntibus humana.i.benigna, ita ſint tuta quoq;.i.etiam ipſis ſcilicet Maſſilienſibus.

nimos decet. Virgil. Pulchrumq; mori ſuccurrit in armis. Lamentabantur. Contra uero ſi iacuiſſent in lecto metuebãt mortem, & ideo triſtabãtur, q; ignauiter quodammodo, & turpiter perituri eſſent. Hoc idem Cice. lib. Tuſcul. quæſtio. ii.

DE MORE QVEM OBSERVABANT GALLI.

Horum mœnia egreſſo vetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoria proditum eſt, pecunias mutuas, quæ his apud inferos redderentur, dare: quia perſuaſum habuerint, animas hominum immortales eſſe: dicerem ſtultos niſi idem Brachati ſenſiſſent, quod Palliatus Pythagoras credidit.

DE GALLIS.

Auara, & fœneratoria Gallorum philoſophia. Alacris, & fortis Cimbrorum, & Celtiberorum, qui in acie gaudio exultabant, tanquam glorioſe, & feliciter vita exceſſuri: lamentabantur in morbo quaſi turpiter, & miſerabiliter perituri.

DE CELTIBERIS.

Celtiberi etiam nefas eſſe ducebant prælio ſuper eſſe: cum is occidiſſet pro cuius ſalute ſpiritum deuouerant. Laudanda vtrorumq; populorum animi præſtantia, q; & patriæ incolumitatẽ fortiter tueri, & fidem amicitiæ conſtanter præſtandã arbitrabãtur.

DE THRACIA.

Thraciæ vero illa natio merito ſibi ſapiẽtiæ laudẽ vendicauerit: quæ Natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrat, ſine vllis doctorũ præceptis: verũ conditionis noſtræ habitũ præuidit. Remoueat itaq; naturalis omniũ animaliũ dulcedo vitę, q̃ multa & facere, & pati turpiter cogit, ſi ea mortua, aliquanto eius felicior, ac beatior reperietur finis.

OLIVERIVS.

PECVNIAS mu. Opinio antiquorũ ſatis deridẽda. Apud.inferos, dicebant tu mihi.x.aureos mutuabis & ego tibi poſtea totidẽ apud inferos reddã. Quia p̃ſuaſum habuerũt. Credebant ad aliã migrari uitã ſecũdũ Metempſychoſim.

Dicerem ſtul. Dãnarẽ, inqt, eorũ ſtultitiã, niſi hoc idẽ ſenſiſſet Pythagoras. Brachati. Quamuis cis Gallia cõmota uno noĩe appellata, teſte Pli. li. iiii. natu. hiſto. in tria populorũ genera diuiſa eſt, uidelicet in belgicos, aquitanos, & celticos, ſiue Lugdunenſes, quod idem & Cæſar in pricipio cõmẽtariorũ ſuorũ affirmat, tñ inueni nõnullos ex noſtris, qui dicũt triplicẽ Galliã, brachatã, comatã, & togatã eſſe, comatã eſſe, q̃ Lõbardia dr̃, & Galli inſubres. Togatam ab alpibus uſq; ad mare Britãnicũ tendere. Brachatã Narbonẽſem prouinciã, & omnẽ regionẽ, q̃ adiacet rheno. q̃ multas habet p̃tes Burgũdiã, Lotoringiã, Flãdriã, Coloniã, & terrã Ligonẽſium. Palliatus. græcus, qa ut ſupra diximus pallio utebãtur græci, Pythagoras quidẽ credebat animas hominum immortales eſſe, ſed ex uno corpore in alia corpora tranſire, nec uſpiam inferos eſſe.

Brachata Gallia

ASCENSIVS.

HORVM mœnia &c. Secundũ locorum ſitum pulchre tranſit a Maſſilien. ad Gallicanos mores, dicens Vetus ille mos Gallorũ occurrit mihi egreſſo mœnia horũ.ſ. Maſſili. quos.ſ. Gallos, p̃ditũ eſt memoria dare pecunias mutuas aut mutuo, q̃ redderent̃ his.ſ. mutuo dantibus, apud iferos, qa habuerũt p̃ſuaſum, animas hoĩum eſſe immortales, dicerẽ ſup. Gallos ſtultos (qui reuera in eo facto errabant, nõ q; animas imortales credebant, ſed q; talia commertia apud inferos putabãt, ut pecunia opus haberẽt, niſi forte eo animo dabãt, ut pro datis amore dei mercedẽ reciperent) niſi brachati.ſ.Galli, hoc eſt brachis iduti ſenſiſſent, idẽ qđ Pythagoras palliatus credidit.ſ.pecuniã mutuo datam, apud inferos recipi.

OLIVERIVS.

AVARA, & fœne. qui philoſophãtur, ut dicãt animas eſſe ĩmortales, & ideo pecunias mutuo accipiat, ſed nunc optimũ iſtũ fœneratorẽ eſſe dicimus, qui egentibus opẽ præſtat, quaſi qui pro uno centuplũ expectet, adeo & hæc reuera quæſtu nullum maiorem facere poteſt, q̃ pecuniã pauperibus effundere, cõpenſationẽ illius adeo p̃miſſam expectãs, ſed apud ignaros noſtrę fidei uana fuit opinio. Alacris, læta, atq; iucunda, & oſtendit utrãq; rationem, qui in acie gaudio exultabant, qui cum prælio cõmiſſo periculis ſe expoſitos uiderẽt lætabãtur Iulius Cæſ. lib. vi. Druades inquit p̃ſuadent animas nõ interire, ſed ab aliis poſt mortẽ tranſire ad alios. Glorioſe. q; fortiter pugnantes morerentur in acie id ſibi honorificũ, & glorioſum fore credebant, quia nõ, ut ſegnes, & ignaui morerent̃, ſed ut fortes, & magnanimos decet.

ASCENSIVS.

AVARA &c. Trãſit ad mores Cimbrorũ, & Celtiberorum dicẽs philoſophia Gallorũ ſic mutuo dãtiũ eſt ſup. auara & fœneratoria, quia plus recipere ſperabãt, q̃ dederãt, ſed ſup. philoſophia Cimbrorũ, & Celtiberorũ eſt alacris, & fortis, q̃ .ſ. Cimbri & Celtiberi exultabant gaudio in acie.i. quando cũ periculo uitæ prœliabantur, tanquam exceſſuri uita glorioſe, & fortiter. Et lamentabant̃ tur in morbo.i. quando afficiebantur morbo quaſi perituri turpiter, & miſerabiliter.

OLIVERIVS.

CELTIBERI etiã. Proſequit̃ aliud inſtitutũ eorũ fuiſſe, ut cũ milites ducẽ ſuũ amiſiſſent, mortuo duce, ſe interfici malebant, qđ legitur in uita Sertorii. Pro cuius ſalute ſpiritũ deuouerãt, quia in bellum p̃ficiſcentes iurabant in manus imperatoris ſe p̃ ſalute illius fortiter pugnaturos.

ASCENSIVS.

CELTIBERI ducebant .i. exiſtimabant etiã nefas eſſe ſupereſſe prœlio, quã is occidiſſet, uidelicet princeps eorũ p̃ cuius ſalute ipſi deuouerant.i. morti addixerãt ſpiritũ .i. uitã ſuã Præſtantia animi utrorũq; populorũ eſt laudãda, q;.i. qa, &.i. ſimul, tueri.i. tuebãtur fortiter incolumitatem patriæ, & arbitrabantur fidem.i. fidelitatem præſtandam amicitiæ.

OLIVERIVS.

THRACIÆ uero. Aliud inſtitutũ. Natio, regio thraciæ.

Sapiẽtię. nã re ipſa potius, q̃ doctrina, & præceptis philoſophiæ præſtãt. Celebrant. frequentant. Quæ na. duo dicit, & naſcentes flere, & morientes lætitia p̃ſequi cõſueuiſſe, ideo aũt naſcentes deflebãt, quaſi labores, & humanæ uitæ pericula ſubeũtes, moriẽtes uero hilaritate p̃ſequebãtur, quaſi labores illos & pericula relinquẽtes, illud aũt aduertendũ eſt natalem, & per ſe plenum eſſe, ut hoc loco, & apud Virg. Meus eſt natalis iola, & adiectionem recipere, ut apud Terẽ. Porro aũt alio ubi erit puero natalis dies, & apud Iu. Natali coruine die mihi dulcior hæc lux. Hoc aũt iſtitutũ thracũ iõ magis admiratione p̃ſequendũ eſt, qa apud cæteras gẽtes, & p̃ſertim apud Roma. in oĩbus ſacrificiis caſtitas ſeruabat̃, niſi cũ dies natalis celebraret̃, in quo libẽter uoluptatibus operã dabãt, So. in ca. de thratia. Apud plurimos, igt, luctuoſa ſunt puerperia, deniq; recentẽ natũ fletu parẽs excipit, cõtra uerſum læta ſunt funera adeo, ut exẽptos gaudiis p̃ſequantur. Sine ul. docto p̃ce. nõ q; philoſophi p̃cipiãt, ſed q; hoc ex ratione humanæ uitæ collegerint, qa & ortus uitæ humanæ pericula ſubit, & laboris, mors autẽ finis eſt. Sine ul. do. præ. eo magis gaudendũ, q; ipſi potius a natura haberẽ, quã ex ullius doctrinæ perceptione. Habitũ.ſ. prouidit naturã humanã, quæ miſerrima, & fragilis eſt. Remoueatur na. vi. dulce. Niſi nos inqt, nimia uitæ cupiditas tenuerit, intelligimus uitæ introitũ miſerabiliorẽ fore, q̃ exitũ, nã uitæ cupiditas cogit plerũq; nos multa turpiter facere, aut turpiter pati. Vi. dul. ideo dixit, qa oẽ aĩal rõnale, & irrationale uiuere appetit.

Natali

Vita erumnoſa

DE MORIBVS ET RITV LYCIORVM.

Quo circa recte Lycii, cum iis luctus incidit, muliebrem veſte induunt: vt deformitate cultus cõmoniti, maturius ſtultum proiicere mœrorem velint.

DE FOEMINIS INDICIS.

Verum quid ego fortiſſimos in hoc genere prudentiæ viros laudem? Reſpiciantur Indorum fœminæ, quæ cũ more patrio cõplures eidẽ nuptæ eſſe ſoleant, mortuo marito, in certamẽ, iudiciũq; veniũt, quã ex iis maximæ dilexerit: victrix gaudio exultãs, deductaq; a neceſſariis lætum præferens vultum, cõiugis ſe flãmis ſuperiacit, & cum eo tanquã feliciſſima crematur: ſuperatæ cum triſtitia, & merore in vita remanent. Protrahe in mediũ Cimbricã audaciã. Adiice Celtibericã fidem. Iunge animoſam Thraciæ ſapientiã. Annecte Lyciorũ in luctibus abiiciendis callide quæſitam rationem. Indico tamen rogo, nil eorum præferes, quem vxoris pietas, in modum genialis tori propinquæ mortis ſecura conſcendit.

DE PVNICIS FOEMINIS, ET FANO VENERIS.

Cui gloriæ, Punicarum fœminarum, vt ex cõparatione turpius appareat dedecus, ſubnectam. Sicæ enim, fanum Veneris eſt, in quod ſe matronæ conferebant, atq; inde procedentes, quæſtum dotis, corporis iniuria contrahebant, honeſta nimirum tam in honeſto vinculo coniugia iuncturæ.

ASCENSIVS.

THRACIÆ. Proſequiť mores thracũ dicens. Vero .p ſed, illa natio thraciæ, ucndicauerit ſibi merito laudes ſapientiæ. q.ſ. natio celebrat natales hoĩum flebiliter, & exequias hominũ hilaritate ſine ullis p̃ceptis doctorũ. i. docentiũ philoſophorũ. Verũ .i. ſed, ipſa p̃uidit habitũ noſtræ cõditionis. i. ſtatus uitæ, nã naſcẽtes huius mũdi miſerias ingredimur moriẽtes, ſi boni ſumus, ad uitã beatã trãſimus. Igitur qa hæc ſapiẽter fecerunt thraces, naturalis dulcedo uitæ omniũ animaliũ Remoueatur. ſ. ab animis nr̃is q̃. ſ. dulcedo uitæ cogit, & facere, & pati multa turpiter, ſi ea. ſ. dulcedine uitæ mortua, finis eius reperieť felicior, ac beatior aliq̃to.

OLIVERIVS.

DEFOR. cul. Siquidem uirũ uideas, muliebri ueſte indutũ, deforme ſpectaculum uidebis. Lycia. lyciæ .puincia eſt in minori Aſia ab oriẽte iuxta Pãphiliã, ab occidente Cariã, uel ut Sol. tradit Ciliciæ confinis i ea ciuitas eſt noie patara, in q̃ Apollinis oraculũ erat, cęteris claritate p̃ſtantius unde Virgil. Lycias ſortes appellat Apollinis oracula, qui in lycia reſponſa dabat. In Lycia eſt mons ille chimera notabilis, & ubique celeber, de cuius uertice ignis exalat, ſicut & in Sicilia æthna, in campania mõs ueſeuus ignem euomit.

ASCENSIVS.

QVOCIRCA. Apte, qa a conſimili argumento tranſit ad mores Liciorum dicẽs. Quocirca .i. quapropter Lycii. ſ. populi, recte ſup. ſentiũt aut faciũt, quia cum luctus incidit iis ipſi induũt ueſtem muliebrem, ut ipſi cõmoti deformitate cuius. i. ueſtitus, uelint proiicere maturius id eſt celerius mœrorem ſtultum, quia pro re irrecuperabili aſſumptum.

OLIVERIVS.

VERVM quid ego. Sed qd de fortitudine mulierũ dicãť In hoc ge. qď puifaciant uitã Soli. de india, apud eos uero, qbus ad uiuẽdi rõnẽ exactior cura eſt, etiã multæ uxores in eiuſdẽ uiri coeunt matrimoniũ, & cũ maritus deceſſerit aliquãdo apud grauiſſimos iudices, ſuam quæq; demeritis agunt cauſam, & q̃ officio quaſi cæteris p̃ſtãtior ſentẽtiã uicerit, iudicãtiũ hæc palmæ refert p̃miũ, ut arbitrio ſuo cõſcendat rogũ cõiugis, & ſupremis ſemetipſam det eius iferiis cæteræ cũ nota uiuũt Cic. li. Tuſ. q̃ſti. q̃ſtione. v. Mulieres, inq̃t, in India, cũ earum cuiuſuis mortuus uir fuerit, in certa mẽ incidit, ideq; ueniũt, q̃ plurimũ dilexerit uir (plures enim ſingulis ſolẽt eſſe nuptę) q̃ uictrix eſt, ea læta, pſequẽtibus cũctis una cũ uiro in rogũ iponiť, aliæ uictę mœſtę diſcedũt. In certamẽ, iudiciũq;. Quia prio certãt inter ſe, & ex certamĩe deĩde ſequiť iudiciũ. Tãquã feliciſſima, iſtar felicitatis. Superatæ, ſicut illa lęta moriť ita cęterę triſtes in uita pmanẽt q̃ ſuperatæ ſunt. Protrahe in mediũ. Cõparat hanc mulierẽ fortitudinẽ his oibus exẽplis q̃ ſupra poſuerat. Cimbricã audaciã, qui fortitee in bello moriunť. Celtibricã fidẽ, q ſe morti .p ſalute iperatoris ſui deſtinãt. Thraciæ ſapiẽtiã. qui natales ſuorũ lugẽt, in morte uero gaudẽt. Lyciorũ. qui muliebeẽ ueſtẽ accipiũt, cũ ſibi lugẽdũ fuerit. Indico tñ Ro. idicarũ mulierũ, hoc eſt ex india, tñ, quãuis hęc omnia laudanda ſint.

ASCENSIVS.

VERVM &c. Infert exẽplum indicarum fœminarũ, cũ earundũ laude dicẽs. Verũ qd. i. ad qd ego laudẽ fortiſſimos uiros in hoc genere prudẽtię? qua. ſ. paruifaciũt hãc uitã. q.d. fruſtrã, cũ fragilior ſexus in ea re plus laudis mereať. Nã reſpiciant fœminæ Indorũ q̃ cũ ſoleãt eſſe cõplures nuptæ eidẽ. ſ. uiro, more patrio, deniunt marito mortuo. i. poſtquã maritus eſt mortuus. In certamẽ. i. cõtẽtionẽ, & iudiciũ. ſ. grauiſſimorũ uirorũ, q̃. ſ. uxorẽ ex eis. ſ. cõpluribus maritus dilexerit maxie, uictrix .i. iudicata maxie dilecta fuiſſe, exultãs. i. tripudiãs gaudio & deducta a neceſſariis. i. pximis parẽtibus p̃ferẽs. i. ante ſe ferẽs, & oñdẽs lętũ uultũ ſupiacit ſe flãmis. i. i rogũ ſeu ignẽ ardentẽ, cõiugis. i. quo cadauer mariti cõburiť, & cremať cũ eo tanquã ſup. eſſet feliciſſima, ſuperatæ. i. minus dilectæ iudicatæ remanẽt in uita cum triſtitia, & mœrore. Protrahe &c. loquẽs de excellẽtia huiuſmodi facti i tẽperatiõe ad aliorũ facta dicit, ptrahe in mediũ qa res collatę cõparari poſſũt, dũ ſimul cõſpiciuntur audaciã Cimbricã. i. Cimbeorũ exultãtiũ, dũ in p̃lio, cadũt, adiice fidẽ in ducẽ, & principẽ, Celtibericã. i. Celtiberorũ populoꝝ ex celtis, & hiberis cõſtãtiũ, q duce cadẽte ſupſtites eſſe recuſãt, iũge animoſam ſapiẽtiã Thraciæ. i. thracũ, exequias gaudio celebrantiũ, & natales luctu, ãnecte rationẽ lyciorũ q̃ſitã. i. inuẽtã callide in abiiciẽdis luctibus, qa turpe ẽ i ueſte muliebri diu cõſpici, tñ tu nihil eoꝝ p̃feres. i. plus laudãdũ iudicabis: rogo. i. igni incẽſo, idico .i. idicoꝝ maritorũ, quẽ. ſ. rogũ pietas uxoris. i. uxor pia in maritũ, ſecura. i. ſeorſum a cura mortis .ppinq;, cõſcendit. ſ. læto ultu, & apparatu in modũ thori genialis. i. quo gñatiõ .p lis a cõiugibus opa dari ſolet.

OLIVERIVS.

DEDECVS flagitium. Sycæ uebls punicæ. Corporis iniuria, uidelicet ſtupro nulla enim maioe corpis iniuria eſſe põt, q̃ ſe ipudicas facere. Hoc ẽt refert Hero. mulieres, antequam ad nubilem ætatẽ pueniſſent ad tẽplũ uenire cõſueuiſſe, & corpus ſuũ in publicũ exponẽtes, eoq; dotẽ ſibi cõparare ſolitas fuiſſe. Honeſta cõiugia, quia conſtat poſt coniugium illas omnium caſtiſſimas mulieres fuiſſe.

ASCENSIVS.

CVI gloriæ. Affert turpe iſtitutũ punicarũ mulieeũ non ſine odii in punicũ nomẽ ſuſpitiõe, nã & Cypriæ idẽ factitaſſe legũť. Ordo ẽ. Cui glorię. ſ. indicarũ mulierũ ego annectã, dedecus. i. dedecens, & turpe flagitiũ fœminarũ punicarũ, ut ipſum dedecus appareat turpius ex cõparatione (quia ſi mediũ cõparatum uni extremo habet rationẽ alterius, unũ extremũ cõparatu ad alterũ egregiæ elucebit.) Enim .p qa, fanũ. i. tẽplũ Veneris eſt Sycæ. i. in ea urbe Africæ, in qď. ſ. fanũ matronæ. i. q̃ matresfamilias aut erãt, aut eſſe uolebãt, cõferebãt ſe, atq; pcedẽtes inde. ſ. in pub. cõtrahebãt. i. accumulãt q̃ſtũ. i. lucrũ. i. acq̃ſitione dotis iniuria. i. ſtupro corporis, qa uiuũ Veneris in corpus peccat, nimirũ. i. certe (& ẽ ieonia, cũ tamen conſtet caſtiſſimas deinde uixiſſe) iũcturæ. i. initurę cũ maritis, cõiugia honeſta tã inhoneſto ui. ſ. dotis ex q̃ſtu meretricio.

THEOPHILVS.

SYCÆ, Ciuitas e regione Byzantii, q̃ ſtrabo ſingulariter appellat. Sicem. Eſt & eiuſdẽ nominis altera Alexãdriæ pxima a Syceo Titane, quem a tergo dum p̃merẽt hoſtes, ad ſe fugientẽ terra mater in ſinum recepit, eiuſq; loco remiſit arborem fici.

Oliuerius.

DE INSTITVTO PROBABILI PERSARVM.

Nam Perſarum admodum probalile inſtitutum fuit, ꝙ liberos ſuos non prius aſpiciebant, ꝗ ſeptimū impleſſent annum, quo paruulorum amiſſionē æquiore animo ſuſtinerent.

DE NVMIDIS.

Ne Numidę quidē reges vituperādi, qui more gētis ſuę nulli mortaliū oſculū ferebāt. Quicquid enim in excelſo faſtigio poſitū eſt, humili, & trita conſuetudine, quo ſit venerabilius, vacuum eſſe conuenit.

DE DISCIPLINA MILITARI. CAP. II.

VEnio nunc ad præcipuum decus, & ad ſtabilimentum Ro. imperii, ſalutari perſeuerantia ad hoc tempus ſyncerum, & incolume ſeruatū, militaris diſciplinæ tenaciſſimū vinculū, in cuius ſinu, ac tutela, ſerenus, trāquilluſq; beatæ pacis ſtatus ageſcit.

DE SCIPIONE.

P. Cornelius Scipio, cui deleta Carthago auitū cognomen dedit, Cos. in Hiſpaniam miſſus, vt inſolentiſſimos Numantinæ vrbis ſpiritus, ſuperiorum ducum culpa nutritos, contunderet, eodem tēporis momēto, quo caſtra intrauit, edixit, vt omnia ex iis, quæ voluptatis cauſa cōparata erant, auferrentur, ac ſummouerentur. Nam conſtat tum maximum inde inſtitutorum, & lixarum numerum, cum duobus millibus ſcortorum abiiſſe. Hac turpi, atq; erubeſcenda ſentina vacuefactus exercitus noſter, qui paulo ante, metu mortis, deformi ſe fœderis ictu maculauerat, erecta virtute, recreataq;, acrem illā, & animoſam Numantiam incendiis exuſtam, ruiniſq; proſtratam, ſolo æquauit. Itaq; neglectæ diſciplinæ militaris indicium, Mancini miſerabilis deditio, ſeruatę merces ſpecioſiſſimus *Scipionis* triumphus extitit.

OLIVERIVS.

NAM Perſarum. Hoc quoq; tradit Hero. inter cętera, ut cum primum pueri cœpiſſent loqui, eos ueritatem dicere aſſueſcerent ſi uero aliquid minus uerum dixiſſent acriter puniebantur, deinde hoc quoq; inſtituerant, nō prius filios uiderent, quam ad ſeptē annos perueniſſent, ne tenellæ ętatis charitate corriperent ut ſi mortui eēnt minus, dolerēt eoꝝ interitū. Nā uſq; ad. vii. annū ſolet ętas illa in nimio diſcrimine uitę uerſari ꝓpter uermes.

ASCENSIVS.

NAM Perſarum &c. Ne externas nationes uituperio proſequi conſtituiſſe putetur dicit eas quidem damno, ſed non omnes nationes. Nam inſtitutum perſarum fuit probabile admodum. i. ualde quod non prius aſpiciebant liberos ſuos, ꝗ. ſ. liberi, impleſſent. vii. annū, ſ. ętatis ſuę, quo. i. ideo, ut ſuſtinerent. i. perferrent amiſſionem paruulorom, utpote non uiſorū, animo ęquiore. i. placatiore, & minus doloſ excedēti.

OLIVERIVS.

NE Numidæ quidem. Dicit reges Numidas ſeruaſſe, ut nemini oſculum darent: nam qui ingt, in ſummo dignitatis gradu conſtituti ſunt, non debent ſe nimium familiares hominibus reddere. Faſtigio. ſummo gradu uenerabilius: nam quicquid rarū eſt, idetiā præcioſum quæ uero ſunt nimiū cōſueta, ea ſolent uiliora quoq; haberi.

ASCENSIVS.

NE Numidæ quidem. Laudat grauitatem regum Numidarum utens ea forma dicendi, quæ uti ſolemus, dum aliquid alicui attribuimus, cui minime conuenire uideat. idq; cui attribuimus inter ne & quidem ponimus, ut hoc loco autor noſter dicēs. Ne quidem. i. non etiā reges Numidę, cū ſint maxime barbari, & pfidi, ſunt uituperandi ſup. in inſtituto ꝙ dicet, q. ſ. reges, nulli mortaliū. i. hominum, ferebāt oſculū. Enim pro quia cōuenit. i. conueniens eſt, quicquid poſitum eſt in excelſo faſtigio. i. culmine honoris, & dignitatis eſſe uacuum conſuetudine humili. i. demiſſa, & abiecta, & trita. i. uulgata inter plebeios quo. i. ad hoc, ut ſit uenerabilius, quia nimia familiaritas contemptum parit.

OLIVERIVS.

VENIO nunc ad præcipuum de. & ſta. Ro. imperii. Expedito inſtitutorum tractatu ad alium tranſgreditur, ubi de diſciplina militari continetur. Stabilimentum. quare militari Po. Ro. nō modo tantū comparauit imperium, ſed partum quoq; ſeruauit. Salutari perſeuerantia aſſiduitate quadā ſalutari, quæ Ro. fuit ſalubris imperio. Nunꝗ enim Ro. a diſciplina rei militaris declinauerunt. Syncerum. inuiolatum. Tenaciſſimum uinculum. quia nullo modo permiſerunt diſciplinam militarem ſolui. Serenus, tranquilluſq;. ſine perturbatione bellorum externorum Tranquillus. ſine diſſenſione ciuium, alibi pacem ſereno tempori, bellum nubilo comparat, ut uidelicet ex nubilo cælum ſerenum hilari aſpectu ſentitur, ſic bellum pace immutatum, multum gaudii ſolet afferre. Cicero. Eo animo gerenda ſunt bella, ut ſine iniuria in pace uiuatur.

ASCENSIVS.

VENIO nunc. Cum præfatione more ſuo tranſit ad diſciplinam militarem, quæ ſpecies inſtitutorum eſſe uidetur unde decenter poſt inſtituta tractatur, eam autem commēdans ait. Ego uenio. i. tranſeo nunc ad præcipuum decus, & ad ſtabilimentū Ro. imperii ſeruatum ſyncerum, & pro. i. incolume ſalutari perſeuerantia ſupple uſq; ad hoc id eſt noſtrū tempus (loquitur autem de ſuo tempore autor, nam nūc penitus petiit) utpote ad uinculū tenaciſſimum diſciplinę militaris, in cuius. ſ. diſciplinę ſinu, ac tutela. i. ꝓtectione ſtatus pacis beatæ. i. oium bonorū abundātis, aquieſcit ſerenus. i. purus a uitio, & trāquillus a motu externo. Nam durante exercitio militari nemo pacem diſturbare auſus eſt.

OLIVERIVS.

P. Cor. Scipi. Primū exēplum ſeruatę diſciplinę Scipio Africanus inferior cum ſucceſſiſſet prioribus ducibus, qui oppugnauerāt Numātiā, & Africā, & pręcipue Mancino, qui a Numantinis cū exercitu obſeſſus ad turpē deditionē uenire coactus eſt, exercitū, qui licentiori diſciplina a priſtinis moribus lapſus fuerat, ante oia incorruptū eſſe curauit, & expurgauit. quo facto Ro. priſtinū uigorē, & conſuetam uirtutē receperē: ita ut facile ſuperiorū ducū errata emendauerit, & ſibi nomē auitū, & laudē comparauerit. Origo, & cauſa belli Numantini teſte Floro, fuit, ꝙ Egidēſes ſocios, & ꝯſanguineos Ro. manibus exceperant Numantini, qui pro illis quoq; deprecati, nihil obtinuerūt. & cū ab oī bellorum ꝯtagione ſe ſubtrahere uellēt pacē a Ro. petierunt, qui in legitimi fœderis pretiū, & eō ditionē iuſſi ſunt arma deponere, quod barbari ęgrius acceperūt, ꝗ ſi manus abſcinderēt. Itaq; repudiatis cōditionibus bellū idictū eſt aduerſus quos miſſi ſunt primo Q. Pom. qui ob infirmitatē, ut uult Li. li. iiii. pacē cū illis fecit, & Numātini fœdus maluerunt, cū illū debellare potuiſſent. deinde M. Pō. qui fuſus, fugatuſq; fuit a Numātinis, cum quibus pacem factam ſenatus irritam cenſuerat, poſtea miſſus eſt Hoſtilius Man qui cōtemptis auſpiciis, atq; prodigiis ut uidimus in. c. de prodigiis uictus a Numantinis, & caſtris exutus, cum ſpes nulla ſeruandi exercitus eſſet, pacem cum his fecit ignominioſam, ꝗ ratā ſenatus eſſe uetuit, dedecuſq; talis flagitii deditione Mancini explauit. nā in ea pugna. xxx. mil. Ro. a quatuor millibus Numantinorum extincta fuerant poſtremo opus fuit eo imperatore, qui Carthaginem euerteret. miſſus igitur eſt Sci. Africanus, qui primum ut diximus corruptum licentia, luxuriaq; exercitum, ad generoſiſſimam militiæ diſciplinam reuocauit. oia. n. delitiarū inſtrumēta recidit. Duo millia ſcortorū e caſtris eiecit, militē quotidie in ope habuit, & . xxx. dierū frumentū ac ſeptenos uallos ferre cogebat, ęgre ꝓp onus incedenti dicebat. cū gladio rete uallare ſcieris, uallum ferre deſinito, alii nimiū parū hilariter ſecutum amplius iuſto ferre iuſſit, neq; id ſe reprehendere, quoniam melius ſcuto ꝗ gladio uteretur, quem militē extra ordinem deprehendit, ſi Rom. eſſet uerbis, ſi extraneus uir

Bellū Numantinū.

gis cecidit. Iumenta quidem omnia ne exoneraret milites, uens didit. Acrius igitur in caſtris q̃ in cãpo cum milite ſuo q̃ cũ Numantinis illi prælianndũ fuit, quippe aſſiduis, & iniuſtis, & ſeruilibus maxime operibus attriti ferre plenius uallũ, q̃ arma neſcirẽt luto inquinari, qui ſanguinẽ nollent, iubebantur, calones, ſarcinæ, niſi ad uſum neceſſariæ amputabãtur, tãti eſſe exercitũ, quãti imperatorẽ uere proditũ eſt, & ſic redacto in diſciplinã militẽ cõmiſſa acies, ꝙ nemo uiſuꝝ ſe nunq̃ ſperauerat, factũ eſt, ut fugientes Numãtinos ui deret, de quorum debellatione alio loco dicemus. nã hoc q̃tũ ad diſciplinã militarẽ ꝑtinet di ximus. de qua Frõ. li. iiii. ca. i. Sci. inquit ad Numantiã corruptum ſuperiorũ ducũ ſecordia exercitũ correxit. dimiſſo ingẽti lixarũ numero, redactis ad munus quotidiana exercitatione militibus, q̃bus cũ frequens iniungeret iter portare cõplurĩũ dierũ cibaria imperabat, ita ut frigora, & imbres pati uada fluminũ pedibus traiicere aſſueſcerent milites, exprobrãtẽ imperatorẽ timiditatẽ, & ignauiã, & frãgẽtẽ delicatioris uſus ac parũ neceſſaria, & expeditioni uaſa, ꝙ maxime notabiliter accidit. ſ. Neuio trib. ple. cui dixiſſe tradit̃ Sci. mihi pauliſper tibi, & reip. ſemper neceſſarius nequaq̃ eris. Superiorũ ducũ culpa. Q. Pompei M. Põpilii, & Mancini, quorum unus. ſ. Põ. re infecta, ut diximus, diſceſſit alter fuſus, fugatusq; fuit a Numantinis, tertius iniuſſu ſenatus turpe fœdus cũ hoſtibus fecit, quod ſenatus ratũ non habuit, itaq; Scip. miſſus ad accipiendũ exercitũ eũ oĩ genere hoium inutiliũ expurgauit, & ſub eo milites Ro. audaciã cũ priſtina uirtute recuperarũt. Sci. uero nomẽ auitũ ſecutus eſt, ut Africanus diceretur: nã Celtiberos, Vacceos, Cãtabres, & alios populos in Hiſpania uicit, & ſubacta Africa Cartha. deleuit, Numantiã ferro fameq; cõſumpſit. Sũmouerẽtur. remouerẽtur, in hoc exercitu. lx. mil. militum fuerũt. Inſtitorum. inſtitores dicũtur, qui iumenta, quibus uenalia uehũtur, agũt. erãt. n. negociatores, q̃ res eſculẽtas, a loco ad locũ trahebãt dicti ſunt inſtitores, eo ꝙ inſtãt iumẽtis, quę mercibus ſuis onerata impelluntur ad locũ, ubi merces emere, ſeu uẽdere cõſueuerũt. Lixarũ. lixæ dicuntur mercenarii, qui exercitus in expeditione ſequũtur, ꝓprie aũt dñr miniſtri militũ, q̃ a q̃ militibus afferũt. Nã antiqui lixã aqua dixerũt, unde elixũ, aq̃ coctũ, & elixare aqua mollire.

Scorta — Scortorũ. ſcorta dñr meretrices a ſcortis, quas pelliculas appellabãt antiqui, q̃bus incubare ſolebãt, & q̃a meretrices nõ aliter uiris ſubiciũtur, ac pelliculę, propterea ſcorta appellarunt. Turpi. & er. ſe. Sẽtina ꝓprie eſt aqua fœtidiſſima in fundo nauis, quę uomitũ nautis ꝓuocat. unde Sentina dicta eſt a ſentiendo, eo ꝙ malo ſentiatur odore, ꝑ trãſlationẽ exercitus purgamẽta ſentinã appellat. Deformi fœ. ict. q̃a turpe fœdus, ictũ fuerat inter Mãcinũ, & Numãtinos, ꝙ P. R. improbauit, ꝙ eius iniuſſu factũ fuiſſet. Acrẽ. fortẽ, aioſum, q̃a cũ ad extremã neceſſitatẽ. Numantini redacti eſſent, ne in Ro. ꝑtãtem uenirẽt cumulũ ipſi in foro rerũ oium ſuarum erexerunt, & uxores, ac liberos. i. deinde ſubiecto igni iniecerunt. Conſtat Numantinos fortiſſimos fuiſſe uiros. Str. li. iii. Numãtia inq̃t nobiliſſima ciuitas eſt, quę bello. Celti. ꝙ aduerſus P. R. geſtũ eſt uirtutẽ ꝓpriã oſtẽtauit, ꝙ. xx. perdurauit annos. cõplures. n. exercitus cũ imꝑatoribus ad internetionẽ detracti: nouiſſime aũt Numãtini obſidione cincti diuturna patientia tollerarunt. Indiciũ Deditio Mãcini indicauit, ꝙ eſſet negligere diſciplinã militarẽ. triũphus Scipionis pręmiũ extitit ei, qui militarẽ diſciplinã iã prolabentẽ ſuſtinuit, & in priſtinum ſtatum redegit. Mãcini. Cũ ille fœdus cũ Numantinis turpe, & ignominioſum percuſſiſſet, quia id P. R. non probauerat, ipſe autor hoſtibus deditus eſt, ut omni religione populus ſolueretur.

DE METELLO.

Eius ſectã Metellus ſecutus, cũ exercitũ in Africa Iugurthino bello nimia Sp. Albini indulgẽtia corruptũ Cos. accepiſſet: oĩbus imperii neruis ad reuocandã priſtinæ diſciplinã militiæ cõnixus eſt, nec ſingulas partes apprehendit, ſed totã cõtinuo in ſtatũ ſuũ redegit. Protinus namq; Lixas e caſtris ſummouit, cibumq; coctũ venalẽ proponi vetuit: in agmine neminẽ militũ miniſterio ſeruorũ, iumentorũq;, vt arma ſua, & alimenta ipſi ferrẽt, vti paſſus eſt. Caſtrorũ ſubinde locũ mutauit, eadem tanq̃ Iugurtha ſemꝑ adeſſet, vallo, foſſaq; aptiſſime cinxit. Quid ergo reſtituta cõtinẽtia? q̃d repetita ĩduſtria ꝑfecit? Crebras. ſ. victorias, & multa trophæa ꝑepit ex eo hoſte, cuius tergũ, ſub ambitioſo imꝑatore, Ro. militi videre nõ cõtigerat. Bñ ẽt illi diſciplina militari aſſuerũt, q̃ neceſſitudinũ ꝓruptis vinculis, vltionẽ, vindictãq; læſæ cũ ignominia domuũ ſuarũ exigere nõ dubitauerunt. Nã P. Rutilius Cos. eo bello, q̃d ĩ Sicilia cũ fugitiuis geſſit, Q. Fabiũ generũ ſuũ, q̃a negligentia Tauromunitanam arcẽ amiſerat, prouincia iuſſit decedere.

ASCENSIVS.

PVBL. &c. Primum exẽplum affert de P. Cor. Sci. dicens. P. Cor. Scip. ſ. Africanus minor, cui Carthago delata. i. aſſignata a ſenatu, ut eã expugnet, dedit cognomen auitũ, quia inde Africanus dictus eſt, ut auus eius. i. Africanus maior dictus fuerat, cõſul. i. cũ eſſet cõſul, miſſus in Hiſpaniã, ut cõtunderet. i. cõtereret & deprimeret inſolentiſſimos, ſpiritus. i. Numãtinorũ ciuium nutritos culpa ducũ. ſ. Ro. ſuperiorũ. i. ante Scipi. in Hiſpa. miſſorũ, edixit. i. publice mãdauit eodẽ momẽto tꝑis quo intrauit caſtra. ſ. Ro. ut oĩa q̃ cõparata erãt cauſa uoluptatis auferẽtur, ac ſummouerẽt̃ ex his. ſ. caſtris. Nã ꝯſtat maximũ numerũ inſtitorũ. i. negociatorũ, & lixarũ. i. miniſtroꝝ militibus in his, qui ipſi facere deberẽt, famulantiũ, cũ duobus millibus ſcortorũ. i. turpi coitui ſeſe exponentium, ut uero ſimile eſt utriuſq; ſexus abiiſſe, tũ. i. tunc poſt edictũ, inde. i. ex caſtris ro. uacuefactus. i. euacuatus hac turpi, atq; erubeſcenda ſentina. i. ſordidã, hoc eſt ſordiſſimorũ hoium colluuie, q̃ maculauerat ſe pauloante deformi ictu fœderis. ſ. percuſſi inter Mancinũ, & Numantinos, metu mortis, uirtute. ſ. priſtina erecta, & recreata. i. poſtq̃ ipſe exercitus recepit uirtutẽ priſtinã ꝑ diſciplinã militarem, æquauit ſolo, illam acrẽ, & aĩoſam Numantiam. ſ. prius exuſtã incendiis, & proſtratam ruinis. Itaq;. i. & ita, deditio miſerabilis Mancini, qui, quia fœdus non approbabatur a ſenatu, hoſtibus deditus eſt, fuit indicium. i. ſignum militaris diſciplinę neglectę. i. ꝙ eam neglexerat, & triumphus ſpecioſiſſimus Scipionis de Numantinis fuit merces. i. præmiũ, ſeruatæ. ſ. diſciplinæ militaris.

OLIVERIVS.

Q. Metellus — EIVS ſectam Me. Frõ. lib. iiii. ca. i. Q. Metellũ bello Iugurtino ſimiliter lapſam diſciplinam pari ſeueritate reſtituit. cum inſuper prohibuiſſet alia carne, q̃ aſſa, elixa ue milites uti. Sectam. eſt tranſlatio ſumpta a philoſophis: nam qui Socra. aut Ariſto. opinionem ſequuntur, ſectam ſequi dicuntur, a ſectando dicta, eo ꝙ in diuerſas opiniones ſecarẽtur, hoc eſt diuiderentur, q̃uis ſi diligentius conſideremus ea, quæ ipſi ſumebant oĩno tñ ad uirtutem ſpectare inueniemus. Iugurthino bel. bello, quod geſtũ fuit contra Iugurtham ſolent. n. bella a deuictis hoſtibus denominari. Sp. Al. Sp. Albi. primus fuit, qui conſul, & imperator miſſus a ſenatu contra Iugurtham molliter nimis, ac licenter exercitum habuerat, ut apud Sal. uidere licet. Neruis. nam neruí corporis uires ſunt eodem modo neruos imperii, uires, & potentiam appellat. Nec ſin. per nec, inquit, ſenſim milites corrigere cœpit, ſed eodem momento temporis uniuerſum exercitum purgauit. Singulas partes. ut ſenſim milites ad rectam diſciplinam redigeret. Cibumq; co. nolebant, ut cibaria, & eſculenta ꝓponerentur uenalia ne milites cibo præparato ueſcentes molliores redderentur. Neminem mi. ſcilicet gregariorum. nam centuriones, decuriones, & tribuni militum ſuos habebat milites, & gregarii dicebantur, qui nulli præſunt ordini, ſed de grege ſunt. Miniſterio nec ſeruos habebant, qui ſibi miniſtrarent. Iumentorum. quæ ſarcinas ſuas ueherent. Alimenta. cibaria, quibus in dies ueſcerentur. Subinde. deinde, ut ipſo itinere milites exercerentur. Eadem. tanquã Iugurtha. Cum caſtra frequenter moueret, ſemper ea uallo, foſſaq; circundabat, tanq̃ hoſtis inſtaret. Quid. e. nunc probat, quid Metel. fecit. Multa trophæa.

Trophæ — Trophæum dicitur honor, qui hoſtibus uerſis in fugam comparatur, dictum a τροπὴ. i. conuerſione. Græci conſuetudinem induxerunt, ut uictori trophęum ſtatueretur. Erat autem columna marmorea, ubi literæ inſculpebantur, quibus uictos hoſtes terga dediſſe ſignificabatur. Multa trophæa Dux, qui hoſtilem

in fugam

DE C. COTTA.

Nam C.Cotta P.Aurelium Pecuniolã, ſanguine ſibi iunctũ, quẽ obſidioni Liparitanæ ad auſpicia repetenda Meſſanã tranſiturus p̃fecerat. virgis cęſum, militiæ munere inter pedites fungi coegit, ꝙ eius culpa ager incenſus, & pene caſtra erant capta.

DE Q. FVLVIO.

Q. etiam Fuluius Flaccus cẽſor, Fuluium fratrem cohortẽ legionis, in qua Tri. militũ erat, iniuſſu conſulis domũ dimittere auſum, ſenatu amouit. Tam digna exẽpla, tã breuiter, niſi maioribus vrgeret, nõ referrentur: Quid. n. tam difficile factu, q̃ copulatæ ſocietati generis, & imaginũ, deformẽ in patriã reditũ indicere? aut cõioni nominis, ac familiæ veteris propinquitatis ſerie coherenti, virgarum contumelioſa verbera adhibere? aut Cenſorium ſuperciliũ aduerſus fraternam charitatem diſtringere? Dentur hæc ſingula q̃uis claris ciuitatibus, abunde tamen gloria diſciplinæ militaris inſtructæ videbuntur.

in fugam conuerteret, trophęum merebatur, qui uero ultra certum numerum hoſtium occiderat, ita ut plenam uictoriam conſequeretur, triũphum mereri dicebatur. Sane nõnunq̃, & arbor, in qua hoſtium ſpolia affigebãtur, & id ędificiũ, in quo res geſtæ ſcribebantur, trophęa illius dicta ſunt ut Marii Cimbra. Ser. ſul. x. enim refert, ꝙ Sa. In hiſ. de Põ. deuictis Hiſpanis trophęa i Pyrenęis iugis conſtituit, ex quo more i urbibus fingũtur in arcubus ex ædificatis. Vir. dicit Aeneam de Mezentio trophęũ conſtituiſſe, cum ait in. xi. deciſis undiq; ramis. conſtituit tumulo, fulgẽtiaq; induit arma, Mezẽti ducis exuuias tibi magne trophęũ, dedit Aeneę trophęũ, Vir. non dũ plenã uictoriã ꝯſecuto, qui occiſo Mezen. fugauerat exercitum. Amb. in Sp. Albino, qui uidelicet quęreret ſe tantũmodo militibus gratũ facere, ut cupiditati, & libidini militum obſequeretur. uidere nõ contigerat anteq̃ Metel. præeſſet exercitui. Bene ẽt illi. laudat illos, qui milites ſuos ad diſciplinã militarẽ reuocarunt.

Affuerũt. p̃ſentes. hoc eſt propitii fuerũt, & fauerũt. Præruptis uinc. dẽptis, ꝙ obliti ſint illos, ſibi neceſſitudine coniunctos eſſe. Læſę. ſ. diſciplinę militaris. P. Rutilius Cos. eo bello qd cum fugitiuis. i. ſeruis, quorum dux, & aut. fuit Eunus. Nã dum is cum cęteris ſeruis in ergaſtulis teneretur, & habitu corporis, & uiribus præſtans ſuper ſimulatione Syrę deæ eos ad libertatẽ cõparandã adhortãs in unum contraxit ad nu. lx. mil. Hoc aũt ut numine quodã inſtinctus facere uideretur nucẽ enucleatã ſulfure ſtipatã, & igne in os ſumebat, & inter uerba quaſi flãmã amittere uidebatur. Multi imperatores Ro. ꝯtra hos miſſi cũ exercitibus deleti ſunt. Tandẽ M. Perpẽna eos apud Aetnam lõga obſidione preſſos fame cõfecit. Taurominitanã arcẽ. Taurominio mons eſt Siciliæ, & ſuprã illũ ciuitas q̃ Ro. Coloniã eſſe dixit Ptolemęus. At Str. urbẽ nõ mõtem eſſe oſtẽdit li. vii. in deſcriptione Siciliæ, cũ dicit, Vrbes uero extant ad latus euripum efficiens primũ Meſſana, deinde Taurominiũ, & Cathana, & Syracuſę &c. coloniam autem Romanam fuiſſe alio loco oſtendit eodẽ lib. ubi dicit: Ciuitas autem frequentiores habet accolas, q̃ Cathana: nam & habitatores admiſit Rom. plurimos pauciores autem, q̃ utraq; habet Taurominium. fuiſſe uero occupatam a fugitiuis alibi oſtendit his uerbis. Eunus cum fugitiuis obſidione preſſus, illam. ſ. Aetnam; de qua loquitur, præcipuis affecit cladibus, uixq; tandẽ a Ro. euulſi ſunt, eadem mala perpeſſi Cathanenſes, & Taurominitani, aliiq; complures, & reliqua iuxta Taurominium optimi piſces capiebãtur tempore Romanorũ. unde Iuuenal. Mullus erit domino, quem miſit oriſica, uel quã Tauronitanæ rupes: nam a Tauromínio Tauronitanus deducitur. unde Luc. Tauroninitanam uincunt feruore Carybdim. ſicut a Gadibus Gaditanus, a Drepano Drepanitanus.

ASCENSIVS.

FEIVS ſectam &c. Affert exemplum obſeruationis diſciplinæ militaris a Metel. Numidico dicens. Metel. ſ. Numidicus ſecutus ſectam. i. doctrinã in re militari, eius. ſ. Scipionis Numantini, cum ipſe Cos. accepiſſet exercitum. ſ. Roma. in Africa bello Iugurthino. i. quod contra Iugurtham gerebatur, corruptum nimia indulgentia. i. laxitate in obſequendo militum uoluptati, cõnixus eſt oĩbus neruis. i. totis uiribus imperii. i. poteſtatis, qua ipſe imperator fungebatur ad reuocandam. i. reſtituendam diſciplinam militiæ priſtinæ. i. q̃ exercitus prius habuerat. Nec apprehendit partes ſupp. diſciplinæ militaris, ſingularis. i. unamq̃q; ſeorſum, ſed redegit continuo totam in ſtatum ſuũ. Namq; ipſe ſummouit protinus. i. porro tenus, aut ſtatim lixas. i. miniſtros militũ mercede cõductos, ad aquã ferẽdã &c. onera obeũda, & uetuit cibũ coctũ ꝓponi uenalẽ, ut. ſ. coquẽdi labore exercerẽt.

Et neminẽ. i. nõ aliquẽ, nõ eſt paſſus aliquẽ militũ uti in agmine. i. dũ ageretur, ſeu incenderet, & caſtra mutaret exercitus miniſterio ſeruorum, & iumentorũ, ut. ſ. milites ferrent ipſi. i propriis humeris arma ſua, & alimenta ſua. Et ipſe mutabat ſubinde. i. per interualla tẽporis locum caſtrorũ. i. tentoriorum exercitus ſubſidio agentis, & cinxit eadẽ. ſ. caſtra aptiſſime uallo, & foſſa tanq̃ Iugurtha. ſ. rex Numidiæ adeſſet ſemp. ſ. ea oppugnaturus. Ergo quid cõtinentia reſtituta, & quid induſtria repetita profecit? Reſponſio ſcilicet. i. ſcire licet, quid profecerit, quia peperit crebras uictorias, & multa trophæa ex hoſte. ſ. Iugurtha, cuius uidere tergum non cõtigerat militi. ſ. Ro. ſub imperatore Rom. ambitioſo, uidelicet Sp. Albino, qui ambiẽdo milites eis nimium indulſerat. Bene etiam &c. ordo eſt. illi ẽt affuerunt. i. auxilio fuerunt bene. i. cõuenienter diſciplinę militari qui ꝑruptis uinculis neceſſitudinẽ. i. non parcẽtis ſuis neceſſariis, ut Torquatos qui in filium animaduertit, non dubitauerũt exigere ultionem, & uindictã læſæ ſ. diſciplinæ, aut maieſtatis imperialis, cũ ignominia domum ſuarũ. i. propriarum. Nam P. Rutilius cõſul iuſſit eo bello, quod geſſit in Sicilia cũ fugitiuis, hoc eſt cõtra fugitiuos, duce Euno Q. Fabius generum ſuum. i. filię maritũ, decedere ꝓuincia. i. egredi Sicilia, q̃a amiſerat arcẽ Taurominitanã, negligentia. ſ. ſua.

NAM C.Cotta, P. Aurelium. C. Cotta Cos. cum Liparem Aeoliam inſulam obſideret, animaduertis non recte tabernaculum captũ eſſe. Igitur ad reſtauranda auſpicia iturus eſſet. P. Aurelium ſanguine ſibi coniunctum obſidioni præfecit, qui negligẽtius milites in armis habuiſſet ꝑ eruptionem oppidani uallũ incendio conſumpſerunt, & pene caſtra ceperunt, & ob hanc cauſam Cos. reueiſus, re cognita, P. Aurelium uirgis cæſum inter pedites militare coegit.

ASCENSIVS.

ET C.Cotta. Coegit P. Aureliũ Fuluium Pecuniolã. ſ. cognomẽto iunctũ ſibi ſanguine. i. conſanguineũ, quẽ trãſiturus Meſſanam. i. ad eam urbem Siciliæ, ad repetenda auſpicia præfecerat obſidioni Liparitanę cęſum. i. percuſſum uirgis fungi munere militię inter pedites ꝙ. i. q̃a ager erat incẽſus, & caſtra erant pene. ſ. quaſi capta culpa eius.

OLIVERIVS.

Q. Etiam Ful. Fla. Fron. li. iiii. Fuluius Flac. cenſor inquit Fuluium fraternum ſuum, quia legionem, in qua tribunus militum erat iniuſſu conſulis demiſerat a ſenatu mouit. Senatu amouit. Duplex erat cenſoria nota in equites aut. n. ſenatu mouebant ſi erant inter ſenatores: aut equo, publico priuabantur, ne uidelicet ſtipendium de publico daretur. Tri. mil. Tribuni militum præerant millibus hominum. Primipilus. cc. Centurio quatuor manipulis, manipulus uero primo. c. deinde conduplicatus ducentorũ militũ fuit, & dicti ſunt manipuli a faſciculis palearũ, quos manipulos dicimus. nam adhuc pauper P. R. pro uexillis manipulos palearum pertica ſuſpenſos geſtare ſolebãt, unde & manipularis miles dictus eſt. Ouid. Pertica geſtabant ſuſpenſos acta maniplos. Vnde maniplaris nomina miles habet. Alii dicunt centuriones tantum centum militibus præfuiſſe, & idem nomen accepiſſe, quod magis tenendum eſt per nominis ſimilitudinem præfecti cohortibus pręerant. cohors autem conſtat ex quingentis & quinquaginta quinq; preditis, & lxvi. equitibus: turma erat. xxx. nam turma dicta eſt quaſi terina, quod ex unaquaq; centuria terdeni deligebantur, & fiebant turmæ. legati legionibus præerant: legio autem ab eligendo dicitur ut uult Veget. de re mil. quia hoc uocabulum deſyderat eorum fidem, atq; diligentiam qui milites probant: ex decem autem cohortibus plena legio conficiebatur, quæ habebat. vi. millia centum peditum equites ſeptingentos & . xxx. ſed pro diuerſitate temporum ua-

DE POSTHVMIO TIBVRTO ET T. MANLIO TORQVATO.

At noſtra vrbs, quæ oĩ genere mirificorũ exẽplo rũ totũ orbẽ terrarũ repleuit: imperatorũ ꝓprio ſanguine manãtes ſecures, ne turbato militiæ ordine vĩ dicta deeſſet, e caſtris publice ſpecioſas, priuatim lugubres duplici vultu recepit: incerta gratulãdi prius an lugẽdi officio fungeretur. Igitur ego quoq; hæſitãte a i o vos bellicarũ rerum ſeueriſſimi cuſtodes, Poſthumi Tiburte, & Mãli Torquate memoria, ac relatione cõplector, qui aiaduerto fore, vt põdere laudis quã meruiſtis, obrutus, magis imbecillitatẽ ingenii mei detegã, q̃ veſtrã virtutem, ſicut par eſt, repreſentẽ. Tu nanq; Poſthumi dictator, Aulũ Poſthumium quẽ ad generis penetraliũq; ſacrorũ ſucceſſionẽ propagandã genueras, cuius infantię blandimenta ſinu, atq; oſculis foueras, quẽ puerũ literis, quẽ iuuenẽ armis inſtruxeras, ſanctũ, fortẽ, amãtẽ tui pariter, ac patrię, quia nõ tuo iuſſu, ſed ſua ſponte pſidio ꝓgreſſus hoſtes fuderat, victorẽ ſecuri feriri iuſſiſti, & ad hoc impiũ pagẽdũ paternæ vocis miniſterio ſufficere valuiſti: nã oculos tuos, certũ ſcio, clariſſima in luce tenebris offuſos, ingẽs opus animi intueri nequiuiſſe. Tu itẽ Manli Torquate Latino bello Cos. filiũ, q̃ ꝓuocatus a Geminio Metio duce Tuſculanorum ad dimicandũ te ignaro deſcẽderat, glorioſam victoriã, & ſpecioſa ſpolia referentẽ, abripi a lictore, & in modũ hoſtię mactari iuſſiſti: ſatius eſſe iudicans, patrem forti filio, q̃ patriam militari diſciplina carere.

ei aſſes eſt numerus. tribunorum militariũ, ut habet in. ff. officiũ fuit. milites in caſtris continere, ad exercitationem perducere, claues portarum ſuſcipere, uigilias interdũ circuire, frumentatio nibus cõmilitonum intereſſe, frumentũ pręberere, menſurę fraudẽ cohibere, delicta ſecundum ſuam autoritatẽ his modis caſtigare, principiis frequenter intereſſe, querelas cõmilitonũ audire, ualetudinarios iſpicere, officiũ regẽtis exercitũ nõ tantũ in dãda, ſed ẽt cõſeruanda diſciplina conſiſte e. Liparitanę. Lipare una ex iſulis Aeoliis, cui⁹ Sol. unacũ reliquis mentionẽ facit, & oẽs ſuo noie deſcribit: ſunt .n. ſeptẽ. Vir. de Lipare inſula ſicaniũ iuxta latus Aeoliãq;, erigitur, Liparẽ, fumãtibus ar dua ſaxis. & a Lipare Liparitanus, ut hoc loco, & Liparæus dicit Iu. brachia Vulcanus Lipara nigra taberna. F. Fla. hæc facta eſt bel. ſeruili qđ in Sicilia geſtũ eſt. Tam di. ex. Excuſat ſe quodãmõ Vale. q exẽpla rei militaris breuiter nimiũ narrauerit, q ſe dicit non fuiſſe factu, niſi multa alia ſe offerrẽt, q maiora sũt. Generis fa. ſicut Ful. q fratrẽ ſena. amouit. Imaginũ maioꝶ ſplẽdor & uirt⁹, ac egregia facinora poſteroꝶ imagines, dicebãt imagines q a poſteri cogitatiõe reꝶ carũ, q̃ pclare geſtę fuerãt a maioribus, ad uirtutẽ incẽdebant, ut illas imitarentur: & reuera ẽt imagines & ſtatuas erigere ſolebãt, ut poſteri intuentes eas ipſa cogitatione uirorũ excellentiũ ad uirtutẽ accederent. Cõioni. coniunctioni, nõ ſicut fecit coacta q̃ Pecuniolã ſanguine ſibi coniũctũ ex eqte peditẽ fecit. Supcilũ. auſteritas, ſeueritas, a pcedẽte, qđ ſeqtur. nã in ſupciliorũ toruo motu q̃dã triſtitia, & ſeueritas oſtẽditur. Diſt. minari, uel exercere, & eſt trãſlatiõ a gladiatoribus, q gladiũ in cõcertatorẽ ſuũ nudãt. Dentur hic. ſi ſingl ciuitates, q̃ rex potitę ſunt ſingulẽ unũ aliqđ coꝶ exẽploꝶ hẽrẽt, q̃ oſtẽdimus, tñ abũde uiderent diſciplinã militarem obſeruaſſe. Tñ. q̃uis ſingula ſingulę ciuitates exẽpla habebãt. Gloria. quia gloriari poſſit in ipſis ciuitatibus, diſciplinã fuiſſe ſeruatã. ASCENSIVS.

¶ QVINTVS &c. Affert tertium exẽplum eiuſdẽ ſeueritatis in neceſſarios ſuos dicens. Q. ẽt Ful. Flac. cenſor. i. cũ eẽt cenſor amouit ſenatu. i. priuauit dignitate, & ordine ſenatorio. Fuluiũ fratrẽ ſup. ſuum, auſum dimittere domũ iniuſſu cõſulis cohortẽ legionis, in qua erat. Tri. mil. Tam digna. ſ. memoratu exẽpla nõ referretur ſup. a me tã breuiter. i. tã paucis uerbis, niſi urgerer maioribus. ſ. exẽplis. Enim pro quia, quid eſt tã difficile factu. i. ut fiat, q̃ indicere ſocietati generis, & imaginũ. i. ſtemmatũ, copulatę. i. cõiunctæ reditũ in patriam, ut fecit Rutilius. deformẽ. i. turpẽ, ac adhibere cõmuni nominis, aut coherenti. i. ei qui coherebat fam. liæ. i. ad familiam ſerie. i. ordinata deductione ueteris propinquitatis, contumelioſa uerbera uirgarum. Vt fecit Cotta, aut diſtringere. i. denudare, & uibrare ſupercillum cenſorium. i. ſeueritatem cenſoriam aduerſus charitatem fraternam. Vt fecit Q. Ful. q. d. nihil. Vnde addit. Dentur hęc. ſ. dicta exempla, ſingula ciuitatibus, q̃uis, id eſt quantumuis claris tamen uidebuntur inſtructę gloria, diſciplina militaris. quaſi dicat, qua ergo gloria inſtructa dicetur Rom. quæ hæc omnia habet? Vnde addit.

OLIVERIVS.

¶ GENERE cuiuſlibet uirtutis. Proprio ſanguine, ſcilicet filiorum. Spe. q uictores extiterunt. Priuatim, id eſt q eorum filii uirgis cęſi, & ſecuri percuſſi ſunt, inquit quantum ad remp. ſpecioſe, q̃tum ad priuatam lugubres propter mortẽ filiorum. Gratul. q uictores euaſerint. Lugendi, q filios amiſerint. Igitur ego. Ergo quia res magna fuit, ac prope incredibilis, teſte Li. qui dixit hoc apud poſteros plus admirationis habiturum, q̃ fidei. dicit ergo uereor, ne uirtuti ueſtræ non parem relationem adhibeam: igitur, quia illi incerti erant, fungerent officio gratulandi, an lugendi, pari ratione cũ illis ego quoq; dubito. Tu nãq. Ab hac opinione diſſentit Li. dicit. n. non duos fuiſſe, qui filios occidi iuſſerunt, ſed unũ nec Poſthumiũ ſed Mãliũ Torquatũ, hoc aũt in cõiecturã adducit. Cur Manlius, non Poſthumius exiſtimãdus ſit, q filiũ uirgis cædi, & ſecuri percuti iuſſit, q Mãliana, nõ Poſthumiana imperia ſunt appellata. nã in conſuetudinẽ uenit, ut cũ aliquis nimia ſeueritate uteretur, diceretur. en Manlianũ imperiũ, quẽ crudelitatis titulũ Poſthumius prior occupaturus fuit. nam multis ante annis Poſthumius fuit, quã Mãlius. Sed de hac re non nihil dubitare uidetur Liu. q a nõnulli ſic tradidere ſcriptores duos. ſ. fuiſſe; qui filios occidi iuſſerint, ſed exiſtimare ſe dicit ſcriptores, q Poſthumii fuerat aſcripſiſſe Torquato, uel Cotta potius, & q a nõnulli hiſtorici ita retulerũt ſe quoq; tacitũ pręterire noluiſſe. Poſthumiũ filiũ. hoc fuit teſte Gel. anno ab urbe condi. cccxii. bello Fidenati. Penetralium ſacrorũ. mos erat antiquitus, ut domeſticis ſacris, ex filiis maiores natu pficerẽt. Propagandã. amplificãdam, tranſlatio ſumpta a uitibus: nã propagari dicuntur uites, cum ab arbore ſub terrã flagella deducuntur. Cuius infantiæ blãdimenta. Hęc oĩa deſcribit q pater in educatione filii facere ſolet, ut rem ante oculos ponat. Armis. ut iã adultus arma tractare diſceret. Sanctũ. reſpectu patris, qui pietatẽ paternã ſanctã habebat. Fortem. quia fortis bellator erat. Itẽ ſanctũ moribus, fortẽ uiribus. multa in unũ cõgerit Val. quorũ cogitatione, & reſpectu pater a filii cæde deterreri potuerat, ut maiorũ fortitudinẽ animi in Poſthumio fuiſſe oſtẽdat, q a oĩa poſthabuit, ut diſciplinã militarẽ ſeruaret incorruptã. Amãtẽ tui pariter, & patrię. pietate, quã parentibus pariter, & patriæ debemus. Pręſidio ubi eũ locaueras cũ cohorte ſua ſponte egreſſus eſt, ut manus cũ hoſtibus conſerεres. Progreſſus, quia a præſidio in pallantes, & incõpoſitos hoſtes proceſſerat, eoſq; fuderat. Et ad hoc perag. imp. potuiſti inquit, Imperare lictoribus, ut lege agerent, nã cum magiſtratus de nocentibus ſupplicium ſumeret, lictoribus dicere ſolebant. age, lege. Nam oculos. Dixi te hoc tam crudele imperio i filios, uoce tua exequi potuiſſe: nã te uultũ auerſum a tanta ſupplicii fœditate habuiſſe certe ſcio. Ingẽs ai opus. Opus ai erat ſuppliciũ quo filiũ affici. Tu itẽ, Mali Torquate. Id fuit Volſcorũ equi, colorũq; bello, ut uult Li. Gel. uero dicit, tum hoſtes erant Fidenates, ſed hoc qđ ſequitur, fuit bello Latino. Cato tñ apud Salſu. in oratione contra coniuratos dicit, hoc fuiſſe bel. Gallico, & appellat hunc Aulum Manlium Torquatum. Huic Torquato poſt cædẽ filii in patriam cum uictoria redeunti nemo iuniorũ proceſſit obuiã. fuit aũt patribus carus, iuuenibus, & tunc ſemper inuiſus, ſicut in. c. de ira & odio dicemus, ubi hæc hiſtoria plenius tractabitur. Satius eſſe iudicans, exẽplo filii tui ſtatuere, ut poſtea alii diſciplinam militarem nõ uiolarẽt. ASCENSIVS.

¶ AT. Vrbs noſtra, id eſt Ro. ciuitas. Quæ replet totum orbem

terrarum

ferrarũ oĩ genere exẽplorum mirificorum.i.mirabilium factorũ recepit ſecures imperatorum manantes ſanguine proprio, quia ob eis genito, ne uindicta deeſſet, ordine militiæ turbato recepit dico duplici.i.ambiguo uultu, q̃a ſpecioſas duplice.i. quantum ad remp. & lugubres priuati.i.quantũ ad ipſorũ imperatorũ, qui in filios animaduerterunt, dolorem recepit inq̃ incerta, an fungeretur prius officio gratulandi pp bonũ publicũ, an lugendi pp dolorẽ priuatum. Igitur q̃a ſupra fidem uidetur pro cõſeruanda diſciplina militari in filios aĩaduertiſſe. Ego quoq; (inquit autor) o Poſthumi Tiburte, & o Manli Torquate ſeueriſſimi cuſtodes rerũ bellicarũ, cõplector uos memoria.i. in mente ac relatione.i.recitatione in ſcripto uerba repreſentare aĩo hæſitante.i. ambiguo, & dubio. quia ego animaduerto.i.aĩo conſidero, fore.i.futurũ eſſe, ut ego obrutus.i. oppreſſus pondere.i. mole laudis qua meruiſtis detegã.i.aperiã, & oſtendã magis imbecillitatẽ ingenii mei, q̃ repreſentẽ.ſ.legẽtibus aut audientibus relationem hãc. Nãq; tu o Poſthumi dictator.i.cum eſſes dictator, iuſſiſti Aulum Poſthumiũ .ſ.filium tuũ, quẽ genueras ad ſucceſſionẽ generis.i.proginiei, quia pater quodãmodo in filio uiuit, & ad ſucceſſionẽ ſacrorum penetralium.i. maxime familiarium, q̃ penatibus a patre familias fiebãt. unde Aulus iſte, primogenitus patri ſucceſſurus, erat, propagandã.i. per propagationẽ continuandã. Cuius.ſ.Poſthumi filii tui blandimẽta infantiæ.i.quẽ infantẽ blandientẽ tu foueras.i.molliter educaueras, ſinu.i.in cõplexu brachiorũ, & oſculorũ.i.i cõplexu paterno. quẽ puerũ.i.cũ eſſet puer, tu inſtruxeras.i.ornaueras, & erudieras literis, & quẽ iuuenem.i. cũ eſſet in iuuenta ætate, tu inſtruxeras armis.i.peritia militari, entem, aut ut uulgarius dicã exiſtentem ſanctũ.i.incorruptum, fortem, & amantem pariter tui, ac patriæ, iuſſiſti inq̃ eũ uictorem.ſ. hoſtiũ, feriri, ut feriatur collũ eius, ſecuri.i.ferreo inſtrumento, quo ſontiũ colla ſecantur, quia ipſe progreſſus præſidio.i.extra caſtra non tuo iuſſu.i. imperio, ſed ſua ſponte.i.propria autoritate fuderat hoſtes.i. Fidenates. Et tu ualuiſti ſufficere.i.ſatis eſſe miniſterio uocis paternæ.i.mandato uocali iubendo lictoribus, ut eũ ſecuri feriant. Ad hoc imperiũ.ſ. de nece filii peragendum, nã ſcio certum.i.certe aut ut rem certã aut ſcio certo oculos tuos offuſos tenebris.i.caligine mœrore nimio in luce clariſſima.ſ.aut mentis, quia rectiſſime pro patria ſenſit, aut dici, nequiuiſſe intueri ingens.i.excellens opus animi, Itẽ.i.conſimiliter. tu o Manli Torquate Cos. latino bello iuſſiſti filium.ſ. tuum referentem.ſ. ex hoſte glorioſam uictoriam, & ſpecioſa ſpolia, quia cæſo prouocatore, abripi.ſ. a complexu militum, quibus chariſſimus erat, a lictore.i.miniſterio lictoris & mactari in modum hoſtiæ, ꝙ, id eſt quia ipſe prouocatus.ſ. ad certamen a Geminio Metio duce Tuſ. deſcenderat ad dimicandum.ſ.cum hoſte te ignaro, immo plusq̃ ignaro, quia prohibuerat quicq̃ ſe abſente in hoſtem moliri, iuſſiſti inq̃ iudicans eſſe ſatius.i.eligibilius, & melius, patrem uidelicet teipſum carere filio forti, q̃ patriam.ſ. Romam carere diſciplina militari.

THEOPHILVS.

LVGENDI. uetuſti codices habent alloquendi, quod non diſplicet. Alloqui interdum ſolari ſignificat. Inde Catulus. Qua ſolatus es allocutione, & infra paululumq; ꝙ libet allocutionis.

DE L. QVINTIO CINNATO.

Age quanto ſpiritu putamus vſum L. Quintium Cincinnatũ dictatorẽ eo tpe, quo deuictis Equiculis & ſub iugũ miſſis L. Minutiũ conſulatum deponere coegit, ꝙ caſtra eius hoſtes iidẽ obſederant. Indignũ .n.maximo imperio credidit, quẽ non ſua virtus, ſed foſſa, vallũq; tutũ præſtiterat: cuiq; verecundiæ non fuerat, arma Rom. metu trepida, clauſis portis contineri. Ergo imperioſiſſimi.xii.faſces, penes quos ſenatus, & equeſtris ordinis, & vniuerſæ plebis ſummum decus erat, quorũq; nutu Latium, ac totius Italiæ vires regebãtur, cõtuſi atq; fracti dictatoriæ ſe animaduerſioni ſubſtrauerũt. Ac ne inulta foret gloria militaris, Cos. delicti oĩs vindex punitus eſt. His (vt ita dicã) piaculis, Mars imperii noſtri pater, vbi aliqua ex parte a tuis auſpiciis degeneratũ erat, numẽ tuũ propitiabatur: nota affinium & cognatorum, & fratrum, filiorumq; ſtrage ignominioſa conſulum eiuratione.

caſtra ſe continebat, ꝙ ubi ſenſere hoſtes ex metu alieno creuit audacia, & primo caſtra expugnare adorti, cum nõ ſuccederet, ad obſidionem conuerſi munitionibus circundãt, quod ubi Romam perlatum eſt, obſideri.ſ. conſule, & exercitum tantus pauor & trepidatio urbem inceſſit, ut dictatorem q̃ primum dici placeret, dictusq; eſt conſenſu omniũ. Quintius Cincinnatus, qui tum erat in agris, & ruſtico inhians operi audito patriæ ſtatu & honorem, & laborẽ piũ prono aĩo ſuſcepit profectusq; cõfeſtim, ſcripto exercitu omnibus ultro nomina dãtibus ſpe certa ſub tali duce uincendi, diſpoſito rerum ſtatu die ꝓximo ſub noctẽ roma egreſſus, alacritate mirabili, mediaq; nocte ad hoſtem perueniẽs, & cõſulẽ, & exercitum obſidione liberauit. hoſtes, ut exprimeret tandem confeſſio, ſubactã domitamq; eſſe gentem ſub iugũ miſit, fiebat autẽ iugum ex tribus haſtis duabus humi defixis, ſuperq; eas una tranſuerſa deligata: ſub hoc iugo dictator hoſtes ueluti totidem boues miſit. Caſtris hoſtium receptis, plenis omnium rerũ (nudos eni miſerat) prædã omnẽ ſuo tantum militi dedit, conſularem exercitum, conſulemq; ipſum increpans, carebis inquit, prædæ parte miles ex eo hoſte, cui prope prædæ fuiſti, & tu L. Minuti dunec conſularẽ animum incipias habere, legatus ſis legionibus præeres, ita ſe Minutius abdicat conſulatu, iuſſusq; ad exercitum manet, ſed adeo tum imperio meliori animo manſuete obedientes erant, ut beneficii magis, q̃ ignominiæ hic exercitus memor, & coronam auream dictatori libræ pondo decreuerit, & proficientem eum patronũ ſalutauerit. Equiculis. populis qui ſunt haud procul a Roman.

Indignum enim putabat illum non eſſe imperiu dignum, qui ſe, exercitumq; ſuum non uirtute, ſed uallo, foſſaq; tutatus eſſet.

Arma Ro. quam ſemper uictricia fuerunt. Ergo imperioſiſſimi.xii.faſces. Nunc extollit conſulatum, ut maiorem etiam pœnam oſtenderet, ꝙ nec illis quidem dictator pepercerit qui ſummum imperium gerebat. Nutu. nam quãto maiorẽ uim, & poteſtatem conſulatus oſtendit, tanto eius magis oſtendit ſeueritatem dictatoris. Decus. ornamentum, nã oẽs Romani ordines ſub imperio dictatoris erãt. poterat.n.& plebi, & ſenatui, & equeſtri ordini imperare quicquid uoluiſſet dictator. Ad ne læſa. ne res militaris foret inulta, q aliorum delicta punire cõſueuit, ipſe punitus eſt. His, ut ita dicam piaculis. Conuertit ſermonẽ ſuũ ad Martẽ Valerius, & eſt apoſtrophe dicens, o Mars ideo fuere imperatores Ro. adeo ſeueri, ut numen tuum his pœnis placarent, ſiquid contra te fuiſſet admiſſum. Piaculis. pœnis. nam piaculum ſignificat pœnam, remedium, delictum, mortem deniq; ipſam: ergo piaculis, expiationibus. Paternam a Marte originem ſumpſiſſe dñr Romulus, & Remus. Degeneratum pcl̃m, & delictum aliquid cõmiſſum eſſet, nam degenerare eſt a genere exire, uel ab aliqua re alienũ eſſe. Nota ignominioſa. Eiuratione. priuatione: nam eiurare eſt extra ius facere, quemadmodũ dicimus exaugurare extra auguriũ facere, ſicut eiurare cõtra ius, uel extra ius facere: ergo eiuratione, abdicatione nã cũ conſulatum ineunt in remp. iurãt, cũ deponũt, eo iureiurãdo ſoluuntur. Piaculũ

ASCENSIVS.

AGE quanto &c. Recitat ſimul exemplũ ſeruatæ a Quintio Cincinnato, & neglectæ diſciplinæ militaris a L. Minutio dicens Age adhortãdi uox, quãto ſpiritu putamus Lucium Q. Cincinnatũ dictatorẽ uſum eo tpe, quo Equiculis populis illis Italiæ deuictis, miſſis etiã ſub iugu, coegit L. Minutium deponere conſulatũ, quod iidẽ Equiculi obſederãt caſtra eius uidelicet Minutii ante aduentũ dictatoris, enim pro quia, Cincinnatus ſup. credidit ſupp. eum uidelicet Minutium (quem non uirtus ſua, ſed foſſa, & uallum præſtiterat tutum.ſ. ab hoſte, cuiq;.i. & cui non fue-

OLIVERIVS.

Quin. Cincinnatus AGE quanto L. Quintiũ Cincinnatũ. de hoc uiro dicemus in.c. de moderatione, & paupertate. qđ uero ad diſciplinã militarẽ pertinet, cũ populatis agris ſubito Equorũ, & Volſcorũ incurſu alter conſulũ L. Minutius ad ultionẽ miſſus eſſet, illi neq; fortuna, neq; uis animi in ea gerenda fuit nam cum apud nõ procul ab hoſte caſtra poſuiſſet, nulla clade accepta pauidus inter

DE PAPIRIO.

Eiuſdem ordinis quod ſequitur Papirius dictator cũ aduerſus imperiũ eius Q. Fabius Rutilianus magiſter equitum exercitum in aciem eduxiſſet, q̃q̃ fuſis Samnitibus in caſtra redierat, tamẽ neq; virtute eius, neq; ſucceſſu, neq; nobilitate motus, virgas expediri, eumq; nudari iuſſit. O ſpectaculũ admirabile & Rutilianus & magiſter equitum, & victor, ſciſſa veſte, ſpoliatoq; corpore, lictorum ſe verberibus lacerãdum præbuit, vt in acie exceptorum vulnerum nodoſis ictibus cruore renouato, victoriarum, quas modo ſpecioſiſſimas adeptus erat, titulos reſpergeret: precibus deinde ſui exercitus, occaſionem Fabio cõfugiendi in vrbem dedit, vbi fruſtra ſenatus auxiliũ implorauit. Nihilominus enim Papirius in exigenda pœna perſeuerauit, itaq; coactus eſt pater eius, poſt dictaturam tertiumq; conſulatum, rem ad populum deuocare, auxiliumq; Tribuni plebis ſupplex pro filio petere: neq; hac re ſeueritas Papirii refrenari potuit. Cæterum, cum ab vniuerſis ciuibus, & Trib. plebis rogaretur, teſtatus eſt, non pœnam illam ſe Fabio, ſed Po. Ro. & Trib. concedere poteſtati.

rat uerecundia. i. qui non erubuerat, arma Ro. trepida. i. armatos Ro. trepidantes metu. i. præ timore contineri portis. ſ. caſtrorum clauſis) indignum maxime imperio, uidelicet conſulari in Ro. Ergo quia dictator ita cenſuit. xii. faſces. ſ. uirgarum cum ſecuri imperioſiſſimi. i. maximi imperii iudices, penes quos erat ſummum decus. i. ornamentum ſenatus, & ordinis equeſtris, & uniuerſę plebis (in tot enim ordines Po. Ro. diſtinctus erat.) Et quorum nutu. ideſt eis ornati uoluntate, uel ſigno capitis indicata, latium, id eſt nobiliſſima illa pars Italiæ, ac uires totius Italię regebantur contuſi, atq; fracti. ſ. a dictatoria poteſtate ſubſtrauerunt ſe, aĩaduerſioni. i. conſideratæ, & ordinatæ punitioni dictatoriæ. i. Cincinnati dictatoris, ac ne gloria conſularis foret inulta. i. ſine ultione lęſa, conſul uindex omnis delicti, id eſt penes quẽ eſt omne delictum aliorum punire, punitum eſt. ſ. a dictatore. O Mars pater. imperii noſtri. i. Roma. quia primi regis pater habitus eſt, ubi. i. poſtq̃ degeneratum erat. i. minus generoſe agendo diſceſſerat, a tuis auſpiciis. i. præclaris incœptis numen tuum. i. diuina maieſtas tua, quæ nutu quæ uis facis, ꝓpitiabatur. i. placabatur, his. i. huiuſmodi. (ut ita dicam. i. ſi modo liceat ſic dicere) piaculis. i. ꝓpinationibus, & purgationibus delicti. o uidelicet nota. ſ. infamiæ affinium, qua Rutilius notauit. Q. Fabium generum ſuum cognatorum, qua Cotta Pecuniolam diffamauit, & fratrum, qua Flaccus cenſor Fuluiũ fratrem inſignem reddidit, & ſtrage filiorum. ſ. Poſthumii, & Mãlii, & eiuratione, ideſt exautoramento, ac priuatione ſacramenti, quod milites imperatori exhibebant ignominioſa, quia poſſet eſſe honeſta, ut ſi ob ualetudinem, aut uulnera accepta, aut religionem aliquam quis ſe magiſtratu abdicarit, conſulum. ſcilicet Minutii ſed ad rem extollendam de ſingulis, præterquã de filiis (cum tamen ab aliis etiam unus cenſeatur) pluratiue loquitur.

OLIVERIVS.

EIVSDEM ordinis Papirius dictator. Fronti. libr. iiii. L. Papirius Curſor dictator Fabium Rutilium magiſtrum equitũ, ꝙ aduerſus edictum eius, q̃q̃ proſpere pugnauerat, uirgis popoſcit cædi ſecuri percuſſurus, nec contentione, aut precibus militum, conceſſit animaduerſionẽ, eumq; profugientem Romam proſecutus eſt, nec ibi quidem remiſſo prius ſupplicii metu, q̃ ad genua eius, & Fabius cum patre prouolueretur, & pariter ſenatus, & populus rogarent. Liuius uero multo prolixius ſcribit hiſtoriam. Fuit hoc bello Samnitico, cui cum L. Furius Camillus conſul præeſſet morbo implicitus dictatorem dixit Papirium Curſorem, qui ſibi Q. Fabium Rutilianum magiſtrum equitum dixit quibus in caſtra profectis paulopoſt dictator in urbem ad auſpicium petendum acceſſitur, imperat magiſtro equitum ut ſe ſe loco teneret, nec abſente ſe cum hoſte confligeret. Fabius cum poſt profectionem dictatoris per exploratores cõperiſſet perinde omnia ſoluta apud hoſtes, ac ſi nemo Romanus in Samnio eſſet ſeu ferox adoleſcens in dignitate accenſus, quod omnia in dictatorem uiderentur repoſita eſſe, ſeu occaſione bene gerẽdę rei ductus, exercitu inſtructo, paratoq; profectus ad hoſtes conflixit. Ea fortuna pugnæ fuit, ut nihil relictum ſit, quo ſi affuiſſet dictator res melius geri non potuerit, non enim dux militi, nec miles duci defuit, uiginti millia hoſtium ea pugna cæſa dicuntur. Quod ubi Romę cognitũ eſt, dictator incẽſus ita redit in caſtra Fabium acciri iubet, ſpoliariq;, ut de illo ſumeret ſuppliciũ milites reiectis lictoribus Fabium tutantur, iamq; ſeditio maxima apparebat, nox eam diremit, Fabius interea Romam profugit, & autore patre apud ſenatũ de iniuria dictatoris cõqueritur. Demum ſuperueniente dictatore, tribunorum omnium, ac Po. Ro. fidem implorat, qua nihil ſibi proficiente, fluctuabat eius uita, niſi ꝙ populus ad preces, & obteſtationem conuerſus, ut ſibi pœnam magiſtri equitum dictator remitteret. Tribuni quoq; inclinatam rem in preces ſubſecuti orare dictatorem inſiſtunt, ut ueniam errori humano, ueniam adoleſcentiæ Q. Fabii Rutiliani daret, ſatis eum pœnarum dediſſe, iam ipſe adoleſcens. iam pater M. Fabius cõtentionis obliti procumbere ad genua & iram deprecari dictatoris. Tunc dictator ſilentio facto bene habet Quirites, uicit diſciplina militaris, uicit imperii maieſtas, non noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictũ imperatoris pugnauit ſed noxæ damnatus donatur. Po. Ro. donatur tribunitiæ poteſtati precarium, non iuſtum auxilium ferenti. De gente Papiria Cice. epiſtolarum familiarium lib. ix. epiſtola ad Petum: Tandem inquit, inſanire tibi uideris ita inquit, ſed tamen mi Pete, quid tibi uenit in mentem negaret Papirium quenquam niſi plebeium fuiſſe nunq̃ fuerunt enim patricii minorũ gẽtium, quorum princeps L. Papirius. M. Vigilanus, qui conſul cum L. Sempronio Attratino fuit, cum ante cenſor cum eodem fuiſſet, annis poſt Romam conditam trecentis. xii. ſed cum Papiſii dicebãtur, poſt hunc. xiii. fuerunt ſella curuli ante L. Papirium Craſſum, qui primum Papiſius uocari deſitus eſt, is dictator cum L. Papirio Curſore magiſtro equitum factus eſt, annis poſt Romam conditam trecentis. xv. & quadriennio poſt conſul cum duellio hunc ſecutus eſt Papirius Curſor homo ualde honoratus. Neque uirtute, quia uicerat. Neque ſucceſſu, quia felix fuerat. Nobilitate, quia patricius erat de Fabia gente. O ſpectaculum. exagerat rem iſtam. cruore, renouatione uulnerũ, quæ ab hoſtibus acceperat, nondum cicatrices ſanatę erant. Vulnerum. quæ nondum obductæ erant. Nodoſis ictibus. ſ. uirgarum. Dedit occaſionem fugiendi. Diſpendio pœnę. non ꝙ ita putaret, ſed quia rogauerant milites, ut punitionem illam in ſequentem diem differret. Papirius, ꝙ ubi factum eſt noctu Fabius in urbem confugit. Poſt dictaturam, tertiumq; conſulatũ, quia Fabius pater eius, qui & dictator, & conſul fuerat, coactus ad auxilium populi cõfugere, atq; illius opem implorare. Vniuerſus. Quia uniuerſus Pop. Rom. Papirium ſupplex rogabat, ut eum ſibi condonaret, hæc Papirii ſeueritas ſic totius exercitus animum a dictatore auertit, ut proximo cum Samnitibus prælio hoſtes debellari potuerint, niſi milites duci ſuo gloriam inuidentes, uincere noluiſſent.

ASCENSIVS.

EIVSDEM ordinis. Affert alterius dictatoris in conſimili ſeueritatẽ exemplum dicens. Id ſupple quod ſequitur eſt ſupple eiuſdem ordinis, ſcilicet dictatorii. Nam ſupple Papirius dictator cum Q. Fabius Rutilianus magiſter equitum, & ita ſecundus a dictatore exercitu, ſicut comeſtibilis olim ſecundus ab rege fuit, eduxiſſet aduerſus, id eſt contra imperium eius, ſcilicet Papirii, exercitum, ſcilicet Romanum. In aciem, id eſt prælium (non quod acies ſit prælium, ſed quia hic pro prælio accipitur, niſi ſit in aciem hoſtilem) quanquam ſupple Rutilianus redierat in caſtra Samnitibus fuſis, & ita uictis, tamen neque motus, id eſt, a propoſito reuocatus, uirtute eius, ſcilicet Rutiliani, neque ſucceſſu, id eſt proſpera pugna, neq; nobilitate eius iuſſit uirgas expediri, id eſt e faſcibus euolui, & iuſſit eum, ſcilicet Rutilianum nudari, ut uirgis cęderetur: unde exclamat autor. O ſpectaculum admirabile. Et ideſt ſimul Rutilianus, uir nobiliſſimus,

liſſimus, cui ob ſolum nomen parcere debuerit & magiſter equitum, & ita præſenti magiſtratu fungens, & uictor, & ita ob rem paulo ante bene geſtam clarus ueſte ſciſſa, & corpore ſpoliato.i. ignominioſe nudato, præbuit ſe lacerandum uerberibus lictorum, ut reſpergeret titulos uictoriarum, quas adeptus erat modo, id eſt paulo antea ſpecioſiſſimas, id eſt honeſtiſſimas, reſpergere dico cruore uulnerum exceptorum in acie reuocato, nodoſis ictibus.ſ. uirgarum. Deinde Papirius dedit precibus, id eſt ob preces ſui exercitus, Fabio.ſ. Rutiliano occaſionē confugiendi in urbē, quia cū importuni pro eo intercederēt & lictores ab eius cæde repellerent, ligatumq; ſoluerent, patefacto abitu, aut ut alii uolūt precibus exercitus ultione in poſterum dilata nocte, in urbē ſe proripuit, ubi implorauit.i. plorādo orauit auxiliū ſenatus fruſtra, quia ſenatus in dictatorē nil potuit. Enim pro quia Papirius.ſ. dictator nihilominus perſeuauerit in pœna.ſ. capitali exigenda, quod durum erat in tali culpa, unde per alluſionem dictum putem a Marone pœnas cum ſanguine poſcūt. Itaq;.i. & ita pater eius.ſ. Fabii qui etiā Fabius dictus eſt, coactus eſt poſt dictaturam, & tertium conſulatum.i. poſtquam ſummis honoribus functus erat deuocare rē ad populū.ſ. Romanum, & petere ſupplex auxiliū tribunorum plebis pro filio, neq; ſeueritas Papirii.ſ. dictatoris potuit refrenari.i. cohiberi a perſecutione ultionis, hac re.i. ſupplicitate tanti uiri. Cæterum.i. ſed cum rogaretur ab uniuerſis ciuibus, & tribunis plebis teſtatus eſt, ſe concedere.i. cōdonare illā pœnā, nō Fa. ſed P.R. & poteſtati tribunorū.

rumpere. Decor. gloria, & ornamentum. Quoniam. fecit enim Piſo, ut qui ſe tam turpiter dediſſet his tam ſordidis hominibus, qui erant cruce digni, uitam morte grauiorem ducerent, nam hæc ſupplicia, quæ ignominiæ plena erant, faciebant ut mori maluiſſent. Seruili manu. fugitiuorum ſeruorum.

DE L. CALPHVRNIO.

Lucius quoq; Calphurnius Piſo Cos. cum in Sicilia bellum aduerſus fugitiuos gereret, & Titius equitum præfectus, fugitiuorum multitudine hoſtium circumuentus arma his tradidiſſet, his præfectum ignominiæ generibus affici iuſſit, eum toga laciniis abſciſſis amictum, diſcinctaq; tunica indutum, nudis pedibus a mane noctem vſque ad principia per omne tempus militiæ adeſſe. Interdixit etiam ei conuictum hominum, vſumq; balnearum, turmaſq; equitum, quibus præfuerat, ademptis equis in funditorum alas tranſcripſit. Magnum profecto dedecus patriæ magno Piſonis decore vindicatum eſt: quoniam quidem id egit Piſo, vt qui cupiditate vitæ adducti, cruce digniſſimis fugitiuis trophæa de ſe ſtatuere conceſſerant, libertatiq; ſuæ ſeruili manu flagitioſum imponi iugum non erubuerant, amarum lucis vſum experirentur, mortemq;, quam effœminate timuerant, viriliter optarent.

DE Q. METELLO.

Nec minus Piſone acriter Q. Metellus: qui, cum apud Trebiam res gereretur, collocatas a ſe in quadam ſtatione quinq; cohortes, atq; ex ea viribus hoſtium depulſas, repetere eandem ſtationem eueſtigio iuſſit: non quod ſperaret ab iis amiſſum locum recuperari poſſe, ſed vt præteritæ culpam pugnæ, inſequentis certaminis manifeſto periculo puniret: edixit etiam, vt ſiquis ex his fugiens caſtra petiiſſet, pro hoſte interficeretur: qua ſeueritate compreſſi milites corporibus fatigatis, & animis deſperatione vitæ implicatis, loci tamen iniquitatem, multitudinemq; hoſtium ſuperarunt. Humanæ igitur imbecillitatis efficaciſſimum duramentum eſt neceſſitas.

ASCENSIVS.

LVCIVS &c. affert ſeueritatem L. Calphurnii in Titum equitum præfectum ob neglectam diſciplinam militarem dicens. Lucius quoq; Calphurnius, ſeu (ut alii ſcribunt) Calphurnius Piſo, Cos. cū.i. quando gereret bellum in Sicilia aduerſus fugitiuos.i. ſeruos, qui a dominis fugerant, & Titius præfectus equitum, circūuentus multitudine fugitiuorum hoſtium.i. eorum, qui fugitiui, & hoſtes erant tradidiſſet his, arma iuſſit præfectum, .ſ. Titium, affici his generibus ignominiæ, iuſſit ſup. eum amictum toga abſciſſis laciniis, id eſt fimbriis, & indutum tunica diſcincta.i. diſſoluta in ſignū ignauiæ, & molliciæ adeſſe nudis pedib⁹ a mane uſq; ad noctem. Ad principia.i. primam ſtationē in acie, ut ab omnibus aduenientibus cōſpici poſſet, aut ut inermis hoſti obiiceretur per omne tempus militiæ, .i. quo deinde militabat. Et ipſe interdixit etiam ei, conuictum hominum.i. ne cū aliquo conuiuium iniret, & uſum balnearum (Ex hoc loco patet, interdico etiam actūm regere cum datiuo. nam ſecundū Vallam dicendū eſſet conuictu, & uſu) & tranſcripſit turmas equitū, quibus præfuerat.ſ. Titius in alas funditorū.i. uiliſſimorum peditum e fundis glandulas iacientium, & hoc equis ademptis.i. ablatis eis profecto.i. reuera magnum dedecus patriæ quia turpe erat tam degeneres eduxiſſe equites, eſt uindicatum, & ita purgatum decore.i. honeſto facto Piſonis.ſ. conſulis. Quoniam quidem.i. quandoquidem Piſo egit id ut qui adducti cupiditate uitæ conceſſerāt fugitiuis.ſ. ſeruis digniſſimis cruce.i. turpiſſima morte, ſtatuere trophæa de ſe propter arma eis tradita, & non erubuerāt iugum flagitioſum.i. ſubiugationem flagitioſam, imponi ſuæ libertati, manu ſeruili, experirent, uſum lucis.ſ. huius uitæ amarum, & optarent uiriliter mortem, quam timuerant effœminate, id eſt molliter, & quaſi muliebriter.

OLIVERIVS.

LVCIVS quoq; Calphurnius. Hoc quoq; fuit bel. fugitiuo, quod in Sicilia geſtum eſt cum L. Calphurnius prouinciam obtineret, & bellum aduerſus eos gereret. Titius qui præfectus erat equitum, in inſidias cecidit fugitiuorum, & cum undiq; circumuentus euadere nullo modo poſſet, illis arma tradidit. Ipſe uero cum equitibus euaſit. Cos. Calp. quod contra diſciplinam militarem feciſſet, ut qui arma haberet, his depoſitis in poteſtatē hoſtium ueniret, ipſum hac pœna mulctauit, ut ſciſſa lacinia togæ, pedibusq; nudis in conſpectu uigilum ſtaret inter principes, quoſq; illud præſidiū mitteretur: hoc etiam Frontinus affirmat lib.iiii.c.i. Dicit enim, L. Piſo, C. Titium præfectum cohortis, quæ loco fugitiuis ceſſerat Titio togæ præciſo, ſoluta tunica nudis pedibus in principiis quotidie ſtaret dum uigiles uenirent, iuſſit conuiuiis, & balneo abſtinere. Piſonem domus a Numa Pompilio duxit originem, teſte Horatio in poetica, ubi loquit̃ ad Piſones, Vos o Pompilius

Piſones a Numa

ſanguis carmen reprehendite. Fugitiuorum. Seruorum qui bellum in Siciliam mouerant. A laciniis. a. fine fimbriis, quæ lacerando dictæ ſunt. Principia, id eſt prima acie donec militarent. Funditorum. genus eſt militiæ uiliſſimum, de equitibus facti ſunt funditores, qui fundis glandes in hoſtes torquebant. Alas. ordinem: ſed proprie alæ ſunt equitum, ſic dictæ, quod pedites tegant alarum uice. Magnum profecto dedecus. Decus imperatoris eſt ſeruare rem militarem: dedecus uero cor

OLIVERIVS.

NEC minus Piſone, Q. Metellus. Frō. lib.iiii.c.i. Q. Metellus Numidicus, inquit, in Hiſpania quinq; cohortes, quę locum amiſerant, teſtamentum facere iuſſit, eas deinde ad locum recuperandum remiſit, minatus non niſi poſt uictoriam recepturum, cum igitur inhiberentur facere teſtamentum intelligebant niſi uincerent ſe morti deſtinatos eſſe, & hoc modo expreſſa eſt illis neceſſitas, ut pulſis hoſtibus locum recuperarent, unde fuerant deiecti. Q. Metellus. Hic fuit ille Q. Metellus, qui Iugurtham Numidiæ regem prius dare terga coegit, de quo multa Sallu.

Trebiā. hæc ciuitas eſt i Celtiberia, quæ pars eſt Hiſpaniæ. Statione. quādā iuſſerat.v. cohortes locū quēdā ſeruare, ne caperet̃ ab hoſtibus. Manifeſto. quia uolebat oēs occidi, & p ſcelere pœnā luere. Ac de.v. quia ſe i manifeſtius periculū irruere uidebāt, ideo ſe

Trebia ciuitas

DE Q. FABIO.

In eadem prouincia Q. Fabius Max. ferociſſimæ gentis animos cõtundere, & debilitare cupiens, mã ſuetiſſimum ingenium ſuum, ad tẽpus depoſita clementia, ſæuiore, vti ſeueritate coegit: omnium. n. qui ex præſidiis Ro. ad hoſtes transfugerãt, capti quæ erãt, manus abſcidit: vt trunca præ ſe brachia geſtantes, metũ defectiõis reliq̃s iniicerẽt: rebelles itaq; manus a corpibus ſuis diſtractæ, inq; cruentato ſolo ſparſæ, cæteris, ne idẽ cõmittere auderẽt, documẽto fuerũt.

DE AFRICANO SVPERIORE.

Nihil mitius ſuperiore Africano, is tamen ad firmandam diſciplinam militarem, aliquid ab alieniſſima crudelitate ſibi amaritudinis mutandum exiſtimauit. ſi quidem deuicta Carthagine, cũ omnes, qui ex noſtris exercitibus ad Pœnos tranſierant, in ſuã poteſtatem redegiſſet, grauius in Romanos, q̃ i Latinos transfugas animaduertit. Hos. n. tanq̃ patriæ fugitiuos crucibus affixit, illos aũt tãq̃ perfidos ſocios ſecuri percuſſit. Non proſequar hoc factũ vlterius, & quia Scipionis eſt, & quia Romano ſanguini, q̃uis merito perpeſſo, ſeruile ſupplicium inſultare nõ attinet. Cum præſertim tranſire ad ea liceat, q̃ ſine domeſtico vulnere geſta narrari poſſunt.

ſociores facti locum receperunt, nihil enim magis ualet ad difficillima obtinenda, quam deſperatio uitæ, unde Virgil. Vna ſalus uictis nullam ſperare ſalutem. Humanæ igitur. Ex quo, inquit, cognoſci poteſt neceſſitatem eſſe, quæ homines imbecilles facit eſſe fortes.

ASCENSIVS.

NEC minus &c. Adducit Q. Metelli ſeueritatem in eadẽ re dicẽs. Nec Q. Metellus ſup. egit minus acriter Piſone, ideſt quam Piſo. qui cũ res gereret apud Contrebiam alii Trebiã legunt, urbem Celtiberiæ, iuſſit quinq; cohortes collocatas a ſe in quadã ſtatione, atq; depulſas ex ea .ſ. ſtatione .i. loco, in quo ad tempus ſtarent, uiribus hoſtiũ repetere e ueſtigio .i. ſine cũctatione, eandem ſtationem, non q̃ ſperaret locum amiſſum ab iis poſſe recuperari ab iis, ſed ut puniret culpam pugnæ preteritę .i. prius ab eis male geſtę, manifeſto periculo certaminis inſequentis. Edixit etiam, ut ſiquis ex iis fugiens, .ſ. a ſtatione illa petiſſet caſtra, interficeretur pro hoſte .i. tanq̃ eſſet hoſtis. q̃ ſeueritate milites compreſſi, & corporibus fatigatis, & animis implicatis deſperatione uitę, quia uidebãtur aut ab hoſtibus, aut a ſuis interficiendi tamen .i. nihilominus ſuperarunt, id eſt uicerunt iniquitatẽ loci, quia difficile erat recuperare locũ amiſſum, & ab hoſte occupatum, & multitudinem hoſtium. Igitur neceſſitas eſt duramentum .i. ſtabilimentum, & corroboramentum efficaciſſimum imbecillitatis humanę, ideſt quo imbecillitas humana perſeuerat, & durat.

THEOPHILVS.

CONTREBIAM. uetuſti codices aliquot habent Tresbiam, Cor. Nepos apud Contrebiam oppidum cohortes loco pulſas redire, & locum recipere iuſſit oppidi Contrebiæ Liui. in Hiſpaniæ mẽtionem meminit ut hinc appareat impreſſoris eius inſcitia, qui Cornelii Nepotis opuſculum Suet. uendicat, is oppidum Cantabriæ pro Contrebia ſubſtituit impudentiſſimus in Sceuolę cognomento, quod eſt Cordus in Decii patris hiſtoria, quæ cum Coſſo confuſa citra mentionem Decii prius erat item Decii filii, quæ per initia ſtatim legebatur inuerſa, in nomine. Duelli, Calatini, Calphurnii, flammæ, Nabidis Ortiagontis, & aliis centum caſtigationes Iani ſequitur, & in eum facit argutias ac ſi Tranquilli lucubrationes in Cornelium temere transferrat. Hoc uerum ſit, niſi luce clarius, in huius operis calce demõſtras uero, Cornelii, Nepotis eſſe non Tranquilli, ſicut is ſtultiſſime ſuſpicatur.

OLIVERIVS.

IN Eadem pro. Fa. Ma. hic præerat eidem prouinciæ .i. Hiſpaniæ, qui cum totam pene Romano ſubegiſſet imperio, omnes, qui ad hoſtes transfugerant: captos præciſis manibus dimiſit, q̃ tametſi natura mãſuetioris eſſet ingenii, tñ ut cęteris terrorem incuteret, ne tale aliquid facere auderent uoluit illos amputatis manibus exemplo cæteris eſſe. Tantiſper Dum uendicaret diſciplinam militarem. Seueritatem. inter ſeuerum, comem, & crudelem hoc intereſt. Seuerus dicitur rigidus, qui nec prece, nec precio, nec miſericordia poteſt a iuſtitia deduci, & interpretatur quaſi ſequens uerum. Comis uero dicitur is, qui ſeueritatem habet cum quadam manſuetudine coniunctam. Crudelis eſt qui præter iuſtitiam, & equitatẽ graſſatur in omnes. Omniũ enim. Nam Hiſpaniam totam Q. Fabius imperio ſuo ſubegit. Vt trũca præ ſe. Hoc ideo fecit ut exemplo illi cęteris forent, dum manus præciſas præ ſe ferrent. Rebelles ita, qui bellum renouare

Rebelles

uoluerunt: nam rebelles dicuntur contumaces, eo quod ducis imperio parere recuſant. Diſtractæ. amputatæ. Documento. Exemplum cæteris præbuerunt, ne tale quicq̃ facere molirẽtur, aut auderent.

ASCENSIVS.

IN EADEM. Ordo eſt. Quin. Fabius Maxim. cupiens cõtundere, & debilitare animos gentis ferociſſimæ, in eadem prouincia, ſcilicet Celtiberia, aut Hiſpania, coegit igenium ſuũ mãſuetiſſimum uti ad tempus. Seueritate ſæuiore, id eſt multum ſæua, aut magis ſæua quã prius, & hoc clementia depoſita ad tempus. Enim pro quia, abſcidit manus omnium, qui transfugerant ex præſidiis Romanorum ad hoſtes, & qui capti erant, ut ipſi geſtantes præ ſe, ideſt ante ſe brachia trunca .i. truncata abſciſſis manibus, iniicerent reliquis metum defectionis, id eſt transfugiendi ad hoſtes. Itaq;, ideſt & ita manus rebelles diſtractæ a corporibus ſuis, & ſparſæ in ſolo cruento, fuere cęteris documẽto ne auderent committere idem, ſcilicet crimen defectionis.

OLIVERIVS.

NIHIL mitius ſuperiore Africano, quaſi minus mirum ſit, hanc ſeueritatem in cæteris fuiſſe cum hoc idem a Scipione Africano factũ fuerit, quo nemo mitior. Nam cum Carthaginenſes bello uiciſſet, urbemq; eorum cepiſſet, omnes, qui ab exercitu Romano ad hoſtes transfugerant, cum in poteſtatẽ ſuam redigiſſet, aſperius in Romanos animaduertit, quam in externos, ciues enim ſupplicio affecti ſunt. alii uero ciuili. Nihil mitius. Si naturam, inquit, Scipionis conſideres, nihil manſuetius ferme inuenens, ſed hæc propter ſeruandam militarem diſciplinam incorruptam ſeipſa deficere, & ad peregrinam, ſibiq; longe alieniſſimam crudelitatẽ labi coacta eſt. Mutuandum. Quia non ſuum erat crudelitate uti, ſed a barbara, & immani gente pro tempore ſibi mutuo ſuſcipiendum eſſe exiſtimauit, tantiſper dũ uiolatã militarem diſciplinam merito ſupplicii genere uindicaret. Inſultare. per deriſionem inuadere, per cauillationem irridere. Ad ea. ſcilicet externa, hoc eſt de his dicere, qui non fuerunt Romani in edendis populorum ſpectaculis. Quia in ludis, qui populo edebantur, plerunque faciebant canes, & uenatores perſequi feras. Vnde Terenti. Lauinio aduerſario ſuo obiecit, quod in comœdiam tragediarum portenta induxerit adoleſcentulum ceruam uidere fugientem, & ſectari canes, & eam implorare, ut ſubueniat ſibi. Martialis, & Iuuenalis, de theatrali uenatione multa dicunt.

ASCENSIVS.

NIHIL Mitius &c. Vt Romana reſpublica gloria militari præcellit, ita & exemplis ſeruatæ diſciplinæ militaris, unde affert exemplum Scipionis Africani. maioris dicens. Nihil mitius ſupple fuit, id eſt nemo mitior Africano, id eſt Scipio ſuperiore, id eſt priore (nam duo fuerunt) tamen, id eſt tametſi fuit mitiſſimus, is exiſtimauit aliquid amaritudinis, id eſt acerbitatis mutuandum, id eſt mutuo accipiendum ſupple eſſe ſibi ob crudelitatem alieniſſimam ſibi, id eſt ſuo ingenio ad diſciplinam militarem firmandam id eſt ſtabiliendam. Siquidem, id eſt quoniam Carthaginien. deuicta, cum redegiſſet in ſuam poteſtatem omnes, qui tranſierant exercitibus noſtris, id eſt Roma. ad Pœnos, id eſt Carth. ipſe animaduertit, id eſt ultionem exercuit grauius in transfugas Rom .i. Romanæ ciuitatis, quã in Latinos, id eſt ſocios. Nam affixit hos, id eſt Ro. crucibus, tanquã fugitiuos patrię .i. a patria ad hoſtes trãsfugerint, ſeruos aũt

pro

DE AFRICANO POSTERIORE.

Nam poſterior Africanus, euerſo Punico imperio, exterarum gentium transfugas in edendis populo ſpectaculis, feris beſtiis obiecit. Et L. Paulus Perſæ rege ſuperato, eiuſdem generis & culpæ homines, elephantis proterendos ſubſtrauit: vtiliſſimo quidem exemplo, ſi tamen acta excellentiſſimorum virorum humiliter æſtimare, ſine inſolentiæ reprehẽſione pmittitur. Aſpero enim, & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget: qa vires armis cõſtant, quæ vbi a recto itinere deſciuerunt, oppreſſura ſunt, niſi opprimantur,

DE L. MARTIO TRIBVNO MILITVM.

Sed tempus eſt eorum quoq; mentionem fieri, quæ iam nona ſingulis, verum ab vniuerſo ſenatu pro militari more obtinendo, defendendoq; adminiſtrata ſunt. L. Martius Trib. militum, cũ reliquias duorum exrcitum Publii & Cnei Scipionum, quos arma Punica in Hiſpania abſumpſerant, diſperſas mira virtute collegiſſet, earumq; ſuffragiis dux eſſet creatus, ſenatui de rebus actis a ſe ſcribens, in hunc modum orſus eſt. L. M. Proprætore, cuius honoris vſurpatione vti eũ patribus C. non placuit, quia duces a populo, non a militibus ſolerent creari: quo tẽpore tam anguſto, tamq; graui, propter immane Reipub. damnum, etiam Trib. militum adulandus erat, quoniam quidem ad ſtatũ totius ciuitatis corrigẽdũ unus ſuffecerat: ſed nulla clades, nullum meritum valentius militari diſcipiina fuit. Succurrebat enim illis q̃ animoſa ſeueritate Tarentino bello maiores eorũ vſi fuiſſent. In quo quaſſatis, & attritis Reipub. viribus, cum magnum captiuorum ciuium ſuorum numerum a Pyrrho rege vltro miſſum recepiſſent, decreuerunt, vt ex iis, qui equo meruerant, peditũ numero militarent: qui pedites fuerãt, in funditorũ auxilia tranſcriberentur: ne ve quis eorum intra caſtra tenderet, ne ve locum extra aſſignatum, vallo, aut foſſa cingeret, ne ve tentorium ex pellibus haberet: recurſum autem iis ad priſtinum militiæ ordinem propoſuerunt, ſi quis bina ſpolia ex hoſtibus tuliſſet: quibus ſuppliciis conpreſſi, ex deformibus Pyrrhi munuſculis, acerrimi hoſtes extiterunt. Parem iram aduerſus illos Senatus diſtrinxit, qui apud Cannas Rempub. deſeruerunt. Nam cum eos grauitate decreti vltra mortaliũ cõditionẽ relegaſſet acceptis a M. Marcello literis, vt eorũ ſibi opera ad expugnationẽ Syracuſanorũ vt liceret: reſcripſit indignos eſſe, qui in caſtra reciperentur. Cæterum ſe ei permittere, vt faceret quod expedire Reipub. iudicaſſet, dũ ne quis ex eis munere vacaret, aut dono militiæ donaretur, aut in Italiã, donec hoſtes in ea eſſent, accederet. Sic eneurues aĩos odiſſe virtus ſolet. Age, q̃ grauiter ſenatus tulit, quod Quintũ Petiliũ COS. fortiſſime aduerſus Ligures pugnantẽ occidere milites paſſi eſſent: legioni neq; ſtipendiũ anni procedere, neq; æra dari voluit, quia pro ſalute im-

pro ſed percuſſit. i. percutiendos mandauit ſecuri, illos, ſcilicet latinos, tanquam ſocios perfidos. Non proſequar hoc factum, ſcilicet Scip. ulterius, hoc eſt uerbis contumelioſis aut expoſitoriis contumeliæ in ea latentis, & quia eſt Scip. hoc eſt uiri laudatiſſimi, & quẽ taxare nefas ſit, & quia non attinet, ſcilicet ad rem, id eſt nõ decet, inſultare, id eſt per irriſionem improperare ſanguini Rom. perpeſſo ſupplicium ſeruile, quamuis, id eſt quantumuis merito, id eſt peccato ſuo, præſertim quum liceat tranſire ad ea, quæ poſſunt narrari geſta ſine uulnere domeſtico. i. ſine leſione Po. Ro. quod in ſequentibus facit.

OLIVERIVS.

ET Lu. Paulus. De hoc ſatis ſupradictum eſt in cap. de ominibus, q͠ bellum Macedonicum extra ordinem huic ſenatus decreuerit, quod cum ſumma felicitate, & gloria confecit, regem uicit. Eiuſdem culpę fugitiuos. Procerẽdos. Cõcuicandos peſſundandos. Aſpero enim, & abſciſſo, imperatores, & duces exercituũ, ſi militem quempiam a militari diſciplina declinãtem punierint, tametſi id iuſte, & merito faciant, tamen id inſolentia potius quadam feciſſe indicãtur, quia crimen in iudicium non uenit, ſed cõmiſſum continuo punitur, quod etiã fieri neceſſe eſt, nam ſi per diſpẽdia iudiciorũ expectandum eſſet, ut de iure diſceptaret, nimis creſceret gladiatorũ licẽtia. Abſciſſo. compendioſo, & breui.

ASCENSIVS.

NAM Afri. poſte. i. minor Imperio punico euerſo, quia Carthaginem deleuit obiecit feris beſtiis, ut Leonibus i edẽdis ſpectaculis populo transfugas exterarum gentium. i. qui cũ imperatori Romano iurati fuiſſent, ad hoſtes tranſierant, a quibus recepti ad ſuppliciũ fuerunt. Et Lucius Paulus. ſ. Macedonicus, Perſæ Rege. ſ. Macedoniæ ſuperato, quia capto, & in triumphũ ducto, ſubſtrauit homines eiuſdem generis. i. externi, & eiuſdẽ culpæ. i. transfugas, proterẽdos elephãtis, qui eos cõculcantes proterebant, Obiecit inquam ille feris, & hic ſubſtrauit elephãtis, exemplo utiliſſimo. ſ. rei Romanæ, ut alii cauerent transfugere, ſi tamen permittitur, ſubaudi mihi æſtimare. i. appretiari humiliter. i. abiecta, & uili acta excellentiſſimorum uirorum, ut erant iam dicti, ſine reprehenſione inſolentię, quia inſolentis uidetur diminuere laudem tantorum uirorum ea autẽ imminui uidetur, dum frigide narratur. Declarat, quare utili exemplo, aut cur in ea re maximopere laudandi ſint dicti imperatores, enim proga diſcipima militaris indiget genere, caſtigationis aſpero, & abſciſſo, quale eſt dum membrum putridum abſcinditur, aut abſciſſo, id eſt compendioſo abſciſſa omni mora, quia uires militum conſtant armis, quæ ſ. arma, ubi deſciuerint, id eſt per defectionem, & ſeditionem diſceſſerint ab itinere recto, id eſt ab æquo & iuſto. Sunt, qui legant tenore, id eſt perpetuo tramite recto aut potius recti, ſunt oppreſſura. ſ. in quos impetũ fecerint, niſi opprimantur. ſ. ab illis mature.

OLIVERIVS.

LVCIVS Martius tribunus Mi. Pu. & Cn. Scipiones diu in Hiſpania contra Carthaginienſes bella feliciter geſſerunt, Carthaginienſes Aſdrubalem, & magonem aduerſus eos cum magnis copiis miſerunt, & cum eos Romani aliquaandiu perſecuti eſſent, illi uero ſe in tutiora loca recipiſſent, & nõnunqã pauci Romani ex multis uictoriam reportaſſent Celtiberi, qui cum Romanis erant prætio corrupti ad Carthaginiẽſes defecerũt, & forte diuiſis exercitibus, duo fratres bifariam bellum gerebãt, ut tandem aliquando ei finem imponerent, ſed deſtituti a Celtiberis, in q̃bus ſpes maxima erat uictorię (quippe qui ſupra. xxx. milia eſſent) intra paucos dies ab hoſtibus oppreſſi ſunt, & duo imperatores Romani cũ magna parte exercitus deleti ſunt, quod reliquũ fuit uirtute L. Martii tribuni militũ in unũ coactũ eſt, & dux eſt a militibus electus, q cũ intellexiſſet hoſtes ob rem bene geſtam lætitia agitantes, quaſi omnes Romanorum copias deletas crederent & ꝓpterea ſe negligenter haberent, milites ad concionem uocauit, & adhortatus eos ad hoſtes inuadendos, cum inter concionandum (ut diximus in capitulo de ominibus) ſubito flamma e capite eius emicuiſſet, læti milites omen acceperunt, & ducem Martium ſecuti ad caſtra hoſtium, eos cibo, ſomnoq; oppreſſos confecerunt, hic ergo Martius cum de rebus geſtis ad ſenatum ſcriberet, hoc Tituloufus eſt. L. Martius proprætor. S. P. Q. R. S.

peratoris, hoſtiũ telis ſe non obtulerant. Idq; decretum ampliſſimi ordinis, ſpecioſum, & æternum Petilii monimentũ extitit, ſub quo in acie, morte. in Curia vltione clari cineres eius acquieſcunt. Conſimili, animo, cum ei Hannibal ſex millium Romanorũ, quæ capta in caſtris habebat, redimendorũ poteſtatem feciſſet, conditionẽ ſpreuit, memor tãtam multitudinem armatorũ iuuenum, ſi honeſte mori voluiſſent, turpiter capi nõ potuiſſe. Quorũ neſcio vtrum maius dedecus fuerit, ꝙ patria ſpei, an ꝙ hoſtis metus nihil ĩ his repoſuerit: hæc pro ſe, ille ne aduerſus ſe dimicarent, parui ducẽdo. Sed cũ aliquoties ſenatus pro militari diſciplina ſeuere excubuerit, neſcio an tunc præcipue, cum milites, qui Rhegyũ in iuſto bello occupauerãt, mortuoq; duce Bubelio, M. Ceſium ſcribam eius ſua ſponte imperatorẽ delegerãt, carcere incluſit, ac M. Furio Flacco Trib. ple. denũtiante, ne in ciues Romanos aduerſus morem maiorum animaduerteret, nihilominus propoſitum executus eſt. Cæterum minore cum inuidia, vt id perageretur, quinquagenos per ſingulos dies virgis cæſos, ſecuri percuti iuſſit, eorumq; nullum ſepulturæ mandari, mortemq; lugeri vetuit.

P. D. quo genere tituli eum ſenatus ulterius uti noluit, ut cũ tribunus creatus eſſet a populo, ſe ꝓperatorẽ diceret, quod id a militibus accepiſſet. Adulãdus hoc uerbũ apud ueteres cõmune fuit, ſicut multa alia, teſte Priſciano, Tarẽtino bello cũ Tarentini bellũ cum Po. Ro. haberẽt Pyrrhũ regẽ Epyrotarũ in Italiã acciuerunt, quo in bello attritæ primo ſunt uires Po. Ro. cũ igitur pyrrhus magnũ numerum captiuorũ cepiſſet, ſine redẽptione oẽs Po. Ro. cõdonare uoluit, in quo ſentẽtia Appii Claudi cæci fuit, ne reciperent priſtino ſtatu, igitur qui equites fuerãt in peditũ numerũ, qui pedites in funditorũ alas trãſcripti ſunt, & aliis cõditionibus aſſigati, uñ Frontinus lib. iiii. c. I. Appii Claudi ſentẽtia ſenatus, eos qui a Pyrrho rege Epirotarũ capti, & poſtea remiſſi fuerunt, equites ad pedites redegit, pedites ad leuem armaturã omnibus extra uallum iuſſis tendere, donec bina hoſtiũ ſpolia ſinguli referrẽt. Magnũ captiuorum enim. Fuerũt aũt ducẽti, teſte Iuſtino lib. xviii. qui, inquit Pyrrhus ducentos captiuos milites gratis Romã remiſit, ut cognita uirtute eius Romani cognoſcerent liberalitatẽ. Meruerãt. militauerant. Luca. ære merent paruo. Tẽderent. Tentoria haberẽt. Virgil. hic ſæuus tendebat Achilles. Vallo, & foſſa. Volebat, ipſos hoſtibus expoſitos eſſe. Expellibus, ſed ex tela tantũ. Quibus ſuppliciis. His, inquit, legibus, & cõditionibus tam aſperis milites illi munuſcula fuerãt Pyrrhi, idem illius acerrimi hoſtes fuerũt. Parẽ irã ſenatus, Frõtinus lib. iiii. ca. i. Fuluio, & Appio Claudio Conſſ. milites ex pugna canẽſi in Siciliã a ſenatu relegati poſtulauerũt a cõſule M. Marcello, ut in ꝓlium ducerent, ille ſenatũ cõſuluit, ſenatus negauit ſibi placere cõmitti his rẽpub. quã deſeruiſſent. Marcello tñ cõmiſit facere, qđ uideretur, dũ ne quis eorũ munere uacaret, ne ue donaretur, ne ue qđ ꝓmiũ ferret, aut in Italiã deportaretur, dũ pœni in ea fuiſſent. Li. legatis militum, qui relegati poſtulabãt ut in ꝓliũ ducerẽtur. Marcellus id nec iuris, nec poteſtatis ſuæ eſſe dixit, ſenatui ſcripturum ſe, omniaq; de ſentẽtia patrum facturũ eſſe, literæ ergo Marcelli ad nouos conſules allatæ ac per eos in ſenatu recitatæ ſunt, cõſultuſq; de his literis ita decreuit ſenatus militibus, qui ad Cannas cõmilitones ſuos pugnantes deſeruiſſent ſenatui nihil uideri rẽpub. cõmittendam eſſe, ſi M. Claudio ꝓconſuli aliter uideret, faceret, quod e republica, fideq; ſua duceret, dũ ne quis eorũ munere uacaret, ne ue dono militari uirtutis gratia donaretur, ut in Italiam reportaretur, donec hoſtis in terra Italia eſſet. Diſtrinxit. nudauit, trãſlatio ſumpta a gladio. Vltra mor. cõ. Quia conditiones illorũ morte ipſa atrociores fuerunt. Munere. Dum ne q; illorum uacationem haberet militiæ, uidelicet ut ſemper militiam gererent. Aut dono, ut ſi etiã fortiter geſſiſſet nullo munere militari donaret. Sic enerues. Sic uiriles, & uirtute præſtantes molles, & effœminatos odiſſe ſolẽt, q̃ Romani ſemper uiriles fuerunt. Age quã, ſenatus tulit. De hoc in. c. de Ominibus abunde ſatis dictũ eſt, nã hic. Q. Petilius fuit, q̃ dixit hodie lætũ capiã. ſ. mõtem, ubi fortiter pugnãdo occubuit, Frõtinus lib. iiii. ca. i. cũ a liguribus in ꝓlio. Q. Petilius interfectus eſſet, decreuit ſenatus uti ea legatio in cuius acie cõſul fuerat occiſus, tota infrequẽs referretur, ſtipẽdiũ ei nõ daretur annuum, æra reſcinderentur. Nec ſtipẽdia ꝓce. ſequẽtis anni. Neq; æra dari, quæ meruerãt, duplici ergo ſtipẽdio priuauit. In curia ultione, ꝓpter decretũ ampliſſimi ſenatus. Cõſimili aĩo. L. i. de ca. ii. puni. bel. Hãnibalẽ dicit ſecũdã ꝓſperã ad Cãnas pugnã, capti

Quin. Petilius. Conſſ. a liguribꝰ interfectus.

uos Romanos, qđ nũquã antea fecerat, benigne ſatis fuiſſe allocutũ, eiſq; ſe redimẽdi poteſtatẽ feciſſe. ꝑciũ cõſtituiſſe I capita, equiti q̃ngenos nũmos, tricenos pediti, ſeruos terdenos, & quã quã, aliquantũ adiiciebatur equitibus ad id ꝑciũ, quo pepigerãt dedẽtes ſe, lætos tñ quãcũq; cõditionẽ accepiſſe, Romamq; legatos miſiſſe, ſenatũ nõ redimẽdos cenſuiſſe, diſſuadente in primis. T. Mãlio Torqua. priſc̨, & nimis duræ ſeueritatis uiro, qui ꝑter alias rõnes, eorũ ignauiã infectatus illam afferebat, qđ cũ P. Sẽpronio tuditano, aufugere potuiſſet Cic. officiorũ lib. ulti. circa finẽ. Octo hominũ millia, inquit, tenebat Hãnibal, nõ quos in acie cepiſſet, aut qui periculo mortis diffugiſſent, ſed qui relicti in caſtris fuiſſent a Paulo, & Var. cõſule, eos ſenatus nõ cenſuit redimẽdos, cũ id parua pecunia fieri potuiſſet, ut eſſet inſitũ militibus noſtris, aut uincere, aut emori. Sex millia Romanorũ, in numero diſſentit a Cice & a Liuio, qui octo millia fuiſſe dicũt. Ille ne adu. ſe. Ne pro ut poſuit aperte hoc loco. Qui rhe. in b. Frõtinus eodẽ lib. & ca. in legione, inqt, quæ Rhegiũ oppidũ iniuſſu ducis diripuerat, animaduerſum eſt, Ita ut quatuor millia tradita cuſtodiæ necarentur, præterea ſenatuſconſulto cautum eſt, ne quem ex eis ſepelire, aut lugere fas eſſet, abbreuiator Liuii, nõ Romanos, ſed campanos fuiſſe dicit. Campana, inquit, legio q̃ Rhegiũ occupauerat obſeſſa, ſeditione facta, ſecuri ꝑcuſſa eſt. Eorũq; corpora. Ad mortẽ uſq; ſeuire tolerabile eſt, ultra mortẽ inhumanũ ſicut de Achille legĩt, q̃ in Hectorẽ mortuũ ſæuit. Virg. Ter circũ iliacos raptauerat hectora muros, Exanimũq; auro corpus uendebat Achilles.

ASCENSIVS.

¶ SED tẽpus eſt mentionẽ fieri, quoq;. i. etiã eorũ, quæ iã adminiſtrata ſunt, non a ſingulis. ſ. imperatoribus, ſed ab uniuerſo ſenatu pro more militari obtinendo, & defendẽdo. L. Martius tribunus militũ, cum collegiſſet mira uirtute reliquias duorũ exercituũ, uidelicet Publii, & Cnei Scipionum, quos. ſ. Scipiones arma punica. i. Carthaginẽſes, abſumpſerant in Hiſpania diſperſas. ſ. poſt ducum cædẽ, & eſſet creatus dux ſuffragiis. i. uotis, aut uocibus earum. ſ. reliquiarum ipſe ſcribens ſenatui de rebus actis ſeorſum, eſt in hunc modum. Lucius Martius proprætor. i. foris fungens officio prætoris. Cuius. ſ. proprætoris honoris uſurpatione non placuit patribus conſcriptis eum uti. i. ut amplius utatur, quia duces ſolerent creari a populo. ſ. toto in comitiis, non a militibus. ſ. tantum in caſtris, qui tamen mos poſtea inualuit. Quo tempore tam anguſto. i. anxietatis pleno, & tam graui. i. duro, & moleſto, propter immane. i. maximum damnum reipub. etiam tribunus militum erat adulandus. i. adulatione in officio retinendus, quoniam quidem unus. i. ipſe ſolus, ſuffecerit ad corrigendum ſtatum totius ciuitatis, quia pene deperditum reſtituit, ſed nulla clades fuit ualentior. i. plus potuit, & nullum meritum fuit ualentius diſciplina militari, quia maluiſſent nouam cladem accipere, & tribunum ſibi iratum conſtituere, q̃ diſciplinam militarem frangere. Succurrebat enim illis. ſ. patribus conſcriptis, quam. i. quantum animo ſeueritate maiores eorum fuiſſent uſi in bello Tarentino, in quo uiribus reipub. quaſſatis. i. concuſſis, & attritis. i. iminutis, & abſumptis, cum recepiſſent magnum numerum ciuium ſuorũ miſſum a Pyrrho rege ultro. i. ſine præcio, dixit enim, ut Cic. recitat apud Ennium, Dono ducite, doq; uolẽtibus magnis diis, decreuerunt. i. ſententiam tulerunt, ut ſup. li. ex his, qui meruerãt, ſcilicet æra

cet æra, & ſtipendia equo.i.qui equites fuerāt, militarēt numero peditū.ſ.gregariorū, & qui fuerant pedites, tranſcriberent in auxilia.i.ſupplemētū, funditorū.i.uiliſſimorū peditū, nō cominus, ſed eminus bellantiū. Et decreuerūt, ne quis eorū tenderet.i.tentoria figeret intra caſtra, ne ue cingeret uallo.i. ſepimento ex uallis.i.ſtipitibus, & terra facto, aut foſſa locum aſſignatū ſup. eis, extra.i.caſtra, ne ue.t.& ne haberet tentoriū ex pellibus. Aūt pro ſed, ipſi ꝓpoſuerūt iis recurſum ad priſtinū ordinem militiæ, ſiquis tuliſſet ex hoſtibus bina ſpolia.i.duorum a ſe occiſorū, quibus ſuppliciis illi a Pyrrho remiſſi cōpreſſi.i.anguſtiati, extiterūt .i. euaſerunt acerrimi hoſtes Pyrrhi, ex deformibus munuſculis Pyrrhi, q̄a dono eos emiſerat, tanquā indignos, qui præcio redimātur, Ennius tñ (ut dixi) aliter interpretatus eſt id Pyrrhi donū. Parē &c. Senatus.ſ.Romanus diſtrinxit .i. exercuit parē .i. conſimilem iram, aduerſus illos, qui deſeruerūt rēpu.ſ.fugiendo, apud Cannā uicū apulię, ubi Romanus exercitus ab Hannibale ꝓfligatus eſt. Nam cū ſenatus relegaſſet eos.ſ.milites, in Siciliā, uidelicet, ultra cōditionē mortalium, q̄a mortalibus nihil grauius morte accidere poſſe uidetur, & tamē illis relegatio illa morte acerbior uiſa eſt, literis acceptis a M. Marcello, qui tunc in Siciliam miſſus erat, ut liceret.i.q̄bus Marcellus a ſenatu petiit, ut liceret ſibi uti opera eorū ad expugnationē Syracuſanorū, reſcripſit.ſ.ſenatus, eos eſſe indignos, qui reciperentur in caſtra.ſ.Roma. Cæterū .i. ſed reſcripſit ſe permittere ei .ſ. Metello, ut faceret quod iudicaſſet expedire Reipub. dum.i.dū modo, nequis.i.nō aliquis ex eis.ſ.qui fugerāt, uacaret.i.uacuus eſſet munere.i.onere militari.aut donaretur dono militiæ.i.inſigni pręmio rei bene geſtæ, aut accederet in Italiam, donec hoſtes eſſent in ea. Sic uirtus ſolet odiſſe animos enerues.i.molles, & imbelles. A ge q̃.i.quātū, grauiter tulit.i.paſſus eſt ſenatus, ꝙ milites erāt paſſi. Q. Petiliū cōſulem pugnantē fortiſſime aduerſum ligures, occidere.i.occūbere, & mori ut autē ſciatur quātū grauiter tulerit dicit, Senatus neq; uoluit ſtipēdium.i.ſtipē, q̄ pēdebatur.i.ſoluebatᷣ anni.i pro anno ſequēte integro, ꝓcedere.i.ulterius rarū haberi neq; uoluit æra.ſ.iam debita dari, q̄a nō obtulerunt.i.nō obiecerunt ſe telis hoſtiū pro ſalute iperatoris. Idq; decretū ampliſſimi ordinis, uidelicet patrū cōſcriptorū extitit ſpecioſum, & æternū monimētū.i.ſepulchrū memoratiuū. Petilii.i.cōſulis interēpti, ſub quo.ſ.monimēto, cineres eius, acq̄eſcunt clari morte in acie.ſ. obita, & clari ultione, in curia.ſ.ſenatoria, aut acq̄eſcunt in acie clari morte, & in curia clari ultione.i.animaduerſione in milites ignauos. Cōſimili &c. Proſequitᷣ eiuſdē exēpla dicēs. Senatus, quū Hānibal feciſſet ei poteſtatē redimēdorū ſex millia Romanorū, qui.ſ.ſex millia habebat in caſtris capta, aut quos Romanos habebat in caſtris captos ſpreuit conditionem.i.noluit eos redimere, memor tantam multitudinē iuuenū armatorū, ſi uoluiſſent, honeſte mori non potuiſſe capi. Q uorū.ſ.militū, aut miliū neſcio utrum maius dedecus.i.ꝓbrū fuerat, ꝙ patria nihil ſpei repoſuerit in his, an ꝙ hoſtis nihil metus repoſuerit in his, aut in eis hæc.ſ.patria ducēdo.i.eſtimādo parui, ut ſup. pugnarēt ꝓ ſe, ille ducēdo parui, ne dimicarent aduerſum ſe. Sed cū ſenatus

EXTERNA EXEMPLA.

Leniter hoc Patres C. ſi Carthaginiēſiū ſenatus in militiæ negociis procurandis violentiam intueri velimus, a quo duces bella prauo conſilio gerentes, etiā ſi p̄ſpera fortuna ſubſecuta eſſet, cruci tñ affigebātur: q̄d bñ geſſerāt, Deorū imortalium adiutorio: quod male cōmiſerant, ipſorum culpæ imputantes.

DE CLEARCHO.

Clearchus vero Lacedæmoniorum dux egregio dicto diſciplinā militię continebat. Identidē exercitus ſui auribus inculcādo. A militibus imperatorem potius, q̃ hoſtem metui debere. Quo aperte denunciabat futurū, vt ſpiritū pœnæ impēderēt, quem pugnæ acceptū ferre dubitaſſent. Idq; a duce p̄cipi nō mirabātur, maternarū blanditiarum memores: quæ exituros eos ad præliandum monebant, vt aut viui cū armis in conſpectū earū venirent, aut mortui in armis referrētur. Hoc intra domeſticos parietes accepto ſigno. Spartanæ acies dimicabant. Sed aliena p̄ſpexiſſe tātū modo ſatis eſt, cum propriis, multoq; vberioribus, & felicioribus exemplis gloriari liceat. Diſciplina militaris acriter retēta, principatū Italiæ Romano imperio peperit: & multarum vrbium, magnorū Regū, validiſſimarū gentiū regimen largita eſt: fauces Pontici ſinus patefecit: Alpiū, Tauriq; montis conuulſa clauſtra tradidit: ortūq; e paruula Romuli caſa totius terrarum orbis fecit columen. Ex cuius ſinu quoniam omnes triumphi manarunt, ſequitur vt de iure triumphandi dicere incipiam.

excubuerit.i.uigilauerit aliquoties pro diſciplina militari ſeuere, cū ſeueritate, & grauitate, neſcio an ſup. excubuerit pro diſciplina mili. p̄cipue tūc, cū incluſit carcere milites, q̄ occupauerāt .i.inuaſerant rhegiū.ſ.oppidū bello iniuſto.i.nō legitime indicto, & Bubelio duce mortuo delegerant. M. Cæſiū ſcribā eius, quē nūc Cācelariū dicūt, ſua ſpōte.i.nō inuitati a ſenatu, imperatorē, ac. M. Furio. Fla. tri. ple. denunciante, ne.ſ. ſenatus animaduerteret in ciues Ro. aduerſus.i.cōtra morē maiorū, executus eſt nihilominus ꝓpoſitū .i.ultimo ſupplicio eos affecit. Cæterū.i.ſed, ut id peragereᷣ cū minore iuidia, ſenatus iuſſit q̄nquaginta.ſ.eorū, aut q̄nquagenos eos cęſos uirgis ꝑ ſingulos dies, ꝑcuti ſecuri .i. decollari, & nulli.i.nō ulli, & corpora eorū mādari ulli ſepulturę, & uetuit mortē eorū lugeri.

THEOPHILVS.

¶ QVO tēpore Pyrrhus Epirotarū Rex ī Italiā copias traiecit aduētu eius deterriti Rhegini, ſimul ꝙ Car. tūc mari dñantes metuebant. Po. Ro. opem, atq; p̄ſidiū poſtularunt. Miſſi a Romāis ad eos milites aliquā diu urbē tutati, fidē ciuitati ſeruauerūt. Erāt numero quatuor millia hominū, q̄bus duces p̄erant Decius, & Cāpanus. Sed tādē Mamertinorū exēplo permoti, & eos tāti facinoris conſpiratores habētes, ipſi quoq; Rheginis fidā uiolant, tum rei oportunitate, tū Rheginorū opulentia pellecti, ciues alios ex urbe depellunt, alios cędūt, deniq; ut Mamertini Meſſanā, ita Rhegiū detinēt Romani, ſi hāc Rheginorū calamitatē graui, & iniquo animo ferrēt, ſuperioribus tñ bellis occupati, ſubſidiū ferre nō poterant. Cōfecto demū bello Rhegiū ꝓfecti, urbē obſederūt, ac tādē expugnarūt interfectis cōpluribus, qui in ipſa etiā uictoria p̄ſcii, q̄d paſſuri forent, ſi ſupuiuerēt, uſq; ad extremū fortiſſime repugnarunt ccc. ſoiū uiui in poteſtatē redacti, quos Romā e ueſtigio emiſſos Coſ. in forū ꝑducti, ac uirgis cedi, & tādē ſecūdū patriæ morē ſecuri ꝑcuti fecerūt, quo & illi ſcelerati facinoris pœnas darent, & ipſi ſuā erga ſocios fidē, quātū fieri poſſet cōfirmarēt, hic hiſt.i. Polybius.

ASCENSIVS.

¶ LENITER. Apte trāſit ad externa, & primo ad ſenatus Cart. exēpla dicēs. Patres cōſcripti.ſ.Romani ſenatus ſup. fecerūt leniter.i.parū uehemēter, hoc.ſ.q̄d dictū eſt, ſi uelimus intueri uiolētiā ſenatus Cartha. in negociis militiæ ꝓcurandis a quo .ſ. ſenatu, ducēs.ſ. Cart. gerentes bella prauo cōſilio.i. modica prudētia, etiā ſi p̄ſpera fortuna eſſet ſubſecuta, tñ affigebanᷣ cruci, affigebanᷣ inquā cruci ab ſenatu iputāte adiutorio deorū imortaliū, q̄d bene geſſerāt, & culpæ ipſorū.ſ.ducū, q̄d cōmiſerāt male.i.cōſules. Sunt, q̄ legāt imputātes, ſed ordo nō ſtat, niſi dicamus. Et erāt imputātes &c. q̄d datū eſt a ſtilo orationis ualerianæ abhorrens.

OLIVERIVS.

¶ INCVLCANDO. ingerendo. Vt ſpi. pœ. im. Ex eo, inquit, ꝙ dicebat magis imperatorem, q̃ hoſtem metui debere, ſignificat fore, ut uitam, q̃ honeſte pugnando effundere nō dubitaſſent, eam pro pœna delicti turpiter amitterent: hoc etiā Frōtinus. Clearchus dux Lacedæmoniorum exercitui dicebat, imperatorem pluſquam hoſtem metui debere, ſignificans eos, qui in prælio dubiam mortem timuiſſent, certum ſi uixiſſent de ſe manere ſupplicium, ut intelligerent ſibi poſt prælium mortem

Clearch' ſpar. dux.

certam expectandam eſſe. Maternarum de. me. Legitur, ꝙ ma ter quædam cum Diropetrion filium audiſſet ignauũ, & matre indignum, illum ſuis manibus extinxit, unde, & uerſus cõſtat. Hunc timidũ mater Diropetrion ipſa necauit. Nec dignum ma tre, nec Lacedæmoniũ. Matres aũt filios in præliũ exeuntes bre uibus admonebant dicentes, aut hunc, aut in hoc, uidelicet uel

accepto intra parietes domeſticos, quia a matribus. Sed ſatis eſt proſpexiſſe. i. de longe uidiſſe, tantummodo aliena ſup. exem pla militaris diſciplinæ, cum liceat gloriari exemplis propriis. i. domeſticis, & multo uberioribus ac felicioribus. Nam ſup. diſci plina militaris retenta acriter peperit imperio Ro. principatum Italiæ, & largita eſt, ſup. ei regimen magnorum regum, & ualiſ

DE IVRE TRIVMPHANDI. CAP. III.

Ob leuia prælia quidã imperatores triũphos ſibi decerni deſiderabant, quibus vt occurreretur, lege cautum eſt, nequis triumpharet, niſi quinq; millia hoſtium vna acie cecidiſſet. Non enim numero, ſed gloria triumphorum excelſius vrbis noſtræ fururum decus maiores exiſtimabant. Cæterũ ne tã præclara lex cupiditate Laureæ obliteraretur, legis alterius adiutorio fulta eſt, quã L. Marius, & M. Cato Trib. ple. tulerunt, pœnã enim imperatoribus minatur, qui aut hoſtiũ occiſorũ in prælio, aut amiſſorum ciuium falſum numerum, literis ſenatui auſi eſſent referre. Iubetq; eos, cum primũ vrbem intraſſent, apud Queſtores Vrbanos iurare de vtroq; numero vere ab his ſenatui eſſe ſcriptũ. Poſt has leges iudicii illius tempeſtiua mentio introducetur, in quo de iure triũphandi inter clariſſimas perſonas & actum, & excuſſum eſt. Luctatius COS. & Qu. Valerius PR. Circa Siciliam inſignẽ Pœnorum claſſem deleuerant, quo nomine Luctatio COS. triumphum Senatus decreuit. Cũ autem Valerius ſibi eũ quoq; decerni deſideraret, negauit id fieri oportere Luctatius, ne in honore triumphi minor poteſtas maiori æquaretur, pertinaciuſq; ꝓgreſſa contentione: Valerius ſponſione Luctatium ꝓuocauit, non ſe petiturum triũphum, niſi ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa: nec dubitauit reſtipulari Luctatius. Itaq; iudex inter eos cõuenit Attilius Calatinus, apud quẽ Valerius in hunc modũ egit: Conſulẽ ea pugna in lectica claudũ iacuiſſe, ſe aũt omnibus imperatoriis partibus functũ. Tũc Calatinus prius, quã Luctatius cauſam ſuã ordiretur: quæro, inqt. Valeri a te, ſi dimicandum nec ne eſſet, contrariis inter vos ſententiis diſſediſſetis, vtrũ quod COS. an quod PR. imperaſſet, maius habiturum fuerit momentũ? Reſpondit Valerius nõ facere ſe cõtrouerſiã, qn priores partes COS. eſſent futuræ. Age deinde inquit Calatinus, Si diuerſa auſpicia accipiſſetis, cuius magis auſpicio ſtaretur? Itẽ reſpondit Valerius. COS. Iã me hercule, inquit, cũ de imperio, & auſpicio, inter vos diſceptationẽ ſuſceperim, & tu vtroq; aduerſariũ tuũ ſuperiorẽ fuiſſe fatearis, nihil eſt, qđ vlterius dubitẽ. Itaq; Luctaci, quãuis adhuc tacueris, ſecũdũ te litẽ do. Mirifice iudex, ꝙ ĩ manifeſto negocio tẽpus teri paſſus nõ eſt. Probabilius Luctatius, ꝙ ius ampliſſimi honoris conſtanter defendit. Sed nec Valerius quidem improbe, quia fortis & proſperę pugnæ vt non legitimum, ita ſe dignum præmium petiit.

hunc Clipeum, referas uiuus, uel in hoc mortuus referaris. Fauces. p. ſi. De hoc ait Cice. in oratione pro Archia poeta. Po. enim Ro. aperuit Lucullo iperãte pontũ, & regis opibus quondã, & natura regionis uallatũ, nã Lucullus contra Mitridatẽ regem pont. miſſus eſt, & uictoriæ aditum patefecit, quã amplã poſtea Põ. cõſecutus eſt. Vali diſſimarũ gen. P. Q. Flaminius in græciã miſſus eam uniuerſam Romano ſubegit imperio, & liberã eſſe uoluit, unde cũ præco iuſſus eſſet ad hãc uocẽ canere, uidelicet, ut græciã liberã eſſe nũciaret, tantus dicitur clamor ſubſecutus, ut aues ſupra uolãtes hoc clamore repercuſſæ in terram ꝓlapſæ ceciderint, ut ſupra notatum eſt. Parua Ro. c. Tugurium illud in quo Romulus adhuc paſtorale uitam agens, dicitur habitaſſe, qđ poſtea Ro. refecerunt ſuo tempore in parentis ſui memoriam ſempiternam.

ASCENSIVS.

Clearchus uero &c. Paucis ꝑcurrit exẽpla externa, afferens duo Lacedæmoniorũ, & purgans, ꝙ non plura afferat externa, eo ꝙ tot ſuperſint domeſtica, unde cũ laude Romanæ diſciplinæ titulũ hũc claudit. Ordo autem eſt. Vero pro ſed, Clearchus dux Lacedæmoniorũ cõtinebat. i. conſeruabat diſciplinam militiæ egregio dicto inculcando idẽtidem. i. per interualla temporis auribus exercitus ſui, imperatorem debere potius metui a militibus, ꝙ̃ hoſtem. Quo. ſ. dicto denunciabat aperte futurum, ut ipſi impenderent pœnæ. i. ultioni ab iperatore expectandæ, ſpiritum. ſ. uitalem, quem dubitaſſent ferre acceptum. i. impẽdere pugnæ. ſ. honeſte. Et ipſi milites Lacedæmonii nõ mirabantur id ꝑcipi a duce. Memores. i. eo ꝙ eſſent memores blãditiarũ maternarum. i. uirilium iuſſorum matrum ſuarum, quæ abeũtibus dabant, cum aliarum nationũ matres blandiri ſoleant, unde ſeuera illarum mandata ſpecioſe blanditias uocant, quæ. ſ. matres potius ꝙ̃ blanditiæ maternæ monebant eos exituros ad præliandum, ut aut uenirent uiui in cõſpectu earum cum armis. i. non amiſſis illis, nec abiectis, aut referentur mortui in armis utpote in clypeo, aut ſcuto. Acies ſpartanæ. i. Lacedæmonię dimicabãt hoc ſigno. i. uexilio, hoc eſt hoc monitu, loco uexilli

diſſimarum gentium, & patefecit ei fauces ſinus põtici. ſ. maris, & tradidit clauſtra Alpiũ & Tauri montis conuulſa. i. ui diffracta, & fecit ipſum imperium Romanum ortum eſt parua caſa. i. humili tugurio Romuli, columẽ. i. faſtigium totius orbis terrarũ. Ex cuius. ſ. imperii Ro. ſinu, quoniã oẽs triumphi manarunt, ſequitur. i. conſequens eſt, ut dicere incipiam de iure triumphandi.

OLIVERIVS.

Ob leuia prelia imperatores triũphos. Trãſit ad capitulum de triũphis, & oſtendit imperatores Ro. non niſi de maximis uictoriis triũphaſſe, nam lege cautum erat, ne cui triumphus decerneretur, niſi quinq; millia hoſtium una acie proſtrauiſſet. Erat autem triumphus maximus honor, qui dabatur imperatoribus Ro. qui quatuor albis eq̃s inaurato currui iunctis, capite laurea coronato in capitolium uehebantur, præcedẽtibus captiuis catenatis, & præeunte ſenatu in Iouis optimi maximi templum deuicti immolato Tauro albo ad proprias ędes redibant, qui autem primus in urbe Ro. triumphauerit, uaria eſt ſcriptorum ſententia, nam alii Camillum, alii Tarquiniũ Priſcum, alii Vale. pu. fuiſſe tradunt. Obliteraretur, obliuioni traderetur deleretur. Fulta eſt. Nec enim lex illa per ſe ſatis ualida erat potuiſſent enim Imperatores cupiditate triumphi falſum occiſorum hoſtium num. referre. Lucta. Ca. com. Hic contra pœnos Siciliam inuadentes miſſus eſt, qui cum Nauali prælio intereſſe non poſſet propter malam corporis ualetudinem. Q. Vale. prætor claſſem hoſtium deleuit, tempore quoq; conſulatus Luctatii diuerſæ aquarum, igniumq; clades pene urbem abſumpſerunt. Reſtipulari. Stipulari ſignificat ſtipem, hoc eſt pecuniam obligare, tractum autem eſt a ſtipe, quæ ſpecies erat numiſmatis ſtips autem dicta eſt a ſtipando nam antiqui pecuniam penſare non numerare ſolebant, quam pecuniam æs graue Li. appellat, & Plin. lib. xxxiii. militum, inquit, ſtipendiorum, hoc eſt ſtipis ponderandæ, penſatores libri pendes dicuntur, unde etiam nomina nummis remãſerunt apud antiquos a pẽſatione, ſicut aſſis, dodras ꝙ̃drãs, uncia, minæ, denarius, & ſimilia, ergo pecuniam

Triũphãdi Ius.

DE CN. FVLVIO FLACCO.

Quid facias Cn. Fuluio Flacco, qui tam expetendum aliis honorem triumphi, decretum ſibi a ſenatu ob res bene geſtas ſpreuit, ac repudiauit. Nimirū non plura percerpens, q̃ acciderunt. Nam vt vrbem intrauit, continuo quæſtione publica afflictus, exilio multatus eſt, vt ſiquid religionis inſolentia commiſiſſet, pœna expiaret.

DE Q. FVLVIO.

Sapientiores igitur Quintus Fuluius, qui Capua capta, & L. Opimius, qui Fregellanis ad deditionē compulſis, triumphandi poteſtatem a ſenatu petierunt. Vterq; editis operibus magnificus, ſed neuter petitæ rei compos. Non quidem inuidia Patrū C. cui nunquam aditum in curia eſſe voluerunt: ſed ſumma diligeutia obſeruandi iuris, quo cautū erat, vt pro aucto imperio, non pro recuperatis, quæ Po. Ro. fuiſſent, Triūphus decerneretur. Tantū enim intereſt adiicias aliquid, an detractū reſtituas, quantum diſtat beneficii initium ab iniuriæ fine.

go pecuniā nō in loculis ſeruare ſolebant, ſed in theſauris ſtipare, & cōdenſare, nā ſtipare eſt in locū anguſtū reponere, ergo reſtipulari eſt retro ſe obligare. i. cōtra ſpōſionē a Valerio factā pecuniam obligare. Conuenit placuit. Iudex. Attilius Cala. hic cōſul, cū a pœnis in locū circūſeſſum temere exercitū duxiſſet. M. Calpurnii tribuni militū uirtute, & opera euaſit, qui cum trecentis militibus eruptione facta hoſtes in ſe cōuerterat omnes. De attilio Calatino Cic. in Cato. maiore. Quanta autoritas fuit in Lucio Cæcilio Metello, quanta in Attilio Calatino, in quē illud eulogiū unicū priſmatium populi fuiſſe uirū, notum eſt carmen inciſum in ſepulchro. Claudum. quia conſul morbo erat iplicitus, miſſus eſt hic Valerius p̄tor. Vtrum. an non. Tantum ualet, nec ne. Litē do. i. dico, & eſt uerbū iuris, uerbi ſignificatio etiam apud grammaticos iuenitur. Virg. Sed tū iſte deus, q ſit, da Tytire nobis, ergo dare litē eſt ius diſceptatiōis dicere. Vt nō legitimū. Quia ſibi lege nō debebatur, ſed cōſuli.

ASCENSIVS.

OB Leuia &c. Locuturus de triumphis Romanis præmittit duas leges latas de iure triūphandi dicēs. Quidā imperatores. ſ. Romani deſiderabant triumphos decerni ſibi ob quædā prelia leuia. i. facilia, & modici ſudoris, qbus ut occurreretur. i. reſiſteretur, cautū eſt lege, ne quis triumpharet, niſi cecidiſſet. i. interemiſſet una acie qnq; millia hoſtiū. Enim pro qa, maiores. i. priſci Romani exiſtimabāt decus urbis noſtræ futurū excelſius, nō numero. i. multitudine triumphorū, qui q̃ plurimi fuiſſent ſi ob leuia p̄lia triūphare licuiſſet, ſed gloria. ſ. triumphorū, q̃ ex difficultate, & magnitudine uictoriæ naſcitur. Cæterum, ne tā clara lex obliteraretur. i. deleretur, aut antiquaretur, cupiditate laureæ. i. coronæ triūphalis, ipſa eſt fulta adiutorio alterius legis, q̃ L. Marius, & Marcus Cato trib. ple. tulerūt. Enim pro qa lex ſup. illa minatur imperatoribus pœnā, qui auſi eſſent referre literis. i. ſcribere ſenatui, falſum numerū hoſtiū occiſorū in p̄lio, aut ciuiū amiſſorū, iubet eos. ſ. imperatores triūphum petens, quū primū intraſſent urbē iurare apud quæſtores urbanos, uere ſcriptū eſſe ab his ſenatui de utroq; numero. ſ. tā hoſtiū, q̃ ciuiū cæſorū. Mentio iudicii illius, in quo & actū, & excuſſum eſt inter clariſſimas pſonas, introducetur tēpeſtiua. i. oportuna, & debita ſerie poſt has leges. ſ. iā dictas. Luctatius cōſul, & Q. Vale. p̄tor, deleuerant inſignē claſſem pœnorū circa Siciliā, quo nomine. i. gratia, cuius meriti, ſenatus decreuit luctatio cōſuli triūphū. Aūt pro ſed, cum Vale. quoq; deſideraret eū. ſ. triumphū decerni. i. addici, aut adiudicari ſibi, luctatius negauit id oportere. i. decere (hoc loco) fieri, ne minor poteſtas, utpote p̄toria, equaretur maiori. ſ. cōſulari i honore triumphi, & cōtentionē pgreſſa ptinacius. Vale. puocauit Luctatiū ſpōſionē. i. depoſitione tanti, quanti intereſſe poſſet, nō ſe petiturum. i. quo ſpopondit, & depoſuit pbare, ſe non petiturum triumphum, niſi punica claſſis eſſet oppreſſa ſuo ductu, nec Luctatius dubitauit reſtipulari. i. econtrario deponere. Itaq; Atti. Cala. conuenit. tacuiſſe in lecti. cla. ea pugna. i. dum pugna fieret, qua claſſis oppreſſa erat, ſe autem functum omnibus partibus imperatoris. Tunc Calatinus, inquit, priuſquam Luctatius ordiretur cauſam ſuā o Vale. ego quæro a te, ſi uos diſſidiſſetis ſententiis. i. ſi fuiſſetis diſcordes in ſentētiis dimicandum, necne eſſet. i. utrum dimicandū eſſet an nō, utrum id quod cōſul imperaſſet, an id quod p̄tor imperaſſet, fuerit habiturū maius momētū. i. plus autoritatis ad mouendam rem ad executionem. Vale. reſpondit, ſe non facere controuerſiam. i. non diſentire, nec inficiari, qn priores. i. potiores partes eſſent futuræ cōſulis. i. qn imperio cōſulis eſſet parendū. Deinde Cala. inquit, age ſi accepiſſetis diuerſa auſpicia, cuius. i. utrius ueſtrū auſpicio ſtaretur magis? Va reſpōdit itē. i. ſimiliter, conſulis. i. q ſtaret magis auſpicus cōſulis. Et Calatinus ſup. ingt, iā me Hercule. ſ. ita iudicate, ut uerū dico, cum ſuſceperim inter uos diſceptationē imaginariā de imperio, & auſpicio, & tu o Valeri fatearis aduerſariū tuū. ſ. Luctatiū conſulē fuiſſe, ſi ita eueniſſet, ſuperiorē in utroq; tam in imperio, q̃ in auſpicio, nihil eſt quod dubitē ulterius. ſ. de cauſa ueſtra. Itaq;. i. & ita o Luctati, ego do litē. i. iudico ſecūdū te. i. p te, quāuis tacueris adhuc, mirifice ſup. egit iudex. q uel qui non eſt paſſus ips teri. i. fruſtra trāſigi i negocio manifeſto. Luctatius ſup. egit pbabilius, q defendit cōſtāter ius ampliſſimi honoris, uidelicet cōſularis. Sed nec Vale. quidē improbe, ſup. egit, qa ipſe fortis petit pmiū pugnæ pſperæ. ſ. geſtæ, ut nō legitimū, qa ex lege debebatur conſuli ita dignū ſe, qa uir fortis erat.

OLIVERIVS.

QVID facias. Cn. Ful. Flac. Hic Ful. Flac. triumphū contēpſit, qui pmo ſubegit uarcos ios in illyrico, deinde alio tēpore alpinos ligures domuit miſſus quoq; in auxiliū Maſſilienſiū, aduerſus Saluios Gallos, qui fines Maſſilienſium depopulabātur, demū cum ætolis bellauit, q cum Ambraciā ciuitatē eorū diu machinis expugnare temptaſſet, nec eā capere poſſet, ad extremā neceſſitatē oppidani cōpulſi ſupplices cōſulem orarunt, ut eos in deditionem accipere uellet, quod ille omnino facere recuſauit, nec prius flecti potuit, q̃ p̄cibus rhodii cuiuſdā Attici a ſenatu iperatū eſt, ut eos in deditionē acciperet qđ grauiter tulit ſenatus, uiſus eſt enī cōtra religionē feciſſe, ſupplices in deditionē uenire uolētes, repudiare. Ob res bene geſtas. Quia omnē Ætoliā Romano ſubegit īperio. Nimirū nō p. per. q̃ ac. Quaſi meſis eius p̄ſaga eſſet futuri, qa uidelicet poſt triumphū mulctādus eſſet exilio, ſi triūphaſſet. Percerpēs. Sine dubio abūdat, ſenſus enim a ſuperiori pendet, nimirū nō plura facies; q̃ acciderūt. Quæſtione publica, qa in iudiciū accitus eſt, q oppidanos in deditionē accipere noluiſſet, quod contra religionem eſſe uidebatur. Mulctatus. punitus. Expiaret purgaret. Inſolentia. qua triumphum cōtēpſiſſe iudicatus eſt, huius enim inſolentiæ reus exilio dānatur. — Fuluius Flaccus triūphū cōtēpſit.

ASCENSIVS

QVID facias &c. Affert cōtrariū exemplū, utpote eius, qui triumphum contēpſit, ſed p̄ſagio quodā iminentis contumeliæ dicens. Quid facias. Cnæo Ful. Flac. qui ſpreuit, & repudiauit honorem triumphi decretum ſibi a ſenatu. Ob res bene geſtas tam. i. tantopere expetendū aliis. i. quē alii tantopere expetiſſent, Nimirum. i. haud dubie præcerpēs. i. antequam euenirent, carpens de infortunio ſuo non plura q̃ acciderunt. ſ. paulopoſt. (Sunt qui legant percerpens quod Oliue. uacare ſentit, ſed mihi placet præcerpens legere. (Nam ut. i. ſtatim poſtquam intrauit urbem. ſ. Romam, afflictus continuo quæſtione. i. inquiſitione de uita eius publica multatus eſt exilio. i. pro mulcta tulit exilium, ut ſi commiſiſſet quid. i. aliquid religionis. i. contra religionem, inſolentia. i. per inſolentiam ſuam, aut quia oppidanos in deditionem ſuſcipere noluerat, aut q ſacrum illum honorem ſpreuerat, expiaret. i. purgaret illud, pœna. i. mulcta exilii.

OLIVERIVS.

SAPIENTIORES igitur. Q. Ful. & L. Opimius. His triumphus a ſenatu denegatus eſt, q qcquid per eos geſtū fuerat, ad acceſſionem imperii nō ptinebat, nihil enim imperio Ro. per ipſos aditū, ſed reſtitutū fuiſſe uidebatur, qđ amiſſum fuerat, triumphare autem nō niſi, qui imperium auxiſſent, lege licebat.

DE P. SCIPIONE, ET M. MARCELLO.

Quinetiam ius de quo loquor, ſic cuſtoditum eſt, vt P. Scipioni ob recuperatas Hiſpanias, M. Marcello ob captas Syracuſas triumphus non decerneretur, quod ad eas res gerendas ſine vllo miſſi erant magiſtratu, Probentur nunc cuiuſlibet gloriæ cupidi, qui ex deſertis montibus, Myoparonumque piraticis roſtris, laudis inopes, Laureæ ramulos feſtinabunda manu decerpſerunt. Carthaginis imperio rupta Hiſpania, & Siciliæ caput abſciſſum Syracuſæ, triũphales iungere currus nequiuerunt: & quibus viris? Scipioni, & Marcello: quorũ ipſa nomina inſtar ſunt æterni triũphi. Sed clariſſimos ſolidæ, veræque virtutis autores, humeris ſuis ſalutẽ patriæ geſtantes, & ſi coronatos intueri ſenatus cupiebat iuſtiori tamen reſeruandos laureæ putauit. His illud ſubnectam. Moris erat ab imperatore triumphum ducturo, COSS. inuitari ad cœnam, deinde rogari, vt venire ſuperſedeant, ne quis eo die, quo ille triumphauerit, maioris in eodem conuiuio ſit imperii. Verũ quãuis quis pręclaras res, maximęque vtiles reipub. ciuili bello geſſiſſet, imperator tamen eo nomine appellatus non eſt, neque vllæ ſupplicationes decretæ ſunt, neque aut ouans, aut curru triumphauit, quia vt neceſſariæ iſtæ, ita lugubres ſemper exiſtimatæ victoriæ ſunt: vtpote nõ externo, ſed domeſtico partæ cruore. Itaque & Naſica Tiberium Gracchum, & Opimius C. Gracchi factiones mœſti trucidarunt.

DE QV. CATVLO.

Qu. Catulus Marco Lepido collega ſuo cum omnibus copiis ſeditioſis extincto, moderatum præ ſe ferens gaudiũ, in vrbem reuertitur. C. etiã Anto. Catilinæ victor, abſterſos gladios in caſtra retulit.

ASCENSIVS.

SAPIENTIORES igit̃ &c. Ex ſuo iudicio cenſet cos, q̃ cũ repulſa triũphũ petierunt, ſapiẽtiores eo qui reſpuit, in qua re ſentire uit̃ Cnæũ illũ Fuluiũ Flaccum ſi triumphũ ſibi decretum nõ repudiaſſet, exilii pœnã nõ fuiſſe daturum. Ordo eſt. Igit̃ quia Cnæus Fuluius, qui reſpuit triumphum male mulctatus eſt Q. Fului. qui capua urbe p̃cipua cãpaniç Italicæ, & Lucius Opimius, qui fregellanis ad deditionẽ cõpulſis petierũt a ſenatu poteſtatẽ triũphãdi ſapiẽtiores, ſup. fuerunt q̃ Cnæus Ful. eo quod, q triũphũ petiſ ſe de rep. optime meritũ ſignificat. Vterque ſup. fuit magnificus, operibus editis. i. p̃clare geſtis, & in lucẽ datis, ſed neuter ſup. fuit cõpos rei petitæ hoc eſt triũphi, nõ q̃dẽ ſup. cõpos nõ fuit inuidia. i. ꝓpter inuidiã patrũ cõſcriptorũ, cui. ſ. inuidiæ nunquã uoluerũt eſſe additũ. i. acceſſum in curiã, ſed ſumma diligẽtia iuris obſeruãdi, quo. ſ. iure erat cautũ. i. caute ſancitũ, ut triũphus decerneretur ꝓ iperio. ſ. Romano aucto, nõ ꝓ recuperatis ſup. rebus, aut oppidis, q̃ fuiſſent ſup. prius P. R. Etenim ꝓ q̃a tñ intereſt. i. diſtat, & refert an ſup. adiicias aliq̃d. ſ. ad iperiũ, aut aliud caput an reſtituas detractũ. i. iter augere, & recuperare iperiũ, quãtũ initiũ bñficii, quod facit, qui rẽ auget diſtat a fine iniuriæ, quem facit, qui ablata recipit.

OLIVERIVS.

PROBENTVR nũc Ironia eſt nã damnat duces, q ex minima uictoria triũphũ petebãt. Cuiuſlibet, & nimiæ, cuiuſque laudis. Ex deſertis mõtibus qđ modice laudis eſt, nã pugnare ubi nemo reſiſtit, nulla difficultas ẽ. Myoparonũ. nauiũ piraticarũ. Myoparo dicit̃ Scapha. i. nauicula, & nauis piratica, unñ & ipſi piratæ Myoparones aliqñ dñr. Ramulos. Diminutiuo utit̃, ut laudẽ eorũ paruã admodum oñdat eſſe Feſtinabũda, q̃a nõdũ res geſſerãt, q̃bus merito ſibi triũphus decernat̃. Abrupta. adẽpta. Eo nomine. ea de cauſa.

Ouatio. Ouãs, ouabat q hoſtes i fugã uertiſſet, q aũt ouabat equo albo p urbẽ uectus in capitoliũ aſcẽdebat, & ibi ouẽ ſacrificabat, unñ ouare dictũ eſt, ut Ser. placet. Feſtus Põpe. dicit ouare dictũ eſſe a uoce eorũ, q ouãtẽ ſubſequębant̃. Itaque naſica Tib. gracchũ. De cedæ gracchorũ ſatis ſupra dictum eſt in ca. de ſomniis. Metelius uero ſimili modo. Opimiũ necauit.

ASCENSIVS.

QVINETIAM &c. Oñdit ius ſeruatũ in aliis uiris, & illis q̃dẽ facile pricipibus dicẽs. Quinetiã ius. ſ. triũphãdi de quo loquor, eſt cuſtoditũ. i. obſeruatũ ſic, ut triumphus nõ decerneret̃ Pu. Scipioni ob Hiſpanias recuperatas, nec ſup. M. Marcello ob. i. ꝓpter Syracuſas captas. ſ. ab eo, quod. i. q̃a miſſi erant ad eas res gerẽdas, ſine ullo magiſtratu. i. ſine aditione magiſtratus, nõ enĩ miſſi erãt, ut cõſules, aut ut dictatores, aut p̃tores, &c. ſed ut priuati cum autoritate tñ pub. Probent̃. i. cõmendent̃, nũc poſtquã tales uiri ꝓ tãtis rebus nõ obtinuerũt triũphũ, & ita eſt Ironia, cupidi cuiuſlibet gloriæ qui inopes laudis. ſ. ueræ, aut conſtruatur cum ramulos ſic, qui decerpſerũt manu feſtinabũda. i. nimis accelerãte, ex mõtibus deſertis & ita ignotis, ramulos laureæ inopes laudis. ſ. ueræ, & ex roſtris, piraticis Myoparonũ. i. paruarũ nauiũ ſup. coronã naualẽ aut etiã laureã triũphalẽ ſed inopẽ laudis. Hiſpania abrupta. i. uirtute Scip. auulſa iperio Carthaginis, & Syracuſæ caput Siciliæ. i. priceps urbiũ i Sicilia abſciſſum. ſ. ab iperio Carthaginis uirtute Marcelli, nequiuerũt iũgere currus triũphales, & quibus uiris ſup. nequiuerũt iungere? Reſpõdet Scipioni, & Marcello quorũ nomina ipſa, ſunt inſtar. i. ꝯparatio æterni triũphi. Sed etſi. i. q̃q̃ Senatus cupiebat intueri clariſſimos autores ſolidæ, & ueræ uirtutis geſtantes humeris ſuis ſalutẽ patrię coronatos. ſ. triumphali corona, tamẽ putauit eos ſup. reſeruandos laureæ iuſtiori. i. iuſtius ſuſceptæ.

His illud &c. Addit exẽpla de modeſtia in ciuili bello dicẽs. Ego ſubnectam his. ſ. iam dictis illud. ſ. quod ſequit̃. Moris erat conſules inuitari ad cœnã ab iperatore ducturo. i. q ducturus erat triumphum, deinde rogari ut ſupſedeãt. i. omittant uenire ad cœnam, ne quis eo die quo ille triũphauerit ſit in eodem cõuiuio maioris imperii. ſ. q̃ triumphans, q̃a cõſul maior eſt nõ triũphans, q̃ triũphans nõ cõſul. Verũ quãuis quis geſſiſſet bello ciuili, res p̃claras & maxime utiles reipu. tñ nõ eſt appellatus iperator eo nomi͂e. i. ea de cauſa, aut ob id meritũ, neque ullę ſupplicatiões. i. quas rogationes, & ꝓceſſiones dicimus, decretę ſunt ſup. ei, hoc ẽ ad eius honorẽ, neque aut ouauit. i. ouãs pedibus ingreſſus eſt, ut in minori uictoria facere ſolebãt, aut triũphauit curru, quia ut iſte. ſ. ciuilis belli uictoriæ exiſtimatæ ſunt neceſſariæ, ita exiſtimatæ ſunt ſemp lugubres, utpote ꝑtę. i. acquiſitę, non cruore externo ſed domeſtico. Itaque. i. & ita, & i. ſimul Naſica. ſ. Scip. & Metellus trucidarunt mœſti, & ita non libẽter, Naſica ſup. trucidauit Tiberiũ Grac. & Metellus factiones. i. conſcios, & fautores, factionis, Opimiu ciuiũ Romani. Sic legit Oliue. alii legunt ſic. Et Opimius Caii Gracchi factiones, &c.

OLIVERIVS.

ET Opimius C. Gracchi factiones. Satis ex Annio floro conſtat & Appiano C. Gracch. fretum comitu manu fatale familiæ ſuæ capitolium inuaſiſſe, inde proximorum cæde depulſum, quomodo ſe in Auentinum recepiſſet, inde quoque obuia Senatus manu ab Opimio conſule oppreſſum.

OLIVERIVS.

QVINTVS Catulus & M. Lepi. conſules creati erant ſed cum M. Lepi. acta L. Syllæ reſcindere uellet, & ab eo ꝓſcriptores in ciuitatem reſtitui, & eorum bona quæ Sylla, & populo & amicis ſuis donauerat ipſis reddi. Q. Catul. ex conſenſu bonorũ reſiſtebat actionibus illius, cum igitur actionibus obtinere non poſſet quod cupiebat, in Ætruriam profectus, in gentes ibi copias comparauit, contra quem miſſi ſunt. Quintus Catulus, & Cn. Pompe. illum haud ita multo poſt fuderunt, atque fugatus eſt, ille rurſus ſe in Ætruriam, deinde in Sardinia contulit, & ibi morbo, & peſtilentia periit, Luca. ut Catulo iacuit lepidus. Abſterſos gladios. Quaſi ciuilem ſanguinem abominarentur.

ASCENSIVS.

QVINTVS Catul. Affert tertium ciuilis uictoriæ ſine letitia publica exemplum dicens Quint. Cat. reuertitur in urbẽ,

præ ſe

præ ſe ferēs.i.ſignis quibuſdā oſtēdēs, gaudiū moderatū M.Lepido triūuiri, collega ſuo.i.q eū cōſul creatus fuerat extincto cū oībus copiis.i. exercitibus ſeditioſis. Caius &c.affert. & quaitū eiuſdē rei exēplū dicēs. Caius etiā Anto.collega Cice.in cōſulatu uictor Catilinæ, ſaltē per legatū, nam ipſe pedibus æger adeſſe nō poterat, ut Salluſt. dicit, prælio (Catilina aūt ꝑ Sallu. notiſſimus eſt coniurauerat enim in rēpub.& nobilitatē Rom.cum Lētulo, Cethego, aliiſq; ꝑditis ciuibus) retulit gladios in caſtra abſterſos.ſ.ſaguine ciuili.

DE CINNA.

L. Cinna, & C. Marius hauſerant quidem auidi ciuilem ſanguinem: ſed non protinus ad tēpla deorum: & aras tetenderunt. Iam L. Sylla, qui plurima bella ciuilia confecit, cuius crudeliſſimi, & inſolentiſſimi ſucceſſus fuerunt, cum conſummata, ac conſtructa potentia ſua triumphū duceret, vt Græciæ, & Aſiæ multas vrbes, ita ciuium Ro. nullū oppidum vexit. Piget, tedetq; per vulnera reipu. vlterius procedere: laureā nec ſenatus cuiquā dedit, nec quiſquā ſibi dari deſiderauit, ciuitatis parte lachrymante. Cæterum ad Quercum pronæ manus porriguntur, vbi ob ciues ſeruatos corona danda eſt, qua poſtes Auguſtæ domus ſempiterna gloria triūphāt.

DE CENSORIA NOTA. CAP. IIII.

Caſtrenſis diſciplinæ tenaciſſimum vinculum, & militaris rationis diligens obſeruatio, admonet me, vt ad Cenſuram pacis magiſtram, cuſtodemq;, tranſgrediar. Nam vt opes Po. Ro. in tantum amplitudinis imperatorum virtutibus exceſſerunt, ita probitas, & continentia cenſorio ſupercilio examinata eſt. Opus effectu par bellicis laudibus. Quid enim prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi male viuitur? Expugnentur licet vrbes, corripiantur gentes, regnis manus iniiciantur, niſi foro & curiæ, officium, ac verecūdia ſua cōſtiterit, partarū rerū cælo cumulus æquatus, ſedem ſtabilem nō habebit. Ad rem igitur pertinet noſſe, atq; adeo recordari acta cēſoriæ poteſtatis.

OLIVERIVS.

LVCIVS Cin.& C. Marius. Hi urbe eiecti diuerſis factionibus, hic a ſylla, ille ab Octauio paruo tēporis interſtitio cōparatis atq; cōiūctis exercitibus patriæ bellū intulerūt, nā cū Marius carcere liberatus, ut in ca. de ominibus plenius uidemus ſe in Africā cōtuliſſet, audiſſetq; Romæ cōtētionē ortā eſſe iter cinnā, & Octauiū, ut potē uir bellicoſiſſim⁹ ex mauruſiis eqtes in Africā cōparauit, & ex agris robuſtiſſimos quoſq; delegit, ipletiſq; ſexagita nauibus ex ea uirorū multitudine, Romā uerſus nauigauit, ſeq; cinnæ pauloāte expulſo Ro. cōiunxit, q ſegnioribus factis iā Romanis, atq; etiā deſidia, & ſegnitie ducū prio hoſtiā. deide Ianiculū, poſtremo urbē ipſam occuparūt, quā uelut terrā hoſtilē diripuerunt, & miſerabili cæde repleuerunt, poſt hāc igit̃ uictoriā Cinna, & Marii de ſuis inimicis nō triūpharūt. Aras &c. ut de uictoria parta diis grās agerēt, ſacrificātes more triūphantiū. Lucius Syl. qui.p.b.e. ſylla multa bella ciuilia cōfecit, primū aduerſus Mariū, & Sulpi. orta de ꝓuincia ponti ſeditione. nā cū Mithridati eū bellū ſyllæ, qui tū cōſul erat, demādatū foret. Q. Sulp. T. Ple. aduerſæ factionis homo legē tulit, inuito ſenatu, ut Mario Mithridatica prouincia caderet, cui rogationi, cum reſiſtere Sylla ſumma ope uellet. Sulpitius cū armata manu in eū impetū fecit, ſtragem ingētem circa eū edidit, ubi Pōpeii filius adoleſcēs nobiliſſimus cæſus eſt. Sylla iter cædē difficulter elapſus clam nocte in caſtra cōtendit, exercitū omnē aduerſus Sulpitiū, & Mariū concitauit, & cæſis legatis, q ad accipiendū exercitū miſſi fuerāt, ad urbē ꝓperauit, quā hoſtiliter ingreſſus cædibus, & incendio, repleuit, nā dū hoſtes ſpectat ſuorū nullā rōnem habet, ſontes, & inſontes opprimit, deinde ſedato tumultu imperio potitus aduerſus Mithridatē profectus eſt, ubi cū paulopoſt audiſſet Mariū, & Cinnā coniunctis exercitibus urbē cepiſſe, totāq; hoſtiliter diripuiſſe, & ciuium, ac in primis amicorū ſuorū fœdam edidiſſe ſtragem, icto cum rege fœdere, cōpoſitiſq; rebus in prouincia. Romam uenit. Et primo apud Capuā, cum Mario Iuniore, & cōſule Norbano feliciter pugnauit, ſupra.vii. hoſtiū mil. cecidit, intra Capuā Norbanū incluſit M. quoq; Lucullus unus ex ducibus ſuis apud fidentiā ſexdecim cohortes aduerſus qnquaginta duxit, & eas fudit, atq; fugauit, uictorq; decē & octo millia trucidauit, hoſtem caſtris exuit. Sylla paulopoſt alterū cōſulē Scipionē ſpe pacis oſtentata, & eius legiones occidit, rurſus cum Mario iuniore, qui exercitū reparauerat, haud procul ab urbe congreſſus cum ingenti hoſtiū ſtrage uictor euaſit, nam ad. xx. mil. Cæſa. &. vii. capta ab eo fuiſſe dicūtur Mariū ꝑneſte fugiſſe, multa quoq; eius ꝑfectos Pōpeium, Craſſum, Metel. ſeruiliū ꝑlia feliciter cōmiſſa, qui magnas etiā Romanorū copias deleuere, ultimū illi ꝑliū fuit ſub ipſis mœnibus urbis cū Teleſino quodā ſamnite, & Lāponio eius ſocio, in quo parū abfuit, qn funditus deleret, ſed tandē aſpirāte fortuna, illos ꝓfligauit, non ſine magna ſuorū clade, urbē deinde ingreſſus ſex milibus ex equeſtri ordine in forū ꝓductis, crudeliter cęſis ꝓſcriptionē ſenatorū, & aliorū ciuiū ac inprimis diuitū fecit miſerabilē. Cōſtricta, cōferta, ꝓdēſa. Multas urbes. Solebāt triūphantes urbes uictas in triūpho pictas ducere. Græcia, & Aſia, inter cęteras, duxit etiā Athenas, ad quærcū pronæ manus porriguntur. Qui ciuē ſeruaſſet, quærna corona donari cōſueuerat, unde etiā legimus, corona quærna Cic. fuiſſe donatū, q ciues ſeruaſſet, ut ſupra diximus. Ante poſtes Iulii Cæſ. erat antiq̃ quærcus, ex qua Roma. decerpere ſolebāt, ubi coronā alicui dare uoluiſſent, Laureā. Nō ſolum non dabatur triūphis, uerū etiā teſte Cic. in Philippicis, oratiōe ultima, ſine lauro multæ fiebant ſupplicationes.

Marianū bellum.

Syllæ dñatus.

Laurus añfores.

ASCENSIVS.

LVCIVS Cinna &c. Affert & alia ciuilis uictoriæ ſine triūpho exēplo dicens. Lucius cinna, & Marius hauſerunt qdē auidi.i.exiſtentes auidi, aut auide ſanguinē ciuilē, ſed non tetēderunt ꝓtinus.i.ſtatim, ut urbē eſſent ingreſſi, ad tēpla, & aras deorum, ut triūphantes, & ouantes fecerant, & ſicut in ſupplicatiōibus fiebat. Nā Lucius Sylla &c. Affert etiā Syllæ in ciuili uictoria exēplū dicēs, Nā Lucius Sylla, qui cōfecit.i. conſumauit, & exhauſit, plurima bella ciuilia, & ſup. cuius ſucceſſus fuerunt crudeliſſimi, qa ſpecioſa in mariū uictoria turpiſſime abuſus eſt, in ſanguinē ciuilē immaniter ſæuiens, & per dictaturæ ꝑpetuæ uſurpationē rempub. opprimēs, cum duceret triūphū potētia ſua exiſtēte ſup. conſummata, atq; cōſtructa. Vt.i. quēadmodū uexit.ſ. in triūpho ſuo, multas urbes.ſ. dictas, Græciæ, & Aſiæ, quas deuicerat, ita nullū oppidū ciuiū Romanorū ſignificans per hoc, ſe non de ciuibus, licet eſſet crudeliſſimus, ſed de externis triumphare. Deinde auctor claudens hunc tractatum, nam externorum triumphorum non meminit, quaſi ſolus Ro. ſit triumphare dicit. Piget.i. miſeratione afficit, & tædet procedere ulterius per uulnera reipub. hoc callide facit, ne de Cæſ. triumphis dicere cogatur, quem neq; uituperaſ audeat, ne uere laudare poſſit. Nec ſenatus dedit cuiq̃.ſ. uictori in bello ciuili lauream nec quiſquam.ſ. ciuim deſiderauit lauream dari ſibi, parte ciuitatis lachrymante, ſcilicet pro deuictis alterius factionis ciuibus. Cæterum, id eſt ſed manus.ſ. ſena. porriguntur, id eſt extenduntur pronæ ad quærcum.ſ. ad quærnam coronam dandam, ubi, id eſt quoties corona.ſ. quærna eſt ob ciues ſenatores quæ.ſ. corona quærna, ſeu quærcea, poſtes domus auguſtæ.i. ipſius Iul. Cæſa. aut alterius augurio conſecratæ triumphat gloria ſempiterna, quia parens patriæ obſeruatos ciues dictus eſt, aut quia ęternam meruit gloriam, quiſquis ſeruauerit ciuem.

OLIVERIVS.

CASTRENSIS Diſciplinæ, cōuenienter, inquit, admoneor militari diſciplinæ cenſuram ſubiungere, ut enim illa belli, ſic hæc pacis cuſtos eſt, atq; magiſtra, quæ imperium Roma. per incorruptam rei militaris diſciplinam, ad maximas

opes amplitudineq́ꝫ ꝑuectum, ſua ſeueritate, q̄ diutiſſime cōſer‑uauit, Liuius. Cēſuræ initium fuit rei a paruo origine ortę, q̄ deiſſe tāto icremēto aucta ē, ut morū, diſciplinęq́ꝫ Roma penes eā regimē Senatus, equitūq́ꝫ centurii, decoris decoriſq́ꝫ diſcrimen ſub cōditione eius magiſtratus publicorū ius, priuatorūq́ꝫ locorū uectigalia P.R. ſub nutu, atq́ꝫ arbitrio eſſent, primi aūt cenſores fuerunt Papirius, Sēpronius q́ꝫ. Probitas ad fidem. Cōtinentia. ad moderationē. Superciſio. Auſteritate, & rigiditate cenſoria, nā ſuperciliū ꝑ ſeueritate ſæpiſſime ponit̃. Virg. conueniens latio pone ſupcilio, interdū pro ſupbia ponit̃.

Opus effectu par. Quia non minorē efficaciā habet in ciuibus cōſeruata cōtinētia, & ꝓbitas, q̄ in bello diſciplina militaris. Niſi foro, & curiæ, niſi iuſte ſapiēterq́ꝫ reſpu. adminiſtrata fuerit imperium, quātumlibet magnum, facile corruet.

Foro. ubi iudicia exercētur, Curiæ. ubi ſentētiæ dicuntur.

ASCENSIVS.

CASTRENSIS & dicturus de Cenſoria nota ꝓfatur dicens. Tenaciſſimum uinculū diſciplinæ Caſtren.i.q̄ in Caſtris ſeruata eſt, & diligēs obſeruatio rationis militaris admonet me, ut tranſgrediar ad cenſurā .i. ad deſcriptionē cēſuræ, magiſtrā, & cuſtodem pacis.i.q̄ cēſura facit, ut in pace decenter uiuatur, & ut pax diutius cuſtodiat̃. Nā ut.i. quē admodū, opes.i. diuitiæ, & facultates, ac potētiæ Po.Ro. exceſſerūt.i. excreuerunt, intantū amplitudinis quantū.ſ. habuiſſe notum eſt, uirtutibus.i. ꝑ uirtutes imperatorū ita ꝓbitas, & cōtinentia examinata eſt.i. excuſſa, & cenſa, atq́ꝫ iudicata, ſupercilio cēſorio.i. grauitate cēſorū. Opus.i. quæ res eſt opus par.i. æquale effectu.i. in utilitate ipſa, & ualore, licet non in labore laudibus bellicis. Enim pro qa, qd̄ ꝓdeſt ſtrenuū eſſe foris.i. belli, aut in bello, ſi uiuit̃ male domi .q.d. nihil. Quia licet urbes expugnent̃.i. uincātur, & capiant̃, & gentes corripiant̃.i. ſimul in ſeruitutē, aut ſaltē in ſubiectionē rapiant̃ & manus iniiciant̃ regnis.i. in ſeruitutē redigant̃, regna tñ ſup. Niſi officiū.i. debitū munus, & exercitū, & uerecūdia ſua.i. debita, & ꝓpria ꝯſtiterit foro.ſ. iudiciali, & curiæ.ſ. ſenatoriæ cumulus.i. aceruus rerū partarū.i. acqſitarū uirtute bellica, æquatus cœlo.i. ad cœlū uſq́ꝫ cōgeſtus, nō habebit ſedē ſtabilē.i. ꝑmanentiā, igit̃.i. & iō ꝑtinet ad rē.i. utilem, hoc eſt utile eſt noſſe adeo.i. oino, qđ plus eſt recordari acta ꝑtātis cēſoriæ.

DE CAMILLO, ET POSTHVMIO.

Camillus, & Poſthumius cenſores, æra penæ nomine eos, qui ad ſenectutē cælibes peruenerant, in Aerarium deferre iuſſerunt: iterū puniri dignos, ſi quo modo de tam iuſta cōſtitutione queri ſunt auſi. Cū in hunc modū increparentur: Natura vobis quē admodū naſcendi, ita gignendi legem ſcribit, parenteſq́ꝫ vos alendo nepotum nutriendorum debito (ſi quis eſt pudor) alligauerunt: accedit etiam iis, ꝙ in Fortuna longam pręſtandi huiuſce muneris vacationem eſtis aſſecuti, cū interim conſumpti ſunt anni veſtri, & mariti, & patris nomine vacui. Ite igitur & nodoſam exoluite ſtipem, vtilē poſteritati numeroſę.

ED M. VALERIO MAX. ET C. IVNIO.

Horum ſeueritatem M. Valerius Max. & C. Iunius Brutus Bubulcus cenſores in cōſimili genere animaduerſionis imitati. L. Antoniū ſenatu mouerunt: ꝙ quā virginem in matrimoniū duxerat, repudiaſſet, nullo amicorum in conſilium adhibito. At hoc crimen neſcio an ſuperiore maius, illo nāq́ꝫ cōiugalia ſacra ſpreta tantum: hoc etiam iniurioſe tractata ſunt: Optimo ergo iudicio cenſores indignū eum aditu curiæ exiſtimauerunt.

DE PORCIO CATONE.

Sicut Porcius Cato L. Flaminiū, quem e numero Senatorū ſuſtulit, quia in ꝓuincia quendā dānatum ſecuri percuſſerat: tempore ſupplicii ad arbitriū, & ſpectaculum mulierculæ, cuius amore tenebatur, electo. Et poterat inhiberi reſpectu conſulatus, quem is geſſerat: atq́ꝫ autoritate fratris eius Titi Flaminii. Sed & cenſor, & Cato, duplex ſeueritatis exēplum, eo magis illum notandum ſtatuit, ꝙ ampliſſimi honoris, maieſtatem, tam tetro facinore īquinauerat: nec indignum penſi duxerat, iiſdem imaginibus adſcribi, meretricis oculos humano ſanguine delectatos, & Regis Philippi ſupplices manus.

ASCENSIVS.

CAMILLVS. Affert exēpla cēſoriæ notæ dicēs. Camillus, & poſthumius cēſores iuſſerūt eos. q ꝑuenerant cęlibes.i. ſine uxore, & liberis ad ſenectutē, deferre in ærariū .i. repoſitoriū pecuniæ publicę æra.ſ. ſignata.i. pecuniam, nomine.i. rōne, & titulo pœnæ.i. multæ dignos puniri iterū.i. ſecūda pœna, ſi auſi ſint q̄ri.i. ꝯqueri, quo.i. aliquo mō de tā iuſta ꝯſtitutione, quū increparent̃.ſ. a cēſoribus in hūc modū. Natura ſcribit.i. ꝑſcribit uobis o cælibes, legē quemadmodū naſcēdi, ita gignēdi, qa nihil ē naturalius, q̄ unūqdq́ꝫ generare ſui ſimile, alioq ſpēs rerū cū idiuiduis periret, & parētes.ſ. ueſtri alligauerūt.i. deuinxerūt, & obligauerunt uos alēdo uos debito nepotū.i. ſuorū, hoc ē filiorū ueſtrorū nutriēdoꝝ, ſiqs pudor eſt ſup. uobis, qa turpe ē nolle reddere qđ ea lege, ut reddas acceperis. Accedit.i. addit̃ ēt us.ſ. rōnibus, ꝙ uos eſtis aſſecuti in fortuna.i. rebus ueſtris, uel a fortuna lōgā uacationē.i. ceſſationē muneris huiuſce ꝑſtādi.i. liberoꝝ alēdi, cū iterim anni ueſtri ſunt cōſumpti uacui.i. carētes noie, & mariti, qa uxorē nō habetis, & patris, qa liberis caretis, igit̃ qa alioqui inutiles eſtis, ite & exoluite ſtipem nodoſam .i. multis nodis ī loculis, aut ſacculo, abſtruſam pecuniam, utilem.i. quæ utilis ſit poſteritati .i. poſteris, licet ex aliis genitis numeroſæ.i. multi numeri.

ASCENSIVS.

HORVM &c. Marcus Vale. Maxi. & C. Iunius Bru. bubulcus.ſ. cognomēto cēſores .i. cū eēnt cēſores imitati ſeueritatē, horū.ſ. iā dictorū in cōſimili genere aīaduerſionis amouerūt ſenatu Luciū Anto. ꝙ. repudiaſſet ſup. eā, quā duxerat ī matrimōiū uirginē, nullo amicorū adhibito in cōſiliū. At.i. ſed neſcio (inqt autor) an hoc crimē ſup. ſit maius ſuperiore. Nāq́ꝫ ꝑ qa, cōiugalia ſacra.i. ſacramēta matrimonialia, ſunt tātū.i. dūtaxat ſpreta, qa nō ſuſcepta, illo.ſ. ſuperiore crimine in celibatu ꝑmanentiū, & ſunt tractata etiam iniurioſe, hoc.ſ. poſteriore crimine uxorem temere repudiantis. Igitur quia tam iniurius fuit in uxorem ſacra matrimonialia, cenſores exiſtimauerunt optimo iudicio cum indignum aditu curiæ.i. qui amplius curiā adiret, aut potius iniret.

OLIVERIVS.

CÆLIBES. Sine uxoribus, nam cælebs dicit, qui ſine uxore uiuit, quaſi cæleſtem uitam ducēs. Aerariū.i. certā pecuniæ quantitatem, fecerunt enim ærarios ærarii autem obnoxii dicebantur ærario. Accedit his additur, ꝙ a fortuna eſtis conſecuti longam uacationem, hoc eſt longum temporis ſpacium. Præſtandi huius numeris. Scilicet gignendi filios. Nodoſam ſtipē, per hoc illos auaros oſtendit, & ob eam cauſam cælibes uixiſſe, ꝙ timerent, ne uxorem, & liberos alere poſſent, nam auari dicuntur fortunas multis nodis plenas congerere.

OLIVERIVS.

SICVT Portius Cato. Li. decade bel. Mace. cum hāc hiſtoriā dupliciter tradat, a Vale. oino diſſentire uit̃, nā & Catonis, & Valerii Antiatis ſentētiam adducēs ait cēſores M. Por. & L. Va. metu mixta expectatione ſenatū legerunt .vii. mouerunt, & ex qbus unū genere, & nobilitate, & honoribus L. Quin. Flac. ꝯſularē patrū memoria inſtitutū fertur, ut cenſores motis a ſenatu ſcriberent notas, Catonis, & aliæ qdem acerbæ orationes extāt in eos, quos, aut ſenatorio loco mouerit, aut quibus equos ademit, lōge grauiſſima in L. Q. Fl. oratio eſt, inter cætera obiecit ei Philippū pœnū carū, ac nobile ſcortū Roma in Galliā prouinciam, ſpe ingentiū donorū ꝑductū, eū ꝑ laſciuiā, quū cauillaret̃, exprobare conſuli perſæpe ſolitū, quod ſub ipſum ſpectaculum gladiatorum

Quin. Flami. Senatus motus.

DE FABRITIO LVCINO.

Quid de Fabritii Lucini cenſura loquar? narrauit enim omnis ætas, & deinceps narrabit, ab eo Cor. Rufinum duobus conſulatibus, & dictatura ſpecioſiſſime functum, ꝙ decem pondo vaſa argentea comparaſſet, perinde ac malo exemplo luxurioſum, in ordine ſenatorio retentum non eſſe. Ipſæ medius fidius mihi literæ ſeculi noſtri obſtupeſcere videntur, cum ad tantam ſeueritatem referendam miniſterium accommodare coguntur, ac vereri, ne non noſtræ vrbis acta commemorare exiſtimentur. Vix enim credibile eſt intra idem pomerium decem pondo argēti, & inuidioſum fuiſſe cenſum, & inopiam haberi contemptiſſimam.

gladiatorum abductus a Roma eſſet, ut obſequium amatori uenditaret, forte epulantibus his, cum iam uino incaluiſſent, nūciatum in conuiuio eſt, nobilem Boium cum liberis transfugā ueniſſe, conuenire conſulem uelle, ut ab eo fidem præſens acciperet, introductum in tabernaculum per interpretem alloqui conſulem excepiſſe inter eius ſermonem, Q. Scorto. uis tu, inquit, quoniam gladiatorum ſpectaculum reliquiſti, iam hunc Gallum morientem aſpicere, & cū is uix dum ſerio annuiſſet ad nutum Scorti cōſulem ſtricto gladio, qui ſupra caput pendebat, loquenti Gallo caput primum percuſſiſſe, deinde fugiēti, fidemq; Po. Rom. & eorum, qui aderant imploranti, latus transfodiſſe. Vale. Antias, ut qui nec Catonis orationem legiſſe, & fabulæ ſine autore editæ credidiſſet, aliud argumentum ſimile: tamen libidine, & crudelitate peragit. Placentiæ formoſam mulierē, cuius amore deperiret, in conuiuium acceſitam ſcrib. ibi iactantem ſeſe ſcorto inter cætera retuliſſe, quam acriter quæſtiones exercuiſſet, & quam multos capitis dānatos in uinculis haberet, quos ſecuri percuſſurus eſſet, tum illam infra eum accubantem negaſſe unquam uidiſſe quenquam ſecuri ferientem, & peruelle id uidere hic indulgentem amatorem, unum ex damnatis extrahi iuſſum ſecuri percuſſiſſe. Facinus atrox ſiue eo modo, quo cenſor obiecit, ſiue, ut Vale. tradit, commiſſum eſt inter pocula, atq; epulas, ubi libare diis dapes, ubi bene precari mos eſſet, ad ſpectaculum Scorti procacis, in ſinu conſulis recubantis mactatam humanam uictimam eſſe? & cruore menſa reſperſam, in extrema oratione Cato conditio fertur, ut ſi id factum negaret, cætera quę adieciſſet ſponſione defenderet ſeſe, ſi fateretur, ignominia ne ſua quenquam doliturum cenſeret? cum ipſe uino, & Venere amens ſanguine hominis in conuiuio luſiſſe. Ampliſ. honores maieſtatem. Quia ut dixerat Cato, tam flagitioſa, tam perdita libido ſibi probari non poterat, quæ cum probro priuato coniunxerat imperii decus. Autoritate fratris. T. Flaminii, qui totam Græciam ſubegerat, & iuſſu ſenatus populiq; Roma. liberam fecerat, & Philippo regi Macedonum magnam imperii partem ademerat, quam in Gręcia occupauerat. Cenſor, & Cato. In his duobus nominibus ratio quædam ſeueritatis continetur. Notandum. ignominia afficiendum. Nec di. pen. d. Duo, inquit, tam contraria exempla fratrum imaginibus inſcribi conſideratione appetebat. multi legunt indignum, ut ſit non dignum penſi, ſed penſi duxerat, id eſt conſiderauerat, ut ducere penſi, ſit conſiderare, & erit abſolutus ſenſus. Vnde Cicero in Catone maiore, ubi Catonem de ſe loquētem introducit inuitum loqui fecit, ut fortiſſimi uiri T. Flaminii fratem Flaminium e ſenatu eiecerim ſeptem annis poſt ꝙ conſul factus fuiſſet, ſed notandam deputaui libidinem: ille enim cum eſſet conſul in Gallia exhortatus in conuiuio a Scorto eſt, ut ſecuri feriret aliquem eorum, qui in uinculis eſſent damnati rei capitalis, hic T. fratre ſuo cenſore, qui proximus ante me fuerat elapſus eſt: mihi ueſo & Flacco ne utiq; probari potuit tam flagitioſa, tam perdita libido, quam cum probo priuato cōiungeret imperii decus. Et regis Philippi, quem uicerat T. Flaminius eius frater.

ASCENSIVS.

¶ SICVT Portius Cato ſupple exiſtimauit indignum aditu curiæ L. Flami. quem ſuſtulit, id eſt ſubſtraxit e numero ſenatorum, quia percuſſerat ſecuri, id eſt decollauit in prouincia, ſcilicet Gallicana quendam damnatum, id eſt adiudicatum ultimo ſupplicio, tempore ſupplicii electo .i. eo ꝙ elegerat tempus ſupplicii. ſ. ab eo ſumendi. Ad arbitrium, & in ſpectaculum. i. in ſpectando oblectamentum, mulierculæ, cuius amore tenebatur. Et ſup. Cato poterat inhiberi .i. arceri ab illa cenſura reſpectu .i. ex conſideratione conſulatus, quem is. ſ. Lucius geſſerat, atq; autoritate fratris eius, uidelicet T. Faminii uiri grauiſſimi. Sed & cenſor, & Cato. i. ſed quia cenſor erat, & idem Cato, qui licet cenſor non fuiſſet, ſeuerus tamen appoſitorie duplex exemplum ſeueritatis alterum uidelicet, quia cenſor, alterum quia Cato ille cenſorius ſtatuit. i. conſtituit eum notandum. ſ. nota ignominiæ, eo magis, ꝙ inquinauerit tam tetro. i. fœdo cum abominatione facinore maieſtatem ampliſſimi honoris, uidelicet conſularis, & imperialis, nec. i. qui non dux erat. i. non iudicauerat, & cenſuerat, penſi. i. iudicii, & eſtimationis. i. non putauit penſandum & iudicandum eſſe. indignum ſup. oculos & cęt. ut ſit locutio duco penſi, qualis illa boni, æquiq; conſulo, penſum enim accepimus pro iudicio de precio rerum, quod pendendo dignoſcitur, unde hominem inſipientem, & improuidū, ac nullius iudicii dicimus, nihil penſi habere. Poteſt etiam conſtrui tum indignum, ut ſit locutio qualis illa Virgiliana magnorum haud unꝗ indignus auorum, & ordo, nec duxerat indignum, immo dignum penſi. i. ut expēdatur, & iudicetur ab iis qui nouerint, oculos meretricis. i. illius muliercula, quam deperibat, aſcribi iiſdem imaginibus. i. ceris, aut ſtemmatis maiorum (nam ſtemmatum imaginibus aſcribebantur nomina, & inſignia facta uirorum, quo circa ad imaginem L. Fla. uult autor aſcribendos eſſe oculos meretriculæ ad quos oblectandos Gallum percuti iuſſerat, ſicut id imaginem T. Flaminii fratris eius, & manus Philippi regis ſupplices) ordo itaq; eſt oculos meretriculæ delectatos ſanguine humano, utpote Galli capti. & manus ſupplices Philippi regis. ſ. Macedoniæ ſeſe Tito Flaminio fratri luci dedentis.

OLIVERIVS.

¶ QVID de Fa. Lu. cen. Gellius lib. iiii. cap. viii. Fabricius inquit, Lucinius magna gloria uir, magniſq; rebus geſtis fuit. P. Cornelius Rufi. manu quidem ſtrenuus & bellator bonus, militariq; diſciplinæ peritus fuit, ſed furax homo, & auaritia acri erat, hunc Fabri. non probabat, neq; amico utebatur. oſuſq; eū morum cauſa fuerat, ſed cum temporibus difficillimis conſules creandi forent & is Rufi. peteret conſulatum, competitoreſq; eius eſſent imbelles, quidam, & futiles, ſumma ope annixus eſt Fabri. ut Rufi. conſulatus deferretur eam rem pleriſq; admirantibus, ꝙ hominem auarum, cui eſſet inimiciſſimus creari conſulem peteret, quem hoſtiliter oderat. Fabri. inquit, eſt ꝙ mireminim, ſi malui compilari, ꝙ uenire hunc Rufinum poſtea bis conſulatu, & dictatura functum cenſor Fabri. ſenatu mouit ob luxuriæ notam, ꝙ. x. pondo lib. argenti factitaret: Idem Pom. Eadem mœnia. pomerium, inquit Liuius uerbum, ſolum intuētes, poſt mœnium interpretantur eſſe. Eſt autem pomerium magis circa murum locus, quem in condendis urbibus quondam Hetruſci qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato conſecrabant, ut neq; interiore parte ędificia mœnibus continuarentur. quæ nunc uulgo etiam coniunguntur, & extrinſecus puri aliquid ab humano cultu, pateret ſoli hoc ſpatium, quod neq; habitari, neq; arari fas erat. Non magis, ꝙ poſt murum eſſet, quā ꝙ murus poſt id pomerium Romani appellarunt. Inuidioſum cēſum. Apud antiquos de parſimonia Romanorum priſcorum uide Au. Gel. lib. ii. ca. xxiiii. Inopiam. ætate Valerii.

ASCENSIVS.

¶ QVID loquar de cenſura Fabricii Lucini. q. d. non ſatis explicare poſſim. Enim pro quia, omnis ætas. ſ. pęterita narrauit, & omnis ætas. ſ. futura narrabit deinceps. Corne. Rufi. functum ſpecioſiſſime duobus conſulatibus, & dictatura, non eſſe retentum ab eo in ordine ſenatorio. immo exclusum perinde, ac. i. ueluti, luxurioſum. i. incontinētem in ſupellectile domeſtica, malo .i. pernicioſo exēplo, eo ꝙ comparaſſet uaſa argentea. x. pondo, .i. librarū. Quod quia factum ualde ſeuerum eſt, & ab ea ſeueritate multum remiſſum erat tempore autoris. addit cum iuramēto illius æui. Medius fidius, id eſt ita me filius Iouis, ſcilicet Hercules, iudicet, aut ita Iouis me iuuet fides, ipſæ literæ ſeculi noſtri, quo ego in hoc ſeculo natus hæc ſcribo uidentur mihi ob-

ſtupeſcere, cum coguntur accommodare miniſterium ad tantã ſeueritatem re ferendam, ac uidentur uereri, ne exiſtimentur nõ commemorare acta noſtræ urbis, in quam longe aliter nunc ui uitur, ſed ſup. alterius. Vix enim credibile eſt, &.i. ſimul cenſum .i. poſſeſſionem .x. pondo, i. librarum argenti, fuiſſe inuidioſum ita ut poſſidentem ſenatu amoueret, & inopiam habẽri. ſ. tempo re autoris contemptiſſimam .i. deſpicatiſſimã, intra idem po merium .i. eadẽ mœnia unius urbis. Cõtemptam autem fuiſſe inopiam ſatyrici late docent unde Flac. in epiſtolis. Hos ſolos animo ſapere, & bene uiuere quorũ, cõſpicitur nidis fundata pecunia uillis. Et Iuuena. Quantum quiſq; ſua nũmorũ ſpectat in arca Tantũ habet & fidei. Idẽ nil habet infelix pa upertas durius in ſe. Quam q; ridiculos hoĩes facit. Et Naſo. Dat cẽſus honores, cẽſus amicitias, pauper ubiq; iacet, & mille taba alibi.

OLIVERIVS.

TRIB. Ple. Iunia lege nõ poterat quis tribunus eſſe, niſi plebeius. ſed poſtea alia lege lata, & patricii creari cœperunt, ut hoc loco Duroni⁹ ſenatu amotus eſt, q a tri. pl. legẽ de cohercẽdis ſũptibus cõuiuiorũ abrogauerat. Abrogauerat. penitus ſuſtulerat, & ſubuerterat ab rogat lex, q̃ penit⁹ tollit. Derogat legi, cũ aduerſus eã cõtraria lex lata fuerit. Nã poſterior derogat priori. Freni ſunt. trãſlatio ſumpta ab eqs, q frenis cohibentur. Perpetiendi participiũ paſſiue poſitum. Rubigine uetuſtatis. Legem abrogemus quæ uetuſtati ſeueræ conuenit. Obſitum. circundatum. Rubigine. ueluti rigore.

ASCENSIVS.

M. Autem Antonius, & L. Flac. cenſores mouerunt Duronium ſenatu .i. collegio ſenatorum, q ipſe tri. pl. i. cũ eſſet tri. ple. Abrogauerat .i. antiquauerat, & reuocauerat legem de cohercẽdis ſumptibus conuiuiorũ. Cauſa notę .i. infamiæ, propter quam amouebatur ſenatu eſt ſup. mirifica. Enim pro quia q̃ .i. q̃tũ putas impudẽter Duronius conſcendit roſtra .i. edi tũ illũ locũ, unde edicta pub. fiebant, & ad populum uerba dicturus .i. eo inſtituto, ut dicat illa quæ ſequuntur. O quirites freni ſunt iniecti uobis nullo modo perpetiendi .i. tolerandi. Nã uos eſtis alligati, & aſtricti amaro uinculo ſeruitutis. Enim pro quia, lex eſt lata, quæ iubet uos eſſe frugi .i. parcos, & ad frugem conſeruandam intentos. Igitur quia lex illa tolerabilis non eſt, abrogemus, id eſt aboleamus, iſtud .ſ. durum imperium, obſitũ, id eſt obductum, rubigine .i. uitio illo, quale ferrũ contrahit, uetuſtatis horridę, id eſt aſperę, & incultæ. Et. n. quid opus eſt libertate ſi non licet perire luxu uolentibus, perire .i. perditus eſſe luxu .i. ſi nõ licet ut libet uiuere, & ſua conſumere. q. d. nihil. Et ſunt uerba Duronii a cenſoribus poſtmodũ taxata. Quod addo, ne quis ineptulus dicat Valeriũ hæc dixiſſe, recitat enim, non dicit.

OLIVERIVS.

AGE par proferamus. Tangit duorum cenſorum ſeueritatem, qui æmulatione quadam, & odio inuicem laborante cẽſuram inter ſe rigide nimis exercuerunt. Nam alter alterum damnauit. Par. ſubſtantiue poſitum, & ſemper de duobus dicitur, ut par amicorum, par boum. Virtutis. Quia uterq; res magnas, atq; preclaras pro repu. geſſit. Honorum. Quia ambo conſules, & cenſores ſimul fuerant. Firmiſſima latera. quia alter cauſa fuerat, ut Aſdrubal, qui uenerat in ſupplementum Hannibali cum omni exercitu, ut Italiã deleretur: alter ut Hannibal ex Italia diſcedere cogeret: & eſt tranſlatio a corpore ſumpta: ut enim lateribus corpora ſtabiliuntur, ita his duobus reſp. cõfirmata uidetur. Diſtrictam .i. ſeueram. Nam cum equi. Oſtẽdit quomodo ſeueritatem exercuerint. nam Liui. Salinator legem de uendendo ſale actiſſimam tulerat, populo ualde moleſtam, ex quo paulo poſt damnatus eſt a populo, poſt hanc damnationẽ eiuſdẽ populi ſuffragiis, conſul primo, deinde cenſor creatus eſt: cum igitur idibus quintilibus equites de more tranſueherentur, Claudiusq;, ac Salinator ob robuſti corporis uires, adhuc in numero equitum eſſent: poſtq̃ ad tribum Polliam uentum eſt, in qua nomen Salinatoris erat, illius nomine a ſcriba lecto, præco dubitabat, an tanti uiri nomen damnatum efferret, quod cũ collega eius Nero animaduertiſſet, iuſſit præconẽ expreſſe, & audacter nomen Salinatoris excire, & illũ equũ uendere coegit, q a dãnat⁹ eſſet a populo. Recognoſceret. receſeret. Robur. q̃uis grandioris eſſet ætati. Præco. Tabellio nomina equitum legebat. preco uero nominabat. ergo noluit preco dãnatum aliquãdo Salinatorem dicere. Damnatus. poſt primum conſulatum, quo legẽ tulit, nequis ſalem uẽdere poſſet, cũ antea ius omnibus eſſet uendẽdi ſalis, unde etiã Salinatoris agnomen accepit. Animaduerſionem. pœna. Adiecta cauſa. Quod non ſyncera fide, hoc autẽ argumento poterat omnibus eſſe, q non ſyncera fide in gratiã rediiſſet, quia non ſatis habuerat Salinatorẽ a populo damnatum eſſe, niſi & ipſe illum cenſoria nota afficeret. Quibus uiris. hoc in gratiam Tiberii dicit Val. qui ab utraq; gente ducit originem paternum genus a Claudio Nerone. Maternum ab Appio Cl. Pulchro, qui ab Appio Cæco deſcenderat deducebatur. Quomodo ergo dixit eorum ſanguis ſerie &c. quia inſertus hic Tiberio Liuiorum familiæ materno auo in ea adoptato. ergo a familia Liuiorum ducebat originẽ, quod maternus auus in familiam Liuiorum adoptatus eſſet: quæ quamuis plebea fuerit, tamen octo conſulatibus functa eſt, duabus cenſuris, dictatura, & magiſterio equitum floruit. Principis, ſcilicet Tiberii. Seruatam ab ip. p. deuicto Aſdrubale, Hanniba. fratre. Communi ſtirpe. Tiberio, & Nerone. Inter era. re. Obnoxios, & obligatos ærario faceret. Pretexuitq; cauſam. Cauſam Salinator preſcriptis, curibus damnaſſet, & hanc adducebat, quod uel illum iniuſte

Pretexeret cauſam

DE M. ANTONIO ET L. FLACCO.

M. autem Antonius, & L. Flaccus cenſores Duronium ſenatu mouerunt, q legem de coercendis conuiuiorum ſumptibus latam tri. ple. abrogauerat, mirifica notæ cauſa. Quam. n. impudenter Duronius roſtra conſcendit, illa dicturus: Freni ſunt inecti nobis Quirites nullo modo perpetiẽdi, alligati, & cõſtricti eſtis amaro vinculo ſeruitutis: lex. n. lata eſt, quæ uos eſſe frugi iubet: abrogemus igitur iſtud horridæ vetuſtatis rubigine obſitũ imperiũ. Etenim quid opus eſt libertate, ſi volentibus luxu perire, non licet?

DE CL. NERONE ET L. SALINATORE.

Age par proferamus æquali iugo virtutis, honorumq; ſocietate iunctum, inſtinctu aũt æmulationis aĩo diſſidens. Cl. Nero. Liuiusq; Salinator ſecũdi Punici belli tẽporibus firmiſſima reip. latera, q̃ diſtrictã ſimul egerunt cẽſuram: Nã cum equitum centurias recognoſcerent, & ipſi propter robur ætatis etiamnum eorum e numero eſſent, vt eſt ad Poliam ventum tribum, præco lecto noĩe Salinatoris, citandum necne ſibi eſſet, hæſitauit: quod vt intellexit Nero, & citari collegam, & arma, & equum vendere iuſſit, quia populi iudicio damnatus eſſet. Salinator quoq; eadem animaduerſione Neronẽ perſecutus eſt, adiecta cauſa, q non ſyncera fide ſecũ in gratiã rediiſſet. Quibus viris ſiquis cęleſtiũ ſignificaſſet futurũ, vt eorũ ſanguis illuſtriũ imaginũ ſerie deductus, in ortum ſalutaris principis noſtri conflueret, depoſitis inimicitiis, arctiſſimo ſe amicitiæ fœdere iũxiſſent, ſeruatã ab ipſis patriã, cõi ſtirpe ſeruãdã relicturi. Salinator veroquatuor, atq; triginta tribus inter ærarios referre nõ dubitauit, q cũ ſe dãnaſſent, poſtea Cos. & cẽſorẽ feciſſent: prætexuitq; cauſam, quia neceſſe eſſet eas alterutro facto, crimine temeritatis, vel piurii teneri. Vnã tñmodo tribũ Metiã vacuã nota reliquit, q̃ eum ſuffragiis ſuis, vt nõ dãnatione, ita nec honore quidẽ dignũ iudicauerat. Quã putemus cõſtantis, & prævalidi illũ ingenii fuiſſe, qui neq; triſti iudiciorum exitu cõpelli, neq; honorum magnitudine adduci potuit, quo ſe blandiorem in adminiſtratione reip. gereret?

damnaſſent, uel poſt damnationem indignum adminiſtratione reipub. conſulem primum, deinde cenſorem creaſſent, & utebatur dilemate. Nam ita arguebat, aut me iuſte damnaſtis pro lege, quam tuli de ſale uendendo aut iniuſte, ſi iniuſte, ſine dubio cenſoria nota digni eſtis, quia nihil a uobis iniuſte damnandum eſt, cum integri eſſe debeatis: ſi uero iuſte nunquam conſulatum mihi tanquam indigno, & cenſuram demandare debuiſtis, nam quem Pop. Roma. ſemel damnauerit, eum proculdubio indignum adminiſtratione reipub. iudicauit, tanquam periurii cenſoria animaduerſione digni fuiſtis. Prætexuit. præſcripſit, & eſt tranſlatio ſumpta a textore, nam antequam pannum texant, uerſicolores quaſdam lineas faciunt, quas uulgo dicunt caput panni, ſicut in panno eſt prætextum ſic & in pagina. Temeritatis. Quod iniuſte damnaſſent. Periurii. Quia tribus iurabant ſe honores, & magiſtratus his demandaturas, qui digni uiderentur adminiſtratione reipub. ſed ſemel damnatus ab omnibus tribubus præter unam indignus eſſe uidebatur, qui remp. adminiſtraret officio publico. ergo tribus periurium commiſiſſe uidebantur, cum damnato Salinatori conſulatum, & cenſuram demandarunt. Vna tantum tribum. Cicero in oratione contra Rullum, & contra Verrem, & in Philippicis dicit, has tribus fuiſſe .xxxv. Ita ne ho. quidem. Si poſtquã ſemel damnatus eſſet. Quam pu. Lauda conſtantiam Salinatoris. Conſulentis. prouidentis, deliberantis. Exitu. damnatione. Honore. ꝙ iterum creatus Cos. eſſet, & cenſor.

DE M. VALERIO ET L. SEMPRONIO.

Equeſtris quoq; ordinis bona, magnaq; pars quadringenti iuuenes, cenſoriam notam patiẽte animo ſuſtinuerunt, quos M. Val. & L. Semp. quia in Sicilia ad munitionum opus explicandum ire iuſſi, facere id neglexerãt, equis publicis ſpoliatos, in numerum ærariorum retulerunt.

DE M. ATTILIO REGVLO, ET L. FVRIO.

Turpis etiam metus pœnam cenſores ſumma cũ ſeueritate exegerunt. M. enim Attilius Regulus, & L. Furius Philippus M. Metellum quæſtorem, compluresq; equites Romanos, qui poſt infeliciter commiſſam Cannenſem pugnam cum eo abituros ſe Italia iurauerant, direptis equis publicis, inter ærarios referendos curauerunt, eoſq; graui nota affecerunt, qui cum in poteſtatem Hannibalis veniſſent, legati ab eo miſſi ad ſenatum de permutãdis captiuis, neq; impetraſſent quod petebant, in vrbe manſerunt, quia & Romano ſanguini fidem præſtare conueniens erat & M. Attilius Regulus cenſor perfidiam notabat, cuius pater per ſummos cruciatus expirare, quã fallere Carthaginienſes ſatius eſſe duxerat. Iam hæc cenſura ex foro in caſtra trãſcendit, quæ neq; timeri, neq; decipi voluit hoſtem. Sequuntur duo eiuſdem generis exempla, eaq; adiecisſe ſatis erit. Geta, cum a L. Metello, & Cn. Domitio cenſoribus ſenatu motus eſſet, poſtea cenſor factus eſt.

bus uiris ſiquis cæleſtium .i. deorum ſignificaſſet futurũ, ut ſanguis eorum deductus ſerie illuſtrium imaginum .i. clarorum natalium conflueret in ortum. Principis noſtri .ſ. Tiberii, ſalutaris .ſ. reip. ꝙ per adulationem dicit, ipſi iunxiſſent ſe arctiſſimo fœdere amicitiæ. inimicitiis .i. ſimultatibus, & æmulationibus depoſitis, relicturi patriam ſeruatam ab ipſis .ſ. contra Pœnos, ſeruandam communi ſtirpe, quia affinitates inter ſe cõtraxiſſent. Salinator uero nõ du. referre inter ærarios .i. fiſco addictos, aut obligatos ærario, quatuor atq; triginta tribus .ſ. Ro. a tribuẽdo, uidelicet tributo dictas quod cum damnaſſent ſe uidelicet Salinatorem ob legẽ de ſale, feciſſent poſtea conſulem, & cẽſorem, & prætexuit cauſam, .ſ. errati earũ, quia neceſſe erat eas teneri alterutro facto .ſ. damnationis, aut electionis, crimine temeritatis, ſi immeritũ condemnaſſent, aut periurii, ſi indigno honores illos cõtuliſſent, quo quidem periurio ꝙ plurimi i electione magiſtratuũ polluuntur: iurati enim optimum hoc eſt maxime dignum ſe electuros, plurimum dantem eligunt reliquit .ſ. Salinator tantũ unam tribum, uidelicet Metiã uacuam nota .ſ. infamiæ, quæ .ſ. tribus Metia, ut .i. quemadmodũ, nõ iudicauerat in ſuffragiis ſuis eum .ſ. Salinatorem dignũ damnatione, nec quidem .i. non etiam cum magis uideretur dignũ iudicauerat honore. Quam .i. quantum conſtantis, & præualidi ingenii putemus illum .ſ. Salinatorem fuiſſe, qui neq; potuit compelli triſti exitu iudiciorum, neq; potuit, adduci magnitudine honorum quo .i. ut gereret ſe blandiorem in adminiſtratione reipu. q.d. nimirũ maxime.

ASCENSIVS.

¶AGE, adhortandi uox. proferamus par, id eſt numerum primum parem iunctum, id eſt colligatum æquali iugo uirtutis, & ſocietate honorum, autem pro ſed, diſſidens, id eſt diſcordans, hoc eſt quod par hominum diſſedit, & diſcors fuit animo, inſtinctu, id eſt propter inſtinctum æmulationis, id eſt zelationis, & inuidiæ. Claudius Nero, & Liuius Sali. firmiſſima latera, id eſt firmiſſimi ſuſtentatores, & protectores reip. temporibus ſecundi belli punici. Egerunt ſimul cenſuram diſtrictam, id eſt ſeueram. Nam cum recognoſcerent, id eſt recenſerent, & ut dicunt, uiſitarent, centurias equitum, & ipſi eſſent etiamnum, id eſt nunc pro tunc adhuc e numero, id eſt de numero eorum, ſcilicet equitum propter robur ætatis, id eſt quia in prouecta ætate, qua cenſores creabantur, adhuc robuſti erant, ut id eſt poſtquam uentum eſt ad Polliam tribum .ſ. citandam ad officium militare, in qua tribu erat Salinator, & præco, id eſt tabellio, & pronunciator nominum, ac proclamator, lecto nomine Salinatoris, id eſt poſtq̃ ſcriba legeret in ſerie equitum citandorum nomen hæſitauit, id eſt dubitauit, an ſup. Salinator eſſet citandus ſibi id eſt a ſe, nec ne, id eſt an non, alii legunt citandum ſupp. nomen eius .i. pronunciandum inter damnatos a Po. Ro. Quod .i. quam hæſitationẽ, ut .i. poſtq̃ Nero intellexit, iuſſit collegam .i. concenſorem ſuum Salinatorem citari .i. pronunciari inter damnatos, & iuſſit ſup. eum uendere arma, & equum, quia damnatus eſt .ſ. prius iudicio populi, ob ſalis uendendi legem. Salinator quoq; perſecutus eſt Neronem .ſ. Claudium collegam ſuum, eadem animaduerſione cauſa adiecta, ꝙ non rediiſſet ſecum in gratiam, fide ſyncera, cũ tamen collegæ omnem æmulationem deponere deberent. Quis

OLIVERIVS.

¶PATIENTI animo, ꝙ non indignanti ſint, ſe fuiſſe damnatos. In Sicilia. bello ſeruili, de quo ſupra dictum eſt. Nam cũ ſeruos in montes Romani compuliſſent, & inter euadendi claudere uellent, munitiones erant explicandæ per montes, quod cum milites iuſſi facere neglexiſſent, & cenſoria nota puniti ſunt alii dicunt hoc factum fuiſſe in Liparitana obſidione ſub Aurelio Cotta. In ærariorum numerum, ut capite cenſi eſſent, uelut æra tributi nomine perſoluerent.

ASCENSIVS.

¶EQVESTRIS &c. Ordo eſt, bonaq; pro .i. magna pars ordinis equeſtris .ſ. quadringenti iuuenes, ſuſtinuerunt animo patienti notam cenſoriam, quos M. Vale. & P. Sempr. retulerũt in numerum ærariorum .i. qui pœnam pecuniariam in ærariũ conferrent, aut ut capite cenſi eſſent ſpoliatos equis publicis .i. a repu. datis quia iuſſi in Sicilia ire ad explicandum .i. extendendum opus munitionum, neglexerant facere, id .i. eo ire pulchre extenuat culpã, quia nõ eſt ueroſimile neglexiſſe ire, ſed noluiſſe.

OLIVERIVS.

¶TVRPIS etiam me. cen. Non ſolum mores, & facta, ſed animorum quoq; affectus damnabãt cenſores Romani, ut exẽplo timiditatem eorum damnauit rigida cenſura, qui poſt Cannenſem cladem uiribus patriæ diffidentes, & eam paulopoſt ruituram, uel certe in hoſtium poteſtatem uenturam metuentes, Italiæ deſerendæ conſilia inierant, hoc fuit ſecundo punico bello. nã L. Cæci. Metel. quæſtor cũ pluribus autor fuerit cõiurandi ex Italia diſcedere poſt pugnã apud Cãnas ifeliciter cõmiſſam, ſed id Scipionem prohibuiſſe cõſtat, cui ſumma rerum per illius

DE M. VALERIO.

Item M. Valerius Meſſala cenſoria nota perſtrictus, cenſoria poſtmodum poteſtate imperauit, quorum ignominia virtutem acuit: rubore enim eius excitati, omnibus viribus incubuerunt, vt digni ciuibus viderentur, quibus dari potius, quam obiici cenſura deberet.

DE MAIESTATE. CAP. V.

EST & illa quaſi priuata cenſura maieſtas clarorum virorum ſine tribunalium faſtigio, ſine apparitorum miniſterio, pollens in amplitudine ſua obtinẽda. Grato enim, & iucundo introitu animis hominũ illabitur admirationis praetexta velata: quam recte quis dixerit longum, & beatum honorem eſſe ſine honore. Nã qd plus honoris tribui potuit Coſſ. ꝗ eſt datum reo Metello? qui cum cauſam repetũdarum diceret, tabulęq; eius ab accuſatore expoſtularẽ, & ad nomen inſpiciendum circa iudicium ferrẽtur, totum conſilium ab earum contemplatione oculos auertit, ne de aliqua re, quae in his relata erat, videretur dubitaſſe. Non in tabulis, ſed in vita Q. Metelli argumenta ſyncere adminiſtratae prouinciae legenda ſibi iudices crediderunt: indignum rati integritatẽ tãti viri, exigua caera, & paucis literis perpẽdi.

exercitus reliquias maximo conſenſu delata fuerat, & dum de repu. conſultaret, nunciatur fruſtra illum conſultare, ꝙ perdita ſpes omnis eſſet, quodq; deſperata, & complorata iam demum reſpub. foret propterea, ꝙ pleriq; nobiliſſimi iuuenes, quorum princeps eſſet L. Caecilius Metellus naues, & mare ſpectarent, ut deſerta patria ad nouas ſedes acquirendas irent, quo nuncio attonitus ſtupore, & miraculo rei Scipio, omni conſultatione dimiſſa, ad hos talia cõſilia agitantes citatiſſimo equo peruenit, & ſtricto ſuper conſultantium capita gladio iurauit, ſe interfecturum, quicunq; diſcedere tentaſſet, hos deinde reſtituta repub. cum in ciuitatẽ rediſſent, a cenſoribus condemnatos fuiſſe dicit Valer. Inter aerarios de. Qui aera tributi nomine pendebant, & nihil aliud habebãt in ciuitate. Eosq; graui nota affecerunt Hannibalis pleroſq; ex Ro. in caſtris captiuos habebat, & Roma. multos ex Car. cum igitur Hannibal. cum captiuis Roma. conueniſſet, ut Rom. proficiſceretur, & permutationem captiuorum in ſenatu impetrarent. Idq; ſi facerent Rom. remanerent, ſi non poſſent ad ſe in caſtra redirent, cum ſacramẽto adacti ad hãc rem e caſtris paulo proceſſiſſent, plerique ex his cauillationibus nihil profuturis uſi, ut ſe ſacramento liberarent regreſſum tanquam ſuarum rerum obliti ſimulantes in caſtra reuerterunt. deinde Romam ſe contulerunt, ut etiam ſi permutationem captiuorum non impetraſſent iureiurando abſoluti uiderentur, & ſic Romae remanerent, quod cum ſenatus accepiſſet, uinctos Hannibali mittẽdos curauit, deinde etiã cẽſoria nota puniuit. In hanc hiſtoriã Vale. non a Liuio diſſentit, non enim ad permutationem captiuorum, ſed ad ſuam ipſorum redemptionem impetrandam ueniſſe legatos dicit Liui. nam illis redimendi ſe poteſtatem fecerat Hanni. propoſito in eorum capita precio pro conditione cuiuſq;, nec a legatis, qui pro hac re ad ſenatum mittebantur de reditu, uades alios popoſcit, ꝗ eorum fide contentus, ſcilicet ſacramento, qui deinde uſi ea quam ſupra diximus, fallaci cauillatione, a cenſoribus grauiori nota puniti ſunt, ſed Aulus Gellius, quaſi cum Valerio ſentire uidetur libro ſeptimo, capitulo decimooctauo. Iuſiurandum, inquit, apud Roma. inuiolatum, ſanctumq; habitum ſeruatum eſt, id etiam moribus legibusq; multis oſtenditur, & hoc, quod dicemus ei rei non tenue argumentum eſſe poteſt. praelio Cannenſi Hannibal Carthagenienſium imperator ex captiuis noſtris electos decem Romam miſit. Mandauitq; eis, pactusq; eſt, ut ſi Pop. Roma. uideretur, permutatio fieret captiuorum, ut pro his, quos alteri plures acciperet dare argenti pondo libram, & ſemilibram. hoc prius quam proficiſcerentur in iuſiurandum eos adegit redituros eſſe in caſtra punica, ſi Romani captiuos non permutarent, ueniunt deinde Rom. decem captiui. mandatum Poeni imperatoris exponunt, permutatio ſenatui non placita, parentes, cognati, affinesq; captiuorum amplexi eos poſtliminio in patriam rediſſe dicebant, ſtatumq; eorum incolumen integrumq; eſſe, ac ne ad hoſtes redire uellent, orabant, tum octo ex iis poſtliminium iuſtum non eſſe ſibi reſponderunt, quoniam periurio uincti forent, itaq; uti iurati erant, ad Hannibalem profecti ſunt, duo reliqui Romae manſerunt, ſolutosq; eſſe ſeſe, ac liberatos religione dicebant, quoniam cum egreſſi caſtra hoſtium fuiſſent commenticio conſilio regreſſi eodem die, tanquam ſi ob aliquam fortuitam cauſam iſſent, atq; ita iureiurãdo ſatisfacto rurſum iniurati abiſſent. Haec eorum fraudulentiae calliditas tam eſſe turpis exiſtimata eſt ut contempti uulgo deſpectiq; ſint, cenſores eos poſtea omniũ notarum, & damnis, & ignominiis affecerunt quoniam quod facturos dictitauerant, non feciſſent. Corne. autem nepos in libros exemplorum quinto, id quorum literis mandauit multis in ſenatu placuiſſe, ut hi qui redire nollent, datis cuſtodibus ad Hannibalem deducerentur ſed eam ſentẽtiam numero plurium, quibus id non uideretur ſuperatam, eos tamen, qui Hãnibalem non rediiſſent, uſq; adeo inteſtabiles inuiſoſq; fuiſſe, ut taedium uitae ceperint, necemq; ſibi conſciuerint. Duplicem tamen & Liui. ſuper hac re opinionẽ tradit, ſicut apud eum uidere licet. Conueniẽs Romanam fidem ſeruare ſemper conſueuere Romani. Marcus enim Attilius Regulus. hic filius fuit illius Attilii Reguli qui crudeliſſima ſupplicia apud Carthaginien. forti animo ferre, quam iuſiurandum uiolare maluit: cuius hiſtoriam ſupra in capitu. de religione notauimus, Cicero multis in locis, Vale. in capit. de crudelitate. Iã haec cenſura ex foro in caſtra; non ſolum urbana, ſed etiam caſtrenſis fuit.

Attilius Regulus

ASCENSIVS.

ET TVRPIS etiam me. &c. Ordo eſt. Cenſores exegerunt etiam poenam turpis metus cũ ſumma diligentia. Enim pro quia. Mar. Attilius Regulus, & L. Furius Philippus curauerunt Marium Metellum quae ſ florem, & complures equites Romanos, qui iurauerãt poſt pugnam Cannenſem commiſſam infeliciter ſe abituros Italia cum eo referendos inter aerarios, id eſt capite cenſos, aut aeris in aerarium conferendi obnoxios, & affecerunt eos graui nota, ſcilicet ignominiae, qui cum ueniſſent in poteſtatem Hannibalis, miſſi ab eo legati, id eſt tanquam oratores, & interceſſores ad ſenatum de captiuis permutandis, id eſt ut pro Roman. redditis redderent Poenos, neque, id eſt & non impetraſſent quod petebant, manſerunt in urbe; id eſt non redierunt ad Hannibalem. Quia &, id eſt ſimul conueniens erat ſanguini Roma. praeſtare, id eſt exhibere fidem id eſt fidelitatem in re ſancte promiſſa, & Marcus Attilius Regulus cenſor notabat, id eſt nota ignominiae afficiebat perfidiam, id eſt uiolationem fidei. Cuius ſcilicet Marcus Attilius Regulus pater eiuſdem nomininis duxerat eſſe ſatius, id eſt melius, & ſanctius, expirare, ideſt ſpiritum emittere per ſummos cruciatus, de quibus alibi dictum eſt, quam fallere Carthaginien. quibus pro ſimili cauſa miſſus iurauerat ſe, ſi nihil impetraret, rediturum. Haec cenſura, ſcilicet uiolatae fidei tranſcendit iam ex foro, ſcilicet iudiciali, in caſtra, ſcilicet militaria. Quae ſcilicet cenſura, neque uoluit hoſtem timeri, ut fecerat Marcus Metellus timens Hãnibalem cum timore Italia abire parabat, neq; decipi, ut fecerat illi legati Sequuntur duo exempla eiuſdem generis, ſcilicet cenſoriae notae, & ſatis erit adieciſſe ea. Geta (quis hic ſit commentarii non dicunt, difficillimum autem ſit diuinare, nec magni refert) cum eſſet motus ſenatu a Lu. Metello & Cn. Domitio cenſoribus, factus eſt poſtea cenſor.

Iuſiurandi ſanctitas

OLIVERIVS.

PERSTRICTVS. damnatus Quorum ignominia uirtutem acuit, quia illis temporibus nota cenſoria damnati, uirtutis poſtmodum fuere ſtudioſiores. Dari. ut eam adminiſtraret. Quam ob. ut punirentur.

Aſcenſius.

ASCENSIVS.

ITEM Mar. Maſſala, perſtrictus, id eſt damnatus aut præſſus Nota cenſoria imperauit poſtmodum, poteſtate cenſoria. Quorum, ſcilicet duorum ignominia acuit uirtutem ſupple eorum. Enim pro quia ipſi excitati rubore eius, ſcilicet ignominiæ incubuerunt omnibus uiribus, ut uiderentur ciuibus digni, quibus cenſura deberet potius dari, ut alios cenſeant, quā obiici.i. opprobrio dari, quā ea notati fuerant.

DE REGE ANTIOCHO, ET SVPERIORE AFRICANO.

Sed quid mirum, ſi debitus honos a ciuibus Metello tributus eſt, quem ſuperiori Africano etiam hoſtis præſtare non dubitauit? Siquidem rex Antiochus bello, quod cum Romanis gerebat, filium eius a militibus ſuis interceptum, honoratiſſime excepit, regiiſq; muneribus donatum, vltro, & celeriter patri remiſit: quanquam ab eo tum maxime finibus imperii pellebatur. Sed & rex & laceſſitus, maieſtatē excellētiſſimi viri venerari, q̄ dolorem ſuum vlciſci maluit.

OLIVERIVS.

EST & in illa cen. quaſi priuata. Dicturus de maieſtate præfatione utitur, oſtendens quid ſit maieſtas quare hoc ſuperiori coniicietur. nam ſicut cenſura inquit eſt publicus magiſtratus, ſic maieſtas eſt priuata quædam dignitas, quæ hominem reddit honoratum. Eſt autem maieſtas uirtutis, & probitatis quædā excellētia ſine magiſtratu, ſine imperio, ſine fortunæ adminiculo honoratū reddens hominem. Faſtigio. nam ut cenſura excellentiores homines facit, ſic & maieſtas, quæ non extrinſecus, ſed propria uirtute comparatur eius, qui iuſte, prudenter, & moderate uixerit. Sine ap. alii magiſtratus, & dignitates apparitoribus miniſtris, & tribunali, uariiſq; ſignibus utuntur. At maieſtas, quæ uirtute comparatur, illis non indiget. Apparitorum. apparitores miniſtri ab apparendo dicti, apparere autem præſto eſſe ſignificat, ut ſeruiq; in limine regis apparent. Potens ſine ullo extrinſecus adminiculo. Grato enim & iu. Grato quia placet, iucundo quia delectat, ut Cicero cuius officia iucundiora. ſ. mihi ſæpe fuerunt, nunquam tamen gratiora. Prætexta. prætexta eſt, quam ſupra ueſtem honoratus quiſq; accipit, ita & maieſtas uidetur quædam hominis eſſe prætextam. Recte. ita commode inquit aliquis interpretari poſſet, longum honorem eſſe, quia ſemper honore efficitur. Longum. uſq; ad extremum ſuę uitæ tempus durat. Conſulatus annus eſt. Cenſura trium annorum, dictatura ſemeſtris, cæteriq; magiſtratus ad certum tempus, hæc uero perpetua eſt. Sine honore. ſine magiſtratu. Nam quid plus honoris reo Metello? Metel. Numidiæ prouinciæ præfuit, & ex ea clariſſimum duxit triumphum, unde & Numidicus appellatus, deinde repetundarum poſtulatus eſt. Ille repetundarum accuſari dicebatur, qui creditus eſſet prouinciam, uel ſocios Popu. Roma. pecunia expilaſſe, uel iudicium tuliſſe, quod in ſua commoda cæderet. ideo

Repetundarum

repetundarum accuſari dicebatur, utpote qui pecunias repetere, hoc eſt reſtituere, & reficere tenebatur, uel quod ab eo pecunia, uel alias res iniuſte ablata repetebatur, ergo tanta fuit huius hominis maieſtas apud omnes, ut cum tabulæ in quibus accuſatio continebatur, circa iudices ab accuſatore deferrentur eas iudicum nemo uidere uoluerit. Cicero Atticum libr. tertio epi. xi. cuius principiū eſt. Quæris ex me. quæ mihi res, inquit multo honorificentior uiſa eſt, quam aut illa cum iurare tui ciues Xenocratem teſtimonium dicentem prohibuerunt, aut cum tabulas Metelli Numidici, cum hæ, ut mos eſt circum ferrentur, noſtri iudices aſpicere noluerunt. Tabulæ, id eſt libelli, in quibus uel acta prouincię, id eſt uniuerſę prouincię adminiſtratio, uel accuſatio continebatur. Cicero rurſus de hoc Metello in oratione pro Archia poeta, Metel. inquit homo ſanctiſſimus modeſtiſſimuſq; omnium tanta diligentia fuit, ut ad iudices uenerit, & unius hominis litura ſe commotū dixerit. Sed in uita Quin. Metelli argumenta. Quia ſemper integerrime uixerat. Exigua cæra. parua tabella. Perpendi. Æſtimari, iudicari. Tractum eſt a penſantibus, qui ſemper diligenter inſpiciunt.

ASCENSIVS.

EST, & illa quaſi pri. &c. Proſequitur de maieſtate priuata clarorum uirorum, quam per modum præfationis quodammodo deſcribit, & commendat dicens. Eſt & id eſt etiam illa quaſi priuata cenſura, uidelicet maieſtas, id eſt dignitas, & ut uulgus diceret maioritas, & præeminentia, clarorum uirorum ſine faſtigio tribunalium, id eſt iuriſdictionis celſitudine, & ſine miniſterio apparitorum, id eſt publice famulantium ſatellitum, potens in obtinenda amplitudine ſua. Enim pro quia, ipſa illabitur animis hominum introitu grato, id eſt utili, & iucundo, id eſt delectabili, uelata, ideſt cooperta, prætexta, id eſt ueſte nobilium admirationis, quia præclarorum uirorum maieſtatem minores cū admiratione obſeruant. Quam, ſcilicet maieſtatem quis dixerit, ideſt appellauerit recte, aut duxerit, id eſt cenſuerit recte eſſe honorē. Longum, ideſt diuturnum, & beatum, ideſt bene habentem ſine honore, id eſt magiſtratu publico. Nā quid &c. Probat, quod dixit exemplo Metelli dicens. Nam quid plus honoris, ideſt uenerationis potuit tribui cōſulibus quam datum eſt Metello reo, ideſt in ius uocato, qui, ſcilicet Metellus cum diceret cauſam repetundarum, ideſt ſe purgaret de repetundis, ſcilicet pecuniis a prouincia ſpoliata, ut accuſatores dictitabant, & tabulę eius, ideſt libelli contra eum facti poſtulatæ fuiſſent ab accuſatore, ideſt ut eas, aut eos accuſator exhiberet, & ferrentur circa iudices ad inſpiciendum nomen, ſcilicet accuſati, aut debitum, quod petebatur, ſed potius nomen, totum conſilium. ſ. conſeſſus iudicum auertit oculos a contemplatione earum, ſcilicet tabularum, ne uideretur dubitaſſe de aliqua re, quæ erat relata in his, ſcilicet tabulis iudices crediderunt argumenta, id eſt approbationes prouinciæ adminiſtratæ ſynceræ, id eſt incorruptæ, legenda ſupple eſſe ſibi, non in tabulis, ſed in uita Quinti Metelli rati, id eſt arbitrantes, indignum ſup. eſſe integritatem tanti uiri perpendi, id eſt æſtimari, exigua cæra, id eſt cærata tabula, & paucis literis, ſcilicet accuſatoris in ea ſcriptis.

OLIVERIVS.

SED quid mirum, ſi debitus. Bellum Romanis erat cum Antiocho Aſiæ Rege. ad quod gerendum cum Lu. Scipio frater ſuperioris Africani petiſſet, ut mitteretur, tantumq; bellum huic ſenatus, populuſq; Romanus demandare dubitarent, magiſq; in C. Lælium eius collegam, nam hi duo tum conſules erant, & uterq; prouinciam ſumma ambitione depoſcebat, inclinati omnium animi uiderentur, Scipio Africanus pietate commotus in fratrem profeſſus eſt ſe legatum in prouinciam iturum, ut in capitulo de pietate dicturi ſumus, qua pollicitatione factum eſt ut Lu. Scipio impetraret Aſiæ prouinciam ſibi decerni. Profectus igitur cum fratre Africanus ſecū in bellum filium perduxit, qui ab hoſtibus interceptus, & ad regem productus, ab eo honorificentiſſime tractatus, & multis regiis muneribus donatus gratuito patri remiſſus eſt, tanti facta eſt etiam ab hoſte Scipionis maieſtas. Sed quid mi. quaſi dicat nulli mirum uideri debet tātum a ciuibus tributum eſſe Metel. cum hoſtes multo pluris ęſtimaſſe Scipionem iudicentur. Interceptum. in anguſtiis captū. Quanquam licet ab eo tunc potiſſimum e regno pelleretur.

ASCENSIVS.

SED quid mirum ſupple eſt, quaſi dicat nihil ſi honos, id eſt honor debitus eſt tributus Metello a ciuibus, quem ſcilicet honorem etiam hoſtis non dubitauit præſtare Africano, ſcilicet Scipione ſuperiori, ideſt maiori, & prius nato. Siquidem, id eſt quoniā Antiochus rex Aſiæ excepit honoratiſſime bello, quod gerebat cum Romanis, filium eius ſcilicet Scipionis interceptū ideſt captum a militibus ſuis, ſcilicet Antiochi, & remiſit ultro, id eſt non requiſitus, & celeriter in quo duplicatur beneficium, quia ut uulgo dicitur, qui cito dat, bis dat, patri, ſcilicet Scipioni ſup. filium donatum, id eſt dono ornatum muneribus regiis, ideſt a rege acceptis, & forte legalibus, ideſt rege dignis, hoc loco, quanquam Antiochus pellebatur tum maxime finibus imperii, ſcilicet Romani aut ſuis, q̄ in idem recidit, nam de finibus contendebant, ab eo ſcilicet Scipione patre. Sed, & ideſt pariter rex, ideſt licet eſſet rex, & ita cum omnia magnifice facere deceret, & laceſſitus, ideſt prouocatus ad iram ob bellum illatum, & ita in hoſtem ſæuiter agere poſſet, tamen maluit uenerari maieſtatem uiri excellentiſſimi, quam ulciſci dolorem ſuum.

DE AFRICANO SCIPIONE.

Ad Africanū eundem, in Liternina villa ſe cōtinentem, complures prędonū duces videndū eodē tēpore forte confluxerūt: quos cū ad vim faciendā venire exiſtimaſſet, pręſidium domeſticorū in tecto collocauit, eratq; in his repellēdis, & aīo, & apparatu occupatus. Quod vt prædones animaduerterūt, dimiſſis militibus, abiectiſq; armis, ianuæ appropinquant, & clara voce nunciant Scipioni, Nō vitæ eius hoſtes ſed virtutis admiratores veniſſe: conſpectū, & cōgreſſum tanti viri, quaſi cæleſte aliquod beneficiū expetentes, proinde ſecurū ſe nobis præſtandū præbere ne grauetur. Hæc poſtq̃ domeſtici Scipioni retulerūt: fores reſerari, eoſq; intromitti iuſſit: qui poſtes ianuæ tanq̃ aliquā religioſiſſimam aram, ſanctūq; tēplum venerati, cupide Scipionis dexterā appprehenderunt, ac diu oſculati, poſitis ante veſtibulū donis, quæ deorū immortaliū numini cōſecrari ſolent: læti quia Scipionē vidiſſe contigiſſet, ad lares proprios reuerterunt. Quid hoc fructu maieſtatis excelſius? Quid etiam iucundius? Hoſtis irā admiratione ſui placauit ſpectaculo præſentiæ ſuę: latronum geſtientes oculos obſtupefecit: delapſa cælo ſydera hoībus ſi ſe offerant, venerationis amplius non recipient.

DE PAVLO AEMILIO.

Hoc quidē viuo Scipioni: illud aūt Aemilio Paulo exanimi contigit. Nam cū exequiæ eius celebrarētur, ac forte tūc princeps Macedoniæ, legationis nomine Romæ morarentur, funebri lecto ſponte ſua ſe ſe ſubiecerunt. Quod aliquando maius videbitur, ſi quis cognoſcat lecti illius frontem Macedonicis triūphis fuiſſe adornatam. Quantum .n. Paulo tribuerunt, propter quem gentis ſuę cladiū indicia, per ora vulgi ferre non exhorruerunt: quod ſpectaculū, funeri ſpeciem alterius triumphi adiecit. Bis .n. te Paule Macedonia vrbi noſtræ illuſtrem oſtendit, incolumen, ſpoliis ſuis: fato functum, humeris.

OLIVERIVS.

AD eundem Africanū. hoc oībus perſpicuū, & illuſtre fuit ſummæ maieſtatis exemplum, poſt maximas res geſtas, clariſſimoſq; triūphos. Scipio ab ingrata patria urbe pulſus, in exiliū ire coactus eſt in uillā .ſ. Linterninā, ubi cū prædones, quorū magna in illis locis copia erat, audito Scipionis noīe eſſent maximo uidēdi uiri deſiderio concitati, ad eū facto grege uenerūt, Scipio nō ad ſui cōtēplationē ſed uim inferendā uenire prædones exiſtimās, amicorū, atq; cliētū, quibus potuit domū pſidiis munit, q ubi ſenſere pdones abiectis armis, dimiſſiſq; militibus ianuæ appropinquātes magna uoce clamarunt, ut a Scipione, & cęteris, qui intus eſſent, exaudiri poſſent, non ſe hoſtes, aut inſidiatores, ſed uirtutū Scip. admiratores ueniſſe cuius cōſpectū atq; colloquiū mirū in modū deſiderarēt: qua uoce ꝯfirmatus Scipio, reſerari fores, & oēs intromitti iuſſit: q maxima illū ueneratione, tanq̃ cœleſte numē, oīumq; uirtutū ſacrariū proſecuti ſunt. In Linternina uilla. hoc idē cōmemorat Val. ubi agit de ingratitudine: nā dicit, q ingrata patria benemeritū Scip. itra ſua mœnia habitare nō paſſa, ſed in Linterninā uillam abire coegerit. In Linterninā uillā. dicerē uillam hoc loco p domo l agro Linternino poſita accipi debere, cuius propria eſt ſignificatio: niſi hūc locū Val. in c. de Ingratitudine uicū appellaret. Dicit .n. cui⁹ clariſſima opa iniuriis pēſando, uici ignobilis cā, ac deſertæ paludis accolā fecerūt, ubi ualde a Strab. diſſentit. nō .n. uicū, ſed opp. iuxta mare poſitū dicit eſſe. Stra. in deſcriptione Cāpanię prope mare inqt, poſt Sinueſſam Linternum eſt opp. ubi prioris Scip. cognomēto Africani ſepulchrū iacet. ibi .n. extremā ꝯſumpſit ætatē, omiſſis pp aliquorū ſimultatē reipu. negociis. Apparatū. armorū. Nā ſe armis munierat. Cōſpectū. ut uiderēt. Cōgreſſum. ut loquerētur. nā congreſſus colloquiū dicitur, & cōfertio pugnæ. Donis. ut ſunt ſerta, & thura, pateræ, coronæ, & ſimilia, q̃ ante deorū immortaliū ſimulachra in donum maiores ponere conſueuerunt, ea prædones ante Scipionis pedes poſita reliquerunt. Geſtientes. lætitiā geſtu quodam oſtendentes: nam geſtire eſt corporis geſtu lætitiam oſtendere, quod eſt ratione carentium. Virg. de auibus: Et ſtudio incaſſum uideas geſtire lauandi.

Geſtire

ASCENSIVS.

AD Africanum &c. Ordo eſt, complures duces prædonum .i. ſpoliatorum hoīum, & obſeſſorum uiarum, confluxerant forte eodem tpe ad uidendum eundem Africanum continentem ſe in uilla Linternina, quæ erat non longe a mari, & paludibus, quos .ſ. prædones, cum Scipio exiſtimaſſet uenire ad uim faciendam .i. ad eum occidēdum, aut ſaltem ſpoliandum collocauit in tecto .i. in ſuprema parte domus præſidium domeſticorū .i. familiariū ſuorū, quos ſecum habebat. eratq; occupatus & aīo .i. cogitatione, & apparatu .i. molimine exteriori, in repellendis .ſ. prędonibus a uilla ſua, quod ut .i. poſtq̃ prædones animaduerterūt, militibus ſup. ſuis dimiſſis, & armis abiectis, appropinquātes ianuæ .ſ. uillæ, & nunciant Scipioni clara uoce, ueniſſe ſup. ſe non hoſtes uitæ eius, ſed admiratores uirtutis eius expetentes conſpectum, & congreſſum tanti uiri, quaſi aliquod beneficium cœleſte .i. cælitus datū. Proinde .i. & ideo ſup. nūciantes dicebant, ne grauetur ſe præbere præſtandū .i. exhibendum nobis .i. oculis noſtris ſecurū .i. ſeorſum a cura. Poſtq̃ domeſtici retulerunt hoc Scipioni, iuſſit fores reſerari, & eos intromitti, q uenerati poſtes ianuę, taq̃ aliquā arā religioſiſſimam, & templū ſanctū apprehenderūt cupide dexterā Scipioni, ac diu oſculati .ſ. dexterā eius donis poſitis, id eſt poſtq̃ poſuerāt dona, ante ueſtibulum .i. primū ingreſſum uillæ, hoc eſt domus ruſticę, quæ .ſ. dona, hoc eſt qualia ſolēt cōſecrari numini .i. diuinitati deorū immortaliū redierunt ad lares proprius, lęti, quia contigiſſet ſup. eis, uidiſſe Scipionem. Quid ſupp. eſt excelſius hoc fructu maieſtatis .i. hac obſeruātia, & ueneratione, q̃ maieſtatē uiri illi hoſtes, & pdones obtulerunt. q. d. nihil. unde addit. Ipſe Scipio placauit irā hoſtis, .ſ. Antiochi admiratione ſui .i. q illi admirationi fuit, & obſtupefecit .i. hebetauit ſtupore quodā, oculos latronū, geſtiētes .i. præ nimio gaudio exultātes, & ſe cōtinere nequeuntes; ſpectaculo .i. delectatione ex inſpectu ſuæ præſentię. Si ſydera delapſa cœlo offerant ſe .ſ. uidenda hoībus, nō recipiēt amplius .i. aliquid plus uenerationis .ſ. q̃ Scip. ob maieſtatē ſuā recepit.

OLIVERIVS.

ILLVD autem Aemilio Pau. qd uiuo Scipioni cōtigit, idē Pau. Aemi. uitæ muneribꝰ defuncto euenit. nā cū diē ſuū obiſſet, forte legati ex Macedonia miſſi, tūc erant urbe totius prouinciæ principes, qui non modo funus comitātes ſuæ pſentia celebrare, ſed ipſum Pauli corpus ſuis humeris efferre uoluerūt, q illi pfecto fuit honorificentiſſimū, ſuiſq; uirtutibus maxime dignū. Cōſtat .n. Paulū imperatorē fuiſſe continentiſſimū, ut q multa bella confecerit, multos populos ſubegerit, multas prouincias domuerit, in ſumma tū paupertate uixerit. unde illud celebratur de hoc uiro præconium, q cum multis millibus hoſtium ſuperatis, Hiberniam totam ſubegiſſet, & .ccl. oppida cepiſſet, ne dragma ditior in patriam redierit. Macedonicis triumphis. quia Perſam Mace. regem debellauerat, & de ipſo glorioſe triumphauerat. In exequiis autem ſummorum uirorum præferebantur inſignia honorum, quibus in uita perfuncti fuiſſent. Indicis. uidelicet triumphum depictum, qui indicabant ab eo, qui ferebatur mortuus, Macedoniam fuiſſe ſuperatam. Bis enim, Semel uiuum, cum de ea ſuperata triumphaſti: deinde mortuum, cum te ad ſepulturam ſuis humeris deportauit. Fato functum. mortuum.

Pauli Aemilii maieſtas

ASCENSIVS.

HOC quidem. Recitat exemplum de maieſtate Pau. Aemilio poſt mortem eius dicens. Hoc quidem, ſcilicet quod proxime

dictum

DE AEMILIANO SCIPIONE.

Nec filii quidẽ tui Scipionis Aemiliani, quem in adoptionẽ dando, duarũ familiarũ ornamentum eſſe voluiſti, maieſtati parum honoris tributũ eſt: cũ eum adoleſcentem admodum a Lucullo Cos. petendi auxilii gratia ex Hiſpania in Africam miſſum, Carthaginienſes, & Maſaniſſa rex de pace diſceptatorẽ, velut Cos. & imperatorẽ habuerunt. Ignara quidẽ fatorũ ſuorum Carthago. Orientis enim illud iuuentæ decus, deorum, atq; hominum indulgentia, ad excidiũ eius alebatur: vt ſuperius cognomen Africanum capta, poſterius euerſa Corneliæ genti daret.

DE P. RVTILIO.

Quid dãnatione, quid exilio miſerius? Atqui P. Rutilio conſpiratione publicanorum perculſo, autoritatem adimere non valuerunt. Cui Aſiam petenti omnes prouinciæ illius ciuitates legatos eius receſſum opperientes obuiam miſerunt. Exulare aliquis hoc loco, an triumphare iuſtius dixerit?

DE MARIO.

C. etiam Marius in profundum vltimarũ miſeriarũ abiectus, ex ipſo vitæ diſcrimine, beneficio maieſtatis emerſit: miſſus. n. ad eum occidendũ in priuata domo Minturnis clauſum ſeruus publicus, natione Cimber, & ſenem, & inermem, & ſqualore obſitũ, ſtrictũ gladiũ tenens, aggredi nõ ſuſtinuit: ſed claritate viri occæcatus, abiecto ferro attonitus, inde, ac tremẽs fugit. Cimbrica nimirum calamitas oculos hoĩs peſtrinxit, deuictæq; ſuæ gentis interitus, animũ cõminuit: etiam diis immortalibus indignum ratis, ab vno nationis eius interfici Marium, quam totã deleuerat. Minturnenſes aũt maieſtate illius capti, compreſſum iam, & conſtrictũ dira fati neceſſitate, incolumem præſtiterunt: nec fuit eis timori aſperrima Syllæ victoria, cum præſertim ipſe Marius eos a conſeruando Mario abſterrere poſſet.

dictum eſt, cõtigit Scipioni ſuo. i. uiuenti: illud aũt quod ſequitur contigit Pau. Aemi. exanimi. i. mortuo. Nam cum exequiæ eius celebrarentur, ac principes Mace. morarẽtur forte tunc Romæ, noie. i. ratione, aut prætextu legationis ipſi ſubiecerunt ſe in humeros ſuos, ut ferrent, ſponte lecto funebri. i. quo funus eius ferebatur, quod. ſ. factũ Macedonũ uidebitur maius. i. difficilius aliquanto, ſiquis cognoſcat frontẽ. i. ſummam, & primam partem illius læti fuiſſe adornatã triũphis Macedonicis. i. rebus Macedonum in triumpho ab eo ductis. Quantum enim tribuerunt Pau. ſ. Aemi. Mac. propter quem non hæc horruerunt terre per ora uulgi Indicia, id eſt ſigna, & monumenta cladium calamitatũ ſuę gentis. Quod ſpectaculum adiecit funeri, id eſt põpę funebri, ſpem, id eſt imaginem. alterius triũphi enim pro quia, o Pau. ſ. Aemi. Mac. oſtendit te bis illuſtrẽ urbi noſtræ, ſcilicet Ro. uidelicet ſemel oſtendit, te incolumen illuſtrem ſpoliis ſuis, & ſecundo oſtendit te functum fato, id eſt mortuum illuſtrem humeris, ſcilicet ſuis. quibus principes eius te ad ſepulturã honorifice efferebant.

OLIVERIVS.

¶NEC filii quidem. ſuperior Africanus filium habuit adeo tenuis, & exilis naturæ, ut ne filios quidem procreare poſſet ut ex ſuo, nomine genus propagaret, filium a Pau. Aemi. in adoptionem accepit, qui deinde Africanus inferior dictus eſt, eo q; Africam deuicerit, & Carth. funditus euerterit. Duarum, ſcilicet Aemilianæ, & Scipionum. Cum eum adoleſcẽtes admodum Scipio, cum Lucio imperatore militabat in Hiſpania, qui prouinciam cum exercitu tenebat, & cum ad ſupplementum exercitus uti uellet auxilio Carthag. nam tũ erant tributarii charthaginem. Scipionem in Africã miſit adhuc adoleſcentem, quem cum Maſaniſſa uidiſſet diſceptatorẽ pacis inter ſe, & Carthagi. continuo delegit. Diſceptatorem. cognitorem. Diſceptator dicitur qui inter duos diſſidentes eligitur ad litem iudicandam. Maſaniſſa rex Numidarum. Velut con. cum admodum adoleſcens. Ignara qui. fa. ſ. Ca. quia neſciebat Carthago, quãtum exitii ſibi ab hoc Scipione impenderet. Superius co. A ſuperiore Africano Carthago facta eſt Po. Ro. tributaria, ab inferiori uero funditus euerſa, Scipionum autem familia a gente Cornelia originem duxit.

Diſceptator

ASCENSIVS.

¶NEC fi. qui. &c. Perſtat in apoſtrophe. i. conuerſione ſermonis ad abſentem, immo ad defunctum dicens. Nec quidem parũ immo multum honoris, tributum eſt maieſtati filii tui. ſ. Scipionis Aemiliani, quem tu dando in adoptionem. ſ. Scip. maiori. uoluiſti ſup. ipſum eſſe ornamentum duarum familiarum. ſ. Aemiliorum, & Scipionum. Tunc uiq; eſt tributum cum Cartha. & Maſaniſſa rex Numidiæ haberent eum adoleſcentem admodum id eſt ualde, ſcilicet adhuc miſſum a Lucullo conſule gratia petendi auxilii, ſcilicet a Carthag. ex Hiſpania in Africam, habuerunt dico diſceptatorem de pacę, id eſt examinatore petitionum, & querelarum utriuſq; partis, ut pacem inter eos conciliaret, uelut conſulem, & imperatorem, quia ad eius quodammodo arbitriũ retulerunt. Carthago quidem ſup. habuit eum uelut imperatorẽ, ignara, id eſt minime præſcia fatorum, id eſt malorum ſibi ab eo impendentium. Enim pro quia illud decus iuuente orientis, id eſt creſcentis alebantur indulgentia, id eſt largo fauore deorum, atq; hominum (quia gratiã inuenit in oculis regis, & populorum) ad excidium eius, ſcilicet Carthagi. ut ipſa Carthago capta, & tributaria facta daret gẽti Corneliæ, in qua ſunt Scipiones, cognomen Africanum ſuperius. i. maioris, aut ſuperioris, & ipſa euerſa. ſ. ab hoc Scipione daret eidẽ genti cognomẽ Africanum poſterius. i. poſterioris, ſeu minoris. Hinc patet cognomen, & cognomentũ ſæpe pro agnomine accipi, eo quod agnomen a poſteris uſurpatum in cognomẽ tranſit, ut Scipionum, licet Africanum non niſi meritis dabatur.

THEOPHILVS.

¶MANSANISSA, ita græci codices habent, & aliquot etiam ex antiquis latinis, non ut uulgo ſcribitur Maſiniſſa.

OLIVERIVS.

¶QVID damnatione, quid exilio Po. Ro. ut uir ſummę innocentiæ, cum legatis C. Mutii proconſulis, uel ut alii dicunt quæſtor prętoris Aſię præeſſet, ab iniuriis publicanorum Aſiã defenderat nam publicanos uectigalia aſperius exigẽtes prohibuerat miſeratione ciuitatũ commotus, qui cum poſtea imperio finito Romã rediſſet, cũ publicani læſæ maieſtatis accuſarent, q; uectigalia Po. Ro. exigi prohibuiſſet, ualuit accuſatio, & in exilium pulſus eſt: nam equeſtri ordini per inuiſus, penes quem tum iudicia erant læſæ maieſtatis, uel ut alii dicunt repetundarum iniuſte damnatus urbe electus eſt, cui exiliũ proficiſcenti omnes Aſiæ prouincię ciuitates honoris gratia legatos obuiam miſerunt, & eũ honorificentiſſime ubiq; luſcepit, de cuius fortuna, de conditione dicetur in cap. de mutatione fortunæ.

Marii maieſtas

ASCENSIVS.

¶QVID damnatione &c. Affert exemplum maieſtatis in Rutilio dicens. Quid eſt miſerius damnatione, ſcilicet in publico iudicio, & quid eſt miſerius exilio? quaſi dicat nihil. Atque, id eſt ſed tamen damnatio, & exilium non ualuerunt adimere autoritatem P. Rutilio perculſo, ſcilicet ſententia equeſtrium iudicium conſpiratione, id eſt propter cõſpirationem publicanorum, id eſt eorum, qui publicum uectigal ademerant, quos ab exactione iniuſta prohibuerat Rutil. Cui, ſcilicet exuli petenti Aſiã omnes ciuitates illius prouinciæ miſerunt obuiam legatos operientes, id eſt expectantes ſeceſſum eius, id eſt donec in aliquem locum ſecederet, quem exilio caperet, de quo facto quęrit autor dicens. Dixerit aliquis hoc loco Rutilium exulare, an iuſtius triumphare. h. d. haud dubie triumphare.

OLIVERIVS.

¶C. Autẽ Marius. Hæc hiſtoria ſuperius annotata eſt in cap. de ominibus. nam Marius Syllæ impetum fugiens Minturnas delatus in paludibus delituit. eo cum ueniſſent Syllani milites, qui

perſequebantur, cum inditio paſtoris indicatum, e paludibus extractū in cuſtodiā Phaniæ cuiuſdā mulieris tradiderūt. Et eū paulo poſt ad eū occidēdū Cimber ſeruus miſſus eſſet, maieſtate uiri perculſus ſtricto iā gladio interficere nō ſuſtinuit, ſed tremebūdus abiecto ferro refugit clamitans, non poſſum interficere Mariū. ad cuius uocē exciti Minturnēſes accurrunt, & uiri maieſtate cōmoti, deinde aſelli omine, naui impoſitū liberū abire permiſerunt: qui in Africā delatus ingētes copias cōparauit. Cinnæq; cōiunctus ad urbē properauit: qua capta, multorū ciuiū ſanguine iniuriā ſuā ultus eſt.

Vltimarū miſeriarū. quia hoſtis patriæ iudicatus eſt. Emerſit. liberatus eſt. Priuata domo. Phaniæ cuiuſdā mulieris.

Sed clar. vi. quia claritas quædā ex ipſius uultu irradiare uidebatur. Cimbrica calam. Nō ingt fulgor Marii, quē ſeruus ille ſe uidiſſe dicebat illū a propoſito occidendi deterruit, ſed q meminerat hūc gēti ſuæ magnā cladē intuliſſe. ſuorū igitur calamitas ſibi oculos perſtrixit. Nec fuit timori. nec timuerūt Minturnēſes illum abire permittere, cū uictorem Syllā eſſe perſpicerent. Aſperrima uictoria. quia ex Aſia uictor redierat. Cū præſertim ipſe Marius a cōſeruādo Mario. nā poterant Minturnenſes cogitare quantū exitii ipſis cōſeruātibus Mariū immineret, cū Mariū ipſum adeo afflictum eſſe conſpicerent.

DE M. PORCIO CATONE.

M. quoq; Porcium Catonem admiratio fortis, ac ſynceræ vitæ, adeo admirabilē ſenatui fecit, vt cū inuito C. Cæſare Cos. aduerſus publicanos dicēdo in curia diē extraheret, & ob id eius iuſſu a lictore ī carcerē duceretur, vniuerſus ſenatus illū ſequi nō dubitaret, quæ res diuini animi perſeuerantiam flexit.

DE EODEM.

Eodē ludos Florales, quos Meſſius ędilis faciebat, ſpectante: populus, vt Mimæ nudarentur, poſtulare erubuit: quod cum ex Fauonio amiciſſimo ſibi vna ſedente cognouiſſet, diſceſſit e theatro, ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem impediret: quem abeūtem ingenti plauſu populus proſecutus, priſcum morem iocorum in ſenam reuocauit, confeſſus ſe plus maieſtatis illi vni tribuere, q̄ vniuerſo ſibi vindicare quibus opibus, quibus imperiis, quibus triumphis hoc datum eſt? exiguum viri patrimonium, aſtricti continentia mores, modicæ clientelæ, domus ambitioni clauſa, paterni generis vna imago, minime blāda frōs: ſed omnibus numeris perfecta virtus, quæ quidem effecit, vt ſi quis ſanctum, & egregium ciuē ſignificare velit, ſub nomine Catonis definiat.

ASCENSIVS.

CAIVS etiā Marius abiectus in profundū miſeriarum ultimarū, ultra quas nullæ ſunt, emerſit. i. euaſit ex ipſo diſcrimine, .i. periculo uitæ beneficio maieſtatis. i. pp maieſtatē ſuā. Enim p quia Seruus publicus, Cimber natione, miſſus ad occidēdū eū clauſum ī priuata domo, Minturnis. i. apud Minturnas paludes, nō ſuſtinuit. i. nō ualuit, aut non fuit ſufficiēs, tenens gladiū. i. licet teneret gladiū ſtrictū. i. nudatū, aut euaginatū, aggredi eū, & ſenē, & inermē, & obſitū. i. opertū ſqualore. i. ſitu, & alia immūditia carceris, ſed ipſe Cimber obcęcatus claritate uiri, abiecto ferro. i. gladio nudato, fugit inde attonitus, ac tremens. Nimirū, .i. quia haud dubie calamitas Cimbrica. i. q̄ Cimbria Mario uſq; ad internitionē occiſi paſſi fuerāt, pſtrinxit. i. terrore clauſit oculos hois. ſ. ad eū miſit, & interitus gentis ſuæ deuictæ. ſ. a Mario, cōminuit. i. labefacit, animū eius etiā diis immortalibus ratis. i. cenſentibus indignū ſup. eſſe, Mariū interfici ab uno eius nationis, q̄ deleuerat totam, ſalte, q̄ in Italiā tranſcēderat. Aūt proſed, Minturnēſes. i. eius loci incolę, capti maieſtate illius. ſ. Marii pręſtiterūt ipſum Mariū cōpreſſum iā, & cōſtrictū. i. anguſtiatū, dira necante fati. i. impendentis mortis, quia proximi erant hoſtes eius, incolumē. i. ſaluū. Nec aſperrima uictoria Syllæ, qui paulo ante multos uicerat, fuit eis timori. præſertim cū ipſe Marius. ſ. homo crudelis, & imperioſus poſſet abſterrere eos a conſeruādo Mario ſ. illo quē conſeruabant, quia mortuus nulli, uiuus etiam conſeruatoribus aliqñ nocere potuit. Eſt & alter ſenſus, & meo quidē iudicio melior, quē etiam Oliuerius ſequitur, ut ſit ordo. ipſe Marius tā miſerabilis, & afflictus poſſet abſterrere eos a conſeruādo Mario, ne ſimile paterētur.

OLIVERIVS.

M. Quoq; Catonem. non minus Porcium Catonē a Cæſaris iniuria liberauit maieſtatis excellentia. nā cum publicani peterent uectigalium remiſſionem eos tertia parte mercedum C. Cęſar liberauit: & ne in locatione nouorum uectigalium immoderatius leges ferrentur p̄ palam admonuit Cato contra Cæſarē nolebat quicq̄ publicanis remitti, ſed eos uniuerſa uectigalia perſoluere. Nam publicani ꝯquerebātur, quod uectigalia nimis dura ſoluere cogerent. Cato igitur rogatus ſententiā dicere, ne quid eo die in ſenatu conſici poſſet, quia contra remp. id eſſe uidebat, orationē ſuam longiorē habebat, q cū ſenſiſſet Cæſar, eū per lictorem iuſſit in carcerē duci. Tunc uniuerſus ſenatus Catonē ſecutus eſt. Cæſ. id grauiter ferre ſenatum ſentiens dimitti iuſſit Au. Gel. lib. iiii. ca. x. C. inquit Cæſ. cōſ. M. Catonē ſententiam rogauit Cato rem, de qua conſulebatur (quoniam non e rep. uidebatur) perfici nolebat, eius rei gratia ducendę longa oratione utebatur, eximebatq; dicendo diem. erat. n. ius ſenatori, ut ſententiā rogatus diceret quicquid uellet, & quoad uellet. Cæſ. conſul uiatorem uocauit, eumq; cum finem non faceret philoſophandi, loquentē & in carcerem duci iuſſit. ſenatus conſurrexit, & proſequebatur Catonem in carcerē. hac inuidia facta Cæſ. deſtitit, & demitti Catonem iuſſit. Fortis, & ſynceræ uitæ. Vnum ſequitur ex altero, qui. n. fortis eſt, iuſtus eſt, cōtinēs eſt integer eſt. Virtutes enim inter ſe adeo cōnexæ ſunt, ut altera ſine altera eſſe nō poſſit: ſyncerę igitur uitæ, quia nemo illum unq̄ potuit gratia neq; prece, neq; precio a recto deducere. Abſtraheret quia diem cōſumi uolebat. Diuini animi. a conſuetudine adulandi non diſcedit.

Catonis quāta maieſtas

ASCENSIVS.

MARCVM &c. Affert exēpla maieſtatis in Catone dicēs; admiratio uitæ fortis, atq; ſynceræ, id eſt quę erat de uita forti, & ſyncera Catonis fecit quoq;, id eſt etiam M. Porcium Catonem adeo id eſt in tantum admirabilem ſenatui, ut cum, id eſt quando extraheret, id eſt conſumeret diem dicendo in curia aduerſus publicanos, id eſt qui publicam pecuniam recipiebant, non dubitaret ſequi illum, ſcilicet Catonem abeuntem in carcerem, quæ res, id eſt quod factum ſenatus flexit perſeuerantiā animi diuini, ſcilicet Iulii Cæſar. quem poſtea in deorum numerum relatum credidit ſtulta illa gentilitas.

OLIVERIVS.

EODEM ludos. Flo. Ludi Florales in honorem deæ Floræ Romæ celebrabantur, in quibus obſcœna quædam committebantur, & illud in primis, quod mimæ nudabantur. Vnde Lactātius Firmianus, meretrices inquit, flagitatæ populo nudatis corporibus in Floralibus mimorum fungebantur officio, & proptérea mimas eas Val. appellat. hos igitur ludos cum Meſſius ædilis faceret, & ad ſpectaculum eorum Cato ueniſſet, populus petere erubuit, ut meretricis nudarentur, ludos peragerent. Fauonius Catonem admonuit populum impediri præſentia illius, ne ludos ſpectaret quippe quo præſente, petere non auderet, ut meretrices nudarentur. Ludosq; peragerent, quod eum audiſſet Cato continuo diſceſſit e theatro. Quod cū ex Fauonio. ordo eſt diſceſſit e theatro, cum Fauonium ita monentem audiſſet o Cato cur in theatrum ueniſti cū iocos Martiales noutſſes ſacrū dulce Floræ, hoc autem genere metri Martia. uſus eſt in primo ſuorum epigrammatum, Noſces iocoſe dulce tum ſacrum Floræ feſtosq; luſus, & licentiam uulgi cur in theatrum Cato ſeuere ueniſti an ideo tātum ueneras, ut exires? Martiales. quia in campo Mar. agebantur hi ludi. Iocos. ludos: nam iocus in uerbis, ludus in rebus eſt. Sacrū. d Floræ, hoc eſt Martiales iocos. Dulce. iocūdum, & populo gratū. Ingenti plauſu. quo ſignificabat placere ſibi Catonē diſcedere, ut priſtina ludorū cōſuetudo reuocaretur in theatrum. Priſcum mo. ut meretricis nudæ nimirū fungerentur officio. Confeſſus. Significauit, inquit, populus hoc plauſu plus maieſtatis, & honoris uni Catoni tribuere, quā ſibi uniuerſo: nam quod præſente Catone fieri non fuerant paſſi id ſe uniuerſo ſpectanti paſſi ſunt. Vendicare. aſciſcere. Modicæ

dicæ clientelæ. Quia non multos ſecum dicebat clientes, ſicut alii principes Romæ. Vna imago. Non multas maiorum ſuorum imagines habebat, ſed unius patris ſui Catonis. Minime blanda. immo ſeuera, Liptote eſt. Omnibus numeris .i. partibus. Nā uirtus quatuor partes habet, iuſtitiam, prudētiam, fortitudinem, & temperantiam.

EXTERNA.

DE ARMODIO, ET ARISTOGITONE.

Dandum eſt aliquid loci etiam alienigenis exemplis: vt domeſticis aſperſa, varietate ipſa delectent Harmodii, & Ariſtogitonis, qui Athenas tyrānnide liberare conati ſunt, effigies æneas Xerxes rex ea vrbe deuicta in regnū ſuū trāſtulit, lōgo deinde interiecto tēpore, Seleucus in priſtinam ſedē reportādas curauit. Rhodii quoq; eas vrbi ſuæ appulſas, cū in hoſpitium publice inuitaſſent, ſacris etiā puluinaribus collocauerunt, Nihil hac memoria felicius, quæ tantum venerationis, in tam paruulo ære poſſedit.

DE XENOCRATE.

Quantum porro honoris Athenis Xenocrati ſapientia pariter, ac ſanctitate claro, tributum eſt: cū teſtimonium dicere coactus ad aram acceſſiſſet, vt more eius ciuitatis iuraret, omnia ſe vere retuliſſe, vniuerſi iudices conſurrexerunt: proclamaruntq;, ne iuſiurandum diceret, quodq; ſibimetipſis poſtmodum dicendæ ſententiæ loco remiſſuri non erāt, ſynceritati eius concedendum exiſtimarunt.

ASCENSIVS.

¶ EODEM &c. Affert aliud eiuſdem exemplū dicens. Eodem .ſ. Catone, ſpectante .i. cū idē ſpectaret ludos, florales .i. quos Deę flore facere ſolebāt, quos Meſſius ędilis faciebat. ſ. tunc, populus erubuit poſtulare, ut mimę .i. meretriculę, quę florā meretricem, quę ad eos ludos faciendos grandem pecuniam reliquerat, repręſentabant in ludis illis nudarentur, q̄a nudę agere ſolebant. Quod .i. quam rē, cum cognouiſſet. Ex Fauonio .ſ. uiro amiciſſimo ſibi, ſedente una .i. In uno loco cū illo, diſceſſit theatro, ne impediret pręſentia ſua cōſuetudinē ſpectaculi. (Hoc autem factum non erat uere laudabile, ſed pro errore illorū, qui ad religionem pertinere putabant meretricū corpora denudari, ſed quā religionem / profecto qua maligni ſpiritus mentes mortaliū ad illecebras carnis ineſcabant). Quem .ſ. Catonē abeuntem populus proſecutus eſt ingenti plauſu, quia ſeueritatē eius etiam inuiti laudabant, ſed imitari nolebant, reuocauit in ſcenā .i. ad ſpectaculū, priſcum morem iocorum .i. meretricum nudarū, ſicq; agentium, confeſſus .ſ. populus eo facto confitens, ſe tribuere maieſtati illis .ſ. Catonis pluſquā uendicare ſibi uniuerſo, quia potius illo pręſente omittebāt, quod illi diſplicere notant, qui expectabant, quod cęteris omnibus placebant. Quibus opibus .i. diuitiis, & facultatibus quibus imperiis / quibus triumphis eſt hoc datum .ſ. ut populus ab eo quod ſibi placere abſtineret, eo quod uni diſplicere norit, quaſi dicat nullus. Et tamen patrimonium uiri .ſ. Cato. cui tantum tribuebant, ſup. fuit exiguum .i. modicum, mores ſup. fuerunt aſtricti .i. uincti continentia, quia tam rigide continentiam amplexus eſt, ut ſi eam dimittere uoluiſſet, non potuiſſet, aut ſaltem non decuiſſet, clientelę .i. pauperū ipſum colentium familiaritatis, paucæ ſup. fuerunt, domus clauſa ſup. fuit ambitioni .i. cupiditati honorum. Vna .i. unica imago paterni generis ſup. fuit in ſtemmate, frons ſup. fuit ei minime blanda, ſed uirtus pfecta omnibus numeris, quę reuera in ſolo deo eſt, q̄ quidē uirtus effecit, ut ſiquis uelit ſignificare ciuem ſanctū, & egregiū, definiat ſup. eum ſub nomine Catonis.

THEOPHILVS.

¶ MARTIALIS & dulce ſacrum flore. Hæc in antiquis aliquot etiam codicibus leguntur, imperitia librariorum autoritate Mar. in margine notata ad hi. Valer. tranſpoſita confuſo ordine, & ſenſu. Nam Vale. uti Mar. teſtimonio per utriuſq; ętatem non potuit, alter enim Tiberio blanditur alter Domitiano. Numeris, immo præſtat ad plenitudinem numerorum referre, de qua Macro. in Somnium Scipionis abunde diſputat. Ouid. Quæ mihi uentura eſt, ſiquidem, eſt uentura ſenectus, Cum deſit numeris ipſa iuuenta ſuis?

OLIVERIVS.

¶ DANDVM eſt aliquid loci etiam alienigenis, exemplis tranſit ad externa. Primum autem exemplum eſt maieſtatis Harmodii, & Ariſtogitonis fratrum Athenienſium, qui cum indigne ferrent tyrannidem in libera ciuitate regnare, die feſto conuenerunt, ut tyrannum occiderent, nam tyrannis Athenis a Piſiſtrato incepit, quo mortuo Hipercus, & Hippias in regnū ſucceſſerunt, tunc ergo Hippias regnabat, in quem die ſolenni cum populus conueniſſet, impetum facere ſtatuerūt, ſed cum id parum proceſſiſſet, Hippercum fratrem occiderunt. Au. Gellius lib. xvii. cap. xxi. Tarquini filio, inquit, regnum obtinente Romę, cui cognomen ſuperbus fuit iiſdemq; temporibus occiſus eſt Athenis ab Harmodio, & Ariſtogitone Hippercus Piſiſtrati filius Hippiæ tyranni fratre, itaq; hi adoleſcētes quātum in ſe fuit urbem tyrānide liberare conati ſunt, licet non liberarint tamen Athenienſes effigies æneas in honorem eorum erexerunt, quas cum Xerſes cepiſſet Athenas in regnū ſuum tranſtulit, deinde Seleucus rex Aſiæ, qui poſt Alexandrum regnauit, cum Athenis potitus eſſet, ab Athenienſibus uiſus eſt honorificentiſſime tractari, quod cum perſpexiſſet, ut rem gratam populo faceret, ſtatuas illas in ſuam priſtinā ſedem reportandas curauit. Et cū tranſueherentūr Athenas, ad Rhodios forte appulerunt, quibus uelüti deorū ſimulachris lectiſternia exhibuerūt. Aſperſa uarieta. ut eadem ſępius repetita faſtidium, ſic mutata delectationem afferunt. Puluinaribus. Puluinaria loca erant in templis, quæ alio nomine lectiſternia dicebantur, in quibus deorum ſimulachra locabantur. Tantum uenerationis quantū diis immortalibus exhibebatur.

ASCENSIVS.

¶ DANDVM eſt aliqd &c. Tranſit ad externa, ſic tamen, ut uæ illis locū putet Præ multitudine exemplorū Romanorū Vna dedicit. Aliquid loci .ſ. in hac deſcriptione maieſtatis, eſt dandū etiam exemplis alienigenis .i. alienigenarum, (ſed more ſuo declinat alienigenus a. um.) ut ipſa aſperſa domeſticis delectēt uarietate Xerſes rex .ſ. Perſarū tranſtulit in regnum ſuum effigies aeneas .i. ex ęre factas Harmodii, & Ariſtogitonis tyrranicidarum, qui conati ſunt liberare Athenas tyrannide .ſ. Hyppiæ, & Hipparchi .i. tranſtulit dico a urbe deuicta. Deinde longo tempore interiecto Seleuchus curauit, ſup. effigies illas reportandas in priſtinam ſedem .i. locum, non ubi prius ſederant, ſed fuerāt erectæ. Quoq; p. & Rhodii ſup. ciues collocauerunt etiā ſacris puluinaribus, ſcilicet lectiſterniorum, in quæ Deos inuitare ſolebant eas, ſcilicet effigies appulſas urbi ſuæ, id eſt ad urbem ſuam, cum inuitaſſent publice in hoſpitium. Nihil ſupple eſt felicius, id eſt beatius hac memoria, quia, ſcilicet diuinis donatæ ſunt honoribus, quæ .ſ. memoria poſſedit tantum uenerationis in tam paruulo ære. Sed uere dicit beatus Hieronimus, multorum corpora uenerari in terris, quorum animæ cremantur in inferno.

OLIVERIVS.

¶ QVANTVM porro. aliud exemplum maieſtatis Xenocratis, fuit autem Xenocrates peripateticus Philoſophus de quo in ca. de continentia latius dicemus, quod ad hunc locum pertinet tanta fuit huius hominis maieſtas, & fides apud Athen. ut cum Athenis mos eſſet, ut nullius iniurati teſtimonium admitteretur, huic ſoli iuſiurandum Athen. remitterent, ſicut Cice. ut diximus ad Atti. Cum iurare tui ciues Xeno. teſtimonium dicentem prohibuerunt. Sanctitate. ſanctitas eſt optima uiuendi ratio. More eius ciuitatis. Quia mos erat teſtimonium primo perhibere, deinde ſe uera dixiſſe iurare. Dicende. ſcilicet .i. quia iudices iurauerunt ſe iuſte ſententiam eſſe daturos. Remiſſuri. Remittimus quomodo aliquem, quod facere oportet, concedimus, quod iure ſuo aliquis facere nō poteſt. Synceritati. puritati, & integritati.

ASCENSIVS.

QVANTVM &c. Ordo eſt porro, id eſt Cæterum, aut ſed quantum honoris eſt Athenis tributum Xenocrati claro ſapientia pariter, ac ſanctitate, quod plurimum. Quia cum ipſe coactus dicere teſtimonium, acceſſiſſet ad aram, ut iuraret, more eius ciuitatis, ſcilicet Athenien. ſe retuliſſe, id eſt enarraſſe, & dixiſſe, aut depoſuiſſe omnia uere, uniuerſi iudices conſurrexerunt, proclamaruntq́;, ne diceret iuſiurandum, & exiſtimarunt concedendum ſynceritati, id eſt integritati eius ſcilicet Xenocratis id ſupple uidelicet iuramentum, quod nō erant remiſſuri ſibimet ipſis poſtmodum loco ſententiæ dicendæ, quia cum ſententiam dicere cogerentur, ſacramento adacti ſunt ſevere, iudicaturos.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

Hac præfaciuncula de ſignis futuræ uirtutis, quæ in quibuſdam adhuc pueris uiſa ſunt, ſe dicturum proponit, ac relaturum præclara quædam geſta. Quæ longo præcedente tempore ad ſummam eos gloriam peruenturos uerius uero prænunciabant.

VALERII MAXIMI LIBER TERTIVS.

DE INDOLE. CAPVT I.

ATTINGAM nunc quaſi cunabula quædam & elementa virtutis, animique præcedente tempore ad ſummum gloriæ cumulū peruenturi, certo cum indolis experimento; datos geſtus, referam.

DE ÆMILIO LEPIDO.

Aemilius Lepidus puer etiam tum progreſſus in aciem, hoſtem interemit, ciuem ſeruauit: cuius tam memorabilis operis index eſt in capitolio, ſtatua bullata, & incincta prætexta S. conſulto poſita. Iniquum enim putauit eum honori nondum tempeſtiuum videri, qui iam virtuti maturus fuiſſet. Prę currit igitur Lepidus ætatis ſtabilimentum fortiter faciendi celeritate: duplicemq́; laudem e prælio retulit, cuius eum vix ſpectatorem anni eſſe patiebantur. Arma enim infeſta, & diſtricti gladii, & diſcurſus telorum, & aduentantis equitatus fragor, & concurrentium exercituum impetus, iuuenibus quoq́; aliquantum terroris incutit. Inter quæ Aemiliæ gentis pueritia, coronam mereri, ſpolia rapere valuit.

DE MARCO CATONE.

Hic ſpiritus ne Marci quidem Catonis pueritiæ defuit. Nam cum in domo M. Druſi Auunculi ſui educaretur, & ad eum Tribunum tunc P. Latini de ciuitate impetranda conueniſſent, a Quin. Po-

Valerii Maximi Liber Tertius Incipit.

OLIVERIVS.

ATTINGAM nunc. primum huius Tertii libri caput de indole. Eſt autem indoles future probitatis ſpecimen quod in puero apparet, aliquando pro incremento uirtutis ponitur. Liuius tanta indoles in Lauinia, ut tutelam muliebri res latina, & regnum auitum, paternumq́; puero ſteterit. Cunabula. nutrimenta, tractum ab infantibus, qui in cunis nutriuntur. Elementa. abuſiue omniū rerū principia dicuntur. græci. στοιχεῖα dicunt.

ASCENSIVS.

ATTINGAM nūc &c. primus Tertii Libri Ti. eſt de indole, de qua præfatur ſic. Ego attingam nunc, quaſi quę dam cunabula, id eſt ſeminaria, & elementa uirtutis, & referam geſtus animi peruenturi tēpore procedente ad ſummum cumulum gloriæ datos, id eſt emiſſos ab eo, in quo erat talis indoles, cum certo experimento, indolis id eſt inolitæ, & ingenitæ uirtutis olim in effectum prodituræ. Æmilius Lepidus progreſſus puer etiam tum, id eſt tunc cum adhuc puer eſſet, in aciem, ſcilicet inſtructam ad pugnam interemit hoſtem, & ſupple, ſeruauit ciuem. Cuius operis tam memorabilis, index eſt ſtatua bullata, id eſt inſignita bulla, quæ eſt ornamentum pueritiæ, & incincta prætexta, id eſt ueſte puerorum nobilium antequam uirilem togam acciperent. (Quia hic mores queruntur, qui prouectiorum ſunt cibi, non uerſor circa uocabulorum uim, quia tamen eis ignotis nihil ſcitur. Sciat rudior lector, bullam fuiſſe rem factam ex auro, argento, aut alio metallo in formam cordis, & concauam, in qua contra faſcinum contenta erant remedia, eaq́; dependebant de collo puerorum præſertim nobilium, ut in cordatos uiros euadunt, faſcinum uincant, & a turpibus locis, locis, & factis arceantur, ad quæ prætexta maximæ conducebat. Ea enim habebat partem Senatoriæ ueſtis prætextam, & ueſtimento puerili annexam, ut patricii noſcantur, quā. xiiii. anno ſumpta uirili toga exuebant) poſita Senatuſcon. id eſt, per decretum Senatus in capitolio, id eſt arce Tarpeia. Enim pro quia Senat. ſup. putauit iniquum eum uideri nondum tempeſtiuum honori, id eſt ut honoretur, & tali ſtatua qui fuiſſet, iam maturus uirtuti, id eſt ad exercendam talem uirtutem. Igitur Lepidus præcurrit celeritate faciendi fortiter ſtabilimentum, id eſt firmamentum ætatis, hoc eſt ante ætatem, fortiter egit. Et retulit duplicem laudem. ſ. hoſtis interfecti, & ciuis ſeruati e prælio cuius ſpectatorem anni uix patiebantur eum eſſe.

OLIVERIVS.

AEMILIVS Lepidus. Hoc fuit ſub Tiberio Gracc. bello Celtiberico. Statua bul. Bulla erat inſigne puerorum, & præſertim nobilium, quod a collo in pectus deſcendebat, quia in pectore conſilium eſt, hoc ideo fiebat ut oſtenderetur ætas illa adhuc ſub alterius conſilio poſita eſſe nam βουλὴ conſilium ſignificabat, in pectus deſcendebat quia in pectore, ut dixi conſtat eſſe conſilium. Macr. dicit ingenuis pueris conceſſum, ut cordis figuram in bulla ante pectus annecterent q̄ inſpicientes ita demū ſe homines cogitarent ſi corde præſtarent hoc eſt ſapientia, & magnanimitate, togam quoq́; prætextam his additam, ut ex purpure rubore ingenuitatis rubore regerentur. Priſ. Tar. filiū ſuum annos. xviii. natum, ꝙ hoſtem manu percuſſerat, & pro cōcione laudauit, & bullà aurea, prætextaq́; donauit, inſignies puerum ultra annos fortem præmiis uirilitatis, & honoribus, nam ſicut prætexta inſigne magiſtratuū ab Hetrusc. regnante Tul. ita bulla geſtamen erat triūphantium, q̄ in triumpho præ ſe gerebāt. impera. hinc deductus mos, ut prætexta, & bulla in uſum puerorū nobiliū uſurparentur, ad omen, & uota conciliandæ uirtutis ei ſimilis, cui primis in annis munera iſta ceſſerunt. Cunabula.

ASCENSIVS.

PRÆTEXTA, ueſte purpurea, qua utebantur nobiles pueri uſq́; ad. xiiii. annum quā poſtmodum depoſita, in Capitolio uirilem togam ſumebāt, ex quo deprehenditur puerum fuiſſe Æmiliū, quo tempore hoſtem in acie interemit. Stabil. mētum ætatis, uidelicet uirilitate, tunc enim ſtabilis dicitur ætas. Duplicemq́; laudem, ꝙ hoſtem interfecit, & ciuem ſeruauit, unde etiam quærnam coronam meruit. Vix ſpectatorem. Auſus eſt bellum inire, quod alius in ea ætate ſpectare timuiſſet. Iuuenibus, nedum pueris. Arma enim infeſta. Declarat, quare alius in ea ætate bellum ſpectare timuiſſet. Infeſta, inimica, cum arma armis contraria ſunt. Stricti nudati. Diſcurſus, cum hinc inde tela iactantur. Prætexta

OLIVERIVS.

HIC ſpiritus ne M. quidem Catonis. Quantum futuræ uirtutis ſpecimen, & documentum a pueritia de ſe Cato. dederit, Catonis indoles.

ſederit, & in hoc, & in ſequenti exemplo uidere, licet, cum iudicia ab equeſtri ordine in Senatoriam dignitatem eſſent tranſlata, eaq́ ſibi uellet equeſtris ordo uendicare, Senatus. M. Druſū tribunū pleb. creauit, ut Senatus partes tueretur, hic ut facilius conſequeretur, quod Senatus cupiebat, latinis ciuitatem promiſit, ut eorum auxilio aduerſus equeſtrē ordinē uteretur. Eo tēpore Druſus Catonē, cuius auunculus erat, alebat. Cū igitur legati Latinorū ad eum ueniſſent, ut promiſſam ciuitatē a populo impetrarent; etiam ipſo potiſſimū Druſo interprete Catonē puerū conſpicientes rogarūt, ut ſibi apud auunculū auxilio eſſe uellet ad ciuitatem obtinendā, qui ſe id nequaquā facturū conſtanti uultu reſpondit. Præceps iterum, ac ſępius legati nec quicquā iterarunt. Tandem ut animū pueri experirentur, in excelſam ædiū partem aſcenderunt, & ſe inde illum præcipitaturos affirmarūt niſi obſequeretur, nihilō magis a propoſito deterreri non potuit, tum Latini, gratulemur inquiunt nobis. hunc puerum eſſe, nam ſi Senator eſſet, non obtinendi modo ſpem ullam haberemus, ſed nec petendi quidem. Interpellatus interrogatus. Tenero animo præ. in ea tenera ætate totius Senatus officium adimpleuit. Perſeuerantia fuit, ut latinos ab impetranda ciuitate repulerit.

pedio Latinorum principe, Druſi autem hoſpite rogatus, vt ſocios apud Auunculum adiuuaret: conſtanti vultu non facturum ſe reſpondit. Iterum deinde, ac ſæpius interpellatus, in ꝓpoſito perſtitit: Tūc Popedius in excelſam ædium partem eleuatū, abiecturum ſe eum inde, niſi precibus obtemperaret, minatus eſt: nec hac re ab incepto moueri potuit. Expreſſa eſt itaq; illa vox hominum, gratulemur nobis Latini, & Socii, hunc eſſe tam paruum, quo ſenatore ne ſperare quidem nobis ciuitatem licuiſſet. Tenero ergo animo Cato totius curiæ grauitatem percepit, perſeuerantieq; ſua, Latinos iura noſtræ ciuitatis apprehendere cupientes, repulit.

DE EODEM CATONE.

Idem cum ſalutandi gratia prætextatus ad Syllam veniſſet, & capita proſcriptorū in atrium allata vidiſſet: atrocitate rei cōmotus, pædagogum ſuum Sarpedonem nomine interrogauit, quapropter nemo inueniretur, qui tam crudelem tyrannum occideret: cumq; is, non voluntatem hominibus, ſed facultatem deeſſe, ꝙ ſalus eius magno militum præſidio cuſtodiretur, reſpondiſſet: vt ferrum ſibi daret, obſecrauit, affirmando per facile ſe eum interfecturum, ꝙ in lecto illius cōſedere ſoleret: Pædagogus & animum Catonis agnouit, & exhorruit propoſitum, eumq; poſtea ad Syllam excuſſum ſemper adduxit. Nihil hoc admirabilius, Puer in officina crudelitatis deprehenſus, victorem non extimuit, tum maxime Coſs. Municipia, Legiones, Equeſtris ordinis maiorem partem trucidantem: ipſum Marium, ſi quis eo loci ſtatuiſſet, celerius aliquid de ſuga ſua, q̄ de Syllæ nece cogitaſſet.

ASCENSIVS.

HIC ſpiritus &c. Recitat indolem. i. indicem futuræ grauitatis, & conſtantiæ in M. Catone dicēs. Hic ſpiritus. ſ. tam acer, ac animoſus, qui fuit in Æmilio, ne quidem. l. nō etiam defuit pueritiæ Marci Catonis. Nam cum educaretur in domo Marci Druſi auunculi ſui, & Latini conueniſſent ad eum ſcilicet Druſum auunculū Catonem tunc tribunum pleb. l. qui tunc tribu. pleb. erat de ciui. impetranda, ideſt ut ciuitate Roma. donarentur, & ciues efficerentur. Cato ſup. rogatus a Qu. Popedio principe Latinorum, autem pro ſed hoſpite Druſi. ſ. auunculi. Catonis, ut adiuuaret ſocios, ſcilicet Roma. imperii, uidelicet Latinos aut ſocios, id eſt eoſdem Latinos, quorum Popedius princeps erat, apud auunculum. ſ. Druſum, reſpondit conſtanti, id eſt intrepido uultu ſe non facturum, deinde interpellatus. i. ſollicitatus precibus, iterum, id eſt ſecundo, ac ſæpius, perſtitit. l. perſeuerauit in propoſito. Tunc Popedius minatus eſt ſe abiecturum eum eleuatum, id eſt ſurſum portatum. (Ergo eleuo non ſemper denotat diminuere, ut Valla ſentit) in excelſam partem ædium, proiecturum dico inde, id eſt ab illa parte deorſum, niſi obtemperaret, id eſt acquieſceret precibus nec, id eſt non etiam hac re, id eſt tantis minis potuit moueri ab incepto, id eſt a propoſito non orandi pro eis. Itaq;, id eſt & ita, illa, ſcilicet nobilis uox hominum, quæ ſequitur eſt expreſſa, id eſt ob uehementem admirationem conſtantia Catonis emiſſa. O Latini, & ſocii gratulemur nobis, id eſt ducamus bene nobiſcum actum eſſe, hunc, ſcilicet Catonem eſſe tam paruum, quo Senatore, id eſt ſi fuiſſet Senator, ne quidem ſperare ciuitatem licuiſſet, nedum obtinere. Ergo Cato percepit tenero animo, id eſt cum adhuc eſſet puer, grauitatem totius curiæ, & repulit perſeuerantia ſua Latinos cupientes apprehendere iura ciuitatis noſtræ.

OLIVERIVS.

PROSCRIPTORVM capita. Qui proſcribebantur, eorum nomina ſcripta in tabella in foro exponebantur, & ius omnibus erat eos interficiendi, illi uero, ut intellexiſſent ſe eſſe proſcriptos, continuo ſe e ciuitate proripiebant. Eorum uero bona pro arbitrio proſcribentis tractabantur, ſed multi, antequam proſcriberentur, depreheñſi occidebantur, & eorum capita deferebantur ad Syllam. Proſcripti qui

Pædagogus. eius ductor, & comes, nam pædagogus dicitur qui pueros ducit, & gubernat παῖς παιδὸς puer ἄγω duco, inde ἀγωγὸς. Ductor. Quod in lecto illius, ſæpe Cato puer a Pædagogo ad Syllam ſalutatū ducebatur, quem Sylla, quia nobiliſſimus erat, i lectum ubi conſidebat, ſuſcipere ſolebat, nā antiqui tribus lectis ſtratis epulabantur, ut ſępe dictum eſt. Excuſſum. exquiſitū nūquid latens ferrum haberet. Nihil hoc admirabilius. Deſcribit Catonis animū. Officina crudelitatis. i. in carnificia, eo, inquit tēpore potiſſimū Cato uictorem Syllum non timuit, quo maxime crudelis apparuit. Tum ma. con. norbanū, & Scipionem his, enim cōſulibus Sylla Romam segreditur a mithridate, poſtquā intellexit captam urbem a Mario, & aduerſus ſe ingentes exercitus eſſe comparatos, apud Capuā ſub amne Vulturno ſigna concurrunt, & ſtatim Norbani fuſus exercitus omnes Scipio. copiæ oſtentata ſpe pacis expreſſæ obſeſſaq; curia, ſic de Senatu. quaſi de carcere, quum garentur educti, ꝓpoſita eſt illa ingens tabula, & ex ipſo equeſtris ordinis flore, ac Senatu duo millia electi, qui mori iuberentur. Equeſtris or. ma. par. ſ. duo millia delecta ſunt ad ſupplicium. Statuiſſet. poſuiſſet, nam a ſiſto uenit. Statui Ipſum Marium puer facinus excogitauit, quod ipſe Marius nunquam excogitaſſet in tanta Syllæ uictoria, & potentia.

ASCENSIVS.

IDEM. ſ. Marcus Cato, cum prætextatus. i. adhuc puer, ueniſſet ad Syllam gratia ſalutandi ſup. eum, & uidiſſet capita proſcriptorum allata in atrium. ſ. Syllæ, commotus atrocitate rei, interrogauit Pædagogum ſuum. l. pueritię ſuæ ductorem Sarpedonem nomine, quapropter nemo inueniretur, qui occideret tam crudelem tyrannum. Cumq; . l. & cum. i. quando, is ſup. pædagogus reſpondiſſet, non uoluntatem, ſed facultatem deeſſe hominibus, ꝙ ſalus eius uidelicet Syllæ cuſtodiretur, magno præſidio. i. cuſtodia, & protectione militum, obſecrauit, ut ferrum daretur ſibi, affirmando ſe interfecturum eum perfacile. l. ſine difficultate, ꝙ. i. quia ſoleret conſedere in lecto illius pædagogi, &. i. ſimul agnouit animum Cat. & exhorruit propoſitum ſup. eius, & adduxit ſemper poſtea, ad Syllam eum excuſſum, id eſt exquiſitum. An aliquid telum latens ſub ueſte haberet. Nihil ſup. eſt, hoc, ſcilicet animo, aut facto mirabilius. Nam puer, ſcilicet Cato deprehenſus. i. præter opinionem inuentus: in officina crudelitatis, hoc eſt in arbitrio Syllæ, quem non putarat tā crudelem, non extimuit uictorem. ſ. Marii Syllam, trucidantem tum. i. tunc maxime. i. præcipue, conſules municipes, legiones, & ſup. maiorum partē ordinis equeſtris. Siquis ſtatuiſſet ipſum

Marium, uirum maxime audacem, qui cymbros uicerat illo loci, ideſt in illo loco, ubi ſibi ferrum dari poſtulauit Cato cogitaſſet celerius aliquid de fuga ſua, ꝙ de nece Syllæ, quod quidem uero ſimile eſt, ſed minus mirabile, Marii enim, non Catonis uitæ inſidiebatur Sylla.

ſuum defuit conſilium. Finitimo bel. ſcilicet Peloponnenſi. Rationibus, ſcilicet pecuniæ, quam in ædificio illo conſumpſerat. Lamententur. propter uitia. Glorientur. propter uirtutes. Execrationem. ad uitia pertinet. Admira. ad uirtutes refertur. Nos ini. quandoquidem inquit. de ſigno uirtutis diximus, uidelicet de indole, dicamus nunc de ipſa uirtute .ſ. fortitudine. Efficaciſſimi lacerti. ualidiſſima robora.

DE CAIO CASSIO.

Cuius filium Fauſtum C. Caſſius condiſcipulum ſuum in ſchola proſcriptionem paternam laudantem, ipſumq; cum per ætatem potuiſſet, idem facturum minitantem, colapho percuſſit: dignam manū, quæ ſe publico parricidio non contaminaret.

OLIVERIVS.

CVIVS fi. Exemplum indolis C. Caſ. fuit autem hæc Caſ. qui Cæſ. interfecit in Senatu. Fauſtum. Sylla poſt uictoriā creatus dictator perpetuus uoluit ſe felicem liberos, uero fauſtos, hoc eſt marē Fauſtū, & fœminam fauſtam appellari. Condiſcipulum, eiuſdem præceptoris diſcipulū. Quæ ſe publico parricidio quia Caſſius cum Bruto Cęſarem interfecerunt, quaſi parentē patriæ, hoc ideo dicit, ne lęderet Auguſtum, ex eo ꝙ laudaſſet Caſſium. Colapho. ſignificat ictum pugno clauſo infixum.

ASCENSIVS.

CVIVS .ſ. Syllæ filiū Fauſtum nomine. ſunt, qui huius legant ſed tunc uideretur de Catonis filio loqui. C. Caſſius percuſſit colapho exiſtentē cō diſcipulum ſuum, in ſchola. i. ludo literario, laudantē proſcriptionem paternam .i. quo pater eius Sylla tot ciues Ro. proſcripſerat, & minantem ipſum .i. ſe facturum idem .i. candē, aut ſimilem proſcriptionem cū potuiſſet, dicerem potuerit, aut poſſit, quia tunc de futuro loquitur per ætatem dignam manū ſubaudio, ut ſit o dignā manū, aut cenſeo manū illam Caſſii, quæ Fauſtū percuſſit, eſſe dignā, ne cōtaminaret ſe parricidio publico. i. parentis patriæ uidelicet Iulii Cęſa. quod per adulationem dicit. Nā eo nomine ab aliis laudatus eſt Caſſius.

EXTERNA.

Et vt a Græcis aliquid: Alcibiades ille, cuius neſcio vtrum bona, an vitia patriæ pernicioſiora fuerint: illis enim ciues ſuos decepit, his afflixit: cū adhuc puer ad Periclem auunculum ſuum veniſſet, eumq; ſecreto triſtem ſedentem vidiſſet, interrogauit, quid ita tantam in vultu confuſionem gereret: at illo dicēte, mandato ſe ciuitatis Propylæa Mineruæ, quæ ſunt ianuæ arcis, ædificaſſe, conſumptaq; in id opus ingenti pecunia, non inuenire quo pacto miniſterii rationem redderet, atq; ideo conflictari. Ergo, inquit, quære potius quemadmodum rationem non reddas: itaq; vir ampliſſimus, & prudentiſſimus, ſuo conſilio defectus, puerili vſus eſt, atq; id egit, ut Athenienſes finitimo implicati bello rationibus exigendis non vacarent. Sed viderint Athenæ vtrum Alcibiadem lamententur, an glorientur, quoniam adhuc inter execrationem hominis, & admirationem, dubio mentis iudicio fluctuatur. Nos quia iam initia, procurſuſq; virtutis patefecimus, actum ipſum proſequemur, cuius ponderoſiſſima uis, & efficaciſſimi lacerti, in fortitudine conſiſtunt.

ASCENSIVS.

ET ut a Græcis aliquid &c. Frigide admodū, quia unico, & ambiguo exemplo externa tranſigit, quaſi in ſolo P.R. uera fuerit indoles. Ordo eſt. Et ut aliquid ſup. exēpli ſumatur a Græcis. Alcibiades ille .ſ. nobiliſſimus ciuis Athe. cuius neſcio utrum bona .ſ. animi. quæ in alio ſint uirtutes dicēdę, an uitia fuerint pernicioſiora. i. maior perniciei patrię, ſup. eius, hoc eſt Athenis. Enim ꝓ quia, ipſe decepit ciues ſuos, illis .ſ. bonis ſaltem apparentibus, quæ niſi in eo apparuiſſent, nunquā illi reip. gubernacula commiſiſſent, & afflixit, & ciues ſuos his .ſ. uitiis, cū ad huc ſup. ens aut (quod Valla proſcripſit in hoc ſenſu) exiſtens, puer, ueniſſet ad Periclem auunculū ſuū, & uidiſſet eū ſedentē triſtem ſecreto, id eſt in loco ſeparato ab aliis, interrogauit, quid ita, id eſt cur ita gereret. i. præ ſe ferret confuſionem .i. turbationem animi. in uultu? At illo .ſ. Periclem dicentem, ſe ædificaſſe mandato ciuitatis propylæa. i. ueſtibulum, aut ſi ſic uertere liceat, anteportale Mineruæ, id eſt tēpli eius quæ .ſ. propylæa ſunt ianuæ arcis .ſ. Athe. i. quæ Mineruæ erant ſacra, ut Romę in Capitolio Iouis, unde illu. Ma. Pallas, quas condidit arces. Ipſa colat, & ingenti pecunia cōſumpta in id opus. i. in eius operis ædificationē (repete dicentē.) Se nō inuenire, quo pacto. i. modo redderet rationem miniſterii. i. accepti, & impenſi, inquit .ſ. Alcibiades (nā hoc eſt uerbū particulæ in capite poſitę) ergo quia reddēdę rōnis modū iuenire nequis, quære potius quemadmodū nō reddas rationē .ſ. miniſterii. i. adminiſtrationis tuæ. Itaq; .i. & ita uir ampliſſimus, & prudentiſſimus, uidelicet Pericles, de quo Perſius. Magni pupille Pericli, defectus. i. deſtitutus ſuo. i. ꝓprio conſilio, uſus eſt puerili, ſup. cōſilio, atq; egit id, ut Athenié. implicitū bello finitimo nō uacarent rationibus .ſ. ipenſis exigendis. Sed uiderint Athenę. q. d. autor, id nihil ad me utrū, lamētent Alcibiadem, ꝙ tā callidus fuerit, an glorient. i. iactent gloriabūdi, ꝙ tantę indolis puerū haberēt, quoniam fluctuatur. i. more fluctuātis maris huc, & illuc agitatur (& eſt imperſonaliter dictū) dubio iudicio mentis iter execrationē hominis. i. an deberēt eius uitia tā callide occultata execrari admirationē ſup. eius, quia in utrāq; partem fuit uehementiſſimus, & hoc dicto trāſit ad Titulū de fortitudine, de quo cōtinuo ſic profatur. Nos & quia, &c. q. d. cenſeant Atheń. de Alcibiade ſuo, ut uelint, nos quia patefecimus iā initia, & ꝓcurſus. i. priores excurſus, & oſtentamenta uirtutis, hoc eſt indolē, proſequemur ipſum actum, id eſt effectum indole, cuius .ſ. actus ſtudioſi, uis, & lacerti efficaciſſimi. inſtrumenta. quibus potiſſimum in opus exit, conſiſtunt in fortitudine.

OLIVERIVS.

ET ut a Græcis. De hoc uiro ſatis dictum in ca. de Somniis, & latius dicemus in ca. de Mutatione ſtatus, & fortunæ. Aliquid .ſ. ſummamus. Ille cui. ac ſi diceret, ille Alcibiades cuius indoles ſpem maximā futuræ probitatis ciuibus afferebat. Iuſt. de Alcibiade. Erat ætatis flore, & fortunæ ueneratione nec minus eloquentia inter Athe. inſignis, ſed in reconciliandis amicitiarum ſtudiis, ꝗ in retinendis uir melior, quia morum uitia ſub umbra eloquentiæ primo latebant. Vtrum bo. nam ſi uirtutes conſideres, nullus eo fuit uirtute præſtantior, ſi uitia nullum ſceleſtiorem inueneris. Bona no. ingenuum, eloquentia, diuitię, forma præſtans, ciuium fauor, eximia potentia. Vitia, Libido, ambitio imperii; cupiditas, ſuperbia, arrogantia. Decepit illis .ſ. bonis, quia primo ſummam de illo ſpem utiliſſimum fore illum ciuitati ciues conceperunt, ſed cum ad adultam ætatem peruenit, ſua ſpe fruſtratos eſſe intellexerunt. Is afflixit. ſcilicet uitiis. Confuſionem. perturbationem, & triſtitiam. Secreto. ut triſtes facere ſolent. Propylæa. ſignificat ueſtibulum, ſed græco uocabulo uſus eſt, quia græca tractatur hyſtoria nam πρὸ ſignificat ante πύλας portam, unde προπύλαιον, ſed diphthongum recipit. ciuitas mandauerat pericli, ut ianuas arcis Mineruæ ædificari curaret & enim de pub. data eſt pecunia, hic uero ingentem pecuniam in hoc opere conſumpſit, unde etiam Demetrius Phalerius teſte Cice lib. de offi. ſecundo uituperat Periclem, ꝙ tantam pecuniam in præclara illa Propylæa proiecerit, id eſt in eo ædificio profuderit. Affligi. grauiter cruciari. Defectus. deſtitutus, cui

Alcibiades indoles

THEOPHILVS.

VTRVM BONA &c. Probus Æmilius, in Alcibiade natura quid efficere poſſet, uidetur experta. Conſtat enim inter omnes, qui de eo memoriæ prodiderunt nihil illo fuiſſe excellentius,

excellentius, uel in uitiis, uel in uirtutibus. Periclem. a. ſu. Probus Æmi. Alcibiadis uitricum fuiſſe periclem ſcri. Educatus, inqt, eſt i domo periclis (priuignus. n. ſuus fuiſſe dicitur) eruditus a Socrate, Suidę monimēta Vale. concinunt. Plu coq; prior Plato tm̄ dicūt Alcibiadē ſub tutela periclis relictū, uñ Perſius, ex perſona Socratis ad Alcibiadem. Magni pupillæ periclis.

cet fluminis meatus, locus per quem labitur aqua. Munimenti, præſidii. Attu. ſuſtinendo Horatium.

DE FORTITVDINE. CAP. II.

DE HORATIO COCLITE.

NEc præterit me, conditor vrbis noſtræ Romule, principatum tibi hoc in genere laudis aſſignari oportere. Sed patere obſecro vno te præcurri exēplo, cui & ipſe aliquantū honoris debes: quia beneficio illius effectū eſt, ne tam præclarū opus tuū Roma dilaberetur. Hetruſcis in Vrbem, ponte Sublicio irrumpentibus, Horatius Cocles extremam eius partem occupauit: totumq; hoſtiū agmen, donec poſt tergū ſuum pons abrumperetur, infatigabili pugna ſuſtinuit: atq;, ut patriā periculo imminenti liberatam vidit, armatus ſe in Tyberim miſit: cuius fortitudinē Dii immortales admirati, incolumitatē ſyncerā ei præſtiterunt. Nam neq; altitudine deiectus, quaſſatusue, neq; pondere armorū preſſus nec vllo vorticis circuitu actus, nec telis quidem, quæ vndiq; congerebantur, læſus, tutū natandi euentum habuit. Vnus itaq; tot ciuiū, tot hoſtium in ſe oculos conuertit, ſtupentes illos admiratione, hos inter lætitiam, metumq; hæſitantes, vnuſq; duos acerrima pugna conſertos exercitus, alterum repellendo, alterum propugnādo, diſtraxit. Deniq; vnus vrbi noſtræ tantū ſcuto ſuo, quantum Tyberis alueo, munimēti attulit, quapropter diſcedentes Hetruſci dicere potuerūt: Romanos vicimus, ab Horatio victi ſumꝰ.

OLIVERIVS.

NEC me præterit. Dicturus de fortitudine, hoc ca. quandam præmittit excuſationem, ꝙ nō incipiat a Romulo cōditore, & urbis Romanæ parente, quem multa fortiter feciſſe cōſtat, Hor. Cocles fuit. nōt huius uiri pugna, & uirtus mirabilis, ac ꝓpemodū incredibilis, defenſus eni pons ſublicius p ipſum cōtra omnē exercitum hetruſcorū, donec a tergo fractus pons, p̄cluſiſq; hoſtibus aditus indignante rege, ac ſtupēte exercitu, quir unus, iſq; monoculus, ut qui iam alio prælio alterum amiſiſſet, tm̄ contra tot armata hominū millia auſus fuiſſet. Fracto ponte, ipſe, ut erat armatus ex alto in Tyberim ſe ꝓiecit, & ad ſuos ſoſpes enatauit, niſi ꝙ in caſu ipſe, ut quidā tradidere ſagitta femur traiectus claudus euaſit, qđ cum ſibi poſt tēporis ſpacium (ut ꝓhibent) in petitione honoris obiectū eſſet ut uitiū, magnifica prorſus, & facto par reſpō, per ſingulos, inquit, gradus admoneor triumphi mei, huic tantę uirtuti non ingrate ciuitas, fuit ſtatua illi in comitio poſita, & de publico donatus ager, ter quātum uno die circumducto aratro poſſet amplecti. Sic honore ſimul, & commodo auctus in præſens, & in poſterū rei fama plures admiratores repertura, q̄ credulos. Fronti. lib. ii. c. ulti. Hor. Cocles, urgente Porſenæ exercitu, iuſſit ſuos ꝑ pontē redire in urbem, eumq; ne caſu ſequereť hoſtis intercidere, qđ dū efficiť, in caput eius ꝓpugnator ipſe iſequētes detinuit. audito deniq; fragore pōtis abrupti deiecit ſe in Alueū, eūq; inermis, ſed uulneribus oneratus trāſnatauit. Sene. ad Lucil. Epiſto. xx. cuius principiū eſt. Epiſt. tua &c. Hor. inquit. Cocles ſolus ipleuit pontis anguſtias, ademit ſibi reditū, dum iter hoſti auferret, iuſſit etiā diu p̄mentibus reſiſti, donec reuulſa ingenti ruina tigna ſonuerunt, poſtquā reſpexit, utq; extra periculū eſſe patriā periculo ſuo ſenſit, ueniat ſiqs uult me eūtē ſequi, deditq; ſe i præceps, & nō minus ſollicitus in illo rapido alueo, fluminis, ut armatus, q̄ ut ſaluus exiret retēto armoꝝ decore tā tutus redijt, q̄ ſi ꝑ pōte ueniſſet. Ci. lib. parad. i. Quæ uis Horatiū Coclitē cōtra hoſtiū copias tenuit in ponte ſolū? Pli. de ui. illuſt. Porſena Rex hetruſcoꝝ, inqt, cum Tarquinios in urbē reſtituere tentaret, & primo ipetu Ianiculū cepiſſet Hor. Cocles illo cognomine, quod in alio ꝓlio oculum amiſerat, pro ponte ſubiicio ſtetit, & aciē hoſtiū ſuſtinuit, donec a tergo interrūperetur, cū in Tyb. decidit, & armatus ad ſuos traſnatauit, ob hoc ei tantū agri publice datū, quantū uno die araſſe potuiſſet, ſtatua, quoq; in Vul. poſita. Hæc igr̄ hiſto. a multis autoribus traditur. Diſiectus. in diuerſas partes diſtractus, qppe qui ex alto deciderit potuit diſrūpi. Vorticis, aquarū reuolutionis ꝓfunde. Vortex teſte. Q. lib. viii. de Inſti. ora. proprie eſt contorta in ſe aqua, uel quicquid aliud ſimiliter uertitur. Actus ag. inter lætitiam, metumq;. Lætabat ciuitatem conſeruatam eſſe, metuebat tantum uirorū perire. Cōſortes exer. Conſertæ manus dicuntur, cum inter ſe hoſtes dimicant. Aluco. Alueus eſt medius amnis, qui aquam fluminis continet, uideli

ASCENSIVS.

NEC me p̄te. Affert primū exemplū fortitudinis de Hor. Coclite cū purgatiōe, ꝙ nō prius dixerit de fortitudine Ro. dicens. Nec. i. & nō, o Romule cōditor noſtrę urbis. ſ. Romę, non præterit me. i. ſcientiā meā non fugit, qa bene ſcio oportere principatū in hoc genere laudis, uidelicet ob fortitudinē aſſignari tibi, ſed obſecro patere. i. ſine, & pmitte p̄curri id, ut p̄curratur tibi uno exēplo. ſ. Coclitis, cui &. i. etiā ipſe. i. tu debes aliquantū honoris. i. uenerationis honorificę qa affectum eſt bñficio illius. ſ. de quo dictum eſt, Horatii Coclitis, ne Roma tam p̄clarū opus tuū dilaberetť. i. periret. Hetruſcis ſub Porſena rege irrumpētibus urbem. ſ. Romā ponte ſublicio. i. per pōtē ſublicīū, qa ex liciis copactū. Hor. Cocles occupauit partem extremā. ſ. ab urbe, & ꝓximā hoſti, eius. ſ. pontis, & ſuſtinuit pugna iſatigabili. i. indefeſſa, qa ipſe erat iſatigabilis, totū agmē hoſtiū, donec pons abrūperetur poſt tergū ſuū, atq; ut. i. poſtquā uidit patriā liberatam periculo iminenti. ſ. ab Hetruſcis armatus, ut erat miſit ſe in Tyberim, cuius fortitudinē dii īmortales admirati p̄ſtiterūt ei incolumitatē ſyncerā quia ſaluus ad ſuos enatauit, licet ſecūdū quoſdā ſaucius, cōtra quos hic autor ſentit dicēs. Nā neq; diſiectus. i. in diuiſas partes iactus, & iactu diſtractus eſt (nā ſolēt aquæ uiolēto impetui reſiſtēdo nonnunquā qui ſe in ipſas laculaſ findere, niſi cōſtrictis cruribus ſe dimiſerit, ſunt tñ q legūt deiectus, ut ſit deorſum in ꝓfundū uſq; iactus, & ſtratus) ue ꝑ uel, quaſſatus. i. cōcuſſus, ita ut luxa, & diſſoluta habuerit mēbra, altitudine. i. propter altitudinem, unde ſe demiſerat, nec actus. i. uectus ullo circuitu. i. gyro uorticis. i. reuolutiōis aquarū ꝓfundarū, nec qdē læſus telis, quæ congerebanť. i. in ipſum unū ſimul gerebanť, undiq;. i. ex oi parte. ſaltē a q̄ hoſtes ſtabāt, habuit euentū natādi tutū. i. deoꝝ munere ab omni offenſione, itaq;. i. & ita, ipſe unus. i. ſolus cōuertit in ſe oculos tot ciuiū, & tot hoſtiū illos. ſ. hoſtiū oculos ſtupētes admiratione, & hos. ſ. ciuiū oculos, hoc eſt ciues ipſos, nā partē ꝓ toto accipit, hæſitantes. i. dubios inter lætitiā, qa uidebāt eū fortiter agere, & poſſe euadere, & metū, qa timebāt, ne deficeret, aut mergereť, aut telis opprimereť, & ipſe unus diſtraxit. i. in diuerſa traxit, & ſeparauit duos exercitus cōſertos. i. cōmixtos pugna acerrima repellēdo alterū, ſ. hoſtilē, & ꝓpugnādo. i. defendēdo alterū. ſ. Ro. exercitū, nam niſi ſe mediū interpoſuiſſet, & hoſtē a pōte arcuiſſet, neceſſe fuiſſet, aut urbē capi, aut qui iā fugerāt, in pugnā redire. Deniq; ipſe unus attulit urbi noſtrę tantū munimēti. i. ꝓtectionis ab ingreſſu hoſtiū, ſcuto ſuo, quod telis hoſtiū obiecerat, quātū Tyb. attulit Alueo ſuo. i. aquarū receptaculo. Quapropter Hetruſci diſcedētes potuerūt dicere nos uicimus Ro. ſ. cęteros in fugam uerſos: & uicti ſumus ab Hora. Coclite, q unus eos ab ingreſſu arcuit.

THEOPHILVS.

INCOLVMITATEM ſyncerā ei p̄ſtiterunt. Theotimus Italicarū rerū. ii. dū tranaret ad ſuos ictū telo alterum amiſiſſe ſcr. oculū. Chlælia, Plu. hanc hiſt. refert in claris mulieribus, & Macedo Polie. viii. ſtrateg., illud obſeruandū uel Chlœliā citra aſpirationē cum Plu. ſcribendū, uel Cœliam cū Polieno, quomodo uariante exemplariū fide nō cōſtet utrū ſit melius.

DE CHLOELIA VIRGINE.

Immemorem me propoſiti mei Chlœlia pene facit: eadē enim tempeſtate, certe aduerſus eundē hoſtē, & in eodē Tyberi inclytū auſa facinus. Inter cæteras enim virgines obſes Porſene data hoſti, nocturno tēpore cuſtodia egreſſa, equū conſcendit, celeriq; traiectu fluminis, nō ſolum obſidione, ſed etiā metu, patriā ſoluit. Viris puella lumine virtutis ꝑferenda.

DE ROMVLO.

Redeo nunc ad Romulum, qui ab Acrone Ceninenſium rege ad dimicandū prouocatus, quanquam & numero, & fortitudine militum, ſuperiorem ſe crederet, tutiuſq; erat toto cum exercitu, q̄ ſolū in aciē deſcendere, ſua potiſſimū dextera omen victoriæ rapuit: nec incepto eius Fortuna defuit: Occiſo enim Acrone, fuſiſq; hoſtibus, opima de eo ſpolia, Ioui Feretrio retulit. Hactenus iſtud, quia publica religione conſecrata virtus, nulla priuata laudatione indiget.

DE CORNELIO COSSO.

A Romulo proximus Cornelius Coſſus, eidem deo ſpolia conſecrauit, cum Magiſter equitum ducem Fidenatium in aciem congreſſus interemiſſet, magnus initio huiuſce generis iuchoatæ gloriæ Romulus. Coſſo quoq; multum acquiſitum eſt, qui imitari Romulum valuit.

OLIVERIVS.

IMMEMOREM. Aliud exemplum Chlœliæ uirginis Immemorem ideo dixit, quia ſe modo unum exemplum prępoſiturum Romulo dixerat, ergo quaſi ſui propoſiti uidetur immemor, cuius rei memoriā, & tantę uirtutis pręmium ſtatua illi equeſtris in foro ſecundū T. L. ſecundū uero Seruiū in uia ſacra cpoſita fuit, Plin. de ui. illuſt. Porſena Chlœliam uirginē inter obſides accepit, quę deceptis cuſtodibus noctu caſtris eius egreſſa, equū, quē ſors dederat, arripuit, & Tyberim traiecit, a Porſena per legatos repetita reddita, cuius ille uirtutem admiratus, cum quibus optaſſet in patriam redire permiſit, illa uirgines, & pueros quidem elegit, quorum ętatē iniuriæ obnoxiā ſciebat, huic ſtatua equeſtris in foro poſita eſt, Chlœlia per diphthongum ſcribitur. ſ. Chlœlia Virgi. Ruptiſq; innaret Chlœlia uinclis. Inclytum glorioſum, nam κλυτὸς clarus, & glorioſus dicitur, id eſt ualde, unde inclytus, ualde glorioſus. Porſenæ. d. huius nominis penultimam Martialis corripuit, cū dixit, hanc ſpectare manū Porſena nō potuit. Obſes, obſides dicuntur quaſi obſides, q ergo ob fidem dati ſunt ſeruandam obſidea dicuntur, uel ab obſidione, ut quidam uolunt.

ASCENSIVS.

IMMEMOREM &c. Quia præcatus Romulū, ut pateretur uno ſe præcurri, & nunc alterū affert propter temporis cōformitatem exēplum dicere, Chlœlia. ſ. uirgo Romana facit me mei immemorem ꝓpoſiti, quia propoſuerat unū tantum, antequā Romuli exemplum afferret. Chlœlia dico auſa inclytum facinus eadem tēpeſtate, certe. i. aut ſaltem, quia paulopoſt cōtigit aduerſus eundem hoſtem. ſ. Porſenam regem hetruſcoȝ, & in eodem Tyberi, in quo Cocles, memorabile facinus enatando edidit. Enim pro quia ipſa Chlœlia data Porſenæ regi Hetruriæ hoſti obſes. i. ob fidem fœderis icti ſeruandam, inter cæteras uirgines egreſſa tempore nocturno cuſtodiam. i. locum, quo aſſeruabatur, cum cæteris, conſcendit equū, & ſoluit patriam non ſolum obſidione, ſed etiam metu. Celeri tractu fluminis. i. quia celeriter in equo traiecit flumen, & Romā aufugit, unde eius uirtutem admiratus porſena, repetiit quidem tam per legatos, ſed receptam, cum quibus uellet comitibus, abire permiſit, quæ cum iniuriæ obnoxios delegiſſet, miratus rurſus puellæ prudentiam. & cæteras uirtutes, urbem obſidione ſoluit, æſtimans ex eius, & ſcæuolæ uirtute, qualia ſic cætera Romana pubes, per occaſionem ergo patriā obſidione liberauit, Puella præferenda uiris lumine uirtutis, nā ſexu præire non poterat.

OLIVERIVS.

REDEO nunc ad Romulum. Poſt raptas ſine more Sabinas, aliarumq; finitimarū fœminas, Inter quas Ceninenſes mota ſunt bella. Ceninenſes ira magis, q̄ conſilio rem gerentes, primo impetu fuſi ſunt, atq; fugati. Rex eorum Acron a rege Romulo interfectus, qui ad ſingulare certamen, ut Vale. tradit, fuerat prouocatus, cuius occiſi Romulus opima ſpolia Ioui feretrio obtulit. Duo deinde ſecuti ſunt Romulum, qui opima ſpolia retulerunt occiſis Imperatoribus. M Marcellus, & Cornelius Coſſus, ſunt autem Opima ſpolia, quæ dux duci detraxerit, dicta uel ab ope, ut uult Var. uel ab opere ut ſentit Plutar. cum ſit opus egregium, clariſſimum ducem belli patrem ſibi ductorem ſuperare. Vnde Virg. In. x. Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis. Ad dimicandum prouocatus, in hoc Vale. diſſentit a Liuio, non enim prouocatū Liuius, ſed in acie dimicātem, & Imperatorio munere fungentē occidiſſe, quod idem ſentit Diony. ſed intra urbem hoc factum fuiſſe dicit cum capta urbe illi cum armata multitudine occurriſſet. Omen. ſ. uictorię, quia poſtea uicti ſunt hoſtes. Ioui feretrio, Iupiter feretrius dicebatur a feretro inſtrumento, de quo ſuſpendebantur ſpolia erat feretrum ligneum inſtrumentū ad id apte fabricatū ut ſpolia ferret. i. ſuſtineret. Li. lib. I. Romulus, inquit duce hoſtiū occiſo urbem primo impetu capit, inde exercitu uictore ducto, ipſe cū factis uir magnificus, tum factorū oſtentator haud minor, ſpolia ducis hoſtiū cæſi ſuſpenſa fabricato ad id apta ferendo gerēs in capitoliū aſcendit, ibiq; cū ea ad quercum paſtoribus ſacrā depoſuiſſet, ſimul cū dono deſignauit templo Iouis, fines cognomenq; addidit deo Iuppiter feretri, inquit, hic uictor Romulus Rex regia arma, fero, tēplumq; his regionibus, q̄s modo animo metatus ſum dedico, ſedē opimis ſpoliis, quę regibus, ducibuſq; hoſtiū cæſis me auctorem ſequentes poſteri ferēt. Opima ditia, utpote regia. Publica reli. quia Romulus in deorum numerum translatus nulla indiget priuata laudatione, ſed per ſe ipſum laudationem amplam habet, utpote conſecratus. Iupiter feretri

ASCENSIVS.

REDEO nunc ad Ro. qui ꝓuocatus ab Acrone rege Ceninēſiū, qui uicini erāt urbi populi ad dimicandū. i. concertandum, q̄q̄ ipſe Romulus crederet ſe ſuperiorem, & numero, & fortitudine militum, & tutius erat ſup. eum deſcendere in aciem, id eſt diſcrimen pugnæ, cum toto exercitu, q̄ ſolum, corripuit potiſſimum, id eſt e multis aliis, omen uictoriæ. ſ. animo præceptæ, dextra. i. ſua. ſ. uirtute dexteræ ſuæ, neq; fortuna defuit incepto eius. Occiſu enim Acrone, & hoſtibus fuſis, retulit, id eſt reportauit Ioui feretrio. i. a feretro īſtrumento, ad quod ſpolia ſuſpendebātur ſic dicto, ſpolia opima de eo, ſcilicet rege occiſo, ea enim dicebanť opima ſpolia, quę principi exercitus occiſo detracta erant. Hactenus iſtud ſup. a me dictum eſt ſine alia laude, aut cōmendatione factū, nā uirtus ſcilicet Romuli conſecrata publica religione, quia Romulus in deorū numerū erat relatus, nulla laudatione priuata.

OLIVERIVS.

ROMVLO proxi. ſecundus poſt Romulum Cornelius Coſſus opima ſpolia retuliſſe fertur cæſo Larte Tolūnio fidenatū duce, in qua re dicit Liui. ſe a cæteris diſſentire ſcriptoribus, qui eandem tradunt, q̄ illū tribunū militū fuiſſe dicant, quando rem tantam geſſit, ſe uero duabus rationibus cōmoueri, ut credat illum fuiſſe conſulem, altera q̄ ea tantum ſpolia opima dicantur quæ dux duci detraheret, neminem autem ducem eſſe, niſi cuius auſpicio res geratur, altera q̄ titulis ſpoliorum oſtendit illum cōſulem fuiſſe, & ea ſpolia cepiſſe. Proximus, ſecūdus. Eidem deo Ioui feretrio. Magiſtrum equitum, conſulari poteſtate. Ducem fide, Lartem Tolumnium, magnus initio huius gloriæ. Nam primus fuit Romulus, qui opima ſpolia dicauit, ſecundus Cornelius Coſſ. tertius uero Marcellus, Ideo ordine ponit, neq; enim plures unquam inuenti ſunt, qui huius generis gloriam uirtute ſua conſequi ualuerint. Opima ſpolia

Aſcenſius

DE M. MARCELLO.

Nec Marci quidem Marcelli memoriã ab his exẽplis ſeparare debemus, in quo tãtus animi vigor fuit, vt apud Padum Gallorũ regẽ, ingenti exercitu ſtipatum, cũ paucis equitibus inuaderet: quem protinus obtruncatũ, armis exuit, eaq; Ioui Feretrio dicauit.

DE T. MANLIO TORQVATO ET SCIPIONE ÆMILIANO.

Eodem & virtutis, & pugnæ genere vſi ſunt T. Manlius Torquatus, & Valerius Coruinus, & Æmilianus Scipio. Hi etiam ultro prouocãtes hoſtium duces interemerunt: ſed quia ſub alienis auſpiciis rem geſſerant, ſpolia Ioui Feretrio non poſuerunt conſecranda. Item Scipio Æmilianus, cum in Hiſpania ſub Lucullo duce militaret, atq; Intercacia prævalidum oppidũ circunſederetur, primus mœnia eius cõſcendit, neq; erat in eo exercitu quiſquã aut nobilitate, aut animi indole, aut futuris actis, cuius magis ſaluti cõſuli, & parci deberet, ſed tunc clariſſimus quiſq; iuuenũ, pro amplificanda, & tuenda patria, plurimũ laboris, ac periculi ſuſtinebat, deforme ſibi exiſtimans, quos dignitate pſtaret, ab iis uirtute ſuperari. Ideoq; Æmilianus hanc militiam aliis propter difficultatem vitantibus, ſibi depopoſcit.

ASCENSIVS.

A ROMVLO &c. Celebrat eum, qui ſecũda intulit, opima ſpolia dicẽs. Cor. Coſ. cõſecrauit eidẽ deo. ſ. Ioui feretrio, ſpolia. ſ. opima, primus a Romulo, longo tñ interuallo, cũ ipſe magiſter equitũ cõgreſſus in aciẽ interemiſſet ducẽ fidenatiũ. ſ. lartẽ Tolumniũ, & declina. Lar, lartis &c. Romulus ſup. eſt magnus. ſ. ſine cõparatione initio gloriæ huiuſce generis. ſ. ferẽdi opima ſpolia, ichoatę. ſ. a ſe, quia primus ea itulit. Multũ quoq; ſup. gloriæ huiuſce generis acquiſitũ eſt Coſſo, q ualuit imitari Romulũ.

OLIVERIVS.

NEC Marci quidẽ Marcel. Cum aduerſus boios, & inſubres, qui nunc Mediolanenſes dicuntur, qbus cõ erat Viridomarius, uel ut alii dicũt Britomarus Gallorũ geſatarũ dux, cũ ingenti exercitu ferme decẽ milliũ militũ M. Marcellus miſſus eſſet cũ quingẽtis, aut paulo amplius militibus, & paucis equitibus apud padũ uniuerſũ exercitũ fudit, atq; fugauit, regẽ ipſum tãto exercitu ſtipatũ obtruncauit. Erat autẽ hic Viridomarius inter Gallos eximia corporis magnitudine, armatura auro, & argento, ac uariis diſtincta coloribus fulgoris inſtar per lucida, q ubi Marcellus pulcherrima ex toto conſpicatę agmine, ea futura meditatus, quæ cõcepta deo uota pſolueret, nã in ea pugna Marcel. opima ſpolia Ioui feretrio uouerat, uirũ igitur adhortus haſta perfodit, & moribundũ ex equo pſtrauit, & ita opima ſpolia cũ ingẽti gloria in patriã reportauit. Li. li. xx. M. Claudius Marcel. cõſul occiſo iſubriũ Gallorũ duce Viridomano opima ſpolia retulit. Florus Galli, inſubres Britomaro duce nõ prius ſoluturos ſe baltea, q capitoliũ aſcendiſſent iurarunt, factum eſt, uictos enim Æmilius in capitolio deſcendit mox Ariſtonico duce uouere de noſtrorum militum prædam Marti ſuo torquẽ, intercepit Iupiter uotum, nam de torquibus eorum aurum tropheum Ioui Flaminius cœpit. Viridomario rege Romana arma Vulcano promiſerant, alioquin uota cecideruut, occiſo enim rege Marcellus tertia poſt Romulum patrem feretrio Ioui arma ſuſpendit. Gallorum regem. Viridomarium, ut alii referunt Britomarũ. Stipatum. circundatum.

ASCENSIVS.

NEC Marci &c. Celebrat quoq; eũ, q tertia itulit dicens. Nec qdẽ. i. nõ etiã debemus ſeparare memoriam Marci Marcelli ab his exẽplis, in quo. ſ. Marcello tãtus uigor animi fuit, ut inuaderet cũ paucis equitibus, utpote qngentis, apud Padũ fluuiũ Italiæ, regẽ Gallorũ. ſ. geſſetarũ Viridomarũ aut Britanoꝝ noie ſtipatũ, ingenti exercitu quẽ. ſ. regem Gallorũ obtruncatũ, ptinus, ipſe Mar. exuit armis & dicauit ea, ut opima ſpolia, Ioui feretrio.

OLIVERIVS.

EODEM & uir. & pu. ge. cũ Titus Manl. Tor. Gallũ quendã inſultantẽ & Ro. fortiſſimũ quẽq; ad pugnã puocantẽ audiuiſſet, & ad dictatorẽ acceſſiſſet, ait iniuſſu tuo dictator nunquã extra ordinẽ pugnauerim, non ſi certam uictoriam uideã, ſed ſi permiſſeris, oſtendam profecto illi beluę, me ex illa familia ortum, qui Gallorũ agmen ex rupe tarpeia deiecit, itaq; permiſſu dictatoris in certamẽ progreſſus cum utrinq; dimotę acies ad pugnæ ſpectaculũ cõſtituiſſent, Gallũ primo & linguam ab irriſu exerentẽ, & magnitudine, proceritateq; eximiũ interficere, & de collo ſibi Torquẽ aureum detraxit cũ cæteris ſpoliis a quo etiã Tor. appellatus eſt. Eſt aũt ornamentum colli ex auro contorto confecti. Valer. Coruinus. Conſule Camillo Furii Camilli filio cõtra Gallos bellum gerebatur, ubi cũ utrinq; ſtationibus quietis tẽpus tereretur, Gallus magnitudine, atq; armis inſignis in mediũ proceſſit, & per interpretem ſilentio facto, haſta ſcuto cõcuſſo, unum ab exercitu Ro. qui ſecũ ferro decernat ad pugnam prouocat. M. Valerius tribunus militum adoleſcens permiſſu conſulis in mediũ armatũ proceſſit, & inito prælio Coruus in Galea Valerii cõtra hoſtem cõſedit, qui cum lætus omnẽ accipiẽs Deos, uel Deas quicũq; miſiſſent præpetẽ illã pcatus, ut ſibi adeſſent, auis nõ ſolũ ſedẽ ſemel captã tenuit, ſed quotieſcunq; pliũ iniretur leuans ſeſe oculoſq; hoſtis roſtro, & unguibus petiuit. Valer. hoſtẽ tali pdigio pterritũ obtruncauit deinde Coruino cognomẽ additũ. Item Scipio Æmilianus. Hic eſt q deleta Carthagine, ſublata Numãtia dictus eſt Africanus iferior, igiť quomõ Lucullo Imperatore militiã gereret, puocatus ad pugnã hoſtẽ interemit oppidi, quod expugnabatur primus ipſe mœnia conſcendit, aliaq; egregia belli facinora ędidit, qbus futuræ magnitudinis ſuę omnibus certiſſima daret indicia Plu. de ui. illu. Pub. Scipio Æmilianus Pauli Macedonici filius a Scipione Africano adoptatus in Macedonia cũ patre agens, uictũ Perſem tã pertinaciter pſecutus eſt, ut media nocte redierit in caſtra, Lucullo in Hiſpania legatus apud Intercatiã oppidũ puocatorẽ ſingulari certamine uicit, muros hoſtiles ciuitatis primus aſcẽdit, tribunus ĩ Africa ſub Tito M. Imperatore octo cohortes obſidione uallatas cõſilio, & uirtute ſeruauit, a quibus corona obſidionali aurea donatus. Sub Lu. duce, qui aduerſus Celtiberos bellũ gerebat, cui ſucceſſit. M. Marcello, qui Vacceos, cantabros, alioſq; ingratos Po Ro. ſubegit imperio. Neq; erat in eo exercitu. Si quẽ præſtantẽ uirum exercitus ad reipub. commoda ſeruare uoluiſſet, nemo erat Scipio, præferendus, & tamen ipſe periculum mortis pro amplificanda patria ſubire non dubitauit. Aut fu. ac. erat enim Carthagi. euerſurus, q ſemper Imperio Ro. infeſtiſſima fuit. Hanc militiam. ſ. occidendi hoſtes, aſcendendi muros, & mœnia.

ASCENSIVS.

EODEM &. affertur cõplura fortitudinis exẽpla, ex ſingulari certamine per prouocationẽ orta dicens. M. Manlio Tor. ſ. primus cognomine dictus, & Vale. Cor. etiã primus eius agnominis, uſi ſunt eodem genere & uirtutis, & pugnæ, qa hi etiam ſicut ſuperiores interemerunt duces hoſtium, non omnes tamen duces exercitus ſaltẽ primarii fuerunt, prouocantes ultro, priuſquã eſſent laceſſiti, ſunt qui legant prouocato, ſed contra hiſtoriã, & mẽtẽ autoris, eſt. Quidam etiã textus habẽt, Et Æmilia. Scip. ſed perperã, quia non eſt ſimile eius facinus, & poſtea ſeorſum narratur, unde aut puocati legenť, aut puocantes. Sed qa geſſerant rem ſub alterius auſpiciis, uidelicet cõſulũ ſuorum; ideo ſup. nõ poſuerunt ſpolia. ſ. opima, cõſecrãda Ioui feretrio. Itẽ Scipio Æmilianus, quũ militaret in Hiſpania ſub Lucullo duce, atq; Intercali pualidũ oppidũ. ſ. Hiſpaniæ circũſederetur, ipſe primus cõſcendit mœnia eius. Neq; quiſquã erat in eo exercitu, cuius ſaluti deberet magis cõſuli, & perci, aut nobilitati. i. propter nobilitatem, aut indole animi, aut futuris actis, q ex indole ſperari poterãt. Sed rem. i. ea tẽpeſtate, clariſſimus qſq; iuuenum. i. ois, qui inter iuuenes Ro. clarus erat, ſuſtinebat plurimũ laboris, ac periculi pro patria amplificanda. ſ. hoibus, & imperio, & tuenda. ſ. ab hoſtibus, exiſtimãs deforme. i. turpe ſibi ſuperari ab his uirtute, quos præſtaret. i. excelleret dignitate. ſ. generis, & maiorum honoribus, ideoq; Æmilianus depopoſcit. i. exegit ſibi hanc militiam. i. hoc militare opus, aliis uitantibus ſup. eam propter difficultatem.

Torquatus unde

DE M. ATTILIO.

Magnum inter hæc fortitudinis exemplum antiquitas offert. Romani Gallorum exercitu pulſi, cum ſe in Capitolium, & in arcem conferrent, inq; his collibus morari omnes non poſſent, neceſſarium conſilium in plana parte vrbis relinquendorum ſeniorum ceperunt, quo facilius iuuentus reliquias imperii tueretur. Cæterum ne illo quidem tam miſero, tamq; luctuoſo tempore, ciuitas noſtra virtutis ſuæ oblita eſt: defunctis enim honoribus, apertis ianuis, in curulibus ſellis, cum inſignibus magiſtratuum, quos geſſerant, ſacerdotiorumq; quæ erant adepti, conſederunt: vt & ipſi in occaſu ſuo, ſplendorem, & ornamenta vitæ præteritæ retinerent, & plebem ad fortius ſuſtinendos caſus ſuos prouocarent. Venerabilis eorum aſpectus, primo hoſtibus fuit, & nouitate rei, & magnificentia cultus, & ipſo audaciæ genere commotis. Sed quis dubitaret, quin & Galli, & victores, illam admirationem mox in riſum, & in omne contumeliæ genus conuerſuri eſſent? Non expectauit igitur hanc iniuriæ maturitatem C. Attilius, verum barbam ſuam permulcenti Gallo ſcipionem vehementi ictu capiti inflixit, eiq; propter dolorem ad ſe occidendum ruenti corpus cupidius obtulit. Capi ergo virtus neſcit, patientia dedecus ignorat. Fortunæ ſuccumbere, triſtius omni fato ducit: noua, & ſpecioſa genera interitus excogitat, ſi quiſquam interit, qui ſic extinguitur.

Occaſus omniũ

OLIVERIVS.

F MAGNVM inter hæc. Hoc exemplum ſatis abunde Vale. quod tamen multo diffuſius Liui. oſtendit. Pulſi Rom. apud Aliam fluuium, unde allienſis dies appellatus ab hac clade inter religioſos habitus eſt, nihil enim cum populo eo die agere licebat. His. c. nam capitolium in collibus poſitum erat collibus ergo capitolii. Morari non poſ. propter anguſtias. Tamq; lu. utpote capta urbe. In cu. ſ. ſellæ curules dicebantur (ut quidam uolunt) a curru, eo q; ſubiectas rotas in modum currus haberent, nã cum magna ciuitas eſſet, & ius in multis urbis partibus reddendum foret, quo facilius id fieri poſſet, ſellæ ſubiectas rotas habebãt, in quãcunq; partẽ ĩpelli poſſent. Alii dicunt a curribus ſabinoꝝ urbe, a quibus & alia magſtatus inſignia acceperant Ro. & ſic prim ã corripit. Ver. curribus ſue ſabinis. His autẽ ſellis tantũmodo patricii magiſtratus utebãtur. A. Ge. tñ lib. iii. c. xvii. Vocabuli iſtius, inqt ratio dr, quã C. Baſſus in cõmentariis ſuis ſcriptã reliquit. Senatores eni dicit in ueterũ ætate, qui curulem magiſtratũ geſſiſſent curru ſolitos honoris gratia in curiã uehi, in quo curru ſella eſſet, ſupra quã conſederẽt, quæ ob eã cauſam curulis appellatur, ergo Gellius a curru uult eſſe dicta. Liu. haud pœnitet, inquit, eoꝝ ſententiæ eſſe qbus & apparitores, & hoc genus ab æthruſcis finitimis, unde ſella curulis, unũ toga prętexta ſumpta eſt magiſtratum Ro. ornamenta ab ęthruſcis ſumpta fuiſſe, cũ alii plures auctores, tũ Stra. lib. iiii. plane teſtatur, dicit enim, nã memoriæ proditũ eſt, ut triumphalia ornamenta, inſigniaq; conſularia, & ſimpliciter magiſtratuũ decora in Roma. urbẽ a Tarquinis tranſlata ſunt. Cum inſigni. ſ. prætexta, & ſceptro. In occaſu ſuo, in ruina urbis, uel morte eorũ. Et ple. ad for. nam cũ uidecẽt principes ſuos aduerſam fortiter ferre fortunã, ac malle honeſte mori, ĝ turpiter uiuere, nec ipſi malis uincerent. Venerabilis. Dicit quod primo fecerint Galli. Nouitate, qa nũquã antecedẽtia tale quicquã uiderãt. Cultus, qui regia ueſte induti erãt. Audaciæ, quã inermes dũ hoſtes urbem ſuam diriperẽt, in ſellis cũ ſceptris eburneis cõſederant. Quin & Galli uictores, Auget rem ipſam cũ dicit uictores, nã cũ ab ipſa natura ſit Gallis inſita, atq; ingenita ſupbia, quanto inſolentiores eſſe debẽt poſt uictoriam. C. Atti. Li. dicit, fuiſſe M. Papiriũ curſorem. Barbam ſuam uſq; in pectus demiſſam, ſicut mos erat. Scipionẽ, quo reges, & duces belloꝝ utũtur, uenit aũt a græco, unde & Scipio ille primus appellatus eſt, qui patrẽ cæcũ per urbẽ ducere ſolebat, quaſi patris baculus, quo ſuſtentaretur, ac regeretur. Infixit. impegit. Virtus. hoc eſt homo uirtute pditus, etia ſi capiat corpus. Patientię de hoc loco non uirtutẽ patientiã accipimus, eſt enim patientia cum uirtutem determinat laborioſarũ rerũ cum perſeuerantia perpeſſimo. Dicit exiſtimat. Si quiſquã correctio. Qui ſic extinguitur, quia non moritur, ſed gloriam ſibi ſempiternã cõſequitur, nam ut ait Cice. qui per uirtutem periit, non omnino interiit.

ASCENSIVS.

F MAGNVM inter hæc fortitudinis &c. Recitat exemplum fortitudinis in Caio. A tempore quo urbs a Gallis capta erat dicens. Antiquitas offert magnum exemplum fortitudinis, inter hæc ſup. exempla Romana, Ro. pulſi. i. apud aliam fluuium exercitu. i. ab exercitu Gallorum, cum conferrent. i. reciperent ſe in capitoliũ, & in arcem. i. quicquid capitolio in arce tarpeia erat annexũ, & non oẽs poſſunt morari in his collibus. ſ. capitolinis, aut tarpeus, ceperunt cõſilium ſeniorũ relinquendorum in parte plana urbis. i. in pede colliũ, quo. i. ideo, ut iuuẽtus. i. multitudo iuuenũ, tueretur facilius reliquias imperii, quia nec ſeniores defendere potuerunt, nec locus utroſq; capere. Cęterum. i. ſed ciuitas noſtra. i. Romana ne quidem. i. nõ ſaltem illo miſero, & luctuoſo tẽpore oblita eſt ſuæ uirtutis enim ꝑ qa, defunctis honoribus. i. q ſummos magiſtratus geſſerant, & tunc nõ gerebant conſederũt. ſ. in domibus ſuis apertis ianuis. In ſellis. i. ſedilibus, curulibus. i. a curibus acceptis, aut qbus ꝑ curribus primi magiſtratus utebantur, dum in eis per urbẽ portabant. Cũ iſignibus magiſtratuũ, quos geſſerant, & ſacerdotiorũ, quæ adepti erant, ut &. i. etiã ipſi retinerẽt in occaſu. i. iteritu ſuo ſplẽdorẽ, & ornamẽta uitæ præteritæ, & prouocarent. i. excitarent plebem ad ſuſtinẽdos caſus ſuos fortius, cũ etiam ſummis honoribus functi iiſdem cladibus afficerent. Sic autor interpretat pro maioꝝ ſuoꝝ facto comprobando. Cæterũ uero ſimilius eos, id eo cõſilio feciſſe, ut maieſtati religionis, cuius Galli ſemper fuerũt obſeruãtiſſimi, ab iniuria tuti eſſent. Manifeſtum eſt enim omneis mortales religione ſemper fuiſſe coercitos, unde a religando dictam uolũt. Quod nõ ignorans ſummus iudeorum pontifex in põtificali habitu Alex. ma. occurrit, & ueniã obtinuit, ſed hec aliis quoq; exiſtimanda in medio reliquo aſpectus eorum, ſcilicet ſeniorum in habitibus illis ſedentium, fuit primo uenerabilis hoſtibus commotis, & id eſt ſimul nouitate, id eſt propter nouitatem rei, & magnificentia cultus. Sed quis dubitaret (hoc ad purgãdam temeritatem eius, quem laudatum uult, affert.) Quin & Galli, qui natura feroces ſunt, & uictores, qui in uictoria multo uiolentiores, & inſolentiores ſunt, eſſent conuerſuri mox illam admirationem, in riſum, id eſt deriſum, & in omne genus contumeliæ, quaſi dicat nullus, cum tamen multis liceat hodie quoque dubitare. Igitur quia non erat ſpes eo pacto euadendi, Ca. Attilius non expectauit maturitatem, id eſt conſummationem hanc iniuriæ, ſcilicet paulopoſt inferendæ, uerum, id eſt ſed inflixit uehementi ictu Scipionem, id eſt baculum, Gallo permulcenti, id eſt leniter quaſi ad deluſum tractandi barbam ſuam, capiti, id eſt in caput. Et eſt honeſta locutio, Inflixit Gallo, id eſt ad perniciem Galli capiti, id eſt in caput pro eo quod eſt inflixit capiti Gallos &c. ipſe cupidus ſcilicet honeſti exitus obtulit corpus ſup. ſuum ei, ſcilicet Gallo percuſſo, ruenti, id eſt, celeriter accurrenti, ad occidendum ſup. eum propter dolorem, quem accepit, q Scipione ictus eſſet, Ergo quia Attilio capto animus eius captus non erat, uirtus neſcit capi, patientia, ſcilicet uiri fortis, neſcit, id eſt non admittit dedecus, id eſt opprobrium, & ducit, id eſt æſtimat, triſtius omni fato, id eſt morte, ſuccumbere fortunæ, id eſt fateri ſe uictum a fortuna aduerſa, & ita uirtus excogitat noua, id eſt inſolita. & ſpecioſa genera interitus, ſi id eſt ſi modo concedamus q quiſquam, interit, qui extinguitur ſic, quaſi dicat non interire, aut obire, ſed abire, aut tranſire ad meliora loca tales dicendi ſunt.

DE C. SEMPRONIO.

Reddendus eſt nunc Romanæ iuuẽtuti debitus gloriæ titulus. Q. Catulo, Sẽpronio Atracino Coſs. cũ Volſcis apud Veruginem parum proſpere dimicãte, ne acies noſtra iã inclinata propelleretur, equis delapſa, ſeipſam cẽturiauit, atq; ĩ hoſtium exercitũ irrupit, quo dimoto proximum tumulum occupauit, effecitq;, vt omnis Volſcorum in ſe conuerſus impetus, legionibus noſtris ad confirmandos animos ſalutare laxamentum daret. Itaq; cum iam de trophæis ſtatuendis cogitarent, prælium nocte dirimente victores ne, an victi diſcederent, incerti abierunt.

DE FABIO MAXIMO.

Strenuus ille quoq; flos ordinis equeſtris, cuius mira virtute Fabius Max. Rutilianus magiſter equitũ bello, quod aduerſus Sãnites gerebatur, male cõmiſſi prælii crimine leuatus eſt. Nanq; Papyrio Curſore pp auſpicia repetenda in vrbem proficiſcẽte, caſtris præpoſitus, ac vetitus in aciem exercitũ ducere nihilominus manus cũ hoſte, ſed non tam feliciter, q̃ temere cõſeruit, procul. n. dubio ſuperabatur. Cæterũ optimæ indolis iuuentus, detractis equorũ frenis, vehementer eos calcaribus ſtimulatos, in aduerſos Sãnites egit, obſtinataq; animi præſtantia extortã manibus hoſtiũ victoriam, & cum ea ſpem maximi ciuis Rutiliani patriæ reſtituit. Qualis deinde roboris illi milites: qui vehementi ictu remorũ concitatã fugæ Punicam claſſem, nantes lubrici pelagi quaſi cãporum firmitate pedites, in litus retraxerunt: Eiuſdem tẽporis, & notę miles, qui Cannenſi prælio quo Hannibal magis vires Romanorũ contudit, q̃ aĩos fregit, cũ ad retinenda arma inutiles vulneribus manus haberet, ſpoliare ſe conãtis Numidæ ceruicẽ cõplexus, os, naribus, & auribus corroſis, deforme reddidit: inq; plenę vltionis morſibus expirauit: ſepone iniquũ pugnæ euentũ, quãto interfectore fortior interfectus. Pœnus. n. in victoria obnoxius, morientis ſolatio fuit: romanus ĩ ipſo fine vitæ vindex ſui extitit.

OLIVERIVS.

REDDENDVS eſt nunc. Liu. diſſentit ab hoc, ſcribit. n. cum Semp. Atracinio Q. Fabium Iubilianum conſulem tunc fuiſſe creatum Sempronio Volſcorum prouinciã forte eueniſſe. Cum igitur contra hoſtes, qui ſæpe uicti fuerãt a Ro. exercitum duxiſſet, fortuna conſtantiſſima. P. Ro. fretus, omnia temere ac negligenter agere cœpit. Itaq; cũ primo concurſu non ſubſidiis firmata acie, nõ equite apte locato Ro. impetum ferre non poſſent, deinde pedẽ referentes cũ ſe ferocius hoſtes, inferrent, undiq; cederẽtur, ne quicq̃ Sẽpronio cõſule obiurgante, adhortanteq; Sex. Tẽpanius decurio equitũ exclamat, ut equites, qui remp. ſaluam eſſe uellẽt ex equis deſiliant, quo facto, continuo pugna omnibus locis reſtituta eſt, & in aciem recurſum. Tẽpanius cum equitibus, qui ſe in pedes exceperant, in conſertiſſimos hoſtes incurrit, quacũq; incedunt ferro uiã faciũt. Tunc Volſcus imperator ſignum dat, ut armatis militibus locus detur, qui ſcutis obiectis Ro. a ſuis excludãt q; ubi factũ eſt, interclusi equites ad ſuos prorumpere non poterãt igitur cum his uehementius hoſtes intrarẽt cumulum proximum occupant ubi ſe in orbem tutebãtur nec ante noctem pugnãdi finis fuit, ibi Tempanius uſq; ad lucẽ ſuos metu inſidiarum tenet deinde cum ſpeculatores nunciaſſet, a Volſcis caſtra eſſe deſerta, lætus ab tumulo ſuos ĩ caſtra ro. deduxit. Apud Verug. nomen oppidi cuius ne dum ueſtigia extãt. Centuriauit. in centurias peditũ ſe conlecit. Omnis Volſcorũ ĩpetus. nã Volſci uerſi ſunt ad tumulũ oppugnãdũ.

ASCENSIVS.

REDDENDVS eſt &c. Ordo eſt, debitus titulus gloriæ eſt nunc reddendus iuuẽtuti Ro. Q. Catulo, Sempr. Atracinio Cos. dimicante parũ proſpere cum Volſcis apud Veruginem opp. Volſcorum. ſ. cum Cos. illic parum proſpere dimicaret, ipſa iuuẽtus delapſa equis. i. ubi celeriter deſcenderat eq̃s ne acies noſtra. i. Ro. iam inclinata. ſ. ad fugam propelleretur. i. procul pelleretur, & in fugam uerteretur cẽturiauit. i. in cẽturias more peditum conlecit ſeipſam, atq; irrupit. i. ui inualit exercitum hoſtiũ, & excepit impetum. ſ. eorum, qui iam pedites pellere cœperunt quo. ſ. impetu hoſtili dimoto occupauit tumulum. i. collem proximum. effecitq;, ut omnis impetus Volſcorum conuerſus in ſe. ſ. iuuentutem Roma. daret legionibus noſtris idem cæteris peditibus Roma. ad fugam ſpectantibus. laxamẽtum ſalutare, id eſt remiſſionem pugnæ unde ſalutem conſecuti ſunt, ad animos ſup. eorum confirmandos. Itaq;, id eſt & ita, cum. ſ. Volſci cogitarent iam. ſ. priuſq̃ equis deſiluiſſet iuuentus Ro. de trophęis ſtatuendis. ſ. de ſpoliis Rom. ipſi dirimentes. i. interſecantes nocte prelium q̃ ad noctẽ uſq; protractum eſt, abierunt in certi. ne pro an diſcederent uictores an uicti.

OLIVERIVS.

STRENVVS S. q. f. ſi. Liui. lib. viii. decados ab ur. cond. a Valerio, ut multis in locis, ſic in hac quoq; diſſentit hiſtoria. non. n. male commiſſum prælium, ſed obiata occaſione rei bene gerendæ ita ſuſcepiſſe pugnam cum hoſte ita rem geſſiſſe, ut nihil in ea pugna defuerit, quo ſi abſuiſſet dictator. Strenuus fortis, & acer. Magiſter equitum. dictator ſibi magiſter equitũ ſemper dicebat, unde etiam dictator appellatus eſt, uel q; diceretur a populo, hoc eſt crearetur: uel q; ſibi magiſtrum equitũ diceret: præerat autem equitibus magiſter equitum, dictator uero legionibus, & uniuerſo exercitui, & erat ſummus magiſtratus in ur. Ro. ſine prouocatione, & ſemeſtris tantum. Propter au. re. quia male capta fuerãt, nam erat tabernaculum uitio captum. Egit. concitauit. Obſtinataq; animi. hoc loco in bonã partem accipitur. i. perſeuerantis animi penitẽtia, hoc eſt fortitudine. Extortam. per uim ablatam. Qualis de. in hoc fuit primo punico bello cuius autor non extat quiſq̃ ex antiquis ſcriptoribus, quia in negligentiam in dies magis cadentibus literis perierint T. Liuii decades. At Leonardus Aretinus uir græcæ, & latinæ literaturæ peritiſſimus, ac ſolertiſſimus homo ex cõmentariis græcis, quæ potuit in latinum traduxit. Cum igitur rationali duce. G. Duellio punicam claſſem in fugam cõuertiſſent circa Siciliam, ne illam fugientẽ aliter ſe adipiſci poſſe uiderent, nonnulli ex Ro. ſe in undas immiſerunt, & eam conſecuti in littus retraxerunt, hoc tangit Cicero libr. de ſenectute. Vehementi ictu, ſcilicet impulſi. Fugæ. ad fugam. Lubricis pelagi. Lubricum dicitur, q; labitur dum tenetur, ut anguis, & piſcis: ergo lubricum, per quod labitur ſicut aqua, & eſt ſubſtãtiue poſitum. Camporum firmitate. tanquam eſſent in continenti terra. Eiuſdem generis & notæ mili. Notiſſima hæc eſt hiſtoria, & a nobis diligenter ſatis notata. Notæ. i. laudis, non infamię, licet quidam notæ. i. infamiæ & ignominiæ dicant, eo q; ignominioſa Rom. fuerit Cannenſis clades, ſed nõ de bello hic. ſ. de militis, & fortitudine, & uirtute agitur. Inutiles. q; eſſent obtruncatæ. Ceruicem. c. s. ulnis tametſi uulneribus confectas, & prope abſciſſas manus haberet. Os faciem. Sepone. ſeiunge, ſepara. Obnoxius. obſtrictus.

Lubrica

ASCENSIVS.

STRENVVS &c. Affert aliud eiuſdem iuuentutis exemplum dicẽs. Ille quoq; flos ordinis equeſtris, cuius mira uirtute Fabius Maximus Rutilianus magiſter equitũ ſup. in bello quod gerebatur aduerſus Samnites leuatus eſt. i. liberatus crimine prælii male commiſſi, ſtrenuus ſupple eſt. Nam Papyrio Curſore qui tunc conſul, ac imperator erat, proficiſcente in urbem. ſ. Romam, propter auſpicia repetenda, quia tabernaculum uitio erat, ipſe Fabius præpoſitus caſtris ſup. tuendis, ac uetitus. ſ. a conſule ducere exercitum in aciem conſeruit nihilominus. i. q̃q̃ eſſet ei uetitum manus cum hoſte, ſed non tam feliciter, q̃ temere, enim pro quia, ipſe ſuperabatur. ſ. ab hoſtę procul dubio. Cæterum

,i.ſed iuuentas optimæ indolis.i.ingenitæ uirtutis.detractis frenis equorum.i.poſtǧ detraxerat equis frena,egit, id eſt impulit, eos.ſ.equos ſtimulatos.i.punctos, uehementer calcaribus, in Samnites aduerſos.i.contra poſitos, & reſtituit præſtantia animi obſtinata.i.per fortitudinem ſuam inuincibilem patriæ.ſ.Romæ uictoriam extortam.i.ui extractam manibus hoſtium,& reſtituit cum ea.ſ.uictoria, ſpem maximi cuius.ſ.Rutiliani,quę periſſet. Qualis deinde roboris &c. Affert aliud iuuentutis Romanæ ſtrenuitatis exemplũ dicens. Deinde qualis roboris ſup.fuerunt milites illi qui nãtes lubricis .i. per lubrica pelagi, retraxerunt in littus, quaſi pedites in firmitate camporũ, hoc eſt perinde, ac ſi pedites in campo firmo ſtetiſſent.claſſem punicam.i. Carthagin.concitatam fugæ .i. ad fugã uehemẽti ictu.i. impulſu remorum.q.d. admirandi roboris fuit. Nam cum Carthaginien. claſſem fugientem niderent, & eam manibus ſuis aſſequi nõ poſſent eo ꝙ tardiores eſſent, ſeſe in mare demiſerunt, & nando eam aſſecuti ſunt & in littus retraxerũt. Quod certe uix credibile eſt. Nã ut demus aſſecutos claſſem decem in naui poſſunt centum in aquis,aut arcere a claſſe, occidere,modo fugientibus aliquid reliquũ eſſet animi. Eiuſdẽ &c. Ordo eſt. Miles eiuſdem temporis & notæ.i.æſtimationis,& ualoris,tracta metaphora a nota æris.i.moneta:nam eiuſdem notæ,& ponderis numini eiuſdem æſtimantur ualoris,qui cum haberet ſup. in prælio Cannenſi .i. apud Cannas uicum Apuliæ a Romanis infeliciter commiſſo,quo.ſ.prælio Hannibal dux Carthaginien magis contudit,id eſt concuſſit ǧ fregit animos Romanorum manus inutiles.i.in idoneas ad retinenda arma ſup. ſua,uulneribus.i. propter uulnera accepta complexus.ſ. lacertis ceruicem.i.poſteriorem partem colli Numidiæ.i.militis e Numidia,conantis ſpoliare ſc.i.militem Rom. (id enim eſt principale ſuppoſitum ad quod de reciprocatio ſit) reddidit os ſupp. eius, hoc eſt Numidiæ deforme,hoc eſt faciem eius deformatam naribus & auribus,ſup.eius corroſis.i. mordicus abreptis. & expirauit in morſibus plenæ ultionis. Sepone,id eſt ſeclude iniquum euentum pugnæ,utpote ǧ fortiores, & pro iuſtiore cauſa, quia pro defenſione patriæ occubuerant, quãto ſupple fuit aut dicendus eſt interfectus fortior interfectore,q.d.multo, enim pro ga, Pœnus obnoxius .i. obſtrictus noxæ & pœnæ in uictoriam.i. cum eſſet uictor fuit morienti.ſ.Ro.ſolatio. quia ſolabatur maſum malo rependens quod tamen modicum eſt ſolatium, niſi quatenus remp.ſuam iuuit. Romanus extitit in ipſo fine, id eſt ultor ſui.i.necis ſuæ.

OLIVERIVS.

P. enim Craſſus. Cauſa huius belli hæc fuit. Attalus,qui Philomator cognominatus eſt,teſte Strab.lib.xiii.ubi de rebus Attali loquitur,res Aſiæ regni ſui Po. Ro.hæredem reliquerat. Ariſtonicus Eumeni filius poſt mortem Attali hoc regnum inuaſit miſſus eſt ergo contra illum P.Craſſus cum exercitu,& imperator,& pontifex,ꝙ nunǧ antea factum erat,ut dux ſimul exercitus,& pontifex mitteretur: ex quo etiam creditum eſt rem male proceſſiſſe. Captus itaꝗ Craſſus a Thracibus, qui uenerant in auxilium Ariſtonici,cum duceretur ab his, qui eum interceperant, uirgam qua equũ ducere ſolitus erat in oculum unius eorum,a quibus ducebatur direxit, adeo ut illi oculum excuteret: quo facto ira incenſus ille hunc gladio transfixit, & ita fortiter potius mori uoluit, ǧ in captiuitate uenire, & in ſeruitute turpiter uiuere. Sed poſtea contra Ariſtonicum miſſus. M. Perpenna illum uincere cepit & in uinculis habuit imperiumꝗ Aſiæ recuperauit. Aquilius Aſiatici belli reliquias confecit,miſtis (nefas) ueneno fontibus ad deditionem quarundam urbium. Quæ res ut maturam ita infamem reddidit uictoriam, quippe cum contra fas deum, moresꝗ maioresꝗ morum medicaminibus

DE P. CRASSO.

Militis huius in aduerſo caſu tam egregius, tanꝗ virilis animus,ǧ relaturus ſum imperatoris.P. enim Craſſus cum Ariſtonico bellum in Aſia gerens, a Thracibus, quorum is magnum numerum in præſidio habebat, inter Eleam, & Smyrnam exceptus: ne in ditionem eius perueniret dedecus,acerſita ratione mortis effugit. Virgam enim, qua ad regendũ equum vſus fuerat, in vnius barbari oculum direxit,quivi doloris accenſus,latus Craſſi ſica confodit: dumꝗ ſe vlciſcitur, Romanum imperatorem maieſtatis amiſſę turpitudine liberauit. Oſtendit fortunę Craſſus, quam indignum virum tam graui contumelia afficere voluiſſet, quoniam quidem iniectos ab ea libertati ſuæ miſerabiles laqueos prudenter pariter,ac fortiter rupit,donatumꝗ iam ſe Ariſtonico, dignitati ſuæ reddidit.

impuris in id tempus ſacro ſancta Rom. arma uiolaſſet. Inter. E. & S. oppida ſunt maioris Aſiæ. Smyrnam. teſte Herod.inruta Hone. conſtruxit Theſeus Theſſalus, & eam ab uxoris ſuæ, quæ Smyrna dicebatur, monumento denominauit, quam a Lydis euerſam, ab Antigono ſuſcitatam fuiſſe dicit Stra.li.xiiii. qui & a Val.in hac hiſt.diſſentit non enim P. Craſſum captum, ſed in prælio fortiter pugnãdo occubuiſſe dicit.nã poſt deſcriptionem Smyrnæ quam ſatis ambitioſe deſcribit, & eam omnium pulcherrimã eſſe dicit, & ea Home.templũ, ac ſtatuam, quoniam poetã illum ſibi uendicẽt, ſtatim ſubiungit. Hoc in loco Dolabella Treboniũ obſidione capit,unum ex his,qui diuũ Cæſarem dolo occiderũt, & multas partes urbis diruit. Poſt Smyrnam ſunt Leucæ oppidum, quod Ariſtonicus poſt Attali Philomatoris obitũ ad defectionem perduxit, qui putans ſe eſſe e regia ſtirpe, imperium ſibi uindicare cogitauit, quare ab eo excidit circa Cumanũ agrum ad Epheſios nauali prælio ſuperatus. Aſcendens uero in mediterraneam hominum inopum,ac ſeruorum,ad libertatem uocatorum, quos helio politanos appellabant tumultuariam manum congregauit,primumꝗ Tyatira aggreſſus eſt, deinde capta Apollinide, alia caſtella capiebat. Sed non diu reſtitit: nam continuo ciuitates exercitum miſerunt, Nicomedes quoꝗ Bithynius, & Cappadocum reges auxilium tulere poſtea quinꝗ legati a Ro. miſſi deinde exercitus,& conſul P.Craſſus, deinde M. Perpenna,qui capto Ariſtonico,& Romam miſſo, bellum abſoluit. Ariſtonicus ipſe in carcere mortuus eſt. Perpenna morbo abſumptus. Craſſus cum quidem eum apud Leucas adoriretur, in prælio occubit. Poſtea Manlius Aquilius conſul cum.x.legatis miſſus prouinciam in eam gubernationis formam compoſuit, quæ ad huc durat. Diſſentit etiam a Plutarcho de M. Perpenna quæ dicere a Pompeio fuiſſe ſuperatum,& occiſum. Smyrnam.huius urbis mœnia Melas amnis pręterfluit:de Elea nullam prorſus mentionem facere Strab. Exceptus.per inſidias captus. Accerſita ratione excogitata, & quæſita arte quadã. Sica. genus teli admodum breuis,& acuti,quo latrones & uiarum obſeſſores utũtur, unde & ſicarii dicuntur. Prudenter .quia ſciuit rationem mortis inuenire. Fortiter.quia forti animo fuit ad moriendum. Do.quantum quidem ad uoluntatẽ hoſtium,id enim eſt principale ſuppoſitum.

ASCENSIVS.

MILITIS huius &c. Subnectit exemplum fortitudinis in imperatore,& pontifice Craſſo dicens. Animus militis huius.ſ. proxime dicti,ſup.fuit tam.i.tantum egregius,& tam uiriliter in caſu aduerſo,ǧ.i.quantum egregius, & uiriliter fuit animus imperatoris, quem relaturus ſum. P. enim Craſſus gerens in Aſia bellum cum Ariſtonico filio Eumeni ob regnum Attali, exceptus .i. inſidiis captus inter Eleam, & Smyrnam urbes Aſiæ a Thracibus,quorum is .ſ. Ariſtonicus habebat magnum numerum in præſidio.i.cuſtodia.ſ.urbium,aut corporis ſui effugit dedecus.i.infamiam ratione mortis accerſita .i. ad hoc faciẽdum quæſita,ſeu uccata,& inuenta, ne perueniret in ditionem eius.ſ. Ariſtonici,docet quem effugierit.Enim pro quia,direxit,id eſt dirigendo impulit in oculum unius barbari, id eſt eorum, a quibus ad hoſtem trahebatur uirgam, qua fuerat uſus ad regendũ equum qui accenſus,id eſt inflatus ira, ui,id eſt propter uim,& uehementiam doloris,confodit, id eſt tranſegit. Sica. id eſt pugione latus Craſſi.ſ.imperatoris capti,& dum ille barbarus ulciſcitur ſe liberauit imperatorem Ro. turpitudine maieſtatis amiſſæ,quia ſi uiuus in hoſtis poteſtatem ueniſſet ex imperatore ſeruus deueniſſet. Craſſus oſtendit fortunæ.ſ.per hoc factum, quã id eſt quantum indignum uirum,ſcilicet tam graui contumelia, ipſa fortuna uoluiſſet afficere tam graui cõtumelia,hoc eſt for-

titer

ſiter quærendo mortem, oſtendit ſe dignum, qui ita nõ debuerit capi, ſed meliore fortuna uti, quoniam quidem. i. quando quidem ipſe rupit prudẽter pariter, ac fortiter laqueos miſerabiles, iniectos libertati ſuę. ab ea. ſ. fortuna. quæ eũ ut Ariſtonico ſeruiret, capere permiſit, & ipſe reddidit libertati ſuæ. ſe donatũ. i. deſtinatũ iam Ariſtonico. i. ut dedatur ad ſeruiendũ Ariſtonico.

DE SCIPIONE.

Eodem mentis propoſito vſus eſt Scipio, nanq; infeliciter Cn. Põpeii generi ſui defenſis in Africa partibus, claſſe Hiſpaniam petens, cum animaduertiſſet nauem, qua vehebatur, ab hoſtibus captam, gladio præcordia ſua tranſuerberauit: ac deinde proſtratus in puppi, quærentibus Cęſarianis militibus, vbinam eſſet imperator: Reſpondit, imperator bene ſe habet tantumq; eloqui valuit, quantum ad teſtandam animi magnitudinem, æternæ laudi ſatis erat.

DE CATONE.

Tui quoq; clariſſimi exceſſus Cato Vtica monimentum eſt, in qua ex fortiſſimis vulneribus tuis, plus gloriæ, q̃ ſanguinis manauit. Siquidem cõſtantiſſime in gladium incumbendo, magnum hominibus documentum dediſti: quanto potior eſſe debeat probis dignitas ſine vita, q̃ vita ſine dignitate.

THEOPHILVS.

ELEAM, & Smyrnam. Elea ciuitas Aeolidis in Aſia nauale Pergamenorũ, quæ Cidenis antea uocabat, opus (ut eſt apud Stephanum) Meneſtei Philon. Eleã præterea reddit in medus Sidonis & Tyri finibus opp. Phœniciæ. Elea Bithyniorum ſecundũ Myſiam nauale, portusq; Aethiopiæ tres eius nominis inſulæ. Elea p ſimplex mediũ urbs Italiæ, de qua plura Sta. Liui. Aeolicæ meminit in bello Macedonico, qđ enarrãs olim Ian' hęc oia recitauit.

OLIVERIVS.

EODEM mentis propoſito uſus Scipio poſt deletas Cn. Pompeii magni partes in campis philippicis Scip. cum Sex. Pompeio magni Põpei filio, & Catone, aliisq; compluribus ſe in Africam ad regẽ Iubam cõtulerunt, & ibi ingenti exercitu comparato bellũ aduerſus Cæſarem rurſus geſſere, in quo bello cum Põpeianis fuſis, fugatisq; Cæſarianis, caſtra arripuiſſent, teſte Plutarcho dieactum fuiſſet de re Cæſari, niſi Cæſar, & Aſinius Pollio auxilium conferentes fugam inhibuiſſent, quare beneficio quodam fortunæ adiutus, iãdem uictor euaſit, tum ex Africa Scipio claſſe in Hiſpaniam ſe transferre parabat, cum milites Cæſariani claſſem proſequentes adepti ſunt. & interrogãtibus, ubi nam claſſis imperatoris eſſet. reſpondit ipſe Scipio, bene ſe habet imperator, cum iam pectori gladium infixiſſet, ne in poteſtatem hoſtium ueniret. Seneca de Scipione in epiſt. ad Lucillum, xxv. Solicitũ te eſſe ſcribis, ſi oſtẽdero non tantum fortes uiros, hoc monimentum efflandæ animæ contempſiſſe, ſed quoſdam ad alia ignauos. in hac re ęquaſſe animum fortiſſimum. ſicut illum Cn. Pompeii ſocerũ Scipionem, quia contrario in Africam uento relatus cum teneri nauẽ ſuam uidiſſet ab hoſtibus ferro ſe tranſuerberauit, & quærentibus ubi imperator eſſet, imperator inquit, bene ſe habet, uox hæc illum parem maioribus fecit, & fatalem Scipionis in Africa gloriam non eſt interrumpi paſſa multum fuit Carthaginẽ uincere, ſed amplius mortem. Infeliciter. Dicitur. Cęſari, cum audiſſet aduerſarios ſuos ueteſto quodam confidere uaticinio, q; ſemp in Africa uincere fatale Scipionum generi foret, haud facile dictu eſt, ſiue ut hoſtium imperatorem Scipionem per iocum floccipenderet, ſiue ut ſerio ſibi id uendicaret augurium quendã ex Corneliorum familia hominem ſane abiectum, & deſpectiſſimum Scipionem, cognomento ſalutionem inter præliandum prouide exercitus ducẽ propoſuit ita ut cũ hoſte interdũ cõgredi cogeretur, & quaſi eadem fortuna ex nomine Scip. frueretur.

ASCENSIVS.

EODEM men. propo. Laudat Scipionis ſoceri Cn. Pompeii fortitudinẽ in conſciſcẽda ſibi morte q̃ ut diuus Aug. in lib. de ciui. Dei de morte Catonis Vticenſis loquẽs, & uere, & docte declarat, nemo merito laudauerit. Non enim. penes nos eſt anima q̃ Deus cuſtodiendam nobis, donec eam euocauerit, dedit. pro libito eiicere, neque qui ſeipſum necat immunis eſt homicidii, neq; fortitudinis, ſed puſillanimitatis eſt argumentum, ne duriore patiantur ſeuiora ſubire. Sed hæc aliorum ſit cenſura, nos pro inſtituti noſtri breuitate ordinem proſequamur. Ordo igitur eſt, Scipio ſocer Cn. Pomp. uſus eſt eodem propoſito mentis, quo ſcilicet Craſſus, Nanq; pro quia partib. Cn. Pomp. generi ſui, id eſt mariti filiæ ſuæ defenſis in Africa infeliciter, quia interuentu Cæſ. & Pollionis uictæ erant petens Hiſpaniam claſſe. cum animaduertiſſet nauem qua uehebatur captã ab hoſtibus tranſuerberauit gladio præcordia ſua. i. in tegumenta cordis, in quo uitæ ſedes, ac deinde proſtratus in puppi quærentibus militibus Cæſarianis. i. dum milites Cæſariani quærerent, ubi nam eſſet imperator. ſ. ipſe Scipio. Reſpondit, imperator habet ſe bene quia dedecus deditionis morte effugit. Ordo etiam eſſe poteſt, reſpondit militibus Cæſarianis quærentibus, ubi nam imperator eſſet, imperator habet ſe bene, ut cenſeantur datiui, & cum ſeptimi caſus ualuit tãtum eloqui, quantum ſatis erat æternæ laudi ad teſtanda. i. teſtimonio ipſius facti probãdam magnitudinem animi.

OLIVERIVS.

TVI quoq; clariſſimus exceſſus Cato. de Catone Vticenſi loquitur, qui iam profligatis reipu. partibus, & in Farſalia, duce Pompeio, & in Africa Sexto Pompei filio, ubi nulla ſibi libertatis potiundæ ſpem ſupereſſe uidit, maluit dignitati ſuæ quam uitæ cõſulere. Pla. enim quẽ in manibus habebat de immortalitate animæ librum perlegens, cubiculum ingreſſus gladio incubuit, excitati ſerui accurrunt, tranſfixũ inueniunt. Dominum accuſant, qui ſibi mortem conſciſceret: hortati deinde uulnus religant, & ſalubria ſtatim adhibent medicamenta. Ille uero pœnitentiam ſimulans, cum ſe requieſcere uelle dixiſſet, remotis arbitris uulnus reſoluit, & digitis, quia teli poteſtas eſſet erepta, dilacerauit, donec ſpiritum emiſit, de hoc Cæſar dictitare ſolitus erat inuidiſſe gloriæ ſuæ, q; ſub eius eſſe noluiſſet imperio, nam is erat Cato, qui niſi liber, & cum dignitate uiuere potuiſſet, quem Vticenſe honore ſepulturę decorarunt. Seneca de Catone eadem epiſtola, Tu mihi cum ad contemnendam mortem uentum fuerit, Catonẽ narrabis, quid ni ego narrarem. ultima illa nocte Plato. librum legentem poſito ad caput gladio, duo hæc in rebus extremis inſtrumenta perſpexerat, alterum ut uellet mori, alterum ut poſſet. Compoſitis ergo rebus, utrunq; componi fractæ, atq; ultimæ poterant. id agendum exiſtimauit, ne cui Catonem aut occidere liceret, aut ſeruare contingeret, & ſtricto gladio, quem uſq; ad illum diem ab omni cæde purum ſeruauerat, nihil inquit, egiſti fortuna omnibus conatibus meis obſtando, non pro mea adhuc, ſed pro patriæ libertate pugnaui, nec agebam tanta pertinacia, ut liber, ſed ut inter liberos uiuerem. nunc quoniam deploratæ ſunt res generis humani, Cato deducatur in tutum, impreſſit deinde mortiferum corpori uulnus, quo deinde obligato a medicis, cũ minus ſanguinis haberet, minus uirium animi, idem iam non tantũ Cæſ. ſed ſibi iratus, nudas in uulnus manus egit, & generoſum illũ cõtemptorẽ, omnis potentiæ ſpiritũ non emiſit, ſed eiecit. Auguſt. de ciui. dei lib. i. damnat hunc Cato. Vtica. ciuitas eſt triginta millibus paſſuũ a Carthagine diſtãs, ubi Cato ſibi mortẽ intulit, unde dictus eſt Vticenſis. Vtica ciuitas

ASCENSIVS.

TVI quoq;. Commendat fortitudinem Cat. Vticenſis, quem in ſui cæde diuus Augu. (ut dixi) docet, neq; iuſte feciſſe, q̃a cõtra Dei inſtitutionem hominem innocentem occidit, neq; prudenter, quia filium ad uitam per deditionem ſeruandam hortatus eſt, quod conſilium ſi bonum fuit ipſe quoq; ſequi debebat (q̃q̃ Tul. in officiis oſtendit eam fuiſſe Cato. conſtantiam ut honeſte dedi non potuerit) neq; fortiter, quia timore maioris incommodi. Ordo eſt. O Cato. Vtica oppidum in Africa Romanæ ditionis, eſt monimentum, id eſt teſtimonium quoq;, id eſt [illegible] tui clariſſimi exceſſus, id eſt exitus uitæ per illationem [illegible] te, in qua, ſcilicet urbe plus gloriæ q̃ ſanguinis [illegible] neribus tuis fortiſſimis, id eſt fortiſſime illatis, & [illegible] do in incumbendo conſtantiſſime in gladium [illegible] magnum argumentum (quia magnum [illegible] quam alteri [illegible] quanto potior dignitas ſine uita [illegible] bis, quam uita ſine dignitate, qualis [illegible]

Val. Max.

DE PORCIA CATONIS FILIA, ET BRVTI VXORE.

Cuius filia minime muliebris animi, quæ cũ Bruti viri ſui conſilium, quod de interficiendo Cæſare ceperat, ea nocte, qua dies teterrimi facti ſecutus eſt, cognouiſſet, egreſſo cubiculum Bruto, cultellum tõſorium, quaſi vnguium reſecãdorum cauſa popoſcit, eoq; velut forte elapſo, ſe vulnerauit, clamore deinde ancillarum in cubiculũ reuocatus Brutus, obiurgare eam cepit, q̃ tonſoris pręripuiſſet officium. Cui ſecreto Porcia, non eſt hoc, inquit, temerarium factũ meum, ſed in tali ſtatu noſtro, amoris mei erga te certiſſimum indicium. Experiri enim volui ſi tibi propoſitum ex ſententia parum ceſſiſſet, q̃ equo animo me ferro eſſem interemptura.

DE CATONE.

Felicior ꝓgenie ſua ſuperior Cato, a quo Porciæ familiæ principia manarunt, qui cũ ab hoſte in acie vehementi periculo peteretur, vagina gladius eius elapſus decidit, quem ſubiectum præliantiũ globo, atq; vndiq; hoſtilibus pedibus circundatum, poſtq̃ abeſſe ſibi aĩaduertit, adeo conſtanti aĩo in ſuã ꝓtãtẽ redegit, vt illũ nõ ꝑiculo oppreſſus rapere, ſed metu vacuus ſumere videretẽ, quo ſpectaculo attõiti hoſtes, poſtero die ad eum ſupplices pacẽ petentes venerũt.

DE P. SCIPIONE NASICA.

Togæ quoq; fortitudo, militatibus operibus inſerenda eſt, quia eandem laudem, foro, atq; caſtris edita meretur. Cum Tib. Cracchus in tribunatu ꝓfuſis largitionibns fauore populi occupato remp. oppreſſam teneret, palamq; dictitaret interempto ſenatu, omnia per plebẽ agi debere, in ædem Fidei publicæ conuocati P. Ca. Cos. Mutio Scæuola, quidnam in tali tempeſtate faciundum eſſet, deliberabant, cunctisq; cẽſentibus, vt Cos. armis remp. tueretur, Scęuola negauit ſe quicq̃ vi eſſe acturum: Tunc Scipio Naſica, qm̃ inquit, Cos. dũ iuris ordinẽ ſequitur, id agit, vt cum oĩbus legibus Ro. imperiũ corruat, egomet priuatus, voluntati veſtræ me offero ducem ac deinde leuam manum aperte togæ circundedit, ſublataq; dextera proclamauit: Qui rempu. ſaluam eſſe volunt me ſequantur: eaq; voce, cunctatione bonorum ciuium diſcuſſa: Gracchum cum ſcelerata factione, quas merebatur pœnas perſoluere coegit.

OLIVERIVS.

CVIVS filia mi. mu. ai. Porcia huius, quem ſupra diximus Catonis filia, & Bruto, qui Cęſ. interfecit matrimonio copulata, cognito mariti conſilio qđ de interficiendo Cæſ. ceperat priori die quam maritus tantum facinus aggrederetur, accepta nouacula, ſibi manum ſauciauit reuocatus deinde Brutus illam acriter obiurgauit, quod tonſoris officium incidendis unguibus (ſic enim illa ſimulauerat) præripuiſſet tum illa remotis arbitris non hoc inquit temere feci, uolui nanque tentare poſſe ne forti animo mihi mortem inferre, ſi res tibi parum proſpere ſucceſſiſſet, hęc poſtea audita uiri morte, cum illi ſupereſſe nullo modo conſtituiſſet, carbones ardentes coniecit in os ac deuorauit, nulla alia mortis uia reperta. omne genus omne telorum inde eſſet amotum, & ita nouo genere mortis conſumpta eſt. Hęc Porcia, ut habetur in uita Cat. primo Bibuli uxor fuit ex quo duos ſuſcepit filios. Cultellum tonſorium. Nouaculam dicit a nouandis hominibus dictam. Cicero libr. offi. ii. Diony. cultellos metuens tonſorios carbone candẽte capillos adurebat. Temerarium. inconſideratum, & ſine ratione factum. Præripuiſſet. præoccupaſſet. Obiurgare, proprie dixit, nam iurgium eſt inter amicos & cõiunctos. Tali ſta. noſtro amoris mei erga te, quę uiri ſui conditionem ſibi cõem eſſe uolebat. Ex ſententia. ex uoto.

ASCENSIVS.

CVIVS ſcilicet Catonis filia, ſcilicet Portia, ſupple fuit animi minime muliebris, quia maxime uirilis. Quæ cum cognouiſſet conſilium Bruti uiri, id eſt mariti ſui, quod ceperat, id eſt inuerat de interficiendo Cæſare cognouiſſet dico ea nocte quam ſecutus eſt dies teterrimi facti quo, ſcilicet Cæſar interfectus eſt, Bruto egreſſo, id eſt poſt quam Brutus egreſſus erat cubiculum, popoſcit cultellum tonſorium, id eſt nouaculam quaſi cauſa, id eſt ſub prætextu unguium ſecãdorum, & uulnerauit ſe eo uelut elapſo, ſcilicet e manibus deinde Brutus reuocatus i cubiculum clamore ancillarum, cœpit obiurgare ea quod præripuiſſet officium tonſoris, cuius eſt uti cultro tonſorio. Cui Porcia inquit, ſecreto hoc factum meũ non eſt temerarium, ſed eſt certiſſimum indiciũ amoris mei erga te hoc ſtatu noſtro, ſcilicet tam periculoſo. Volui enim experiri, ſi propoſitum, ſcilicet tuũ de occidendo Cæſ. ceſſiſſet, id eſt ſucceſſiſſet parum ex ſententia, id eſt uoluntate tua quam, id eſt quantum æquo animo eſſem interemptura me ferro, id eſt ferro cultello.

OLIVERIVS.

FELICIOR pro. ſua Cato. Hic, ut Iuſt. tradit lib. xxxiii. fuit Cato Cenſorini filius & oratoris maximi, qui cum forte ſub Paulo Aemilio bello Macedonico, ſtipẽdia faceret, die quo certamen atrox commiſſum fuerat inter confertiſſimos hoſtes, dũ fortiter pugnaret, equo delapſus, pedeſtre prælium aggreditur. nam cadentem manipulus hoſtium cum horrido clamore uelut iacentem obtruncaturus circum ſteterat. At ille citius corpore collecto magnas ſtrages edidit, cum ad unum opprimendum undique hoſtes conuolarent, dum procerum quendam petit gladius e manu elapſus in mediam cohortem hoſtium decidit, ad quem recuperandum umbone ſe protegẽs inſpectante utroq; exercitu inter mucrones, ſe hoſtium immerſit, recollectoque gladio multis uulneribus exceptis ad ſocios cum clamore omnium reuertitur, huius audaciam cæteri imitanti uictoriam pepererе. nam hoſtes poſtero die ſupplices ad pacem petendam uenerunt. Cicero libro de ſenectute, ubi Catonem de ſe loquentem inducit. Redeo inquit ad me, quartum gero annum & octogeſimum, uellem equidem idem poſſe gloriari, quod Cyrus, ſed tantum queo dicere, non me quidem hia eſſe uiribus, quibus miles bello punico, aut quæſtor eodem bello, aut conſul in Hiſpania fuerim quadriennio poſt cum Tribunus militaris depugnaui apud Thermopylas, Marco Att. Glabrione conſule. Principia. quia princeps fuit Porciæ familiæ. In acie. Perſæ regis, & P. Aemilii. Globo. multitudine. Rapere. per uim ab alio capere. Sumere. ſponte ſuſcipere.

ASCENSIVS.

FELICIOR. Aſſertexẽplum fortitudinis in Catone maior, quo eum felicius uſum dicit hoc ordine Cato ſuperior qui idem maiora quo principia familiæ Porciæ manarunt. Felicior ſupple fuit eſſet liber metu. Quo ſpectaculo hoſtes attoniti uenerunt poſtera die ad eum petentes pacem. Ergo dies etiam pro tempore con diſtincta nocti interdum fœminini generis eſt, quia hoc loco interdiu ueniſſe intelligimus.

OLIVERIVS.

CVM T. Gracchus hæc ſuperius hiſtoria notata eſt in ca. de ſomniis. refertur autem pleniſſime ab Apiane bellorum ciuilium ſcriptore diligentiſſimo. non eſt igitur hoc loco repetenda. quod uero ad rem pertinet, illud ſatis erit dixiſſe Scipionem Naſicam uirum fortiſſimum, cum uideret rempu. perditum iri tergiuerſante conſule Mutio Scæuola, atq; etiam negante, rem armis, aut ui geſturum cæteris quoq; torpeſcentibus inuoluta ſiniſtra manu, ſublataq; dextra magna uoce proclamaſſe, quicunq; rempub. uult eſſe ſaluam ſequatur me, & ſeditioſiſſimum uirum Tiber. Gracchum cum ſcelerata factione pœnas dare coegiſſet, nam ferme a triginta

DE C. MARIO SENE.

Item cum Trib.Ple.Saturninus, & prætor Glaucia,& Equitius deſignatus Tri.Pl.maximos in ciuitate noſtra ſeditionum motus excitaſſent, nec quiſq̃ ſe populo concitato opponeret: primum M. Aemilius Scaurus, C.Marium conſulatum ſextum gerentem hortatus eſt, vt libertatem, legesq́ manu defenderet: protinusq́ arma ſibi afferri iuſſit, quibus allatis, vltima ſenectute confectũ, & pene dilapſum corpus induit, ſpiculoq́ innixus ante fores curiæ conſtitit, ac paruulis extremi ſpiritus reliquiis ne reſp. expiraret, effecit: præſtãtia.n.animi ſui, ſenatũ, & equeſtrem ordinem ad vindictam exigendam impulit.

DE DIVO IVLIO.

Sed vt armorum,& togæ ſuperius, ita nunc etiam ſyderum clarum decus Diuum Iulium: certiſſimam veræ virtutis effigiem repræſentemus, cũ innumerabili multitudine,& feroci impetu Neruiorum, inclinari aciem ſuamvideret, timidius pugnanti militi ſcutum detraxit, eoq́ tectus, acerrime prçliari cœpit quo facto fortitudinem per totum exercitum diffudit, labentemq́ belli fortunam diuino animi ardore reſtituit. Idem alio prælio legionis Martiæ aquiliferum ineundæ fugæ gratia iam conuerſum, faucibus comprehenſum, in contrariam partem detraxit, dexteramq́ ad hoſtem tendens, Quorſum tu, inquit, abis: illic ſunt, cum quibus dimicamus, & manibus quidem vnum militem, adhortatione vero tã acri omnium legionum trepidationem correxit, vincíq́ paratas, vincere docuit.

ginta ſenatoribus cæſus eſt. Profuſis immoderatis, immenſis. Fidei publicæ. ſic illi templo nomẽ erat. Ordinem iuris, quia uolebat lege agi contra ſeditioſos. Factione. conſpiratione ſequatium. nam factio malorum conſpiratio dicitur.

ASCENSIVS.

TOGAE &c. Affert exemplum fortitudinis in toga, id eſt, tempore pacis, aut domi factũ dicens, fortitudo quoq́ togæ id eſt togati, hoc eſt i urbe agẽtis, inſerenda eſt operibus militaribus, quia meretur eandem laudem edita foro, in quo ſunt togati, atq́ caſtris, in quibus ſunt armati, unde Cicero, cedãt arma togæ. Cum Tiber. Gracchus teneret rempub. oppreſſam, largitionibus, id eſt largis donationibus corrũpendi gratia profuſis, id eſt immoderatis in tribunatu, id eſt quo tempore tri.ple. fuerat, & fauore populi occupato, ſcilicet largitionibus, ita ut non eſſet locus alteri fauendi, ut dictaret, id eſt frequenter diceret, palam, id eſt manifeſte coram multis, omnia debere agi per plebem, ſenatu interfecto, id eſt ſenatum interfeciſſet, patres conſcripti conuocati publice, quia a Scęuola conſule, aut in ædem, id eſt templum Fidei publicæ, ſcilicet deæ, deliberabant, id eſt conſultabant, quidnam faciundum eſſet in tali tempeſtate, id eſt tempore tam proceiloſo, & pericuſo, & cunctis cenſentibus ut conſul tueretur remp. armis, Scæuola, ſcilicet conſul negauit ſe acturum eſſe quicq̃ ui, id eſt per uim. Tunc Scipio Naſica inquit, quoniam Cos. dum ſequitur ordinem iuris negantis contra ciuem quicq̃ ui agi, agit id ut Romanum imperium corruat cum omnibus legibus, egomet priuatus, id eſt nullo magiſtratu fungens, offero ueſtræ uoluntati me ducem. Ac deinde circumdedit aperte, id eſt manifeſte, togæ, ſcilicet ſuæ leuam manum, hoc eſt inuoluit leuam ſuam toga, & ita forte legendum ſit toga, & dextera ſublata, id eſt ſurſum lata, & recta proclamauit, Qui uolunt rempu. eſſe ſaluam, ſequãtur me, & cunctatione, id eſt mora, & hæſitatione ciuium bonorum diſcuſſa, ſcilicet ex animis eorum, ea uoce, ſcilicet tam uiri coegit Gracchum, ſcilicet Tiberium perſoluere pœnas, quas merebatur cum factione ſcelerata, id eſt, & factioſos cum eo, quia Gracchum rapta parte ſubſellii ſtrauit.

OLIVERIVS.

ITEM cum Tri.Pl. Saturninus. Hæc hiſtoria dicetur in ca. de conſtantia exemplo. Metellus autem Numidicus. Item in ca. de ſeueritate exemplo ideoq́ & M.Flac.i. Quod uero ad Scauri fortitudinem pertinet. non dubitauit, cum eſſet ætate confectus, & uideret Saturninum grauiſſimas in populo ſeditiones excitare, perſuaſo prius Maro conſule qui aduerſæ factionis eſſe conſueuerant ad ſenatus partes tuendas, & arma induere, & ſenatum aduerſus Saturninum concitare, donec illum oppreſſit. Fuit autem Aemilius Scaurus, teſte Salluſt. uir nobilis, impiger, factioſus, auidus, potentiæ, honoris, diuitiarum, cæterum calli de uitia ſua occultans. Equitius. qui ſe Tiberii Gracchi filium faciebat. Confectum. debilitate & ſenio conſumptum. Pręſentia animi. i. fortitudine.

ASCENSIVS.

ITEM cum &c. Affert aliud fortitudinis in urbe exemplum dicens: Item cum Saturninus trib. pleb. & Glaucia prætor. Et Equitius deſignatus, id eſt, in futurum annum declaratus trib. pl. excitaſſent in ciuitate noſtra maximos motus ſeditionum, nec quis q̃ opponeret ſe populo concitato M. Aemilius Scaurus, uir nobilis, & factioſus hortatus eſt primum C.Marium gerentem ſextum conſulatum, ut defenderet manu, id eſt ui. & ut diſcunt facto libertatem & leges, ſcilicet Romana, & Marius hortatu illius, iuſſit protinus arma afferri ſibi, quibus. ſ. armis allatis, induit corpus ſuum confectum, id eſt debilitatum ultima .i. ſuprema ſenectute, & pene dilapſum. i. uix amplius ſtare ualens, & innixus ſpiculo, id eſt telo acuti ferri, conſtitit ante fores curiæ, ac effecit paruulis reliquiis extremi ſpiritus, id eſt animoſitatis ultimę, ne reſp. expiraret, id eſt extingueretur. Impulit enim pręſtantia animi ſui .i. fortitudine ſua, ſenatũ & ordinẽ equeſtrẽ ad exigẽdam uindictam. ſ. a plebeis factioſis.

OLIVERIVS.

SED ut armorum, & togę. de fortitudine Cæſaris dicturus proœmio quodam utitur, in quo plane aſſentatur cum dicat eius uirtutem diuinam potius fuiſſe q̃ humanam. Hęc autem hiſtoria in ipſius Cæſaris commentariis habetur. Syderum. quod in ſydus tranſlatum Romani eſſe credebãt. propterea q cum Auguſtus funebres illi ludos faceret, medio die ſtella uiſa eſt, quã Cęſaris eſſe credidere. Vnde Virgil. Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum. Aſtrum quo ſegetes. Neruiorum impetum. Neruii ſunt Galliæ tranſalpinæ & Germaniæ populi qui nunc Magdunenſes dicuntur, & teſte Plutarcho deſſiſſimas incolunt ſyluas, qui in profundiſſimo nemore filiis, & ſuppellectili collocatis, cum ſexaginta millibus hominum cõtra Cæſarem prodiderunt bello Gallico, tam cruenta, ſæua, & obſtinata pugna dimicarunt, ut a ſexaginta millibus ad quingentorum numerum peruenerint: & ex patriciis qui quadringenti numero erant, tres ſuperfuere incolumes. animis adeo obſtinatis, & perſeuerantibus pugnam ſuſtinuerunt, ut exercitum pene in fugam coegerint: nam uerſo in fugam equitatu, ſeptimam, & duodecim legiones circunuenere: & uniuerſos centuriones trucidarunt. Cæſar ubi uidit territos ſuos cedere, & aciẽ inclinari, ſcutum militi cuidã ſegnius, timidius q́ pugnanti detraxit, eoq́ tectus in fortiſſimos hoſtes ſe contulit, ibiq́ fortiter pugnans exercitum pene labentem reſtituit, ingentiq́ uictoria potitus eſt. Ex hac tãta Neruiorum pertinacia, quæ ſibi murum ex cadaueribus fecerant. natum eſt prouerbium. Romanorum perſeuerantia Neruiorum tandem uicit peruicaciam. Idem alio prælio. Hoc fuit bello quod in Africa geſſit contra Scipionem magni Pompeii ſocerum de quo ſatis ſupra dictum eſt. Legionis Martiæ. Sic illi legioni nomen impoſuerat. Aquiliferum. ſigniferum. nam Aquila, ut diximus, in uexillis depicta Romanorũ inſigne fuit. Faucibus. nam una manu utranq́ oris partem comprehendit.

Neruiorũ gens

ASCENSIVS.

SED ut armorum &c. Sub adulatione ſolita recitat exemplũ fortitudinis in Iulio Cæſare dicens. Sed ut, id eſt quemadmodum ſupple repreſentauimus ſuperius, decus armorum, & togę, id eſt tam foris q̃ in urbe fortiter geſtorum ita repreſentemus

DE VIBIO, ET VALERIO FLACCO, ET PEDANIO CENTVRIONE.

Cæterum vt humanæ virtutis actum exequamur: cum Hannibal Capuam, in qua Romanus exercitus erat, obſideret: Vibius Aceus Pelignæ cohortis præfectus, vexillum trans Punicum vallum proiecit: ſeipſum, ſuosq; commilitones, ſi eo hoſtes potiti eſſent, execratus: & ad id petendum ſubſequente cohorte primus impetum fecit, quod vt Valerius Flaccus tribunus tertiæ legionis aſpexit: conuerſus ad ſuos Spectatores, inquit, vt video, alienæ virtutis huc venimus, ſed abſit iſtud dedecus a ſanguine noſtro, vt Romani gloria cedere Latinis velint. Ego certe aut ſpecioſam optaui mortem aut felicem audaciæ exitum, vel ſolus præcurrere paratus ſum. His auditis, Pedanius Centurio conuulſum ſignum dextra retinens: Iam hoc, inquit, intra hoſtile vallum mecum erit, proinde ſequantur, qui id capi nolunt: & cum eo in caſtra Pœnorum irrupit, totamq; ſecum traxit legionem. Ita trium virorum fortis temeritas, Hannibalem paulo ante ſpe ſua Capuæ potitorem, ne caſtrorum quidem ſuorũ potientem eſſe paſſa eſt.

nunc etiam clarum decus ſyderum utpote Iulium, ſcilicet Caſarem, diuum, id eſt inter deos relatum appoſitoric certiſſimam effigiem, id eſt imaginem, aut exemplar ueræ uirtutis. Cum, id eſt quando ſup. is uideret aciem ſuam inclinari, ſcilicet ad fugam, aut repelli a ſtatione ſua innumerabili multitudine. feroci impetu Neruiorum, quos Tornaceñ. ſeu Tornateñ. quidam nũc dici putant, ali aliter detraxit militi pugnanti timidius, id eſt non ſatis ſtrenue, ſcutum, & tectus eo, ſcilicet ſcuto cœpit præliari acerrime: quo facto diffudit fortitudinem per totum exercitũ, quia omnes eum imitantes fortiter agere cœperunt, & reſtituit diuino ardore animi, fortunã belli labẽtem, id eſt labefactam prius, mire dicit reſtitu t fortunam, quaſi fortitudo fortunæ dominetur, ut ſapiens aſtris.

Idem ſcilicet Iulius Cæſar, detraxit alio prælio, ſcilicet quod in Africa contra Scipionem Pompeii Magni generum cõmiſit, Aquili ferum, id eſt ſigniferum, & ut dicunt, uexilliferum, legionis Martiæ, quæ maxime ſtrenua erat, & Aquilam ſignum habebat, conuerſum iam gratia fugæ ineundæ, ſcilicet inceptandæ detraxit dico cõprehenſum, id eſt arreptum faucibus in partem contrariam, id eſt in hoſtes, a quibus iam auerſus erat, & tendens dexteram ad hoſtem inquit, quorſum abis tu? ii ſupple cum quibus dimicamus id eſt prœliamur ſunt illic in illa parte, non in iſta ad quam ſpectas. Et correxit manibus quidem unum militem ſcilicet aquiferum. uero pro ſed, adhortatione tam acri trepidationem omnium legionum, & docuit ſupple legiones paratas uinci, quia ad fugam ſpectabamuincere ſupple hoſtes a quibus pene uictæ erant.

OLIVERIVS.

¶CAETERVM ut humanæ uirtutis actum. More ſuo Valerius diſſentit a Liuio in hac hiſtoria: nam Liuius decadæ ſecũdi Punici belli dicit. poſt Cannenſem cladem cum multæ ciuitates Romanis defeciſſent, in primis Capua non paruum Romani imperii uinculum, & columen deſciuit. ad quam recuperandam cum ſuas omnes Romani uires intendiſſent, nec minori animo defenderetur a Pœnis, longo bello, & obſidione oppreſſa famem ſentiebãt propter depopulatos agros, prohibitamq; ſementem. Hanno dux Carthaginienſis ab Hannibale miſſus quo operam daret, ut frumẽti copia fieret Campanis, haud procul a Beneuento caſtra poſuerat: quem cum Furius Conſul Romanus, cui prouincia illa euenerat, per exploratores excepiſſet frumentatum, cum parte exercitus eſſe profectum caſtra hoſtiũ cum expeditis militibus pauloante lucem adoritur, tantumq; pauoris iniecit, ut ſi in plano caſtra poſita fuiſſent, primo impetu capi potuiſſent, ſed eos altitudo loci, & munimenta defenderunt, prima luce atrox prœlium fuit, nec uallo modo tutabantur Pœni, ſed detrudebant quoque per ardua nitentes hoſtes, uicit tamen pertinax uirtus. nam Romanus imperator ab incepto deſiſtere conſtituerat, q; ſine militum ſuorum pernicie magna id obtineri non poſſe uideret, iamque receptui canere iuſſerat, cum clamor militum aſpernatium tam ſegne imperium diſiecit eis cõſilia proxima portæ hoſtium erat cohors Peligna, cuius præ-

Vibii uirtus

fectus Vibius Accius, uexillum trans uallum hoſtium tranſiecit. execratus inde ſeque cohortemque, ſi eius uexilli hoſtes potiti eſſent, princeps ipſe per uallum, foſſamque in caſtra hoſtium irrupit cum tota cohorte. Hũc deinde ſecutus eſt Valerius Flaccus tertiæ legionis tribunus, cuius imitatione accenſus Titus Pedanius centurio, uexillum e ſigniferi manibus ereptum intra uallum coniecit dicens, & ſignum, & hic centurio iam intra caſtra hoſtium erit: quicunque me ſaluum, & uexillum eſſe uoluerit, ſubſequetur. nec detractarunt eius manipulares tam glorioſum certamen. Caſtra uirtute horum capta, & direpta ſunt, magnaq; cædes facta. nam ſupra ſex millia hoſtium cæſa ſupra ſeptem millia capta, cũ alia ingenti præda Humanæ uirtutis actũ. Quia Cæſa. fortitudinem diuinam fuiſſe dixerat.

¶PELIGNAE cohortis. Pelignum oppidum latinum eſt, a quo Peligna cohors dicta, qui ſocii Romanorum, in eorum uenerant auxilium. Latinis. Quia latina erat: ut dixi Peligna cohors.

ASCENSIVS.

¶CAETERVM & cętera. Affert fortitudinem eorum qui proiecerunt ſigna in hoſtium caſtra, aut cuneum ut ea milites repetendo hoſtium caſtra caperent, aut eos mouerent, dicens. Cęterum, id eſt ſed ut nos exequamur actum humanæ uirtutis (nam ſuperiora duo Iulii exempla diuinæ uult eſſe uirtutis) cum Hannibal obſideret Capuam urbem principalem Campaniæ Italicæ, in qua exercitus Roman. erat, Vibius Accius Præfectus cohortis Pelignæ, quę erat ex ſociis imperii, proiecit uexillum trans uallum Punicum, id eſt in caſtra Carthaginien. execratus, id eſt maledictione, & anathemate, & diris execrationibus proſecutus ſeipſum, & ſuos commilitones, ſi hoſtes eſſent, potiti eo, ſcilicet uexillo, id eſt ſi illud in poteſtate ſua retinerent, & ipſe primus fecit impetum ad petendum, ſcilicet ex hoſtium caſtris, id ſcilicet uexillum, & hoc cohorte ſubſequente, quod id eſt quamrem, ut, id eſt poſtquam Valerius Flaccus tribunus, ſcilicet militũ, tertię cohortis uidit, auerſus ad ſuos inquit, nos (ut uideo) uenimus huc ſpectatores.

¶ALIENAE uirtutis, ſed iſtud dedecus abſit a noſtro ſanguine, ut Romani uelint cedere latinis, ſcilicet de gloria fortitudinis. Ego certe optaui, ſemper, aut huc ueniens, aut mortem ſpecioſam, id eſt pulchram, unde Maro, pulchrumque mori ſuccurrit in armis, aut felicem exitum audaciæ, ſcilicet repetendi uexilli ex hoſtium caſtris paratus ſum præcurrere, ſcilicet in hoſtiũ uallum, uel, id eſt etiam ſolus, ſi nullus ſequi uelit. His auditis Pedanius centurio retinens dextra ſignum conuulſum, ſcilicet e terra, in qua fixum fuerat inquit, hoc ſcilicet uexillum, quod teneo erit iam mecum intra hoſtile uallum, proinde, id eſt & ideo ſequantur ſupple me, qui uolunt id capi, ſcilicet ab hoſtibus, & irrupit in caſtra Pœnorum, cum eo, ſcilicet uexillo, quod tenebat & traxit ſecum totam legionem, ita, id eſt & ſic temeritas fortis, id eſt fortitudine animi orta, cum tamen non fuerit uera uirtus, licet felicẽ exitum ſecuta trium uirorum ſcilicet Vibii, & Valerii, & Pedanii, ne quidem, id eſt non ſaltem paſſa eſt. Hannibalem potitorem paulo ante ſpe ſua, id eſt ut fruſtra, licet forte non uane ſuperabat, Capuæ, ſcilicet urbis eſſe potientem, id eſt potitorem (nam nomen eſt, licet potior genitiuum rerum regat ſubaudiendo imperio) caſtrorum ſuorum quod illis exutus, & in fugam uerſus eſt.

THEOPHILVS

¶PELIGNAE cohortis. Peligni ex Illyrico orti, inde enim profecti ductu Volſcorum regis, cui cognomen fuit Lucullo, partem Italiæ, occuparunt. Huius fuerunt nepotes Pecinus a quo Pecinates, & Pelicus, a quo Peligni. Verius Strabo, Plinius, Ptolemæus oſtendunt eſſe gentem Pelignorum, non oppidum.

Oliuerius.

OLIVERIVS.

¶ QVORVM uir. illorum, qui Hánibaſis, uel ut tractat Liu. annonis caſtra inuaſerant, & ceperant. Achilles. ad ſimilitudinem Achillis illius, qui apud Troiam a Paride cæſus fuit. Nõ exequar. non narrem. Erat autem. parentheſis eſt. Ireſium nomen proprium cuiuſdam Celtiberi. Sagulum. ueſtis militaris uariis coloribus contexta. Vir. Virgatis lucent ſagulis. Vtroque. Roman. & Celtibero.

abſciſſa, memorabile illud apud Græcos Cynegiri exemplum imitatus tranſiluit nauem umbone obuios agens. Parum iuſta notitia. Quia non adhibita fuit eloquentia, quæ illi præclaro facinori conueniret. At uero Græci in laudando Cynegiro omnem dicendi copiam, & ornatum adhibuere.

DE Q. COTIO.

Quorum virtuti nihil cedit Qu. Cotius: qui propter fortitudinem Achilles cognominatus eſt. Nam vt reliqua eius opera non exequar, abunde tamen duobus factis, quæ relaturus ſum, quantus bellator fuerit, cognoſcetur. Q. Metello Cos. legatus in Hiſpaniam profectus, Celtibericum ſub eo bellum gerens, poſtquam cognouit a quodam gentis huius iuuene, ſe ad dimicandum prouocari (erat autem illi forte prandendi gratia poſita menſa) relicta ea, arma ſua extra vallum deferri, equumque duci clam iuſſit, ne a Metello impediretur. Et illum Celtiberum inſolentiſſime obequitantem conſectatus interemit, detractasque corpori eius exuuias, ouans lætitia in caſtra retulit. Idem Pireſum nobilitate, ac virtute omnes Celtiberos præſtantem cum ab eo in certamen pugnæ prouocatus eſſet, ſuccumbere ſibi coegit: nec erubuit flagrantiſſimi pectoris iuuenis, gladium ei ſuum, & ſagulum vtroque exercitu ſpectante traderet. Ille vero etiam petiit vt hoſpitii iure inter ſe iuncti eſſent: quando inter Romanos, & Celtiberos, pax foret reſtituta.

DE ATTILIO.

Nec Attilium quidem præterire poſſumus: qui cum decimæ legionis miles pro C. Cæſaris partibus maritima pugna præliaretur: abſciſſa dextera, quam Maſſilienſium naui iniecerat, leua puppim apprehēdit: nec ante dimicare deſtitit quàm captam profundo mergeret, quod factum parum iuſta notitia patet.

DE CYNEGIRO.

At Cynegirum Athenienſem ſimili pertinacia in conſectandis hoſtibus vſum, verboſa cantu laudum ſuarum Græcia, omnium ſeculorum memoria literarum præconio inculcat.

ASCENSIVS.

¶ QVORVM uirt. &c. Recitat mirabilem fortitudinē Q. Cotii, qui ob eam Achilles cognominatus eſt, dicēs Quorū .ſ. ritum iam dictorum uirtuti Q. ui. Cotius nihil cedit, qui propter fortitudinem eſt cognominatus Achilles. Nā ut non exequar .i. prætercam reliqua opera eius tamē cognoſcetur abūde de duobus factis, ſup. eius, quę ſum relaturus quātus bellator fuerit. Ipſe ſupple profectus in Hiſpaniam legatus, & hoc Q. Metello conſule gerens ſub eo bellum Celtibericum, poſtquā cognouit ſe prouocari ad dimicādum a quodam iuuene huius gentis .ſ. Celtibericę (autem pro ſed menſa erat illi poſita, forte .ſ. tunc gratia prandendi) iuſſit ea .ſ. menſa relicta arma ſua deferri, & equum duci clam extra uallum .i. munitionem caſtrorum, ne impediretur a Metello .ſ. conſule. Et cōſectatus illum Celtiberum ob equitatem .i. circa uallum equitantem, inſolētiſſime, interemit ſup. eum, & retulit in caſtra exuuias .i. ſpolia detractas corpori eius ouās lętitia. Idem .ſ. Cotius coegit Pireſium præſtantem, id eſt equātem, aut uincentem nobilitate, aut uirtute omnes Celtiberos, .ſ. reliquos. ſuccumbere ſibi cū eſſet prouocatus ab eo in certamen pugnę. Nec iuuenis flagrātiſſimi pectoris .i. animi .ſ. Pireſius erubuit tradere ei .ſ. Cotio uictori gladium ſuū, & ſagulū ſuū .i. indumētum militare. uariorum colorum, utroque exercitu ſpectante. Ille uero uidelicet Cotius, aut forte idem Pireſius petiit etiam, ut eſſent iuncti inter ſe iure hoſpitii, quando pax foret conſtituta inter Romanos & Celtiberos.

THEOPHILVS.

¶ COTIO. ueteres quidam codices habent Q. Ocio, quidā etiam Quin. Tetio, tu uide ne legendum ſit Cotta, de quo Suidas. Cotta inquit telo quam tragulam uocant utebatur. eoque tentatus uulnus inferebat, ut hominis torace muniti uno dūtaxat ictu coſtas tranſadigeret, terræque infligeret.

OLIVERIVS.

¶ NEC Attilium quidem. Conflato iam ciuili bello, Cæſar cū Maſſiliam ueniſſet, obiectæ ſunt ei portę. nam Maſſilienſes erga rempub. in fide, & officio fuerunt, Cæſarem uero contra rempublicam arma ſumpſiſſe credebant: quare iratus Cęſar claſſem eo direxit ubi commiſſa nauali pugna Attilius decimæ legionis miles, cum Maſſilienſiū nauem apprehendiſſet dextra, ea truncatus a nautis, læua puppim apprehendit: nec prius deſtitit, quàm nauem illam profundo ſubmerſit. Suetonius in uita Cæſa. Attilii nauali ad Maſſiliam prælio iniecta in puppem hoſtium dextra

ASCENSIVS.

¶ NEC Attilium quidem &c. Affert mirum fortitudinis exēplum in Attilio milite Cæſariano dicens. Nec quidem poſſum præterire Attilium, qui cū eſſet ſupple miles decimæ legionis præliaretur pugna maritima ante urbem Maſſilien. pro partibus Cæſar. ſcilicet contra Pompeium dextera quam iniecerat naui Maſſilien. abſciſſa, id eſt poſtquam dextera illi erat abſciſſa, apprehendit leua, id eſt ſiniſtra ſcilicet manu puppim, ideſt poſteriorem partem nauis nec deſtitit dimicare, id eſt certare, cū his qui in nauim erant antequam mergeret profundo ſcilicet aquarum, captam, ſcilicet nauem illam, quod factum patet notitia parum iuſta, id eſt non ſatis ampla, uel quia ſcriptores ſilentio prætericrunt. Lucanus tamen meminit, uel quia non eſt uero ſimile unum hominem & eum altera manu captum nauim tantam ſubmerſiſſe, niſi forte prius conuulſam dicamus, & per unius infeſtationem non potuiſſe ſuccurri rimas obſtruendo.

OLIVERIVS.

¶ AT Cynegirum. Hoc geſtū eſt bello Perſico, quod Athenienſes aduerſus Darium Perſarum regem fecerunt, de quo Iuſtinus libro ſecundo, Cynegiri quoque militis, inquit Athenien. gloria magnis ſcriptorū laudibus celebrata eſt, qui poſt pręlii innumeras cædes cum fugiētes hoſtes ad naues egiſſent onuſtam nauem dextra manu tenuit, nec prius dimiſit, quàm manum amitteret, tum quoque amputata dextra manu, tunc nauem ſiniſtra comprehēdit. quā & ipſam cum amiſiſſet ad poſtremū morſu nauē detinuit, tantā in eo uirtutem fuiſſe dicunt, ut non tot cædibus fatigatus non ambabus manibus amiſſis uictus, ad poſtremum truncus, ueluti rabida fera dentibus dimicauerit.

ASCENSIVS.

¶ AT Cynegirum. Occaſionem Attilii, quia ſimile eſt eius facinus illi, quod in Cynegiro Athenie. celebratur interſerit ipſius exemplum licet externum, dicens. At, id eſt e contrario eum parū notū ſit Attilii factum Græcia uerboſa, id eſt multorū uerborū cantu, id eſt in decantatione laudum ſuarum inculcat præconio id eſt per præconium literarum, memoriæ omnium ſeculorum Cynegirum Athenien. uſum ſimili pertinacia in conſectandis hoſtibus, immo maiore, amiſſis utriſque manibus, mordicus nauem retinuit, ut etiam Au. Gel. commemorat.

OLIVERIVS.

¶ CLASSICAM Attilii. Hoc bello ciuili geſtum eſt quod inter Cæſarem fuit, atque Pompeium iuxta Dyrachium. nam cū Cæſar ad expugnandas arces Dyrachii, ubi commeatum omnem, & belli apparatum Pompeius repoſuerat, exercitum duxiſſet, Pompe. breuiori itinere per mare nauigauit, quo Cæſarem ſi

ſieri poſſet, celeritate præueniret. quod ubi uidit ex uoto ſibi non ceſſiſſe, nam Cæſar paulo ante illius aduentum ſedes occupauerat, locũ, qui dicitur petra haud procul a mœnibus Dyrrhachii poſitum cœpit, ibiq; caſtra locauit. Erat autem locus ille ſic nauigationi opportunus, ut ex tota Aſia, & regionibus, quas Põpeius teneret commeatus, eo facile comportari poſſet: hunc igitur locum Cæſa. munitionibus undiq; claudere cæpit, obſidione Pompeius, & fame premeretur quod parum ſibi profuit: nam cum locus ille (ut dixi) ad commeatum ex multis partibus recipiendum eſſet accommodatus maiori ferme inopia obſidente, quam obſeſſi laborabant. Pompeius tamen tantam indignitatem ferre nõ potuit, ut qui numero militum ſuperior eſſet, obſideri pateretur. inde ergo erumpere ſtatuit cũ exercitu, quod cum feciſſet ea parte, qua erat caſtellum in muris, quod in Scæua fortiſſimo uiro cum præſidio tenebatur, ſtatuit id expugnare caſtellum, quod tanta pertinacia, & fortitudine, cum aliorum militum, tum in primis Scæuę centurionis defenſum fuiſſe conſtat, ut in caſtello nemo fuerit omnino militum, qui non uulneraretur quatuorq; ex una cohorte centuriones oculos amiſerunt, & cum laboris ſui periculiq; teſtimonium afferre uellent. millia ſagittarum circiter xxx. in caſtellum coniecta Cæſa. renunciauerunt, ſcutoq; ad eum relato Scæuę centurionis inuenta, ſunt in eo foramina ducenta. xxx. quem Cæſa. ut erat per ſe meritus, & de repu. donauit millibus ducentis ęris atq; ob octauis ordinibus ad primipilum ſe traducere pronunciauit eius enim opera quia caſtellum conſeruatũ eſſe ex magna parte conſtabat. cohortem poſtea duplici ſtipendio, frumentoq;, & ſpeciariis, militaribuſq; donis ampliſſime donauit, de hoc Scæua Sueton. in uita Cæſar. Scæua, inquit excuſſo oculo transfixus fœmore & humero. c. & xx. ictibus ſcuto perforato cuſtodiam portæ commiſſi caſtelli retinuit, Luca. de hoc multa lib. vi. Ille poſt hanc Atti. ſcilicet Hic, ſcilicet Scæua. Tuũ uero Scæuola inexu. cum Cęſ. non ſatis haberet præſcripſiſſe omnem occidẽtalem partem, in Britaniam, quæ alter orbis traditur a poetis traiicere uoluit, & cum forte expectaret, ut æſtus decurreret, & uadum relinqueretur, ut ſui tranſire poſſent cum quatuor ipſe militibus in ſcopulũ naue traiecit. Britani eos cgrediuntur. ſolus his Scæuola quinq; telis, quæ ſatis eſſent. v. militibus tota die pugnã ſuſtinuit. laudat ergo Scæuolamq; q; fortiter in naui fecerit, & ueniam petierit a Cæſ. quod non fortiter pugnaſſet, ſicut forte uoluiſſet Imperator. cum tamen ſupra humanas uires pugnauerit. In. v. p. r. n. ſcilicet in mari, & in terra, quæ duo præcipue ſunt elemẽta in quibus rerũ natura cõſiſtit nã uocẽ qua uſus eſt, ad Cæſ. in terrã uirtuti cõparat, qua uſus eſt in mari. Claudere Bri. inſulæ Fine. Vir. Ante diẽ clauſo cõponet ueſper olympo. Regreſſu ſuo. qa marĩ fluit ad lunę curſũ, hic aũt locus anguſtis ad eo claudit̃ mõtibus, ut de ſupiori loco telã in littus adigi poſſit. Quinq; militũ diurno p̃lio ſuffactura. Tela q̃ quinq; militib⁹ ſufficere potuiſſent, ſi a mane uſq; ad ueſperũ dimicaſſent. Vmboni. Vmbo p̃prie umblicus, hæc eſt media pars ſcuti. Ita ac pudor. Itaq; uincerẽt ab uno. Pudor. q̃d unus tãtę multitudinis impetũ ſuſtineret. Tragula. genus teli grãdioris, quod tormẽto mittitur. No. Mar. dicit eſſe quam in terram ſuperius dixit emiſiſſe. Dixit enim, o imperator ignoſce mihi, q; mecum arma non tulerim. Nam ita ab Imperatore ueniam petere ſolebant ſecundum morem militię q; per ignauiã arma in pugna amiſiſſent. ſed hic per ignauiam non amiſerat, immo per uirtutem in hoſtium corpora coniecerat. Magnus prælio. quo unus tantæ multitudinis barbarorum, uim tulit, & impetũ. Maior diſciplinæ. Quia uiſo imperatore meminit petere ueniam ab eo q; ſecum arma nõ portaſſet. Virtutis æſtimatore ſ. a Cæſ. Centurionatus, quia ex milite centurio factus eſt.

Scęuolæ uirtus in Britannos

DE M. SCAEVA, ET SCAEVOLA.

Claſſicam Attilii gloriam, terreſtri laude M. Scæua eiuſdem imperatoris centurio ſubſecutus eſt: cũ .n. pro caſtello, cui præpoſitus erat, dimicaret, Cn. q; Põpeii præfectus, iuſſu eius, ſummo ſtudio, & magno militum numero ad id capiendum mitteretur: omnes, qui propius acceſſerant, interemit, ac ſine vllo regreſſu pedes pugnans, ſuper ingentem ſtragem, quam ipſe fecerat, corruit, cuius corpus capite, humero, femore ſaucio, oculo eruto, ſcutum centum & xx. ictibus perfoſſum apparuit. Tales in caſtris diui Iulii diſciplina milites aluit, quorũ alter dextera, alter oculo amiſſo hoſtibus inhæſit: Ille poſt hanc iacturã victor: Hic nec hac quidem iactura victus.

Tuum vero Scæuola inexuperabilem ſpiritum in vtraq; parte rerum naturæ, qua admiratione proſequar, neſcio: qm̃ excellenti virtute, dubium reliquiſti, inter vndas ne pugnam fortiorem edideris, an in terra vocẽ emiſeris. Bello nanq; Gallico, quo C. Cæſar non contentus opera ſua litoribus Oceani claudere, Britanicæ inſulæ cœleſtes iniecit manus, cum quatuor cõmilitonibus rate tranſuectus, in ſcopulũ vicinum inſulæ, quam hoſtium ingentes copiæ obtinebant, poſtq̃ æſtus regreſſu ſuo ſpatium, quo ſcopulus, & inſula diuidebantur, in vadum tranſitu facili redegit, ingenti multitudine barbarorum affluente, cęteris rate ad litus regreſſis, ſolus immobilem ſtationis gradum retinens, vndiq; ruentibus telis, & ab omni parte acri ſtudio ad te inuadendum nitẽtibus, quinq; militum diurno prælio ſuffectura pila, vna dextra, hoſtium corporibus adegiſti: ad vltimum diſtricto gladio, audaciſſimum quenq; modo vmbonis impulſu, modo mucronis ictu depellens, hinc Romanis, illinc Britanicis oculis incredibili, dum cernereris, ſpectaculo fuiſti: poſtq̃ deinde ira, ac pudor cuncta conari feſſos coegit, tragula femur traiectus, ſaxiq; pondere ora contuſus, galea iam ictibus diſcuſſa & ſcuto crebris foraminibus abſumpto, profundo te crediſiſti, ac duabus loricis onuſtus, inter vndas, quas hoſtili cruore infeceras, enataſti: viſoq; imperatore armis non amiſſis, ſed bene impenſis, cum laudem merereris, veniam petiiſti. Magnus prælio, ſed maior diſciplinæ militaris memoria: itaq; ab optimo virtutis æſtimatore, tum facta, tum etiam verba tua, centurionatus honore donata ſunt.

ASCENSIVS.

CLASSICAM & cæt. Affert exemplum miræ fortitudinis in Scæua eiuſdem Cæſa. milite dicens, Marcus uidelicet Iulii Cæſa. ſubſecutus eſt, quia poſterior tempore, licet non minor gloria laude terreſtri, id eſt in terris parta gloriam claſſicã .i. naualem. Attilii. Cum enim dimicaſſet pro caſtello, id eſt parte murorum, quibus Cæſ. Põpeianos obrepſerat apud Dyrrhachium, cui ſcilicet caſtello præpoſitus erat. ſ. a Cæſ. & præfectus Cnei Pompei niteretur potiusq̃ mitteretur iuſſu eius .ſ. Pompeii, ſummo ſtudio .i. conatu, & magno numero militum ad capiendum id, ſcilicet caſtellum, ipſe Scęua interemit omnes, qui acceſſerãt propius ac ipſe pugnans pedes .i. pedeſter, non eques, ſine ullo regreſſu .i. retroceſſione, corruit. ſ. iadem ſuper ingentẽ ſtragẽ. ſ. cadauerũ q̃ ipſe fecerat ſternendo Põpeianos. Cuius corpus apparuit. ſ. poſtq̃ pugna remiſſa eſt, capite ſaucio .i. uulnerato humero ſaucio, fœmore ſaucio oculo eruto, p̃foſſum. c. & xx. ictibus. Tales &c. Poſt narrationẽ factorũ, p̃ſequitur ea debita laude, aliudq; exẽplũ infert, ſed ſic ambigue, ut neſcias eiuſdẽ ſit, an alterius ſcæuę. nã qa textus fere utrobiq; idẽ nomẽ hñt. & cẽturio natu i Britania donatũ dicit ipſumq; cẽturionẽ iã faſſus uſ de eodẽ loq. Sed qa cõmẽtarius legit illic, tuũ uero Scæuola nõ Scæua, particula uero aduerſatiua eſt, ut de alio loqui, nã nõ uſ procedere hic. ſ. Scæua, ne hac quidẽ iactura uictus, tuum uero

Scæua

DE LVCIO SICINIO DENTATO.

Sed quod ad prælatorum excellentem fortitudinem attinet, merito L. Sicinii Dentati cõmemoratio omnia Romana exempla finierit, cuius opera, honoreſq; operum, vltra fidem veri, excedere iudicari poſſent, niſi ea certi autores, inter quos Marcus Varro, monimentis ſuis teſtata eſſe voluiſſent, quem centies & vigeſies in aciem deſcendiſſe tradunt, eo robore animi, atq; corporis vtentem, vt maiorē ſemper victoriæ partē traxiſſe videretur, ſex & xxx. ſpolia ex hoſte retuliſſe, quorũ in numero octo fuiſſe, cum quibus ſpectante vtroq; exercitu ex prouocatiõe dimicaſſet. XIIII. ciues ex media morte raptos ſeruaſſe, quinq; &. XL. vulnera in pectore excepiſſe, tergo cicatricibus vacuo, nouem triumphales imperatorum currus ſecutum, totius ciuitatis oculos in ſe numeroſa donorũ pompa conuertentē. Præferebantur enī Aureæ coronæ octo: Ciuicæ XIIII. Murales tres: Obſidionalis vna: Torques clxxxiii. Armillæ CLX. Haſtæ XVIII. Phaleræ. xxv. ornamenta etiam legioni, nedum militi ſatis multa.

Scæua, & ſi eodē loquaꝛ, uſ̃ diuiſim legero, ſed ordo hic eſt. Diſciplina diui Iulii aluit tales milites, quales ſunt Attilius & Scæua in caſtris. ſ. ſuis, quorũ alter. ſ. Attili. ihæſit hoſtibus dextera ſup. amiſſa alter. ſ. Scæua oculo amiſſo ille. ſ. Attilius uictor ſup. exiſtẽs, poſt hãc iacturã. i. amiſſionē dextræ, ga nauē hoſtilē demerſit hic. ſ. Scęua, ne gdē hac iactura. i. amiſſione oculis uictus ſup. fuit ga loco nõ ceſſit, nec hoſti aditũ fecit, licet occubuerit. Tuũ uero &c. Proſequiꝛ ut dixi, aut tertiũ, qđ potius, dicã militē Cæſarianũ, aut eũdē Scæuã, g priuſq; ad Dyrrachiũ caderet, egregiũ edidit in. Britania facinus. Quē ſi placet eũdem eſſe dicamus uero non ꝓ ſed accipi, ſed pro ſerio ſic. O Scæua neſcio uero. i. reuera, aut ſerio, ğ admiratione profeſquar tuũ ſpiritũ inexuperabilē in utraq; parte rerũ naturæ. i. aqua, & terra. Quoniã tu relliquiſti excellẽte uirtute. i. ꝓpter excellẽtē uirtutē tuã dubiũ, ne ꝑ an, edideris fortiorē pugnã inter undas an emiſeris fortiorē uocē in terra. Nãq; tu tranſuectus bello Gallico, quo Caius Cæſa. nõ cõtẽtus claudere. i. terminare opera ſua litoribus Oceani, iniecit inſulæ Britanicæ, q̃ nunc Anglia dr̃ manus cęleſtes. i. diuinas, & poſtea in cælũ trãsferendas, tu inquã trãſuectus rate cum quatuor cõmilitonibus in ſcopulum uicinũ, quē ingẽtes copiæ hoſtium obtinebant, poſtquam æſtus maris redegit ſuo regreſſu, ga refluit illic mare, ſpacium quo ſcopulus. ſ. ille in quē aſcenderas, & inſulæ diuidebantur ab inuicem, in uad; facile tranſitu, ga derelictũ ab aqua ingēti multitudine barbarorũ affluente. i. in morē fluctus, cũ iam receſſerat unde apta eſt metaphora cæteris. i. cõmilitonibus, qui quatuor erãt, regreſſi rate ad litus, adegiſti inquã (retinens ſolus gradũ ſtationis immobilē, telis irruentibus undiq;, & ſup. barbaris nitentibus ab omni parte ſtudio acri ad inuadēd; te) corporibus. i. in corpora hoſtiũ, una dextra. i. tua unius pila ſuffectura ꝓlio diuino. i. unius diei ſpacio, quinq; militũ tot enim aſcenderant in ſcopulũ ab hoſte tuendũ, ſed quatuor abierant relictis manenti telis unde unus quinq; militũ munus obiēs quinq; militũ adegit in corpora hoſtiũ pila. i. tela Romanis ꝓpria ad ultimũ cũ forte deeſſent tela, tu depellẽs audaciſſimũ quēq;. ſ. hoſtiũ, ut q ꝓxime acceſſerat modo. i. interdũ, ipulſu umbonis. i. icuraturę mediæ in clypeo, modo. i. interdũ ictu mucronis, fuiſti dũ. i. donec cernereris ſpectaculo icredibili. i. incredibiliter mirabilis, oculis. ſ. te ſpectãtibus, hinc. i. ex una parte. Rom. illinc. i. ex altera parte Britanicis. Deinde poſtquã ira, & pudor ga pudori erat tot ab uno uinci, coegit. ſ. Britanos feſſos conari cucta. i. ſimul omnia tu traiectus femur. i. habẽs femur traiectũ tragula. i. grandi telo, cõtuſus ora. i. habens faciem cõtuſam, pondere ſaxi, & galea iã diſcuſſa. ſ. e capite ictibus. ſ. telorũ & ſcuto abſumpto. i. an̄hilato, iam crebris foraminibus credidiſti. i. cõmiſiſti uelut fidei profundo. ſ. aquarũ, ac onuſtus duabus loricis. i. integumẽtis, q̃ ex loris olim fieri ſolebant, enataſti. i. euaſiſti natando inter undas quas infeceras. i. tinxeras, ſanguine hoſtili. Et uiſo iperatore uidelicet Cæſ. armis non amiſſis ſed bene impenſis, quia in corpora hoſtilia infixis, quod utiliſſimũ eſt eorum impendiũ, cũ mereris. ſ. ex ea re, laude, petiiſti ueniã. i. q̃ arma nõ omnia referes, petiiſti dico ens, aut habẽdus, magnus ꝓlio, ga fortiter dimicaſti, ſed maior memoria diſciplinæ militaris ga noſtri gd miles Imperatori deberet: in multos enim animaduerſum eſt, non quia male pugnarant, ſed quia diſciplinam tranſgreſſi erant. Itaq;. i. & ita tũ. i. ſimul facta tua, tum. i. ſimul etiam uerba tua, donata ſunt pro præmio, ab optimo æſtimatore. i. cenſore, & appretiatore uirtutis, uidelicet Caio Cæſa. honore centurias, quia ex milite gregario cẽturionē fecit, uſ̃ ga is Scæua, qui ad Dyrrachiũ fortiter occubuit, cẽturio, erat uero ſimile eſt eũdē fuiſſe, licet in cõtextu uideaꝛ diſcrepãtia, quod nõ eſt magno ꝑ mirãdũ. nam qui collectanea faciũt opera, faſtidioſius collectorum religendi ſubinde particulas minus apte aſſuunt.

THEOPHILVS.

¶ VENIAM petiſti. Nõ ꝓpter amiſſa tela, ſed q̃ ipera. iniuſſu ſubſtitiſſet, & pugnaſſet, inde ſubdit, magn9 ꝓlio, ſed maior diſciplinę militaris memoria.

OLIVERIVS.

¶ SED qđ ad præliatorũ. inter fortiſſimos bellatores laudis & gloriæ, cũ omniũ fortitudinē ſuperaſſe uideaꝛ, nã toties ꝓuocatus cũ hoſte ſingulari certamine dimicauit, tot hoſtiũ ſpolia uictor ex acie reportauit tot ciues captos e manibus hoſtiũ redemit, & a morte liberauit, tot uulnera excepit, tot deniq; uictorias cõſecutus eſt, ut omniũ fidem exuperare poſſit, niſi a certiſſimis, & ſumma autoritate ſcriptoribus, tã Græcis q̃ latinis eius res geſtę memoriæ proditæ forent, atq; in primis a M. Var. linguæ Latinæ teſte certiſſimo, ſimiliter ab Aulo Gellio uiro grauiſſimo, pari rõne a Solino, qui de hoc ſic breuiter tradit. Præuaſiſſe apud Ro. L. Siciniũ dentatũ, titulorũ numerus oſtẽdit, tribunus hic pl. fuit non multos poſt exactos reges Spu. Tarpeio. Aurelio Aterio conſulibus, idem ex prouocatione uictor octies quadragies gnquies aduerſas habuit cicatrices, in tergo nullam notã, ſpolia ex hoſte tricies quater cœpit, in faleris, haſtis, pilis, armillis, coronis tricenta. xii. dona meruit, nauem Imperatores, qui opera eius uincerũt triũphãtes ꝓſecutus eſt, hũc ob fortitudinē Achillē tradũt fuiſſe nominatũ, Aulus Gel. L. Sicinius dẽtatus tribunus ple. fuit. Spurio Tarpe. Aurelio Aterino cõſulibus. Hic pluſquã credi poſſit, & debeat ſtrenuus bellator fuit, ob ingentē fortitudinē Achilles Ro. appellatus eſt is pugnaſſe in hoſtē diciꝛ centũ & uiginti prælis, cicatricem a tergo nullã aduerſas quinq; &. xl. tuliſſe, coronis eſt donatus aureis octo, obſidionali una, muralibus tribus, ciuicis. xiiii. torquibus tribus, & octoginta armillis, plus centũ &. lx. haſtis, duo de. xx. faleris. Itē donatus eſt gnges uicies populi militaria habuit multi iuga in his ꝓcurator plerũq; triũphauit cum Imperatoribus ſuis triũphos nouem, hæc ille. Dion. quoq; Alicarna. multa de hoc uiro tradit, quæ longũ eſſet recenſere. Idē etiam facit Pli. de natu. hiſt. lib. xxi. ca. v. Honoreſq; operũ, inſignia uictoriarũ. i. præmia ſibi data ex uictoriis comparatis. Teſtata. affirmata. Achilles Romanus

Sex & triginta ſpolia, quæ ab hoſtibus eripuerat ſingulari certamine ſuperatis. Traxiſſe. vi. Quaſi maior pars uictoriæ eius eſſent ciues, qui in manus oſtiũ deuenerãt. Tergo. c. v. in quo ſignificabatur illum non fugiſſe. Nouē triũ. Nouē triũphantes Imperatores ſecutus fuerat qui opera ſua teſte Soli. uicerant.

Totius ciui. ut magis in L. Dentatũ q̃ in Imperatorem oculos cõiiceret. Põpa. ordine ſequẽtiũ, in quo etiã uictoriarũ inſignia ꝓferebãtur. Ciuicæ. xiiii. erãt aũt ciuicæ quernæ. Murales, aureę. Obſidionalis, gramineæ. Torques. Ornamenta colli ex auro torta confecta, unde etiã torques dicti ſunt. Armillæ, ornamenta brachiorũ, a tegendis armis. i. ſuperioribus brachiorũ partibus.

ASCENSIVS.

¶ SED quod &c. Claudit exempla Romanorum ciuium admirabili, & non minus felici fortitudine Lucii Sicinii dentati dicens, ſed commemoratio Lucii Sicinii dentati, finierit, . i. terminauerit merito (quia maxima eſt, & ex rhetorico inſtituto maxima, quæq; autem in fronte, aut in calce locanda ſunt) omnia exempla Romana, quod. i. quatenus attinet ad excellen

tem fortitudinē præliatorū. Cuius.ſ. Lucii Sicinii opera, & honores.i.p̄mia operū poſſent iudicari excedere.i.excellere aut excellētiā habere, ultra fidē ueri.i.ultra q̄ uero ſimilē eſt niſi certi autores (inter quos ſup.eſt Marcus Varru) uoluiſſent ea eſſe teſtata.i. teſtificata ſuis monimētis.ſ.literarū hoc eſt ſcriptis. Quē.ſ. Luciū tradūt.ſ.certi autores deſcendiſſe in aciē.i.obiiſſe p̄iculū dimicādi cēties & uities (nō dicā uigeſies, niſi ſic ſcriptū antiqua fides p̄barit) utēte eo robore.i. firmitate animi atq; corporis, ut uidereť traxiſſe ſemp.ſ.ad ſe maiorē partē uictoriæ, & quē tradūt, retuliſſe.i. reportaſſe ex hoſte ſex & .xxx. ſpolia in quorum numero (repete tradunt) octo fuiſſe ſup. eorū, cū q̄bus dimicaſſet ex p̄uocatione.ſ.ad ſingulare certamē, utroq; exercitu ſpectāte, & quē tradunt ſeruaſſe.xiiii. ciues.ſ. Ro. raptos ex media morte.i. cū minimū abeſſent a cæde, & excepiſſe in pectore q̄nq; & .xl. uulnera (diligēter obſerua q̄ Valla præcipit, de numero minori p̄locādo intra.xx. & .c. & poſt locando poſt cētū, & ante.xx. uſq; adeo ut ex eius obſeruatione, Valla p̄ceptū collegiſſe cenſeri poſſet) tergo ſup.ente, aut manēte uacuo cicatricibus, unde nūquā terga uertiſſe hoſti p̄batur, & tradūt eū ſecutā nouem currus triūphales iperatoꝝ, cōuertentē in ſe oculos totius ciuitatis, numeroſa.i. copioſa pōpa donorū q̄ ab imperatoribus ob rē bn̄ geſtā receperat. Eni p̄ q̄a octo coronæ aureæ ob ſingularē uirtutē p̄ferebanť ſup.ei corōę ciuię.ſ.quernæ obſeruatū ciuē.xiiii.tres.ſ. coronæ murales q̄ inter primos trāſcēderat muros, quæ aureæ erant, & una obſidionalis, q̄ exercitū obſeſſum ſingulari uirtute liberauerat, repete p̄ferebanť. Torques.i.ornamenta colli ex auro intorto Galli cathenas uocāt.clxxxiii.armillæ.i.ornamēta brachiorū.clx.haſtæ.xviii.Phaleræ.i.ornamēta equorū xxv. appoſitoriæ ornamenta.i.q̄ oia ſunt ornamēta, ſatis multa .i. ſuffectura, ēt legioni, nedū.i.ne dicā ſolū, aut non ſolū militi ſup.uni, repete præferebantur illi ſequenti currum triumphalē.

T. Iubelius. Vnus ex p̄ricipibus Cāpanis de q̄bus ſumēdū erat ſuppliciū. Aio tuo, maius q̄ credere poſſes. Quē, uirū illū. laudat eius fortitudinē, ſi adeo fortis fuiſſet in fide Ro. ſeruada nōs quā Capua diſciuiſſet a Romanis. Sugillare, ut p̄ cædē ſuā, ac liberorū, & cōiugis. Fului crudelitas ad iuidiā eſſet iſignis. Quā ſen. uti miſericordia, Per quam incolumis eſſe poterat. Sugillare

DE T. IVBELIO CAMPANO.

Ille quoq; ex pluribus corporibus in vnum magna cum admiratione Calibus cruor confuſus eſt: in quo oppido cum Fuluius Flaccus, p̄pter Campanam perfidiā principes ciuitatis ante tribunal ſuum capitali ſupplicio afficiendos iudicaret, literiſq; a ſenatu acceptis, finē pœnæ eorū ſtatuere cogeretur, vltro ſe ei T. Iubelius Taurea Campanus obtulit: & q̄ potuit clara voce, Quoniā, iquit, Fului cupiditate tanta hauriēdi ſanguinis noſtri teneris, quid ceſſas in me cruentā ſecurim diſtringere? vt gloriari poſſis aliquāto virum fortiorem, q̄ ipſe es tuo iuſſu eſſe intereptū. Eo deinde, libenter id ſe eſſe facturum, niſi ſenatus voluntate impediretur, affirmante: At me, iquit, cui nihil Patres C. præceperūt, aſpice: oculis tuis quidem gratum, animo vero tuo maius opus edentē, p̄tinuſq; interfecta cōiuge, ac liberis, gladio incubuit. Quē virū illū putemus fuiſſe, qui ſuorum, ac ſua cæde teſtari voluit, ſe Fului crudelitatem ſugillare, q̄ ſenatus miſericordia vti maluiſſe.

EXTERNA DE COBRIA.

Age Gobriæ quantus ardor animi, qui cum ſordida, & crudeli Magorū tyrannide Perſas liberaret, vnumq; exiis obſcuro loco abiectum corporis pondere vrgeret, præclari operis ſocio plagam ei inferre dubitanti, ne dum Magū petit, ipſum vulneraret. Tu vero, inquit, nihil eſt, quod reſpectu mei timidius gladio vtaris: vel per vtrumq; illum agas licet, dum hic q̄ celerime pereat.

ASCENSIVS.

ILLE quoq;. Quia de ciuibus ſe nō plura dicturū ſignificauit affert exēplū fortitudinis i uiro Cāpano dicēs. Ille quoq; eruor.ſ. nobiliſſimus, utpote Iubelii, & liberorum, ac uxoris eius, cōfuſus.i. cōmixtus eſt, Calibus.i.in eo oppido Cāpaniæ, in unū.ſ.aceruū, ex pluribus corporibus, cū magna admiratione.ſ.tā eorū, q̄ factū audierāt, q̄ q̄ uiderāt. In quo oppido (ergo Cales oppidū) cū Ful. Fla. cōſul Ro. iudicaret principes ciuitatis afficiēdos capitali ſupplicio añ tribunal ſuū, p̄pter p̄fidiā Cāpanā q̄a Cāpani ad Hānibalē defecerāt, & cogereť ſtatuere pœnæ.i.punitioni eoꝝ.ſ.pricipū ciuitatis finē, & hoc lr̄is acceptis a ſenatu.ſ. Ro. T. Iubelius Taurea, Cāpanus.ſ. natione, obtulit ei.ſ. Fuluio, ultro.i.nō regſitus, & iq̄t, uoce q̄.i. quāti potuit clara, o Fului, q̄m teneris tāta cupiditate hauriēdi ſanguinis nr̄i, q̄d ceſſas diſtringere.i. denudare in me, ſecurim cruētā.i. cruore occiſorū illitā, ut poſſis gloriari aliq̄n̄.i.olim, aut gloriari uirū fortiorē aliquāto q̄ ipſe.i. tu es, eē itereptū tuo iuſſu. Deinde eo.ſ. Fuluio dicētem ſe facturū eū ſe libēter id.i.eni occiſurū, niſi ipediretť uoluntate ſenatus. At.i.ſed (iq̄t) aſpice me, cui p̄res cōſcripti nihil p̄ceperunt, edentem opus gratum quidē oculis tuis, uero p̄ ſed, maius animo tuo, q̄a ſimile in ſimili caſu non auderes, & protinus.i. ſtatim hoc dicto, ipſe interfecta coniuge, & liberis ſup. interfectis incubuit gladio.i. gladium ſe demiſit in conſpectu cōſulis Ro. unde autor. Quem.i. qualē uirum putemus illum fuiſſe qui uoluit teſtari.i. approbare, & teſtificari, cæde ſua. (Valla diceret ſui) ac ſuorū.ſ. liberorū, & cōiugis, ſe maluiſſe ſugillare.i. denigrare, & infamem reddere, crudelitatem Fului q̄ uti miſericordia ſenatus, qui pœnæ principum finem ſtatuere iuſſerat. q.d. haud dubie fortiſſimum.

OLIVERIVS.

ILLE quoq;. Cāpani ut ſupra diximus cū ad Hannibalē defeciſſent, & Romani deinde ciuitatē illorū torpeſcēte iā Hāni. fortuna in ſuā poteſtatē redigiſſent. Fuluius Fl. cōſul aſperioris igenii homo principes ciuitatis, q̄ defectionis autores extiterāt, Cales, & Teanū ducēdos curauit ut de illis ſuppliciū ſumeret contra collegæ ſui uolūtatē, q̄ rē ratā ad ſenatū reiiciēdā eſſe cēſebat, ille ueritus futurū, q̄d euenit ut a collega ſup hac re lr̄e ad ſenatū mitterētur, idq; fore ſibi ipedimētū, quo minus ſuā i Cāpanos uolūtatē expleret, p̄uenit ipſe celeritate ſua, nā cū eq̄tatu p̄fectus nocte eſt Theanū, & de Cāpanis, q̄ illic habebanť in cuſtodiis ſumpto ſupplicio, Properat cales p̄ficiſci, & equū iā p̄ducti eēnt Cāpani, ut capite muictareť, lr̄ę ſup̄uenerūt a ſenatu q̄bus finē exigēdæ pœnę de Cāpanis ſtatuere cogebať quas acceptas, nec reſolutas cū in gremio repoſuiſſe p̄coni iperauit ut lictorē lege agere iuberet, q̄d cū feciſſet, ea q̄ de Iubelio in lr̄a cōtineť, dcā ſunt. Ex pl.e. Hoc dicit, q̄a hic Iubelius uxorē prius, & liberos, deide ſemetipſū iterficit p̄p īgētē ai magnitudinē. In.v. Nō ex pluribus corporibus, i unū corpus fuſus ē cruor, ſed ī unū p̄mixtus eſt, q̄a uxore, & liberis iterēptis ſup his pectori gladiū iſigēs expirās corruit, & ita multorū cadauerū cruor in unū ꝯfuſus eſt.

OLIVERIVS.

AGE Gobriæ quātus Cābyſes Cyri regis Perſarū filius p̄ q̄etē monitus eſt Smerdim regnaturū ſeq; regno expulſum iri, ueritus ergo ne a fratre regno exuereť, Comatim ut uult Iuſt. Prexaſpē quēdā (ut Her. miſit, q̄ fratrē iterficere ipſe uero telo caſu quodā in fœmore ictus diē ſuū obiit iterea magus q̄dā noie Smerdis regnū occupauit antequā rex periret, ubi Cābyſes Smerdim regnare itellexit. Prexaſpē iterrogat, cur mādatū ſuū nō ſit exequutus, credebat.n. Smerdim hūc fratrē ſuū eē, ille affirmat ſe fratrē illius occidiſſe, ut reuera fecerat, rex Prexaſpē i carcerē coniici iubet, quo facto haud ita multo poſt rex moritur, Prexaſpes carcere liberať, q̄ poſtea in locū editū aſcēdit, q̄ſi ſimulata ſtultitia ridiculū, q̄d facturos eēt & cōgregato populo, cōuenerāt enī oēs mirātes, q̄d nā facturus eſſet, & cōfeſſus eſt ſe Smerdim regis fratrē illius iuſſu interfeciſſe, quo facto ſe p̄cipitē dedit principes ciuitatis etſi antea dubitauerāt hūc, qui regnaret Cambyſę fratrē, q̄q̄ & ipſe Smerdis appellaretur, atq; illi perſimilis, tamē q̄a nūquā p̄dibat in lucē, & maxime ꝯfeſſione Prexaſpę iā p̄ certo habere

DE LEONIDA.

Hoc loci Leonidas Spartanus nobis occurrit: cuius, propoſito opere, exitu nihil fortius. Nam cum CCC. ciuibus apud Thermopylas toti Aſiæ obiectus, grauem illum, & mari, & terræ Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, ſed Neptuno quoq; compedes, & cœlo tenebras minitantem, pertinacia virtutis ad vltimam deſperationem redegit, Cæterum perfidia, & ſcelere incolarum eius regionis, & loci opportunitate, qua plurimũ adiuuabatur, ſpoliatus, occidere dimicans, q̃ aſſignatam ſibi a patria ſtationem deſerere maluit. Ideoq; tam alacri animo ſuos ad id prælium, quo perituri erant, cohortatus eſt: vt diceret ſic: Prandete commilitones mei tanquã apud inferos cœnaturi. Mors erat denuntiata, Lacedæmonii perinde, ac victoria eſſet promiſſa, ductori intrepidæ paruerunt.

to habere ceperint hunc regis fratrẽ nõ eſſe, huc accedebat q cũ rex multas concubinas, filiam quoq; Otanæ cuiuſdã principis haberet, pater ut rem exploratã haberet, filiæ præcepit, ut diligenter animaduerteret, cũ rex profundiori ſomno captus eſſet nunqd aures haberet. Nã huic Cãbyſes dũ eſſet in regno aures iuſſerat auelli, ut dignoſceret a fratre, cui uultu, & nomine ſimilis erat, filia mox detulit ad patrem ſine auribus regem eſſe, hęc cum rem certã feciſſet, hũc qui regnaret Cambyſæ regis fratrẽ nõ eſſe, multi ex principibus ciuitatis coniurant patriã Tyrannidæ liberare, itaq; cũ Darius, & reliq ſecũ primores ciuitatis ad regiã armati perueniſſent, a cęteris quos ad ſui corporis cuſtodiã rex habere cõſueuerat, phibebantur ultimã portam intrare, ibiq; cum Darius Smerdiũ regẽ amplexus humi pſtrauiſſet, unuſq; ex ſociis telum in corpus regis dimittere dubitaret, tuendum Smerdium uulnera recipit. Dariũ quoq; trãſfigeret telũ, Iqt Darius p utrũq; corpus agas, dum hic pereat q̃ celerrime, in hac hiſtoria Valerii opinionem ſecuti ſumus qui multũ diſſentit a Iuſtino. Tyrannide mago illo, qui ſe per dolum regem fecerat. Obſcuro loco, Vbi lux nulla erat. Vel pro etiam utrunq;, Meum, ſcilicet & huius.

ASCENSIVS.

¶ AGE Darii &c. Bono ordine procedit, nã primũ intulit exẽpla mere domeſtica, deinde ſemiexternũ, nũc mere externũ dicẽs. Age, Adhortandi uox eſt. q. d. attende, aut diſcere, quantus ſup. fuit ardor animi Darii, unius ex principibus Perſarũ, qui cũ liberaret Perſas ſordida & crudeli tyrãnide magorũ, præſertim Mergidis, qui ſe fratrẽ Cãbyſe mentiebatur & urgeret .i. opprimeret pondere corporis. ſ. ſui, unũ ex his. ſ. magis, Mergide nomine abiectũ. i. pſtratũ loco obſcuro, inquit, ſocio præclari operis. i. tyrãnicidii dubitãti inferre plagã ei. ſ. mago, ne uulneraret ipſum. ſ. Dariũ incumbentem ſuper magũ, dum petit, aut peteret magum, uero. i. certe, nihil eſt quod. i. pter quod tu utaris gladio timidius. i. cum timore, reſpectu mei. i. ne me uulneres licet agas i. impellas, illum. ſ. gladium tuum, uel. i. etiam per utrunq; .ſ. me & tyrannum. i. dummodo hic. ſ. tyrannus pereat q̃ celerrime, id eſt ualde celeriter.

THEOPHILVS.

¶ DARII. Sunt qui legant Gobriæ ex, Herodoto & Trogo, cuius hiſtoriarum primo uerba ſunt hæc ipſi corripiuntur a pluribus, quorum alterum Gobrias amplexus magnum, cunctantibus ſociis, ne ipſum pro mago transfoderent, quia res in obſcuro loco gerebatur, uel per ſuum corpus adigi ferrum mago iuſſit, fortuna, tamen ita regente illo incolumi magus interficitur, hæc Trogus, & eo prior Hero.

OLIVERIVS.

Thermopyle, ¶ HOC loci Leonidas Spartanus. Cum Xerſes Perſarum, & totius Aſiæ rex exercitum infinitæ multitudinis, utpote decies cẽtena millia militũ in Græciã traduceret, ut eã ſuo imperio ſubigeret, Lacedæmonii Leonidã principem ciuitatis cum trecentis ciuibus miſerunt, qui in anguſtiis Thermopilarũ ſe Perſis offerret, & tranſitũ eorũ in Græciã phibiturus eſt aũt mons longiſſimus, qui ita Græciã diuidit ſicut Apeninus Italiã, teſte Liuio de bello Macedonico lib. v. Strabo uero uult eſſe anguſtias mõtis Oetæ ut ſupra diximus ibi Leonidas, cũ trecentis ciuibus, quo ſecũ duxerat tãta uirtute dimicauit, ut nõ ſolũ multos, ac ppe innumerabiles ex hoſtibus de mõte repulerit, ſed etiã rex ipſe ter de fide ſua cõſternatus fuiſſe dicat, multos ex Satellitibus, quos ad cuſtodiam ſui corporis ſeruabat, quoſq; ἀθανάτους hoc eſt immortales appellabat, eoſq; Leonidas ſuperauit, & docuit eſſe mortales, itaq; apparebat Xerxem ſibi tranſitũ Græciã uiribus quidẽ aperire nõ poſſe, niſi agreſtis incola regi locũ aperuiſſet, per quem in cacumen mõtis euadere poſſet. Rex illũ multis muneribus donatũ multitudini ſuæ ad montem ſcandendum ducem dedit, quos cũ iam ſuperiora loca tenẽtes Leonidas cõpexiſſet enim uero cognouit ſe diutius reſiſtere non poſſe, nec eo tñ remiſſior ad pugnã eſt factus quin etiam ſuos ita allocutus eſt, ut diceret eos ita prãdere, tanquam cenaturos ad inferos, hi duci ſuo tanquam triumphos, ac uictoriam permiſiſſet intrepide paruerunt & ita pugnantes omnes pro patria fortiter occubuerũt. Multis tamen prius ex hoſtibus interfectis. Vnde de hoc Stra. li. ix. in deſcriptione Thermopilarum Leonidas inquit, ſane paucis adiũctis finitimis cõtra tot Perſarũ millia hominum ualentiſſimorũ tñe ope locorum obſiſtit, donec alio per montana circumeuntes tramite Barbari ipſius leonidæ commilitones conciderunt, & tunc in cõmunẽ cũctorũ tumulum eorũ polyandrium, adeſt & inſculpta in columna. Spartanorum late uulgata inſcriptio. Dic Lacedæmoniis hac hoſpes parte iacere, dum illorum rigidis legibus obſequimur. Grauem, Perniciosum, quia nec mare, nec terra eum ſuſtinere poterant. Sed, Neptuno compedes. Quia dicitur Xerxes Bizantium ponte iunxiſſe uel q mare nauibus ſtrauit ut dicit Iuſti. Propterea compedes uidetur inieciſſe Neptuno. Tenebras cæ. quia multitudine ſagittarum cælo tenebras inducebat, & ſolis lucem auferebat.

ASCENSIVS.

¶ HOC loco ſeu hæc loci. Vtrũq;. n. legitur. Recitat mirabilẽ uirtutẽ Leonidæ, & cæterorũ Spartanorũ dicẽs. Leonidas Spartanus. i. Lacedæmonius, nã Sparte, ſeu Sparta ẽt Lacedæmõ dr occurrit nobis. ſ. memorandus hoc loci, aut hoc loco, uidelicet inter uiros fortiſſimos, cuius. ſ. leonide ꝓpoſito, qa uoluit hoſtẽ arcere a pñia opere, qa inumeros occidit exitu qa tãde fortiſſime cecidit, nihil eſt fortius. Nã ipſe cũ trecẽtis ciuibus. ſ. Lacedęmoniis, obiectus toti Aſiæ. i. exercitui, quẽ ex tota Aſia cõtraxerat Xerxes, apud Termopylas. i. anguſtias illas mõtis. Oetæ dictas q̃ſi portas calidarũ aquarũ. Redegit ptinacia. i. ifragibili cõſtãtia uirtutis ad ultimã deſperationẽ Xerxẽ illũ grauẽ. i. moleſtũ & mari, & terræ & nõ modo terribilẽ hoibus, ſed minitãtẽ quoq; Neptuno. i. deo maris cõpedes, qa Helleſpõtũ ponte iũxit, & Colaphis cæſũ, quaſi cõpedibus cõſtrictũ ſeminatus eſt, minitantẽ cælo tenebras, qa multitudine telorũ terris umbras induxit, ita ut q ſub illis erãt, poſſent putaſſe cælo lucem deeſſe. Cæterũ, ſed, ipſe ſpoliatus opportunitate loci qua plurimum adiuuabat, ſpoliatus dico, perfidia, & ſcelere incolarũ, qa unus ex incolis regionis docuit a tergo aditũ in montẽ, unde Leonidas depugnabat, uiſo aũt hoſte, maluit occidere. i. occubere dimicans, q̃ deſerere ſtationẽ aſſignatã ſibi a patria, ut. ſ. in ea ſtans hoſtes arceret. Ideoq;, qa maluit occidere q̃ fugere cohortatus eſt ſuos. ſ. ciues illos trecẽtos, ad id prælũ, quo erant perituri qa, non erat ſpes euadendi, cohortatus inquã eſt animo tã alacri, ut diceret ſic. O cõmilitones mei prãdere tãquã cœnaturi apud inferos. ſ. i cãpis Elyſiis. Mors erat denũciata. ſ. hoc dicto, & tñ ſup. Lacedæmonii puenerũt ductori. ſ. ſuo Leonide, itrepide perinde ac. i. nõ aliter q̃ ſi uictoria eſſet pmiſſa.

THEOPHILVS.

¶ LEONIDAS Spartanus. Quum Xerxes in terram Græciam cum decies centenis armatorũ millibus aduentaret a Lacedęmoniis qngenti duce Leonida miſſi ſunt, ut anguſtas Thermopilarum fauces, occuparent. Epulabatur, & ecce ingens Barbarorum uis a ſummis ingruit iugis, quos ubi Leonidas aſpexit, prandete, inquit, commilitones, tanquam apud inferos cenaturi. Tunc facto in Perſas impetu multis confoſſus telis ad Xerxem peruenit, eiq; Diadema arripuit, occiſi tot a Xerxe exectum ſetus hirtum inuentum eſt, hiſtoriam refert Ariſtides re,

rum Perſicarum primo. Neptuno compedes. Quum oborta mari tempeſtas pontem, quo Xerſes iunxerat Helleſpontum diruiſſet, ille furiis actus, Helleſpontum trecentis plagis affecit, compedeſq; grauiſſimas in ipſum deiecit, cum hac inſultatiōe. Dominus hac acerba pœna te plectit, autor Herodotus, & Iuuenal. Ipſum compedibus, qui uinxerat, Ennoſigeum.

nor & Chromius ſuperſtites uictoriam in urbem renunciant, per ſummam poſtea quietem Othryades, qui ſuperfuerat, ſeſe miſſ actis initens haſtis Cæſorum ſcuta corripiens Trophæum erexit, ex proprio inſcribens cruore Δι τροπαιουχω, id eſt Ioui in cuius poteſtate ſunt Trophea, de hinc orta utrinq; diſcordia Amphictyones quum in rem præſentem ueniſſent, uictoriā Lacedæmoniis adiudicant, ut Chryſermus Pelo ponеſiacorum tertio tradit, Herodotus.

DE OTHRYADÆ.

Othryadæ quoq; pugna pariter, ac morte ſpecioſa: Thyræatium laude, ꝙ ſpatio latius ſolum cernitur, qui ſanguine ſuo ſcriptis literis, direptam hoſtibus victoriam, tantum non poſt fata ſua in ſinum patriæ, cruento trophæi titulo retulit.

DE EPAMINVNDA.

Excellentiſſimos Spartanæ virtutis prouentus, miſerabilis lapſus ſequitur. Epaminundas maxima Thebarum felicitas, idemq; Lacedæmonis prima clades, cum vetuſtam eius vrbis gloriam, inuictamq; ad id tempus publicam virtutem apud Leuctram, & Mantineam, ſecundis præliis contudiſſet, traiectus haſta, ſanguine, & ſpiritu deficiens, recreare ſe conantes, primum an clypeus ſuus ſaluus eſſet, deinde an fuſi hoſtes, penitus forēt interrogauit: que poſtquā ex animi ſententia cōperit, Non finis, inquit, cōmilitones meæ vitæ, ſed melius & altius initium aduenit. Nunc enim veſter Epaminundas naſcitur quia ſic moritur. Thebas ductu, & auſpiciis meis caput Græciæ factas video, & fortis, & animoſa ciuitas Spartana iacet, armis noſtris abiecta: & amara dominatione Græcia liberata eſt: orbus quoq; non tamen ſine liberis morior, quoniam mirificas filias Leuctram, & Mantineam relinquo. E corpore deinde ſuo haſtam educi iuſſit, eoq; vulnere expirauit. Quod ſi eum Dii immortales victoriis ſuis pfrui paſſi eſſent, ſoſpes glorioſior patriæ mœnia non intraſſet.

OLIVERIVS.

OTHRYADÆ quoq; pugna pariter ac. Athenienſes & Lacedæmonii de agro Thyreatiū inuicem diſſidebāt, & cū de hoc utrinq; exercitus pugnaturi cōſtituiſſent, ne magnā cladē acciperent totius belli fortunā trecētis militibus cōmiſerūt, qui utriq; pro ſuo dimicarēt exercitu, & dū hi pugnatēt, reliqui oēs ī caſtra diſcederēt, in hac pugna tāta animorū ꝑtinacia certatū eſt, ut cęteri omnes occubuerint unus tñ Othryades pugnæ ſupſtes extiterit qui ne ſolus in caſtra rediret, ſeipſum inter hoſtilia cadauera gladio trāsfixit, & ſanguine ꝓprio ſcuto ſuo literas inſcripſit νενικα.i. uici deīde cū e caſtris utrinq; oēs exiſſent ad colligēda cadauera ut ſepulturæ mandarent nec aliqua ratione ſecerni poſſet, utri uictores fuiſſent Othryadæ corpus inter cadauera Athenienſiū repertū eſt, cū ſcuto ubi uictorię Titulus erat inſcriptus, ex quo cognitū eſt ipſum uictorē ſupſtitē fuiſſe, & ita cōſenſu Athe. Lacedæmonii Thyreatiū agrū ſpatio qdē anguſtū ſed laudibus amplū deinceps poſſederūt. Spatio, quia paruo ſpatio circunſcriptus erat locus ille. Ordo aūt literæ eſt, ſolū Thyreatium latius laudem ꝙ ſpatio cernitur ſpecioſa pugna pariter, ac morte Othryadæ. Direptat. non p.f.ſ.in.ſ. id eſt ferme, & quaſi poſt mortem ſuam nam parum aberat a morte cum ſanguine ſuo uictoriæ titulum ſcuto ſuperinſcripſit, ac ſi diceret in ipſo mortis articulo, & eſt modus dicendi tantum non pro ferme Valeri. propemodum peculiaris.

ASCENSIVS.

OTRYADÆ &c. Ordo eſt. Solū quoq; Thyreatiū .i. qd' Thyræates colunt, cernit.i. conſpicitur, latius.i. extenſius, laude Othryadæ.ſ. Lacedæmonii illius forte ſic dicti, ꝙ Otrii eſſet filius, ſpecioſa pariter pugna, ac morte ꝙ ſpatio.i. extenſione locali, ſic Oli. legit, Alii non morte, ſed mors legunt quibus libentius accedo ꝓpter particulam quoq;, ut ſit ordo. Pugna quoq; pariter, ac mors Othryadæ, ſpecioſa ſup. eſt, cuius ſup. laude ſolū Thyræatiū cernitur latius ꝙ ſpacio, & ſup. q retulit in ſinū patriæ cruēto titulo Trophei, utpote literis ſcriptis ſanguinæ ſuo, uictoriam direptam hoſtibus.ſ. Athe. tñ nō.i. dūtaxat poſt ſua fata.i. poſt mortem uoluntariam, noluit enim ſuperuiuere cæteris cæſis, ut q eius ſcripta legerūt, interpretati ſunt, potuit tñ fieri, ut accepto letali uulnere, ſed ſpū nondū ſopito ea ſcripſerit, & eo ſolo uicerit, ꝙ cæteri ſimilia ſcribere, aut non potuerint, utpote iā defuncti, aut nō curauerint minus pro patriæ gloria attenti.

THEOPHILVS.

OTHRYADÆ. Argiuis, ac Lacedæmoniis de Thyreatæ agro diſceptantibus amphictyones ſtatuerunt, ut utriq; pugnam committerent, & ager uictoribus adiudicaretur. Itaq; Lacedæmones Othryadem, Argiui Terſandrum creant imperatorem, quibus deinde pugnantibus duo ex argiuis Age

Thyreatium ſolum. Thyrea de qua certamen inter Argiuos & Lacedæmonios fuit, in mediis utriuſq; ciuitatis finibus poſita, dicitur & Thyre numero multitudinis ex cōtractione, unde incolæ thyreatæ, ut tegeatæ, & genere fœminino Thyreatis. hec Steph.

Leuctram. Leuctra numero multitudinis, & neutro genere declinatur, ex Strab. Plutar. Suidę monimentis Euſtachio, cęteris Pauſanias κατὰ Μυστρα ἀρχαιων του ταβαιοτα.

OLIVERIVS.

EXCELLENTISSIMOS Spartanæ ciuitatis. Epaminondas bellicę artis gloria pręſtans primus docuit Lacedæmonios, qui Græciæ regnum occupauerāt uinci poſſe, & eorum opes frangi, nam apud Leuctra primo fudit, atq; fugauit illorum exercitū, cum Cleombroto duce, qui tanta cum ſpe fuerat a Lacedęmoniis aduerſus Thebanos miſſus. ut nihil prorſus de uictoria dubitarent, qui cum ad Leuctra ueniſſet, ac diligenter hoſtium uires, & conſilia cognouiſſet, tandem intellexit illos omnibus rebus eſſe ſuperiores, ſed quoniam tanta cū opinione ciuiū uenerat Cleōbrotus ut redire non poſſet niſi cum magna ciuium offenſione, rem pugnæ cōmiſit, & a Thebanis Epaminonda duce ſuperatus, magnam patriæ ſuæ cladem intulit, adeo ut niſi eſſet accitus ex ægypto Ageſilaus, actum eſſet de re Lacedæmoniorū erat enim ad eā neceſſitatē ꝑuentū, ut mulieres arma ſumere coactæ fuerint, ad urbis mœnia defendenda, rurſus apud Mātineā cum utrinq; exercitus conſtitiſſent ueritus Thebanos in acie ſegnius pugnaturos his uerbis & oratione hortatus eſt, ut diceret captiuitatem uxorem, liberorū, Patriæ ſibi ante oculos proponerent, ipſis quoq; urbis mœnia ſolo paulopoſt adæquandā niſi fortiter agerent, quibus animati Thebani ciues Lacedęmonios acri pugna ſuperarūt. Frontinus lib.i. cap.xi. Epaminōdas inquit dux Thebanorū aduerſus Lacedæmonios dimicaturus, ut non ſolum milites uiribus ſuis, uerūetiam affectibus iuuarētur, pronunciauit in cōcione deſtinatum Lacedæmoniis, ſi uictoria potirentur omnes uirilis ſexus interficere uxoribus autē eorum, & liberis in ſeruitutem adductis Thebas diruere quia concione concitati primo impetu Thebani Lacedæmonios expugnauerunt, de hoc uiro & Cicero. in epiſtolis ad L. Luceium dicit enim quem noſtrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas, non cum quadam miſeratione delectat? qui cum demiq; ſibi ſpiculum auelli iubet, poſtquā ei percunctanti dictum eſt, Clipeum ſaluum eſſe, ut etiā in uulneribus dolore æquo animo cum laude moreretur. Inuictam publicam uirtutē. Quia & ſi multi ex Lacedæmoniis oppreſſi ſunt publice, tñ omnium bellorū ad id tēpus ſuperiores extiterāt. Leuctram, & Mantinæam. Leuctra oppidum eſt Bœotię haud ꝓcul ab Helicone iuxta lebadiam &

Epaminōde uirtus.

Mātinęa

diam & Cheronæ, teſte Stra. lib. ix. in deſcriptione Bœotiæ, dicit enim iacet aūt Heliconis & Cheroneæ mediū iuxta coroneam, Leuctra in eo tractu ſunt ubi Epaminondas Lacædemonios in gēti ſuperans ꝓlio, eorū calamitatis & cladis initiū reperit, ex eo eni īpe Græciæ principatū ultra recuperare nequiuerunt, quem prius adepti tenebāt, ꝑſertim poſtquā ſecūdo apud Mātineā cōgreſſi rē īfeliciter geſſerūt unū tñ illis q̄q̄ hūc ī modū afflictis ꝑmāſit, ut nullorū aliorū ditioni ſubacti ſint uſq; ad R. imperiū, a q̄bus eis habitus ꝑdurat honos ꝓpter regēdæ ciuitatis ꝓbitatē monſtrat ſane locus ipſe in uia q̄ ex platæis ducit ad Theſpias Mātinea uero fuit in Archadia eodem teſte, ſed ut uult, nūc nō extat, nā Epaminondas, inq̄t Mātineā, ſuperatis ſecunda pugna Lacedæmoniis, illuſtrē reddidit, in qua & ipſe obiit, hæc autem euanuit. Sed me. & al. initiū uitæ, q̄a fama uirtutis meæ apud poſteros æterna manabit. Ciuitas ſpar. Sparta metropolis ciuitas eſt Lacedæ. hoc eſt principalis, q̄ alio nomine Lacedæ. dicit̄ q̄q̄ nonnulli uelint Lacedę. regionē eſſe. Spartam uero urbē. Iuſt. li. xi. Thebani, inq̄t, auxiliantibus Athen. bellū his intulere. ſ. Lacedæ. quæ ciuitas ex infimis incrementis uirtute Epaminonde ducis ad ſpem Imperii Græciæ erecta eſt.

ASCENSIVS.

EXCELLENTISSIMOS. Affert pulchrū fortitudinis exēplum in Epaminōda Thebano dicens. Lapſus miſerabilis uirtutis Spartanæ. i. Lacedæmoniæ, ſequitur excellentiſſimos ꝓuentus uirtutis Spartanæ. Epaminondas maxima felicitas Thebarū, & idem prima clades. i. calamitas Lacedæmoniorū, cū. i. poſtquā cōtudiſſet. i. tūdendo oppreſſiſſet uetuſtā gloriā eius urbis, uidelicet Lacedæmoniis, & uirtutē publicā. i. totius ciuitatis inuictam ad id tempus, cōtundiſſet dico ꝓliis ſecundis. i. proſperis ſibi, & ſuis, apud Leuctrā, & Mantineā. i. loca illa, in quibus feliciter cū Spartanis ꝓugnauit, traiectus haſta. i. habēs corpus traiectum haſta, & ſup. deficiens ſanguine, & ſpū. ſ. uitali interrogauit. ſ. amicos conātes ſe recreare. i. cōſolando reparare uires animi eius primū, an Clypeus ſuus eſſet ſaluus, q̄a turpiſſimū erat Clypeū abiicere, deinde, an hoſtes forent fuſi penitus, q̄. ſ. duo poſtquā cōperit ex ſententia animi. i. ex uoluntate ſuā. i. ita ſe habere ut uoluit, inq̄t, o cōmilitōes, nō finis uitę meę aduenit, ſed melius, & altius initiū uitæ ſup. uenit enim ꝓ q̄a. Epaminōdas uidet̄. ſ. dux, naſcitur nūc. ſ. in eterna memoria, q̄a ſic. i. tam glorioſe moritur (Pulchre ſe laudans in tertia tāquā de altera loquitur perſona. Simile aūt cum illo ſentiens eccleſia noſtra, celebrat ſanctorū martyrū natalitia, quo die hinc ad æterna migrauerūt regna.) Ego uideo Thebas factas ductu. ſ. meo, & auſpiciis meis. ſ. felicitate & ꝓudentia mea caput. i. principē ciuitatē Græciæ & ciuitas Spartana fortis, & animoſa iacet abiecta. i. uilis effecta armis noſtris Græcia eſt liberata, amara dñatione. i. tyrānide Lacedæmoniorū. Ego quoq;. i. etiā amorior, orbus. i. carens naturali, aut carnali ꝓle, nō tñ morior ſine liberis, q̄in relinquo Leuctrā & Mātineā. i. memorias uictoriarū mearū apud Leuctrā prius, & nūc apud Mātineā mirificas filias. i. loco mirificarū filiarū. Deide. i. illis dictis iuſſit haſtā, qua traiectus erat duci. i. leniter trahi e corpore ſuo, & expirauit. i. ſpiritū emiſit eo uulnere. Q uā ſi. i. dato, q̄ Dii immortales paſſi eſſent eū perfrui. i. ad ſatietatē uitæ, aut ad extremū fati frui uictoriis ſuis ipſe ſoſpes. i. ſanus, & incolumis nō intraſſet glorioſior. i. plenior ueræ gloriæ mœnia patriæ. ſ. Thebarū, ſup. q̄ intrauit hoc dicto, & facto.

DE THERAMENE ET THEOGENE.

Acne Theramenis quidem Athenienſis in publica cuſtodia mori coacti, parua mentis conſtantia, in qua triginta Tyrannorū iuſſu porrectam veneni potionem non dubitanter hauſit. Quodq; ex ea ſuperfuerat iocabundus ille ſum homo clarū edere ſonum coegit. Reddenſq; ſeruo publico, qui eā tradiderat, Critiæ, inquit, propino: vide igitur vt hoc poculum ad eum continuo perferas: erat autem is ex. xxx. tyrannis crudeliſſimus. Profecto eſt ſupplicio ſe liberare, tam facile ſupplicium perpeti. Itaq; Theramenes perinde ac in domeſtico lectulo moriens, vita exceſſit. Inimicorū æſtimatione punitus, ſuo iudicio finitus. Sed Theramines a literis, & doctrina virilitatem traxit. Numantino vero Theogeni ad conſimilem virtutem capeſſendam, quaſi magiſtra gentis ſuæ ferocitas extitit, perditis nanq;, & afflictis rebus Numātinorum, cum omnes eius ciues nobilitate, pecunia honoribuſq; præſtaret: vicum ſuum, qui in ea vrbe ſpecioſiſſimus erat, contractis vndiq; nutrimentis ignis, incendit, protinuſq; ſtrictum gladium in medio poſuit, ac binos inter ſe dimicare iuſſit: vt victus, inciſa ceruice ardentibus tectis, ſuperiaceretur: qui cū tam forti lege mortis oēs aſſumpſiſſet, ad vltimum ſeipſum flammis immiſit.

OLIEVRIVS.

ACNE Theramenis quidē Athe. ſubactis Athenienſibus, ut diximus in. c. de Somniis Lyxander Lacedæmoniorū dux triginta ꝓtores īpoſuit qui paulopoſt facti ſunt. xxx. tyranni, nā illoꝝ opera ſublato de medio Alcibiade, cuius metu reprimebantur ſęuire ceperūt in plebē Athenieſem, & in populū uniuerſum crudelem Tyrannidē exercere, nam tanti ultoris uideſlicet Alcibiadis metu liberati, miſeras urbis reliquias cædibus, & rapinis crudeliter exhauriunt, quod cū Theramenī uehemēter diſpliceret, eorū libidinibus ſæpiſſime obſtaret iniecto falſo crimine, ī carcerē coniecerūt, eiq; uenenatū poculū paulopoſt hauriendū miſerūt, q̄d cū forti animo, & indubitanter hauſiſſet, quod poculū uenenatū miſſum in fundo remanſerat, & tunc terre incuſſit dicens. Hoc Critiæ ꝓpino, erat autē unus ex triginta, hi uero fuerūt Thraſibulo eiecti, & Critias interēptus. Critiæ ꝓpino. Q uaſi diuinās q̄d futurum erat, ut exigerētur omnes & Critias occideretur. Cice. lib. i. Tuſcul. Quā me delectat, inq̄t, Theramenes q̄ elato animo eſt, etſi enim flemus cū legimus tñ non miſerabiliter uir clarus emoritur, qui cū etiā coniectus in carcerē. xxx. tyrannorum iuſſus uenenūq; ut ſitiens ebibiſſet, reliquū ſic e poculo eiecit, ut id reſonaret, quo ſonitu reddito arridens propino, inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat deterrimus, Græci enim in cōuiuiis ſolēt nominare, cui poculum traditur ſint. Iuſſit uir egregius in extremo ſpū cum iam ꝑcordiis ſuſceptā mortē cōtēneret, uereq; ei, qui uenenū ꝑbuerat, mortē eā eſt auguratus q̄ breui cōſecutus eſt. Profecto eſt tā fortiter mori. tā cōſtāter mori eſt ſe ſupplicio mortis liberari. Inimicorū exiſtimatione, inimici quidē de morte pœnas dediſſe illum credebant, ipſe uero mortē pœnarū finē eſſe iudicauit. Literis & doctrina. Eſt endiadis. i. doctrina literarum. Numantino uero Theogeni. Cū Numantiā obſidet Scip. poſterior cōplures oppidanos ex urbe ꝓgreſſos ad colligēda frumenta pallantes per agros occidere uetuit, q̄ diceret eo facilius quicquid frumenti eſſet in urbe cōſumpturos eſſe quo plures eſſent, nā quod portabatur in urbem per eos, qui exierant ad paucorum dierū uſum, erat igit̄ cōſumptis oibus quæ ad uictum ꝓſtarent, deſperatiſq; ſociorum, & aliorum auxiliis cum iam famis extremitatē diutius tolerare non poſſent, ne in ſeruitutem uenirent conſilio Theogenis ſe inuicem tradentes neci omnes occubuere, ſed de hac fame, & neceſſitate uidebimus lib. vii. c. de neceſſitate. Pręſtaret, Superaret, excelleret. Vicum ſuum. Q uem habitatione ſua totū occupauerat. Tā forti lege. Vt inter ſe de uita certarēt.

Propinare.

Theogenis.

ASCENSIVS.

ACNE Ther. Affert exēplū fortitudinis Theramenis ciuis & philoſophi Athe. in carcere potionem uenenatā a tyrānis miſſam forti animo haurientis. Ordo eſt. Ac ne quidem. i. nō ēt cōſtātia mētis Theramenis Athe. coacti mori in pub. cuſtodia. i. carcere parua ſup. eſt, immo magna, in qua. ſ. cuſtodia, aut mentis cōſtātia, hauſit nō dubitāter potionē ueneni porrectā iuſſu xxx. tyrānorū, & ipſe iocabundus. i. per iocū irridens, coegit id quod ſupfuerat ex ea. ſ. potione q̄a totū bibere nō ualuit, ille ſum homo. i. in humū. i. fortiter iactu in terrā edere. i. emittere ſonū, clarū & reddens ſeruo publico ſup. partē aliquā potionis, qui. ſ. ſeruus tradiderat ſup. eam potionem, inq̄t, ego ꝓpino ſup. ſimilem hauſtum, aut potionem Critiæ. ſ. tyranno. q. d. expectet Cri-

DE VXORE ASDRVBALIS.

Verum vt æque Po. Ro. inimicæ vrbis excidiũ referam: Carthagine capta, vxor Aſdrubalis exprobrata ei impietate, ꝙ a Scipione ſoli ſibi impetrare vitam contentus fuiſſet, dextra, leuaq; tres communes filios mortem non recuſantes, trahens incendio ſe flagrantis patriæ obiecit.

DE DVABVS PVELLIS SYRACVSANIS.

Muliebris fortitudinis exemplo, æque fortẽ duarum puellarum caſum adiiciam. Cum peſtifera ſeditione Syracuſarum, tota regis Gelonis ſtirps, euidentiſſimis exhauſta cladibus ad vnicam filiam Harmoniam virginem eſſet redacta, & in eam certatim ab inimicis impetus fieret: nutrix eius, æqualem illi puellam, regio cultu ornatã, hoſtilibus gladiis obiecit: quæ ne cum ferro quidem trucidaretur, cuius eſſet cõditionis: ederet, proclamauit admirata illius animum Harmonia, & tantæ fidei ſupereſſe non ſuſtinuit: Reuocatoſq; interfectores, profeſſa quænam eſſet, in cædem ſuam couertit. Ita alteri tectũ mendacium, alteri veritas aperta finis vitæ fuit

ſtias breui uitæ ſuæ exitũ. (Nã in cõuiuiis qui datũ poculũ biberũt, ſolẽt cui faueãt nouũ ꝓpinare) igitur q̃a Critiæ ꝓpino, uidelicet.i.ꝓſpice, ut ꝑferas cõtinuo hoc poculũ ad eũ.ſ. Critiã aũt ꝑ ſed, is (inq̃t autor) erat crudeliſſimus ex.xxx.tyrannus, deinde autor laudãs factũ Theramenis a prudẽtia dicit. Profecto ꝑpe tũ ſuppliciũ tam facile eſt liberare ſe ſupplicio. Itaq;.i.& ita Theramenes exceſſit uita perinde ac.i.tãquã eſſet moriens in lectulo domeſtico, punitus exiſtimatione.i.iudicio inimicorũ.ſ.tyrãnorũ, finitus.ſ. punitiõe largiore, & huius uitæ miſeriis iudicio ſuo.i.ut ipſe idicabat, & iterpratabat. Sed Theramenes traxit uirilitatẽ.i. animoſitatem, & fortitudinẽ, qua uſus eſt a literis & a doctrina quia multa legerat, & audierat, ac docuerat, quibus aduerſa fortiter tolerãda didicerat. Numãtino uero ꝑpetuo cõtextu tanquã principiũ ſequentis narrationis ex fine p̃cedentis, depẽdeat connectit autor narrationẽ ſuam.q.d. Theramenes q̃dẽ ex literis fortitudinẽ didicerat, uero ꝓſed Theogeni Numantino.i.uni ex principibus Numãtiæ urbis Hiſpaniæ, quã Scipio ad excidiũ cõpulit, ferocitas gentis ſuæ.i. qua fere oẽs Numantini ꝑditi eſſe ſolẽt, extitit quaſi magiſtra, ad Capeſſendã.i.obeundã ſimilẽ uirtutẽ. Nãq; rebus Numantinorũ perditis, & afflictis, cũ ipſe præſtaret.i.ante iret, oẽs ciues eius.ſ.Numãtiæ (alioqui diceret ſuos) nobilitate, pecunia, & honoribus incendit uicũ ſuũ, qui erat ſpecioſiſſimus in urbe, & hoc nutrimẽtis.i.fomẽtis ignis, hoc eſt lignis, & aliis cõbuſtilibus cõtractis undiq;, & poſuit ꝓtinus.i. ſtatim, ut incẽdiũ inualuit, gladiũ ſtrictũ.i.nudatũ io medio, ac iuſſit ſic ciues, dimicare iter ſe binos.i.duos, & duos ea ſup. lege, ut uictus ſuperiaceret tectis ardẽtibus ceruice inciſa.i. habens ceruicẽ inciſam, qui cũ abſumpſiſſet oẽs, tã forti lege mortis qua alter alterũ cogebat occidere imiſit ſeipſum flãmis.i.io flãmas ad ultimũ, cũ nõ haberet, a quo immitteretur. Sed in euẽtu rei, ut uerba ſonãt, difficultas eſt ſi cum bini dimicauerint, & tantum uictus in flammas iniectus ſit uideretur duntaxat altera pars ciuitatis abſumpta, unde dicẽdũ, ſic dimicaſſe, ut oẽs mori parati fuerit, nã uictor unius ſinebat ſe uinci ab altero, ratus pulchrius ſic mori q̃ hoſtibus dedi, aut ſibi manũ inferre, cum ergo Theogenes ultimũ ſic cõfeciſſet penuria adactus ſeſe in ignẽ immiſit.

THEOPHILVS.

¶THERAMENIS. Teramenes Iſocratis auditor agnonis. F. ex actice tribu. Stina. q̃ rogationes alias tulit, & duas inprimis improbas, ex Arginuſis in humationẽ militũ ſuffragãte ſibi Calliſxeno trigintaq; Tyrãnorũ dominatũ, quo populus opprimeretur. Itaq; ſortitus eſt dignũ uita finẽ, ab iis, enim triginta ſublatus eſt iudicio Critiæ. Sũt q̃ dicãt ab ara auulſum quo cõfugerat, ob igeniũq; uerſatilẽ Cothurnũ, uocatũ ꝙ i ſeditiõe utrarũq; partiũ eẽt, iſeruiẽſq; tẽpibus utilitatẽ fide potiorẽ hẽret, ut Cothurnus uiris & mulieribus æq; cõuenit, ut & hoc iſtituiſſe tria pœnarũ genera, uel ſub haſtã bona publicari, uel cicutã ſorbere, uel exulare. Natus apud inſulã Cęã ab Agnone adoptatus eſt a thucydide tñ laudat. Lr̃is, & doctrina. Nã ſtudio ſapiẽtię claruit, & p̃ter Iſocratẽ, Prodicochio dedit opera. Scripſit aũt declamationũ libros tres, idẽ de ſimilitudine ſermonis, de cõparationibus, de figuris & alia q̃dã.

OLIVERIVS.

¶VERVM, ut æq; Po. Ro. Cartha. capta. idẽ Scipio poſterior Cartha. q̃ ſuperior tributariã fecerat, expugnauit, in cuius euerſione cũ Haſdrubal in Scipionis deditionẽ ueniſſet, eius uxor indignata ꝙ ſe liberiſq; cõtẽptus ſibi ſoli cõſuluiſſet, ne in captiuitatẽ ueniret, ſecũ duos filios mortẽ nõ recuſantes in arcis faſtigia trahẽs, ſe cũ illis in urbis incẽdiũ p̃cipitẽ dedit, fuit aũt huius Haſdrubalis uxor, q̃ filiã ſuã noĩe Sophonisbã Syphaci numidarũ regi dederat uxorẽ, ne in Ro. ſocietatẽ ueniret, ſecũdo pun. bel. q̃ q̃dẽ & ipſa nihil a matre degenerãs miſſo a Maſiniſſa, q̃ ꝑ nuptiarũ occaſionẽ uolebat illã a captiuitate uindicare, cum nõ poſſet, ueneno illud fortiter hauſit. Exprobata, iprobata ipietate, q̃d ſui & liberorũ oblitꝰ cẽt.

ASCENSIVS.

¶VERVM ut æq;. Ad filiũ orationis in aliis reſpicit ſimilẽ animũ in aliis ſimilẽ euẽtũ, ĩ aliis par. in aliis diſpar ſtadiũ, uñ hic dicit. Verũ ut referã excidiũ urbis æq;.i. æqualiter inimicæ P.R. ut fuit Numãtia, uidelicet Cartha. Carthagine capta uxor Haſdr. ipietate exprobata.i.iprc perata, & ꝓprio data ei.ſ. Haſdrubali, ꝙ fuiſſet cõtẽtus ĩpetrare ſibi ſoli uitam a Scipio. trahẽs dextera & leua.i. utraq; manu, tres filios cõmunes.ſ. iter ſe hoc eſt Haſdrubalẽ, & ipſam, nõ recuſãtes mortẽ.i.mori paratos obiecit ſe incẽdio p̃tię flagrãtis.i. ardẽtis.

OLIVERIVS.

¶MVLIEBRIS fortitudinis exemplo æq;. cũ pæſtifera Hyero Syracuſarum rex P. R. Amiciſſimus fuit ſecũdo Pun. bel. hic aũt filiũ habuit Gelonẽ, a quo Hyero natus eſt, q̃ cauſa fuit extinguẽdæ regiæ ſtirpis, nã mortuo Hyerone, atq; patre, cũ eſſet admodũ puer, & regno imaturus tutoribus tũc cõmẽdatus eſt, & amicis, q̃ eius ingeniũ ad p̃cipitãdũ in omnia uitia acceperũt, q̃ ita cernẽs futura Hyero ultimo ſenectã dr̃ uoluiſſe liberas Syracuſas relinquere, ne ſub dñatu puerili ꝑ ludibriũ bonis artibus partũ, firmatũq; interiret regnũ ſed eius cõſilio reſiſtere filiæ, q̃ p̃cibus & blanditiis pellexerũt ſenẽ, ut regnum relinqueret nepoti, itaq; tutores.xv. puero tũc reliquit, quos p̃catus eſt moriẽs, ut fidẽ erga P.R. quinquaginta annos a ſe cultã, iuuolatãq; ſeruarẽt, q̃d lõge ſecus factũ eſt, nã eo mortuo mala puero ſuadẽtes ipulerũt, ut Romana ſocietate deficeret, regioq; habitu, & cultu anguſtiori cum purpura, & dyademate Satellitibus undiq; ſtipatus ad terrorem hominũ incederet, quod nũquam antea pater, nec auus fecerat, ex quo in puerũ Tyrãnidem exercẽtem facta eſt cõiuratio, ubi nõ ſolum rex occiditur, ſed uniuerſa ſtirps regis Hyronis funditus tollitur, in ea igitur ꝑſecutione factũ eſt, q̃d Valerius memorat.

Hyeroni Syracuſani tyrãnis.

ASCENSIVS.

¶MVLIEBRIS &c. Affert ultimũ exẽplũ fortitudinis idq; muliebris dicẽs. Ergo adiiciã exẽplo fortitudinis muliebris, q̃ fuit ſ uxore Haſdru. caſum duarũ puellarũ æq; forte. Cum.i. q̃ñ, tota ſtirps.i. ꝓgenies regis Hyeronis eſſet redacta ad unicã filiã Harmo.ſ. noĩe pæſtifera ſeditione Syracuſarũ.i. Syra.i Sicil. late dominantiũ, cladibus euidẽtiſſimis.i. manifeſtiſſimis, & ipetus fieret ab inimicis certatim in eã.ſ. unicã puellã, nutrix eius ſubiecit gladiis hoſtilibus puellã.ſ. ignobilẽ æqualẽ illi.i. eiuſdem æui, & magnitudinis cum illa ornatã cultu regio.i. regali, hoc eſt regis filia digno q̃.ſ. puella ſubornata, cũ ne q̃dẽ.i. nõ etiã cũ trucidaretur ferro, ederet.i. explicaret, cuius cõditionis eſſet (q̃a maluit mori q̃ ſe explicando Harmo. q̃ uera filia regis erat, ꝓdere) Harmo. admirata animũ illius.ſ. puelle, ꝓclamauit.ſ. ſe eẽ regiã ꝓlẽ, nõ illã, q̃ iterficeret, & nõ ſuſtinuit ſupereſſe.i. nõ ualuit ſilere ut ſupſtes eſſet tãtæ fidei.i. fidelitati, & ↄuertit interfecturos.ſ. illius puellæ, io cædẽ ſuã.i. ſui. Profeſſa.i. palã locuta, q̃nã eſſet. Ita.i. & ſic mẽdaciũ tectũ.i. celatũ fuit finis uitæ alteri.ſ. puellæ ignobili, & ueritas apta.i. manifeſta fuit finis uitæ alteri.ſ. Harmo. q̃ uera erat regia proles.

THEOPHILVS.

¶TRES, hunc numerum uetuſta non habent exemplaria. Hyeronis, antiqui codices habent, Gelonis.

Oliuerius.

DE PATIENTIA. CAP. III.

EGregiis pariter virorum, ac fœminarũ operibus fortitudo ſe oculis hominum ſubiecit. Patientiamq; in medium procedere hortata eſt, non ſane infirmiori bus radicibus ſtabilitam, aut minus generoſo ſpiritu abundantem, ſed ita ſimilitudine iunctam, vt cum ea, vel ex ea nata videri poſſit.

DE MVTIO SCAEVOLA.

Quid enim iis, quæ ſupra retuli, facto Mutii cõuenientius: cum a Porſena rege Hetruſcorum vrbem noſtram graui, ac diutino bello, vrgeri ægre ferret, caſtra eius, clam ferro cinctus, intrauit: immo lautemq; ante altaria, conatus eſt occidere. Cæterũ inter molitionem pii pariter ac fortis propoſiti oppreſſus, nec cauſam aduentus texit: & tormenta quantopere contemneret. mira patientia oſtendit. Peroſus enim (credo) dexteram ſuam, q́ eius miniſterio in cæde regis vti nequiſſet, iniectam foculo exuri paſſus eſt. Nullum profecto Dii immortales admotum aris cultum attentioribus oculis viderunt. Ipſum quoq; Porſenam oblitum periculi ſui, vltionem ſuam vertere in admirationem coegit. Nam reuertere, inquit, ad tuos Muti, & eis refer, tecum vitam meam petieris, a me vita donatum: cuius clementiam non adulatus Mutius, triſtior Porſenæ ſalute, q̃ ſua lætior, vrbi ſe cum æternæ gloriæ cognomine, Scæuolam reddidit.

OLIVERIVS.

EGREGIIS uirorum pariter. Fortitudo, ingl, ſe oculis noſtris ſubiecit, quæ hortata eſt, ut patientiam in mediũ uenisret, quæ uel cum ea, uel ex ea nata uideri poteſt, nã fortitudinis partes ſunt patiẽtia, & perſeuerantia. Infirmioribus radicibus. Nam laudis & gloriæ radices habet patientia. Cũ ea, tanq́ã ſoror. Ex ea, tanquam filia.

ASCENSIVS.

EGREGIVS. Hac præfatione tranſit ad exẽpla patientiæ dicens. Fortitudo ſubiecit ſe oculis hominũ. i. manifeſtauit ſe hominibus; egregiis. i. excellẽtibus operibus pariter uirorum, ac fœminarũ, & ipſa fortitudo hortata eſt, patientiã procedere in mediũ, ſane. i. certe, aut non ſane. i. cum multo infirmioribus radicibus ſtabilitam, aut abundantem ſpiritu minus generoſo, ſed coniunctam ita ſimilitudine, ut poſſit uideri nata, uel ex ea tanquam filia, uel cum ea tanquã ſoror.

ASCENSIVS.

QVID enim h's &c. Affert primũ exẽplũ patiẽtiæ dicẽs. Enĩ pro qa. q. d. bene dixi patientiã poſſe uideri natã ex fortitudine, uel cũ fortitudine, qa qd eſt cõuenĩẽtius. i. minus differẽs his. ſ. cũ his aut ab his, q̃ retuli. i. recitaui ſupra. ſ. dando exẽpla fortitudinis, facto. i. q̃ factum, Mutii. ſ. Scæuole poſtea dicti. q. d. nihil. Cũ. ſ. Mutius, ferret ægre urbẽ noſtrã hoc eſt Romã, urgeri. i. pmi a Porſena rege Ethruſcorũ, bello graui, ac diutino, immo obſidiõe lõga, ipſe cinctus ferro. i. habẽs ſecũ ſiccã, intrauit caſtra eius clã. i. a nemine perceptus, & conatus eſt occidere. ſ. Porſenã, imolantẽ ante altaria. ſ. deorũ. Li. dicit, q́ ſcribã eius occiderit ꝓ illo, ut Oliuerius recitat. Cæterũ. i. ſed, ipſe Mutius oppreſſus. ſ. ab incepto iã cognito, phibitus, inter molitionẽ. i. difficilem executionẽ ꝓpoſiti pariter pii, quo ad patriã, nõ quo ad Deos, ſi imolantẽ Diis obtruncare uoluit, ac fortis quia paratus erat peracto eo trucidari, alioquin cum non eſſet ſpes euadẽdi, temere rẽ molitus eſſet, nec texit. i. nõ celauit cauſam aduẽtus, qa profeſſus eſt ſe ueniſſe, ut regem obtruncaret, & oſtendit mira. i. miranda patientia. ſ. in exuſtione manus, quantopere. i. quantũ cõtemneret tormenta. Enim pro quia per ꝗquo. ſ. peroſus odio habens, credo. i. ut credo dexteram ſuam, q́ nequiſſet pro nequiſſet uti miniſterio eius. ſ. dexteræ in cæde. i. occaſione regis. ſ. Porſenæ, paſſus eſt ſup. eam iniectam fuculo. i. igni (ut ſit locus pro locato) exuri. Nullum. i. non ullum, profecto. i. re uera, Dii immortales, non uiderunt ullum cultum admotum. i. applicitum aris, oculis attentioribus, q̃ ſup. facimus Mutii. Et ſup. mutius coegit quoq; ipſum Porſenam, oblitum periculi ſui, uertere ultionem ſuam in admirationem. Nam inquit, o Muti reuertere ad tuos, & refer. i. enarra eis tecum petieris. i. inſidianter ſectatus ſis uitam meam donatum ſup. eſſe a me uita. Cuius clementiã Mutius nõ adulatus. i. nõ adulatorie laudans triſtior ſalute Porſenæ, q̃ lætiore ſua. i. non tam letus q́ ſic euaſit, q̃ triſtis, q́ porſenam non interemit, reddidit urbi. ſ. Romę ſe Scęuolam, cum cognomine ſeu agnomine æterne gloriæ, quia cum prius tantum Mutius diceretur rediit dicendus Sceuola, quaſi ſæuus in uolam. i. manum ſuam, q́ illi perpetuam peperit gloriam.

OLIVERIVS.

Scæuole uirtus. QVID enim his id ita eſſe Mutius, qui Scæuola dictus eſt, clariſſima nobis documenta reliquit. A Porſena, æthruſcorum Rege, ad cuius opes ea tẽpeſtate florentiſſimas Tarquinius cũ ſcelerata ſtirpe pulſus ex urbe confugerat. Immolantẽq; ante altaria in hoc Vale. a Liuio diſſentit, nõ enim ſacrificantem, ſed milites recẽſentẽ una cum ſcriba in caſtris & ſtipendiũ dantẽ dicit Liui. & Mutiũ, qui ad regis cædẽ uenerat errore ductũ pro rege ſcribam obtruncaſſe, q́ ille corporis cultu nihil ferme a rege diſtaret, comprehenſum deinde cũ Regii ſatellites retraxiſſent ante tribunal regis diſtitutum, & cum quoq; inter tãtas fortunæ minas metuendum magis q̃ metuentem dixiſſe. Romanus ſum ciuis. C. Mutium uocant, hoſtis hoſtem occidere uolui, nec ad mortem minus animi eſt, q̃ fuit ad cædem, & facere, & pati fortia Roma. eſt non unus ego in te hos animos geſſi, longus eſt poſt me ordo idem petentium decus proinde in hoc diſcrimen ſe iuuat accingere, ut in ſingulas horas capite dimites tuo ferrum, hoſtemq; in ueſtibulo habeas regiæ hoc tibi iuuẽtus Ro. bellum indicimus, nullam aciem, nullum prælium timueris, uni tibi cum ſingulis res erit tunc regem ſimul ira inſcenſum, periculoq; conterritum ad terrendum adoleſcentem, qui metu pœnarum expromeret, quid illud eſſet, quod per ambages minaretur, tormenta afferri, & ignem parari iuſſiſſe, quo tanquam uictima immolaretur, illum uero, ut regi oſtenderet q̃ facile tormenta contemneret, dextrã foculo iam incenſo, ſpectãtibus omnibus iniceiſſe, & exuri paſſum eſſe, Inde Scæuolam Scęuolã unde. fuiſſe nominatum, quaſi ſine uola, hoc eſt ſine media parte manus, quæ uola dicitur, unde dicitur inuolare. Diony. qui hanc hiſtoriam multo prolixius narrat, nullam prorſus de hac patientia mentionem facit. Inter. m. p. pa. Paratum dum pararet piiſſimum propoſitum adimplere. Quia pro patria liberanda id facere. Fortis, quia mortem non formidaret. Cauſam ad, qa ingenue cõfeſſus eſt ſe ad occidẽdũ regẽ ueniſſe. Adulatus. Nã Mutius quaſi remuneratus meritũ quandoquidẽ, inquit, rex eſt apud te uirtutis honos, ut beneficio tuleris a me, q́ minis nequiſti. ccc. cõiurauimus, iuuẽtutis Ro. principes ut in te hac uia graſſaremur, mea prima ſors fuit cæteri, ut cũq; ceciderit, primi quo ad te oportunum fortuna dederit ſuo q̃q; tempore aderit.

THEOPHILVS.

FACTO Mutii &c. Mutii Scęuolæ patientiam mileſius Ariſtides hiſto. iii. refert, ut Liui. exemplum pene par Agatharchides Samius rerum Perſicarum ſecundo memorat. Xerſes inquit ingruebat in Græciam, cum quinquies centenis hominum millibus, ac ad Artemiſium ſtabat in ancoris. Athenien. itaq; perturbati fratrem Themiſtocris Ageſilaum miſerunt exploratum tametſi pater Neocles utramq; eum amiſiſſe per quietem uiderat is inter Barbaros habitu Perſico, quomodo uerſaretur, errore ductus interemit Mardonium Regii corporis ſtipatorem, quem Xerxen putabat. Comprehenſus & ad regem tractus immolaturum offendit ad Solis aram, in quam dexteram imponens, quomodo aliquandiu uim ſuppliciorum ſine ullo gemitu toleraſſet e uinculis emiſſus eſt, hac adiecta uoce, huiuſmodi ſunt omnes Athen. q́ ſi nondum credis, leuam quoq; imitam. Quo ſpectaculo territus Xerxes Ageſilaũ ſeruari iuſſit hæc ille.

DE POMPEII PATIENTIA.

Pompeii etiam probabilis virtus, qui dum legationis officio fungeretur, a Genthio rege interceptus, cum ſenatus conſilia prodere iuberetur, ardenti lucernæ admotum digitum cremandum præbuit: eaq; patientia regi ſimul, deſperationem tormentis quicquam ex ſe conoſcendi excuſſi, & expetendæ P. R. amicitiæ magnam cupiditatem ingenerauit. Ac ne plura huiuſce generis exépla domi ſcrutando, ſæpius ad ciuilium bellorum deteſtandam memoriam progredi cogar, duobus Romanis exemplis contentus, quæ vt clariſſimarum familiarum commendationem, ita nullum publicum mœrorem continent, externa ſubnectam.

EXTERNA.

Vetuſto Macedoniæ more Regi Alexandro nobiliſſimi pueri præſto erant ſacrificanti. E quibus vnus thuribulo accepto, ante ipſum aſtitit, in cuius brachio carbo ardens delapſus eſt: quo, & ſi ita vrebatur, vt aduſti corporis eius odor ad circunſtatium nares perueniret, tamen & dolorem ſilentio preſſit, & brachium immobile tenuit, ne ſacrificium Alexandri, aut excuſſo thuribulo impediret, aut edito gemitu aures regias aſpergeret. Rex quoq; patientia pueri magis delectatus, hoc certius perſeuerantiæ experimentum ſumere voluit, ſolito enim ſacrificauit diutius, nec hac re eum a propoſito repulit. Si huic miraculo Darius inſeruiſſet oculos, ſciſſet. eius ſtirpis milites vinci non poſſe, cuius infirmam ætatem tanto robore præditam animaduertiſſet. Eſt & illa vehemens & conſtans animi militia, literis pollens venerabilium doctrinæ ſacrorum Antiſtes Philoſophia, quæ vbi pectore recepta eſt hominum, inhoneſto, atq; inutili affectu de pulſo, totum inſolidæ virtutis munimento confirmat, potentiuſq; metu, ac dolore facit.

OLIVERIVS.

Pompei patiētia.

POMPEII etiam laudibus. Pōpeius in Aſia legatus cū per illyricum nauigaret, interceptus eſt ab illyricis, & cū a Genthio illyricorum rege, & hoſte P.R. conſilia publica prodere iuberetur, digitū lucernæ ardenti admodū exuri paſſus eſt, ut oſtenderet, nec ſupplicio quidē mortis induci unquam poſſe, ut cōſilia publica idicaret, quo facto, & regi deſperationē induxit tormentis ex ſe quicquā cognoſcendi, & cupiditatē amicitiæ cum P.R. iungendæ, hūc regē Lucinius conſul bello poſtea ſuperauit, cū uiolata fide rebellaſſet, q cū uxore & liberis Romā miſſus eſt. Incuſſit, iniecit induxit. Ad ciuilium bel. Hoc ideo dixit qa cōmemorationem fecerat. C. Pōpeii qui poſtea bellum ciuile geſſit.

ASCENSIVS.

POMPEII &c. Ordo eſt uirtus, ſup. patientia Pōpeii. ſ. magni ſup. eſt aut fuit etiā probabilis. i. commendabilis, qui dum fungeretur officio legationis. i. oratoris, aut caduceatoris, interceptus. i. in itinere captus, a Genthio ſeu Genitio rege illyricorū cum iuberetur. ſ. ab eo ꝓdere. i. reuelare conſilia ſenatus pbuit digitum admotū lucernæ. i. lampadi, aut candelæ ardenti, cremandū, & excuſſit ea patiētia. i. per eā patientiā, regi, &. i. ſimul deſperationē cognoſcēdi qcquā ex ſe tormētis. i. ꝑ tormēta, & ingenerauit regni magnā cupiditatē amicitiæ Po. Ro. expetēdæ. Ac ne cogar ꝓgredi ad deteſtādā memoriā. i. cōmemorationem bellorū ciuiliū, qualis a Pōpe. cum Cæſare, geſſit ſcrutando ſæpius exēpla, huiuſce generis. ſ. patiētie domi. i. domeſtica, ego contentus duobus exēplis Romanis, quæ. ſ. duo exēpla, ut cōtinent commēdationem clariſſimarū familiarū ita nullū publicū mœrorē cōtinent, qa nihil adhuc in ciues geſſit Pompe. ideo ſup. ſubnectam ſupple exempla externa.

OLIVERIVS.

VETVSTO Macedoniæ more. Hoc tractatur a Plutar. in uita Alexandri regis Macedonum, cui ſacrificanti cum plures nobiliſſimi adoleſcētes ambitioſe adminiſtrarent, unus ſumpto thuribulo præſto aſtitit, in cuius brachium ignitus carbo delapſus dolorem creauit, quē tandiu puer paſſus eſt, quoad ſacrificaret Alexander, nam nec brachium mouere, ne excuſſo thuribulo perturbaret ſacrificantem, nec uocem emittere, ne effœminationem aut ullam animi molliciem indicaret, auſus eſt, Alexander quoq; hac re cognita in longum diſtulit ſacrificium, ut pueri patientiam multo magis probaret.

Præſto eſſet.

Præſto erant, apparebant, miniſtrabant. Carbo ardens. i. pruna. Odor, qui græce dicitur nidor, latinæ uſtrina ab urendo. Et dolorem ſilentio, preſſit. Duo dicit in quibus mira pueri patientia ſignificabatur nec mouiſſe brachium, nec uocem quidem ullam emiſiſſe. Aſpergeret. Turbaret, impleret, obſonaret. Certius. Firmius, expectando nunquid puer uocē emitteret. Diutius ſacrificauit, in longius diſtulit ſacrificium. Si huic miraculo Dar. Si Darii. inquit hoc miraculum conſpexiſſet, intellexiſſet ꝓfecto, eius gentis milites uinci nō poſſe, cuius puerilē ætatem tanta patientia præditam cognouiſſet. Eius ſtirpis. gentis. ſ. Macedonum. Eſt illa uehemens, ita quidem & militaris diſciplinæ, ratio hominū animos patientia corroborat atq; confirmat, & laborū patientiſſimos facit, ſed hoc idem facit philoſophia. Animi militia. Patiētia, quæ a philoſophia naſcitur. Venerabiliū ſacrorū antiſtes. Veluti qdā ſacerdos q̄ pcepta tradit, quibus homines ad bene, beateq; uiuēdū inſtituūtur. Doctrina uenerabilium ſacrorū. Quibus ex homine uitiis pelluntur, & in eum uirtutes inducūtur. Quę ubi pectore, philoſophia ſi ab homine recepta fuerit, & omnia ex eo uitia depellit, & eum robore uirtutis confirmat, ita ut nullo animi affectu ab officio diſcedat. Potentioremq; metu Facit ut homo metum uincat, atq; dolorem, quia nec metu, nec dolore præſentis mali ab officio diſcedit.

ASCENSIVS.

VETVSTO, &c. Primū externorū exemplorum eſt de puero Macedonico ſanę q̄ mirando, de quo dicit ſic, Pueri nobiliſſimi præſto. i. pſentes & auxiliares erant Alexandro regi ſacrificantē. Vetuſto more Macedoniæ, e quibus. ſ. pueris unus aſtitit ante ipſum thuribulo. i. uaſe, in quo thus cremari ſolebat accepto. ſ. cū carbonibus incenſis, in cuius, ſcilicet pueri brachium delapſus eſt carbo ardens quo. ſ. carbone, q ſi. i. q̄q̄ puer ita urebat' ut odor corporis eius aduſti pueniret ad nares circūſtātiū, tñ &. i. ſimul pſſit dolorē ſilentio, qa nihil dixit, aut īgemuit, & tenuit brachium immobile, ne aut impediret ſacrificium Alexan. thuribulo excuſſo. i. amoto a loco debito, aut elapſo e manibus aut aſpgeret aures regias, gemitu edito. i. ſi gemitum edidiſſet. Rex quoq;. ſ. Alexāder, delectatus magis patiētia pueri, uoluit ſumere hoc. i. tāto, aut de hoc certius experimētū pſeuerātiæ, ſacrificauit eni diutius cōſueto. i. q̄ cōſuetus erat ne repuit eū. ſ. puerū a ꝓpoſitū. ſ. ꝑpetiēdi, hac re. i. diuturnitate ſacrificandi. Si Darius Rex Perſarū, qui poſtea ab Alexandro uictus eſt inſeruiſſet oculos huic miraculo. i. mirabili facto pueri Macedonici, ſciſſet. i. ſciuiſſet milites eius ſtirpis non poſſe uinci, cuius. ſ. ſtirpis Macedonicæ animaduertiſſet ætatē infirmam, utpote puerilem, præditam tanto robore. ſ. animi. Et hæc tria patientia exempla per ignem ſunt comprobata, ſequētia ſunt per philoſophiā conciliata, de quibus quaſi præfatus dicit. Eſt & illa &c. Ab iis exemplis in quibus uiri ſumma generoſitate & nobilitate præditi, admirabilem, aut oſtēderūt, aut oſtendere parati erant, patientiam, cū ꝓfatione tranſit ad philoſophorum. i. ſapientia, & doctrina præſtantiū patientiam, tranſiturus etiam ad ſeruilem, unde dicit. Eſt &. i. etiam illa uehemens, & conſtans, militia animi, pollens. i. multum potens literis, uidelicet philoſophia antiſtes. i. præſes, uenerabilium ſacrorū doctrinæ, quæ. ſ. Philoſophia, ubi. i. poſtquam recepta eſt pectore hominum, confirmat ſup. ipſum pectus hominum,

ctus hominum, totum in munimēto, id eſt, præſidio ſolidæ uir-tutis, & facit ipſum potentius metu, ac dolore, id eſt, q̃ ꝙ me-tuat, ac doleat, & hoc affectu inhoneſto, id eſt, turpi, ac inutili depulſo. Cuius rei addit exemplum.

OLIVERIVS.

Zeno Eleates

INCIPIAM autem a Zenone. Fuerunt duo Zenones iunior, & ſenior. de utroque tractat Val. ſed de his quoq; Heraclides, Demetrius, & Antiſthenes plene loquunt̃. de iuniore loquit̃ hic Val. Eleate, ꝙ ab Elea ciuitate fuit. Diſpiciēda. diligēter inueſtigāda: nā deſpicere contēnere ſignificat. Ad uigorem. ad magnitudinē animi, ne eorū animi inertia, molles, & tardi efficerentur. Præceptorū fidē. i. bonus p̃ceptor, ꝙ uerbis p̃cepit reipſa, & exēplo confirmat, neq;. n. aliter fidē p̃ceptis facere poſſet, niſi ipſa reprobaret, ſtulta, ꝙ uerbis alios aſtringere nititur. ſoluerentur omnia, quæcunq; traderet, ſi a p̃ceptis uita ex aliqua parte diſſētiret: hic ergo, q̃ præcipiebat aliis eſſe faciēda, prior ipſe opere comprobabat. Patriā egreſſus. Dicimus egredior urbē, & urbe patriam & patria. Agrigentum. Siciliæ opp. unde ſal Agrigentinus, cui Sol. teſte iōge alia eſt cætero ſale natura, ut igni impoſitus reſoluatur ut aquæ, uel alteri liquori crepitet ueluti torreatur, cæterarū ſalinarum metalla queq; ſunt, aut Agrigētino, aut Centuripino proxima funguntur cauterium miniſterio. nā illuc exculpunt̃ ſigna ad facies hominum, uel deorum. Tyranno, & Phala. in noīe ipſo emphaſim facit, q̃a Phalaris omnium crudeliſſimus fuiſſe traditur, delectabatur ſemper crudelioribus tormētis. unde igenioſus ille Atheníenſis faber nomine Perillus, putans regi ſe maxime gratificaturū, ꝙ crudeliſſimus eſſet, nouum, & infandum tormenti genus excogitauit, & illi pariter oſtendit ut tauro æneo homines includerentur, & ſubiecto igne fiſtulis quibuſdam ſpiritum emittentes mugientis bouis uocē imitarentur, quod tamen ipſe inuentor primus expertus eſt, teſte Ouid. lib. iii. triſtibus: dicit enim, ut munus munere penſes. Deprecor ingenio munere digna meo Dixerat, & Phalaris pœnæ mirandæ repertor. Ipſe tuū præſens imbue dixit opus. Proximum quenq;. hoc ideo fecit, ut regi deſperationem excuteret, ſcilicet nominatis proximis, & fideliſſimis eius, & ſe deſtitutum eſſe intelligeret. Increpitās hoc modo miror ignauiam ueſtram Agrigentini, ꝙ pro his, quæ tolero, uos huic tyrāno ſeruire decernitis. Cic. lib. u. Tuſc. quæſt. p̃ponatur inquit, Zeno Eleates, qui perpeſſus omnia potius, q̃ conſcios delendæ tyrannidis indicaret.

DE ZENONE ELEATE.

Incipiam autem a Zenone Eleate, qui cum eſſet in diſpicienda rerū natura maximæ prudentiæ, inq; excitandis ad vigorem iuuenū animis promptiſſimus, præceptorū fidem exemplo virtutis ſuæ publicauit: patriam. n. egreſſus, in qua frui ſecura libertate poterat, Agrigentū miſerabili ſeruitute obrutum, petiit, tanta fiducia ingenii, ac morum ſuorum fretus, vt ſperauerit & Tyrāno, & Phalaridi veſanæ mentis feritatem a ſe diripi poſſe, poſtq̃ deinde apud illū plus conſuetudinem dominationis, q̃ conſilii ſalubritatē valere animaduertit, nobiliſſimos eius ciuitatis adoleſcētes, cupiditate liberādæ patriæ inflammauit: cuius rei cum iudiciū ad tyrannū manaſſet, conuocato in forum populo, torquere eū vario cruciatus genere cœpit: ſubinde quærens quoſnā conſilii participes haberet: at ille nec eorū quēpiam nominauit, & proximū quenq;, ac fidiſſimū tyranno ſuſpectū reddidit, increpitanſq; Agrigentinis ignauiā, ac timiditatē, effecit, vt ſubito mētis impulſu cōcitati, Phalarim lapidibus proſternerēt. Senis ergo vnius eculeo impoſiti, nō ſupplex vox, nec miſerabilis eiulatus, ſed fortis cohortatio totius vrbis animū, fortunamq; mutauit.

DE ALIO ZENONE.

Eiuſdem nominis philoſophus, cum a Nearcho tyranno, de cuius nece conſilium inierat, torqueretur, ſupplicii pariter, atq; indicandorum gratia conſciorū, doloris victor, ſed vltionis cupidus, eſſe dixit, quod ſecreto audire eū admodū expediret: laxatoq; eculeo, poſtq̃ inſidiis oportunum tempus animaduertit, aurem eius morſu corripuit, nec ante dimiſit, q̃ & ipſe vita, & ille corporis parte priuaretur.

ASCENSIVS.

INCIPIAM autem. ſ. dare exempla ſolidæ patientiæ a philoſophia profectæ a Zenone Eleate: qui cum eſſet maximæ prudentiæ in natura rerum diſpicienda. i. ſcrutanda & diſquirenda, & promptiſſimus in animis iuuenum excitandis ad uigorem. ſ. uirtutū, publicauit fidem. i. fidelitatem præceptorū. i. eorū, quæ præcepit, exemplū uirtutis ſuæ. i. bonæ operationis, quæ compendioſius, & efficacius docet, q̃ uox ulla, unde ſcriptū eſt, Cœpit Ieſus facere & docere. Enim pro quia, ipſe Zeno egreſſus patriam uidelicet Eleam, unde Eleates dictus, in qua. ſ. patria poterat frui libertate ſecura. i. ſine anxietate ulla, petiit Agrigentum, oppidum Siciliæ, obruptum. i. oppreſſum miſerabili ſeruitute, quia a Phalaride tyrāno ſæuiſſimo, fretus tanta fiducia ingenii, ac morum ſuorum. i. tantū cōfiſus in ingenio, & moribus ſuis, ut ſperauit feritatē. i. ferocitatem, aut ſylueſtritatem mentis ueſanæ. i. prauæ, & non ſanæ, poſſe diripi. i. depelli celeriter a ſe. i. opera, & monitione ſua, & tyranno, cum omnis tyrānus uideatur incurabilis, & Phalaridi. i. ei tyranno, qui ſæuiſſimus erat. Nam cum continuo ſi quis tyrannum potuiſſet conuertere ad bonam mentem, Phalaridem conuertiſſet. Deinde poſtq̃ ipſe Zeno animaduertit cōſuetudinem damnationis. i. tyrannidis, plus ualere (quia difficile eſt conſueta relinquere) apud illum. ſ. Phalaridē, q̃ ſalubritatem conſilii, inflammauit nobiliſſimos adoleſcentes eius ciuitatis. ſ. Agrigentinæ cupiditate liberandæ patriæ. ſ. a ſeruitute tyrannica per necem eius, cuius rei inflammationis illius indicium. i. indicatio, & delatio, cum manaſſet. i. perfluxiſſet ad tyrannum, tyrānus conuocato populo. i. poſtquam uocauerat populum in forū cœpit torquere eum. ſ. Zenonem uario genere cruciatus, quærens. i. interrogans ſubinde. i. p̃ interualla, quoſnam haberet participes cōſilii. ſ. ſui. Autem. i. ſed ille. ſ. Zeno, nec nominauit quempiam eorum, quos reuera participes habuerat, ac reddidit p̃ximū quenq; & fidiſſimum quenq; tyranno ſuſpectum tyranno, & increpitans. i. cum increpatione exprobrans Agrigentinis ignauiam, ac timiditatem, effecit ut ipſi cōcitati ſubito impulſu mētis, proſternerent. i. in terram ſternerent Phalarim. ſ. tyrannum lapidibus. i. obruendo eū arreptis lapidibus (Declinatur autem hic Phalaris, uel Phalaridis, ſicut Paris, unde iuxta regulā Seruii, quæ talia uult duntaxat in genitiuo & datiuo creſcere, in accuſatiuo Phalari facit) ergo nō ſupplex uox, nec eiulatus miſerabilis, ſed fortis cohortatio unius ſenis. ſ. Zenonis impoſiti eculeo. i. illi inſtrumento tortorio. mutauit animum, quia prius ſeruire paratus erat, & fortunam, quia cæſo tyranno ex ſeruis liberi facti ſunt totius urbis. i. ciuitatis Agrigentinæ.

THEOPHILVS.

CONSVETO. Vetuſta exemplaria habēt cōſulto. Agrigentum. Siciliæ ciuitas ab amne proximo, ut ſentit Duris, uel ab Agrigento Iouis, & Aſteropes Oceani filiæ, ut in ſuis originibus refert Ianus. Agrigentū græce uocat̃ Acragas: unde Polybius oppidum ſimul, & amnem dictū putauit a bonitate ſoli ut Acragas quaſi ἄκρα γῆς, id eſt, ſumma terrarū propter ubertatē.

OLIVERIVS.

EIVSDEM nominis philoſophus. Diogenes Laertius de uita philoſophorum diſſentit a Valerio. non enim duos fuiſſe Zenones, qui cruciati fuerint, ſed unum ſeniorem, nec duos tyrannos, ſed unum Clearchum, cuius tormenta ſuperauit. Ego autem hunc errorem inde manaſſe crediderim quod & Heraclides dicit, ꝙ alii mordicus abſcidiſſe aurem, ut Vale. alii naſum, ut Demetrius: alii neutrum factum eſſe dicut,

Inter quos Antiſtenes, ſed linguam abſciſſam, & dentibus contritam, in eius faciem expuiſſe. Alii unum hæc omnia feciſſe, & aut ſiue naſum mordicus abſcidiſſe, & cum omnino coniurationis proferre cogeretur, linguam dentibus conſciſſam in os tyranni conſpuiſſe, quo facto, ciues tyrannum lapidauerunt, & inde ortum, ut hæc duos feciſſe uiderentur, atq; alterum pro altero poſitum. nam conſtat Zenonem Stoicum ad nonageſimum ętatis annũ perueniſſe, ſemper integrum, & incolumẽ, ac ſine morbo, & ut refert Apollonius, cũ abiret ex ſchola lapidẽ offendiſſe, digitum perfregiſſe, ac manu terram ferientẽ dixiſſe, ex Niobe uenio, quid me uocas? & continuo ſe ſtrãgulantem interiiſſe. alii uero dicunt, ꝙ cum gingiuarum doloret laboraret, conſilio medicorum ſe a cibo duos dies continenter abſtinuit. quo facto ita conualuit, ut medici cũ quouis genere cibi ꝑmitterẽt, ut hic ꝙ ſe ſatis in uita fuiſſe diceretur in ieiuniis perſiſtens inedia cõſumptus eſt. De Clearcho duce Lacedæmoniorũ loquitur lib. ii. ca. ii. Lapſaco pro ipſe Lapſatus, ab eculeo.

pę cuiuſdam caput apponi, Nicocreontem ſemper intuens, quo ille indignatus poſt Alexandri mortem, cum Anaxarchus naui forte ueheretur, diuinitus q; Cypro appuliſſet, ab illo captus, crudelibus pœnis affectus eſt: nã cũ tyrannus malleis ferreis cędi iuſſit, hinc illud celebre dictũ geminaſſe dicitur. tũde, tunde Anaxarchi ſacculum. nam Anaxarchum nihil teris, pro ſacculo corpus intelligebat, pro Anaxarcho ipſius animam interiorẽ. Cic. lib. ii. Tuſcu. de Anaxarcho Demetrio cogitetur, qui cum Cypri i manus Nicocreõtis regis incidiſſet, nullum genus ſupplicii deprecatus eſt, nec recuſauit: ſunt qui dicunt hunc præciſam linguam in os tyranni conſpuiſſe. Inuicem. uiciſſim: quia ſicut ille tormentis, ita hic maledictis. Multorum aures. Deplorat quodammodo Anaxarchi fortunam. Attonitas ha. Oſtupefecerat. Terræ com. Quomodo conſtituta ſit. Ambitum maris. quod terras ambi. Syderum mo. Quia alia ſydera alium curſum habent. Totiusq; deniq; mun. i. cæli. & græcæ dixit. nam κόσμος mundus, & cęlum dicitur.

DE ANAXARCHO.

Talis patientiæ æmulus Anaxarchus, cum a tyranno Cypriorum Nicocreonte torqueretur, nec vlla vi inhiberi, poſſet, quo minus amariſſimorum eum maledictorum verberibus inuicem ipſe torqueret: ad vltimum amputationem linguæ minitanti, Non erit, inquit, effœminate adoleſcens, hæc quoq; pars corporis mei tuæ ditionis, protinusq; dentibus abſciſſam, & commanducatam linguam, in os eius ira patens expuit. Multorum autem aures, illa lingua, & in primis Alexandri regis admiratione ſui attonitas habuerat, dum terræ cõditionem, ambitum maris, ſyderum motus, totiusq; deniq; mundi naturam prudentiſſime & facundiſſime exprompſit, pene tamen occidit glorioſius, q̃ viguit, quia tã forti fine illuſtrẽ profeſſionis actum cõprobauit, Anaxarchiq; non vitam modo deſeruit, ſed mortem reddidit clariorem.

DE THEODORO.

In Theodoro quoq; viro grauiſſimo Hieronymus tyrannus tortorum manus fruſtra fatigauit, Rupit enim verbera, fidiculas laxauit, ſoluit eculeũ, laminas extinxit prius, q̃ efficeret, vt tyrannicidii cõſcios indicaret. Quinetiam ſatellitem, in quo totius

ASCENSIVS.

EIVSDEM nominis. imo, ut multi uolunt, idẽ philoſophus, ſed non ſtat eundem fuiſſe ſecundum mentem autoris, qui Agrigenti, & Spartæ paſſus ſit, quo circa autorem ſequentes, licet ab eo alii diſſentiãt, dicamus ſic. Philoſophus eiuſdem nominis. ut pote Zeno ſenior cum torqueretur, ſcilicet in eculeo, ſeu equuleo, a Clearcho tyranno Lacedæmonio, de cuius nece inierat, id eſt, ceperat conſilium, torqueretur inquam pariter gratia ſupplici. ſcilicet ꝙ meruiſſe putabatur, & gratia conſociorum indicandorum, ipſe uictor doloris, ſed cupidus ultionis, dixit eſſe ſcilicet ſibi, id eſt, ſe habere, quod expediret, id eſt utile eſſet, admodum id eſt, ualde eum ſcilicet tyrannum audire ſecreto, ſcilicet in aurem, & eculeo, in quo tenſus erat laxato, id eſt, remiſſo, & ſoluto ut ipſe liber caput ad aurem tyranni admoueret, poſtq̃ animaduertit tempus ſup. eſſe opportunum inſidiis, corripuit morſu. ſ. dentium, aurem dico auriculam tyranni, nec dimiſit ſup. eam, antequam & id eſt, ſimul ipſe ſcilicet, phi. priuaretur uita, quia in eo facto expirauit, & ille, ſcilicet tyrannus priuaretur parte corporis, utpote auricula, potius quam aure.

THEOPHILVS.

CLEARCHO. Antiqui codices, partim Clearcho, partim Learcho, partim Nearcho, quam lectionem probat Ianus. Apud enim Suidam ſic eſt, Zeno Teleutagoræ F. Eleates, aſſectator, & æqualis Pithagoræ, Democritiq;. nam floruit olympiade. lxxviii. Xenophanis auditor fuit, is cum tentaſſet a tyrannide Nearchi, uel, ut alii, Diomedontis Eleam patriam liberare comprenſus, & indicare conſcios iuſſus, linguam ſuam mordicus amputauit, atq; in tyranni faciem expuit, demum coniectus in mortarium, crebris ictibus contuſus expirauit.

OLIVERIVS.

TALIS patientiæ æmulus Anaxarchus. Anaxarchus Diomedis Smyrnæ, ut quidam dicunt, ut alii uero Metrodori chii auditor olympiade centeſima & uigeſima uiguit: hic etiam cũ Alex. congreſſus eſt, & de rerum natura apud eum acutiſſime diſputans, in eius familiaritatem ſe facile inſinuauit, habuit Nicocreontem Cypri tyrannum acerrimum inimicum, cuius odii principium inde ortum eſt, quod cum Anaxarchum Alex. in conuiuio aliquando interrogaſſet, quidnam de cœna illa ſentiret, cuncta magnifice inquit, o rex, uerum oporteret iam ſatra-

ASCENSIVS.

TALIS pa. Deſcribit admirabilem patiẽtiam, & cõſtantiam in paſſione ipſius Anaxarchi philoſophi, dicẽs Anaxarchus philoſophus. æmulus. i. imitator talis patientiæ. ſ. Zenonis proxime dicti, cum torqueretur a Nicocreonte tyranno Cypriorum, nec poſſet inhiberi, id eſt, inhibendo impediri, quo minus. i. ut non, ut ipſe non torqueret eum ſcilicet tyrannum, inuicem. i. uiciſſim, aut e contrario, uerberibus, id eſt flagellis, aut ictibus maledictorum amariſſimorum conuiciorum, & maledictionum, ſeu execrationũ: nã alia non habebat uerbera, inquit minitanti. ſ. tyranno ad ultimum amputationem linguæ, o adoleſcens effœminate, id eſt mollis, ut fœmina, aut muliebria turpiter patiens, aut ignaue more mulierum agens, hæc quoq; pars corporis mei. i. in lingua non erit ditionis. i. poteſtatis tuæ, & expuit protinus linguã ſupple ſuam abſciſſam, & commanducatam. i. maſticatam dentibus in os eius. ſ. tyranni patens. i. apertum ira propter iram, ut ſit. Autem pro ſed, illa lingua. ſ. q̃ ſic expuit, habuerat aures multorum, & in primis Alexandri. ſ. magni regis, uidelicet Macedoniæ, attonitas, id eſt, ſtupefactas admiratione ſui. dum ipſa lingua prompſit, id eſt explicauit prudentiſſime, & facundiſſime conditionem terræ, id eſt, cum terra eſſet condita, ambitum, id eſt, circuitum maris uidelicet Oceani orbem fere terrarum circundantis, motus ſyderum, & deniq; etiam totius mundi, id eſt, uniuerſa deo creati. Tamen id eſt, tametſi ſic mortuus eſt Anaxarchus, ipſe occidit pene. i. quaſi glorioſus, q̃ uiguit. i. floruit i pholos. dum uiueret, quia cõprobauit tã forti fine illuſtrẽ. i. clarum actum profeſſionis. ſ. philoſophicę. i. oſtendit ſe talem eſſe, qualem quemlibet eſſe debere docuerat: & non modo deſeruit uitam Anaxarchi, ſed reddidit morte clariorem.

OLIVERIVS.

IN THEODORO quoq; uiro. Coniuratio in tyranni caput facta indicat per Galonem quendam æqualẽ Hieronymi etiam inde a puero in omnia familiaria iura aſſuetũ, iudex unũ ex coniuratis Theodori, a quo ipſe nominatus erat, nominare potuit, qui comprehẽſus ex templo, traditusq; Andromodoro, torquendus de ſeipſo haud cunctanter faſſus conſcios celabat, poſtremo cum omnibus intolerandis humanæ patientiæ cruciatibus laceraretur uictum malis ſe ſimulans, auertit a conſciis in inſontes indicium. Thraſonẽ etiam autorẽ conſilii mentitus,

nec

nec niſi tam potenti duce confiſus rem tantam auſuros fuiſſe. nominabat autem eos, quorum capita uiliſſima fingenti inter dolores, gemitusq́ occurrerũt maxime animo tyranni credibi le indicium Thraſo nominatum fecit, itaq́ ex templo traditur ad ſupplicium, adiectiq́ pœna cæteri iuxta inſontes, tum ſociorum nemo dum conſcius cõſilii diu torqueretur, aut latuit, aut fugit, tantum illis in uirtute, ac fide Theodori fuit fiduciæ tantumq́ ipſi Theodoro uirĩ ad arcana occultanda. Fidiculas, neruos, & chordas tortiles, quibus tormenta dantur. eſt enim diminutiuũ a fidis. Laminas .ſ. ferreas. Extinuit. ſ. candentes, & accenſas. Satellitem. ſ. Thraſonem, quem licet Valerius non nominet, Liuius tamen ita nominatũ fuiſſe dicit Theodorus .xx. fuiſſe lectum eſt, inter quos fuit hic Syracuſanus: quem etiam de re militari ſcripſiſſe legimus.

Gimnoſophiſtarum patientia

Apud Indos uero patientiæ Soli de his ait, Indi gymnoſophiſtas habẽt qui ab ortu uſq́ ad ſolis occaſum cõtentis oculis orbem cãdentiſſimi ſyderis cõtuẽtur, in globo ignis rimãtes ſecreta quædam, harenisq́ feruentibus perpetem diem alternis pedibus inſiſtunt. Strab. lib. xv. de his multa, quæ quia longa nimis prętermittẽda duxi, uerum illud ad hanc rem ſatis erit, q̇ Oneſicritus ſcr. ſe miſſum ab Alexã ut cum gymnoſophiſtis loqueret̃ q̇ Alex. audiuiſſet eos nudus ſedere, & tolerantiã exercentes in honore maximo haberi, ad hos ueniſſe, & .xv. homines inueniſſe. xx. ſtadiis ab urbe alium i alio geſtu, uel ſtantem, uel iacentẽ nudum, & uſq́ ad ueſperã immotum poſtea in urbem deſcẽdere. ſed omnium difficillimũ eſſe ſolem perpeti adeo calidũ, ut nemo alius nudis pedibus .ſ. in meridie per terram ire facile ferret. locutumq́ eum uno eorum nomine Calamo, qui poſtea uſq́ in Perſiam Ale. ſecutus eſt, nec illud prętermittendum cenſeo, q̇ Ariſtobolus dicit, uidiſſe ſe ſophiſtas duos ex iraxilis utroſq́ bragmanas, alterum ſeniorem tonſum, alterum iuniorem comatum, quos diſcipuli ſequebantur, hos deinde ad Alex. menſam aſſidentes cœnare, & patientiam docere: poſtea in locum quendam proximum ſe cedentes, ſeniorem ſupinũ, & ſolem, & imbres tolerare. iã enim pluebat uere incipiente. iuniorem uero in altero pede ſtantem lignum tricubitale ambabus manibus ſublatum ſuſtentare, pedem autem iam defeſſo rurſum in alterum immutare, atq́ ita quotidie perſeuerare, ex his continentiorem uiſum fuiſſe iuniorem, qui cum aliquãdiu regem ſecutus fuiſſet, domum reuerſus eſt, & eo relicto iuſſit, ſiquid uellet ad ſe ueniret. Alterum uſq́ ad extremum ſecutum, & ueſtem, & uitam apud regem immutaſſe. & cum a quibuſdam increparetur reſpondiſſe, q̇ .lx. exercitationis annos compleſſet, quos promiſerat Alex. filius eius dona plurima dediſſe: de his quoq́ Pli. lib. vi. nat. hi. & Luca. ſt. iiii. mentionem facit. Cic. lib. v. Tuſc. quæſtio. inquit, quæ Barbaria India uaſtior, & agreſtior. in ea tamen gente primum, hi qui ſapientes habentur, nihi ætatem agunt, & Caucaſi niues hic malemq́ uim perferunt ſine dolore, cumq́ ad flammam ſe implicauerint, ſine gemitu aduruntur gymnoſophiſtæ adeo ſibi patientiam, quaſi propriam uendicant, ut uitam ſuam nudi ſemper ducant. unde etiam gymnoſophiſtæ dicuntur, q̇ nudi philoſophentur, ut ſupra diximus. Durantes. dura reddentes. Modo flammis ſine. Aut quia ut diximus, harenis feruentibus perpetem diem alternis pedibus inſiſtũt, aut quia gymnoſophiſtæ cum diu ſe ſatis uixiſſe arbitrarentur, inſtructo rogo uiui comburi patiebantur. Legitur ẽt de Socrate apud A. G. li. ii. c. i. q̇ ſtare ſolitus eſſet pertinaci ſtatu pardius, atq́ pernox a ſummo lucis ortu ad ſolẽ alterũ orientẽ incõueniens, immobilis, iiſdem ueſtigiis, & ore, atq́ oculis in eundem locum directis cogitabundus, tanq̃ quodam ſeceſſu mentis, atq́ animi facto a corpore, temperantia quoq́ fuiſſe, eum tanta traditum eſt, ut omnia uitæ ſuæ tempora ualetudine inoffenſa uixerit.

dominationis ſumma quaſi quodam cardine verſabatur, falſa criminatione inquinando, fidum lateri eius cuſtodem eripuit, beneficioq́ patientiæ, non ſolum quæ occulta fuerunt, texit, ſed etiam tormenta ſua vltus eſt: quibus Hieronymus dũ inimicum cupide lacerat, amicũ temere perdidit. Apud Indos vero patientiæ meditatio tam obſtinate vſurpari creditur, vt ſint, qui omne vitæ tempus nudi exigant, modo Caucaſi montis gelido rigore corpora ſua durantes, modo flammis ſine vllo gemitu obiicientes, atq́ haud parua his gloria contemptu doloris acquiritur, titulus nanq́ ſapientiæ datur. Hæc e pectoribus altis, & eruditis orta ſunt.

DE QVODAM SERVO.

Illud tamen nõ minus admirabile, quod ſeruilis animus cepit. Seruus barbarus Aſdrubalem, q̇ dominum ſuum occidiſſet, grauiter ferens, ſubito aggreſſus interemit. Cumq́ comprehenſus omni modo cruciaretur, lætitiam tamen, quam ex vindicta ceperat, in ore conſtantiſſime retinuit. Non ergo faſtidioſo aditu virtus excitata, ingenia viuida ad ſe penetrare patitur. Neq́ hauſtum ſui cum aliquo perſonarum diſcrimine largum, malignumue præbet, ſed omnibus æqualiter expoſita, quid cupiditatis potius, q̃ quid dignitatis attuleris, æſtimat: inq́ captu bonorum ſuorum tibi ipſi pondus examinandum relinquit, vt quantum ſubire animo ſuſtinueris, tantũ tecum auferas. Quo euenit, vt & humili loco nati, ad ſummam dignitatem conſurgant, & generoſiſſimarum imaginum fœtus, in aliquod reuoluti dedecus acceptam a maioribus lucem, in tenebras cõuertant, quæ quidem planiora ſuis exemplis reddũtur: ac prius de iis ordiar, quorum in meliorem ſtatũ facta mutatio, ſplendidam relatu præbet materiam.

ASCENSIVS.

IN THEO. q. &c. ordo eſt. Hiero. tyrannus ſi. aut Syracuſarũ, fatigauit quoq́ fruſtra manus tortorum, i. Theodoro Syracuſano uiro grauiſſimo. Enim pro quia, Hiero ſuper tortores, rupit. ſ. in corpus Theodori uerbera .i. flagella, laxauit. i. ſic tetendit, ut laxę fierent, fidiculas .i. chordas tortorias, ſoluit. i. diſſoluit aculeum .i. inſtrumentum ligneum, de quo qui torquebantur, dependebãt extinxit. ſ. corpore Theodori, laminas. ſ. ardentes prius quam efficeret, ut. ſ. Theo. indicaret conſcios tyrannicidii. Quin etiam ipſe Theo. inquinãdo .i. maculãdo ſatellitem. ſ. Hierony. Thraſonem nomine. in quo ſumma totius dominatiõis. i. tyrannidos, uariabat, quaſi in quodã cardine. i. ut ianua in cardine uerſat̃, eripuit lateri eius fidum cuſtodẽ, quia tyrannus credens uera locutum amicũ fideliſſimũ necãdum mandauit, & ipſe Theo. non ſolum texit beneficio patiẽtię ea ſup q̃ fuerunt occulta, ſed etiã ultus eſt ſua tormenta, quia tyranno grauiſſimum intulit damnum, unde addit, quibus. ſ. tormẽtis dum Hiero. lacerat cupide inimicum, uidelicet Theod. perdidit temere .i. per temerariam crudelitatem. Amicũ. ſ. Thraſonẽ. Apud. Indos. &c. Recitat patientiam Indorum (ut opinor gymnoſophiſtarum) dicens. Vero pro ſed, meditatio. i. exercitatio patientiæ. creditur uſurpari. i. in uſum adduci apud Indos tam obſtinate. i. pertinaciter ut ſint qui exigant. tranſigant omne tempus uitæ nudi, durãtes. i. dura facientes modo .i. interdum corpora ſua gelido rigore. i. frigidiſſima aſperitate, Caucaſi montis modo. i. interdum abiicientes, corpora flammis ſine ullo gemitu. Atq́ haud parua gloria acquiritur his contemptu doloris, & titulus ſapiẽtiæ datur. Hæc ſcilicet, ſuperius dicta de patientia philoſophorum orta ſunt e pectoribus altis. i. profundæ prudentiæ, aut magnanimis, & eruditis.

THEOPHILVS.

THEODORO. Antiqua exẽplaria habẽt oĩa Theodoro.

OLIVERIVS.

ILLVD tamen. ſeruus barbarus quidam Aſdrubalem ob iram interfecto ab eo domini palam obtruncat, comprehenſusq́ a circunſtantibus haud alio, q̃ ſi euaſiſſet, uultu Serui patientia

tormentis quoque cum laceraretur, eo fuit habitu oris, ut ſuperāte lætitia dolores ridentes etiam ſpeciem præbuerit. Iuſtinus in fine ſuorum epitomatum, ubi de laudibus Hiſpaniæ loquitur. Sæpe tormentis inquit, pro ſilentio rerum creditarum ſunt mortui, adeo illis fortior taciturnitatis cura quam celebratur: eadē etiam bello Punico ſerui illius patientia, quæ ultus domini necem in tormēta riſu exultauit, ſerenaque lætitia crudelitatem torquentium uicit. Omni modo. Omni genere ſupplicii. Cōſtantiſſime retinuit, quia ſemper ridebat. Non ergo faſtidioſo. Ergo inquit uirtus non faſtidit quenquē cuiuſque conditionis ſit ad ſe penetrare. Viuida. feruida, & uiuacia. nam ſegnis contrarium uiuido, unde & quaſi ſine igne dicitur. Cū aliquo perſonarum diſcrimine. Non facit uirtus ſicuti perſonarum exceptores qui magnos, & dignitate præſtantes admittunt, humiles uero, & abiectos reiiciunt. Malignum. anguſtū, ut ſub luce maligna. Inque ea. Tibi inquit, curam relinqt, quantum ex ea capere uelis, tātum que tecum ſemper habes, quantum tui animi magnitudo cōplexa fuerit, nec eiuſmodi eſt uirtus, ut his ſe quidem totam præbeat illis perexiguā partem concedat, ſed æqualiter ſe omnibus exponit. nam ſi magni animi fueris, ut ex ea te multum capere poſſe confidas, multum tibi ex ſe auferre permittit, quod ſi puſillanimis fueris parum ex ea conſequeris, unde carmen: Nobilitas ſine mente ruit, ſapientia uiles eleuat. haud uirtus refugit, quicunque ſequetur. Splendidam re. Nam omnes libenter audiunt eos, qui ex humili loco nati ſunt ad ſummum dignitatis gradū euaſiſſe, & ita non ex abrupto tranſitum facit ad ſequens capi.

Virtus omnibus expoſita

ASCENSIVS.

ILLVD tamen. continuatur ſuperiori, ut ſit quaſi ſuperiora a ſapientibus, & ingenuis facta ſunt, tum ſed illud. ſ. exemplum patientię, quod animus ſeruilis cepit. i. concepit non minus admirabile ſup. eſt ſeruus barbarus, utpote Punicus, grauiter ferens, quod ſup. Aſdrubal. occidiſſet dominum ſuum aggreſſus Aſdrubalem ſubito interemit ſup. eum. Cumque. i. & cum. i. quaſi ipſe ſeruus cōprehenſus. i. captus cruciaretur ci modo. i. oi genere cruciatus, tñ. i. nihilominus retinuit in ore. i. uultu, lætitiam quā ceperat ex uindicta. ſ. quod ita dominū ultus fuerat. Nō ergo &c. Occaſione ſeruilis uirtutis docet uirtutē in oi mortalium conditione poſſe reperiri, faciens aptā paraſceuē. i. præparationē ſequētis tituli. Ordo eſt. Ergo quia in ſeruo quoque reperta eſt uirtus patientię cū fortitudine ai, uirtus excitata. i. prouocata in dignitate alicuius rei, unde peripatetici irā fortitudinis miniſtrā cēſuerunt, nō patitur ingenia uiuida. i. nō torpentia, ſed uegeta penetrare ad ſe, aditu faſtidioſo. i. ſuperbo, & humilis conditionis cōtemptore, neque præbet hauſtū ſui largū, uel malignū. i. exiguū. i. nō infundit in hoies parce, aut abūde cū aliquo diſcrimine. i. differentia, aut acceptione perſonarū. i. diſcretionū ſtatus, ſed expoſita. ſ. ad accipiendū, oibus. i. cuiuſcūque cōditionis fuerint, ęqualiter, ęſtimat. i. perpēdit, & reputat potius quid cupiditatis. i. affectionis, & deſiderii attuleris. ſ. ad eam obtinendam, quā quid dignitatis, & reliquit tibi ipſi. i. pro arbitrio tuo examinandum. i. diſcernendum, & diiudicandū pondus. i. magnitudinē, aut ualorem in captu bonorū ſuorum, ita ut tñ auferas tecum. i. de bonis uirtutis, quantum ſuſtinueris ſubire aio. Quo. i. qua re euenit, ut &. i. etiam nati humili loco. i. in humilibus familiis conſurgant ad ſummam dignitatem, & fœtus. i. filii generoſiſſimarum imaginum. i. clariſſimorum patrum: quorum imagines ſunt reuolutæ in aliquod dedecus conuertant lucē acceptam a maioribus in tenebras. Quę quidem. ſ. diſcrimina filiorum, aut ſuccedentium redduntur planiora. i. faciliora ad cognoſcendū, ſuis exēplis. i. ſi de eis adducatur exēpla. Ac ordiar. i. incipiam dicere prius de his, quorum mutatio facta in meliorem ſtatum prębet materiam ſplēdidam relatu. i. ad referendum, aut ut referatur, quia pulchrum eſt referre eos, qui ex humili loco ad ſummam gloriam emerſerunt.

DE IIS QVI HVMILI LOCO NATI CLARI EVASERVNT. CAP. IIII.

Incunabula Tulli Hoſtilii agreſte tugurium cepit: eiuſdem adoleſcentia in pecore paſcendo fuit occupata: Validior ætas imperium Romanum rexit, & duplicauit: Senectus excellentiſſimis ornamentis decorata, in excellentiſſimo maieſtatis faſtigio fulſit, verū Tullius & ſi magni & admirabilis incrementi, domeſticum tamen exemplum eſt.

DE TARQVINIO PRISCO.

Tarquinium autem Priſcum ad Romanum imperium occupandum fortuna in vrbem noſtram aduexit: alienum, quod exactum: alieniorem, quod ortum Corintho: faſtidiendum, quod mercatore genitum: erubeſcendum, quod etiam exule Demarato natū patre. Cæterum tam proſperum conditionis ſuæ euentum, in duſtrium, pro inuidioſo: glorioſum, pro inuiſo reddidit: dilatauit. n. fines Ro. Po. cultum deorū nouis ſacerdotiis auxit, numerū ſenatus amplificauit, equeſtrem ordinem vberiorem reliquit: quodque laudum eius conſumatio eſt, præclaris virtutibus effecit, ne hæc ciuitas pœnitentiam ageret, quod regem de finitimis potius mutuata eſſet, quā de ſuis elegiſſet.

OLIVERIVS.

INcunabula Tulli Hoſtilii. Conſtat Tulliū Hoſtiliū tertiū Romæ regem humili loco natū in caſa paſtoris fuiſſe educatum. hunc Liu. dicit nepotem fuiſſe illius Hoſtilii, qui fortiter pugnans aduerſus Sabinos in lacum Curtiū lapſus eſt qui deinde locus hoſtilius dictus eſt. Diony. plurimū diſſentit a Val. nam i principio ii. iii. hunc genere honeſto, & opibus potētem fuiſſe oſtēdit: dicit. n. Numa Pōpilio mortuo factus iterū ſenatus ſcip. dñs in eodē genere regiminis, nec inuito populo pmanēdi cenſuit, conſtituitque iterū ex ſenioribus i præſtitutum quendā dierum numerū præfuturos urbi inter reges, a quibus deinde is quē populus ois prætulit. Tulius Hoſti. rex dictus eſt: eius aūt genus hoc fuit, ex urbe Medullia quā ab Albanis conditam Romulus fœdere ſuſcipiens, Ro. coloniā fecerat, uir quidā generoſus, & opibus pollēs Hoſtilius noie ro. cōmigrās uxorē duxit ex genere Sabinorum ſerulli filiā, eam ipſam, quæ gentilibus ſuis fœminis bello Sabino conſuluerat legationem ſuſcipiendā pro uiris ad patres, quęque etiā uiſa erat conciliandorum ducū cauſa fuiſſe præcipua. hic igitur uir multis in ſuis bellis ſub Romulo militās clarus editis facinoribus, bello Sabino interiit, filiū relinquēs unicū, ſepeliturque regibus i optimo fori loco. uirtutē eius teſtantis tituli in præſcriptione dignatus: ex hoc aūt filio uiro facto, & illuſtrē ducente fœminā Tulius Hoſtil. eſt genitus, uir prōptus, & alacer, qui rex deinde creatus eſt eū ſuffragiis ciuibus de eo ſatis ex lege: tū uero Numa ſecūdis auguriis firmāte, quæ populo uiſa erāt &c. Imperiū Ro. quia eius auus ſe bello Sabino fortiter geſſit, rex Romæ creatus eſt. Duplicauit. quia omnem populum Albanum Roma traduxit, euerſis mœnibus, & ſolo proſtratis. hęc cauſa fuit, quod bello Fidenati inſidi fuerunt Po. Ro. In altiſſimo ma. fa. quia iam ſenex animū religionibus adiecit, quo antea nihil minus ad regnum pertinere putauerat.

Tulli hoſtilii genus

ASCENSIVS.

INCVNABVLA &c. Quomodo in ſuperiore pręfatus eſt, affert primū exēplum eorū, qui humili loco nati clari euaſerūt. idque de Tullo Hoſt. rege Rom. dicens. Tugurium agreſte. i. humilis caſa in agro cepit incunabula. i. primordia uitę Tulli Hoſt. iu. Ro. regis. Adoleſcētia eiuſdē fuit occupata in pecore paſcendo. i. paſtoralis ętas ualidior, & uirilis rexit imperiū Ro. & duplicauit. i. i duplū auxit ipſum ſenectus. i. ultima ętas eius decorata excellētiſſimis ornamētis, fulſit in excellentiſſimo faſtigio. i. culmine maieſtatis. Verū Tullus, & ſi. i. quāquā eſt exemplū magni, & admirabilis icremēti. i. eorū qui ex minimis maximi facti ſunt, tñ ē exēplū domeſticū. i. ex nō alienigena ad imperiū Ro. acciti.

OLIVERIVS.

TARQVINIVM autem. Hic eſt Tarquinius Priſcus a quo Superbus deinde natus eſt, exactum. Ciuitate eiectum. nam exigere inter alia ſignificata, & expellere ſignificat, unde

Teren.

DE TVLLO SERVIO REGE.

In Tullo vero Seruio fortuna præcipue vires ſuas oſtendit: Vernam huic vrbi natum, regem dando: cui quidem diutiſſime imperium obtinere, quater luſtrum cōdere, ter triumphare contigit: ad ſummam autem vnde proceſſerit, aut quo peruenerit, ſtatuæ ipſius titulus abunde teſtatur, ſeruili cognomine, & regia appellatione perplexus.

DE VARRONE.

Miro quoq; gradu Varro ad conſulatum ex macellaria patris taberna cōſcendit, & quidem fortuna parum duxit ſordidiſſimæ mercis capturis inquinari ſolito .xii. faſces largiri, niſi etiam L. Aemiliū Paulum dediſſet collegam, atq; ita ſe in eius ſinum infudit, vt cum apud Cannas culpa ſua vires Po. Ro. exhauſiſſet, Paulum quoq;, qui prælīū committere noluerat, occidere pateretur, illum in vrbem incolumē reduceret. Quinetiam ſenatum gratias ei agentem, ꝙ redire voluiſſet, ante portas eduxit, excuditq;, vt grauiſſimæ cladis autori dictatura deferretur.

Teren. ſpectandæ, an exigendę ſint fabulę. huius autem expulſionis cauſa fuit, ꝙ pater tyrannidem Eupiſii fugiebat. Exactū Dion. lib. iii. Non exactum, ſed ſponte diſceſſiſſe dicit. cum multarum ex mercatura pecuniarum dn̄s factus eſſet: nam occupante inquit, Corinthum ſeditione, & inſtante brachiadis cypſelli tyrannide, cum haud tutum uideretur ſub tyrannide uiuere hominem, pręſertim multa poſſidentem, cumq; ex familia factionis optimatum, cōpoſitis rebus ſuis quaſcunq; erat fieri poſſibile, Corintho ſoluēs profectus eſt habensq; amicos multos ex Hetruſcis, & bonos ꝓpter cōtinua cōmertia, maximeq; Tarquiniis urbe magna aliquādo, & fœlici domū ſibi ibi conſtruit, & uxorem genere illuſtrē ducit &c. Faſtidiendū. i. cōtemnendum uiſi conditione hominē. Erubeſcendum. quod filius exulis regnauerit Romæ. nam huius pater Demaratus exul patria ſe ad Tarquinios contulit, & ibi duxit uxorē, ex qua Aruntem, & Lucumonem genuit. Aruns grauida uxore relicta mortē obiit ante patrē ſuum, qui haud ita multo poſt cum diem ſuū obiturus eſſet, ignorās nurum ferre uentrē, immemor inteſtādo nepotis. ſolum Lucumonē reliquit heredem, & puero in nulla ſorte bonorum nato, Egerio cognomen inditū eſt. Lucumo, cum omnium bonorū hæres relictus in ſummis diuitiis eſſet uxorē nobilē duxit: Tanaquilē, quæ cū uirū ſuū Tarquiniis nō ſatis pro dignitate honoratū eſſe uideret, migrandi Romā conſiliū dedit uiro, ubi ciſ repentina ex uirtute nobilitas fieret. & cū ad Ianiculum uentum eſſet, carpento ſedenti cū uxore, aquila ſuſpenſis demiſſa leniter alis pileū aufert, ſuperq; carpentū cum magno clangore uolitās, rurſus ueluti miniſterio diuinitus miſſa repoſuit id omē læta dicitur Tanaquil accepiſſe, & continuo uirū cōplexa alta ſperare iuſſiſſe: hic igitur cū beneficiis multorū ſibi ciuiū beneuolentiā cōciliaſſet, eouſq; proceſſit ut in ſummā Anci regis familiaritatem ueniret, a quo libertorū etiā tutor īſtitutus eſt, & poſt mortē Anci regni intercepit. Dilatauit. prorogauit: nā Sabinos bello ſuperauit, & eis Collatiā ademit, quicquid agri circa Collatiā erat, oēmq; Latinū nomen domuit: & multas Latinorum ciuitates P. R. imperio ſubegit, uidelicet Apiolas, Corniculas, Ficulneā, Cameriā, Cruſtomeriū. Cultū deorū nouis ſacerdotis quia augurū collegium ſummo in honore haberi uoluit, adeo ut nihil priuatim, uel publice ageretur, niſi prius captatis auſpiciis, ꝙ inde factum eſt, quia cum uellet curiis a Romulo inſtitutis nouas edere curias, Nauius augur id inſidiis prius per auguria conſultis, fieri poſſe negabat. Rex uero eius arti fidem eleuans, conſule, inquit aues fieri ne poſſit, ꝙ aio cōcipio, quod cū ille captatis auguriis fieri poſſe reſpondiſſet, cape inquit, hāc cotē, eāq; nouacula diſcinde. At ille incōtinenter accepit, ac ſecuit: tūc rex cepit & arti fidē, & auguribus honorē maximū adhibere. Numerū ſe. qa centum patres adiecit ordini ſenatorio, qui minorū gētiū appellati. Equeſtrē ordinē. Quia cēturias inſtitutas Romulo auxit, ut i trib' cēturiis mille & tric. eqtes ēēnt.

ASCENSIVS.

TARQVI. &c. Cōdependet ſuperiori a ſic. Aūt pro ſed fortuna aduexit in noſtrā urbē ad occupandū imperium Ro. Tarquiniū Priſcū, ꝙ dicit ad differentia Tarquinii Superbi alienū. ſ. ab imperio Ro. i. multū remotū, ꝙ exactū. i. expulſum a ſuis, alieniorē. i. magis abhorrentē, & remotū ab eodē imperio, ꝙ ortum Corintho, & ita extra Italiā faſtidiēdū. i. merito ꝓ faſtu reiiciendū, ꝙ genitū mercatore. erubeſcendū ꝙ natū patre Demarato etiā exule. Cęterū. i. ſed euētū (ergo inuitō etiam dicitur) tā proſperū conditionis ſuæ. i. ſtatus eius reddidit. i. fecit induſtriū. i. ſagaci ingenio pro inuidioſo. i. loco eius cui inuideatur, & glorioſum pro inuiſo. i. loco inuiſi. Enim pro quia ipſe dilatauit fines Po. R. & iunxit cultū deorū nouis ſacerdotibus, & amplificauit numerū ſenatus, & reliquit ordinē equeſtrē uberiorē. i. abūdātiorē, & auctiorē, quoq;. i. & ꝙ conſumatio. i. perfectio laudū eius eſt effecit præclaris uirtutib', ne hæc. i. noſtra ciuitas ageret pœnitentiā, & mutuata eſſet. i. mutuo acepiſſet potius regē de finitimis. ſ. populis utpote Hetruſcis, quam elegiſſet de ſuis.

OLIVERIVS.

IN Tullo uero Seruio. Tota hiſtoria repetenda quæ in. i. lib. dicta eſt in. c. de prodigiis: fuit aūt ſecundum fabulas, ut diximus, Vulcani fili', & Ocrecię. Vernā. Seruū ex ancilla natū Pli. de uiris illuſ. Seruius Tullus inquit Pub. Corniculani, & Ocrecię captiuę filius cū in domo Tarquini Priſci educaret, flāmæ ſpecies caput eius cōplexa eſt. Titulus ipſius ſtatuæ. qa ita inſcriptus eſt. Seruii Tulli regis Ro. ſtatua. Seruili cognomine. qa dicit Seruii quod a ſeruo nomē habuit, ꝗuis Liui. patrē huius Seruiū appellatum eſſe principem in Corniculo ciuitate, & ꝓbat hūc nō ſeruū fuiſſe nec ſerua natū.

ASCENSIVS.

IN Tullo uero &c. ordo eſt. Vero ꝓ ſed fortuna oſtēdit ꝑcipue uires ſuas in Tul. Seruio rege Ro. dando ſupp. eum natum Vernam. i. ſeruū ex ancilla. Liui. tamen uult duntaxat ex captiua natum regem huic. i. noſtræ urbi cui. ſ. Ser. contigit. i. licet. difficile ſit datum eſt obtinere imperium diutiſſime, & condere. quater luſtrum. i. luſtrationem ciuium. i. inquiſitionem quot eſſent, & quantum poſſiderent, quod quinto quoq; anno fiebat, unde luſtrum pro quinquennio deinde uſurpatum, & triumphare ter, ut Liui. late li. i. docet autē pro ſed ad ſummam. i. ut ſummatim eius fortunam dicam titulus ſtatuæ ipſius teſtatur abunde unde ꝓceſſerit, qa ex ſeruitute, aut quo ꝑuenerit qa ad regnū Romanū, ꝑplexus. i. utrūq; cognomine Seruili, & appellatione regia. Inſcriptū enim erat, ſtatua Seruii Tulli Ro. regis, aut Seruius Tullius Romanorū rex, in uocē autē Seruii, aut Seruius uult autor denotandū, ꝙ prius fuerat Seruus, cum Liuius a patre id accepiſſe uelit.

OLIVERIVS.

MIRO quoq; gradu Var. Quam humili loco hic ſit natus oſtendimus in cap. de neglecta religione. cum igitur fauore plebis patribus nequiq̄ reſiſtentibus conſul creatus eſſet, cum L. Paulo grauiſſima clades illa tantopere celebrata a ſcriptoribus apud Cannas Apuliæ uicum fuit Romanis illata: cuius cauſa, & actor fuit hic Terentius Varro. Macellaria. Non laniena, ſed ubi obſonia uendebantur a macello quodam, qui cum patriam prodere uoluiſſet, damnatus eſt, & capite punitus, ædes eius ſolo adequatæ, in area ubi ædes fuerant uendi cœperunt obſonia. Capturis. Quæſtibus hæc captura dicitur. Excudit. expreſſit: tranſlatio a fabris, qui ferrum cudentes cuiuſpiam inſtrumenti forma efficiunt.

ASCENSIVS.

MIRO quoq;. Ordo eſt. Varro. ſ. Terentius conſcendit quoq; miro gradu. i. ꝓceſſu, ex taberna macellaria patris. i. ubi pater obſonia in macello uenditabat, ad conſulatum. ſ. Romanum, quam ſummus tunc erat ſaltem ordinarius magiſtratus. Et quidem. i. & certe (ſic autem melius q̄ equidem legitur: nam equidem eſt, quaſi ego equidem, unde Cice. & Virg. primæ tantum perſonæ iungunt) fortuna duxit parum. i. exiſtimauit parum eſſe. xii. faſces largiri ſolitos inquinari capturis. i. callido quęſtu, ſordidiſſimę mercis niſi dediſſet etiam ſup. ei Lucium Aeliū Paulum, uirū uidelicet nobiliſſimū collegam. i. conſulem, atq; fortuna infudit ſe in ſinū eius. ſ. Terētii Varronis, ita ut cū ipſe.

Demaratus Corinthius

exhauſiſſet ſua culpa .i. temeritate Po. Ro. apud Cannas uicum Apuliæ, ubi cum Hannibale male pugnauit, pateretur quoq; Paulum. ſ. Aemilium, qui nolebat prælium committere, quia uidebat non eſſe expediens, occidere .i. occumbere, & ſup. reducere illum. ſ. Varronem caput omnis cladis, incolumen .i. ſaluũ, in urbem. ſ. Romam. Quinetiã eduxit. ſ. fortuna ſenatum agente ante portas. ſ. urbis gratias, q̃ redi uoluiſſet, & fortuna extudit, aut excudit .i. fabre effecit, ut dictatura .i. maximus illæ, a quo nulla erat prouocatio magiſtratus, deferretur, id eſt mandaretur, autori cladis grauiſſimæ ſcilicet Cannenſis, hoc eſt idem Varroni.

DE M. PERPENNA.

Non paruus conſulatus rubor M. Perpenna, vtpote qui Cos. ante q̃ ciuis, ſed in bello gerendo vtilior aliquanto reip. Varrone imperatore. Regem.n. Ariſtonicum cepit: Craſſinæq; ſtragis punitor extitit. Cum iterim cuius vita triumphauit, mors Papia lege damnata eſt. Nanq; patrem illius, nihil ad ſe pertinentia ciuis Romani iura complexum, Sabelli iudicio petitũ, redire in priſtinas ſedes coegerunt. Ita M. Perpennæ nomen adumbratum: falſus conſulatus, caliginis ſimile imperium, caducus triumphus, aliena in vrbe improbe peregrinatus eſt.

DE M. PORCIO CATONE.

M. vero Porcii Catonis incrementa publicis votis expetenda fuerunt: qui nomẽ ſuũ Tuſculi ignobile, Romæ nobiliſſimum reddidit. Ornata ſunt.n. ab eo literarum latinarum monimenta, adiuta diſciplina militaris, aucta maieſtas ſenatus, prorogata familia, in qua maximũ decus poſterior eſt ortus Cato

OLIVERIVS.

¶NON paruus conſulatus rubor M. Perpennæ. Hic græcus fuit, & in urbem peregrinus uenerat. deinde cum ſe gratioſiorẽ patribus feciſſet, & magnas opes comparaſſet, eo proceſſit res, ut cũ comitia haberentur, auſus fuit petere conſulatum, quẽ etiã obtinuit. multa hic rei militaris documẽta dedit, adeo ut prius pene Cos. q̃ ciuis miſſus gratia Ariſtonicũ fuit ut ſupra diximus. nam Ariſtonicus rex Eumenis filius Aſiam Attali regis toto Po. Rom. legatam occupauerat: aduerſus quem P. Licinius Craſſus, & idem Pont. Max quod nunq̃ antea factum fuerat, cũ exercitu miſſus qui rem infeliciter geſſit, & per inſidias interceptus occubuit: poſtea uero M. Perpenna exercitum aduerſus hunc Ariſtonicum duxit: & eum ſuperatum in deditionem accepit, ac de illo triumphauit: deinde cum Sertorius hoſtis patriæ iudicatus fuit, hic ſocius eius fuit. Pompeius, & Metellus conſules aduerſus Sertorium Hiſpaniam cum exercitibus miſſi ſunt, ubi cum Sertorius omnibus fere prælijs uictor euaſiſſet, ad ultimum proditione ſuorum occiditur: cuius proditionis princeps fuit M. Perpẽna, qui deinde ſucceſſit ei: & cum Pompeius intelligeret, ſe rem habere cum uno duce, & longe inferiore Sertorio, rex cohortes obiecit ei, quæ tanq̃ populatum irent, p agros euagarentur, & ſpem bene gerendæ rei Perpennæ facerent: quod etiam ita euenit: nam ubi cohortes Romanas pallantes per agros animaduertit, eos toto cum exercitu ſuo ad inſidias pertraxerunt, ubi cum milites uiuum Perpennam ad Pompeium deduxiſſent, eũ lege Papia interfici iuſſit, utpote qui hoſtis patriæ iudicatus eſſet.

Lex Papia

Nanq; potentia eius, bene dico M. Perpennam lege Papia Pompeiũ interfici iuſſum, cum patrem illius iudicio Sabelli tribuni plebis damnatum ſe ciuem Romanum, & ciuis Rom. iura uſurpantem, in priſtinas ſedes redire coegerunt. In priſtinas ſedes. in græcia, nomen adumbratum, tranſlatio a pictoribus, qui primo quidem formam imaginis adumbrant, deinde coloribus illam diſtinguunt, & ſic in imaginem redigunt: adumbrare proprie eſt alicuius rei formam inducere: ergo nomen adumbratum quia principia quidẽ M. Perpennæ ſummæ claritati, & gloriæ formam induxerunt, ſed exitus formam illam adumbratam in ueram ſplendoris imaginem exprimere non potuerunt. Falſus conſul eſſe non debuit. Caligini, ſimile imperium caducus triumphus. l. caducum, & obſcurum, quemadmodũ eſt caligo, q̃ cũ ſol uehemẽtior impulerit eam, cõtinuo diſſipat.

ASCENSIVS.

¶NON paruus rubor &c. Duplex eſt lectio, & ita duplex ordo. nam alii textus habent M. Perpennæ, alii M. Perpenna: ſecundum priores ordo erit. Rubor conſulatus M. Perpennæ non paruus ſup. eſt, aut fortunæ, aut ciuitati Rom. ſecundum poſteriores, ſic M. Perpenna ſup. eſt non paruus immo magnus rubor conſulatus, utpote qui conſul ſupp. fuit anteq̃ ciuis, quia Græcus erat, & ita conſulatui rubor iniectus eſt, q̃ cum ſit ſummus ciuium honor, non ciui delatus ſit, ſed ſup. M. Perpenna, utilior aliquando reip. in bello gerendo, Varrone .ſ. Teren. dicto. Enim pro quia ipſe cæpit Ariſtonicum regem ſcilicet Aſiæ, & extitit punitor ſtragis Craſſianæ, id eſt, Craſſi, qui a Thracibus interceptus, a milite uirga in oculum percuſſo, a quo ad Ariſtonicum trahebatur, occiſus eſt. Cum interim mors eius ſcilicet Perpennæ, cuius uita triumphauit, id eſt, qui in uita triũphos duxit, damnata eſt lege Papia, quia hoſtis patriæ iudicatus eſt. cum Sertorio, cuius i Hiſpania ſocius, & cauſa mortis fuerat, tãdemq; captus & ad Põpeius pductus, lege Papia, ultimũ ſupplicitũ tulit: nãq; (q. d. certũ eſt mortẽ eius damnatã, quia etiam poſt mortẽ eius) Romani ſup. cogerunt patrem illius ſcilicet, Perpennæ complexum .i. uſurpantem iura ciuis Romani nihil pertinẽtia ad ſe, cum eſſet peregrinus utpote Græcus petitum iudicio Sabelli .ſ. tribuni plebis, redire in priſtinas ſedes .ſ. in Græciam. ita .i. & ſic nomen M. Perpennæ adumbratum .i. obſcuratum, & conſulatus falſus .i. non uere aditus, cum eius capax non fuerit, & imperium ſimile caliginis .i. tenebrarum, & triumphus caducus .i. cuius gloria non diu durauit, peregrinatus .i. more peregrini conuerſatus eſt, improbe in urbe aliena, quia peregrini officium eſt non eſſe curioſum de rebus ciuitatis, in qua peregrinatur, is autẽ ſummos eius honores uſurpat.

OLIVERIVS.

¶M. VERO Porcii Catonis. Pli. de uiris illuſ M. Porcius Cato genere Tuſculanus a Val. Flacco Romam ſolicitatus trib. mil. in Sicilia, quæſtor ſub Scipione fortiſſimus, & prætor iuſtiſſimus fuit, in prætura Sardiniam ſubegit, ubi ab Ennio græcis literis inſtructus conſul Celtiberos domuit, & ne rebellare poſſent, literas ad ſingulas ciuitates miſit, ut muros diruerent, cum unaquæq; ſibi ſoli imperati putaret fecerunt. Syriaco bello tribunus militum ſub M. Attilio Glabrione occupatus Thermopylarum iugis præſidium hoſtium depulit. Cenſor L. Flaminium conſularem ſenatu mouit, q̃ ille in Gallia ad cuiuſdam Scorti ſpectaculum eiectum e carcere in conuiuio iugulari iuſſiſſet. Baſilicam ſuo nomine primus fecit, matronis ornamenta erepta inopia lege repentibus reſtituit, accuſator aſſiduus malorum, Galbam octogenarius accuſauit, ipſe quadragies quater accuſatus glorioſe abſolutus, Carthaginem delendam cenſuit, imago huius funeris gratia produci ſolet, Plutarchus dicit hunc genere Tuſculanum fuiſſe, & prius q̃ ad militiam, atq; remp. ſe conferret, in agro paterno circa Sabinos uixiſſe: cuius cum maiores prorſus ignobiles eſſe uiderentur, ipſe Cato M. patrem, ut uirum bonum, fortem, ac in re militari uerſatum efferre laudibus, Catonem etiam proauum ſæpenumero præmiorum honore ab imperatoribus laudatum, & quinq; bellantium equorum, quos inter dimicandum amiſerat præcium fortitudinis ſuæ teſtimonium a populo ſibi reſtitutum refert, cum ex more Romani eos, qui generis gloria carentes, a ſeipſis initium caperent nominis ſui nouos homines, quemadmodum & ipſum Catonem appellarent, ipſe ad gloriam ſibi magiſtratus ſe nouum eſſe, rebus uero geſtis ad uirtute maiorum uetuſtiſſimum prædicabat. principio autem tertio nomine non Cato, ſed Priſcus uocabatur, conſequenti tempore Cato ei uirtutis cognomentum extitit: nam Romani eo, in quo multarum rerũ uſus ac experientia, ſic Catonem nominant. Hæc Plutarchus in uita Catonis. Incrementa, principia, ita quidem M Perpennæ egregia fuere primordia, exitus minus probabiles habuerunt, ſed M. Porcii Catonis uitæ totius tenor idem extitit. Tuſculi. municipii Rom. Monumenta. hiſtoriæ nam librum de originibus edidit, uidelicet de quacũq; familia Rom.

Cato hõ nouus

undc

EXTERNA. DE SOCRATE.

Sed vt Romanis externa iungamus: Socrates nõ ſolum hoium conſenſu, verumetiam Apollinis oraculo ſapientiſſimus iudicatus, Phænarete matre obſtetrice, & Sophroniſco patre marmorario genitus, ad clariſſimũ lumen gloriæ exceſſit; neq; immerito. Nam cum eruditiſſimorũ virorũ ingenia in diſputatione cæca vagarentur, menſuraſq; ſolis, & lunæ, & cæterorum ſyderum loquacibus magis, q̃ certis argumentis explicare conaretur, totius etiã mũdi ambitũ complecti auderẽt, primus ab his indoctis erroribus abductũ animũ ſuũ ĩ intima cõditionis humanæ, & ĩ receſſum pectoris repoſitos affectus ſcrutari coegit: ſi virtus p ſeipſam æſtimetur, vitæ magiſter optimus.

DE EVRIPIDE ET DEMOSTHENE.

Quã matrẽ Euripides, aut quẽ patrẽ Demoſthenes habuerit, ipſorũ quoq; ſeculo ignotum fuit: alterius aũt matrem olera, alterius patrem cultellos vẽditaſſe omnium pene doctorum literæ loquuntur: ſed quid aut illius tragica, aut huius oratoria vi clarius?

unde originem habuerit, & quid a quaq; gente accepit Roma, idem ſummus orator fuit. Hora. in poet. Cum lingua Catonis, & Enni ſermonem patrium ditauerit. Cice. lib. de orat. iii. Quid, inquit, M. Catoni præter hanc politiſſimam doctrinam tranſmarinam, aduenticiam defuit: nam quia ius ciuile non didicerat, cauſas non dicebat: aut quia poterat dicere, ius negligebat, aut utroq; genere, & laborauit, & præſtitit, non propter hanc ex priuatorũ negociis collectam gratiam tardior in rep. capeſcẽda nemo apud populũ fuit fortior, nemo melior ſenator, & idẽ optimus imperator, deniq; nihil in hac ciuitate tẽpibus illis ſciri, diſciue potuit, quod ille non tũ ẽt inueſtigauerit, & ſciuerit, tũ etiã conſcripſerit &c. Adiuta mil. diſci. quia bello oẽm ferme Hiſpa. imperio Po. Ro. ſubegit ductu, & auſpiciis ſuis. Aucta ma. quia in ordinem ſenatorũ electus. Prorogata propagata. Poſterior ortus, qui Vticenſis dictus eſt.

ASCENSIVS.

MARCI &c. Affert laudabile incrementũ M. P. Catonis dicẽs. Vero pro ſed. q d. econtrario incrementa .ſ. honoris, & gloriæ M. P. Catonis fuerunt expetenta publicis uotis, q red didit nomen ſuũ ens ſup. ignobile Tuſculi in illo oppidulo nobiliſſimũ Romæ. Enimpro quia monumenta literarum latinarum ſunt ornata .i. exculta ab eo, diſciplina militaris adiuta ſup. eſt ab eo, maieſtas ſenatus eſt aucta ab eo, & familia .ſ. Porcia prorogata .i. propagata, & extenſa eſt ab eo, in qua ortus eſt Cato poſterior, maximum decus .ſ. Romæ, quod miror adiecisſe, cum contra Cæſarem ſenſerit.

THEOPHILVS.

IMMO Catonis origines. Italiæ ciuitatũ continebãt origines unde nomẽ: & ſi nõ ſatis plenũ titulũ ꝓpoſuiſſe uidet̃ amplexus, ut placet Verrio, quomodo pregrauent ea, quæ ſunt rerũ geſtarum Po. Ro.

OLIVERIVS.

SOCRATES non ſolum. hic fuit Athenienſis philoſophus clariſſimus, ex pago alopocenſi. filius Sophroniſci marmorarii, & Phanaretæ obſtetricis. Fuitq;, ut quidam ferunt, Anaxagoræ primum auditor, deinde Archelai, cui ſucceſſit in ſchola. hic animaduertens ſpeculationis naturalis nullum fructum eſſe, quantum ad commoda uitæ ſpectaret, primus Ethicam, hoc eſt moralem philoſophiam inuenit, relicta naturali. nam teſte Cice. in prologo .v. lib. Tuſc. qõ. primus de cælo philoſophiam euocauit, & in urbibus collocauit, in domoſq; introduxit, & coegit. de moribus, & uita, rebuſq; bonis & malis quærere. q̃obrem ut ſcri. Soli. non ſolum conſenſu hominũ, uerum etiam Apollinis oraculo fuit ſapientiſſimus iudicatus: nam ingreſſum forte Apollinis templum Phithia .i Phebas Apollonica ita illum excepiſſe fertur. Salue ſapientiſſime omnium. fuitq; orator promptus, acer primus teſte Fauorino cum Aeſchine diſcipulo oratoriæ artis campos aperuit: fuitq; illi cura etiam corporeæ exercitationis, atq; erat præclari habitus, ut dixit Laertis. unde ſuadebat diſcipulis ſuis, ut ſe crebro tuerentur in ſpeculo, ut quibus eſſet corporis dignitas a natura donata, eam integrã nullo uitiis corruptam conſeruarẽt: quibus uero negata fuiſſet, uirtute compararent, ut animoſi non corpore hoibus placerẽt, militauitq; quandoq;, & Xenophontem ab equo deiectum in prelio facto uiriliter ſuſcipiens ſaluũ reddidit, fugientibus Athenienſibus uniuerſis in bello nauali uicit, uict..iamq; Alcibiadi cõceſſit, quem ipſe teſte Ariſtippo ſuis manibus armauerat: de quo alia dicemus in ca. de ſapienter dictis. Cum eru. cæteri philoſophi in cognitione naturali tẽpus tererent primus ipſe, relicta naturali, moralẽ philoſophiã in quã hoies rationem bene, recteq; uiuendi ſpecularentur inuenit. Menſuraſq; ſolis .i. magnitudinẽ ſolis, lunæ, & cæterorũ ſyderũ. Solis. quẽ alii duplo, alii triplo terra maiorẽ dicunt. Lunã æque magnã ac terram dicũt, magis loquacibus, quibuſdã coniecturis ducebantur, q̃ certis rationibus, ut de his rebus diſputarent. Intima .ſ. parte, uidelicet aĩo. Repoſitos affectus. iraſcibilẽ cõcupiſcibilẽ, rõnalẽ, ex qbus quaſi fontibus oẽs animi perturbationes deriuantur.

ASCENSIVS.

SED ut ium. Ro. ſup. exẽplis externa, Socrates iudicatus ſapientiſſimus. nõ ſolũ conſenſu hoium, uerũ etiam Apollinis, genitus Phænarete matre obſtetrice .i. q parturientibus operã locabat, & Sophroniſco patre marmorario i. q marmora poliebat, aut ſculpebat, exceſſit .i. euaſit, clariſſimũ lumẽ gloriæ. Neq; immerito .l. & nõ ſine merito ſuo eo peruenit. nã cũ ingenia uirorũ eruditiſſimorũ, uagarẽtur .i. incerta agitarẽtur, in diſputatione cæca .i. rerum, quarũ ueram cognitionem habere non poterant, & conarentur explicare argumentis magis loquacibus q̃ certis, menſuras ſolis, lunæ, & cæterorũ ſyderũ, & auderent cõplecti ambitũ .i. circuitũ etiam totius mundi, ipſe prius coegit aĩum ſuũ ab his indoctis .i. indoctorũ, aut inductis .ſ. ab aliis erroribus, in intima .l. intimam partem conditionis humanæ .l. ad ſcrutanda præcordia, quorũ laus, aut uituperatio naſcitur ex præcordiis eorũ, & pro .l. in affectus .i. potentias animæ repoſitas .i. locatas, in receſſu .i. ſecreto pectoris, ens ſup. aut exiſtens, optimus magiſter uitæ, ſi uirtus æſtimetur per ſeipſam, id eſt, ſine reſpectu ad commoda publica, aut priuata, quia philoſophando, & contemplando optime uiuitur, ſed utilius reip. fortiter agendo.

OLIVERIVS.

QVAM ma. Eur. conſtat hunc in familiaritatem Socratis maximam, & iura ueniſſe, adeo ut ſint qui dicant Socratem fuiſſe, qui ſcripſit tragœdiam Euripidis. Syropus etiã dicit Euripidis linguam Socratẽ iuuiſſe, & Ariſtophanes dicit Socra. fuiſſe Euripidẽ, hæc hiſtoria notabit̃ in ca. de fiducia. Demoſthenis pa. Plutar. Demoſthenẽ nominatũ fuiſſe dicit, illumq; teſte Theopompo hiſtorico, uirũ probũ, & honeſtum Machæropiũ cognominatũ, ab officio gladiorum, q̃ Athenis egregiam, multiſq; artificibus ſeruis inſtructam habebat, q & Iuuen. affirmat in ſatyra omnibus in terris, cum dicat: Quem pater ardẽtis maſſæ fuligine lippus. A Carbone, & forcipibus, gladioq; parã te incude, & luteo Vulcano ad re torã miſit. matrem uero eius Aeſchines tradit ex barbara muliere, & Athenienſi quõdam exule natam, id uerum ſit nec ne, incertum eſt. nã ad falſam calumniã id obiectũ Demoſtheni ab Aemulo putantur. fuit autem Demoſthenes orator omniũ maximus, ut ſub oratoris nomine apud græcos Demoſthenes intelligatur, ſicut apud nos Cic. & conſtat quidem paruũ admodum orphanum fuiſſe, qui cum ſe a tutoribus ſuis deceptum fuiſſe cognoſceret, ſtatuit omnino artẽ oratoriã aſſequi pleniſſime, ut ab his ius ſuum aliquando repoſceret, ſed omnia a natura ſuo ꝓpoſito habebat aduerſa, quæ tamen ſtudio & induſtria ſuperauit, ut in cap. de induſtria dicemus. Quã matrẽ. Theopõpus teſte Gellio, dicit Euripidis matrẽ olera uẽdentẽ quotidianũ ſibi uictũ miſerabiliter quæritaſſe.

ASCENSIVS.

QVAM matrem. Citat alia duo exẽpla eorum, qui ex ignotis parentibus ad ſummam nobilitatem emerſerũt dicens. Quã id eſt, quo nomine matrem Euripides poeta in tragœdia clariſſimus, habuerit, aut quem .i. quo nomine patrem Demoſthenes orator apud græcos ſummus habuerit, ignotum fuit, quoq;

id eſt, etiam ſeculo, id eſt, euo ipſorum. Autem pro ſed, literæ pene omnium doctorum loquuntur, id eſt, atteſtantur, matrem alterius, ſcilicet Euripidis, uenditaſſe olera, & patrem alterius, ſcilicet Demoſthenis uenditaſſe cultellos. Sed quid clarius ſup. eſt aut tragica ui illius, ſcilicet Euripidis, aut oratoria ui huius, ſcilicet Demoſthenis? quaſi dicat nihil.

ſtrare non ſunt paſſi. Diximus Regulum aduerſus regiam claſſem Antiochi feliciter pugnaſſe ad Mionenſum, Rhodiis iuuantibus. Africani filius captus ab Antiocho patri remiſſus eſt. Maculis. ſordibus uitiorum inquinatam, ſic per conceſſionem quaſi turpiter. Sellam curulem poneret, ut ius diceret.

DE IIS QVI A PARENTIBVS CLARIS DEGENERAVERVNT CAP. V.

SEquitur duplicis promiſſi pars adopertis illuſtrium: virorum imaginibus reddenda: quoniam quidem ſunt referendi, qui ab earũ ſplendore degenerauerunt, teterrimis ignauiæ, ac nequitiæ ſordibus, imbuta nobilia portenta.

DE SCIPIONE IGNOBILI FIL. AFRIC.

Quid.n. monſtro ſimilius, q̃ ſuperioris Africani filius Scipio? Qui in tanta domeſtica gloria ortus, a paruulo admodũ regis Antiochi præſidio capi ſuſtinuit: cũ ei volũtaria morte abſumi ſatius fuerit, q̃ inter duo fulgẽtiſſima cognomina p̃ris & patrui altero oppreſſa Africa iã parto, altero iã maiore ex pte recuperata Aſia, ſurgere icipiẽte, manus vinciẽdas hoſti tradere, eiuſq; beneficio p̃cariũ ſpiritũ obtinere: de quo mox L. Scipio ſpecioſiſſimũ Deorũ, hoĩumq; oculis ſubiecturus erat triũphũ. Idẽ p̃turæ petitor candidã togã adeo turpitudinis maculis obſolefactã ĩ campũ detulit, vt niſi gratia Cicerei, q patris eius ſcriba fuerat, adiutus eſſet, honorẽ a Po. impetraturus nõ videretur: q̃q̃ qd interfuit vtrũ repulſam. an ſic adeptã p̃turã domũ referret? quã cũ propinqui ab eo pollui animaduerterẽt, id egerũt, ne aut ſellam ponere, aut ius dicere auderet. Inſuperq; e manu eius anulum, in quo caput Africani ſculptũ erat, detraxerunt. Dii boni quas tenebras e quo fulmine naſci paſſi eſtis.

DE FILLIO Q. FABII DEGENERE.

Age Q. Fabii Max. Allobrogici & ciuis, & imperatoris clariſſimi filius Q. Fabius Max. q̃ perditã luxuria vitã egit? cuius vt cætera flagitia obliterentur, tñ abunde illo dedecore mores nudari poſſent, q ei Q. Põpeius prætor vrbanus, paternis bonis interdixit: neq; in tanta ciuitate, qui illud decretũ reprehenderet, inuentus eſt: dolenter.n. hoĩes ferebant pecuniam, quæ Fabiæ gentis ſplendori ſeruire debebat, flagitiis diſiici. Ergo quem nimia patris indulgentia hæredem reliquerat, publica ſeueritas exheredauit.

THEOPHILVS.

QVAM ma. Euri. ea Cliſto dicta eſt. quã ueteris comœdia poetæ uelut olera uẽdere ſolitã notãt: hiſtoria tamen Philocori tradit Euripidẽ materno paternoq; ſtẽmate clariſſimũ.

OLIVERIVS.

SEQVITVR du. pro. pars. Sequitur, inquit, pars p̃miſſa, in qua de his, q a maioribus ſuis degenerauerũt, tractandum eſt. Adopertis .ſ. a poſteris patefactis. Degenera. alieni facti ſunt. Portenta. quaſi portenta: quæ enim contra naturam ſunt portenta dicuntur. Nobilia. quia a nobiliſſimis parentibus nati ſunt.

ASCENSIVS.

SEQVITVR &c. Ordo eſt. pars .ſ. altera promiſſi .ſ. in paraſceue ante ſuperiorem titulum, duplicis .i. duo mẽbra cõplectentis, quorũ alterum iam abſolutũ eſt, ſequitur reddẽda .i. q̃ reddi debet imaginibus illuſtrium uirorum, adopertis .i. offuſcatis per degenerem proles. q̃m quidem .i. quandoquidẽ referendi ſup. ſunt ii, qui degenerauerunt .i. per ignobilitatem animi defecerũt ab ſplendore earum .ſ. imaginum illuſtrium uirorũ, appoſitorie portẽta .i. mõſtra nobilia .i. qui ſic degenerantes ſunt nobilia portẽta, ĩbuta .ſ. infecta, teterrimis ſordibus ignauię, ac nequitiæ.

OLIVERIVS.

PARVVLO admo. regis Antio. Scimus quomodo L. Scipio frater ſuperioris Africani Cos. ſortitus ſit prouinciam Aſiam, ut bellũ aduerſus Antiochum gereret, quã ſenatus eo libentius cõceſſit, quo frater Africanus ultro pollicitus eſt ſe in Aſiam iturum illi legatũ. L. ergo Scipione, & Africano fratribus exercitum traiicientibus in Aſiã nuncii uenerũt debellatum utrinq; eſſe. a terra, quippe ab Atti. Reg. mari aũt ab Aemi. Primo igitur aduentu eorum legatos pacẽ petentes Antiochus ad eos mittit peculiare donum Afri. ferẽtes filiũ eius, quẽ rex paruo nauigio traiicientẽ ceperat: hunc aũt regis muneribus donatũ ad patrem remiſit, pax regi data parte prouinciæ adẽpta uſq; ad montem Taurũ. Altero patre. qui Africanus cognominatus ab oppreſſa Africa. Altero patruo. q Aſiaticus dictus eſt recuperata Aſia. Precarium. quod precibus obtinetur, & eſt uerbum iuris. Deorum, hoiumq;. quia curru triumphans uectus eſt in Capitolium, ubi dii, & homines illum inſuebantur. Idẽ præturę petitor. hic & Cicereius, qui ſcriba patris eius fuerat cõpetitores erant pręturæ, qui cum in campum Martiũ ueniſſet ĩ honore ſcriba Cicereius Scipionis p̃latus eſt, ſed hic motus reuerentia quadam patris eius, cuius ſcriba fuerat, conceſſit illi præturam, quam tamen cognati eius adminiſ

ASCENSIVS.

QVID enim &c. Affert primum exemplum Scipionis filii Scipionis Africani maioris dicens. Enim pro quia, quid ſup. fuit ſimilius monſtro, quam Scipio filius Scipionis Africani ſuperioris, id eſt, anterioris, aut maioris. q. d. nihil utpote, qui ortus in tanta gloria domeſtica .ſ. patris ſui ſuſtinuit .i. paſſus eſt capi a p̃ſidio regis Antiochi admodum .i. ualde paruulo, cum ſatius .i. eligibilius fuerit ei abſumi morte uoluntaria, uidelicet inferendo ſibi manum, q̃ tradere manus uinciendas hoſti, & obtinere ſpiritum precarium, id eſt uitã quaſi precibus redemptam beneficio eius .ſ. hoſtis inter duo fulgẽtiſſima cognomina .ſ. patris, & patrui, id eſt fratris patris altero .ſ. cognomine patris pacto .i. acquiſito iam Africa oppreſſa, & altero .ſ. patrui cognomine, qui Aſiaticus dictus eſt incipiente ſurgere. recuperata Aſia ex maioꝛ parte. de quo idẽ hoſte. L. Scipio .ſ. patruus eius ſubiecturus erat mox .i. paulopoſt oculis deorum, & hominum ſpecioſiſſimum triũphum. Idem &c. Ordo eſt. Idem .ſ. Scipio ſuperioris Africani filius petitor præturæ .i. tempore comitiorum candidatus in campum Martium ad petendam præturam deſcenderet, detulit in campum .ſ. Martium, togam candidam, qua induebantur in ſignum candoris animi, nulla ambitione, aut auaritia polluti, adeo obſolefactam, id eſt, cõtaminatam maculis turpitudinis .i. obſcœnitatis, ut niſi eſſet adiutus gratia Cicerei (nam ſunt, qui illi oblatam dicant præturam) qui fuerat ſcriba patris eius, non uideretur impetraturus ſup. fuiſſe honorem .ſ. pręturę a populo. Quanq̃ .i. tametſi, quid interfuit utrum referret domũ repulſam, an præturam adeptam .i. acquiſitam ſic .i. precario. & cũ dedecore, q. d. nihil q̃ ſcilicet pręturam cum propinqui .ſ. conſanguinitate, animaduerterent pollui ab eo. id egerunt .i. ita terruerunt eum ne .i. ut nõ auderet, aut ponere ſellam curulem .i. ſedem prætoriam, aut dicere ius .i. iudicare inter litigãtes. Inſuper .i. & ſuper hæc, detraxerũt e manu eius anulũ, in quo erat ſculptũ caput Africani .ſ. maioris. hoc autẽ faciebãt, ne eo quicq̃ temere ſignaret, nã ĩ anulo ſigna ſua fere, ut nunc multi habebant. Dii boni. exclamatio modeſta, quas .i. quales tenebras .i. offuſcationes claritatis, nominis, & famæ, paſſi eſtis naſci equo, id eſt quaſi fulmine .i. uehemẽtiſſimo lumine, ut ex Africano maiore, q̃ſi dicat maximas e maximo.

OLIVERIVS.

AGE Q. Fabii Ma. hic fuit, qui aduerſus Allobroges, & Bituitum Auernorũ regem ſecundum quoſdam felici pugna dimicauit,

DE FILIO CLODII PVLCHRI.

Poſſedit fauorem plebis Clodius Pulcher, adhærenſq; Fuluianæ ſtolæ pugio, militare decus muliebri imperio ſubiectum habuit: quorũ filius Pulcher, præterquã q eneruem, & frigidam iuuentam egit, perdito etiam amore vulgatiſſimæ meretricis infamis fuit, mortiſq; erubeſcendo genere conſumptus eſt: abdomine enim auide deuorato, fœdæ, ac ſordidæ intemperantiæ ſpiritum reddidit.

DE HORTENSIO CORBIONE.

Iam Qu. quidem Hortenſii, qui in maximo, & ingenuorũ ciuiũ, & ampliſſimorũ prouentu, ſummum autoritatis, atq; eloquentiæ gradũ obtinuit: nepos Hortenſius Corbio omnibus ſcortis abiectiorẽ, & obſcœniorem vitam exegit: ad vltimumq; lingua eius tam libidini cunctorum inter lupanaria proſtitit, q̃ aui ꝓ ſalute ciuiũ in foro excubuerat. Animaduerto in q̃ periculoſum iter proceſſerim. Itaq; meipſum reuocabo, ne ſi reliqua eiuſdẽ generis naufragia conſectari perſeuerauero, aliqua inutili relatione implicer. Referam igitur pedem, deformesq; vmbras in imo gurgite turpitudinis ſuæ iacere patiar. Satius eſt enim narrare qui illuſtres viri in cultu cæteroq; vitæ ritu, aliqua ex parte nouando, ſibi indulſerunt.

---

micauit, nam. xx. mil. hoſtiũ ea pugna cæſa dñr, & cũ Bituitus Romã ueniſſet, ut Senatui ſatisfaceret, hoc eſt, ut ſe excuſaret, q a ſe bellũ illud nõ eſſet ortũ, & ꝓpterea ſibi ignoſci, & pacẽ dari peteret. Albã miſſus traditus eſt in cuſtodiam, & cũ ſecũdũ pacẽ nõ uideret, filiũ eius Congonectiarũ in imperio eſſe, ne motũ aliquẽ in prouincia concitaret, ipſe quoq; Ro. accitus eſt. Var. tamẽ lib. ult. c. vi. de perfidia dicit, hunc regẽ Bituitũ nõ a Babio uictũq;, neq; ſpõte Ro. ueniſſe, ſed a C. Domitio ꝑfidia captũ, & Ro. miſſum fuiſſe, qđ factũ Senatus nec ꝓbare, nec reſcindere noluit, ſed regẽ Albã cuſtodiæ cauſa relegauit, qđ ſi ſic eſt, Fab. rem tñ cum allobrogis habuit. Allobrogi. qui allobroges uicit. Perditam. corruptam, ſceleratam. Paternis bonis iterdixit, ab adminiſtratione bonorũ paternorũ ꝓhibuit, nã omnia bona paterna in luxũ, & libidines ꝓfundebat, & eſt pulcherrimus dicẽdi modus, interdico tibi aqua, & igni, qua cõſtructiõe oẽs idonei utũtur. Pli. Aqua & igni interdixit ei, qui in ſuas leges nõ iuraſſet. Cice. in orat. tibi tuleras, ut mihi aqua, & igni interdiceretur, & hac conſtructione referti ſunt autorũ lib. Nimia patris indulgẽtia, qa tametſi filiũ prodigũ uideret, tñ eum reliquit hæredem.

Allobroges

ASCENSIVS.

¶ AGE. adhortandi uox. q. d. Sed attẽde quæſo, quã. i. quãtũ ꝑditã uitã luxuria. i. ꝑ luxuriã egit Q. Fa. Ma. filius Q. u. Fa. maximi Allobrogi. i. q uicit Allobroges, Gallos ſecũdũ alios in Delphinatũ, ſecundũ alios in Sabaudia &. i. ſ. mul ciuis clariſſimi, qa domi clariſſime uixit, & iperatoris clariſſimi, quia bellũ ſpecioſiſſime geſſit. Cuius. ſ. filii, licet. i. demus ut cętera flagitia obliterentur. i. deleãtur, & nõ memorent, tamẽ mores ſup. eius praui, poſſent nudari. i. detegi, abſũde, illo dedecore. i. ꝓbro, q Põpeius prætor urbanus interdixit ei. i. arcuit eũ a bonis paternis, neq; (ne dicamus id temere ab eo factũ) ſup. quiſquam inuentus eſt in tanta ciuitate, quanta tunc erat Ro. qui reprehẽderet illud decretum. ſ. prætoris urbani. Enim pro quia homines ferebant dolenter pecuniam, quæ debebat ſeruire ſplendori gentis Fabiæ diſiici. i. dilapidari flagitiis. i. obſcœna uita unius filii. Ergo ſeueritas Pub. ex hæredauit ſup. eum, quem indulgentia. i. nimia facilitas, & benignitas patris reliquerat hæredẽ.

OLIVERIVS.

¶ POSSEDIT fauorẽ plebis Clodius. Tã & ſi Clodius Pulcher ſeditioſiſſimus fuerit, tñ plurimũ ualuit in repu. nam trib. pleb. fuit in tribunatu ſuo Cice. adiecit cũ ſe totũ plebi inſinuaſſet, cõſtat aũt oẽs Clodio ſemꝑ potẽtiæ patriciorũ aſſertores fuiſſe, ꝑter hunc unũ, de quo loquimur, qui ut Cic. eiiceret ciuitate, nõ dubitauit renũciare generi patricio, & ſe plebeũ facere, nam lex erat, quæ patriciũ quẽq; tribunũ fieri uetabat, hoc igit̃ cuidã plebeio, & minori natu ſe in adoptionẽ dedit, ſuadente hoc C. Cæſare cõſule nã quodã loco deplorãte Cice. ſtatũ reip. iratũ dicit Cæſarẽ in cauſam plebis Clodiũ adduxiſſe, qui cõtinuo tri. ple. factus fauorẽ plebis poſſidere cepit. Vel poſſedit fauorẽ plebis ideo, quia ut ait Suet. de gente Claudia, qa notiſſimum eſt Claudios oẽs dignitates, atq; potẽtiæ patriciorũ aſſertores unicos fuiſſe, excepto dũtaxat P. Clodio, qui ob expellẽdũ urbe Cice. plebeio, hoi, atq; natu minori in adoptionem ſe dedit. Fuluianæ ſto. p. Metonymia ſtolã pro ipſa muliere Fuluiana ponit, pugionem pro homine militari, nam pugione milites utuntur, hic Fuluiã uxorẽ habuit, quã deide mortuo Clodio. M. An. du

xerat uxorẽ, q aũt pugionẽ uellatorẽ, & hoĩem militarẽ appellat etiã Cic. pugiunculũ Hiſpanieſem Cn. Piſonẽ appellat, ludẽs in conatũ eius, qui una cũ Catilina cõtra patriã cõſpiraſſet, qui ꝑtor in Hiſpania miſſus ab eqtibus Hiſpanis, ut dicit Salluſt. interfectus eſt. Poſſedit fauorẽ. Hoc dicit etiã ſi Clodius ciuis ſeditioſus erat, & uxorius, tñ uirtutes magnas cũ uitiis habuit cõiunctas, ſed filius eius flagitiis oĩbus adeo abruptus fuit, ut nullã omnino uirtutis imaginẽ habuerit. Eneruẽ. effœminatã, & mollẽ. Frigidã ſe cũ ꝓprie ardor iuuenũ ſit. Vulgatiſſimæ meret. ac ſi diceret de medio lupanari corpus inter oẽs uulgantis, qđ flagitioſius eſt, q̃ ſi cõſuetudinẽ habuiſſet cum aliquanto pudentiorem. Abdomine. Abdomen dicitur durum, & ſolidũ, pingue, & laridum. Iuuen. Tenerę placant abdomine porcæ.

ASCENSIVS.

¶ POSSEDIT &c. Clod. ingt Pulcher filius eiuſdẽ nominis, (qđ ferre cõtingebat) patrẽ habuit clarũ, & matrẽ clariorẽ, & tñ turpiſſimã uitã turpius finiuit. Ordo ẽ. Clodius Pulcher, poſſe (. q. d. ſi aliud nihil ſpecioſe egit, tñ ex eo clarus eſt, q poſſedit) fauorẽ plebis, quia in plebeiã familiã ſe adoptãdũ dederat, & pugio. i. ipſe uir militaris pugione uti ſolitus adhærẽs per matrimonium ſtolæ matronali honeſtati Fuluianæ. i. Fuluiæ uxoris. i. ſuæ, habuit decus militare ſubiectũ iperio muliebri. i. ſic obſequenter uxori uixit, & tãtũ ab adulterio abhorruit, ut uxori ſubiectus uideret̃, unñ filius laſciuę uitę exẽplũ ab eo non accepit, uxor etiã eius matronalẽ nõ polluit ſtolã, qa caſte cũ marito licet iperioſe uixit. Quorũ. ſ. duorũ filius, Pulcher. ſ. cognomẽto pͥno ꝑterquã. i. ultra qđ egit iuuẽtã. i. iuuenilẽ ætatẽ eneruẽ. i. mollẽ, & frigidã. i. pigrã, fuit etiã infamis amore ꝑdito. i. ꝑ quẽ ipſe ꝑditus erat, aut aliud nihil q̃ ad ꝑdẽdũ eũ util. meretricis uulgatiſſimæ. i. libidini expoſitus, & cõſũptus ẽ. i. extinctus, erubeſcẽdo genere mortis. Enĩ ꝓ qa, abdomĩe. i. pingui ſup. illo aut ſũme delicato deuorato auide, reddidit ſpm̃ fœdæ, ac ſordidæ, itẽperãtię. i. itẽperantis uitæ.

OLIVERIVS.

¶ IAM Qu. qdẽ Hortẽſii. Hic eloquẽtia tñ ualuit, ut ſæpius dubitatũ ſit, uter ipſius & Cic. pricipatũ obtineret. Prouẽtu co. & in hoc maxima gloria extitit Hortẽſii, q cũ magna igeniorũ copia uigeret, tñ iter cætera eius eloquẽtia eminuerit. Corbio. qa tãquã corbes oĩa deuorabat pͥna bona, nam ſunt, qui dicant hoc nomẽ accepiſſe a cupiditate deuorandi, nã corbitare eſt auide deuorare, unñ Pla. corbitãt dixit. Lingua e. t. l. c. ꝓ. i. uulgo ſe libidinis cũctorũ recõciliatorẽ, profitebatur. Proſtitit. ꝓſtare proprie eſt ſe uenalẽ exponere. Ergo proſtitit, pro ꝑſtio ſtetit, qa ſe cõciliatorẽ libidinis uulgo ꝓfitebat̃. Aiaduertit. Reprehẽdit quodãmodo ſeipſum, q forte ꝓcedẽdo noiaturus ſit aliquẽ, cuius deide pœnitebat. Deformes. v. umbras, q a maioribus ſuis degenerauerunt, & claras maiorũ ſuorũ imagines flagitiis ſuis, q̃ſi umbra quãdã, operuerũt, ſicut ſupra dixit, adopertis illuſtriũ urorũ imaginibus. Gurgite. baratro. Satius eſt enim melius, ingt, eſt de his dicere, qui ex illuſtribus uiris in ueſte, & cætero cultu ſibi licẽtius, quã mos patrius regrebat indulſerũt.

Corbitare

ASCENSIVS.

¶ IAM Qu. quidem & cætera. Nam & quidem expletiuæ ſunt coniunctiones ad continuationem, & ornatum, nihil ad conſtructum facientes. Nã ordo eſt, Hor. corbio nepos. Quin. Hor. (qui obtinuit ſummũ gradũ autoritatis, Et eloquentiæ in maxi

mō ꝓuētu.i.fœtura ciuiū, & ingenuorū, & ampliſſimorū qui Romæ tēpeſtate illius fuerūt,)exegit.i.uſq; ad mortē egit, uitā abiectiorē, & obſcœniorē oibus ſcortis.i.ꝓſtitutis libidini utriuſq; ſexus, & ad ultimū cū ad patiendū turpia in idoneus eſſet eius .i.lenociniū, & cōciliatio turpiū amorū p linguā ꝓſtitit.i.ꝑſſo ſtetit iter lupanaria.i.ꝓſtantiū meritoria, tā.i.tātū libidini eūctorū q̃.i.quantū lingua ſup. aui.ſ. hortēſii oratoris excubuerat ī foro.ſ.iudiciali ꝓ ſalute ciuiū hoc aūt dicto reprimēs ſe, para ſceuen ad ſequentē titulū facit dicēs. Animaduerto.i.cōſidero in q̃.i.quantū periculoſum iter ꝓceſſerim, qa periculoſū, ſane eſt clariſſimarū familiarū dedecora recēſere. Itaq;.i. & ita ego reuocabo me ipſum, ne ſi pſeuerauero cōſectari, reliqua naufragia.i.perditionē honoris, & rerū, ut p naufragia oia amittuntur, eiuſdē generis.i.p ditorū filiorū iplicere aliquā relatione inutili.i.q̃ mihi tacuiſſe melius fuerit. Igiť referā pedē.i.retrocedā ab ea narratione, in q̃ nimis ꝓceſſerim, & patiar umbras deformes .i. turpiſſimas, & ignobiliſſimas aliorū uitas, ut Ci. Iunioris, ut Neronis, & aliorū multorum, ſed potiſſimum Nerone, iacere.i. abſconditas, in gurgite.i.uoragine turpitudinis ſuæ. Enim ꝓ qa Satius eſt narrare, q uiri illuſtres indulſerunt.i. nimiū permiſerunt ſibi, in cultu, & cætero ritu uitæ nouando ſup. eum ex aliqua parte.

THEOPHILVS.

¶ LINGVA libidini proſtitit. Nam fellabat.

QVI EX ILLVSTRIBVS IN VESTE AVT IN CÆTERO CVLTV LICENTIVS, q̃ mos patrius permittebat, indulſerunt.

CAP. VI.

DE P. SCIPIONE.

PVblius Scipio, cum in Sicilia augendo exercitū, traiiciēdoq; in Africam opportunū quærendo gradū, Carthaginis ruinā animo volueret, inter cōſilia, ac molitiones tātæ rei operā Gymnaſio dedit, pallioq;, & crepidis vſus eſt: nec hac re ſegniores Punicis exercitibus manus intulit: ſed neſcio an ideo alacriores, qa vegeta, & ſtrenua īgenia, quo plus receſſus ſumūt, hoc vehemētiores impetus edunt. Crediderim etiā fauorē eum ſociorū vberiorē ſe adepturū æſtimaſſe, ſi victum eorū, & ſolennes exercitationes cōprobaſſet: ad quas tum veniebat, cū multum, ac diu fatigaſſet humeros, & cætera membra militari agitatione firmitatem ſuam probare coegiſſet: conſiſtebatq; in illis labor eius, in iis remiſſio laboris.

DE L. SCIPIONE.

Lucii vero Scipionis ſtatuam chlamydatam, & crepidatam in Capitolio cernimus, quo habitu videlicet, quia aliquando vſus erat, effigiem ſuam formatam poni voluit.

DE L. SYLLA.

Lucius quoq; Sylla, cum imperator eſſet, chlamydato ſibi, & crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit.

OLIVERIVS.

PVB. Scip. cum in Sicil. Hanc Liu. tradidit hiſto. deca. ii. pu. bel. Augendo, quia in Sicil. ſupplebat exercitū, quē in Africa traiecturus erat capta car. noua. Reuolueret. cogitaret. Molitiōes. apparatus, uel conatus. Gymnaſio. ꝑ.n. d.i.palæſtra. ubi ſe iuuenes exercebāt. Pallio, q. qđ genus ueſtis græci Philoſophi habebāt, & utebāť, erat uſq; ad talos demiſſa. Crepidis. Sūt qa ſonitu.i.crepitu pedū cū ſoleis crepidas dictas uelint, ē tñ græca dictio nā κρηπὶς dr̃ uulgo plamulę, eo aūt ab accuſatiuo græco formatus nominatus latinus. Dicerē a crepo uerbo deduci, niſi græcū nomē eſſet, qđ latinā etymologiā nō recipit, teſte Gel. l. xiii. q dicit oia.n. ferme id genus, qbus plātarū calces tm̄ in fine teguť, cætera ꝓpe nuda, & teretibus habenis iūcta ſunt, ſoleas dixerūt, nōnūquā græca uoce crepidulas. Ser. tñ dicere fuiſſe tuſca calciamēta, q̃ corrigiis ad pedes ligabāť, cū Vi. dixerit. Et tyrrhena pedū circūdat uincula plāti. Ser. exponit crepidas, q̃s prio habuere ſenatores, poſt eqtes, deīde milites, uñ Hor. in Serm. Sapiēs ſibi crepidas nūquā, nec ſoleas fecit. Perſi. tñ uť uelle calciamēta fuiſſe grę eorū, nō hic, q ī crepidas graioq; ludere geſſit. Vegeta, uiuida, ipigra. Plus, receſſus, recreationis. Cū multū ac diu. Multū itēſionis ē, diu lōgitudinis tpis. Multū, ut ſi qs una hora ſe uſq; ad laſcitudinē exerceret. Diu ſi toto die laboraret. Agitatione. exercitatione militari. In his remiſſio.ſ.exercitationibus ſolennibus.

Crepidæ

ASCENSIVS.

¶ PVB. Sci. &c. Recitat itaq; primū exēplū dicēs. Pu. Sci. cū.i. qñ ipſe augēdo exercitū ī Sicilia, & quęrēdo gradū.i.modū animo opportunū.i.idoneū traiiciēdo.i.ad trauciēdū.ſ.exercitū in Afri. uolueret aīo.i.ruinā meditareť, ruinā Carth. dedito operā Gymnaſio.i.palæſtræ (ut Oliue. interpretať, aut ut mihi placet exercitationi in re literaria, nā qd palliū, aut crepidę ad palęſtrā, niſi forte nō ut palęſtrita, ſed ut iudex interfuerit, q̃d tñ uero ſimile nō eſt. Nā ut decet in alienis exercitiis, q nup aduenerat, ſtatim iudex extiterit, dicā igiť) aut potius exercitationis literariæ inter cōſilia, ac molitiones, pōderoſos conatus tāta rei, quanta erat Carth. ruina, & ipſe uſus pallio.i.indumēto græcanico, maxime philoſophico, & crepidis .i.altis calciamentis philoſophorū, qđ uocabulū licet græcanicū ſit, latini tñ ꝓ ſuo uſi, q̃ ſi a crepitu, quē faciūt in cedēdo, nā ſi græco κρηπὶς pria ꝓducereť, nec.i.a ſe itulit hac re.i.ꝓpter hanc rem.i.ꝓpter illā remiſſionē, exercitibus punicis.i. Cartha. manus.ſ. ſuas ſegniores.i.torpentiores, & tardiores, ſed neſcio an ſup. intulerit, ideo alacriores .i. magis ſtrenuas. Quia ingenia uegeta .i.uigoroſa, & uiua, & ſtrenua .i.acria, quo.i.quanto plus receſſus.ſ.a labore, hoc eſt remiſſionis & recreationis ſumūt hoc.i.tanto uehementiores impetus edunt.i. emittūt. Ego etiam crediderim.i. credere poſſim eū exiſtimaſſe ſe adepturū uberiorē.i.copioſiorē fauorem ſociorū, ſi cōprobaſſet .ſ.idē faciendo uictū.i. modū uiuendi, & exercitationes ſolēnes eorū, ad quas.ſ. exercitationes ipſe ueniebat tū.i. tūc, cū.i.quando aut poſtquā, fatigaſſet multum, ac diu humeros ſup. ſuos, & coegiſſet cætera mēbra ſup. ſua probare.i. oſtendere firmitatē ſuam, agitatiōe militari, ꝙ pro qa labor eius conſiſtebat in illis, ſcilicet exercitationibus militaribus, & remiſſio laboris conſiſtebat in his, id eſt poſterius dictis, hoc eſt exercitationibus græcanicis, & ut uiſu eſt literariis.

OLIVERIVS.

¶ LVCII VERO Scip. De hoc ſatis ſupradictum eſt, cui Aſia prouincia a Senatu eo libentius demandata fuit, ꝙ frater eius Africanus pollicitus fuerat, legatum ſecum illo iturum, ex qua prouincia, cum uictor rediſſet, Aſiaticus dictus. Crepidatam. crepidis munitam, & ornatam.

ASCENSIVS.

¶ LVCII &c. Ordo eſt. Vero, id eſt ſed Nos cernimus, quia adhuc extabat tempore, quo hæc ſcripta in cap. ubi ſtatuæ triūphantium ponebantur, ſtatuam Lucii Scip. ſcilicet Aſiatici chlamydatam, id eſt indutam aut ornatam chlamyde.i.ueſte militari, & crepidatam.i.habentem crepidas ad pedes uidelicet, quo habitu quia uſus fuerat aliquando uoluit effigiem ſuam formatam, id eſt ſculptam poni.ſ.in Capitolio, hoc eſt uoluit eo habitu effigiem ſuam poni, quo aliquando uſus fuerat.

OLIVERIVS.

¶ LVCIVS quoq; Sylla, qui aduerſus mithridatem miſſus fuit, q̃ prouinciam Marius ſibi dari inuito Senatu per populū, aut ſuæ factionis principes cum uellet, exorta eſt ſeditio, inde bellum inter ipſum, & Syllam, ut ſupra dictum eſt. Sibi chlamydato, & crepidato. Notanda conſtructio, nam ambulo ſimilium copulatiuum, ut ambulo rectus ſicut incedo, ut Virgi. incedo regina, Iouiſq; Et ſoror, & coniunx.

ASCENSIVS.

¶ LVCIVS quoq; Sylla, cum eſſet imperator, non duxit, id eſt non exiſtimauit deforme chlamydato, id eſt ornata chlamyde, & crepidato, id eſt ſubnixo crepidis, ambulare Neapoli.

Oliuerius.

DE CAIO DVELLIO.

Caius autem Duellius, qui primus naualē triumphum ex Pœnis retulit, quotieſcunq; epulaturus erat, ad funalem cereum præeunte tibicine, & fidicine, a cœna domum reuerti ſolitus eſt, inſignē bellicæ rei ſucceſſum, nocturna celebrationē teſtando.

DE PAPYRIO MASSONE.

Nam Papyrius quidem Maſſo, cum bene geſta Rep. triumphum a Senatu non impetraſſet, in Albano monte triumphādi & ipſe initium fecit, & cæteris poſtea exemplum præbuit, proq; laurea corona, cum alicui ſpectaculo intereſſet, myrtea vſus eſt.

DE C. MARIO.

Nnm C. Marii pene inſolens factum? Nam pōſt Iugurthinū, Cimbricumq; & Theutonicum triumphum, cantharo ſemper potauit: q. Liber pater inclytum ex Aſia ducens triumphum hoc vſus poculi genere ferebatur, vt inter ipſum hauſtum vini, victoriæ eius ſuas victorias compararet.

DE M. CATONE.

Marcus autē Cato Prætor M. Scauri, cæterorūq; reorū iudicia nulla indutus tunica, ſed tantummodo amictus prætexta, egit: ſed hæc, atq; his ſimilia, virtutis aliquid ſibi in conſuetudine nouanda licentiæ ſumētis indicia ſunt. Illis autē, quæ deinceps ſubnectā, quantam ſui habere fiduciam ſoleat, cognoſcetur.

OLIVERIVS.

¶ CVIVS aūt Du. qui primus, is quidem primus nauali p̄lio uictor ex pœnis triūphū duxit, ſed ante ipſum bellū nauale geſſit cū Cartha. Scipio, qui æquo Marte diſceſſit, ei deinde ſucceſſit Appius Claudius, qui poſt uictoriā cū in patriam rediret, ui ſubitæ tempeſtatis exercitū ferme omnē amiſit, quod ideo ſibi contigiſſe putāt nonnulli, qd' popularē diſciplinā contēpſiſſet, poſt hunc igitur miſſus eſt C. Duellius, qui intra .lx. dies claſſem .c. & .lx. nauiū tanta celeritate parauit, ut creditum ſit munere deorū arbores in naues fuiſſe cōuerſas, quo facto machinas etiā adiūxit ferreas, quibus catenatę naues ita ſtarent, ut incontinenti pugnare uiderent', & ita cōmiſſa pugna uictoriam egregiā conſecutus eſt, & claſſis hoſtiū partim ſubmerſa, partim in hoſtiū poteſtatem redacta eſt, ex quo de pœnis ſpecioſiſſimū egit triūphum. Pli. C. inquit. Duellius primo pu. bel. dux cōtra Car. miſſus, cum uideret eos multum in mari poſſe, claſſem magis ualidā, q̄ decoram fabrefecit, & manus ferreas, in uſu hoſtium primum inſtituit, qui inter pugnandum hoſtium, naues apprehendit, qui uicti, & capti ſunt, Himilco dux claſſis Cartha. fugit, & a Senatu quæſiuit, quid faciendum cēſeret, omnibus, ut pugnaret, clamātibus, feci, inqt, & uictus ſum. ſic pœnam crucis effugit, nam apud pœnos dux re male geſta punicbatur. Duel. conceſſum eſt, ut p̄lucentem funali, & prę cinente tibicine a cœna publice rediret. Cice. in Catone maio. C. inquit, Duellium Marci filiū, qui pœnos primus claſſe de uicerat, redeuntem a cœna ſenem ſæpe uidebam, puer delectabar crebro funali, & tibicine, quæ ſibi nullo exemplo priuatus ſumpſerant, tantum ei licentiæ dabat gloria. L. quoq; Florus poſt narratam pugnam naualem. Duellius, inquit, imperator non contentus unius diei triumpho per uitam omnem ubi a cæna rediret, prælucere funalia, precinere ſibi tibias iuſſit, quaſi quotidie triumpharet.

Duellius

OLIVERIVS.

¶ NVM C. Marii, inſolentia carpitur Marii, qui cū debellaſſet Iugurthā, Cimbros atq; Theutones, ſe libero patri, qui (ut ait Solinus) primus Indiam ingreſſus de Indis triūphauit, ſimilem eſſe uolebat, nam cantharo potabat, quia hoc uaſis genere liberū patrē uſum fuiſſe dicunt, cui ſe Marius cōparare non dubitabat, in hunc quodammodo inuchitur Pli. lib. xxxiii. ubi loquit' de luxuria diceret enim hinc aliquis ueterū, ut C. Mar. poſt uictoriam Cimbricā Cātharis potaſſe liberi patris exēplo traditur, ille arator arpinas, & manipularis imperator. Cātharo, cātharus uas uinariū, quo maiores in ſacris Bacchi uſos fuiſſe dicūt, & anſam habebat. Vnde Virgi. in Sileno. Et grauis attrita pēdebat cantharus anſa eſt cātharus teſte Var. per quem aquæ ſaliūt.

Cātarus

ASCENSIVS.

¶ NVM factum C. Marii eſt ſup. pene inſolens .i. petulentiæ, aut proteruiæ plenum, nam poſt triumphum Iugurthinū, & Cimbricum & Theutonicum .i. quem duxit de Iugurtha, Cimbris, & Theutonibus potauit ſemper cantharo .i. uaſe anſato ad ſacrificia Bacchi apto q. i. quia, liber pater .ſ. Bacchus deducens ex Aſia (ſic uulgo legitur, dubitem tamen, an legendum ſit ex India) triumphum inclitum, id eſt glorioſum, ferebatur uſus hoc genere poculi, ut compararet uictorias ſuas uictoriæ eius .ſ. Bacchi inter ipſum hauſtum uini, id eſt dum, aut quoties uinum biberunt.

ASCENSIVS.

¶ CAIVS autē Duellius qui primus retulit .i. reportauit triūphū naualē .i. in nauibus partū ex pœnis .i. Cartha. quotieſcūq; erat epulaturus .i. celebri cōuiuio affuturus, ſolitus eſt reuerti domū ad funalē cereū .i. faculā ceratā, quā q torta ſit, forſam uulgus uocat, tibicine .i. canenti in tibiis. & fidicine .i. canente fidibus hoc eſt cordis præeunte, teſtādo celebratiōe .i. pōpa illa nocturna .i. qua noctu utebat', inſignē ſucceſſum rei bellicę, quo in bello uſus fuerat.

OLIVERIVS.

¶ NAM *Papyrius* Maſſo. Re bene geſta, quia deuicerat Sānites.

ASCENSIVS.

¶ NAM continuatiua, aut diſcretiua particula, autori familiaris, quaſi dicat dico Duelliū uſum funali cereo, nā Papyrius Maſſo, cum .i. quando republica bene geſta .i. quā remp. bene geſſerat, & adminiſtrarat, deuictis Samnitibus, nō impetraſſet a Senatu triūphū, & .i. ſimul, ipſe fecit initiū triūphandi in mōte Albano, ubi latinæ celebrari ſolebant, & in cunabula erant gētis Romanæ, & .i. ſimul p̄buit aliis exēplū triūphandi .ſ. in monte Albano. poſtea & cum intereſſet alicui ſpectaculo, uſus corona myrtea, qua ouantes coronari ſolebant, pro laurea .i. loco laureæ coronæ, qua triumphantes, & triumphales utebantur.

OLIVERIVS.

¶ MARCVS autem Cato. M. Scauri iudicium egit. Accuſatus autem fuerat repetundarum Scaurus a Triario adoleſcente, q auare prouinciam Sardiniam adminiſtraſſet. Cato prætor iudicium, quia æſtate agebatur, ſine tunica exercuit, campeſtre ſub toga cinctus, in forumq; ſic deſcenderat, iuſq; dicebat, idq; repererat ex ueteri conſuetudine, ſecundum q̄ & Romuli ſtatuæ Capuæ in capi. & roſtris Camilli fuerūt togatæ ſinæ tunicis, quibus uerbis ſignificabat, illos aliquando ſic in forū deſcendiſſe. Cæterumq; reorum. Decorū eſſe uidebatur adoleſcentibus principes ciuitatis accuſare, & in iudicium trahere, q' non illorum opibus, nō potentia, non autoritate deterrerentur. Nulla tunica, ſed tantummodo prætexta, ac ſi diceres ueſte ſola ſuper interulam ſine dyploide, nam tunica ueſtis interior. Toga uero, & prætexta exterior. Nouanda. ergo ſignificat hæc aliquando factum fuiſſe.

ASCENSIVS.

¶ MARCVS aūt Cato p̄tor .i. cum prætor eſſet, eū iudicia .i. ſentētiā tulit de crimine M. Sca. repetundarū rei, & cæterorū reorū, & nulla tunica .i. ueſte iudiciali indutus, ſed tm̄ amictus prætexta .i. ueſte, quæ uel priuati cōmodo ingenui uti poterant. Sed hæc, atq; ſimilia iſte ſunt indicia uirtutis ſumentis .i. uſurpanti ſibi aliquid licentiæ .i. inſolen. in noua conſuetu .i. inducendo nouos ritus, hoc autē dicere ueritus fortaſſe aliquid dānare in Catone, de quo dictum nolunt a Seſi. ſe potius laudaturū ebrietatem, p̄pter Catonē, q̄ dānaturū Catonē propter ebrietatē. Illis autē &c. Breuis eſt p̄fatio & quaſi paraſceue ſequentis tituli, unde dicere. Autem pro ſed, cognoſcetur illis .ſ. exemplis, quæ ſubnectam deinceps, quantā fiduciam ſui, ſoleat ſup. aliquis habere, aut legendū eſt haberi fiducia, q potius credā.

DE FIDVCIA SVI. CAP. VII.

DE P. ET CN. SCIPIONIBVS.

PVb.& Cn.Scipionibus in Hiſpania cũ maiore parte exercitus acie Punica oppreſſis, omnibuſq; ꝓuinciæ eius nationibus Carthaginienſiũ amicitiã ſecutis, nullo ducũ noſtrorum illuc ad corrigendam rem proficiſci audente. P.Scipio quartũ & vigeſimũ annũ agens iturũ ſe pollicitus eſt. Quæ quidẽ fiducia P.R.ſalutis, ac victoriæ ſpem dedit. Eadẽq; in ipſa Hiſpania vſus eſt. Nam, cũ oppidũ Badiã circunſederet, tribunal ſuum adeuntes, in ædem, quæ intra mœnia hoſtiũ erat, vadimoniũ in poſterũ diem facere iuſſit, cõtinuoq; vrbe potitus, & tempore, & loco, quo prædixerat, ſella poſita, ius eis dixit. Nihil hac fiducia generoſius, nihil ꝑdictione verius, nihil celeritate efficacius, nihil etiam dignitate dignius, Nec minus animoſus, minuſue ꝓſper illius in Africam tranſitus, in quã e Sicilia exercitũ ſenatu vetãte traduxit, quia niſi plus in ea re ſuo, q̃ Pa.Conſc.conſilio credidiſſet, ſecũdi Punici belli finis inuentus nõ eſſet. Cui facto par illa fiducia, ꝙ poſtquam Africam attigit, ſpeculatores Hannibalis in caſtris deprehenſos, & ad ſe perductos, nec ſupplicio affecit, nec de conſiliis, ac viribus Pœnorũ percũctatus eſt. Sed circa oẽs manipulos diligentiſſime deducẽdos curauit. Interrogatoſq; an ſatis ea conſyderaſſent, quæ ſpeculari iuſſi erãt, prãdio dato ipſis, iumẽtiſq; eorũ, incolumes dimiſit: quo tam pleno fiduciæ ſpiritu prius animos hoſtiũ, q̃ arma contudit. Verum vt ad domeſtica eximiæ eius fiduciæ acta veniamus: cum a L. Scipione ex Antiochẽſi pecunia H S.quadragies ratio ĩ curia repoſceretur, prolato ab eo libro, quo acceptæ, expẽſæq; ſummæ cõtinebãtur, refelliq; inimicorũ accuſatio poterat, diſcerpſit: indignatus de ea re dubitari, quæ ſub ipſo legato adminiſtrata fuerat. Quinetiã in hũc modũ egit: Nõ reddo P.C.ærario veſtro H S.quadragies rationẽ alieni imperii miniſter, ꝙ meo ductu, meiſq; auſpiciis bis millies HS.vberius feci. Neq; enim adhuc puto eo malignitatis ventũ, vt de mea innocẽtia querendũ ſit. Nã, cum Africam totam poteſtati veſtræ ſubiecerim, nihil ex ea quod meũ dicerem, præter cognomẽ, retuli. Nõ igitur me

OLIVERIVS.

PVB. & Cn. Scipio. poſt cæſos in Hiſpania Scipiones fratres cũ duobus exercitibus, non Italiæ iam maior, q̃ Hiſpaniæ cura Romanis erat, & exercitus augeri, & imperatorẽ mitti placebat nec tñ quem mitterent ſatis cõſtabat ubi duo ſummi imperatores intra dies.xxx.cecidiſſent, qui in locum duorum ſuccederet extra ordinaria cura diligendum eſſe, cum alii alium nominarent, poſtremũ eo decurſum eſt, ut populus pro conſule creando in Hiſpania comitia haberet, diemq; comitiis edixerunt, conſules primo expectauerant, ut qui ſe tanto iperio dignos cenſerẽt, nomina ꝓfiterentur, quæ ut deſtituta expectatio eſt, redintegratus luctus acceptæ cladis deſideriumq; iperatorũ amiſſorũ. Mœſtẽ itaq; ciuitas prope inops cõſilii, comitiorũ diẽ, tñ in cãpum deſcendit, atq; in magiſtratus, circõſpectant ora principum aliorum alios intuentium, fremuntq;, adeo perditas res, deſperatumq; de republi. eſſe, ut nemo audeat in Hiſpania imperium accipere, cum ſubito P.C. Scipio filius eius Scipionis, qui in Hiſpania ceciderat quatuor & .xx. ferme annos natus, profeſſus eſt ſe petere in ſuperiorem, unde cõſpici poſſet loco conſtitit, in quem poſtquã omniũ ora conuerſa clamore, atq; fauore ominati ex templo ſunt felix, fauſtumq; imperiũ, iuſſi deinde iure ſuffragium ad unũ oẽs nõ cẽturiæ modo, ſed etiã hominis P. Scipioni imperiũ ĩ Hiſpa. iuſſerunt, & hic fuit ille fatalis dux, qui Hãnibalem ex Italia, quam ſedecim ferme annos poſſederat, inuitum extraxit, & Carthaginem Po. R. tributariam fecit. Oppidũ Badiã A. G. de Africano ſuperiore admiranda quædã de Annalibus excepta commemorat, quibus illũ dicit creditum eſſe diuinæ uirtutis, & originis hominẽ, nã eadẽ ferme de ipſius natiuitate commemorat, quæ de Alexandro græci tradidere ſcriptores, ut oſtendemus in ca. de his, quæ cuiq; magnifica cõtigerũt. De uita uero inter cætera hoc quoq; dicit, ſolitũ fuiſſe noctis extremo ante diluculum in cap. uentitare, ac iubere aperiri cellam Iouis, ac ibi ſolum diu demorari, quaſi conſultantem de rep cũ Ioue ædituoſq; illius templi ſæpe eſſe demiratos, ꝙ ſolum id temporis in ca. ingredientem canes ſemper in alios ſæuientes, neq; latrarent in eum, neq; incurrerẽt. Has uulgi opiniones de Sci. cõfirmare, atq; approbare uidebantur, dicta factaq; eius pleraq; admiranda, ex quibus eſt unum eiuſmodi, aſſidebat, oppugnabatq; oppidum in Hiſpa. ſitum mœnibus, defenſoribus ualidũ, & munitũ, re etiam cibaria copioſum, nullaq; eius potiundi ſpes erat, & quodam die eius in caſtris ſedens dicebat, atq; ex eo loco id oppidum procul uidebatur, tũ e militibus qui in iure apud eũ ſtabãt, unus interrogauit ex more in quem diẽ, locũq; uadimoniũ ꝓmittit iuberet, & Scipio manum ad ipſam oppidi, quod obſidebatur, arcẽ ꝓtendẽs perẽdie, inquit, ſeſe ſiſtant eo in loco, atq; ita die factũ tertio, in quẽ uadari iuſſerat oppidũ captũ eſt, in eodem quoq; die in arce eius oppidi, ſicut prædixerat, ius dixit. Hæc A.G. uadimonium in poſterũ. Iuſſit eos, qui ſuũ tribunal adibant dare uadimoniũ aſſiſtẽdi ſe in poſterũ diẽ in ædẽ, quã intra mœnia conſpicatus eſt. Vadimoniũ, ſpõſionẽ, nã ſicut a teſte teſtimoniũ, ita a uade uadimonium. Sed inter uades, & ſpõſores hoc intereſt, ꝙ uades publici, ſpõſores priuati dicuntur. Nihil ac fiducia. extollit Scip. fiduciam laudibus non immeritis. Prædictione. uaticinatiõe. Dignitate dignius. i. quod magis ad eius dignitatem pertineret.

OLIVERIVS.

¶ NEC minus animoſus. Scip. debellata Hiſpan. totaq; in Rom. dictionem redacta, cũ parte exercitus Ro. rediit, cui Senatus extra urbem datus eſt ubi expoſitis, quæ in ꝓuincia geſſiſſet, petiit ut Africa ſibi in prouincia decerneretur, in quam omnem belli molem cõuerteret. Cui rogationi Q. Fa. maximus inuidia (ut quidam dicũt) cõmotus, ſumma ope interceſſit, quare non Africa, ſed Sicilia ei ꝓuincia data eſt, in quam ubi primum uenit, exercitum parauit, qualem ad eam militiã q̃ iam animo conceperat, longinquã, & grauem oportere exiſtimauit, robuſtiſſimũ quenq;, & maxime uoluntariũ ex Cymbris deligẽdo, quẽ paulopoſt inſcio, ac inuito Senatu traiecit in Africam, atq; eo tẽpore, quo maxime ab ea opinione deterreri poterat, ꝙ Siphacem Numidarum regem, quo cum ſuperiori æſtate publicum fœdus inierat, & in eis opibus magnam uictoriæ ſpem poſuerat a R. ad Cartha. per nuptiarũ occaſionem defeciſſe audierat, nihil tamẽ eius fiduciã frãgere, aut debilitare potuit. Fron. lib. i. c. de conſtituendo ſtatu bel. Scip. inquit, manente in Italia Hannibal. tranſmiſſo in Africam exercitu neceſſitatem Cartha. impoſuit reuocandi Hannib. Sic a domeſticis finibus hoſti ſe tranſtulit bel. Cui facto. Non minoris fiduciæ factũ illud fuiſſe uidet, quod cũ Hannib. reuocatus in patriã ad opem laborantibus ciuibus ſuis nulla mora ferendã ex Italia, q̃.vi. ferme annos bello poſſederat retractus Haſdrumentũ oppidũ ueniſſet, & inde Zamã profectus eſſet (abeſt autem Zama.v. dierum itinere a Carthaginem.) præmiſit ſpeculatores, qui res R. per imperatorẽ, & caſtra diligenter explorarent, qui excepti a cuſtodibus Rom. & deducti ad Scip. ſunt, Scipio iuſſit eos traditos tribunis militũ, omiſſo metu uiſere omnia, per quæ caſtra, quæ uellent, duci iuſſit, percunctatuſq; ſatin per commodum omnia exploraſſent, datis, qui proſequeretur retro, ad Hannib. remiſit. Hoc idem feciſſe Publium Vale. Liuium tradit Eutropius libro .ii. cum enim cepiſſet

pisset

piſſet exploratores, iuſſit eos ꝑ caſtra duci, & oſtendi ſibi omnē exercitū, deinde dimitti, ut nūciarēt Pyrrho, quæcūq; uidiſſent, quæq; a Romanis agerent. Verū, ut diximus de fiducia Scipionis, qua uſus eſt in caſtris, dicamus nūc de illa, qua domi. i. in ciuitate uſus eſt. Cum a L. Scipione hoc exemplū A. Gel. cōmemorat, cum inqt, a M. Catone a trib. ple. quia M. Catone comparati, & inducti fuerant, accuſarent, ꝙ pecuniā, & ꝑdā uſurpaſſet bello Antiochēſi captā, librū detulit, in quo ſumma pecuniæ cōtinebantur, & ſtatim in ꝯſpectu omniū diſſidit, poſſem, inquit, reddere rōnē, nec me ipſum contumelia afficiā, quando quidē ærariū ueſtrum bis millies ſextertio uberius fecerim. Eximie excel. eximius dicitur, quaſi ex aliis exceptus: hoc eſt excellens, nam eximere excipere ſignificat. A L. Scipione repoſceret, quē pecuniā, prædamue Antiochēſem

Sextertiū

uſurpaſſe dicebant. Sextertiū pro ſextertiorū, quod raro fieri a neutro ſyncopā inuenies apud iuniores, ſed antiqui ponebant, ut modiū pro modiorū, nam modius maſculini generis eſt, ſextertiū uero neutri, niſi hoc loco pro maſculino accipiatur. Eſt autem ſextertiū dipōdius, & ſemis, pōdo uero libellā ſignificat, teſte Var. Pli. lib. xxxiii. Placuit, inqt, denarius pro decē libris æris, quinarius pro qnq;, ſextertiū pro dipodio, & ſemiſſe. Sūme ſuppotationes. Eo ma. noſtrā ætatē ad eam malignitatē ꝑueniſſe. Sed uterq; no. locupletior. Cōparatiuus cōparat alteri cōparatiuo. Præter .e. ſ. Africani, qa ab Africa ſuperata Africanus dictus eſt, & agnomen debuit dicere, qđ eſt nomen ab euentu, uel a factis impoſitum, ſed plerunq; cōfundūt autores. Sicut & illud factū. Hoc deprendit fuiſſe Celtiberico bello, qđ Caius Sempronius Tuditanus prætor contra Celtiberos geſſit, i quo ipſe fere cū toto exercitu occiſus eſt, itaq; cū opus eſſet pecuniam ex ærario depromi ad reficiendū exercitū, nec q̄ſtores id aperire auderēt, ꝙ lex obſtare uideretur, nam lex erat, ut ex ærario pecunia nō depromeretur, niſi ultima iā neceſſitate cogente, Scipio priuatus ærarii claues popoſcit, & patefacto ærario legē utilitati parere coegit. Promi. excipi. Nō fa. Hoc exemplū A. Gellius ponit lib. iiii. ca. xviii. nā Scipionē a M. Næuio accuſatū dicit, ꝙ pecuniam accepiſſet ab Antiocho Rege,

Scipionis accuſator

Zeuſis pictor ZEVSIS autem cum Helenam pinxiſſet, inter primos ſuæ ætatis pictores hic præcipuum locum obtinuiſſe fertur, quem Plin. tantam ex ea arte gloriam, & opes comparaſſe dixit, ut gratuito pingere, & elargiri opera ſua non dubitaret, exiſtimans illa non ſatis digno precio poſſe compenſari, dicitur in certamen deſcendiſſe cum Parrhaſio, & ab illo ſuperatus: nam cum detuliſſet uuas tanto ſucceſſu depictas, ut aues in ſcenam aduolarent Parrhaſius detuliſſe fertur linteum pictum, traditur ita ueritate repreſentata, ut Zeuſis alitum iudicio tumens flagitaret tandem remoto linteo oſtendi picturam, atq; intellecto errore ingenuo pudore palmam ei conceſſerit: hic uero in fœmineo corpore pingendo cæteris omnibus antecellit: nam ut Cice. meminit in arte ueteri acrotoniatis ingenti precio conductus, ut Iunonis templum, quod illi magnificum ſatis condiderant egregiis figuris locupletaret, poſt abſolutum opus, ut excellentem muliebris formæ pulchritudinem muta in ſe imago contineret Helenæ, dixit ſe uelle pingere ſimulachrum, petiit a crotoniatis uirgines, quas omnium formoſiſſimas haberent, illi publico de conſilio uirgines in locum unum conduxerunt, & pictori quas uellet eligendi poteſtatem dederunt: ille autem ex omnibus quinq; delegit, in quibus ueriſſimum pulchritudinis iudicium haberet. neq;. n. putauit omnia, quæ ad uenuſtatem quæreret, in uno ſe corpore poſſe reperire. Plin. uero li. xxxv. non id feciſſe crotoniatis, ſed Agrigentis, Zeuſis inquit tantus diligentia fuit, ut Agrigentis facturus tabulam, quam in templo Iuno. Laciniæ publicę dicaret, inſpexerit uirgines eorum nudas, & quinq; elegerit, ut quod in quaq; laudatiſſimū eſſet pictura redderet. Quod uero ad eius fiduciā pertinet, cum Helenam pinxiſſet, nō expectauit holum iudiciū de opere tanto, ſed ſtatim fiducia maxima ductus ſuum ipſe opus Ho. uerſibus comprobauit, his uidelicet: Οὐ νέμεσις τρῶας τε, καὶ ἐϋκνήμιδας ἀχαιοὺς Τοιῇδ᾽ ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον, ἄλγεα πάσχειν Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν. Haud turpe eſt Troas, fulgentisq; ære pelaſgos, Coniuge pro tali diuturnos ferre labores, Aeternis facies nimis eſt ęquāda deabus. Alii ſic tranſtulerunt. Non dedecus Troas, & Achiuos ære nitentes, pro tali ſufferre nutu lachrymabile bellum Aeternis certe eſt nimis aſſimulāda deabus. Helenę pulchritudo

ASCENSIVS.

ZEVSIS etiam pictor excellentiſſimus, cum pinxiſſet Helenam non putauit expectādum, quod hoīes eſſent ſenſuri .i. iudicaturi de eo opere. Sed protinus adiecit hos uerſus, quos Oliue. recitat, latine autē ſonant. Haud turpe eſt Troas, & pelaſgos, ſeu Acheos fulgētes ære, id eſt æreis armis, ferre pro tali coniuge labores diuturnos, ſeu ut græce ſonat multi temporis, quia facies eſt nimis ęquanda deabus æternis. i. immortalibus. Adeo ne. i. nōne, aut nę. i. certe adeo multū pictor arrogauit. i. ſumpſit, & attribuit dextræ ſuæ, ut crederet tantū formę. i. formoſitatis cōprehēſum ea. ſ. dextera, q̄tum. ſ. formę, aut Leda uxor Tyndari potuit edere partu cæleſti. i. ex conceptu Iouis, qui cum ea in ſpecie cygni concubuit (ut fabulæ habent) & ex ouo concepto Helenam genuit, aut q̄tum Homerus potuit exprimere diuino ingenio. OLIVERIVS.

PHIDIAS quoq; Ho. uerſi. Statuarius hic nobiliſſimus fuit, tanta fiducia præditus, ut teſte Macr. cum Iouē olympium pingeret, interrogatus de quo exemplo diuinam mutuaretur effigiem, reſpondit archetypum Iouis in his ſe tribus Hom. uerſibus inueniſſe. Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. Ἀμβρόσιαι δ᾽ ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος Κρατὸς ἀπ᾽ ἀθανάτοιο· μέγαν δ᾽ ἐλέλιξεν ὄλυμπον. qui uerſus ſic ſunt in latinū traducti, Atq; ſuperciliis Saturnius annuit atris. Ambroſiæ fluxere comæ de uertice regis, Aeterni aſt nutu magnum cōcuſſit olympum. De ſuperciliis, & crinibus ſe totum Iouis uultum collegiſſe ait, de quo Plin. libro. vii. natur. hiſtoria. Phidiæ. Iupiter inquit, Olimpius quotidie artifici excellentiæ teſtimonium perhibet. Rurſus libr. xxxvi. Phidiam clariſſimum eſſe per omnes gentes, quæ ęgdē Iouis Olympii fama intelligunt nemo dubitat, ſed ut merito laudari ſciant etiam, qui opera eius non uiderunt proferemus argumenta parua, & ingenii tantum, neq; ad hoc Iouis Olympii pulchritudine utemur, non Mineruæ Athenis factæ amplitudine, cum ſit ea cubitorū. xxvi. ebore. hæc ex auro conſtat, ſed in ſcu- Iouis olimpii ſimulachrum.

DE EPAMINVNDA.

Non patiuntur me tenuioribus exemplis diutius inſiſtere fortiſſimi duces, ſiquidem Epaminundas, cum ei ciues irati, ſternendarum in oppido viarum contumilię cauſa curam mandarent (erat enim illud miniſterium apud eos ſordidiſſimum) ſine vlla cunctatione id recepit, daturumq; ſe operã, vt breui ſpecioſiſſimum fieret, aſſeuerauit: mirifica deinde procuratione, abiectiſſimum negotium, pro ampliſſimo ornamento expetendum Thebis reddidit.

DE HANNIBALE.

Hannibal vero, cum apud regem Pruſiam exularet, autorq; ei cõmittendi prælii eſſet, atq; is non idẽ ſibi extis portendi diceret: An tu, inquit, vitulinę caruncule, q̃ imperatori veteri mauis credere: ſi verba numeres, breuiter, & abſciſſe: ſi ſenſum æſtimes, copioſe, & valẽter. Hiſpanias. n. direptas Po. R. & Galliarum, ac Liguriæ vires in ſuam redactas poteſtatẽ, & nouo Tranſitu Alpium iuga patefacta, & Traſimenum lacum dira inuſtum memoria, & Cánas Punicę victoriæ clariſſimum monimentum, & Capuá poſſeſſam, & Italiá laceratá ante pedes hois effudit, vniuſq; hoſtiæ iocinori. longo experimẽto teſtatam gloriam ſuã, poſtponi æquo aio nõ tulit: & ſane quod ad exploranda bellica ſacrificia, æſtimandoſq; militares ductus attinebat, omnes foculos, omnes aras Bithyniæ Marte ipſo iudice, pectus Hannibalis prægrauaſſet.

to eius, In quo Amazonum prælium celauit, ambitu eiuſdem concaua parte, & gigantum dimicationem in ſoleis uero laphitarũ, & centaurũ adeo monumenta ois artis illi fuere, in baſi aũt quod cælatũ eſt, dii ſunt. xxx. numero naſcentes uictoriã mirabilem precio, mirabimur etiã ſerpentes, q ſub ipſa cuſpide æream ſphingem habent, hoc Plin. Quint. lib. vii. de inſtitutione oratoria, hũc dicit i diis, q̃ oibus fingendis longe meliorẽ fuiſſe artificẽ, in ebore uero lõge citra æmulũ, uel ſi nihil niſi Mineruã Athenis, aut olympiũ in eli de Iouẽ feciſſet, cuius pulchritudo adieciſſe aliquid etiã receptę religioni uidetur, adeo maieſtas operis deũ æquauit, Cic. quoq; lib. tuſ. queſt. i. Quid. n. Phidias ſui oris ſimilẽ ſpeciem adeo artificioſe incluſit in clypeo Mineruæ, cũ inſcribere nõ liceret, q ea cõuulſa tota operis colligatio ſolueret. De cęlo petitã. ſi Iouẽ ipſum in cęlo q̃o ſtare conſueuit, aliq̃s uidiſſet melius certe nõ effinxiſſet.

Eboris lineamentis. quia imagines ex ebore formatæ ex lineamentis conſiſtũt. Vel lineamentis, hoc eſt adumbrationibus. ASCENSIVS.

PHIDIAS quoq; (Statuarius erat) alluſit egregio dicto uerſibus. i. ad uerſus Homeri. n. pro qa, ſimulachro Iouis olympii perfecto. ſ. ab eo quo. ſ. ſimulachro, nullũ. i. non ullũ manus humanę nõ ſunt fabricatę ullũ pſtãtius, aut admirabilius, interrogatus ab amico, quo nã. i. ad q exẽplar mentale, aut quam ideã ipſe dirigẽs mentẽ ſuã. i. oculos mẽtis ſuæ, amplexus eſſet. i. expreſſiſſet lineamẽtis. i. ſubtilibus ſculpturis, & cælaturis eboris. i. in ebore formatis, uultũ Iouis petitum propemodũ. i. quaſi ex ipſo cælo. i. qualẽ haberet Iupiter in cęlo reſpõdit, ſe uſum illis uerſibus. ſ. Homericis, quaſi magiſtro, qui ſic ſunt traducti latine (autor tamẽ græcos ſubiecit, quos Oliue. recitat) Atq; Saturnius. i. Saturni filius Iupiter, annuit. i. aſſenſum pbuit, atris ſupciliis, & comæ ambroſiæ. i. ambroſio odore pfuſę, quem tñ imitari non potuit (ſed loco eius colorẽ ſubiecit) fluxere de uertice regis æterni, aſt concuſſit totũ olympum nutu. i. dum caput nutando moueret. Quam rem, ſi imitari potuit mirabilis haud dubie fuit artifex, ut qui ſpiritum uitalem ſtatuę dediſſe uiſus ſit.

OLIVERIVS.

NON patiuntur me. Ad exempla memoratu digniora tranſgreditur, quippe de clariſſimis & ducibus, & regibus dicturus: primum autem de Epaminunda proponit exemplum, cuius adeo fiducia munitum pectus fuiſſe tradit, ut cum eius ciues irati, uel inuidia ducti, ſternendis uiis, quaſi uiliſſimo officio ignominiæ gratia præfeciſſent, ille munus nõ cunctanter, nec faſtidioſe ſuſciperet dicens effecturum ſe breui, ut illud miniſterium, quod tunc apud eos ſordidiſſimum haberetur, ſpecioſiſſimum, ac ſummæ dignitatis eſſet, quod etiam euenit ex quo apparet non homini magiſtratum, ſed magiſtratui hominem dignitatem afferre: conſtat autem Epaminundam omnium Thebanorum ducum fuiſſe clariſſimum, adeo ut teſte Iuſtino, cum illo nata, & extincta omnis patriæ gloria fuiſſe uideatur. nam poſt illũ Thebani memorabile nullum bellum unq̃ geſſere, nec uirtutibus, aut rebus geſtis, ſed cladibus inſignes ſemper fuere. Fuit etiam philoſophus ſummus, ex quo dubium hominibus reliquit, utrũ ne melior, an dux fuerit: nam & imperium non ſibi, ſed patriæ quæſiuit, pecuniæ parcus adeo fuit, ut funebris ſumptum defuerit, gloriæ quoq; non cupidior q̃ pecuniæ. quippe recuſanti omnia imperia ingeſta ſunt, honõres q; ita geſſit, ut ornamentum non accipere, ſed dare ipſi dignitati uideretur, iam literarũ ſtudium, iam philoſophiæ doctrina tanta, ut mirabile uideretur, unde tam inſignis militiæ ſcientia homini inter literas nato. Aemilius probus hunc omnibus ferme uirtutibus ornatum fuiſſe commemorat, prudentia, æquitate, modeſtia, ſapientia, rei militaris peritia, animi & corporis fortitudine, continentia, clemẽtia, patientia uero tanta, ut non ſolũ populi ſed etiã amicorum facile ferret iniurias, adeo ueritatis amatorẽ fuiſſe tradit, ut ne ioco quidẽ mẽtiretur, adeo taciturnitatis ſeruatorẽ, ut commiſſa cũcta celaret, ſtudioſum quoq; audiendi, ex quo facile diſci poſſe arbitrabat, multaq; alia de hoc uiro memoriæ prodidit, quę longũ eſſet enarrare.

Miniſ. pro quod maxima cura, & diligẽtia illud munus exercuerit, ex quo facile comminuſ põt, quod nõ uirtutibus ex dignitate, ſed dignitatibus ex uirtute honor accedit. Abiectiſ. uiliſſimũ. Expetendũ. deſyderandũ. ASCENSIVS.

NON patiuntur &c. Tranſit ad maiorũ uirorum exempla dicẽs. Duces fortiſſimi nõ patiuntur me inſiſtere diutius exẽplis tenuioribꝰ qualia ſunt in arte pingẽdi, aut ſculpendi. Siquidẽ. i. quoniam Epaminũdas dux Thebanorum clariſſimus, cũ ciues irati mandarent ei cauſa cõtumeliæ, curã uiarũ ſternendarũ in oppido. ſ. Thebano (probat, quod contumeliæ cauſa, enim pro qa illud miniſterium erat apud eos. ſ. ciues Thebanos ſordidiſſimũ) receperit id. ſ. miniſterium ſine ulla cunctatione. i. mora, aut hæſitatione, & aſſeuerauit. i. inſuper affirmauit, ſe daturum operam, ut ſupp. illud miniſterium fieret breui. ſ. tempore ſpecioſiſſimum, deinde reddidit mirifica procuratione. ſ. ſua, qua in eo miniſterio procurãdo, uiſus eſt, negociũ abiectiſſimum, ſcilicet prius expetendum Thebis, id eſt apud Thebas pro ampliſſio ornamento.

OLIVERIVS.

HANNIBAL uero cum apud regem Pruſiam. Pruſias rex Bithynię fuit, apud quem Hannibal exulabat, poſt quam uictus à Romanis tanquam rupti fœderis autor depoſcebatur ad pœnas, quod meminit Cicero libro de diuinati. Rex inquit Pruſias cum Hannibali apud eum exulãti depugnare placeret, negabat ſe audere, quod exta prohiberent. mauis tu, inquit, carunculæ uitulinæ magis, quam ueteri imperatori credere? nam cum Eumene Ponti rege tunc bellum habebat rex Pruſias & prælio naualì dimicabat, nam illum terreſtri prælio ſuperauerat, Conſulebat Hannibalem Pruſias nunquid pugnam cum hoſte committere. & cum Hannibal committendam eſſe conſuleret, reſpondit rex, id ſibi extis non portendi. Tum indignatus Hannibal, mauis, inquit, uitulinæ carunculæ, q̃ ueteri imperatori fidem habere? quibus uerbis rex commotus prælium ſuſcepit, & hoſtes, ſuperauit. Hac autem aſtutia uſus eſt Hannibal, qui ſtrategemate, omniq; calliditate plurimum ualebat, iuſſit lagenas fictiles omnium generum ſerpentibus repleri, & media pugna in naues hoſtium conici Pontici primum illudebant dicentes, quomodo cum fictilibus lagenis pugnare poterunt, quia armis non poſſunt? deinde cum iniecti ſerpentes per naues feruefcere cœperunt tum deniq; hoſtes ancipiti malo perterriti, in fugam naues uerterunt. Portendi. ſignificari. Carunculæ. Diminutiuo uſus eſt ad rẽ ipſam multo magis extenuãdã. Veteri impatori. Ecce magna fiducia.

Hãnibal apud Pruſiam

fiducia Hiſpanias direptas. Breuiter perſtringit cuncta Hannibalis geſta, quæ decade.ii.puni.bel. pleniſſime referuntur. Nouo tranſitu. quia nemo ante Hannibalem cum exercitu tranſierat Alpes, fuitq; träſitus ille difficilis, & pernitioſus Hannibali, quippe, ubi multa hominum millia & inedia, & difficultatibus conſumpta perierunt. Hiſpanias, ulteriorem, & citeriorem, quas abſtulerat P.R. Traſimenum lacũ ubi C. Flaminiũ cõſulem Ro. cum.xv. millibus hominũ occidit. Cannas pu.vi. ubi cæſa dicuntur quinquaginta Ro. & ſociorũ millia cum altero conſule Paulo Aemilio, ſicut ſupra monſtratum eſt. Ante pedes hominis.ſ. regis Pruſiæ. Et ſane quod ad explo. Si uenirẽt inquit in comparationem bellica ſacrificia, & ſcientia ducis ut cũ aliud illa præmõſtrent, aliud hæc horrentur, utrum utri ſit anteponendum, mallet id exequi quod ducis ſcia probauerit, q̃ quod ſacrificia hortata fuerit. Præg. præponderaſſet, ſuperaſſet. ASCENSIVS. ¶HANNIBAL uero cum exularet apud Pruſiam regem Bithyniæ, & eſſet ei autor.i. adhortator, prælii committendi, .ſ. cum Eumene Ponti rege, atq; is.ſ. rex diceret, non idẽ.ſ. quod Hannibal conſuleret. Portendi.i., ſignificari ſibi faciendum eſſe extis.i. per exta, quæ uetabant prælium committere, inquit.ſ. regi, an tu mauis credere carunculæ uitulinæ.i. modicis extis uituli mactati, q̃ imperatori ueteri.i. multum experto. q.d. ipſum nõ debere facere, quo tamen dicto multum eleuauit ac diminuit fidem extiſpitii. Nã ſi uirtute, aut arte ſua, extorum a diis (ut credebant) ſic depoſitorum indicia ſuperare ſperabat, deos, aut futuri ignaros, aut ſe minus potentes iudicabat. autor autem noſter uerbum illud ut plenum multæ fiduciæ proſequitur dicens. Hannibal ſupp. inquit aut reſpondit ſic breuiter, & abſciſſe.i. per abruptum ſermonem, ſi numeres uerba, quæ pauciſſima ſunt, ſed ſup. reſpondit copioſe, & ualenter.i. efficaciter, ſi æſtimes.i. ponderes ſenſum.ſ. uerborum. enim pro quia, ipſe effudit ante pedes hominis.ſ. regis, hoc eſt illo uno uerbo ad regis memoriam reduxit, Hiſpanias direptas Po. Ro. ac uires Galliarum, ac Liguriæ.i. prouinciæ Italicæ, cuius Genua caput, redactas in poteſtatem ſuam.ſ. Hannib. Et iuga Alpium patefacta nouo tranſitu, quia primus tranſtulit exercitum, & montem rupit aceto, & Traſimenum lacum iuſtum.i. infamia notatum propter cædem Flaminii conſulis, dira.i. execrabili memoria, & Cannas uicum Apuliæ.i. clariſſimum monimentum.i. teſtimonium memorabiuum uictoriæ Punicæ, id eſt Cartha. & Capuam poſſeſſam.ſ. à ſe, & Italiam.ſ. totam pene laceratam.ſ. aut direptam, aut in factiones ſectam, & non tulit æquo gloriam ſuam teſtatam.i. comprobatam longo, quia plus q̃ decennali experimento, poſtponi iecinori.i. parti illi uitulinæ, hoc eſt iecori, aut epati, hoſtiæ.ſ. a Pruſia mactatę, & bella uetantis, & ſane.i. certe quod.i. quantum attinebat ad exploranda ſacrificia bellica, & ad æſtimandos.i. cenſendos ductus militares, pectus Hannib. aut potius Hanni. prægrauaſſet.i. pondere ſuo præſtiſſet, omnes foculos, & omnes aras Bithyniæ.i. omnia auſpicia per ſacrificia indagata ipſo Marte iudice.i. diudicante, quia Mars potius ſecutus fuiſſet, quod Hanni. experientia probaſſet, q̃ quod exta uetuiſſent. Signanter dicit, quod ad exploranda ſacrificia &c. q.d. Hanniba. melius iudicare poſſe de extis, quam ſacrificulos, atq; ita non deprimit fidem extiſpicii, ſed exaltat experientiam Hanniba.

DE COTYE.

Capax generoſi ſpiritus illud quoq; dictum regis Cotys, vt enim ab Athenienſibus ciuitatem ſibi datã cognouit, & ego inquit, illis meæ gentis ius dabo. Aequauit Athenis Thraciam, ne viciſſitudine talis beneficii imparem ſe iudicando, humilius de origine ſua ſentire exiſtimaretur.

DE VTROQVE SPARTANO.

Nobiliter etiam vterq; Spartanus, & qui increpitus a quodam, q in aciem claudus deſcenderet: pugnare, non fugere propoſitum ſibi eſſe reſpondit: & qui referente quodam, ſagittis Perſarum ſolem oſcurari ſolere: bene narras, inquit, in vmbra.n. melius p̃liabimur. Vir eiuſdem vrbis, atq; animi, hoſpiti ſuo patrię muros excelſos, latoſq; oſtendenti dixit: Si mulieribus iſtos comparaſtis, recte: ſi viris, turpiter.

OLIVERIVS.

¶CAPAX generoſi ſpiritus illud. Codrus rex Thracum fuit, cum inter Dorienſes, & Athenieñ. ueterum ſimulatum eſſet offenſę, & ideo bellum inter ſe geſturi eſſent, Codrum regem acciſtum in auxilium ſuum Athenieñ. exercitui præfecerunt, & ut ipſum ſibi amantiorem, fideliorem q; redderent, eum ciuitate donarunt, quod cum ſibi nunciaretur, ut oſtẽderet Thraces Athenien. nihilo dignitate inferiores eſſe reſpondit, & ego Athenien. ciues facio Thracẽſes. Fuit alter Codrus dux, & rex Athenien. qui ſe pro conſeruanda patria deuouit, de quo in capit. de pietate erga patriam dicetur. Viciſſitudine. alternatione.

ASCENSIVS.

¶CAPAX &c. Affert dictum plenum fiduciæ Codri Thracum regis nõ illius Athen. qui pro patria cecidit, unde quidã non Codri, ſed Cotyis legunt. Ordo eſt. Illud quoq; dictum Codri, ſeu Cotyis regis, ſcilicet Thraciæ, capax ſup. eſt generoſi ſpiritus, quia a generoſo ſpiritu emiſſum eſt. Enim pro q,; ut, ideſt poſtq̃ cognouit ciuitatem datam ſibi ab Athen. id eſt ſe factum ciuem Athen. quod pro magno beneficio illi habebant inquit, & ego dabo illis ius gentis meæ, id eſt faciam eos ciues Thraciæ. Quo ſup. dicto, ęquauit Thraciam Athenis, quia innuit ſe tantum beneficii referre, quantum acceperat, ne iudicãdo ſe imparem uiciſſitudine, id eſt mutua collatione talis beneficii, exiſtimaretur.i. iudicaretur ſentire de origine ſua humilius.ſ. q̃ par erat, aut multum humiliter.

THEOPHILVS.

¶REGIS. Codri caſtiga Cotys. imperauit is Thraciæ, eo ueſaniç demum lapſus, ut Mineruæ nuptias affectaret, eiuſq; uxorẽ, cuius pudicitiam ſuſpectam habebat, mediam ſecuit a pudendis ad uerticem, Theopompus hiſtoriam ſcribit in.i. Philippicorũ. Locum prius indicauit Egnatius uetuſtus, & exploratæ fidei Iani codex emendare Cotys habet.

OLIVERIVS.

¶NOBILITER etiam uterq; Sparta. Claudius Lacon in aciem deſcendebat cum hoſtibus dimicaturus, quærenti equũ alienigenæ cuidam ageſilaus reſpondit claudum indicans, nonne ſentis inquit, non fugientibus, ſed manẽtibus bello opus eſſe, ſed hic de quo loquitur Androclidas fuit, qui debilis, & crure inutilis inter bellatores ſe locauerat, itaq; inhibituri quidam moti ſunt, propterea q eſſet infirmus. tum ille non eum inquit qui fugiat, ſed qui maneat cum hoſtibus pugnare oportet. Alter claudus ad bellum proficiſcens quibuſdam ſæuitientibus, ac ridentibus conuerſus ait mala capita, non eſt cum hoſtibus fugiendo pugnandum, ſed manendo, ordinemq; tuendo. Nobiliter. ſubauditur reſponderũt. Vterq; Spartanus. Androclidas, & Leonidas. Qui increpitus. hic Androclidas fuit. Et qui referente. Hic teſte Fron. lib.iiii. fuit Leonidas rex Spartanus eo modo, quo Spartani regem habebant, de quo ſatis ſupra dictum eſt in capit. de fortitu. hic igitur cum aduerſus Perſas cum paucis admodum proficiſceretur, & quidam dixiſſet tantam eſſe Perſarum multitudinem, ut ſagittis ſolem obſcurarent, reſpondit, id ſibi gratius fore, q ſub umbra pugnabitur. Eiuſdem uia urb. atq; animi. Ageſilaus dux Lacedæmoniorũ hoſpiti Athenienſi oſtendenti munitum, & ualide fabricatum Athenarum urbis murum, quærentiq; an ipſi pulcher, ualidusq; uideretur. medius fidius inquit pulcher, & ualidus, at non quem uiri, ſed quem mulieres inhabitent. Agis etiam pertranſiẽs Corinthiorum muros altos, & munitos, tum etiam in multum ſpacii protenſos cum intueretur, quæ ait, mulieres hunc locum incolunt? Theopõpus quoq; ad eum, qui murum oſtentaret, & percunctaretur an & firmus, & altus eſſet, minime, inquit, ſi mulierum ſit, ſi uiris turpiter. Luc. Humanus labor eſt facilis, licet ardua tollas, Cedere uel bellis, uel cuncta mouentibus armis.

ASCENSIVS.

¶NOBILITER etiam &c. Narrat fiduciam in dicto duorũ Spartanorum, ſeu Lacedæmoniorum dicẽs. Vterq; Spartanus ſupple reſpondit, aut dixit, etiam nobiliter, & id eſt ſimilis, qui increpitus.i. reprehenſus a quodam, q deſcenderet in aciem claudus.i. cũ eſſet claudus, reſpõdit, propoſitũ eſſe ſibi pugnare, non fugere. Et.i. ſimilis ſup. qui referẽte quodã ſolẽ ſolere obſcurari;

ſagittis Perſarũ.ſ.in aera tã denſæ immiſſis, ut terrã umbra coo‑perirent, inquit, tu narras bene, id eſt commode nobis enim pro quia, nos prælíabimur melius in umbra.ſ.q̃ ſub ſole. & ita quod ille ad terrorem dixerat, in commodũ ſuum uertit. Eiuſdẽ &c. Ordo eſt. Vir eiuſdem urbis uidelicet Spartæ, aut Lacedęmonis. atq; eiuſdem, hoc eſt nobilis, & excelſi animi dixit hoſpiti ſuo oſtendenti, ſcilicet per iactan‑tiam muros excelſos, & latos patriæ ſuæ, id eſt urbis, in qua ille hoſpes natus erat, & Spar‑tanus diuerſabatur, dixit inq̃, ſi uos comparaſtis (bene nu‑merum mutat, non ad unum, aut de uno pluraliter loquens, ſed quia plurimum erat opus, quia totius ciuitatis) ſup. iſtos muros mulieribus, id eſt ut mu‑lieres in eius defendebantur, recte ſupple feciſtis, ſi compara‑ſtis uiris turpiter ſupple feciſtis q̃a uirorũ eſt armis, nõ muris tueri, unde eis Sparta caruit.

regna Italiæ penes campanos eſſent. Amiſſo celeri. Oui. nil no‑cet, amiſſo ſubdere calcar equo. Theanum. con. de quo Hor. Cui ſi uitioſa libido fecerit auſpicium, cras ferramenta Theanũ, tolletis fabri. E ueſtigio Calenam. Liui. opp. pluraliter tantum declinauit, Cales Caliũ. Sicut erant.ſ.clauſæ, & obſignatæ. Age‑re lege.ſuo fungi miniſterio ſumendi de nocentibus ſupplicii. Teanum

DE CONSTANTIA CAP. VIII.

APtũ, & animoſum bonæ fiduciæ pectus emenſo, quaſi debitũ opus ſupereſt, Cõ‑ſtantiæ repræſentare naturam. Natura enim ſic comparatum eſt, vt quiſquis ſe aliquid ordine, ac recta mente comple‑xum confidit, vel iam geſtum ſi obtrectetur, acriter tueatur: vel nondum editum, ſi interpelletur ſine vl‑la cunctatione ad effectum perducat.

DE FVLVIO.

Sed dum exemplar propoſitæ rei proſequor, la‑tius mihi circunſpicienti, ante omnia ſe Fuluii Flacci conſtantia offert. Capuam fallacibus Hannibalis pro‑miſſis Italiæ regnum nefaria defectione paciſci per‑ſuaſam, armis occupauerat: tandem culpæ hoſtium tam iuſtus æſtimator, q̃ ſpecioſus victor, Capuanum Senatum impii decreti autorem, funditus delere cõ‑ſtituit. Itaq; catenis onuſtũ in duas cuſtodias, Thea‑nam, Calenamq; diuiſit, conſilium executurus, cum ea peregiſſet, quorum adminiſtrandorum celerior eſ‑ſe neceſſitas videbatur: rumore deinde de Senatus mitiore ſententia orto, ne debitam pœnam ſcelerati effugerent, nocte admiſſo equo, Theanam conten‑dit, interfectiſq; qui ibi aſſeruabantur, e ueſtigio Ca‑lenam tranſgreſſus, perſeuerantiæ ſuæ opus execu‑tus eſt: & iam deligatis ad palum hoſtibus, literas a P.C. nequicq̃ Capuanis ſalutares accepit. In ſiniſtra .n. eas manu ſicut erant traditæ, repoſuit, ac iuſſo li‑ctore lege agere, tum demũ aperuit, poſtq̃ illis obtẽ‑perari nõ poterat. Qua cõſtantia victoriæ quoq; glo‑riã antecellit: quia ſi eum intra ſeipſum partita laude æſtimes, maiorem punita Capua, q̃ capta reperies.

OLIVERIVS.

APTVM, & animoſum bonæ. Valer. ad capitu. de conſtantia tranſiturus, more ſuo utitur tranſgreſſione, ut commemoratis quibus de re‑bus dixerit, de quibus dictu‑rus ſit breuiter oſtendit. Et be‑ne conſtantiam, fiduciæ ſtatim ſubiũgit: nam hę uirtutes quã‑dam inter ſe uidentur affinita‑tem habere: qui enim ſibi con‑fidit, idem & conſtans ſemper eſſe ſolet. Emẽſo. poſtq̃ inquit, de fiducia diximus ſupereſt ut de conſtantia dicamus. Natu‑ra enim ſic comparatũ eſt, hoc inquit obſeruare ſolemus, ut cum confidimus nos iuſtum aliquid, & honeſtum eſſe com‑plexos, uel iam geſtum acriter tueamur, ſi quiſpiã illud reſcin‑dere uoluerit, uel nondum per‑fectum ſine mora ad exitũ per‑ducamus, ſi quiſq̃ illud inter‑pellare tentauerit, quo minus perficiatur. Obtrectetur. im‑probetur, detrahatur. Interpel‑letur. impediatur.

Obtrectari

ASCENSIVS.

¶SED dum exemplar &c. Pri‑mum exemplum eſt de conſtã‑tia Fuluii Flacci, quã tñ prius in titulo de fortitudine, ut ni‑miæ ſeueritatis taxauit. Ordo eſt. Sed dum proſequor.ſ. exẽ‑plar rei propoſitæ conſtantiæ, .ſ. conſtantia Fuluii Flacci of‑fertur mihi circũſpicienti latius .i. diſquirenti, cuius conſtantiã primã narrem ante oĩa.ſ. alia exẽpla conſtantię. Qui ſup. Ful‑uius occupauerat armis.i. ui re‑ceperat, Capuam urbem illam principem cãpaniæ Italieę per‑ſuaſam paciſci.i. ex pacto ſe ha‑biturã regnũ Italiæ fallacibus promiſſis Hannibalis, quia p̃‑miſerat ſe caput imperii, quod Ro. erat, Capuã transferre: qđ neq; potuit, neq; ſi potuiſſet uoluiſſet: ſed tã Capuam, q̃ Rõ‑mã Carthaginenſi imperio ſu‑biicere parabat, defectione ne‑faria.i. a Roma ſocia urbe a q̃ multa beneficia acceperat, ad hoſtẽ perfidũ, & utriuſq; liber‑tati inſidiantẽ, tandem tam iu‑ſtus æſtimator. i. cẽſor, & põde‑rator culpę hoſtiũ, q̃ uictor ſpe‑cioſus, quia ui ceperat eos, cõ‑ſtituit delere funditus ſenatum Capuanum autorem impii de‑creti, ut.ſ. Po. Ro. prius ſocius hoſtis decerneretur. Itaq;.i. & ita, dimiſit.i. diuiſum miſit.ſ. ſe‑natum Capuanũ, in duas cuſto‑dias uidelicet theanã.i. Thea‑ni oppidi, & Calenam a Cali‑bus opp. denoĩatam: onuſtum, .i. oneratum cathenis.ſ. ferreis executurus.i. eo propoſito, ut exequatur cõſilium.i. id quod conſilio ſuo propoſuerat, hoc eſt deletionem ſenatus Capuani, cum.i. poſtq̃ peregiſſet ea, quo‑rum adminiſtrandorum neceſſitas uidebatur eſſe celerior.i. ur‑gentior. Deinde rumore orto de mitiore ſententia ſenatus, ne ſcelerati affugerent debitam pœnam, contendit nocte, Theanũ, .ſ. cuſtodiam equo admiſſo.i. celeri, & interfectis ſup. iis, qui aſ‑ſeruabãtur ibi. Tranſgreſſus e ueſtigio.i. ſine dilatione Calenã.i. ad cuſtodiã Calenã, executus eſt opus ſuæ perſeuerãtiæ.i. ſeuerę cõſtãtię, & ipſe hoſtibus deligatis iã ad palũ.i. ſtipitẽ, ut flagellis cæderent, & mox ſecuri percuterentur, accepit literas a P.C.i.a ſenatu Ro. nequicq̃.i. in nullo, aut potius fruſtra ſalutares Capua‑nis, quia licet ſalute eorum ſenatus per eas iuſſerat, tamen eam non ſunt aſſecuti. Enim pro quia Fuluius repoſuit eas.ſ. literas miſſas a ſenatu in manu ſiniſtra ſicut erant traditæ hoc eſt clau‑ſas, & ſignatas, ac lictore, id eſt ſpiculatore, iuſſo agere lege, id eſt iuxta legem de condemnatis, apparuit tunc demum, poſtq̃ non poterat obtemperari illis, ſcilicet literis, quia iam pactum erat, q̃ inhiberi uolebant. Qua conſtantia, Fuluius antecellit, id eſt ſu‑perat, quoq;, id eſt etiam gloriam uictoriæ, quia ſi æſtimes, id eſt cenſeas eum, ſcilicet Fuluium intra ſeipſum, laude ſupple eius partita, ſcilicet in duas partes, quarum altera ſit de uictoria, alte‑ra de conſtantia, tu reperies eum maiorem Capua punita, id eſt in punitione Capuæ, q̃ capta, id eſt in captione eius.

ASCENSIVS.

¶APTVM Præfatio eſt, qua ad narrationem de conſtantia tranſitum facit, dicens. Repreſentare naturam conſtantiæ, ſuper‑eſt id eſt reliquum eſt, quaſi opus debitum, ſupereſt inquam, emenſo uidelicet mihi iam emenſus ſum, aptum, & animoſum pectus bonæ fiduciæ: quia etiam eſt confidentia, quæ mala eſt. Probat quod id reliquum ſit. Enim pro quia comparatum eſt: natura, id eſt per naturam ſic euenire ſolet, ut quiſquis confidit, ſe complexum, id eſt comprehendiſſe aliquid ordine, ſcilicet de‑bito, ac recta mente, uel tueatur, id eſt defendat acriter ſupple il‑lud iam geſtum, ſi obtrectetur, id eſt improbetur, & ei detraha‑tur, uel perducat ad effectum ſine ulla cũctatione, id eſt mora, & hæſitatione ſupple ipſum nondum editum, id eſt tranſactum ſi in‑terpelletur, id eſt impediatur: hoc autem facere pertinet ad con‑ſtantiam, unde apte ſubiungit eius exempla.

OLIVERIVS.

¶SED dum exemplar. Capuam fallacibus Hannibalis. Hanc hiſtoriam ſuperius diligenter ſatis annotauimus in capit. de for‑titudine, ubi de Vibio Accio Peligno diximus. Fallacibus pro‑miſſis. quia multa promiſit, quæ ſeruare non potuit. Italiæ re. nam in ipſa defectione inter cæteras fœderis conditiones, de im‑perio totius Italiæ tractum eſt, atq; ſancitum, ut deuictis Roma.

DE Q. FABIO MAXIMO.

Atq; iſta quidem ſeueritatis. illa vero pietatis conſtantia admirabilis, quam Q. Fabius Max. infatigabilem patriæ præſtitit, pecuniam pro captiuis Hannibali numerauit, fraudatus ea publice tacuit. Dictatori ei magiſtrum equitum Minutium iure imperii ſenatus æquauerat, ſilentium egit: compluribus præterea iniuriis laceſſitus in eodem animi habitu permãſit, nec vnq̃ ſibi reip. permiſit iraſci, tam perſeuerãs in amore ciuium fuit. Quid in bello gerendo: nõne par eius conſtantia? Imperiũ Ro. Cãnenſi prælio pene deſtructum vix ſufficere ad exercitus cõparandos videbatur. Itaq; fruſtrari, & eludere Pœnorũ impetus, q̃ manum cũ iis tota acie conſerere melius ratus: pluribus cõminationibus Hãnibalis irritatus, ſæpe etiam ſpe bene gerendæ rei oblata, nunq̃ a conſilii ſalubritate, ne parui quidem certaminis diſcrimine, receſſit: quodq; eſt difficillimum, vbiq; ira, ac ſpe ſuperior apparuit. Ergo vt Scipio pugnando, ita hic nõ dimicãdo, maxime ciuitati noſtrę ſuccurriſſe viſus eſt: alter enim celeritate ſua Carthaginem oppreſſit: alter cunctatione id egit, ne Roma opprimi poſſet.

DE C. PISONE ET M. PALICANO.

C. etiam Piſonem mirifice, & conſtanter turbulento reip. ſtatu egiſſe Cos. narratione inſequenti patebit. M. Palicani ſediotioſiſſimi hominis peſtiferis blãditiis præruptus populi fauor, conſularibus comitiis ſummũ dedecus admittere conabatur, ampliſſimum

THEOPHILVS.

DEINDE. Antiqui excẽp. legem autem. Calenã. ſ. cuſtodiã. Nam Cales opp. numero multitudinis appellatur. Ergo ut Scipio pugnãdo &c. Fabium Scipioni comparat ob æmulationem Polyænus Macedo. Fab. inquit, Max. Scipio magnus appellabatur, adeoq; Scipio Fabii gloriæ inuidebat, ut in hæc aliquando prorumperet, quid ita Fabius ſit, qui dum exercitũ ſeruatis maximus, ego, qui deuicto Hannib. bellũ cõfeci, magnus appeller? Ad quẽ Fabi. Atqui niſi milites ego ſeruaſſem, tu non habuiſſes unde uinceres: hinc Ouid. in artibus Scip. magnũ dixit ut Ianus obſeruauit.

OLIVERIVS.

ATQVE iſta quidẽ ſe. Nota eſt hiſtor. Q. Fab. Maxi. bel. Pun. ii. aduerſus Hãnib. dictator miſſus illũ iuueniliter exultantem ſua ſapientia repreſſit. ſed cũ ille multos captiuos Romã. haberet, quos apud Trebiã & lacũ Traſimenum, alibiq; ab imperatoribus Rom. re infeliciter geſta, ceperat dictator de his publice redimẽdis cum Hannib. conuenerat impoſito in capita ꝑ conditione cuiuſq; ꝓcio, ſed ea ſpe fraudatus a ſenatu qui nõ publice redimi cẽſuit, quod ſine eius autoritate id factum eſſe diceret, tacuit, & agrum quem preciofum habebat, publice uendidit, & pecuniã pro captiuis hoſti promiſſam fideliter exoluit: eadẽ animi conſtantia uſus eſt, cum Minucium magiſtrũ equitũ imperio ſibi parẽ S. P. Q. R. eſſe iuſſit, quod nunq̃ antea factũ fuerat, ut dictatori magiſter equitũ ęquaretur imperio. id autem fuit, quia cũ Fab. uideret ſuperiorum ducũ temeritate remp. eſſe concuſſam, adeoq; debilitatã, ut ſuis uiribus niti uix poſſet, rem ſibi longe aliter gerendã eſſe duxit, q̃ ſuperiores fecerant, hoſtem. ſ. conſilio, non uiribus eſſe domãdum, & remp. prudentiæ magis, q̃ fortunæ beneficio recreandam, itaq; noluit unq̃, niſi quãtum neceſſitas cogeret cum hoſte certare, ſed illorũ impetus in dies fruſtrari, & multis modis illudere, donec ſuis ipſi uiribus conficerẽtur: nã loca unde illis cõmeatus eſſe poſſent, q̃ maxima diligentia occupabat, arctioraq; in dies alimẽta in caſtris hoſtiũ reddebat, quod unũ uincendi cõſiliũ ſaluberrimũ excogitauerat:

Minutii temeritas

ſed Minutius magiſter equitum, uir ferox, & rapidus in conſiliis ac lingua immodicus primo inter paucos, deinde palam in uulgus dictatorem criminari, pro cauto timidum, pro prudente tardum, pro perito imbellem appellare, qui ut diutius eſſet in magiſtratu, & Ro. & in caſtris haberet imperium nolle cum hoſtibus acie dimicare, hæc & alia his indigniora de dictatore ferens in uulgus, ſic animos militum incẽderat, ut ſi militari ſuffragii res fuiſſet, haud dubie uiderentur. Minu. Fab. duci prælaturi, forte ita euenit, ut dictator comitiorum cauſa Ro. reuocatus Minutiũ caſtris præficeret, qui leui quodam certamine cum Hannib. congreſſus, & uictoria parua potitus, literas de rebus geſtis, & egregia uictoria ad ſenatum miſit, quibus motus ſenatus, & populus decreuerunt Minutium æquam imperii poteſtatem habere cum dictatore, ſed paulopoſt intellexere Rom. bono imperatori magni fortunam momenti non eſſe, & ſolam mentem, rationemq; dominari: nam Minutius temere cũ hoſtibus ſuſcepta pugna non mediocrem reip. cladẽ illaturus fuerat, niſi dictatoris conſilio in

Q. Fabii ira ac ſpe ſuperior.

tempore ſubuentum fuiſſet. Eludere. protrahere. Ira, ac ſpe ſu. Quia iram ſuperauit ad id, quod nunq̃ in perniciem reip. iraſci uoluit. Spe. quia Hanni. ſedendo magis, q̃ dimicando ſuperauit contra ſpem ciuium. Non dimicando. Ennius, unus, qui nobis cunctando reſtituit rem.

ASCENSIVS.

ATQVE. Affert tria unius exẽpla di. Atq; quidem (diſcretiua eſt particula) iſta. ſ. Fuluii conſtantia eſt ſeueritatis, uero pro ſed illa. ſ. quam dicturus eſt, utputa Q. Fab. Ma. eſt pietatis admirabilis, quam Q. Fab Ma. præſtitit patriæ infatigabilem, neſcio an legendũ ſit indefatigabilem. pro ipſe indefatigabilis, ipſe numerauit Hannib. pecuniã pro captiuis ſicut promiſerat, & fraudatus publice. i. ꝑ publicã autoritatem ea. ſ. pecunia, tacuit. i. nõ eſt conqueſtus. Affert deinde ſecundum exemplum eiuſdem dicens: Senatus æquauerat. i. æqualẽ fecerat iure imperii eius, dictatori. cum eſſet dictator, Minutium magiſtrum equitum, & tñ ſup. cauſa uideretur grauiter læſus ſilentiũ egit. Præterea ipſe laceſſitus cõpluribus iniuriis, permanſit in eodem habitu mentis. i. nullo modo turbatus, & aut commotus eſt. Nec ꝑmiſit ſibi unq̃ iraſci rei pub. tam. i. uſq; adeo perſeuerãs fuit in amore ciuiũ. Affert & tertium eiuſdem exẽplum dicens. Quid ſup de eo dices in bello gerendo, nonne eius conſtantia par ſup. fuit in bello gerendo, ac in toga. q. d. maxime. Nam impera. Ro. deſtructum pene. i. quaſi totũ prælio Cannenſi. i. apud Cãnas, ut ſæpe dictum eſt, commiſſo, uidebatur uix ſufficere ad exercitus cõparandos. Itaq;. i. & ita, ipſe ratus melius, ſup. eſſe fruſtrari. Et elu. i. manifeſte fallere impetus. i. impetuoſitatẽ Pœnorũ, q̃ conſerere cũ eis. ſ. Pœnis manum. i. confligere cum eis tota acie irritatus pluribus cõminationibus Hanni. & ſpe etiã rei bene gerendæ ſæpe oblata, nunq̃ receſſit a ſalubritate cõſilii. ne quidẽ. i. non ſaltẽ diſcrimine. i. diſceptatione, qui certaminis, & quod eſt difficillimũ, ipſe apparuit ubiq; ſuperior. i. inuincibilis ira, & ſpe. Ergo ut Scip. uiſus eſt ſuccurriſſe maxime ciuitati noſtrę pugnãdo, ita hic uidelicet Fab. Max. uiſus eſt ſuccurriſſe maxime ciuitati noſtræ nõ dimicãdo. i. nõ faciẽdo copiã pugnãdi. Enim pro q̃a alter uidelicet Scipio oppreſſit Carth. ſua celeritate, alter. i. Fab. egit cunctatione. i. morã id, ne Ro. poſſit opprimi, q̃a ſi male pugnãdo exercitus eius deletus fuiſſet, Rom. haud dubie oppreſſa fuiſſet.

OLIVERIVS.

CAIVM etiam Piſonem mirificem. Pomp. proconſul de Hiſpaniam, Sertorio uicto nuper redierat, & ſtatim concionem habuerat de reſtituenda plebi tribunitia poteſtate, Palicano tri. ple. legem ferente, hunc Palicanũ ſeditioſum fuiſſe conſtat, qui contra ſenatus autoritatem effecit, ut tribunitiam poteſtatem populo redderent, Coss. Cn. P. & M. Li. Craſſus tunc in magna fuit inuidia Pomp. q; conſul tribunitiam poteſtatem populo redderet. Fuit autem Palicanus ad uiam Appiam cęſus cum aliis, qui prælium ibi commiſerant pro recuperando filio quem repetebat Tigranes. Peſtiferis blanditiis. Quia ferente legem Palicano, tribunitia poteſtas reſtituta populo fuerat. Conſternatę. perturbatæ, & quaſi mente captæ. Turbulento. propter ſedionem excitatam. Huc indi. pro ad hanc indignationem. Abſciſſo conciſo, & breui. Flecti. a recto, & honeſto.

ASCENSIVS.

CAIVM &c. Ordo eſt. Patebit narrationem in ſequenti C. Piſonem egiſſe conſulem etiam mirifice, & conſtanter ſupple in-

ei deferre imperium cupiens, cuius teterrimis actis exquiſitum potius ſupplicium, q̃ vllus honos debebatur. Nec deerat conſternatæ multitudini furialis fax tribunitia, quæ temeritatem eius, & ruentẽ comitaretur, & languentem actionibus ſuis inflammaret: in hoc miſerando pariter, atq; erubeſcendo ſtatu ciuitatis tantummodo manibus tribunorũ pro roſtris Piſo collocatus eſt: cum hinc atq; illinc eum ambiſſent, ac Palicanũ ſuffragiis populi Cos. creatũ, an renunciaturus eſſet interrogaretur: primo reſpondit, non exiſtimare ſe tantis tenebris offuſam eſſe remp. vt huc indignitatis veniretur. Deinde cum perſeueranter inſtarent, ac dicerent: age, ſi ventum fuerit. Non renuntiabo, inquit: quo quidem tam abſciſſo reſponſo conſulatum Palicano, prius q̃ illum adipiſceretur, eripuit. Multa, & terribilia Piſo contempſit, dum ſpecioſum mentis ſuæ flecti non vult rigorem.

DE METELLO.

Metellus aũt Numidicus, propter conſimile perſeuerantiæ genus, excepit quoq; indignã maieſtate, ac moribus ſuis procellam: cum enim animaduerteret, quo tenderent Saturnini trib. pleb. funeſti conatus: quantoq; malo reip. ſi non his occurreretur, erupturi eſſent: in exilium, q̃ in legem eius ire maluit. Poteſt aliquis hoc viro dici conſtantior? qui ne ſententia ſua pelleretur, patria, in qua ſummum dignitatis gradum obtinebat, carere ſuſtinuit.

DE Q. SCAEVOLA.

Cæterũ vt neminem ei prætulerim, ita Q. Scæuolam augurem merito comparatim: depulſis proſtratiſq; inimicorum partibus, Sylla occupata vrbe, ſenatũ armatus coegerat, ac ſumma cupiditate ferebatur vt C. Marius, q̃ celerrime hoſtis iudicaret: cuius volũtati nullis obuiã ire audentibus, ſolus Scæuola interrogatus de hac re, ſniam dicere noluit: quinetiam truculẽtus ſibi minitãti Syllæ, licet inquit, mihi agmina militũ, qbus curiã circũſediſti, oſtẽtes: licet mortẽ identidem miniteris: nunq̃ tamẽ efficies, vt propter exiguum, ſenilemq; ſanguinem meum, Marium, a quo vrbs, & Italia conſeruata eſt, hoſtem iudicem.

turbulento ſtatu reip. Incipit autem narrare dicens fauor populi præreptus blanditiis peſtiferis M. Palicani hominis ſeditioſiſſimi, conabatur admittere, comitiis conſularibus. i. ut dicunt in congregationibus Po. Rom. in quibus agebatur de conſulibus eligẽdis, dedecus ampliſſimũ. cupiens deferre ei .ſ. homini ſeditioſiſſimo, imperiũ ampliſſimũ. Cuius .ſ. Palicani actis teterrimis debebatur potius ſuppliciũ exquiſitũ, q̃ ullus honos. Nec fax furialis. i. callida commotio, ad furorem, quaſi a furiis incitata tribunitia. i. tribuni non deerat multitudini cõſternatæ quæ & .i. ſimul comitaretur temeritatẽ eius, ruentẽ .ſ. in præcipitiũ, & inflãmaret ſuis actionibus, ſup. temeritatẽ eius languentẽ .i. frigide agentẽ. In hoc ſtatu ciuitatis miſerando pariter, ac erubeſcendo, Piſo eſt collocatus tantummodo manibus tribunorũ p roſtris. i. ante roſtra, unde edicta fiebãt. cũ .ſ. populi ambiſſent. i. circumſteti[ſ]ſent eũ hinc, atq; illinc. i. a duabus partibus, ac interrogaretur .ſ. a populo minaci, an eſſet renunciaturus Palicanũ creatum Cos. ſuffragiis .i. uotis, & uocibus Po. Ro. reſpondit primo, ſe nõ exiſtimare rẽp. eſſe offuſam tantis tenebris, ut ueniretur ſupp. ab ea, huc indignitatis. i. ad huiuſmodi indignitatẽ: deinde cũ ſup. populi inſtarẽt perſeueranter, ut .ſ. interrogatus reſpõderet, ac dicerẽt, age, ſi fuerit uentũ .ſ. ad cõſulatũ Palicani, quid ſup. faceres? inquit, ego nõ renũciabo. Quo quidẽ reſponſo, tanto. i. tñ, abſciſſo. i. celeri, & ſuccincto, eripuit Palicano cõſulatũ, priuſq̃ adipiſceretur. i. obtineret illum. Piſo cõtempſit multa, & terribilia, dũ non uult ſpecioſum rigorem mentis ſuæ flecti .ſ. a conſtantia.

OLIVERIVS.

METELLVS autẽ Numidicus ꝓpter. Florus Apuleius, inqt, Saturninus Grachanas aſſerere leges nõ deſtitit, tantum animorum uiro Marius dabat qui nobilitati ſemper inimicus conſulatu ſuo, extitit præterea occiſo palã comitiis Anio cõpetitore tribunatus, ſubrogare conatus eſt in eius locũ C. Grac. hoiem ſine tribu, ſine nomine, ſed ſubito titu. in familiã ipſe ſe adoptabat, cũ tot tãtiſq; ludibriis exultaret impune in rogãdis Gra. legibus, ita uehemẽter incubuit, ut ſenatum quoq; cogeret in uerba iurare. cum abnuentibus aqua, & igni interdicturum ſe minaretur. unus tñ extitit, q mallet exiliũ. hic aũt fuit Metel. Numid. quia ſequitur poſt Metel. fugã. oĩ nobilitate ꝑculſa &c. Metel. aũt Numid. De hoc uiro Plin. de uiris illu. Q. inqt Cæcilius Metel. Numid. qui de Iugurtha rege triũphauit cẽſor, eũ qui ſe Tib. Gracchi filiũ mentiebatur, in cẽſum nõ recepit. Idẽ in legẽ Apuleiã per uim latã iurare noluit, quare in exiliũ actus Smyrnæ exulauit. Claudia deinde rogatione reuocatus, cũ ludis forte literas in theatro accepiſſet de reuocatione, nõ prius eas legere dignatus eſt, q̃ ſpectaculum finiretur, Metellũ ſororis ſuæ uir laudare noluit, q is ſolum iudiciũ contra leges detractaret. Abbreuiator T. Liuii, cum legem,

Metelli numidici conſtãtia

inquit, agrariã per uim tuliſſet Saturninus, Metello Numidico, eo q in eam minime iuraſſet, diem dixit. qui cũ a bonis ciuibus defenderetur, ne cauſa malorũ certaminum eſſet, in uoluntariũ exilium Rhodum profectus eſt, ibiq; legendo, & audiendo magnos uiros aduocabat. Procellã. impetũ auxilii. Occurreret. reſiſteret. Quo erepturi eſſent. i. ad quantam rei. pernitiem euaſuri eſſent.

ASCENSIVS.

METELLVS autẽ Numidicus, excepit quoq; propter conſimile genus perſeuerantiæ procellam. i. commotionẽ indignã maieſtate, ac moribus ſuis. Cum enim animaduerteret, quo conatus funeſti, id eſt ſcelerati, & pernitioſi, Saturnini tribu. plebis tenderent, & ſupple cum quanto malo, id eſt incommodo reipu. eſſent erupturi, ſi nõ occurreretur his ſcilicet conatibus eius. maluit ire i exilium, q̃ in legẽ eius. i. q̃ conſentire legi eius. Poteſt aliquis dici conſtantior hoc uiro, qui ne pelleretur ſup. a ſententia ſua, ſuſtinuit. i. paſſus eſt ſe carere patria, in qua obtinebat ſummum gradum dignitatis re. d. minime dici poteſt eo conſtantior, quicũq; is ſit, unde addit.

OLIVERIVS.

CÆTERVM neminẽ ut neminem ei prætulerim, ita Q. Scæuolam augurem. Non auſim inqt, uirũ quẽpiam in hoc uirtutis genere Metello præponere, poſſum autem Q. Scæuolam iure comparare, qui nihilo inferius conſtantiæ documentum dediſſe uidetur. deuictis enim Marianis partibus, cum Sylla ut ſæpe dictum eſt remp. occupaſſet, conuocato ſenatu uoluit, ut Marius hoſtis patriæ iudicaret: iuſſiſq; ſniam dicere ſenatoribus, cũ alii metu, alii uolũtate ſniam cõprobaſſent, ſolus Scæuola inuictus eſt, qui cõſtans, & intrepidus nulla ratione, cogi potuerit iniquã proferre ſniam. Truculẽtius. ſæuius. Idẽtidẽ. frequenter. Vrbs, & Italia. quia Teuthones, Cimbros, & Gallos deuicerat.

ASCENSIVS.

CAETERVM. id eſt ſed ut, id eſt quemadmodum neminem prætulerim ei, ita comparauero ſupple ei tanq̃ non inferiorem, merito, id eſt ob meritum eius, Q. Scæuolam augurem. Nam ſupple partibus inimicorum, id eſt Syllæ depulſis, & proſtratis Sylla occupata urbe, id eſt qui occupauerat urbem: coegerat, id eſt congregauerat armatus, id eſt ui ſenatum, ac ferebatur ſumma cupiditate, ut C. Marius iudicaretur hoſtis, ſcilicet patriæ q̃ celerrime. Cuius uoluntati nullis audentibus ire obuiam, id eſt reſiſtere, ſolus Scæuola interrogatus de hac re, noluit dicere ſententiam, quinetiam, inquit, Syllæ minitanti ſibi Scæuolæ truculentius, id eſt multum truculente, licet oſtentes mihi agmina militum, quibus circumſediſti curiam, & licet miniteris mihi identidem mortem, tamen nunq̃ efficies, ut propter exiguum, & ſenilem ſanguinem meum, id eſt propter conſeruationem uitæ, quæ non poteſt diu durare, ego iudicem Marium, a quo urbs, & Italia eſt conſeruata, hoſtem, id eſt patriæ.

Scæuolæ auguris conſtantia

OLIVERIVS.

QVID fœminæ. Scilicet negocii habent cum concione? Si patrius mos ſeruetur, nihil, nam fœminā pudicam in conuentu hominū prodire nō decet ex conſuetudine maiorū. Fluctibus. Motibus, & perturbationibus, ſic & Cice. pro Milone populo ſeditioſo cōparat tēpeſtatē, equidē certas tēpeſtates, & procellas in illis dūtaxat fluctibus concionū &c. cōtra uero Ver. tēpeſtati cōparat populum: ac ueluti in populo magno, cū ſæpe cohorta eſt ſeditio &c. Sed ubi pudor quidē, & reuerentiæ ſexus nō patitur mulierē pudicā in cœtū, & multitudinē uirorū prodire ex cōſuetudine maiorum, niſi neceſſitate cogatur, ſed ſi cogitur, priſca cōſuetudo tollitur, & uiolētiæ pudor parere cōpellitur. Itaq; te Sēpronia L. Apuleius trib. ple. ſubornauerat Equitiū quendam ignobilem, utpote libertinæ ſortis hominē, ut ſe filium T. Gracchi diceret, Sempronia in forū adducta, ut rem hanc falſam teſtaretur, nulla ui impelli potuit, ut dedecus familiæ ſuæ cognoſceretur. Perturbari frōs ſolebat nemo erat tā ſummus in ciuitate priceps, qui ſi de eo ad populū ageretur reus productus, nō uultu pallore perfunderetur, & de ſalute ſollicitus eſſet. Abſurde. Inconuenienter, & indigne. Amplitu. poteſtas. i. tribunitia. Obſtr. in clamaret reſonaret, nam plebs more ſuo tumultuabatur.

DE SEMPRONIA.

Quid fœminæ cum concione? ſi patrius mos ſeruetur, nihil. Sed vbi domeſtica quies ſeditionū agitata fluctibus eſt, priſcæ cōſuetudinis autoritas conuellitur: pluſq; valet quod violentia cogit, q̄ quod ſuadet, & præcipit verecūdia. Itaq; te Sempronia Tib. & C. Gracchorum ſoror, vxor Scipionis Aemiliani, nō vt abſurde grauiſſimis virorū operibus inſerens, maligna relatione cōprehendam: ſed quia a trib. ple. producta ad populū, in maxima cōfuſione nihil a tuorum amplitudine degeneraſti, honorata memoria proſequar. Coacta es eo loci conſiſtere, ubi principū ciuitatis perturbari frons ſolebat: inſtabat enim tibi toruo uultu minas profundens ampliſſima poteſtas, cū clamor imperitæ multitudinis obſtreperet, totum forū acerrimo ſtudio nitebatur, ut Equitio, cui Semproniæ gentis falſum ius quærebatur, tanquā filio Tiberii fratris tui oſculum dares: tu tamen illum, neſcio quibus tenebris protractum, vt portentum, execrabili audacia, ad uſurpandam alienam propinquitatem tendentem, repuliſti.

DE CENTVRIONIBVS.

Non indignabuntur lumina noſtræ vrbis, ſi inter eorū eximiū fulgorem Centurionum quoq; virtus ſpectandam ſe obtulerit. Nam vt humilitas amplitudinem uenerari debet, ita nobilitate fouenda magis q̄ ſpernenda bonæ indolis nouitas eſt. An abigi debet Pontius ab horum exemplorum contextu? qui pro Cæſaris partibus excubans Scipionis præſidio interceptus, cum uno modo ſalus ei daretur, ſi ſe futurum Cn. Pōpeii generi ipſius militē affirmaſſet, ita reſpondere non dubitauit: Tibi quidem Scipio gratias ago: ſed mihi vti iſta conditione vitæ non eſt opus. Sine vllis imaginibus nobilem animum, & idem conſtantiæ propoſitū ſecutus C. Meuius Centurio diui Auguſti: cum Antoniano bello ſæpenumero excellentes pugnas edidiſſet, improuiſis hoſtium inſidiis circūuentus, & ad Antoniū Alexandriam perductus, interrogatuſq;, quidnam de eo ſtatui deberet: Iugulari me, iquit, iube: quia non ſalutis bñficio, nec mortis ſupplicio adduci poſſum, vt aut Cæſaris miles ceſinā, aut tuus eſſe incipiā. Cæterum quo cōſtantius vitā contēpſit, eo facilius impetrauit. Antonius enim virtuti eius incolumitatem tribuit.

ASCENSIVS.

QVID fœminæ &c. Recitat conſtantiā Semproniæ, quæ in concionē pducta, ut oſculo atteſtaretur quendā ignobilem (ut autore tribuno plebis ſeſe aſſerebat) eſſe filium Tib. Grac. nullis minis ad mēdacii atteſtationē induci potuit. Ordo eſt. Quid fœminæ ſup. habēt negocii cū concione? aut potius in ſingulari. Quid ſup. negocii eſt fœminæ cū concione. i. cœtu hominū cōuocatorum ad audiendū de his, q̄ rēpu. concernunt? Reſpondet. Si mos patrius. i. a patribus iſtitutus, aut in patria diu obſeruatus, ſeruetur, nihil ſup. eſt negocii fœminæ cū cōcione. Sed ubi. i. poſt quā, quies domeſtica. i. ciuilis eſt agi. flu. ſeditionum. i. poſtquā ciues, q prius domi quiete uiuere ſolebant, cœperunt ſeditiones excitare, autoritas priſcæ. i. antiquæ cōſuetudinis, cōuellitur. ſ. a ſede ſua. i. diſſipatur, & tunc plus ualet id, quod uiolentia cogit, q̄ id, quod uerecundia ſuadet, & præcipit. Itaq; .i. & ita, qa ui, nō ſponte in concionē deſcēdiſti, o Sēpronia, ſoror Tib. & Cai Grac. & uxor Scip. Aemiliani, egō nō cōprehēdam te maligna. ſ. detractiora relatione, ut. i. ueluti inſerēs (forte legātur rectius inſerentem) te abſurde, qa cōtra morē patriū grauiſſimis operibus uirorum, quale eſt in cōcione conſtanter uerū tueri, ſed quia tu producta a trib ple. ſ. L. Apuleio ad populum in maxima confuſione. ſ. populi, qui cōmotus ſtabat expectans atteſtationem tuam: tu nihil degeneraſti ab amplitudine tuorum. ſ. neceſſariorū, & maiorum, ideo ſup. proſequar te memoria honorata. i. honorifica. Tu enim coacta es conſiſtere. i. cū multis ſtare, eo loci. i. in eo loco, uidelicet i publica cōcione, ubi frons principū ciuitatis ſolet perturbari, quando. ſ. illis dies ad populū dicta fuerit. Poteſtas ampliſſima, uidelicet tribunitia inſtabat tibi, profundens toruo uultu minas, cum. i. quando clamor multitudinis imperitæ obſtreperet. i. ſtrepitu oppleret totū forū, & nitebatur acerrimo ſtudio. i. conatu, ut dares Equitio. ſ. adoleſcenti ignobili, cui q̄rebatur. ſ. a Tribuno ple. & a populo male pſuaſo, falſum, ga fictū, & nō uerū ius gētis Semproniæ. i. ut hæres declararetur Tiberii Grac. q de gēte Sēpronia erat, dares inq̄ Equitio oſculū tanquā filio Tiberii fratris tui, tū. i. licet tot te urgerēt, tu repuliſti illū. ſ. Equitiū ptractū. i. pcreatum, neſcio qbus tenebris. i. obſcuris parentibus, tendentē, ut portentū. i. tanquā monſtrū, audacia execrabili, ad uſurpandam ppinquitatē alienam.

OLIVERIVS.

NON indignabuntur. De inferiorē hominū conſtantia dicturus Vale. præfationē quandā præmittit, qua oſtendit, nō debere nobilioribus uiris moleſtum eſſe, neque naturæ indignū uideri, humiliorū hominū ſibi exēpla ſubiungi, quod quēadmodū ab his clarorū uirorū amplitudo ueneratur, ſic a claris uiris, humilitatis uirtus, ſi qua fuerit, magis eſt oi fauore proſequenda, quo ſe tollere poſſit, q̄ ulla malignitate ſpernenda, qua ueluti demerſa perpetuo iaceat. Nouitas. noui hoīes, q nulla maiorū ſuorum imagine clari, ſua ſibi nobilitatē uirtute cōpararūt. An abigi de. Pō. ab h. e. Hoc ſine dubio ciuili bello, quod in Africa geſtū eſt, poſt Pō. caſus euenit, nā capta forte triremi una Cæſariana, quæ commeatū ex Sicilia aduehebat, ueterani quidam milites cum Centurione uno ad Scipionem deducti ſunt quos ita Scip. dicitur allocutus. Non ſponte ueſtra certe ſcio, ſed illius ſcelerati ueſtri imperatoris impulſu, & imperio, coactos, ciues & optimum quēq; nefarie conſectari, quos quoniam fortuna in noſtram detulit poteſtatem, ſi id, q facere debetis rempub. cum optimo quoq; defendetis, certum eſt, uobis uitam, & pecuniam donari, priuſquam quid ſentiatis proloquamini, tum Centurio, pro tuo, inquit, ſummo beneficio Scipi. gratias ago (non enim te imperatorem appello) qui mihi uitam, incolumitatemq; belli iure capto polliceris, & forſan iſto uterer beneficio, ſi non ei ſummum ſcelus adiungeretur, ego ne contra Cæſar. imperatorem meum, apud quem ordinem duxi, eiuſq; exercitum, pro cuius dignitate, uictoriaq; amplius XXXVI. annis depugnaui, aduerſus, armatuſque conſiſtam?

EXTERNA. DE BLASIO.

Complura huiuſce notæ Romana exempla ſuperant, ſed ſatietas modo vitanda eſt. Itaq; ſtylū meum ad externa iam delabi permittam; quorum principatum teneat Blaſius, cuius conſtantia nihil pertinacius. Salapiam enim patriam ſuam præſidio Punico occupatam, Romanis cupiens reſtituere, Daſium acerrimo ſtudio ſecum in adminiſtratione Reipublice diſſidentem, & alioqui toto animo Hannibalis amicitiæ vacantem, ſine quo propoſitum conſilium peragi non poterat, ad idem aggrediendum opus maiore cupiditate, q̃ ſpe certiore; tentare auſus eſt; qui protinus ſermonem eius, adiectis quæ & ipſum commendatiorem, & inimicum inuiſiorem factura videbātur, Hannibali retulit; a quo adeſſe iuſſi ſunt, vt alter crimen probaret, alter defenderet. Cæterum cum res pro tribunali gereretur, & illi quæſtioni omnium oculi eſſent intenti, dum aliud forte certioris curæ negotium tractatur, Blaſius vultu diſſimulante, ac voce ſummiſſa, monere Daſium cœpit, ut Romanorū potius, q̃ Carthaginienſium partes foueret. Enim vero tunc ille proclamat, ſe in conſpectu ducis aduerſus eum ſolicitari: quod quia incredibile exiſtimabatur; & ad vnius tantū aures penetrauerat, & iactabatur ab inimico, veritas fide caruit: ſed non ita poſt multo Blaſii mira conſtantia, Daſium ad ſe traxit, Marcelloq; & Salapiam, & quingentos Numidas, qui in ea cuſtodiæ cauſa erant, tradidit.

neq; ego id facturus ſum, & te magnopere de negotio deſiſtas adhortor, cōtra cuius enim copias contendas ſi minus antea expertus es, licet nūc cognoſcas; elige ex tuis cohortem unā, q̃ putas eſſe firmiſſimam, & conſtitue contra me; ego ex meis cōmilitonibus, quos nunc in tua tenes poteſtate, nō amplius, decē ſumam: tunc ex uirtute noſtra intelliges, quid ex tuis copiis ſperare debeas, tunc Scip. irritatus omnes interfici iuſſit. Si ſetu. Cn. Pōpe. ge. ip. mi. af. Diſcrepat hoc loco Va. a Cę. commentariis, nam poſt Pompeii mortē hoc factū fuiſſe, ex ipſis cōmentariis colligitur, niſi aliter forte cēturio alio tēpore, & Scip. præſidio interceptus, ad eū fuiſſet deductus quod nuſq̃ me legiſſe memini, nam quod nōnulli dicunt, hoc fuiſſe apud Aliacmonē fluuiū, qui Macedoniam diuidit a Theſſalia cū Scip. ad Pompe. properaret, ut expeditius iter faceret M. Fauonium cum. viii. cohortibus ab Aliacmonē fluuiū in præſidio collocauit, & quod pontius certior factus de aduētu Scip. fuerit interceptus, totū falſum, teſte ipſo Cæſa. qui oſtendit, nullū ibi fuiſſe Pontiū, ſed Caſſiū, nō interceptū, ſed aduentu Domitii liberatū, quare Centurionē, quē ſupra diximus Pontiū nominatū fuiſſe, crediderim. Sine ullis, & idē conſtantiæ, hoc fuit bello ciuili, q inter Au. & Anto. geſtum eſt, ubi Meuius hic de quo loquitur, cū multa, & pręclara facinora edidiſſet, tandem periculis temere nimis expoſitus, ab Antonianis militibus, interceptus eſt, & ad imperatorē Anto. deductus, quē cū interrogaſſet, quid nā de ſe conſtituendū eſſe uideretur, cōſtanter reſpōdit, occidi iube, quia nulla ratione adduci poſſum, ut a Caſ. ad te ipſe deficiam, qua conſtantia uitā, quā contemnebat facilius ab Ant. conſecutus eſt Alexendriam, V bi cum Cleopatra uiuebat.

ASCENSIUS.

NON indignabuntur. Tranſiens ad minus clarorum conſtantiam memorandam per modū præfationis connectit dicēda dictis hoc ordine. Lumina. i. primores noſtrę urbis non indignabuntur. i. nō ægre ferrent, ſi inter eximiū fulgorē eorū, uirtus quoq; centurionū, q inferiores ſunt, obtulerit ſe ſpectandā ſ. ex relatione autoris, nam ut humilitas. i. humilis conditionis homo, debet uenerari amplitudinē. i. ampla conditionis, & nobilitatis uiros, ita nouitas bonæ indolis, eſt magis fouenda q̃ ſpernenda ſup. nobilitate. i. nobilibus, opponūtur autē noui, & nobiles. Nam noui ſunt ignobiles, ut qui primi ſuorū magiſtratū gerunt, aut geſſerūt. Nobiles autem multorū magiſtratuum geſtorū notitia clari. An potius. ſ. centurio debet abigi. i. repelli ab cōtextu horū exemplorū. q. d. minime. Qui ſ. pontius excubās. i. uigilanter agens ꝓ partibus Cæſ. ſ. Iulii interceptus ſup. a pſidio Sci. cū ſalus daret. i. offerretur ei, uno modo. i. tantū una cōditione, ſi affirmaſſet ſe futurū militē. Cn. Pōp. generi ipſius. ſ. Scip. nō dubitauit. i. nō eſt ueritus rſidere ita. i. in hunc modū, o Scip. ago quidem tibi gratias, ſed nō eſt opus. i. expediens mihi uti iſta. ſ. ta uili (qa mutata fide) cōditione uitæ. Sine ullis &c. Valla hoc legit quaſi ſubaudiatur o, ſed ſupprimat, ut minor ſit uis exclamationis, & ita deberet addi ſuperiori exemplo, ut ſit o nobilem animū ſine ullis imaginibus. i. ſtemmatibus maiorū. Et ſecundū hanc lectionē principiū alterius uenerationis eſſet, Idem conſtantiæ, quomodo nō eſſet legendū, & idē, ſed dūtaxat idē, aliis autem, quibus minus accedo placet, ut ſit ordo. C. Meuius centurio diui Aug. ſecutus animū. ſ. pōtii nobilem ſine ullis imaginibus. ſ. maiorū, & idem propoſitū cōſtantiæ, cū. i. poſt quā cecidiſſet ſup. in bello Antoniano. i. geſto contra Anto. inuiāis uirū, ſepe numero pugnis excellentes, circumuentus. i. interceptus inſidiis ho. improuiſis. i. quas non preuiderat. Et ꝑductus Alexādriam urbē ęgypti, ad Ant. qui illic cū Cleopatra agebat, & interrogatus. i. ab Ant. q̄dnam deberet ſtatui de eo, ſ. inquit, o Ant. iube me iugulari, q, nō poſſum adduci. ſ. ad aſſentiendū beneficio ſalutis. i. etiā ſi mihi ſalutē ꝓmiſeris, nec ſupplicio motus. i. licet mortē minitans, ut aut deſinam eſſe miles Caſ. ſ. Auguſti aut incipiā eſſe tuus. Cæterū. i. ſed quo. i. quanto cōſtātius Meuius ſup. contēpſit uitā eo. i. tāto facilius impetrauit uitā. Ant. enim tribuit incolumitatem. i. ſalutē uirtuti. i. propter uirtutem eius, ipſi.

OLIVERIUS.

COMPLURA huiuſce. Ad externa tranſiturus præfatur quodammodo, ac dicit alia multa ſeruatę conſtantię domeſtica exēpla ſupeſſe memoratu digna, q̃ conſulto pręterire, & ad externa tranſire uoluit, ne unius rei lōge narrationis faſtidioſa copia ſacietatem legentibus ingeneraret. Notæ. i. huius memoriæ, & notandum eſt in bonam partē accipi plerūq; notā. eſt enim pactū, dedecus, macula, eſt etiā nota rei alicuius memoria, ac ſignū, & figura rem aliquā denotās. Quorū prin. Salapiæ principes erāt Daſius, & Blaſius, Daſius Hannibalis amicus, Blaſius quantū ex tuto poterat rē Romanā fouebat, & per occultos nuncios ſpem ꝓditionis fecerat Marcello, ſed ſine adiutore Daſio res tranſigi non poterat. Multum, ac diu cunctatus, & tum quoq; magis inopia conſilii potioris, quā ſpe effectus, Daſium appellabat, at ille ab re auerſus tum ęmulo potenti inimicus rem Hanna. aperit. Accerſito utroq; Hanni. cum pro tribunali quædam ageret mox de Blaſio cogniturus, ſtarentq; ſubmoto populo accuſator, & reus: Blaſius. de proditione Daſium appellabat: enim uero ille uelut immanem rem ſtare exclamat ſub oculis Hanni. ſecū de proditione agi. Hanni. atq; eis, qui aderant quo audacior res erat minus ueriſimilis uiſa eſt, æmulationem profecto, atq; odium eſſe, & ob id crimen afferri, quod teſtem habere nō poſſit, liberius fingatur, ita inde dimiſſi ſunt, nec nō Blaſius ante deſtitit tam audaci incepto, quā idem obtundendo, docendoq;, q̃ ea res ipſi patriæq; ſalutaris eſſet, peruicit, ut pſidium (hi aūt Numidę erant) Salapiaq; traderetur Marcel. nec ſine cęde multa tradi potuit, qa longe fortiſſimi equitū ex toto punico exercitu erant, ita quāquam improuiſa res fuit, nec uſus equorum in urbe erat, tamen armis inter tumultum captis, & eruptionem tentauerunt, & cum euadere nequirent, pugnantes ad ultimum occubuerunt: nec pluſquam .l. ex his in poteſtatem Ro. uiui uenerunt, plus aliquanto dāni, hęc ala equitū amiſſa Hanni. q̃ Salapia fuit, nec deinde unquā pœnus, quo longe plurimum ualuerat, ſuperior equitatu fuit. Diſſidentem. diſſentientem, quia Blaſius cū Ro. Daſius cū Hanni. ſentiebat. Adiectis. quę & ipſum cōmendatiorem. Quia quędā inſerebat, quæ ipſum beneuolū Hanni. redderent. Certioris. c. propinquioris, q celeriorē curā deſideraret. Vultu diſſimulante ne ab aliquo percipi poſſet ipſum cū Blaſio loqui. Incredibile. Vtpote etiā in conſpectu ducis, & quo res audaciæ plus habere uidebatur, communis fidei minus habebat.

Aſcenſius.

DE PHOCIONE.

Phocion vero, cum Athenienſes rem aliter, q̃ ipſe ſuaſerat, proſpere adminiſtraſſent, adeo perſeuerans conſtantiæ ſuæ propugnator extitit, vt in concione lætari quidem ſe ſucceſſu eorum, ſed conſiliũ tamen ſuum aliquanto melius fuiſſe diceret. Non enim damnauit quod recte viderat: quia quod alius male conſuluerat, bene geſſerant: felicius illud exiſtimans, hoc ſapientius. Pleruncq; enim temeritatem caſus iuuat, ubi prauo cõſilio propius aſpirat: & quo vehementius noceat, deſperatius prodeſt. Placidi ſane, & miſericordes, & liberales, omniq; ſuauitate temperati mores Phocionis, quos optime profecto conſenſu omnium, bonitatis cognomine decorandos cenſuit. Itaq; conſtantia, quæ natura rigidior videtur, lenis e manſueto pectore fluxit.

ASCENSIVS.

COMPLVRA. Tranſit ad externa, non ꝙ deſint Romana, ſed ut uaria magis oblectent, unde dicit. Complura exempla Romana huiuſce notæ .i. eiuſdem ualoris inconſtantiæ, ſicut nũmi eiuſdem æris. ponderis, & notæ .i. monetę eiuſdem ſunt ualoris, ſed ſacietas eſt uitanda modo .i. menſura. Quicquid enim ultra modũ capimus, nos faſtidiat, & in nobis nauſeam parit in terris. Itaq; .i. & ita permittã ſtylum meũ dilabi ad externa ſup. exempla, quorum principatum .i. primũ, & principalem locum Blaſius .ſ. Salapinus teneat, Cuius conſtantiani nil ſup. eſt pertinacius .i. perſeuerantius. Enim pro quia ipſe cupiẽs reſtituere Ro. Salapiam patriã ſuã occupatam præſidio punico, auſus eſt tentare .i. ſollicitare ad idem opus .i. ad reſtitutiõnem cõmunis patriæ, maiore cupiditate, quã ſpe certiore .i. cupiditate, quæ plus habuit uehementiæ, aut magnitudinis, q̃ ſpes habuit certitudinis, quia auſus eſt tractare Daſium diſſidentem .i. diſſentientem ſecum acerrimo ſtudio in adminiſtratione reip. & alioqui .i. præter illud diſſidium, aut illam diſſenſionem, uacantem .i. operam dãtem, & ſe exponentem toto animo, amicitiæ Hanni. ſine quo cõſilium propoſitum non poterat peragi, quia uterq; præſidio prẹerat, aut clauesq; portarũ neuter ſolus habebat. Qui .ſ. Daſius retulit protinus Hanni. ſermonem eius .ſ. Blaſii: adiectis .i. additis ſup. iis quæ uidebantur factura, & .i. ſimul ipſum .ſ. Daſium, commendatiorem .i. chariorem, & acceptiorem Hanni. & inimicum .ſ. Blaſium inuiſiorem .i. magis inuiſum. A quo .ſ. Hanni. iuſſi ſunt .ſ. ambo, adeſſe .i. comparere: ut alter .ſ. Daſius probaret crimen, alter .ſ. Blaſius defenderet .i. purgaret, aut repelleret. Cæterum .i. ſed: cum res gereretur pro tribunali .i. ante tribubal, & oculi omniũ eſſent intẽti illi q̃ſtioni .i. inquiſitioni de crimine ꝓditionis, dũ forte aliud negociũ curæ citerioris .i. iterioris, & magis urgentis, tractatur .ſ. ab Hanni. Blaſius cepit monere Daſium uultu diſſimulante .i. occultante, quid ageret: & uoce ſummiſſa, ne præter eum quiſquam audiret. ut foueret potius partes Romanorũ, quam Carth. Enimuero .i. certe tunc ille .ſ. Daſius proclamauit ſe ſollicitari .ſ. a Blaſio, in conſpectu ducis .ſ. Hann. aduerſus illum .ſ. ducem, quia ut foueret Ro. partes. Quod quia exiſtimabatur incredibile. & penetrauerat tantũ ad aures unius .ſ. Daſa, & iactabatur .i. iactantur deferebatur ab inimico ueritas .i. licet uera eſſe delatio, tamen caruit fide .i. crudelitate. Sed mira conſtantia Blaſii traxit non multo poſt Daſiũ ad ſe .i. in ſententiam ſuam tradidit .ſ. conſentiente Daſio, Marcello duci Romanorum, & .i. ſimul Salapiam .ſ. urbem patriam ſuam, & quingentos milites Numidas, qui erant in ea .ſ. urbe, cauſa cuſtodiæ .i. præſidii, & defenſionis a Romanis.

OLIVERIVS.

PHOCION uero cum. Dercilius quidã admonebat Athenienſes, ut cauerent ab inſidiis Nicanoris, qui præfectus erat Caſſandri, ꝙ occulte bellum pararet, pyreumq; portum ne interciperet periculum eſſe. Phocion autem populo audiente magna a uoce dixit, nullum inſtare periculum, & nihil prorſus timendum eſſe conſulebatq; magis amicitiam cum Caſſandro, quam bellum ſuſcipiendũ, capto deinde pyræo, nec ad recuperandum armari, nec armatis præeſſe uoluit, nam factio optimatum, in qua & Phocion erat cum Caſſandro ſentiebat, populares Polypercontí fauebat, ſed poſtquam ſuſcepto bello pulſus eſt Caſſander Polyperconte duce, Phocionis conſilium minus probabile uiſum fuit, tum Phocion in concione Athenienſium fortunæ gratulatus eſt, & de proſpero euentu lętatus, at uero cõſilium ſuum aliquanto ſanius fuiſſe affirmauit, magnam quidẽ conſtantiam uiri, ut in ipſa uictoria probaret conſilium ſuum, ꝙ fuerat de bello non ſuſcipiendo, fuit hic Phocion, ut in cap. de ingratitudine latius, prolixiuſq; dicturi ſummus, capite damnatus, nam inter cætera in eo quoq; offenderat ciuitatem, quod male conſuluerat patriæ ſuæ, ne ultro Spartanis bellum inferrent, cuius duces fuere Pericles, & Sophocles, quo bello multas Achaiæ ciuitates Athenienſium imperio adiecerunt, Phocion & ſi ſæpe exercitibus præfuit, ſummoſq; magiſtratus cepit, tamen multo eius mollior integritas uitę, q̃ rei militaris labor. Itaque huius memoria nulla, illius autẽ magna fama: ex quo cognomine bonus eſt appellatus, legitur in uita Demoſthenis, uim maximam in dicẽdo habuiſſe Phocionẽ, qui multas, grauesq; ſententias paucis uerbis cõplecteretur. Itẽ quod Demoſthenes omnes oratores uno Phocione excepto, non ſolum eloquẽtia, ſed uita quoq; ſuperauit.

Blandũ animũ caſus pleruq; temeritatẽ corrigit, ut res malo conſilio aggreſſas, caſus pleruq; ſecũdet. Placidi .& miſericordes ſummæ modeſtię, & integritatis uirũ fuiſſe Phocionẽ, & ꝑpetuo pauperem, cum ditiſſimus propter delatos honores eſſe potuiſſet, nam repudiauit conſtantiſſime Philippi regis munera, cum maxime hortaretur a legatis regis, ut ea acciperet, ad filiorum ſaltem commoditatem, qui in ſumma paupertate non facile poſſent paternam tueri gloriam quibus ille reſpondit, ſi mei ſimiles erunt, nequaquã difficile erit: idem hic agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem produxit, ſi ſimiles ſunt futuri, nolo meis impenſis illorum ali, augeriq; luxuriam.

ASCENSIVS.

PHOCION uero &c. Ordo eſt. Vero pro ſed, Phocion cum Athenienſes adminiſtraſſent, rem ſcilicet militarem, proſpere ſed aliter quam ipſe ſuaſerat, extitit adeo perſeuerans propugnator, id eſt protector, ſuæ conſtantiæ, id eſt perſeuerantiæ in ſententia, ut diceret in concione, id eſt ut dicunt in congregatione, & in cœtu hominum, ſe quidem lætari ſucceſſu eorum, id eſt eo ꝙ proſpere ſucceſſiſſet, ſed tamen conſilium ſuum fuiſſe melius aliquanto, & ita ſi ipſum ſecuti fuiſſent, adhuc melius ſucceſſiſſet. Non enim damnauit, id eſt reprobauit ſupple, id quod ipſe uiderat recte, quia id eſt propterea quod Athenienſes bene geſſerant, id quod alius male conſuluerat. Exiſtimans, id eſt iudicans illud .i. quod fecerant ex malo conſilio alterius, felicius ſupple eueniſſe, hoc ſcilicet, quod ipſe conſuluerat, ſapientius ſupple conſultum eſſe, unde noluit rem iudicari ab euentu, ſicut nec Phillis Ouidiana dicẽs ex opinione uulgi. Exitus acta probat, & addens ex ſententia ſua, careat ſucceſſibus opto. Quiſquis ab euentu facta notanda putat. Vnde autor noſter. Caſus enim iuuat pleruncq; temeritatem (non quia ut philoſophus docet, quanto minus eſt alicui prudentiæ, tanto plus habet fortunæ, eo quod caſus, & fortuna nullum cum prudentia habent commertium, ſed quia plerique ita euenit, ut quanto quiſque minus proſpexerit, tanto melius illi a caſu euenire ſoleat) ubi ſcilicet caſus, aut fortuna aſpirat propius, id eſt præſentius conſilio prauo, ſupple, quam recto, & quod id eſt ideo, ut fortuna noceat uehementius, ipſa prodeſt deſperatius, id eſt in rebus magis deſperatis. Mores Phocionis placidi ſane, id eſt ualde, & miſericordes, & liberales, & temperati omni ſuauitate, quos ſcilicet mores, conſenſus omnium, ſcilicet ciuium Athenien. cenſuit optime decorandos cognomine bonitatis, alii legunt decorando, ut ſit quos conſenſus omnium cenſuit, id eſt æſtimauit optime, decorando ſupple cum cognomine bonitatis. Nam dictus eſt uulgo Phocion bonus. Itaq; id eſt & ita, conſtantia, quæ uidetur natura, id eſt per naturam, rigidior, id eſt aſperior (quia conſtantes fere rigidi ſunt) ut qui nullo modo flecti poſſunt, fluxit lenis, id eſt placida, & tranquilla, e pectore eius manſueto.

DE SOCRATE.

Socratis autẽ virilitatis robore palliatus animus, aliquanto præſtantius perſeuerantiæ exemplum edidit. Vniuerſa ciuitas Athenienſium iniquiſſimo, ac truculentiſſimo errore inſtructa, de capite decẽ Prætorum, qui apud Arginuſas Lacedæmoniã claſſem deleuerant, triſtem ſententiã tulerat: forte tunc eius poteſtatis Socrates, cuius arbitrio plebiſcita ordinarentur, indignum iudicans, tot & tam benemeritos, ex indigna cauſa impetu inuidiæ arripi temeritati multitudinis conſtantiam ſuam obiecit: maximoq; cõcionis fragore, & incitatiſſimus minis compulſus non eſt, ut ſe publicæ demẽtiæ autorem adſcriberet: quæ oppoſitu eius legitima graſſari via prohibita, in iuſto Prætorũ cruore manus ſuas contaminare perſeuerauit: nec timuit Socrates, ne conſternatæ patriæ, vndecimus furor, mors ipſius exiſteret.

DE EPHIALTE.

Proximum, & ſi non eiuſdem ſplendoris eſt, tamen certum conſtantiæ haberi poteſt experimentum efficacis operæ forenſis, fidei nõ latentis. Athenis Ephialtes accuſare publice iuſſus, & inter cæteros Demoſtrati nomen deferre coactus eſt, cuius filius erat Demochares, excellentis formæ puer, animo eius flagrantiſſimo inhærens amore. Itaq; communis officii ſorte truculentus accuſator, priuati affectus conditione miſerabilis reus, puerum ad ſe exorandum, quo parcius patris criminibus inſiſteret, venientem, neq; repellere, neq; ſupplicem genibus ſuis aduolutum intueri ſuſtinuit. Sed operto capite flens, & gemens, preces expromere paſſus eſt. Nihiloq; minus ſyncera fide accuſatum Demoſtratum damnauit. victoriam neſcio, laude, an tormento maiore partam: quoniam prius, q̃ ſontem opprimeret, ſeipſum vicit Ephialtes.

OLIVERIUS.

¶ SOCRATIS autem uirilitatis. Cũ bellum gererent Athenien. aduerſus Lacedæmonios, & forte apud Argynuſas inſulã utriuſq; populi claſſis cõparata eſſet, ac ſtaret inſtructa placuit decem Prætoribus, ut pugnã cum hoſte committerent, & fortunã experirentur, quo prælio ipſi uictores fuerunt, ſed poſt pugnã ſubito exorta tẽpeſtas, q̃ claſſem Athenienſium diſiecit, ac diſſipauit, ut militũ corpora ſepulturæ mandari nõ potuerint, cũ nunciatũ eſſet Athenis militũ corpora inſepulta iacere, adeo excitatus eſt populus Atheniẽ. uerſus Prætores; ut legẽ ferrẽt de ſumẽdo ſupplicio ex hiis, cũ primũ rediſſent, & cũ forte Dimarchus eſſet Socrates. i. tri. pl. nulla ratione adduci potuit, ut huic legi tã ueſanę conſentiret, & q̃a plebiſcitũ fieri nõ poterat, iniuſſu Socratis illi per uim executi ſunt, quod iure nõ poterãt, itaq; cũ Prætores rediiſſent, ex his cõtinuo ſummũ ſupplicium ſumpſerũt eius poteſtatis δήμαρχος. Dimarchus, ut apud nos tribunus. Ex indigna, q̃ uidelicet militũ corpora ſæuitia maris īterpellãte ſepulturę mãdare nequerãt. Legitima graſſari uia. Graſſari crudeliter agere, & ſupra modũ ſęuire. Cõſternatæ patriæ. Aliqua ſubita pturbatione cõcitatę. Vndecimus. ſ. poſt mortẽ. x. Prætorũ ipſe undecimus eſſet, q opprimeret.

ASCENSIUS.

¶ SOCRATIS autem &c. Subinfert alia exẽpla externa nõ ſine quadã cõparatione inter ſe dicens. Autẽ pro ſed animus Socratis philoſophi illius Athenienſi. palliatus. i. tectus, robore. i. firmitate perſeuerantiæ, edidit exemplũ perſeuerantiæ pfectius aliquãto. ſ. quam proxime recitatũ. Vniuerſa ciuitas Athenien. iſtructa errore iniquiſſimo, & truculentiſſimo (q̃a licet ꝓpter tempeſtatẽ ſubortã corpora ſuorum ſepulturę mandari nõ potuerant, non tamen digni erant morte, non enim penes mortales eſt uim tempeſtatia cohibere) tulerat triſtem, quia letiferam, & ſententiam de capite decem Prætorum (uulgus nunc Capitaneos uocat) qui deleuerant apud Arginuſas. ſ. inſulam, claſſem Lacedæmoniam. Socrates, forte tunc eius poteſtatis. ſ. Dimarchias hoc eſt tribunatus cuius arbitrio ordinarentur. i. ratificarãtur plebiſcita. i. a plebe ſancita ac comprobata iudicãs indignũ, tot quia decem præceptores, & tam benemeritos. ſ. de repu. quia Lacedæmoniam claſſem uicerant, arripi. ſ. ad cędem, ex cauſa in qua nulla eorum inerat culpa, & digna in impetu inuidiæ, obiecit temeritati multitudinis ſuam conſtantiam. i. cõſtanter reſtituit, & nõ eſt compulſus. i. perductus maximo fragore concionia uſi erant Atheniẽſ. & incitatiſſimis minis. ſ. totius populi, ut aſcriberet ſe dementiæ publicæ autorem. i. comprobatorem, quæ. ſ. dementia publica, prohibita oppoſitu. i. per obiectionem eius, graſſari. i. ſæuitiam oſtendere (non eſt autem legendum craſſari, quod eſt pinguem fieri) uia legitima (quia lex erat, tunc demum ſententiam populi ratam haberi, ſi Dimarchos autor fieret) perſeuerauit contaminare manus ſuas cruore Prætorum iniuſto. i. iniuſte effuſo; nec Socrates timuit, ne mors ipſius hoc eſt ſua exiſteret undecimus furor (quia tot furores præceſſiſſe uidebantur, quot Prætores iniuſte damnauerant, erant autem decem, unde eius mors ultimus furor fuiſſet) patriæ conſternatæ, id eſt plebia conſternatæ, eo q̃ audierat ſuos inſepultos iacere.

THEOPHILUS.

¶ DE capite decem Prætorũ. Theramenes eius legia autor extitit ut autoritate Suidæ recitauimus Ephialtes Athe. orator hic eſt, ut apud Macr. ſ. ſomni ſpẽa, quem publica perſuaſio quieſcentes opinatur inuadere, & pondere ſuo preſſos ac ſentientes grauare. Suidas ita diffinit, euaporationem crapulæ a crudo ſtomacho in caput incubum uulgo uocant.

OLIVERIUS.

¶ PROXIMUM & ſi non eiuſdẽ. Mos erat apud Atheniẽſes, ut ſorte traherẽtur, qui mores hominũ, & uitæ rationẽ indagarẽt, & quos non probarẽt publicæ accuſarent, cũ uitę rationem reddere non poſſent. Forenſis fidei. quia Ephialtes in foro fecit, q̃ debuit, & hæc eſt fidea forenſis. Accuſare pub. ut apud nos cenſores de moribus iudicabant, ciuitatis; quos græcis τιμητάς uocant; ita hi & accuſabant, ut uitæ rationẽ redderent. Cuius filius antiqui pueros amabant egregiæ indolis præcipue pio quodam, & honeſto amore, ut eos ad uirtutes exercitarent, & honores proueherent. Miſerabilis reus. Reſpiciens ad ipſius affectum, non enim accuſare, ſed accuſari uidebatur, in eadẽ perſona erat uterq;. Syncera fide. Quia nulla pueri gratia cuiua amore tenebatur, ab officio deduci potuit.

ASCENSIUS.

¶ PROXIMUM. Eodem ductu affert exemplum de Ephialte dicens. Proximum ſup. exemplum. i. q̃ proxime narrabitur, & ſi non eiuſdem ſplẽdoris, poteſt tamẽ haberi certum experimentũ conſtantiæ efficacis opere forenſis, id eſt foro iudiciali exercitæ, & ſup. fidei non latentis, & ſe prodentis. Ephialtes iuſſus Athenis accuſare publice, ſcilicet eos, quos ſontes nouerat, coactus eſt deferre, id eſt accuſare inter cæteros nomen Demoſtrati, id eſt illius ciuis Athenien. patris Democharis, cuius, ſcilicet Demoſtrati filius erat Democharia; puer excellentis formæ inhærens animo eius, ſcilicet Ephialtia aut Ephialtæ amore flagrantiſſimo, id eſt ardentiſſimo, & tamen caſto. Ipſe Ephialtes accuſator truculentus, id eſt, immunia ſorte communis officii. i. quia officium delatoris, & accuſatoria, q̃ in unum quemq; cadere poterat, ſorte in eum ceciderat, & nolebat officio publico deeſſe, & reus, id eſt tanquam reus, id eſt defenſor miſerabilis. i. miſeratione dignus, aut more eorum miſerabili habitu oris, & cultus utens conditione. i. conditionem effectus priuati, ſcilicet quo puerum illum deperibat, neq; ſuſtinuit, puerum uenientem ad ſe ornandum, a ſe orando impetrandum, quo id eſt ideo eſt, ut ſup. Ephialtes inſiſtere partius, id eſt remiſſius, criminibus; id eſt criminationibus patria, neque ſuſtinuit, id eſt ualuit, aut ſibi permiſit, intueri puerum ſupplicem aduolutum ſuis genibus,

genibus, ſed ipſe Ephialtes flens, & gemens capite coperto, ne puerum uideret, paſſus eſt ſup. puerum expromere preces, aut paſſus eſt puerum expromere praeces capite operto. i. habentem caput opertum, quod potius dicam, quia grauitati uiri magis cõueniit, & nihilominus quãuis puer preces expromeret, dãnauit demonſtratũ patrẽ (ut dixi) ipſius pueri accuſatũ fide ſyncera. i. incorrupta uictoriã, acclamatio eſt. q. d. O uictoriam partam. i. acquiſitã neſcio, an maiore laude, an maiore tormento. i. cruciatu, quoniam Ephialtes uicit ſeipſum. i. amores ſuos priuſquã opprimeret ſontem uidelicet demonſtratum.

tradidit, continebant autem, ut ſibi a Philippi medici caueret inſidiis quoniã pecunia corruptus, & ſpe nuptiarũ ſororis Darii, mortẽ illi machinaretur, fuit profecto Alexandri pectus conſtantiæ pleniſſimũ, qui a medico iam propemodũ ſuſpecto ſuæ incolumitatis præſidiũ ſumere non dubitauerit. Opibus. Darii apparatũ deſcribit. Q. Cur. in princi. ſecũdi libri, inquit, inter hæc Alexan. & cęte. Contuſis. fractis, & debilitatis, ac etiam domitis. Parmenionem uero, qui ſuſpectas literas Alexã. regi dederat. Cleander, & Polydamas mandato Alexãdri interemerũt, hic ſine rege Alexan. multa ſtrenue rex ſine eo nihil magnę rei geſſit, ut uult Q. uint. Cur. lib. vii. de hoc Parmenione rurſus habebiť lib. v. c. iiii.

DE SYRACVSANO DIONE.

Quem Syracuſanus Dion diuerſitate exempli prægrauat: qui quibuſdam monentibus, vt aduerſus Heracliden, & Calippum, quorum fidei plurimum credebat, tanquã inſidias ei nectentes cautior eſſet: reſpõdit, ſe vita malle excedere, quam in metu violentæ mortis amicos, inimicoſque iuxta ponere. Quod ſequiť, & rei ipſius admiratione, & claritate autoris illuſtre.

DE ALEXANDRO MAGNO.

Alexander Macedonum rex inclyta iam pugna, excellentiſſimis opibus Darii contuſis, æſtu, & itineris feruore in Cilicia percalefactus, Cydno, qui aquę liquore conſpicuus, Tarſum interfluit, corpus ſuum immerſit: ſubito deinde ex nimio hauſtu rigore obſtupefactis neruis, ac torpore hebetatis artubus, maxima cum exanimatione totius exercitus, in oppidũ caſtris propinquum defertur: iacebat æger Tarſi, inque valetudine eius aduerſa, inſtantis victoriæ ſpes fluctuabat. Itaque conuocati medici, attentiſſimo conſilio ſalutis remedia circumſpiciebant: qui cum ad vnam potionem ſententiam direxiſſent, atque eam Philippus medicus ſuis manibus temperatam Alexandro (erat autem ipſius amicus, & comes) porrexiſſet, a Parmenione miſſæ literæ ſuperuenerunt, admonentes, ut rex inſidias Philippi perinde, ac pecunia corrupti a Dario, caueret: quas cum legiſſet, ſine vlla cunctatione medicamentum haſit, ac tunc legendas Philippo tradidit: pro quo tã conſtanti erga amicum iudicio, digniſſimam a Diis immortalibus mercedem recepit: qui incolumitatis eius præſidium falſo interpellari indicio noluerunt.

OLIVERIVS.

¶ QVEM Syracuſanus. hic fuit Dion. Hipparini filius de quo in ſequenti lib. & in c. quod incipit. Nequaquam Platoni. latius dicemus, ibi quęrẽda eſt hęc hiſtoria, nã utrique loco cõuenit, quod non ad eius conſtantiã pertinet cũ illi nunciatũ eſſet ab Heraclide. & Calippo, inſidias ſibi parari nulla ratione adduci poterat, ut illud de Heraclide crederet cognita deinde illius coniuratione, non tulit æquo animo Dion, & uerſum illum Homeri retulit ex ſecunda raſpodia, ουκ αγαθον πολυκοιρανιη εις κοιρανος εστω, & ita iuſſit Heraclidẽ interfici, & clariſſimũ ergo dedit ſeruatę conſtantię documentũ, ut ne metu quidem uiolẽte mortis a uere amicitiæ officio potuerit abſterreri.

ASCENSIVS.

¶ QVEM Syracuſa. Quaſi uno ſpiritu omnia dictauerit exẽpla ita procedit dicens. Quẽ. ſ. Ephialtẽ Dion Syracuſa. ſ. ciuis admodũ nobilis immo princeps prægrauat. i. antecellit diuerſitate exempli, quia plus põderis eſt in eo. Qui quibuſdam monentibus, ut eſſet cautior aduerſus Heraclidẽ, & Calippum, tanquam nectentes. i. ſtruẽtes ei inſidias, quorũ fidei credebat plurimum, reſpondit ſe malle excedere. i. exuere uitam, quam ponere amicos, inimicoſque iuxta. i. ſine diſcrimine in metu mortis uiolentę. i. necis ſibi inferendæ. i. malle mori, quam ſemper in timore tam ab amicis, quam inimicis uiuere. Quod ſup. exemplũ conſtãtiæ ſequiť, illuſtre ſup. eſt &. i. ſimul admiratione ipſius rei, & claritate autoris. ſ. Alex. magni, quia ſicut autore Iuue. Omne animi uitiũ tanto cõſpectus in ſe Crimẽ habet, quanto qui peccat maior habetur, ita uirtus quoque plauſibilior uidetur, & maior in claro quam in ignobili uiro.

OLIVERIVS.

¶ ALEXANDER Macedonum. Alexander Macedonum rex Dariũ Perſarũ regem iam primũ acie profligauerat, ille uero cuius imperio tota ferme Aſia ſubiecta erat, breui firmiorem reparauit exercitũ, quod cũ audiſſet Alexan. metuens, ne in monte Tauro interciperetur, inde citatiſſimo curſu aduerſus Dariũ profectus eſt, & cũ uno die quingẽta ſtadia cõfeciſſet longo itineris labore, & ſolis ardore fatigatus, ut æſtu ſe leuaret, corpus apud Tarſum in Cydnũ fluuiũ frigidiſſimæ aquę demerſit, & ſubitã ualetudinem inde contraxit acciti undique medici potionem ſaluberrimã, & ad eam uim morbi pellendã maxime accõmodatã conſtituerunt, quam cũ Philip. medicus ſuis manibus cõpoſitam, & tẽperatã Alexand. porrexiſſet, ille intrepidus, atque impiger hauſit, & ſine cũctatione medicinam aſſumpſit, deinde literas, quas pauloante receperat a Parmenione, Philippo legendas

Liquore. puritate ſoluta. Cõſpicuus, adeo clarus ut ad imã uſque arenam conſpici poſſet. Stupefactis. Contrafactus eſt enim ſtupor cũ prę admiratione, aut rei cuiuſpiã horrore ſenſum aliquem amittimus animi, uel corporis, ut ſtupor pedum, ſtupor dentiũ, aut animi cũ admiratione uehemẽti ſenſum aliquẽ amittimus. Examinatione. Terrore. Hebetatis, obtuſis, quãdo res perdit uigorem ſuũ, ut gladiũ hebetatum, qui aciẽ obtuſam habet. Fluctuabat. in dubio erat. Interpellari. interrumpi, impediri.

ASCENSIVS.

¶ ALEXANDER rex Macedonũ opibus. i. uiribus, & facultatibus Darii Regis Perſarũ excellentiſſimis, quia maximis, cõtuſis. i. confractis, Iam. i. pauloante pugna inclyta. i. qua Alexan. eũ egregie uicerat percalefactus in Cilicia æſtu. ſ. ſolis, & feruore itineris. i. profectionis immerſit corpus ſuum Cydno. ſ. fluuio, qui interfluit Tharſum. ſ. urbem cõſpicuus liquore. i. limpiditate aquæ, deinde neruis obſtupefactis. i. contractis ſubito, ex nimio hauſtu. i. attractu, rigoris. i. frigiditatis aquarũ, ac artubus. i. iuncturis mẽbrorũ hebetatis. i. obtuſis torpore. i. frigore defertur ſup. cũ maxima exanimatione. i. exutione animorũ totius exercitus in oppidũ. ſ. Tharſum propinquũ caſtris, & ita ipſe iacebat Tharſi ęger, & ſpes uictorię Inſtantis. i. imminẽtis fluctuabat. i. incerta agitabatur in aduerſa ualetudine eius, quia ſi eũ mori contigiſſet, actũ fuiſſet de uictoria, quam ſi ſtatim ſanari potuiſſet, iã fere in manibus habebat. Itaque medici aduocati circũſpiciebãt remedia. ſ. cõtra morbũ attentiſſimo conſilio ſalutis, id eſt de ſalute eius inſtauranda, qui. ſ. medici, cum direxiſſent ſententiã. i. omnes cõueniſſent ad unã potionem. ſ. Alexandro dandã, atque Philippus medicus porrexiſſet Alexandro ſup. potionẽ illam temperatam, ſuis manibus, erat aũt amicus ipſius, & comes. ſ. expeditionis illius tam lõginquę, literę ſuperuenerũt miſſæ a Parmenione uno ex ducibus Alexandri, admonentes, ut rex caueret inſidias Philippi. ſ. medici perinde, corrupti pecunia a Dario, quas ſup. literas, cũ Alexander legiſſet, hauſit medicamentum. i. potionem illam, ſine ulla cunctatione. i. hæſitatione, a ctum. ſ. poſtquã hauſerat potionem tradidit ſup. literas illas Philippo legendas, pro quo iudicio tam cõſtanti erga amicũ. i. Philippũ medicum, recepit mercedem digniſſimam, quia priſtinã ſoſpitatem, a diis immortalibus, qui. ſ. dii noluerunt præſidium incolumitatis eius. i. medicamentum illud in quo conſiſtebat ſalus eius, interpellari. i. impediri falſo iudicio, ſcilicet Parmenionis.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

Poſteaquam de conſtantia in praecedenti diſſeruit libro, ut praecedentia ſequentibus congrue adnecteret ad eam animi uirtutem, quam moderationem appellant, tranſit. Idq; haud iniuria factum uidetur. Cum ex ipſo conſtantiae fonte animi moderatio naſcatur: Quae uirtus mentes noſtras intra rationis modum ita cohibet, ut nō tantum uenenatos reprenſionis dentes euitemus, Sed & inſuper laudem haud mediocrem adſequamur.

VALERII MAXIMI LIBER QVARTVS.

DE ANIMI MODERATIONE.

CAPVT I.

TRANSGREDIAR ad ſaluberrimam partem animi moderationem, quae mētes noſtras impotentiae, & temeritatis incurſu tranſuerſas ferri non patitur: quo euenit, ut reprehenſionis morſu ſit vacua, & laudis queſtu ſit opulentiſſima: itaq; effectus ſuos ī claris viris recognoſcat.

DE P. VALERIO PVBLICOLA.

Atq; vt ab incunabulis ſummi honoris incipiam, P. Valerius, qui populi maieſtatem venerando, Publicolae cognomen aſſecutus eſt, cū exactis regibus, imperii eorum vim vniuerſam, omniaq; inſignia ſub titulo conſulatus in ſe tralata cerneret, inuidioſum magiſtratus faſtigium, moderatione ſua ad tolerabilem habitum deduxit: faſces ſecuribus vacue faciendo, & in concione populo ſummitendo, numerum quoq; eorum dimidia ex parte minuit, vltro Spurio Lucretio collega aſſumpto, ad quem, quia maior natu erat, priores faſces transferri iuſſit: legem etiam comitiis centuriatis tulit, nequis magiſtratus ciuem Romanum aduerſus prouocationem verberare, aut necare vellet. Ita quo ciuitatis conditio liberior eſſet, imperiū ſuum paulatim deſtruxit. Quid q̄ aedes ſuas diruit, quia excelſiore loco poſitae, inſtar arcis habere videbantur: nonne quantum domo inferior, tantum gloria ſuperior euaſit?

OLIVERIVS.

Moderatio TRANSGREDIAR ad ſaluberrimam. Ad capitulum tranſit de moderatione. Eſt autem moderatio cupiditatum noſtrarum quaedam quaſi refrenatrix, quae noſtros ſolutius euagari non ſinit affectus, ſed tanquā caeterarum uirtutum auriga hominis animum ita componit, ut quicquid fecerit aut dixerit, omnino reprehēſione careat, recte igitur conſtantiae ſubiungitur, q̄ eius quaſi mater ſit, atq; magiſtra. Impotentiae. arrogantiae, & incontinentiae. Morſu. Quia nemo audet moderatum animum aliqua ratione mordere.

ASCENSIVS.

TRANSGREDIAR &c. Daturus exempla de animi moderatione more ſuo pręfatur dicens. Transgrediar ad ſaluberrimā partem animi moderationem uidelicet. (Quam particulam Valla recte adnotauit ab autoribus idoneis ī hac ſignificatione uix nunquā poſitam) quę. ſ. moderatio animi, non patitur mētes noſtras ferri .i. impelli more ferarū tranſuerſas. i. extra ſemitam rationis incurſu potentiae. i. arrogantionis inſolentiae, qua quis impotens efficitur ad bene agendū, potius tamen uehementia praue agendi q̄ priuatio bene agēdi, hoc uocabulo a doctis ſignari ſolet, & temeritatis, q̄ uulgus praeſumptionem uocat, quo. i. per quod hoc eſt per q̄ cautionem euenit, ut. ſ. pars ea animi, aut moderatio ſit uacua. i. inanis morſu reprehenſionis, & ſit opulentiſſima, queſtu. i. acquiſitione laudis. itaq;. i. & ita ga de eā tranſgrediar, cognoſcat effectus ſuos. i. quos fecerit fructus in claris uiris.

OLIVERIVS.

ATQVE ut ubi. P. Valerius qui poſt exactos reges primi conſules in Vrbe Ro. creati ſunt Iunius Brutus & L. Tarquinius collatius, quo deinde pulſo, quia ex gente Tarquinia foret in eius locū Centuriatis comitiis ſubſtitutus eſt P. Val. publicola qui fuerāt illius exactionis autores, & Romanae libertatis uindices. Brutus obuiā regibus, qui Po. Ro. bellum inferebāt, cū legione proceſſit, ſuper aruntem regis filiū, quē haſta transfigerat, mutuo uulnere expirauit, inde mortui locū ſubſtitutus eſt Lucre. Lucretiae pater, quo paulopoſt mortuo, Valerius per multos dies nullā ſubrogandi ſibi collegae mentionē facere, & in ſumma uelia, ſibi domum aedificare populus eū regnū affectare ſuſpicatus eſt, quod ubi ſenſit Valerius uocato ad concionem populo, depoſitiſq; faſcibus grauiter de illorum leuitate conqueſtus, quod ſe libertatis uindicem pauloante magna ambitione praedicarent, eiuſdem libertatis oppreſſorum ſuſpicarentur, caſtigatis demum omnibus collegam ſibi ſubſtituit Sp. Lucretium, eiq; priores faſces praeferri iuſſit, aedes quas in ſummo uelia aedificabat dirui, & omnē materiā in planum, atq; infimum locum deferri iuſſit, aliquas deinde populares leges tulit, inter quas & illa, ut nullus ciuis Romanus aduerſus prouocationem uiolari poſſet. Incuna. principiis. Publicola. A colenda plebe dictus, quia plebē mirifice coluit. Exactis. electis, expulſis. Sub titulo conſulatus. Nomine quidem conſules, re autem ipſa reges erant, nā omnia regū inſignia cōſules habebant, nomē regiū poſt partam libertatem fuit Romanis ſemper inuiſum. Habitum. conditionem. Dimidia ex parte. Nā cum. xii. faſces unuſquiſq; conſul ſemper haberet, ipſe tantummodo ſex uoluit habere. Spurio Lucre. qui itra paucos dies ſuffectus in Lucretii locum M. Ora. puluillus. Centuriatis. habitis p̄ centurias, nam P. R. in quinq; claſſes diuiſus, & unaquęq; claſſis in centurias, ut apud Titum Liuiū decade ab urbe condita uidere licet, cum igitur ſuffragia dabantur, primae claſſis centuriae rogabātur, quae ſi uariaſſent, ad ſecundae claſſis centurias ueniebatur, deinde per ordinem omnes deſcendebāt. Magiſtratus ſiue conſul, ſiue praetor ſiue alius. Aduerſus prouoca. Siquis prouocaſſet ad populum ab omni magiſtratuum iniuria tutus eſſet.

Aedes ſuas delata confeſtim materia omni infra uelia, & ubi nunc uia publica eſt domus in infimo cliuo aedificata.

Inſtar ad ſimilitudinem, & nunquam recte cum adiungi poteſt, ut ad inſtar dicatur.

ASCENSIVS.

ATQVE ut incipiam. ſ. dicere effectus moderationis animi ab incunabulis. i. primordiis ſummi honoris. i. ab eo, qui primus cōſul fuit. Pub. Vale. qui uenerando maieſtatem populi. ſ. Romani, aſſecutus eſt, id eſt obtinuit cognomē publicolę. Cū, id eſt quando exactis regibus, id eſt poſtquam reges erant exacti, id eſt ignominioſe expulſi Roma ꝓpter ſuperbiam Tarquinii, & uiolentiam filii eius, qui Lucretiam ſtuprauerat, cerneret uniuerſam uim imperii eorum. ſ. regum. i. q̄ reges prius habuerant & omnia inſignia, aut faſces, cū ſecuribus purpurā, &c. tranſlata in ſe ſub titulo conſulatus deduxit moderatiōe ſua, faſtigiū. i. altitudinem, inuidioſam. i. inuidiae plenam magiſtratus. ſ. conſularis, ad habitum tolerabilem. i. minus moleſte ferendum a populo, uacue faciendo. i. priuando faſces, in quibus cū uirgis etiā ſecures tempora regū ligari ſolebant, ſecuribus. i. eximendo ſecures e faſcibus, & ſubmittendo ſup. faſces populo in concione. i. quoties concio fieret, minuit quoq; numerum eorum. ſ. faſcium ex dimidia parte, quia ſex duntaxat ſibi retinuit lictores, qui totidem

faſces

faſces ferrent, Sp. Lucretio patre Lucretiæ aſſumpto collega ultro.i.ultra quam ab eo peteretur, ad quẽ.ſ. Lucretium, quia maior natu.i.ſenior erat iuſſit priores .i. maioris dignitatis faſces transferri. Tulit etiam legem comitiis centuriatis .i. habitis per centurias. Ne quis magiſtratus etiam conſularis uellet (modeſtius, quam ſi diceret, auderet, nam dicendo uellet, uidetur poteſtatem non negare, ſed ligare) uerberare ciuem Ro. aut necare aduerſus .i. contra prouocationẽ.i.ſi prouocauerit ad populũ, niſi forte a populo quoq; condẽnatus ſit. Ita & ſic, quo.i.ideo, ut cõditio.i.ſtatus ciuitatis eſſet liberior, deſtruxit imperiũ ſuum, hoc eſt conſulare. paulatim .i. ſenſim, quaſi paulotenus .i. per paulũ. & paulũ procedẽdo, quid ſup. de eo diceſ: q; diruit ędes ſuas q̃ ipſę poſitę, loco excelſiore uidebanẽ habere inſtar.i. ęqua les arcis.i.caſtri, aut domus regalis. Nonne ipſe euaſit, tantum (Valla diceret tanto) ſuperior gloria, quantũ diceret quãto inferior ſup. euaſit, aut factus eſt domo.i. edificando in loco humillimo.q.d.maxime.

OLIVERIVS.

Camilli moderatio. ❡ VIX iuuat abire, hic feruente Ro. ac Veiorum bello, cũ tribunus militũ cõſulari poteſtate propter diſcordiam, quę tunc domi, militiæq; ingens fuit prohibitus, q uir eſſet oſtẽdere ad extremum creſcentibus indies, & domeſticis, & externis malis terrore publico dictator dictus ad uniceę urbis obſidione tanta profectus omniũ fiducia, ut cum imperatore mutata fortuna reipu. uideretur Capenates in primis, & Faliſcos, qui cum hoſtibus cõiurauerant, Nepeſinis in finibus obulos prælio uicit, hinc longã obſidionẽ Veiorũ ac difficilẽ perueniẽs mira cõſtãtia, ac uirtute, anno tandem decimo Veios cepit, qui dies multa hoſtũ cæde tranſactus eſt, donec a dictatore eſſet edictũ, ut inermibus parceretur, quibus captis in prædã, uerſi oẽs, cũ nullius ad eã diẽ hoſtis prædã par fuerat, huic uictoriæ Romæ ingẽs gaudiũ, & quarti dui ſupplicationes quãtæ nũquã antea, dictator in ſolito honore triumphauit, & ſup humanũ habitũ Capitoliũ aſcendit, currũ aureum equis quatuor niueo cãdore trahentibus, ipſe quidem ꝑſolutis uotis depoſuit dictaturã uir & armis, & animi moderatione clariſſimus, ſed nulla claritas uacat inuidia, alienati a Camillo plebis animi quærentibus paſſim ciuibus hoſtilẽ ꝑdã in uoto diſperſam, & tribunis plebẽ de morte turbantibus, pendente tamẽ inuidia, quarto tribunus militũ factus eſt, cõmiſſumq; illi bellũ Faliſcũ. Hinc exortũ, q; cũ Veiẽtibus Phaleri cõiuraſſent quos cũ ꝓliũ uiciſſet, & direptis caſtris hoſtilibus ꝑdã omnẽ ad q̃ſtores publicos reieciſſet, magis magiſq; alienauit ſibi animos militũ, q uirtutẽ uiri rigidã ſimul oderãt, & ſtupebãt, ide cũ obſidio ꝓualidæ, ac munitæ urbis nihilo breuior futura uideret, q̃ Veientiũ fuiſſet, ducis uirtus, ac fortuna ingruenſ, honeſtiſſimę q; uictoriæ uiã fecit magiſtro nobiliũ, quorũ patres primi erãt in populo, qui per ſpeciẽ ſolatii illos in caſtra Romana, & ad tentorium ducis adduxerat, uincto, nudoq; illis tradito, & uirgis adhibitis, q̃bus agerent, ꝓditorẽ, huius admiratione uirtutis fracti animi, urbs dedita, ipſe ſumma cũ gloria, ſine triũpho tamẽ, q̃ res ſine armis acta fuerat Romã rediit, nec diu quidẽ uiri gloria & res geſtæ inuidiã oppreſſere, accuſatus a Tribuno plebis Apuleio iterẽ urrẽte ꝑ eos dies adoleſcẽtis morte filii, hinc publico, hinc priuato incõmodo affectus, in exiliũ abiit, ſed parabatur egregio uiro laus, non ex ꝓſperis modo, ſed ex aduerſis patriæ rebus, cũ itaq; ꝑ id tẽpus Gallorũ primo, deinde Germanorũ populi, nouiſſimeq; omniũ Senones Galli frugũ, uiniq; dul-

DE FVRIO CAMILLO.

Vix iuuat abire a Publicola, ſed venire ad Furiũ Camillum libet, cuius tã moderatus ex magna ignominia ad ſummum imperium tranſitus fuit, vt cum præſidium eius ciues capta urbe a Gallis Ardeæ exulantis petiiſſent, nõ prius Veios ad accipiendũ exercitum iret, q̃ de Dictatura ſua omnia ſolenni iure acta comperiſſet. Magnificus Camilli Veientanus triumphus, egregia Gallica victoria, ſed iſta cunctatio longe admirabilior. Multo enim, multoq; ſeipſum q̃ hoſtem ſuperare operoſius eſt: nec aduerſa propera feſtinatione fugientem, nec ſecunda effuſo gaudio apprehendentem.

DE M. RVTILIO CENSORINO.

Par Furio moderatione M. Rutilius Cenſorinus iterum enim Cenſor creatus ad concionem populum vocatum, q̃ potuit grauiſſima oratione corripuit, q; eam poteſtatem bis ſibi detuliſſet, cuius maiores, quia nimis magna videretur, tempus coartandum iudicaſſent. Vtrq; recte, & Cenſorinus, & populus: alter enim, vt moderate honores crederẽt, præcepit: alter ſe moderato credidit.

cedine, q; adhunc eos hic detinet in Italia, irruentes infinito cũ exercitu fudiſſent bello Hetruſcos, ea tẽpeſtate magnam Italiæ partẽ poſſidẽtes, deinde appenninũ trãſgreſſi, Cluſiũq; aggreſſi, dehinc Romã, exercitumq; Romanũ apud Alliã fluuiũ ꝓlio fudiſſent, unoq; impetu i defenſam urbẽ cepiſſent, atq; incẽdiſſent ſenatu ipſe trucidato, flãmis hoſtilibus intactũ ſolũ Capitolii ſaxũ remanſiſſet, neceſſitate ultima Camillus abſens dictator iterũ dictus, recolligit laceras Romani exercitus reliquias, & turpi redẽptione turbata in ipſa primũ urbe, mox extra urbẽ cũ hoſtibus fortiter, feliciterq; pugnauit. Quo in ꝓlio nec fuga, nec captiuitas, ſed ſola hoſtiũ ſtrages fuit, ne nũcio quidẽ tãtę cędis ſuperſtite, uictor Camillus, & ſecũdus Romanæ urbis cõditor dictus eſt, ſeruataq; in patriã inſigni rediit triũpho. Multa ꝓterea bella geſſit, uictorias, multos honores, multos habuit triũphos, quos breuitas ipſa nõ capit, nec propoſito noſtro cõueniunt, nam quod ad moderationẽ eius pertinet, noluit a ciuibus delatum imperiũ accipere, niſi prius ab exiguo ſenatu, q in Capitolio obſidebaẽ, ſolẽni iure dictator creatus eſſet. Magnificus Camilli. ꝑ ꝓparationẽ oſtẽdit eius moderationẽ, quod longe ſit difficilius ꝓpterea, etiã glorioſius ſeipſum, q̃ hoſtes uincere. Camillus abſens dictator dictus.

Operoſius difficilius, & laborioſius. Nec aduerſa ꝓſpera feſtinatione fugientẽ. In hoc maxima cõſiſtit moderatio.

ASCENSIVS.

❡ VIX iuuat abire a Publicola.i.tot ſunt eius moderationis exẽpla, ut in eorũ narratione ꝑſiſtere iocundũ ſit, ſed libet.i.uolũtas eſt uenire ad Furiũ Camil. uirũ excellentiſſimũ, qui alter urbis conditor habitus eſt, cuius, tranſitus ex magna ignominia, q̃ ex exilio ad ſummũ imperiũ, q̃ ad dictatura, fuit tam moderatus, ut cum ciues petiiſſent, urbe capta.i. q̃ urbs Roma eſſet capta a Gallis, præſidiũ.i. ꝓtectionẽ aut ꝓſidentiã eius.i. Camilli, exulantis.i.exiliũ agentis Ardeæ.i.in eo oppido Rutulorũ quõdam regia, nõ iret prius Veios.i.ad illud oppidũ, quod Romani ſub Camillo pauloante ceperant, & ubi exercitũ adhuc incolumẽ habebãt, ad accipiẽdũ exercitũ, q̃ cõperiſſet oĩa de dictatura ſua acta ſup. eſſe iure ſolenni.i.iuſta electione, & debitis ſuffragiis more maiorũ. Triũphus Camilli Veientanus.i. quo triumpharat de Veis magnificus ſup. fuit, & uictoria Gallica.i. qua Gallos urbe expulit, & penitus deleuit, fuit ſup. egregia, ſed iſta cũctatio.i.dubitatio, ac recuſatio de magiſtratu ineundo priuſq̃ exploraſſet, an iure oĩa acta eſſent, fuit ſup. longe admirabilior. Enĩ pro q̃, multũ ſup. eſt, (aut ſi legendũ eſt bis multo dicaẽ multo, multoſq;, ſicut di iterũ, iterũq;, ad augendã rem) multo operoſius.i. laborioſius ſuperare ſeipſum, q̃ hoſtem, ſeipſum inquã fugientẽ aduerſe, proſpera feſtinatione, nec apprehendentẽ ſecũda.i.ꝓſpera, gaudio effuſo.i.immoderato, in utriſq; ergo tã i aduerſis quã ſecũdis moderationẽ animi ſeruauit Camillus.

OLIVERIVS.

❡ PAR Furio moderatione M. Rutilius Cenſ. De hoc uiro ſatis dictũ eſt in cap. de diſciplina militari. Sed quod ad moderationẽ eius ſpectat, cum cẽſor iterũ creatus eſſet, uir omnino ambitionis expers, non modo magiſtratũ non ſuſcepit, ſed ultro etiam populũ accuſauit, quod eam poteſtatẽ, quæ per ſe grauis a maioribus anni, & ſex menſiũ tantũmodo facta eſſet, cũ triennis eſſe ſoleret, q; nimis magna uideretur ſæpius uni uiro deferre nõ dubitarent. Par Furio moderatiõe. Quia ſicut Camillus dictaturã, niſi ſolenni iure demandatã accipere non ſuſtinuit, ita hic continuare cenſurã omnino recuſauit. Cenſorinus. Nam a Cenſorinus.

rigiditate cenſuræ dictus eſt Cenſorinus. Corripuit. Reprehẽdit. Eam poteſtatem. cenſura. Coarctandũ. Breuiandum. Nam primo triẽnis fuit deinde anni, & ſex menſiũ facta eſt poſtremo ad ſemeſtre ſpaciũ deducta Liui. ab urbe condita de coarctando cenſuræ tẽpore M. Aemilius dictator cenſuræ honore, qui antea ꝑ quinquẽniũ gerebatur anni & ſex menſiũ ſpacio finito, ob eã rem a cẽſoribus uocatus eſt. Crederet committeret. ſapiẽtia, ꝓuidit, nã depoſito cõſulatu tribuni uerecũdia moti ſe quã primũ a tribunitia poteſtate abdicarũt, & ita moderatione ſua nihil cõtra leges, ac reprehẽſione dignũ fieri paſſus eſt. Studiũ. curã quã ſenatus habebat in cõtinuãdo cõſulatũ. Verecũdiæ ſu. nã cũ ſpreuiſſet cõſulatũ, pudore quodam deterriti ſunt tribu. pleb. a continuatione magiſtratus. Inhibendo. refrenando coercendo.

ASCENSIVS.

PAR furio, &c. Ordo eſt. M. Rutilius cenſorinus, aut potius cẽſorius. i. qui aliquãdo cẽſor fuit, eſt ſup. par furio. ſ. Camillo, moderatione. ſ. animi, q̃a in multis aliis inferior fuit. Enim ꝓ q̃a, ipſe creatus cenſor iterũ. i. ſecundo, ſeu q dicũt, ſecũda uice, corripuit. i. reprehendit populũ uocatũ ad cõcionẽ, oratione, q̃. i. quantum potuit grauiſſima, q. i. eo q populus detuliſſet. i. cõtuliſſet ſibi. ſ. Rutilio eã. ſ. cenſoriam poteſtatẽ eis. Cuius. ſ. poteſtatis cẽſoriæ, q̃a uideretur nimis magna, maiores iudicaſſent tempus coarctandũ. i. reſtringendũ, & abbreuiandũ. Vterq; recte ſup. fecit, &. i. ſimul, cenſorinus, ſeu cenſorius. ſ. Rutilius, & populus. Enim pro quia alter. ſ. Rutilius pcepit ut. ſ. populus crederet. i. cõmitteret honores. i. honorificos magiſtratus moderate. i. cũ moderatione, & ita nõ frequẽter uni alter. ſ. populus credidit. i. cõmiſit ſic moderatio. ſ. Rutiſio hoc eſt cenſurę eius.

DE L. QVINTIO.

Age L. Quintus Cincinnatus qualem COS. geſſit? cum honorem eius P.C. continuare vellent, non ſolum propter illius egregia opera, ſed etiam q populus eoſdem tribunos in proximum annum creare conabatur, quorum neutrum iure fieri poterat: utrunq; diſcuſſit, ſenatus ſtudium ſimul inhibendo, & tribunos uerecundiæ ſuæ exemplum ſequi cogendo: atq; unus cauſa fuit, vt ampliſſimus ordo, populuſq; tutus eſſet ab iniuſti facti reprehenſione.

ASCENSIVS.

AGE (adhortandi uox.) L. Quintius Cin. qualem geſſit. ſ. ſe cõſulẽ. q. d. moderatiſſimũ. Quia cũ patres conſcripti uellẽt continuare honorem. i. magiſtratũ, aut cõſulatũ eius i ſequentẽ annũ extendere, nõ ſolũ ꝓpter egregia opera ipſius, ſed etiã q populus conabatur creare eoſdẽ tribunos in annũ proximũ. i. tunc ꝓxime ſecuturũ, quorũ neutrũ poterat fieri iure. i. ſecũdũ leges diſcuſſit. i. irritũ fecit utrũq;. i. utrorumq; conatũ inhibẽdo. i. retinendo, ne exiret in effectũ ſtudiũ ſenatus, molientis uidelicet ſe futurũ conſulem creare, & cogẽdo tribunos ſequi exemplum ſuæ uerecũdię, atq; unus. i. ipſe ſolus cauſa fuit, ut ordo ampliſſimus. ſ. ſenatorius, & populus eſſet tutus. i. munitus ab reprehenſione facti iniuſti, quaſi ſic neuter egit cõtra legem.

DE FABIO MAXIMO.

Fabius vero Maxi. cum a ſe quinquies, & a Patre, Auo, Proauo, maioribuſq; ſuis ſæpenumero conſulatum geſtũ animaduerteret, in comitiis, quibus filius ſuus ſummo conſenſu COS. creabatur, q̃ potuit conſtanter cum populo egit, vt aliquando vacationem huius honoris Fabiæ genti daret: non q virtutibus filii diffideret, erat enim illuſtris, ſed ne maximum imperiũ in vna familia cõtinuaretur. Quid hac moderatione efficacius, aut valentius? quæ etiam patrios affectus, qui potentiſſimi habentur, ſuperauit.

OLIVERIVS.

Qnintii Cincinnati moderatio

AGE L. Quintius Cin. Hic origine nobilis, de gẽte patritia, filiorũ turba ornatus integerrimus, ac fortiſſimus fuit, ſed cum unus ex filiis accuſatus gradi pecunia dãnatus eſſet. Q. ut ſoluẽdo filiũ liberaret rebus ſuis fere oibus diſtractis ad inopiã redactus, relicta urbe trãs Tyberim habitauit ruralẽ, ac modicã uitã agẽs, quo tẽpore equorũ incurſu ſubito ꝑuaſtatis agris, & legatis Romanorũ ad quærendũ de iniuriis ſolẽniter miſſis, & a duce hoſtiũ contẽptis, cũ ad ultionẽ alter cõſulũ miſſus ad Algidũ obſideref cũ exercitu, nec in alterũ ſatis uiriũ eſſet ad collegã liberandũ, attonita ac turbata urbe ad extrema remedia recurſum eſt ſummi omniũ magiſtratus, conſenſuq; oium ciuiũ. Q. Cin. dictator factus eſt, atq; in agro ſolus (ut diximus) ruſtico inhians operi inuẽtus. Audito patriæ ſtatu. & honorẽ, & laborẽ piũ prono atq; offenſatũ immemori animo ſuſcepit, profectuſq; cõfeſtim tranſmiſſo amne exceptus a filiis, a ſenatu, & igenti populi cõcurſu, q̃q̃ populo morũ auſteritate ſuſpectior dicto magiſtro equitũ L. Tarquinio nobiliſſimo, itidẽ ac fortiſſimo uiro, paritérq; inopi, & collecto exercitu oibus ultro nomina dantibus ſpe certa ſub tali duce uincendi, diſpoſitoq; rerum ſtatu, die ꝓximo ſub noctẽ Romã egreſſus alacritate mirabili, mediaq; ad hoſtẽ nocte ꝑueniẽs, & cõſulẽ, & exercitũ obſidione liberauit, & duces ac legiones hoſtiũ magno ꝓlio uictos, ut agri ritus in caſtra trãſueherenf primus omniũ ſubiugũ quaſi totidem boues miſit, direptis caſtris, & q̃ ab hoſtibus tenebantur oppida recepta ſunt, diuiſaq; iter milites ꝓda, hiſq; oibus inextimabili celeritate cõfectis Romã rediens militaribus ornamẽtis inſignis, & ducibus hoſtiũ ante currũ actis ꝓſequente exercitu uictore, ꝓda onuſto ſolẽniter triũphauit, & mox dictaturam, q̃ ſemeſtrẽ q̃a nõ iã amplius rei neceſſariã uidebat, die ſextodecimo depoſuit, & ad agrũ ſuũ rediit dux ꝓclarus, & inſignis agricola, magna ꝓfecto uiri modeſtia, q dictaturã ante legitimum tẽpus depoſuerit, maior uero, q magiſtratum continuare noluerit, urbe nãq; inteſtina diſcordia laborante, quod trib. ple. magiſtratum continuare populus iuberet, & Senatus eoſdem conſules creari uellẽt, atq; ipſum in primis. Q. Cincinnatũ, ut neutrũ fieret, ſua

OLIVERIVS.

Fabii Maxi. moderatio.

FABIVS uero Maxi. Hic (ut in ca. de conſtantia diximus) fuit reſpu. Ro. in rebus duris, & afflictis unicum leuamen, qui plus opis, cõſilio, & prudentia hoſtẽ ſubigendo, quam alii fortiter dimicãdo patrię attuliſſe uidetur. primus enim docuit ſapientia nunquã cum temeritate coniungi, neq; ad cõſilium caſus admitti. ſed rationẽ ſemper fortunæ dominari, nõ eſt igitur huius uiri hiſtoria repetẽda, ſed quod ad hunc locũ pertinet eius pectus tanta fuit moderatione inſtructũ, ut etiã affectus paternos, qui interdũ nimii eſſe ſolent ſuperare potuerit, cũ enim filio uiro nobiliſſimo, & ſingulari uirtute prædito cõſulatus ſummo omniũ cõſenſu, certiſſimiſq; ſuffragiis a populo demãdaretur, quo minus fieret ſummo ſtudio curauit, q diceret æquũ eſſe familiam ſuam, quæ per multos ducta uiros antiqua ab origine gentis, eiuſmodi honores propemodũ cõtinuaſſent, uacationẽ aliquãdo mereri. A patre, auo, proauo. Nam Fabius Gurges genuit Fab. Ruſilianũ, qui genuit alterũ Fabiũ Gurgitẽ, ex quo natus eſt Fabi. Maxi. Auorũ ordo ſic ſe habet, ut primo pater, deinde auus, tertio ꝓauus, poſtea abauus, deinde attauus, poſtremo tritauus dicatur. Diffideret. Quo minus tanti magiſtratus honorem ſuſtinere, ac tueri poſſet, ac ꝓ ſua, maiorumq; ſuorũ, & Po. Ro. dignitate, gubernaret. Quid hac moderatione, laudat hoc loco Fabiumqui potuerit etiam affectus, ſuperare paternos, ſolent enim cupide nimis affectare parentes, ut ad honores filii, quã maximos prouehanf, honeſtioreſq; fiat in dies.

Qui potẽtiſſimi habenf, nimii plerunq; ſunt parentũ affectus, ut ad celſiorem fortunam per gradus honorũ filii producantur.

ASCENSIVS.

FABIVS uero Maximus cum animaduerteret conſulatũ geſtum eſſe a ſe quinquies. Et ſæpenumero a patre, auo, proauo, & maioribus ſuis egit in comitiis, quibus filius ſuus creabatur cõſul ſummo conſenſu cum populo, q̃. i. quantum potuit conſtanter, ut daret aliquando genti Fabiæ uacationem huius honoris. i. a conſulatu gerendo, non ſup. ideo id egit, q diffideret uirtutibus filii, erat enim illuſtris. i. clarus, & ſpectabilis eius, ſed ne maximum imperium continuaretur in una familia. Quid ſup. eſt efficacius, aut ualentius hac moderatione? quæ. ſ. moderatio ſuperauit etiam affectus patrios, id eſt paternos, qui habentur potentiſſimi. q. d. nihil.

Oliuerius.

DE AFRICANO SVPERIORE.

Non defuit maioribus grata mens ad pmia ſuperiori Africano exoluēda. Siquidē maxima eius merita paribus ornamētis decorare conati ſunt. Voluerūt illi ſtatuas in comitio, in Roſtris, in curia, in ipſa deniq; Iouis Op. Max. cella ponere, voluerūt imaginem eius triūphali ornatu indutā, capitolinis puluinaribus applicare: voluerūt ei continuū p oēs vitæ annos, cōſulatum perpetuamq; dictaturā tribuere: quorū ſibi nil, neq; plebiſcito dari, neq; Sena. conſ. decerni patiendo, pene tantum in recuſandis honoribus ſegeſſit, quantum egerat in merendis.

DE EODEM AFRICANO.

Eodem robore mentis cauſam Hannibalis in ſenatu ꝑtexit, cum eū ciues ſui miſſis legatis tanq̄ ſeditiones apud eos mouētē accuſarent: adiecit quoq;, non oportere P.C. ſe Reip. Carthaginienſium interponere: altiſſimaq; moderatione alterius ſaluti conſuluit alterius dignitati victoria tenus, vtriuſq; hoſtem egiſſe contentus.

DE M. MARCELLO.

At M. Marcellus, qui primus & Hannibalem vinci, & Syracuſas capi poſſe docuit: cū in conſulatum eius ſiculi de eo queſtū in vrbē veniſſent, nec ſenatū vlla de re habuit, quia collega Valerius Leuinus forte aberat: ne ob id Siculi in querendo timidiores eſſent: & vt iis rediit, vltro de his admittendis retulit, querenteſq; de ſe patienter ſuſtinuit: iuſſos etiā a Leuino diſcedere, remanere, vt ſuæ defenſioni intereſſent, coegit: ac deinde vtraq; parte perorata, etiam excedentes curia ſubſecutus eſt, quo liberius ſenatus ſententiam ferret: improbatis quoq; eorū querelis, ſupplices, & orantes, vt ab eo in clientelā reciperentur, clementer excepit: ſuper hæc Siciliam ſortitus, eam prouinciam collegæ ceſſit. Toties laudatio Marcelli variari poteſt, quoties nouis ipſe gradibus moderatione aduerſus ſocios vſus eſt.

OLIVERIVS.

NON defuit maioribus. Ad reliquas animi uirtutes, quæ in hoc uiro fuere propemodū admirabiles accedit, & modeſtia, q̄ in contēnendis honoribus tanta fuit, ut nō minus eum uenerabilem fecerit, q̄ res ab ipſo magnifice geſtæ. nam quantu magis honores contēpſit, tanto etiam admirabilior fuit, cōtempſit autem non ſolum humanos, ſed ꝓpe diuinos, quos illi ſummo ſtudio, & ambitione detulerat ciuitas Ro. pro ſuis maximis, & immortalibus erga ſe meritis. In roſtris. ubi conciones habebantur. In curia. ubi ſenatus cogebatur. Iouis optimi Maximi. Cuius filius eſſe credebatur teſte Gellio, quia ſicut i capitulo de fiducia diximus. qd de Olympia Philippi regis uxore Alexandri matre quidam Græci tradidere ſcriptores idē de P. Scipionis matre memoriæ proditum eſt, uiſum immenſæ magnitudinis anguem cum Scip. matre cōcumbere, & ex eo creditū eſt Scipionē cōcepiſſe, quam famam ab ineūte ætate clariſſimis uirtutibus, maximiſq; rebus geſtis in dies magis, magiſq; auxit, & confirmauit. Puluinaribus. Lectiſternis ideſt uolebant eum diuinis honorib9 afficere patres.

Puluinaria

Recuſandis honoribus. Quia clarior interdum gloria ſpreta redit. Emerēdis. Valde merendis, ſed emeriti milites, qui militiæ uacationem habent, q̄ ſint militiæ officio perfuncti.

ASCENSIVS.

NON defuit &c. Ordo eſt. Mens grata ad perſoluenda Africano ſuperiori .i. maiori præmia, non defuit maioribus .i. progenitoribus noſtris, hoc eſt priſcis Ro. Siquidem .i. quoniam ipſi conati decorare maxima merita eius, ornamentis paribus .i. etiā maximis, uoluerunt ponere illi .i. ad honorem illius ſtatuas i comitio .i. loco, quo conueniebāt ad magiſtratus eligendos in roſtris .i. in loco, unde publica fiebāt edicta, in curia .i. i ſenatu, deniq; i. ut ſummum locum dicam, in cella .i. ſacello in capitolio, Iouis optimi maximi .i. ſummi deorum, uoluerunt applicare puluinaribus .i. Lectiſternis capitolinis in quibus locabātur ſimulachra deorum, & ad quæ uocabantur ipſi dii, imaginem eius .ſ. Sci. indutam ornatu triumphali, uoluerunt tribuere ei conſulatum continuū .i. continuatū per oēs annos uitæ .ſ. eius, & dictaturā perpetuā, quorū .ſ. pmiorum honorificorū, ipſe nil .i. nō quicq̄ nō patiēdo qcq̄ ſibi dari, neq; plebiſcito, neq; decerni ſenatuſconſul. geſſit ſe pene tantū .i. tam magnificē in recuſandis honoribus, quātū egerat in merēdis .ſ. honoribus.

OLIVERIVS.

EODEM robore. Eadem conſtantia, & moderatione. q̄ Hannibali, quē Legati Carthaginienſes Romam accuſantes uenerant, ſe acerrimum defenſorem præbuerit. Sui ciues. notanda conſtructio ſui pro eius poſuiſſe. Victoria tenus. uſq; ad uictoriam, quia ultra uictoriā neutrius hoſtis fuit, uidelicet nec Hānibalis cuius ſalutem poſt uictoriam protexit, nec ſenatus, quia docuit quid eum deceret.

ASCENSIVS.

EODEM &c. Idem ſup. Africanus ſuperior, ꝓtexit in ſenatu cauſam Hannibalis, eodem robore .i. firmitate mentis, cum eum ciues ſui, hoc eſt Carthagi. accuſarent .ſ. in ſenatu, miſſis legatis .ſ. ad ſenatum, tanquam mouentem ſeditiones apud eos .ſ. ciues ſuos Scipio ſup. adiecit quoq; .ſ. ad defenſionem Hannibalis patres conſcriptos, non oportere .i. non decere ſe interponere reip. Carthaginienſiu, & ita cōſuluit .i. opem tulit ſaluti alterius .ſ. Hannibalis, altiſſima moderatione, & cōſuluit dignitati alterius .ſ. ſenatus Romani, cōtentus egiſſe .i. ſe geſſiſſe hoſtē utriuſq; .ſ. tam Hannibalis q̄ ſenatus uictoria tenus .i. uſq; ad uictoriam, & nō ultra, quia ſatis habuit Hannibalē uiciſſe, & ita ne uicto etiā hoſtis uideretur, eum defendit. Senatui autē, quia reſtitit, etiā hoſtis uiſus eſt, non tamen ſic ei aduerſari uoluit, ut eius dignitati non conſuleret.

OLIVERIVS.

AT M. Marcellus. M. Marcellus cū Valerio Leuino tunc forte abſente, iterū conſul idibus Martiis, cum magiſtratū iniſſet ſenatū eo die, more maiorum, non habuit. profeſſus ſe nihil abſente collega, neq; de repu. neq; de ꝓuinciis acturum, ſcire ſe frequentes Siculos prope urbē in uillis obtrectatores factorū ſuorum eſſe, quibus tantum abeſſet, ut pro ſe non liceat palam Romæ crimina, & dicta, & facta ab inimicis uulgari, ut inſimularent aliquē ſibi timorē, abſente collega, dicēdi de conſule eſſe, ipſe eis extemplo daturus ſenatum ubi quidē collega ueniſſet, nec paſſurū quicq̄ pnus agi, q̄ ut ſiculi in ſenatum introducātur. poſtquā igitur collega rediit. Primum inter ſe prouincias ſortiti ſunt. Sicilia, & claſſis Marcello, Italia cū bello aduerſus Hannibalem Leuino euenit. quæ ſors uelut iterū captis Syracuſis ita exanimauit Siculos, ut comploratio eorum, flebileſq; uoces extēplo oculos hominum conuertiſſent. quod cum Marcello cognitum eſſet, ne quis frenari timore ſiculos dicere poſſet, quominus de ſe libere querantur, in cuius poteſtate mox futuri eſſent, prouinciā cum collega permutauit, deinde ſiculos in ſenatum introduxit, & de ſe grauiter conquerentes, æquiſſimis auribus ſuſtinuit iuſſoſq; a Leuino, poſt conqueſtionem exire ex tēplo, ut de poſtulatis eorum patres conſuli poſſent. Marcel. tenuit, ut coram ipſis reſponderet obiectis. quo facto, cum illis pariter exceſſit de ſenatu, ut liberius patres conſuli poſſent, qui acta Marcel. ſummo conſenſu comprobarunt. reuocatis deinde in ſenatu ſiculis, & conſule, recitatoq; ſenatuſcon. ſiculi benigne appellati, ac demiſſi ad genua ſe Marcel. conſulis proiecerunt, & obſecrantes, ut quæ deplorandæ ac leuandæ calamitatis ſuæ cauſa dixiſſent, ueniam eis daret, & in fidem, clientelamq; aciperet perorantes. hæc conſul clementer excipiens, eos dimiſit. Qui primus Hannibal uicit. Nam omnes ante Marcellum Romani imperatores uel ex acie uicti diſceſſerant, uel in acie cum magna reip.

DE TIB. GRACCHO TRIBVNO PLEB.

Quam etiam Tiberius Gracchus admirabilem ſe exhibuit. Tribunus enim plebis, cum ex profeſſo inimicitias cum Africano, & Aſiatico Scipionibus gereret, & Aſiaticus iudicatæ pecuniæ ſatisdare nō poſſet, atq; ideo a Cos. in vincula publica duci iuſſus eſſet, appellaſſetq; collegium tribunorum, nullo volēte intercedere, ſeceſſit a collegis, decretumq; compoſuit: nec quiſquā dubitauit, quin eo ſcribendo, irati hoſtis aduerſus Aſiaticum verbis vſurus eſſet. At is iurauit primum, cum Scipionibus ſe in gratiam nō rediſſe: deinde tale decretum recitauit: Cū L. Cornelius Scipio die triūphi ſui ante currū actos hoſtium duces in carcerem coniecerit, indignum, & alienum a maieſtate. P.R. videri, eundem ipſum duci: Itaq; id non paſſurum fieri. Libenter tunc opinionem ſuam P.R. a Graccho deceptam cognouit, moderationemq; eius debita laude proſecutus eſt.

clade ceciderant. Aut certe nunquam cum Hanni. fortunam belli temptare auſi fuerant. primus igitur Marcellus apud Nolam uinci poſſe docuit: nam cum urbem illam obſideret Hannibal, quę propemodum ad defectionem uidebatur erecta, Marcellus nocte oppidum ingreſſus, & ad tres portas in hoſtes uerſas tripartito exercitū inſtruxit, impedimenta ſubſequi iuſſit, Calones, lixas, & inualidos milites uallum ferre, ut paucitatem ſpernentibus Pœnis, ingentis exercitus ſpeciem repente facerent, his ita inſtructis, patefactiſq; repēte portis in hoſtes tāto cum clamore, impetuq; ferūtur, ut perturbata media acie terga uerterint, non tamē ſine iactura, nā duo millia & trecenta ho. cæſa, non plus R. centū amiſſis, ingēs eo die res, ac neſcio an maxima illo bello geſta ſit. nō enim uinci ab Hāni. Romanis tunc uincentibus difficilius fuit, ꝗ̄ antea uincere. hac uictoria Marcel. potitus militū ſuorum animos multis antea cladibus territos erexit, & excitauit, urbē Nolam a defectione prohibuit, ualidoq; preſidio, firmauit, & ſic propemodū amiſſam Po. Ro. reſtituit. Et Syracuſas ca. Cuius difficilima ac prope incredibilis fuit expugnatio, quippe cum urbs ipſa ſitu, & natura ſoli ualidiſſima, munitionibus quoq; firmiſſimis, undiq; circum ſepta foret, accedebat, ꝙ in ea uir erat Archimedes unicus cæli, ſyderumq; ſpectator, mirabilior tamen inuētor, ac machinator bellicorū tormentorum, operumq; quibus ea, quæ hoſtes ingenti mole agerent, ipſe perleui momento ludificaretur, hic aduerſus omnē Marcelli terreſtrem, maritimumq; apparatum uariæ magnitudinis tormenta in muris diſpoſuerat. in quibus illud præcipuæ admirationis fuit, ferrea manus, firmiſſimæ cathenæ illigata cū iniecta prore nauis eſſet, grauiq; libramento plumbi recelleret ad ſolum, ſuſpenſa prora, nauem in puppi ſtatuebat, deinde remiſſa ſubito uelut ex muro cadentem nauem cum ingēti trepidatione naturam ita affligebat, ut etiam ſi recta recederet aliquantulum aquæ reciperet, ita omnis maritima oppugnatio excluſa eſt. inter tantas tamen difficultates urbem omnium illo tempore, & in ea regione terra, mariq; ualidiſſimam, atq; pul- *Syracuſę ut captę* cherrimam uirtus imperatoris tandē expugnauit. Quia col. Leuinus aberat. Erat enim in Macedonia aduerſus Philip. Admittendis. introducendis. Improbatis querelis damnatis a ſenatu. In. c. r. Apud maiores, urbium expugnatores eorū poſtmodum patroni eſſe dicebantur, & erāt. æquum. n. erat, ut qui uulnera intuliſſet eadem ſanaret. Cicer. in officiis libr. 1. Apud maiores noſtros inquit tantopere iuſtitia culta eſt, ut hi qui ciuitates, aut nationes deuictas bello in fidem recepiſſent, earū patroni eſſent more maiorum. Super. h. ſi. ſor. Liui. dicit anteꝗ̄ introducerentur legati in ſenatum, cum collega ſuo ſortitum fuiſſe prouinciam, ſed utcunq; fuerit magna tamen illius modeſtia fuit. Toties L. M. toties inquit laudandus Marcel. eſt, quoties aduerſus ſiculos moderatione uſus eſt, primo, ꝙ eis noluit dare ſenatum abſente collega: deinde, ꝙ conquerentes de ſe patienter ſuſtinuit, poſtea ꝙ eos in ſenatu retinuit, ut ſuę defenſioni intereſſent, rurſus ꝙ cum illis e ſenatu pariter abiit, ut liberius patres ſuper ea re cōſului poſſent, poſtremo ꝙ cum collega prouinciam permutauit, & in cliētelam ſuam ſiculos accepit. hæc omnia ſunt in marcello laudanda.

ASCENSIVS.

FAT M. Marcel. qui primus docuit Hanni. poſſe uinci, & Syracuſas poſſe capi, cum ſiculi ueniſſent in urbē, hoc eſt Ro. queſtū. i. ad querendū de eo. In. i. conſulatū eius, nec habuit ſenatū. i. nō fecit uocari ſenatū ulla de re, quia Vale. Leui. collega eius aberat ſorte, q̄a in Macedonia erat, ideo autē nō habuit ſenatū, tantiſper dum abſens eſſet collega ſuus, ne ſiculi eſſent timidiores. i. magis timidi in querendo, ob id. i. propter abſentiam alterius cōſulis, q̄a qui de uno conſulū querebātur, fere ad alterius patrociniū cōfugere ſolebāt, & ut. i. poſtꝗ̄, is. ſ. collega rediit, retulit. i. in conſultationē ſenatus poſuit, ultro. i. a nemine coactus de his. ſ. ſiculis, quos de ſe queſtū ueniſſe ſciebat, admittendis. ſ. ad curiā, & ſuſtinuit. i. tolerauit patiēter, querētes de ſe, & coegit etiā eos iuſſos a Leuino. ſ. alteſo cōſule diſcedere. ſ de curia, ſe manere, & intereſſent ſuæ defenſioni. i. ꝗ̄ ipſe Marcellus de ſe faceret, ac deinde utraq; parte perorata. i. poſtꝗ̄ iam accuſatores, quā defenſor omnia dixiſſent, quæ uolebant, ſubſecutus eſt etiam excedētes curia. quia dum auditis partibus patres conſcripti de ſententia ferenda conſultant, interea exire iubentur. ipſe autē, eo ꝙ conſul manere potuit, & tamen ſubſecutus eſt exeuntes, quo. i. ideo ut ſenatus ferret ſententiam liberius. Quoq;. i. etiā aut inſuper, querelis eorum improbat. s. ſ. a ſenatu, tanꝗ̄ iniuſtis, excepit clementer ſupplices, & orātes, ut reciperētur ab eo i clientelā. i. ꝓtectionem familiarē tanꝗ̄ cliētum. i. eorū, qui ſe colerent, ut patronū, & ſuper hęc ſortitus. i. ſorte nactus Siciliam ceſſit. i. conceſſit, & dimiſit collegæ. ſ. Leuino, eam prouinciam, hoc eſt Siciliam laudatio Marcelli poteſt uariari. i. uaria & diuerſa dici toties, quoties ipſe uſus eſt aduerſus. i. erga ſocios, moderatione. ſ. animi, nouis gradibus. ſ. moderationis, ut quibus ad ſummam ſcanditur moderationem, ut in primo moderate actio ſit primus gradus, in ſecundo ſecundus, & ita conſequenter.

OLIVERIVS.

FQVAM T. etiam Grac. admirabilem. Gellius, pulchrū, liberale, atq; magnanimum fact. i Tiberii Sempronii Grac. exemplis repoſitum eſt, id exemplum hmōi eſt, L. Scipioni Aſiatico *Tyberii Gracchi moderatio* P. Scipionis Africani ſuperioris fratri. Numicius Angurinus trib. pleb. mulctā irrogauit, eumq; ob eā cauſam ꝓdes dare depoſcebat. Sci. Afri. fratris nomine ad collegiū tribunorum prouocat. petebatq; ut uirum conſulare triūphaleq; a collegę ui defenderet. Octo tribuni, cognita cauſa collegæ, intercedere noluerunt, tum Angurinus trib. pl. L. Scipionē prædes non dantem prendi, & in carcerem duci cum iuſſiſſet, Tiberius Sempronius Gracchus trib. pleb. pater Tiberii, atq; Caii Grac. cum P. Scipioni Africano inimicus grauis ob pleraſq; in repu. diſſenſiones eſſet, iurauit pala in amicitiā, & in gratiā ſe cum P. Africano nō rediiſſe. atq; decretū ex tabula recitauit, eius decreti hęc uerba ſunt, cum L. Cornelius Scipio Aſiaticus triumphans hoſtium duces in carcerem cōiecturus erit, alienum eſſe uidet a dignitate reip. in eum locū imperatorē P. R. duci, in quem locum ab eo coniecti ſunt duces hoſtiū, itaq; L. Cor. Scipio. Aſiaticū a collegæ ui prohibeo. Vale. autem Antias dicit poſt Africani mortē interceſſionem iſtam pro Scipione eſſe factam a Tiberio Graccho neq; mulctam irrogatam Scipioni, ſed damnatū eum peculatus ob antiochenam pecuniam, de qua ſupra dictū eſt, qui cum ꝓdes non daret in carcerem duci captū, atq; ita intercedēte Graccho, exēptum, Pli. de uiris illuſtribus Scipio Aſiaticus pecunię interceptæ ne in carcerem duceretur. Gracchus pater trib. pl. interceſſit M. Cato. Cenſor equum ei ignominiæ cauſa ademit. Iudicatæ pecuniæ. De qua ſupra diximus, quod cū ideo ab ipſo repoſceretur frater eius Afri. qui legatus ſibi fuerat in ea prouincia, librū, in quo acceptæ, & expēſę pecunię ſumma continebat in ſenatū prolatū ante oculos patrū dilacerauit, dicēs nō ęquū eſſe, ab eo reddi rationē ſextertii q̄drāgies, a quo bis mille ſextertii uberius factū eſſet ęrariū, igit poſt hoc factū Scip. Aſiatic⁹ eius frater peculat⁹ dānatus ē. Ex ꝓfeſſo. Ex manifeſto. *Ex profeſſo* Satiſdat. Satisfacet. Decretū. dānatiōis, uel abſolutiōis. Aā cur. Q. d̄ uictī duces ꝓcederēt triūphātis impatoris currū

nulli

nulli dubium, nam id Ci. in Piſonem plane oſtendit. dicit enim quid tandem habet iſte currus? quid uicti ante currum? quid ſimulachra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati in equis? quid clangor militum? quid tota illa pompa? &c. Alienum, Abhorrens. & alienum huic, & ab hac re dicimus.

A S C E N S I V S.

¶ Q V A M etiā Recitat moderationē Tiberii Grac. ſed prius quā ordinē colligā notandū puto, multos legere q̄ etiā, qđ ſi eſt dicā q̄ particulā hic cū poſitiuo cōſtrui citra figurā, u poſte acceptā pro ualde. Nā ordo uidet̄. Tib. etiā Grac. exhibuit ſe, q̄. i. ualde mirabilem. Poſſet tamen figurate legi, ſed magis dure, ut ſit ordo, q̄. i. q̄tū mirabilē exhibuit ſe. Tib. Grac. q. d. maxime. Q uo circa facilior, & meo q̄de iudicio uerior electio. Q ua. ſ. moderatione animi. Tib. Grac. exhibuit ſe admirabilē. Tri. n. ple. cū gereret ex cōfeſſo. i. palā, & ſine diſſimulatiōe inimicitias cū Scipionibus Afri. & Aſiatico. ſ. fratribus, & Aſiaticus. ſ. L. Sci. nō poſſet ſatiſdare. i. ſatisfacere; pecuniæ damnatę. i. ad quā dānat⁹ erat, atq; iuſſus eſſet a cōſule duci, ideo in uincula pub. & appellaſſet collegiū tri. i. puocaſſet ad tri. nullo. ſ. tribu, uolēte intercedere, ſeceſſit. ſ. Grac. a collegis. i. cęteris trib. & cōmune poſuit decretū. ſ. cōdēnationis Scip. Aſiatici, nec quiſq̄ dubitauit, qn. ſ. Grac. uſur⁹ eſſet eo. ſ. decreto ſcribendo uerbis hoſtis irati aduerſus Aſiaticū. At. i. ſed his. ſ. Tib. Grac. iurauit primū ſe nō rediſſe in gratiā cū Scipionibus, deinde recitauit, tale decretū cū L. Cor. Sci. cōſecent in carcerē duces hoſtiū ſubactos die triūphi ſui ante currū. ſ. triumphalē uideri ſup. recitādo cēſuit indignū, & alienū a maieſtate P. R. ipſum eundē duci. ſ. in carcerē, aut legamus in eundē, ut ſit ipſum duci, in eundē. ſ. carcerē, in quem hoſtium duces duxerat. Itaq; I. & ita pronunciauit ſup. ſe non paſſurum fieri. ſ. ut in carcerem duceretur. P. R. cognouit tunc libenter opinionē ſuā deceptam a Grac. q̄a putababat Grac. acerrime de Sci. decreuiſſe, & proſecutus eſt debita laude moderationem eius. ſ. Tib. Grac.

T H E O P H I L V S.

Claudii Neronis ani moderatio ¶ S A T I S D A R E. Satiſdatio eodem modo appellata eſt, quo ſatisfactio: nam, ut ſatisfacere dicimus et, cuius deſiderium implemus, ita ſatiſdare dicimus aduerſario noſtro, qui pro eo, q a nobis petiit, ita cauit, ut eum hoc nomine ſecurum faciamus, datis fideiuſſoribus, hæc iuris ciuilis autor Caius.

O L I V E R I V S.

¶ C A I V S quoq; Claudius Nero. Q uo Aſdrubal frater Hanni. in Gallia ciſalpina, haud pcul a Placentia uictus, & cū ingenti exercitu occiſus fuerit cōſilio, & prudentia Claudii Neronis in ca. de fiducia dictū eſt, q ad hūc locū ptinet. Claudi. Nero. ut fuit rerū geſtarū gloria quidem illuſtris, ſic animi quoq; moderatione cōſpicuus, tāta. n. ut dixi, cōſilio ſuo parta, cū Ro. uterq; conſul rediiſſet, poſtulaſſetq; ut pro Rep. fortiter, feliciterq; adminiſtrata, & diis immortalibus haberetur honos & ipſis triūphātibus urbē inire liceret, idq; ſibi eſſet a patribus benigne cōceſſum. Cla. ea modeſtia uſus eſt, ut cū amborū nomine ſupplicatio, & triūphus utriq; decretus eſſet, tamē quia in puincia Liuii res geſta eſſet, & eo die quo pugnatū foret, eius forte auſpiciū fuiſſet, & exercitus Liuia. deductus Ro. fuiſſet ſuus uero deduci non potuiſſet, uoluit ut Liuius quadrigis tantūmodo ueheretur, ipſumq; triumphantē milites ſequerentur, ipſe uero ſine militibus equo inuectus eſt. ita cōſociatū triūphū unius tantūmodo eſſe uoluit, q̄q̄ ipſe maiore gloria triūphauerit. nā milites eius laudes magna cū ambitione decātabāt illū ſex dierū ſpatio decurriſſe longitudinē Italiæ. & eo die cū Aſdrubale in Gallia, ſignis collatis pugnaſſe quo eū caſtra aduerſus ſeſe in Apulia poſita habere Hānibal crediđiſſet, ita unū conſulē pro utraq; parte Italiæ aduerſus duos duces duos imperatores hinc conſiliū ſuū, hinc corpus oppoſuiſſe. nomē Neronis ſatis fuiſſe ad continendū in caſtris Hannibalem. Aſdrubalem. uero nulla alia re q̄ eius aduentu obrutū atq; extinctū eſſe, curreret alter conſul ſublimi curru multiiugis ſi uellet equis, unius equo per urbē uerū triūphum uehi, Neroniq; etiā ſi pedes incedit, uel parto eo bello, uel ſpreto triūpho gloriam memorabile fore, hi ſermones ſpectātium Neronē uſq; in capitolium proſecuti ſunt. Æque decreuerat. Vt uterq; pariter triūpharet. Prouincia. Gallia Ciſalpina. Sine curru. Q uia equo tantūmodo inuectus eſt. Eo tanto. Q uo. Q uanto.

DE. C. CLAVDIO NERONE.

Caius quoq; Claudius Nero inter cætera pcipuæ moderationis exēpla numerādus eſt. Liuii Salinatoris in Aſdrubale opprimendo particeps gloriæ fuerat: & tamē eū triūphantem equo ſequi, q̄ triumpho, quē ei ſenatus æque decreuerat, vti maluit: quia res in prouīcia Salinatoris geſta fuerat, ſine curru ergo triumphauit. Eo quidē clarius, q illius victoria tantummodo laudabatur, huius etiam moderatio.

DE AFRICANO POSTERIORE.

Nec Africanus quidem poſterior nos de ſe patitur tacere: qui Cenſor, cū luſtrū conderet, inq; ſolito ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis ſolēni eius precatione carmine præiret, quo Dii īmortales vt Po. Ro. res meliores, amplioreſq; facerent, rogabantur: Satis, inquit, bonæ ac magnæ ſunt. Itaq; pcor, vt eas perpetuo incolumes ſeruent: ac protinus in publicis tabulis ad hunc modū carmē emendari iuſſit. Qua votorū verecūdia deinceps. Cenſores in condendis luſtris vſi ſunt. Prudenter. n. ſenſit tunc incrementū Romano imperio petendū fuiſſe, cum intra ſeptimū lapidem triumphi quærebātur: maiorem autē totius terrarū orbis partē poſſidenti, vt auidum eſſet quicq̄ vltra appetere: ita abunde felix, ſi nihil ex eo, qđ obtinebat, amitteret. Neq; alias eius ī cēſura moderatio pro tribunali apparuit: Cēturias recognoſcens equitum, poſtq̄ C. Licinium Sacerdotem citatū proceſſiſſe animaduertit: dixit illum ſe ſcire verbis cōceptis peieraſſe, proinde ſiquis eū accuſare vellet, vſurum teſtimonio ſuo: ſed nullo ad id negotiū accedente, Traduc equū, inquit, ſacerdos, ac lucrifac cenſoriam notam: ne ego in tua perſona, & accuſatoris, & teſtis, & Cenſoris, & iudicis partes egiſſe videar.

A S C E N S I V S.

¶ C A I V S quoq; Claudius Nero. numerandus eſt inter cętera exēpla pcipuę moderationis, aut numerandus eſt pręcipue inter cætera exēpla moderationis. (Nō putet quiſpiā autorem loqui de Nerone illo apoſtolorum Chriſti carnifice, multo. n. ante illum fuit.) Sup. is fuerat particeps gloriæ Liuii Salinatoris ī opprimēdo Aſdrubale fratre Hānibalis. Et tamē maluit ſequi eum. ſ. Salinatorem triumphantem, equo; id eſt, ſedens in equo, q̄ uti triumpho, quem ſenatus decreuerat ei æque. i. æqualiter, ut ſalinatori, ideo autem uoluit, quia res fuerat geſta in prouincia ſalinatoris. Ergo quia moderatio illa tam laudabilis fuit, ipſe triumphauit ſine curru. i. æqualem gloriam nactus eſt in æquo ſequens triumphantem, ac conſecutus fuiſſet in curru triumphans, & triumphauit eo quidem clarius. i. q̄ Salinator, q tantummodo uictoria illius. ſ. Salinatoris laudabatur, & etiam moderatio huius, ſcilicet Neronis laudabatur.

O L I V E R I V S.

¶ N E C Africanus quoq; poſterior. Duo clariſſima Romanæ urbis lumina Scip. Africani ſic per omnes uirtutum gradus uno tenore concurrerunt, ut ubicunq; de uirtute ſeruata referendum fuerit de his tacere difficilius ſit, q̄ parum dicere, hinc eſt, q apud Valer. in omnes memorabilium exemplorum partes ſuperueniunt, nam poſterior Africa. in condendo luſtro mirificam de ſe oſtendit Pop. Rom. modeſtiam in ſolito enim ſacrificio, cum uota, & precationes ſolenni carmine diis immortalibus exhiberentur, ut Imperium Romanum augerent, & amplificarent, carmen illud emendari iuſſit, & ſcribi, ut perpetuo incolume conſeruarent, q diceret, ſatis amplum eſſe, atq; magnificum, qua moleſtia cæteri deinde cēſores uſi ſunt. Cum Scipionis Africani modeſtia

DE Q. SCAEVOLA.

Quod animi tẽperamẽtum etiam in Quinto Scæuola excellentiſſimo viro adnotatũ eſt: teſtis nanq; in reum productus, cũ id reſpondiſſet, quod ſalutem periclitatis magnopere læſurum videbatur, diſcedẽs adiecit, ita ſibi credi oportere, ſi & alii idẽ aſſeueraſſent: quoniam vnius teſtimonio aliquẽ credere, peſſimi eſſet exempli, & religioni igitur ſuæ debitã fidẽ & communi vtilitati ſalubre conſilium reddidit.

DE METELLO MACEDONICO.

Sentio quo ciues, quæue facta eorũ, ac dicta quã auguſto ambitu orationis amplectar: ſed cum magna mihi, & multa breuiter dicenda ſint, claritate excellentibus, infinitis perſonis, rebuſq; circunfuſus, vtrunq; præſtare non poſſum. Itaq; propoſiti quoq; noſtri ratio non laudanda ſibi omnia, ſed recordanda ſumpſit. Quapropter bona cũ venia duo Metelli

luſtrum conderet. cenſorum erat inter cætera, quæ gerebant cenſum facere', & luſtrum condere. cenſum autem facere erat Romanorum ciuium capita deſcribere, & in claſſes pro cuiuſq; opibus coniecere, ſed quomodo in claſſes conicerentur, ſatis ſupra monſtratum eſt. Condere uero luſtrũ erat, quinto quoq; anno ciuitatem quibuſdam luſtralibus, id eſt, piacularibus ſacrificiis expurgare. luſtrũ etiã dicebatur totius exercitus purgatio, cum cenſentur, id eſt, numerantur omnes. & qui ad arma ferẽda non ſunt idonei. ſicut ſenes. Iuniores purgantur id eſt, educuntur, & tunc condere luſtrum finire luſtrum ſignificat. eſt etiam luſtrũ quinquennium, & cubile ferarum. ſunt qui uelint luſtrum dictum a luendo, id eſt, purgando, uel ſoluendo. Publicis tabulis. in quibus carmina ſcripta continebantur. Res. imperium, & ſtatum. Meliores. opulentiores. Ampliores. longius, latiuſq; porrectas, Intra ſeptimum lapidem, id eſt, cum fines Romani non extenderentur ultra ſeptem millia paſſuũ nam lapidibus tanquam limitibus deſignabantur miliaria apud maiores. Senſit. Opinatus eſt. Centurias recognoſcens. Dum recenſeret equites, qui erant in centurias diſtributi. centuriæ. aũt Po. Ro. fuerunt primo a Romulo inſtitutæ, tres equitum ſolum modo uidelicet Ramnenſium, Ticienſium, & Lucerum. Ramnenſes a Romulo. Ticienſes a T. Tacio rege ſabinorum poſt communicatum cum Romulo imperium, Luceres a Lucero quodam, qui Romulo uenerat in auxilium, uel ut alii dicunt, lucerũ nois, & originis cauſa incerta eſt. iubebat autẽ equites tranſire, ut ſi deprehẽdiſſet uitiũ, equo priuaret, uel alia nota cenſoria dãnaret. Verbis conſcientem, & uolentem. Peieraſſe. Periuriũ feciſſe. Et nota de natura uerbi, quę in cõpoſitione non habet, r. cũ nomen retineat. dicimus. n. periuriũ, ſed in uerbo peiero non periuro. Ad ne. Ad accuſationem. Traduc, equum. Sic nunc quoq; conquiſitores, & equitum magiſtri dicere ſolent, tranſeas cum equo, ut te uideamus. Lucrifac. Verbum compoſitum. i. tota una pars orationis eſt. i. lucrare, & in lucro pone. Notam. Damnationem.

Nã ſup. ipſe recognoſcẽs. i. luſtrãs & ꝙ Galli diceret ad monſtrã inſpiciẽs cẽturias. i. ordines cẽtenarios eqtũ. i. eorũ, q equo militabãt poſtquã animaduertit Caium Liciniũ ſacerdotẽ citatũ. ſ. uoce pconis ut luſtraretur, proceſſiſſet. ſ. in mediũ, dixit. ſ. Scip. ſe ſcire illũ. ſ. Lici. peieraſſe. i. periuriũ cõmiſiſſe. Verbis conceptis. i. ſolenni more expreſſis, ut nihil deſit ad periurii cõſummationẽ proinde. i. & ideo ſup. dixit, ſi quis uellet accuſate eũ. ſ. liciniũ, ſup. illum accuſatorem uſurũ teſtimonio ſuo. i. Sci. cõtra liciniũ, ſed nullo accedente ad id negotiũ. ſ. ad accuſationẽ Licinii, inquit, o ſacerdos, traduc equũ. i. tranſi cũ equo, quo iubet (Nã tantiſper dũ eqte diſceptabatur retentus erat cũ equo, & ſi iuſta de illo accuſatio procedebat equo illi ignominia notato adimebat) & lucrifac. i. ad lucrũ aſcribe, notã cenſoriã. i. quod a cẽſore propter moderationẽ nõ eſt notatus ignominia (Nã cum certo ſciret ipſum peieraſſe, potuiſſet eũ notaſſe ex ſuo uni' teſtimonio, ſed noluit adiiciẽs) nec ego uidear egiſſe. i. repreſentaſſe in tua perſona. ſ. cenſenda, partes & accuſatoris, & teſtis, & cenſoris, & iudicis, quod immoderatum fuiſſet.

ASCENSIVS.

¶NEC Africanus. Affert duo egregia exẽpla Africani minoris in moderatione animi, qua in cẽſura uſus eſt, de quorum altero dicit ſic. Nec quidem Africanus poſterior. i. minor in tẽpore, patitur nos tacere de ſe, qui exiſtens ſup. cenſor cũ cõderet luſtrũ, perageret cenſum, & luſtrationem ciuium, & ſcriba, ac ſi dicat notarius ſacerdotalis, aut pontificius ꝑiret ei. i. quod ſequeretur, ꝓdiceret, uel præiret, ut in ſupplicatiõibus etiã noſtris minores ꝑeunt, in ſacrificio ſolito. ſ. fieri dũ luſtrũ conderetur, carmine ſolẽni. i. pronunciãdo carmẽ ſolẽne, ex publicis tabulis. i. libris, aut inſtrumẽtis de quo carmine nihil licebat immutare, ſicut nec de reliquis uerbis ſacratis, quo carmine dii immortales rogabat, ut facerẽt res P. R. meliores, & ampliores, inquit. ſ. Sci. res ſup. P. R. ſunt ſatis bonæ. i. opulẽtæ, & proſperæ, ac magnæ, itaq;. i. & ita præcor ſup. ut dii immortales res Ro. incolumes ſeruẽt, quę uerecũdia uotoꝝ cẽſores uſi ſunt, deinceps in luſtris condendis. i. quoties luſtra cõderent. Enim pro quia Scip. ſup. ſenſit. i. opinatus eſt, prudẽter uidelicet incrementũ fuiſſe petẽdũ imperio Ro. cũ triũphi quęrebãtur intra ſeptimũ lapidẽ. i. ab hoſtibus intra ſeptimum ab urbe milliare, & nõ longius deuictis. Autẽ ꝓ ſed. ſenſit, ut eſſet auidũ. i. auarũ, & auidi animi indiciũ poſſidenti P. R. maiorẽ partem totius orbis terrarum appetere quicq; ultra, ita eſſet abunde felix. i. fauſtum & fortunatum ſi nihil amitteret ex eo, quod obtinebat. Neq; alia &c. de altero dicit ſic. Neq; moderatio eius in cenſura apparuit alia ꝓ tribunali. i. cum ſederet, ut cẽſor, & iudex cẽturias equitũ recognoſcẽdo.

OLIVERIVS.

¶QVOD animi temperamentum. Q. Scæuola uir præcipue uirtutis & grauiſſimæ autoritatis homo, cum in teſtimonium aduerſus reum quendam productus eſſet, & religioni pariter, & modeſtię ſatisfecit, cum dixiſſet quod uerum eſſet, ſtatim adiecit, nõ id ſibi credendũ eſſe, niſi & alii inuenirentur, qui idem aſſeuerarent, noluit tantũ ſibi tribui, ut ſuo teſtimonio damnaretur reus, ne ſui exẽplo aliis deinde minoris autoritatis, & fidei teſtibus crederetur. Temperamentum. Moderatio. Periclitantis. Cuius ſalus in periculo uerſabatur. Aſſeueraſſent. Affirmaſſent. Et re. de ſi. Quia affirmauit uerum eſſe, quod dixerat. Cõmuni utilitati. Ne quis unius teſtimonio periclitaretur.

ASCENSIVS.

¶QVOD temperamentum. ſ. inuentum in Scip. proxime dicto adnotatum. i. obſeruatum eſt etiam in Q. Scæuola uiro excellentiſſimo. Nanq; ipſe productus teſtis in. i. cõtra reum. ſ. quẽdam (quem autor decenter non nominat contentus uidelicet laudem boni uiri ſine noxii infamia recitaſſe) cum ipſe reſpõdiſſet. ſ. quæſtori interroganti de uita rei, id quod uidebatur læſurum magnopere ſalutẽ periclitantis. i. rei in periculo uerſantis, diſcedens. i. cum diſcederet, & uideret ſe ſolum id atteſtatum, adiecit, oportere ſibi credi ita ſi, &. i. alii aſſeueraſſent. i. uerũ eſſe affirmaſſent idẽ, quoniã (licet uerũ eſſet, quod dixerat, tamẽ) credere aliquẽ teſtimonio unius eſſet peſſimi exẽpli. i. induceret peſſimũ morẽ, ſi ſumpto ab eo exemplo, deinceps unius teſtimonio ſtaretur. (Ideoq; in ſanctis literis. Ex ore duorũ, uel triũ ſtat omne teſtimoniũ.) Igitur uerũ dicendo, & hoc adiiciẽdo, reddidit religioni ſuæ. i. ſacramẽto, ac ſolenni iuramento debitam fidem, qui atteſtatus eſt ſe uera depoſuiſſe. & reddidit utilitati cõmuni conſiliũ ſalubre, ne. ſ. teſtimonio unius quanticunq; uiri ſtaretur, ne cum difficile ſit aliorum teſtimonia refellere, unius ſemper teſtimonio ſtando, multorum innocẽtia, in periculo ſit.

OLIVERIVS.

¶SENTIO quos ciues. Quaſi tacitæ obiectioni reſpondet, ꝙ tantorũ uirorũ facta ſimul, ac dicta longiori memoratu digna, breui oratione complectatur. dicit autem ſui propoſiti nõ fuiſſe eiuſmodi hominũ uitã percurrere, qđ nec in tanta multitudine rerũ memoriæ tradendarum ſibi fuiſſet opportunum. ſed quędã horum hominũ ut quęq; digniſſima uiderentur ex illuſtribus electa autoribus, breuiter cognoſcẽda ſubiicere. Anguſto ambitu. Valde breui orationis ambitu. Vtrũq;. ſ. magna, & multa modico uolumine cõprehẽdere. Stricti. breuiter. An

graues,

graues,teſtataſq; Cic.de of a Val.diſſentit.dicit.n.inter Sci.& Metel.fuit ſine acerbitate diſſentio:nō.n.animorū contentione ſicet opinionū,& ſententiarū diſſentione diſcrepabāt, ut in ſentē ſiis dicēdis frequēter altercarent̄ in ſenatu. Teſtatas.Paſſiue poſuit,manifeſtas. Progreſſa fuerat. Proceſſerat. Sed tamē cū interSci. Conſtat Sci.celeriter mortuū,quo autem gſie mortis,dubitatur ab oibus. Cic.in lib.de

& rebus iſinitis excellētibus claritate,nō poſſum ꝑſtare.i. exhibere,& efficere utrūq;,ut ſ.infinita dicā,& breuiter.Itaq;.i.edita rō quecq; nr̄i ꝓpoſiti:ſumpſit ſibi,oia nō laudāda,qđ ꝓlixis fieret uerbis,ſed recordāda.i. ad memoriā reducenda qđ pauciſſimis fieri pt̄. Quapropter duo.Met.ſ. Mac.a deuicta Macedonia, Numi.a numidia feliciter deuicta dicti,appoſitorie maxima or

Macedonicus,& Numidicus, maxima patriæ ornamenta,ſtrictim ſe narrari patientur. Acerrime cum Scipione Africano Macedonicus diſſenſerat, eorumq;,ab æmulatione virtutis profecta contentio,ad graues teſtataſq; inimicitias ꝓgreſſa fuerat. Sed tamen cū interremptū Scipionem cōclamari audiſſet, in publicū ſe proripuit,mœſtoq; vultu,& voce cōſuſa,Concurrite,concurrite,inquit ciues, mœnia noſtræ vrbis euerſa ſunt Scipioni enim Africano intra ſuos penates quieſcenti, nefaria uis allata eſt. O. R. P.Pariter Africani morte miſeram: & Macedonici tam humana,tamq; ciuili lamentatione felicem. Eodem enim tempore, & quātum amiſiſſet principem: & qualē haberet,recognouit. Idem filios ſuos monuit:vt funebri ejus lecto humeros ſubiicerent: atq; huic exequiarum,illum honorem vocis adiecit:nō fore,vt poſtea id officium ab illis maiori viro præſtari poſſet. Vbi illa tot in curia iurgia? Vbi tā multæ pro roſtris altercationes? Vbi maximorum ciuium,& ducum tantorū togata prælia? omnia nimirum iſta, præcipua veneratione proſequenda deleuit moderatio.

DE METELLO NVMIDICO.

Numidicus autem Metellus populari factione patria pulſus,in Aſiā ſeceſſit:in qua, cum ei forte ludos Trallibus ſpectāti literæ redditæ eſſent: quibus ſcriptum erat:maximo ſenatus,& populi cōſenſu,reditū illi in vrbem datum:non e theatro prius abiit:q̄ ſpectaculum ederetur. non lætitiam ſuam proxime ſedentibus vlla ex parte patefecit:ſed ſummum gaudium intra ſe continuit. Eundem conſtat pari vultu & exulem fuiſſe,& reſtitutum. adeo moderationis beneficio,medius ſemper inter ſecundas, & aduerſas res animi firmitate verſatus eſt.

amicitia.Scip.inquit,uita quidem talis fuit, uel fortuna, uel gloria,ut nihil poſſet accedere. morienti autem ſenſum celeritas abſtulit, qđ de gſie mortis difficile eſt dictu, qđ hoies ſuſpicēt̄ uos uidetis, hoc tamē licet dicere P.Sci.ex multis diebus, quos i uita celeberrimos lætiſſimoſq; uiderat, illū diem clariſſimū fuiſſe, cū ſenatu dimiſſo domū reductus ad ueſperū eſt a pr̄ibus cōſcriptis,& populo,ſociiſq; latinis pridie quā exceſſiſſet e uita,ut ex tam alto dignitatis gradu ad ſuperos uideatur potius, q̄ ad inferos peruenisse deos, ergo de morte Scip. multi multa ſuſpicāt̄, plures tn̄ huic ſniæ inclināt Grac. Semproniā uxorē ſuā mortis mariti conſciam fuiſſe,qđ uerisimile uidet̄. nā cū Scip.a Numantia uictor rediiſſet (ut quidā tradunt) ab amicis Grac. q paulo ante cæſi fuerāt in forū ꝓductus eſt.ga Grac. affinitate cōiunctus erat, quippe quorū ſororē in matrimoniū duxerat credebant autoritate Sci.cōfirmatū iri odiū aduerſus iterfectores Grac. ſed cū interrogatus eſſet,quid de C Grac. morte ſentiret,reſpōdit iure cæſum uideri. qđ rñſum credūt adeo grauiter & acerbe tuliſſe Gracchā Sēproniā eius uxorē, quę ſperabat cædē fratrū Scip.autoritate poſſe uidicari, ut de mariti nece cogitauerit, & eū ſequenti nocte oppreſſerit,quod uerisimile uidet̄.qui.n.fieri potuiſſet, ut in eius cubiculo opprimeret̄ Sci. niſi conſcia mortis eius fuiſſet uxor. ſunt tn̄ qui credunt a C. Carbone fuiſſe interemptū. aliter ſentit T.L. de morte Afri. dicit.n. ſeditiones a triumuiris Fuluio Flac.C. Grac. & Carbone de agro diuidūdo creatis,excitatæ ſunt,gbus cū P. Sci. Afri. aduerſaret̄,fortiſq; ac ualidus pridie domum ſe recepiſſet, mortuus in cubiculo inuētus eſt,ſuſpecta fuit,tanq̄ uenenum ei dediſſet Sempro.uxor hinc maxime,ꝙ ſoror eēt Gra.cū quibus ſimultas Afri. fuerat.

nāmēta p̄riæ patient̄, cū bona uenia.i. citra indignationē, ſe narrari.ſ.a me,ſtrictim.i.breuiter & ꝯſtrictis uerbis, Maced. .ſ.Met.diſſenſerat acerrime cū Sci.Afri.ſ minore,& eorū cōtētio ꝓfecta .i. orta ab æmulatiōe uirtutis fuerat ꝓgreſſa ad inimicitias graues teſtatas.i.ꝓfeſſas,& manifeſtas,ſed tn̄ cum Macedonicus audiret Sci. cōclamari iterēptū,proripuit ſe in publicū,& ingt uultu mœſto & uoce cōfuſa,concurrite ciues, mœnia nr̄æ urbis, concurrite euerſa ſunt. Eñ,ꝓ ga uis nefaria ē illata Sci. Afri.quie ſcēti intra mœnia ſua.q.d.rō tm̄ iō euerſa dico mœnia nr̄a, ꝙ uir fortis,q mur⁹ nr̄is ciuib⁹ alter erat extinctus ē, ſed ꝙ itra mœnia ſua quaſi tutū non ſit amplius itra mœnia ro.manere, uñ exclamat autor O rem.ſ.ro.pariter miſerā, morte .i. pp mortē Afri.& felicē tā humana, & tā ciuili lamētatione macedo. Eñ ꝓ ga,reſp.recognouit eodē tpe &.i.ſimiliter,quātū principē,ga maximum amiſiſſet, uidelicet Sci. & qualē principē hr̄et. ga humaniſſimum uidelicet Met. Macc Idem.ſ. Met. macc.monuit filios ſuos, ut ſubiicerent humeros ſuos lecto funebri.i. ut lectū funebrē eius.ſ.Scip.interēpti efferrēt humeris.ſ. ſuis, atq; ſubiecit.i. cōtinuo adiecit huic honori exeqai ū illū honorē uocis.i. ꝑconii.ſ nō fore.i. nūquā futurū eſſe,ut illud offm̄ .ſ.efferēdi defūcti poſſet ꝑſtari ab illis maiori uiro,uñ i admirationem adductus autor addit. Vbi ſup. tunc fuerunt illa tot iurgia.ſ. Sci.& Met.q̄ fuerāt dū uiueret Sci.i curia.i.in ſenatu? Vbi ſup.tūc fuerūt,tā multæ altercatiōes eorū ſup. ꝓ roſtris .i.q̄ prius fuerāt añ roſtra? Vbi ſup.fuerunt tūc ꝑlia togata.i.contētiones i toga,& nō in armis maximorū ciuiū & tantorū ducū, ut fuerūt illi duo? Rñſio.nimirū.i.haud dubie, moderatio.ſ.Me. Ma.ꝓſequēda ꝑcipua ueneratione,deleuit oia iſta.ſ.iam dicta.

Confuſum gđ — De morte tn̄ eius nulla qō acta. Cōfuſa.pturba. Mœnia euer. Magna Sci.laus.ꝙ rei.ro.gdā q̄ſi,murus & ualidiſſimū munimētū eſſe diceretur ꝙ per ip̄m,& aucta,& conſeruata fuiſſet. Intra ſu.pe.Vbi tutus eſſe debuerat, ibi potiſſimum interemptus eſt. O remp. Laudat eius modeſtiā. Miſerā Quę tn̄ ciuē amiſerit. Ciuili lamētatione.Ac ſi diceret amica lamentione,nā ciuis ciuem debet amare. Idem filios. Quos quatuor ꝑcipuæ uirtutis,& ingenii dicit̄ habuiſſe. Huic.ſ.officio,ꝙ filii humeros lecto ſubiicerent. Vbi illa.Oñdit tantā ualuiſſe moderationē, ut oia,q̄ uidebant̄ inter ipſos odia fuiſſe cōtracta,hoc ipſius morte obliterarentur.

ASCENSIVS.

SENTIO .i.percipio,quos.i.quales,ciues, ue ꝓ uel quę.i. qualia hoc eſt quātum ſublimia facta,ac dicta eorū q̄.i. quantū anguſto ambitu.i.circuitu orationis ego amplectar.ſed cum magna, & multa ſint mihi dicenda bī, ego circumfuſus perſonis

OLIVERIVS.

NVMIDICVS aūt Me.de hoc uiro ſupra cōmemoratio facta eſt,ꝙ exiliū uoluntariū eligere,quā in leges Saturnini trib. pleb.iurare maluerit.fuit igit̄ & cōſtantia clarus, & moderatione perſpicuus.cum enim ludos trallibus ſpectaret, ſibiq; forent de glorioſa in patriā reuocatione redditæ literæ,ſic ſe intra modeſtiæ gyros continuit,ut nullū tātæ lætitiæ ueſtigiū ꝓrſus i eo poſſe dep̄hendi, uir in utraq; fortuna ſp idē quē nec arridēs inflare,nec ſæuiēs opprimere poſſet. hi Metel.Numidi.in cenſura orōnē habuit ad populū de uxoribus ducēdis, teſte A.Gelli.qui eius orōnis quędā uerba ponit lib.pri.cap̄.vi.dicit.n.multis, & eruditis uiris audiētibus legebat̄ orō Metel. Numidi.grauis,ac diſerti uiri,quā in cēſura dixit ad populū deducēdis uxo.cū eū ad matrimonia capeſcenda hortaretur. in ea orone ita ſcriptum fuit.ſi ſine uxore poſſemus quirites eſſe, oēs ea moleſtia careremus,ſed quoniā ita natura tradidit,ut nec cū illis ſatis cōmode, Metelli exilio cōſtantia

hec ſine illis ullo modo uiui poſſit, ſaluti perpetuæ potius, quã breui uoluptati conſulendũ eſt. Populari factione. ſcilicet Apulei ſaturnini tri.pl. Trallibus. Tralles ciuitas Aſiæ tantum pluraliter declinata. Liui. dicit hic fuiſſe Rhodi, ubi exulabat, ut I.c. de cõſtantia diximus. Pli. uero Smyrnæ fuiſſe dicit. Eſt aũt Smyrna ciuitas minoris Aſiæ. Theat. ſpectaculo κὰὶ μὰν inſpecto, ſeu ſpectaculũ. Ederet. finiret. Medius Nec fractus i aduerſis nec elatus in ſecũdis. Firmitate. Fortitudine, atq; cõſtantia.

ASCENSIVS.

¶NVMIDICVS ãt Met. pulſus patria. ſ. Ro. factione. i. ſeditione populari, ſeceſſit. i. in exilium abiuit in Aſiã in qua. ſ. Aſia, cum literæ redditæ eſſent ei ſpectãti forte ludos trallib⁹. i. apud Trallis urbẽ Aſiæ, ſecundũ autoris ſententiam, q̃bus. ſ. literis, ſcriptũ erat, reditũ datũ ſup. eſſe illi in urbem. ſ. Romã maximo cõſenſu ſena. & po. nõ abiit prius e theatro, q̃ ſpectaculũ ederet. i. finiret, & explicaretur, & nõ patefecit. i. indicauit ulla ex parte lætitiam ſuam, ſedẽtibus proxime, ideſt proximo loco, ſed ꝯtinuit ſummũ gaudiũ itra ſe. cõſtat, ideſt manifeſtũ ẽ eundẽ. ſ. Mete. Numi. fuiſſe & exulẽ, & reſtitutũ pari. i. conſimili uultu. adeo. i. tm̃ uerſatus eſt ſp medius iter res ſecũdas, & aduerſas, bñficio moderationis firmitate animi.

DE CATONE POSTERIORE.

Tot familiis in vno genere laudis enumeratis, Porcium nomen, velut expers huiuſce gloriæ ſilentio prætereũdum ſe negat. Poſterior Cato non paruo ſummæ moderationis fiſus indicio Cypriacam pecuniam maxima cum diligẽtia, & ſanctitate in vrbẽ deportauerat, cuius miniſterii gratia ſenatus relationẽ iterponi iubebat, vt prætoriis comitiis extra ordinem ratio eius haberetur: ſed ipſe id fieri poſſus non eſt, iniquum eſſe affirmans, quod nulli alii tribueretur, ſibi decerni, ac nequid in perſona ſua nouaretur, campeſtrem experiri temeritatem, quam curiæ beneficio vti ſatius eſſe duxit.

DE M. BIBVLO.

Ad externa iam mihi exempla trãſire conãti, M. Bibulus vir ampliſſimæ dignitatis, & ſummis honoribus fructus, manus iniicit, qui cum in Syria moraretur prouincia, duos egregiæ indolis filios ſuos

THEOPHILVS.

¶TRALLIBVS. Trallis pars illyrici, q Tralli dñr, & Tralles apud Theopõpum de quibus in bello Macedonico Liuius ex interpretatione Iani. Trallis aũt lydiæ ciuitas ad amnẽ Mçãdrũ, q̃ prius appellabatur Anthia a copia florũ, dicta eſt, & Erymna, unde nomẽ gẽtile Tralliãnus ut docet Stephanus.

OLIVERIVS.

Salinator SEXTI quoq; Liu. Quanta fuerit inter Liuiū Salinatorem, & Claudium Neronem cū acerbitate diſſenſio, ſatis in capi. de cenſura diligenter annotauimus. Salinatoris. Salinator dictus eſt a lege quā arctiſſimam, & populo maxime moleſtam de uendendo ſale tulerat,ob quā deinde damnatus eſt.nam cum primum conſulatum abiit, a Claudio Nerone illi dies dicta eſt ad populum.& cum omnes tribus ei maxime forent infenſæ,præter Metiam, facile damnatus eſt,quam ignominiā adeo moleſte tulit,ut rus migrarit, & per multos annos urbe, & omni cætu carere hominum. Octauo ferme poſt damnationem anno, M. Claudius. Marcellus, & Marc. Vale. Lepi. conſules eum reduxerunt in urbem,ſed erat ueſte obſoleta,capillo, barbaq; prolixa, præſe ferens inſignem in uultu, habituq; memoriam, ignominiæ acceptæ,quem cenſores tonderi,ſqualoremq;, deponere & in Senatum uenire,ac omnibus publicis muneribus fungi coegerunt. Cū igit̄ reſpublica graui, & diutino bello Punico ſecundo premeretur, multiſq; cladibus exhauſta uiris fortibus eſſet,non facile inueniebātur, qui digni forent quibus cōmitteretur imperium, itaq; comitiis cōſularibus Claudio Neroni declarato conſuli, par ci collega quærebatur, nec quiſquam in toto populo inueniri potuit Sexto Liuio præferendus, aut certe adæquandus,uel ꝙ cæteri (ſi qui erant) lōge impedirentur,uel ꝙ nullus par huic uirtute appareret. Quare omnium ſuffragiis, recuſanti,ac prope inuito conſulatus demandatus eſt. Quo facto de reconciliatione etiam gratiæ in Senatu actum eſt, erant autem inimicitiæ inter eos,ut ſupra diximus ꝙ damnationis, & exilii ſui dux, & autor fuiſſet Nero. Hoc ergo acerbiores,indignioreſq; Liuio ſuas calamitates faciebat, ꝙ ſe ſpretum in ea fortuna credebat. Itaq; his magis implacabilis erat, & nihil opus etiā reconciliatione dicebat, acrius, & intenſius omnia geſturis,timens ne creſcendi ex ſe mine collegæ poteſtas fieret. Vicit tamen autoritas Senatus, & patriæ cæcitas,ut depoſitis ſimultatibus quæ inter ipſos diu fuerant, communi conſilio, rempubli. inuicem adminiſtrarent. In exilium. Rus migrauit. ut Liuius tradit. Acerrimum uehemens, aſperrimum.

Imperauit. Bene imperauit, quia ſeipſum uicit. Diſſidente. diſcordante, diſcrepante. Conſortium. cuniunctionem, collegium. Conſortium Articulo. momento, & inclinatione. Punicas uires. quia ut ſupra diximus Aſdrubalem Hanniba. fratrem cum innumeroſo exercitu uictum, cuntuderunt.

ASCENSIVS.

SEXTI quoq; &c. Ordo eſt. Annalium ſup. ſcriptores noluerunt quoq;,id eſt etiam conſilium illuſtre, id eſt præclarum Sexti Liuii Salinatoris finiendarum ſimultatum,id eſt ꝙ capit ad finiendas ſimultates,id eſt occulta odia, eſſe ignotum poſteritati,quia etiam illud tradiderunt laudandum. Nanq; pro quia, is, ſcilicet Salinator etſi .i. quanquam. fuerat profe. in exil. ſcilicet in rus ubi exulabat. ardens,id eſt incenſus, odio Neronis, ſcilicet Claudii, a quo illi dies dicta fuerat, afflictus præcipue teſtimonio eius, ſcilicet Claudii Neronis, tamen poſtquam ciues, ſcilicet Roma. dederunt, id eſt per ſuffragia, cum.ſ. Salina. reuocatum inde.ſ. ab exilio in patriam illi, ſcilicet Neroni, collegam iu,id eſt ad conſolatum, ſcilicet gerendum, imperauit ſibi,id eſt coegit ſeipſum obliuiſci, & id eſt ſimul, ingenii, id eſt ingenitæ a natura qualitatis animi, quod ſcilicet ingenium erat acerrimum, & iniuriæ quam, ſcilicet iniuriam acceperat grauiſſimam, adeo autem id ſibi imperauit, ne ſi uoluiſſet uſurpare conſortium, id eſt ſortitionem imperii, ageret conſulem malum, id eſt agendo quæ conſulis eſſent, exhiberet ſe conſulem malum, exhibendo, ſcilicet ſe inimicum pertinacem ſcilicet in inimicitiis. Quæ quidem inclinatio mentis .ſ. eius, ad habitum, id eſt firmam qualitatem animi, tranquilliorem, id eſt ſedatiorem, & mitiorem attulit urbi noſtræ, ſcilicet Romæ, atq;

næ atq; Italiæ.ſ.reliquæ,plurimum ſalutis.in aſpero,atq; diffi-
cili articulo temporum.ſ.quo Hanni. Romam uexabat, quia
ipſi iam concordes facti,connixi.i.contendentes, pari impetu
uirtutis,contuderunt uires Punicas terribiles.ſ.toti Italiæ.

THEOPHILVS.

¶ SEXTI.quidam codices habent ſicuti.

DE AFRICANO, ET TIBERIO.

Clarum etiã in Africano ſuperiore,ac Tib.Graccho depoſitarum inimicitiarũ exemplum, ſi quidem ad cuius menſæ ſacra,odio diſſidentes venerant, ab ea,& amicitia,& affinitate iuncti diſceſſerunt:nõ cõtentus eni Scipio autore ſenatu,in Capitolio, Iouis epulo cum Graccho cõcordiam cõmunicaſſe, filiam quoq; ei Corneliam protinus ibidem deſpondit.

DE CICERONE.

Sed huiuſce generis humanitas etiam in M.Cicerone præcipua apparuit:A.nãq; Gabiniũ repetũdarũ reũ ſummo ſtudio defendit,qui eum in conſulatu ſuo vrbe expulerat. Idemq; P. Vatinium dignitati ſuæ ſemper infeſtum,duobus publicis iudiciis tutatus eſt,vt ſine vllo crimine leuitatis, ita cum aliqua laude. Quia ſpecioſius aliquanto iniuriæ beneficiis vincuntur,q̃ mutui odii pertinacia penſantur.

DE P. CLODIO PVLCHRO.

Ciceronis autem factum adeo viſum eſt probabile,vt imitari id ne inimiciſſimus quidẽ illi P.Cl.Pulcher dubitauerit:q inceſti crimine a tribus Lentulis accuſatus, vnum ex his ambitus reum patrocinio ſuo ꝓtrexit,atq; in animũ induxit,& iudicem,& Prætorem,& teſtem, Veſtæ ædem intuens, amicum Lentulo agere. Intra quam ille ſalutem eius fœdo crimine obruere cupiens,hoſtili voce hoc perorauerat.

OLIVERIVS.

¶ CLARVM etiam in Afri. ſu. P. Africanus ſuperior & T. Gracch⁹ Tiberii,& Caii Gracchorũ pater,rerum geſtarum magnitudine,& honorũ, atq; uitæ dignitate illuſtres uiri, diſſenſerunt ſæpenumero de rep. & eius cauſa,ſiue aliqua alia re nõ amici fuerunt.Ea ſimultas cũ diu manſiſſet, & ſolẽni die Ioui epulũ liberaretur, atq; id ob ſacrificiũ Senatus in Capitolio epularet̃, ſors fuit,ut apud eandem mẽſam duo illi iuncti locarentur,tũ quaſi diis imortalibus in cõuiuio Iouis optimi maximi dextras eorũ conducentibus, repente amiciſſimi facti,neq; ſolũ amicitia incepta,ſed affinitas ſimul inſtituta. nam P.Scipio filiã uirginẽ habens iam uiro maturam ibidẽ,eodẽ loco deſpondit eã Tybe. Graccho. quẽ probauerat, elegeratq; exploratiſſimo iudicii tẽpore, dum inimicus eſſet. Liui. de bello Maced. lib. viii.parũ cõſtare dicit inter autores, utrũ poſt mortẽ patris deſponſata fuerit, & nupſerit filia Africani Graccho.an uerę illę opiniões ſint,Gracchũ, cũ L.Scip.in uincula duceret̃, nec quiſquam collegarũ auxilio eſſet,iuraſſe ſibi inimicitias cũ Scipionibus manere,nec ſe gratiæ quærendæ cauſa quicquam facere,ſed in quẽ carcerem reges, & imperatores hoſtiũ ducentẽ uidiſſet P. Africanũ, in eũ fratrẽ eius duci nõ paſſurũ. Senatũ eo die forte cenantẽ in cap. conſurrexiſſe, & petiiſſe,ut inter epulas Graccho filiam Africa. deſpõderet,qbus ita in publicum ſolẽne ſpõſalibus rite factis, cũ ſe domũ recepiſſet Scipio, Æmilię uxori dixiſſe,filiã ſe minorẽ deſpõdiſſe,cũ muliebriter idignabunda,q̃ nihil de cõmuni filia ſecũ cõmunicatũ,aut cõſultum fuiſſe,adieciſſetq; non ſi T. Graccho daret,expertem conſilii debuiſſe matrẽ eſſe. lætũ Scip. tam concordi iudicio,& ipſi deſponſatam reſpondiſſe. Scip. ex duabus filiabus maiorem natu P. Cor. Naſicæ. minorem huic Graccho deſpondit. Menſæ ſacra. Mos annuus,& ſolẽnis erat Romæ,ut epulæ Iouis in Capitolio celebrarentur, quo principes conuenientes diſcumbebant,& epulabãtur. Filiam quoq; Corneliam. quam genuit ex tertia Æmilia,Pauli Æmilii filia.

ASCENSIVS.

¶ CLARVM &c. Ordo eſt. Exẽplo inimicitiarũ poſitarũ,ſup. fuit etiã clarũ.i.illuſtre.in Africano ſuperiore.i.maiore, ac ſup. in Tibe. Grac. Siqdẽ.i.qñquidẽ,ipſi diſceſſerũt iũcti amicitia, & affinitate,ab ea ſup.mẽſa Iouis i Capitolio. Ad cu.m.ſa.i.ſacrificia ipſi uenerãt diſſidẽtes,odio.i.ꝓpter odiũ Enim ꝓqa Scip. nõ cõtentus cõmunicaſſe cõcordiã cũ Grac.ſ. Tibe. Epulo.i.in ſolẽni cõuiuio Iouis.i.quod fiebat ex oblatis Ioui,in Capitolio Senatu autore.i.interueniẽte autoritate Senatus,qui eos,ut reſcõciliarent̃,epulo ſimul intereſſe uoluit,deſpõdit quoq;.i.iſup, ꝓtinus ibidẽ.i.in epulo,ei.ſ.Ti.Grac. Corneliã filiã ſup.ſuam.

OLIVERIVS.

¶ SED huiuſce. ge.hu. Cice. Gabinio cõciliatur,huic Gabinio Cice.reſtiterat,ne ſupplicatio decerneretur.ob res geſtas in Syria.ut ex ipſo Cice.deprehenditur ad Attic.qui hoc inquit, nequeo differre ad idus Maias. Senatus diuiſus fuit in ſupplicatione Gabinio denegãda,hunc aũt Gabiniũ cũ Clodio in Cice.ſenſiſſe intelligimus,quẽ poſtea reuocatus depoſitis inimicitiis Cice.defendit.fuerat aũt maieſtatis poſtulatus a Lentulo flaminis filio,quẽ poſtea de ambitu in petitione ꝯſulatus reũ fecit P.Sylla.ſed uetus erat Gabinii cũ Cice.inimicitia ob damnatorũ ſupplicia.inter quos Gabinius quõdã fuerat,huius Gabinii ꝓpinquus. Gabinius ille coniurationis cõſcius traditus fuerat Craſſo cuſtodiendus,de quo poſtea cũ cęteris ſuppliciũ ſumptũ eſt. De hac autem inimicitia multis in locis apud Cice, nobis uidere licet. ſed in primis in oratiõe gratiarũ actione,quã ad populũ habuit,ſiue ad Senatũ,ubi ait Luci. Piſo. Tu me auſus iſto oculo, non dicam iſto animo, iſta fronte, nõ ulta,tanto ſupercilio. non enim poſſum dicere tãtis geſtis cum Gabinio aſociare cõſilia peſtis meæ? De reconciliatione uero,ac defenſione multa uidere poſſumus in epiſtola quã ad Lentulũ ſcribit lib.i. ubi Lentulus ex Cice. quęſiſſe uidet̃ quare Vatiniũ defenderit, & laudauerit. Repetũdarũ. Repetũdarũ accuſari dicebant̃,qui uel ꝓuincias,uel ſocios P.R. aliquo modo expilaſſent,unde a repetũdis rebus uel ui,uel dolo ereptis, repetũdarũ,& quod repetũdis poſtulari quiſpiã dicebatur. Qui eũ in conſulatu ſuo.nã hic A. Gabinius,& L. Piſo conſules erant,qui promulgãte legem P.Clodio, Cice. urbe eiecerũt. Repetundarũ accuſatus.

THEOPHILVS.

¶ IDEM P. Vatiniũ Cice. cum Vatinio rediit in gratiã. In hunc Vatiniũ antea dixerat. Cice. accuſatum ambitus a Paulo,uel M. Licinio Craſſo,cuius rei adhuc extat oratio Cice. de quo etiam in epiſtolis ad Atti. deprehenditur,& in ea quã ſupra dixi ad Lẽtulũ,ad Atti. uero ſic ait. Quin etiam Pau. noſter productus teſtis in Sextium cõfirmauit ſe nomen Vatinii delaturũ,ſi M. Luci. cũctaretur, & hũc in Cice. cum Clodio conſpiraſſe opinio eſt,cui deinde reconciliatus patrociniũ ſuũ dedit. Duobus Pu.i.ambitus,& repetundarũ,publica iudicia dicebant̃,q̃ ad rẽpub. ꝑtinent, de quibus lata lex eſt,ut ambitus,repetundarũ,maieſtatis lęſę. Quia ſpe. Sententia non ſolum philoſophica, ſed etiam religioſa. Mutui.quia ſiquis me oderit,ergo illum pari odio proſequor.

ASCENSIVS.

¶ SED hu.i.mãſuetudo huiuſce generis.ſ.in recõciliatione,& exorabilitate,apparuit etiã ꝓcipua in Cice.ſ.Tullio.nãq; ꝓqa, ipſe defendit.ſ.in foro iudiciali, A. Gabiniũ,reũ.i.accuſatũ,repetũdarũ.i.crimine rerũ,& pecuniarũ qbus ꝓuinciã dicebat̃ ſpoliaſſe reſtituendarũ obnoxiũ,qui.ſ.Gabinius,expulerat eũ.ſ. Cice.urbe.ſ.Ro.ſup.in cõſulatu ſuo.i.cũ ipſe Gabinius eſſet conſul. Idẽq;.i.& idẽ.ſ.Cic.tutatus eſt duabus publicis iudiciis Vatiniũ ſemper infeſtũ.i.qui fuerat ſemper infeſtus.ſ. cõtrarius, & uim inferens dignitati ſuæ.ſ.Cic. Tutatus eſt inquam,ut.i.quẽadmodũ ſine ullo crimine leuitatis.i.incõſtantiæ, ita cũ aliqua laude.ſ.humanitatis,& charitatis in rẽpub.qa iniuriæ uincũtur.ſ.ab eo,q eas acceperit,ſpecioſius.i.decẽtius aliquãto, beneficiis.i.uincendo aduerſarium beneficio,q̃ penſantur.i. compenſantur pertinacia odii mutui.i.reponendo odium pro odio.

OLIVERIVS.

¶ CICE. autem factum hoc pulcherrimũ Cice.factũ P. Clodi. Clodii inceſti poſtulatus.
eius inimicus, æmulatione ueluti quadam,imitatus eſt,nã unũ

ex tribus lentulis,a quibus fuerat in ipſa ſalute grauiter oppugnatus,deinde ambitus reū,ſuo patrocinio defendit. Inceſti crimine.ꝙ introiſſet ad matronas bonæ Deæ ſacra celebrātes, quibus uiris intereſſe nō licebat,captus enim amore Pōpeianæ uxo.Cæſ.qui forte eo anno Pōtifex Maximus erat, ſub habitu mulîebri domū Cæſa.ubi ea ſacra fiebant,ingredi auſus eſt, & cognitus a mulieribus, inde turpiter cæſus electus. deinde etiā ſorores tres ſuas uiolauerat. unī in oratione pro domo ait. Qui nō pluris faceret tres ſorores,quam bonam Deam. inueni etiam,qui dicerent,uirginem ueſtalem uiciaſſe. A tribus lentulis.ſ.a Publio,a Lucio,a Caio Lentulo.

ASCENSIVS.

¶ CICERONIS &c. Miro artificio in connectendis exēplis uſus eſſe dicit, factū autē Cice.uiſum eſt.ſ. R.probabile, adeo.i.in tm,ut ne inimiciſſimus quidē illi.ſ.Cic. uidelicet Pub.Pulcher dubitauerit imitari id,qui accuſatus a tribus lentulis.ſ.Lu.Publio, & Caio, crimine inceſti.ſ.cōmiſſi, aut quod uoluerit committere in æde bonæ Deæ in habitu muliebri,cum initiata ſacris bonę Deæ,protexit.ſ.poſtea,ſuo patrocinio.i.ut dicūt aduocatione. Vnum ex his.ſ.tribus Lentulis,reum ambitus.i.criminis affectati regni,aut alterius dominationis malis artibus,atq; induxit in animū.i.ſi agendo animū ſuū ſibi ipſi imperauit agere.l.exhibere ſe lentulo, amicū, & iudicē, & ꝑtorem, & teſtem (tres enim illas pſonas tūc ferebāt) intuens ædem ueſte.i.cū eſſet in cōſpectu ædis, & ita memor eſſet contumeliæ ſibi illic obiectæ,intra quam.ſ.ædem,ille.ſ.lentulus cupiens obruere.i.opprimere fœdo.i.turpi crimine, ſalutem eius.ſ.Publii Clodii Pulchri,pertrauerat,id eſt impetrauerat orando uoce hoſtili,ut.ſ.Clodi.in exilium agatur.

OLIVERIVS.

¶ CANINIVS autem Gallus. Anto.multos in Achaia ſpoliauerat,nactus de exercitu Syllano equitū turmas,deinde Græci,quos ſpoliauerat,traxerūt Antoniū in ius ad M.Luculū ꝑtorē,qui ius inter peregrinos dicebat.egit pro Græcis Gallus. & tū adoleſcentulus. Q.Gallus ſignificari uidet,quē ambitus reū Cice.defendit,hic enim cū eſſet ꝑturæ cādidatus, dederat gladiatoriā ſub titulo patris,qui in ædilitate, quā antea geſſerat, uernas nō habuerat,hæc Aſco.uerū Antō.repetundarū reus a Luculo dānatus eſt,uel ut alii dicūt a Caninio Gallo,qui ei poſtmodū reconciliatus filiā duxit uxorem. M. Coloniū Caninius accuſatus eſt ambitus apud M.Coloniū,ꝙ in præturę petitione cādidatus gladiatoriam populo dediſſet,ut fauorem eius amplecteretur,ſub excuſatione funeris patris, diceret gladiatores illos in funere patris dediſſe,tamen ab illo damnatus eſt, quem deinde acerrimum ſuarū rerū, & dignitatis procuratorem habuit. Reū ad Coloniū. Accuſatorē ad M.C. Antoniū refert.

ASCENSIVS.

¶ CANINIVS autem Gallus egit.i. repreſentauit ſeipſum pariter reum,atq; accuſatorem mirabilem,ducendo,&.i. ſimul in matrimonium filiam Caii Antonii,quem damnauerat,ut accuſaret,& habendo Marcum Colonium,a quo fuerat damnatus,& ita reus,procuratorem rerum ſuarum.

OLIVERIVS.

Cęlii Rufi uitia,& uirtutes

¶ CÆLII quoq; Rufi. ut Cęlius Rufus Q.Pōp.defendit,a ſe Pub.qſtione pſtratū,ꝙ uidelicet reſtiterat P.Sulpi.tri.ple. leges ꝓmulgāti de exulibus reuocādis,de nouis ciuibus,libertiniſq; diſtribuendis,de Mario aduerſus Mithridatē creando duce, & ideo uita ipſius Cælii inquinata dignoſcitur,ſi ꝑtinaciter has ꝑnitioſas leges defendere uoluerit. Alter Cælius bello ciuili ꝑtor ſeditiones in urbe cōcitauit,plebē nouarū tabularū ſpe ſollicitauit,ſed abrogato magiſtratu pulſus urbe, Miloni,qui fugitiuorū exercitū cōtraxerat ſe cōiunxit, & utriq; cū bellū molirentur interfecti ſunt Cice.ad Atti.Nos ꝓuinciæ Cæliū ꝓfecimus puerū inquies, & fortaſſe fatuū, & nō grauē, & nō continentē,fuit autē Cic.qſtor in ꝓuincia, & hic tribu.quoq; ple.fuit ſtudioſiſſimus Milonis,conatuſq; eſt legibus obſiſtere,quas contra Milonem Pōpe.tulerat,unam de cæde,alterā de ambitu.contra uero Q.Pōpeius collega eius Clodio familiariſſimo, omnē ſectam eius ſe palā ſequi ꝓfitebatur. nā dixerat in cōcione paucis poſt diebus q̃ Clodius fuerat occiſus. Milo dedit quē in curia ſepeliatis,dabo,quē in Capitolio ſepeliatis. Cælius ergo publica quęſtione Q.Pōpeiū ꝓſtrauerat,ꝙ tribunatū ſuum ſeditioſe geſſerat,multū in excitādo aduerſus Milonē præſertim,cuius amiciſſimus erat Cælius,ipſius aūt Cælii uitam inquinatam.i.quē parum pudice adoleſcentiā habuiſſe fama fuit,immo uero libidinoſe.nam cum accuſaretur aurū Clodii ſumpſiſſe,forſitā corrupti uenenū Luccio,domin miſerunt accuſatores Cęlio ad ſuſpitionē firmandam libidines obiecerūt,amores, adulteria, inuſitata cōuiuia, cōmeſſationes,cantus,ſymphonias,naulgia.Idē familiā Hiſpei, & huius Qu.Pōpei poſtulauit,ſed tunc probata eſt eius adoleſcentia,cū Q.Pōpeiū.quem publica quęſtione proſtrauerat,defendit cum opprimeretur a Cornelia Gracchorū matre. Vita inquinata. ꝙ multis uoluptatum generibus abuteretur,ut ſupra diximus. Publica quæſtione.nam accuſauit eum,ꝙ ſeditioſum tribunatum geſſiſſet, & populum excitādo aduerſus Milonem,cuius amiciſſimus erat Cælius. Vel publica quæſtione,ꝙ partes Marii defendit aduerſus Quintum Pōpeium, & Syllam Conſ. Proſtrato.ꝙ in ea contentione Quint. Pompeii filius occiſus eſt, & ipſi Conſules uix euadere potuerunt. Mater Cornelia. Per excellentiam dixit, ꝙ uidelicet adoleſcentes illos genuerit excellentis ingenii,mirificæq; naturæ, ſed patriæ ſeditionibus ſuis pernicioſos. hæc autem Quint. Pompeii nutrix fuerat, & illius bonorum procuratrix, nam hic paruulus in tutelam eius datus eſt,poſtea adultus factus, cum ſua bona repoſceret, illa ſe daturam negabat. Prædia.quia fundum ſuum occupabat. Vltimo neceſſitatis. ut etiam ab inimico auxilium petere cogeretur. Factum.uirtus, nec in homine quidem uitioſiſſimo contemnenda eſt.

DE CANINIO GALLO.

Caninius autem Gallus reum pariter, atq; accuſatorem admirabilem egit, & C.Antonii, quem damnauerat, filiam in matrimonium ducendo, & M. Colonium, a quo damnatus fuerat, rerum ſuarum procuratorem habendo.

DE CÆLIO RVFO.

Cælii vero Rufi vt vita inquinata, ita miſericordia, quam Qu. Pompeio præſtitit, probanda; cui a ſe publica quæſtione proſtrato, cum mater Cornelia fidei commiſſa prædia non redderet, atq; iſte auxilium ſuum literis imploraſſet, pertinaciſſime abſenti affuit, Recitauit & eius epiſtolam in iudicio vltimæ neceſſitatis indicem, qua impiam Corneliæ auaritiam ſubuertit: factum propter nimiam, & eximiam humanitatem, ne ſub Cælio quidem autore repudiandum.

ASCENSIVS.

¶ CÆLII &c. Ordo eſt,uero pro ſed, ut, id eſt quemadmodum uita Cælii Rufi, inquinata ſup.fuit,id eſt polluta crimine, ita miſericordia,quam ipſe præſtitit Quinto Pompeio probanda ſupple fuit. Cui.ſcilicet Quinto Pompeio proſtrato.Id eſt ſuperato a ſe publica quæſtione, id eſt inquiſitione,cum Cornelia mater,ſcilicet Gracchorum, non redderet prædia commiſſa,id eſt credita fidei,ſcilicet ſuæ, id eſt quæ acceperat ad uſum pupillorum,atq; lex,id eſt quæ iubet orphanis, & pupillis patrocinari,aut ut alii legunt,atq; iſte,ſcilicet Quint. Pompeius, imploraſſet literis,ſcilicet ad eum miſſis auxilium ſuum, affuit, id eſt auxilio fuit pertinaciſſime abſenti (ergo non dices affuit, id eſt præſens fuit,ſed auxilio fuit.) Et recitauit in iudicio epiſtolam eius,indicem,id eſt indicatricem. Vltimæ neceſſitatis. quæ, ſcilicet epiſtola ſubuertit,id eſt deſtruxit auaritiam Corneliæ impiam,quia uolebat minores patrimonio ſuo fraudare, factum, id eſt quod factum ſup.eſt ne quidem,id eſt non etiam repudiandum ſub Cælio autore.ſ.adhuc ignobili,propter nimiam & eximiam humanitatem ſup.eius uidelicet Cælii.

THEOPHILVS.

¶ QVINTVM Pompeium. Pompei magni F. Mater Cornelia,quæ magno Pompeio uiro ſuperſtes in urbem redijt, & occupata bonorum poſſeſſione,exulem filium nō impartiebatur.

Oliuerius.

OLIVERIVS.

Libidinis impetus

MAGNA cura præcipuoq; ſtudio. De abſtinentia, & continentia dicturus præfatione quadam utitur, ut oſtendat q̃ pernitioſiſſimæ peſtes ad omnem ciuitatis ſtatum euertendũ ſint auaritia, atq; luxuria, quę duabus his uirtutibus, ueluti quibuſdã frenis inhibitæ, hominũ pectoribus dominari non poſſunt. Exempla igitur ponit eorũ, qui in his uirtutibus præſtantiſſimi fuerũt. Quia demum penates. quod de Ro. urbe legitur. nam ut ſæpe diximus nulla unquam reſpu. fuit maior, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior, nec ubi tantus ac tandiu paupertatis, ac parſimoniæ honos habitus ſit, nec in quã ciuitatẽ tã ſera cõmigrauerint luxuria, atq; auaritia, ubi quanto minus rerũ, tãto minus cupiditatis, nuper diuitiæ, auaritia, & abundantes uoluptates deſiderium per luxum, atq; libidinẽ pereũdi perdẽdiq; omnia inuexere.

DE ABSTINENTIA, ET CONTINENTIA. CAP. III.

MAgna cura, præcipuoq; ſtudio referendum eſt, quantopere libidinis, & auaritiæ furori ſimiles impetus, ab illuſtrium virorum pectoribus, conſilio, ac ratione ſummoti ſunt: quia ii demũ penates, ea ciuitas, id regnũ æterno in gradu facile ſteterit, vbi minimũ viriũ veneris, pecuniæq; cupido ſibi vẽdicauerit. Nã quo iſtæ generis humani certiſſimæ peſtes penetrauerint, iniuria dominatur, iſamia flagrat: igr̃ cõtrarios his tam diris vitiis mores cõmemoremus.

DE SCIPIONE.

Quartum & viceſimũ annum agens Scipio, cum in Hiſpania Carthagine oppreſſa, maioris Carthaginis capiendæ ſumpſiſſet auſpicia, multoſq; obſides, quos in ea vrbe Pœni clauſos habuerãt, in ſuam poteſtatem redegiſſet, eximiæ inter eos formæ virginem, ætatis adultæ, & iuuenis, & cælebs, & victor, poſtq̃ comperit illuſtri loco inter Celtiberos natam nobiliſſimoq; gentis eius Indibili deſponſatam, acerſitis parentibus, & ſponſo inuiolatam tradidit, aurum quoq; quod ꝓ redemptione puellæ allatũ erat, ſummæ dotis adiecit. Qua cõtinentia, ac munificentia, Indibilis obligatus, Celtiberorũ animos Romanis applicãdo, meritis eius gratiam debitam retulit.

ASCENSIVS.

¶ MAGNA cura &c. Præfatio eſt in titulũ de abſtinẽtia, & continentia. Ordo autem eſt. Referendum. i. recitandũ, magna cura, & præcipuo ſtudio, quantopere. i. quãta opera, & diligentia, impetus auaritiæ, & libidinis ſimilis furori. i. inſaniæ cuidã, ſummoti ſunt conſilio, ac ratiõe, ab pectoribus uirorum illuſtriũ. Quia ii demũ. i. deniq; penates, ea ciuitas, & id regnũ ſteterit. (Eſt ergo zeugma ab inferiore) facile i. ęterno gradu, ubi. i. in quo, aut in quibus, cupido Veneris .i. libidinis, & pecuniæ, uendicauerit. i. appropriauerit ſibi minimũ. i. minimã partem uirium. Nam quo. i. ad quos penates, ad quam ciuitatem, & ad quod regnum iſtæ certiſſimæ peſtes humani generis. ſ. libido, & auaritia, penetrauerint, ibi iniuria dominatur, infamia flagrat. Igitur commemoremus mores cõtrarios his tam diris uitiis, hoc eſt obſeruationes abſtinentiæ, & continentiæ.

OLIVERIVS.

¶ QVARTVM, & uiceſimũ annũ. Scipio, ut ſupra diximus, quartũ & uiceſimũ natus annũ in Hiſapania dux declaratus, cũ proximam prouinciam tenuit Cartha. nouam munitiſſimã urbẽ, & Punicis opibus refertam ui ęcpit, & militibus diripiendã cõceſſit, erant in ea forte Cartha. ſ. obſides, inter quos, & uirgo pulchritudinis prope admirabilis, ut quocũq; ſe uerteret oĩum in ſe cõuerteret oculos. quæ cũ ad Scip. deducta eſſet ab ea ſtatim Scip. percũctatus patriã, parẽteſq; inter cętera cognouit, deſpõſatã eã principi Celuberorũ adoleſcẽti, cui Luceio nomen erat, extẽplo igitur parẽtibus, ſpõſoq; a domo accitis, cõ interim deperire eũ ſpõſæ amore cognoſceret, ubi primũ uenit, accuratiore eũ ſermone, q̃ parentes alloquitur, Iuuenis inqt, iuuenem appello, quo minor ſit inter nos huius rei uerecũdia, ego cũ ſponſa tua uocata a militibus noſtris ad me deducta eſſet, audirẽq; eam tibi cordi eſſe, & forma faceret fidẽ, qa ipſe ſi frui liceret ludo ætatis, præſertim in lecto, legitimoq; amore, & non reſp. animum noſtrũ occupaſſet, ueniã mihi dari ſponſam uehementius amanti poſſet. uerũ tuo cuius eſt ſponſa amori fauco. fuit ſponſa tua apud me, eadem quæ apud ſoceros tuos parenteſq; ſuos uerecundia ſeruata tibi, ut inuiolatum, & dignũ a me dari tibi donũ poſſet, hãc mercedem unam paciſcor, ut pro eo munere amicus P. R. ſis, & ſi uirum bonũ credis eſſe, qualẽ patrem, patruumq; iam ante hæ gentes norant, ſcias multos noſtri ſimiles in ciuitate Ro. eſſe, neq; ullum in terris populum hodie dici poſſe, qui minus tibi hoſtẽ, tuiſq; eſſe uelis, aut amicũ malis. Adoleſcẽs pudore ſimul, gaudioq; ꝑculſus dextrã Scip. tenens, Deos oẽs inuocare ad gratiã illi ꝓferendã, quę iã ſibi nequaquam ſatis facultatis pro ſuo animo, atq; illius erga ſe eſſet. parẽtes inde cognatiq; uirginis appellati qui qm̃ gratis ſibi redderet uirgo, ad quã redimẽdã ſatis magnũ auri põdus attuliſſent, orare Scip. ut id a ſe donũ acciperet, cęperũt. haud minore eius rei apud ſe gratiã futurã eſſe affirmãtes, q̃ redditæ inuiolatæ foret uirginis, Scip. qm̃ tãtopere peteret, acceptur ũ ſe pollicitus, poni añ pedes iuſſit. uocato q̃ad ſe Luceio, ſuꝑ dotẽ inqt, quã acceptur us a ſocero es, hæc ubi a me dotalia dona accedẽt. aurũq; tollere, ac ſibi iuſſit habere. his lætus donis, & honoribus dimiſſus domũ, ipleuit populũ laudibus, & meritis Scip. ueniſſe Diis ſimillimũ iuuenẽ uincentẽ omnia, tũ, armis, tũ benignitate, atq; beneficiis. Itaq; delectu clietuliũ habito cũ mille trecentis equitibus intra paucos dies ad Scip. rediit. Hęc Li. At A. Gellius ſuper tãta huius rei uirtute neſcio qd ſuſpitionis a Val. Anciate uidet afferri dicit enim ἀπιων græcus hõ, qui πλειστονίκης appellatus eſt, facili atq; alacri tacundia fuit. Is cũ de Alex. regis laudibus ſcriberet, uicti, inquit hoſtis uxorẽ facie inclyta mulierẽ uetuit con ſpectũ ſuũ deduci, ut eam, ne oculis qdẽ ſuis cõtingeret. Lepida igit q̃ſtio agitari poteſt, utrũ uideri cõtinentiorẽ par ſit P. ne Africanũ ſuperiorẽ, q Cartha. ampla ciuitate in Hiſpa. expugnata uirginem tempeſtiuam, forma egregia nobilis uiri Hiſpani filiã, captam, ꝑductãq; ad ſe, patri inuiolatã reddidit, an regem Alexã. qui Darii regis uxorẽ eandem, eiuſdemq; ſororem ꝓho magno captã, quã eſſe audiebat exuberanti forma, uidere noluit, produciq; ad ſe ꝓhibuit. ſed hanc utrãq; declamatiũculã ſuper Alex. & Scip. celebrauerint hi, quibus abũde ingenii & ocii uerborũ eſt, nos ſatis habebimus, quod ex hiſtoria eſt id dicere. Scip. iſtum uero ne, an falſo incertum eſt, fama tum cum eſſet adoleſcens haud ſyncera fuiſſe, & propemodum cõſtitiſſe hoſce uerſus a Cn. Næuio Poeta in eum ſcriptos eſſe. Etiam qui res magnas manu ſæpe geſſit glorioſæ, cuius facta uiua nunc uigent, qui apud gentes ſolus præſtat. Eum ſuus pater cum pallio uno ab amico abduxit. His ergo uerſibus credo adductum Vale. Anciatẽ aduerſus omnes ſcriptores ſic de Scip. moribus ſenſiſſe, & eum puellam illam captiuam non redditam a Scip. atq; in delitiis, amoribuſq; ab eo uſurpatam, Fron. lib. ii. cap. xi. Scip. inquit Afri. in Hiſp. cum inter captiuas eximiæ formæ uirgo nobilis ad eum perducta eſſet, quæ omnium oculos in ſe conuerteret, ſumma cuſtodia habita, ſponſo nomine Luceio reddidit, inſuperq; aurum quod parentes eius redempturi captiuam donum Scip. attulerant, eidem ſponſo pro nuptiali munere dedit, quæ multiplici gratia uniuerſa gens uicta imperio P. R. acceſſit. Obſides. obſides ſunt datæ fidei quædam quaſi pignora, ibi erant totius Hiſpan. collocati obſides Cartha. dati. Eximiæ. excellentis. Ætatis, a. iam matura uiro.

Alexandri continentia

Cælebs. ſine uxore, nam cęlebs dicitur, qui ſine fœmina uiuit. quaſi cæleſtium uitam ducens, a cælo, & βίος ex latino, & grǽco compoſitũ. Victor. non ſine ratione dixit uictor, nam uictoria ſolet inſolentiores, minuſq; continentes reddere uiros.

Celtiberos. P. ſunt Hiſpaniæ a Celte, & Ibero dicti. Celte autem Liuius teſtatur lib. v. tertia pars Galliæ, qui uenientes, ad Ibe

rum fluuium Hiſpaniarum: ibiq; conſidentes, retenta primi no minis parte, & aſſumpta parte fluminis, iuxta quod conſederãt Celtiberi dicti ſunt, quod Luc. lib. iiii. tetigit eum ait, Profugiq; a gente uetuſta Gallorũ celte miſcentes nomen Iberis. Indibiſ li. Nomen adoleſcentis Hiſpani, cui fuerat uirgo deſponſata.

Herod. primo peloponneſus, deinde Danaa, poſtea Achaia di cta fuit, unde Græci Achæi, atq; Achiui, & Danai dicti ſunt, cu ius maxime clarum oppidum Corin. fuit, nunc uulgo dicitur Morea. Cyclades inſulæ ſunt in mari Ægæo, ſic dictę ut uult So li. q; licet ſpaciis longioribus a Delo proiectæ in orbẽ, tamẽ cir ca Delum ſitæ ſint. nam orbe Græci Cyclon dicũt. Seruius aũt

ASCENSIVS.

QVARTVM &c. Ordo eſt. Scipio. ſ. Africanus minor agẽs quartũ & uigeſimum an num cum Cartha ſ. noua op preſſa i Hiſpania ſumpſiſſet au ſpicia. i. felicia initia, Carthagi nis maioris, id eſt ueteris quæ erat ĩ Africa capiendæ, & rede giſſet in ſuam poteſtatem mul tos. ſ. Hiſpanos. Obſides. i. ob fidẽ ſeruandam illic ſedem te nentes quos pœni. i. Cartha. habuerant clauſos in ea urbe. cũ ipſe, & iuuenis, q. a. xxiiii. an nũ, & cælebs i. coniugem nõ habens, & uictor, & ita, cui omnia licerent, poſtquã com perit ſter eos. ſ. obſides, uirgi nem eximiæ formæ, & ætatis adultæ. i. mature uiro, natam illuſtri loco. i. claris natalibus inter Celtiberos, & deſponſa tã Indibili ſ. iuueni ſic dicto, nobiliſſimo eius gentis. ſ. Cel tibericæ, tradidit ſup. eam in uiolatam parentibus, ac ſpon ſo accerſitis, & adiecit ſummę dotis. ſ. puellæ aurum, quod allatum erat. ſ. a parẽtibus pro redẽptione puellæ. Qua conti nentia contra libidinem, & mu nificentia. i. liberalitate, contra auaritiam, Indibilis obligatus. i. deuinctus, retulit gratiam de bitam meritis eius. ſ. Scip. applicando Rom. id eſt trahendo in partes Rom. animos Celtiberorum.

DE M. CATONE.

Verum vt huius viri abſtinentiæ teſtis Hiſpania, ita M. Catonis Epiros, Achaia, Cyclades inſulæ, maritima pars Aſiæ, prouincia Cypros. Vnde cum pecuniæ deportandæ miniſterium ſuſtineret, tam auerſum animum ab omni Venere, q̃ a lucro habuit, in maxima vtriuſq; intẽperãtiæ verſatus materia: nã & regiæ diuitię poteſtate ipſius cõtinebãtur, & ferti liſſimę delitiarũ totius Græciæ vrbes, neceſſaria totius nauigationis diuerticula erãt: atq; id Munatius Rufus, Cypriacæ expeditionis fidus comes, ſcriptis ſuis ſignificat: cuius teſtimoniũ nõ amplector: ꝓprio enim argumẽto laus iſta nititur, quoniã ex eodem naturæ vtero, & continentia nata eſt, & Cato.

DE DRVSO GERMANICO.

Druſum etiam Germanicum eximiam Claudiæ familiæ gloriam, fratrem Tiberii, patriæq; rarum ornamentum, & quod ſuper omnia eſt operum ſuorum pro habitu ætatis magnitudine, Vitrico pariter, ac fratri Auguſto duobus Reip. diuinis oculis, mirifice reſpondentem, conſtitit, vſum veneris intra coniugis charitatem clauſum tenuiſſe.

ſuper tertio Æneid. contra ſen tit, non a rotũditate, ſed a cir cuitu, q; uidelicet lõgo ordine circuiri eas neceſſe ſit, uel pro pter promontoria, uel quia na turale eſt, ut ꝓcitatiora ſint ma ria in uicinitate terrarũ, quod ſi ſic nõ cum. y. Græco, ſed cũ . i. latino ſcribẽdũ eſt cuius cõ poſitum Græci oẽs obſeruant nã p. y. ſcribũt Inter has ſunt breuiores quædã ut Myconæ & Gyarus, aliæ nõnullæ, ad q̃s relegabãtur ſcelerati, unde Iu ue. in prima Satyra. Aude ali quid breuibus gyaris, & carce re dignum, ſi uis eſſe aliquid. Sic & Virg. de his inſulis mẽ tionẽ facit in tertio. Celſa My cone, Gyaroq; reuinxit. Vñ. a qua Cypro. Auerſum. ab horrens, & alienũ. Ab omni Venere. ab oi cupiditate. V triuſq; intẽ. libidinis, & auari tiæ. Nã & regiæ. Oſtẽdit quã tam habuerit materiã, ſi forte in libidinẽ fuiſſet auaritiamq; propenſus. Diuerticula, uiarũ diuortia, loca, ad q̃ de itinere diuertimus. Diuertere. ad di uerſa uertere. Vnde diuerſoriũ locũ, ad quẽ diuertimus ex uia domus hoſpitalis. Argumento. documento probationi. Vte ro. Vterus propriæ prægnantis mulieris dicitur.

OLIVERIVS.

VERVM ut huius uiri abſtinentiæ. De continentia loqui tur M. Catonis Vticenſis, qui Cato minor dictus eſt, & Cic. ſen tentia ſtoicus perfectus, Nam maior cenſor, & orator fuit, un de Cenſorinus dictus eſt. Hoc exemplum in ca. de moderatio ne tractauimus, ubi Ptolemæi prouinciã Catoni demandatã fuiſſe diximus, ut inde Cypriacã pecuniam, quã Ptolemæus grã dem congeſſerat, Romã deportaret, ne tantis opibus rex inci tatus P. R bellũ renouaret. Hanc igitur prouinciam Cato tam in tegro animo, tamq; caſtis manibus exercuit, ut neq; fides, neq; religio, neq; diligẽtia in ea adminiſtratione defuerit, nam inter ipſas omnis generis uoluptatũ materias uerſatus ab omni cupi ditate, manus, oculos, animum ſumma cum laude, & admira tione cohibuit, & uelut aurũ in fornace, ſic eſt Catonis conti nentia in ea adminiſtratione probata, nam inter auri, & argenti cumulos, atq; inter omnis generis delitias uerſari, quas abun de Aſia refert, & ab his rebus, quas mortales primas putant, manus, & animum abſtinentes habere, hoc qui fecerit ꝑſtantiſſi mæ integritatis homo, Deoq; proximus, iudicari poteſt, quas re merito dici poteſt, eã ipſo Catone natam eſſe continentiam.

Epirus Epiros. Epirus autem propriæ firmã terrã ſignificat. eſt autem regio in Europa, & aliquando Moloſſia dicta fuit, ut Iuſt. Affir mare uidet, quãquã Seruı. ſuper. iii. Ænei. non totam Epirũ, ſed partẽ, quã Helenus tenuit Moloſſiam dictam uoluit, quã deinde Chaoniã a fratre Chaone, quem per ignorantiã occidiſſe uene nata ſagitta perhibetur, denominauit, dicente Ver. Morte Neo ptolemi regnorũ reddita ceſſit. Pars Heleno, qui Chaonios co gnomine campos, Chaoniamq; omnẽ Troiano a Chaone di xit. in: Epiro igitur regnarunt omnes Epirotarũ reges, qui Pyr rhi dicti ſunt a Pyrrho Achillis filio ex Deidamia regis Lyco medis filia in Scyro, ſicut Ptolemæi reges Ægypti. Arſacide re ges Parthorũ, Caſ. Roma. Achaia. regio eſt Græciæ, quæ teſte

ASCENSIVS.

VERVM. i. ſed ut. i. quemadmodũ, Hiſpania eſt teſtis abſti nentiæ. ſ. ab illicita uenere. Huius uiri. ſ. Scipionis uiri per matu ritatem, non per ætatem, ita Epirus, Achaia, Cyclades inſulæ, & pars Aſiæ maritima, & Cyprus prouincia ſup. teſte ſunt abſti nentiæ Marci Catonis, unde. i. a quibus locis cum. ſ. M. Cato ſu ſtineret miniſteriũ pecuniæ deportandę, habuit animũ tam auer ſum. i. abhorrentem, & alienum ab omni Venere, quã a lucro uerſatus in maxima materia. i. obiecto utriuſq; intemperantiæ . ſ. tam circa libidinem, quam circa auaritiam. Nam & diuitiæ re giæ Ptolemæi regis Cypri continebantur poteſtate ipſius. ſ. Ca tonis, & urbes fertiliſſimæ delitiarũ totius Græciæ erant diuerti cula neceſſaria totius nauigationis. i. ad quas tanquam ad di uerſoria neceſſario ab incepta nauigatione diuertebat nauem, atq; Munatius Rufus comes, fidus expeditionis Cypriacæ. i. quam Cato in Cypro peregerat, ſignificat id ſcriptis ſuis, cuius teſtimoniũ ego nõ amplector, enim ꝑ q̃a, iſta laus. ſ. Catonis ni tit̃. i. ſuſtentat̃ ꝓprio teſtimonio, qm̃ & cõtinentia nata eſt, & Ca to ſup. natus ẽ, ex eodẽ utero naturæ. i. naturali. q. d. Catonẽ nõ ſolum continentem dicendum, ſed etiam continentiam ipſam.

OLIVERIVS.

DRVSVM etiam Germanicũ. Druſus Germanicus contẽ tus uxore ſua. hic primo cenſum egerat, deinde Germaniæ ciuitates, & trans Rhenum poſitas ciuitates oppugnauit, & tumultus ob eum cenſum in Gallia exortos compuſuit, poſtremo Ceruſeos, item Centrones, Cattoſq;, & alias gentes trans Rhe num ſubegit. Hic igitur Germanicus dictus eſt. Vxor eius Antonia minor fuit M. Antonii triumuiri & Octauiæ ſororis Auguſti filia, qua uiua contentus fuit, ſed ipſa quoq; uiro red didit uicẽ, qui cũ ex fractura æquo ſup crus eius collapſo. xxx. die poſtquam id acciderat, mortuus eſſet, Antonia ætate inte gra, & forma inſigni, cum Liuia ſocru ſua reliquum ſuæ uitæ tẽ pus uidua peregit, quod ſequenti memoratur exemplo. Clau

diæ fa.

DE ANTONIA.

Antonia quoq; fœmina laudibus virilem familiæ ſuæ claritatem ſupergreſſa, amorem mariti ſui egregia fide penſauit: quæ poſt eius exceſſum, forma & ætate florens, cubiculum ſocrus pro coniugio habuit, in eodemq; toro alterius adoleſcentiæ vigor extinctus eſt, alterius viduitatis experientia conſenuit, hoc cubiculũ talibus expimentis ſũmã iponat.

DE CN. MARTIO.

Deinceps his vacemus, quorum animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunquam vacauit. Cn. Martius patritię gẽtis adoleſcẽs, Anci regis clara progenies, cui Corioli Volſcorum oppidũ captũ cognomen adiecit, cũ editis conſpicuæ fortitudinis operibus a Poſthumio Cõminio Cos. accurata oratione apud milites laudatus, omnibus donis militaribus, & agri.c.iugeribus, & decem captiuorum electione, & totidẽ ornatis equis, centenario boum grege, argentoq; quantum ſuſtinere valuiſſet donaretur: nihil ex his, præter vnius captiui ſalutẽ hoſpitis, equumq;, quo in acie vteretur, accipere voluit. Qua tam circũſpecta animi moderatione, neſcias vtrum maiore cum laude præmia meruerit, an reiecerit.

diæ fa. Claudius Nero ex Liuia uxore Tiberiũ genuit: mortuo deinde Claudio, Octauianus Liuiam aluum geſtantẽ duxit uxorem, ubi natus eſt Druſus, & hos duos filios.ſ. Tiberiũ, & Druſum magna charitate nutriuit. Druſus uero iam adultus aduerſus Germanos.P.R. rebellantes auſpiciis Octauiani miſſus, hoſtes celerius, atq; felicius, quã de adoleſcente credi poſſit, debellauit omnemq; prouinciã iam deficientem Roma. reſtituit imperio, unde Germanicus (ut ſupra diximus) appellatus eſt, qui de hoſtibus triũphaturus prolapſo ſuper crus eius, quo uehebatur equo, trigeſimo poſt caſum die, ex cruris fractura periit. Pro ha.ęta. pro qualitatis, & ætatis conditione. Vitrico ſr. re. nihil ab illorũ uirtutibus degenerantẽ. uitrico.ſ. Octaui. Eſt.n. uictricus, q uxorẽ ex altero uiro liberos habentem duxerit, dictus quaſi uicem patris gerens, uel quaſi nouitricus, φ a matre nouus producatur. Eſt igitur uictricus priuignorum ſecũdus pater. Eſt.n. priuignus ex alio patre natus, q̃ſi prius genitus. Nouerca dicitur, quæ liberis noua ſuperinducitur a patre uxor dicta, φ noua ſuperducatur. eſt.n. ſecũda patris uxor. Fratri. Au.ſ. Tibe. nã ab Au. Octa. oẽs imperatores Augu. dicti ſunt, quaſi conſecrati. ſic etiam a Cæſare cæſares. Conſtitit. manifeſtum fuit.

ASCENSIVS.

ꝛ DRVSVM &c. Extollit continẽtiam coniugalem Druſi Germanici cum ſolita ad Tiberium palpatione, dicens, cõſtitit.i. euidens, & manifeſtum fuit etiam Druſum Germanicum eximiã gloriam familiæ Claudiæ & fratrem Tiberii, & rarum.i. ſingulare ornamentũ patriæ.ſ. ſuę Ro. & (quod eſt ſuper omnia) reſpondentẽ mirifice magnitudine operum ſuorum habitu.i. qualitate ætatis.ſ. ſuæ pariter uitrico.i. marito matris uidelicet Octauiano Auguſt. & fratri Augu. Tiberto appoſitorie duobus diuinis oculis reip. conſtitit dico eum tenuiſſe uſum Veneris, clauſum intra charitatem coniugis id eſt non extra matrimonium uſum Veneris.

THEOPHILVS.

ꝛ CLAVDIÆ fa. C. Octauius Liuiam Druſillam matrimonio Tib. Nero. & quidem pręgnantem abduxit. autor Suet. & Diony.

OLIVERIVS.

ꝛ ANTONIA quoq; uxor nobiliſſima Druſi, & filia M. Antonii triumuiri, & Octauię ſororis Au. q̃ deinde Ant. Cleopatrę reginę captus illecebris repudiauit. unde nata ſunt inter Ant. & Augu. bella ciuilia. Socrus.ſ. Liuiæ. Pro coniugio. quia in perpetua uiduitate permãſit. Alterius ſcilicet Druſi. Alterius Ant. Summam finem.

ASCENSIVS.

ꝛ ANTONIA quoq;. Ordo eſt. Antonia quoq;.i. uxor Druſi fœmina.i. cum eſſet fæmina, tamen ſupergreſſa laudibus, ſcilicet continentiæ, uirilem claritatem ſuæ familiæ, ſcilicet paternæ (quia pater eius. M. Ant. triumuir alioqui clarus. libidine, & illecebris Cleopatræ repudiata uxore optima diffamatus eſt) penſauit, id eſt compenſauit, egregia fide, id eſt fidelitate in conſeruanda caſtitate matrimoniali, amorem mariti ſui, ſcilicet Druſi. Quæ florens forma, & ætate poſt exceſſum, ſcilicet ab hac uita.i. mortem eius.ſ. mariti ſui habuit cubiculum ſocrus.i. matris mariti ſuo, pro coniuge, id eſt loco coniugii, aut lecti genialis, quia nouit ad ſecundas tranſire nuptias, & uigor adoleſcentiæ alterius, uidelicet Druſi extinctus eſt in eodem toro, id eſt lecto, ab intorquendo dicto (unde quia elementum demitur, nam torus quaſi torquus aut tortus dici͛ prima corripitur, nec recte per h ſcribitur) & experientia.i. longus uſus uiduitatis, id eſt diuiſionis a marito, & ita ſecubitus, alterius uidelicet Antoniæ, quæ erat uxor eius, conſenuit.i. ad ſenectam peruenit. hoc cubiculũ imponat talibus experimentis.ſ. continẽtię cõiugalis, & uidualis, ſummam.i. finem.

OLIVERIVS.

ꝛ DEINCEPS his uacemus. demus operam ponendi pecuniam pro reponendi, ſcilicet in theſauro. Vacauit. induſſit: intendit, & tunc datiuo cohæret, quando uero ſignificat ceſſat, ablatiuo cũ ab aut a. Cn. Martius patriciæ gẽtis adoleſcens. Hic fuit q poſtea Coriolanus dictus eſt, eo φ opera, & uirtute ſua captum fuerit a Poſthumio conſule oppidum Coriolanum: Nam cum Aulus Poſthumius obſideret oppidum Coriolanũ, & in eo oppugnãdo ſæpius militum uires fruſtra tentaſſet, φ munitiſſimũ eſſe. Cn. Martius deceptis cuſtodibus in oppidũ irruit, ignem in tecta coniecit, multaſq; oppidi ædes incẽdit. quibus correptis, commota ciuitas, cum ad incendium omnes concurrerent, Rom. faciliorem fecerunt expugnationem. Eius igitur uirtute captum eſt oppidum, a quo etiam agnominationem accepit, quia poſt id factum Coriolanus dictus eſt. de quo in.c. de miraculis ſatis diximus, & in ca. de pietate dicturi ſumus. ſed qđ ad eius continentiam pertinet de qua nũc agitur. Cõſul Poſthumius cum uellet more Romano eũ multis militaribus donis pro tanta re geſta donare, nihil, pręter quendam hoſpitem ſuum captiuum, & equum ad uſum militiæ uoluit accipere. Anci Marci, hic originem ducebat ab Anco Martio quarto Ro. rege, fuit igitur tam genere, quam uirtute præclarus. Conſpicuę, claræ, & ſpectatę. Militaribus donis, ut haſta, equo, corona murali, ciuica, & aliis. Grege. Gregem pro armento poſuit, nam gregem de minoribus, armentum dicimus de maioribus animalibus, teſte Seruio, quamuis & alii aliter ſentiunt.

ASCENSIVS.

ꝛ DEINCEPS &c. Quia ſatis de continentia ac libidine ſe locutum ſignificauit, proſequitur alterum mẽbrum tituli p̃miſſi, uidelicet exempla de abſtinentia ab illicitis rebus dicens. Vacemus.i. uscuam aliis rebus operã demus deinceps his.ſ. hominibus, quorum animus nunquam uacauit.i. intentus fuit in aliquo momento uitæ, ponendi.i. reponendi, & accumulandi pecuniam. Caius, aut ut alii habent Cn. Martius adoleſcens gentis patriciæ.i. a patribus conſcriptis ortæ, clara progenies Anci.ſ. Marci regis, cui Corioli (nominatiuus eſt pluratiuus) oppidum Volſcorum, captũ.ſ. ab eo adiecere cognomen (Grãmatici dicerent agnomen, quia ab euentu adiectum) quia Coriolanus inde dictus eſt, cum.i. quando, operibus cõſpicuæ.i. præclare fortitudinis editis.i. expletis a ſe laudatus a Poſthumio Comminio cõſule apud milites oratione accurata.i. diligenti cura habita, aut excogitata, donaretur.ſ. in præmium, omnibus donis militaribus, & centum iugeribus agri, & electione.x. captiuorum.i.x. captiuis quoſcunq; eligeret, & totidem, id eſt etiam.x. equis ornatis id eſt phaleratis, & grege boum, centenario.i. continente centum capita, & argento ſup. tanto quantum ualuiſſet ſuſtinere.i. ſurſum a terra leuatum tenere, nihil uoluit accipere ex his pręter ſalutem unius captiui uidelicet hoſpitis ſui.i. qui cum ante bellum habuerat hoſpitalitatem, & præter equum, quo uteretur.i. uti poſſet in acie.ſ. inſtructa ad pugnam. Qua tam circunſpecta, id eſt ſolerti, & conſpicua moderatione animi, propter quã tam circunſpectam moderationem animi tu neſcias.i. quilibet neſcire poſſit utrum ipſe meruerit maiore cum laude præmia,

DE M. CVRIO.

Marcus autem Curius exactiſſima norma Romanæ frugalitatis, idemq́ fortitudinis perſpectiſſimum ſpecimen, Samnitum legatis agreſti ſe in ſcamno aſſidentem foco, ac ligneo catino cœnãtem (qua les epulas, apparatus indicio eſt) ſpectandum pbuit. ille.n. Samnitum diuitias cõtempſit. Samnites eius paupertatem mirati ſunt: nam cum ad eum magnũ auri pondus publice miſſum attuliſſent, benignis verbis inuitatus, vt eo vti vellet, vultum riſu ſoluit, protinusq́ Superuacuæ, inquit, ne dicam ineptæ legationis miniſtri, narrate Samnitibus, M. Curium malle locupletibus imperare, q̃ ipſum fieri locupletem: atq́ iſtud vt precioſum, ita malo hominum excogitatum, munus refertote. & mementote me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi poſſe. Idem, cũ Italia Pyrrhum regem exegiſſet, nihil omnino ex præda regia, qua exercitum, vrbemq́ ditauerat, attigit: decretis etiam a Senatu ſeptenis iugeribus agri populo, ſibi autẽ quinquaginta, popularis aſſignationis modũ nõ exceſſit: parũ idoneũ Reip. ciuẽ exiſtimãs qui eo quod reliquis tribueretur, cõtentus nõ eſſet.

DE FABRICIO LVCINO.

Idem ſenſit Fabricius Lucinus honoribus, & autoritate omni ciuitate temporibus ſuis maior, cenſu par unicuiq́ pauperrimo: quia Samnitibus, quos vniuerſos in clientelam habebat, decẽ æris, & quinq́ pondo argenti, totidemq́ ſeruos ſibi miſſos, in Samnium remiſit, continentiæ ſuæ beneficio ſine pecunia prædiues, ſine vſu familiæ abunde comitatus: quia locupletem illum faciebat, nõ multa poſſidere, ſed modica deſyderare: ergo domus eius, quẽadmodum ære, & argẽto, & mancipiis Samnitum vacua, ita gloria, ex his contemptis parta, referta fuit.

...m releceerit.i. recuſauerit accipere.

OLIVERIVS.

MARCVS autem curius exactiſſima norma, adeo celebris eſt Q. M. Curii frugalitas, ut nulli ferme obſcura eſſe poſſit, quippe qui Romanæ temperantiæ exactiſſima norma dicatur, hic eſt, qui cum Fabricio Pyrrhum regem Epirotarum, qui pro Tarentinis bellum Rom. intulerat, exegit Italia. Samnites etiam difficillimam prouinciam ſæpius deuicit. nam bellum Samniticum centum ferme annos duraſſe conſtat. Cum igitur ei cõſuli uictoria de Samnitibus obtigiſſet, ad cum legati de impetranda pace uenerut, qui forte illum iuxta focum ſedentem inuenerũt. Admirati tetricam hominis uitam, ad ſuos reuerſi, cum id, quod uiderent retuliſſent. Samnites imperatorem Ro. uel auaritia, uel inopia laborare exiſtimãtes, decreuerũt ingens auri põdus mittere, ſperantes Curium tanto munere captum gratioſiores pacis conditiones ſibi eſſe daturũ. quod præter ſpem, & eorum opinionem euenit. nam cum in eius conſpectum aurum attuliſſent multiſq́ perſuaſionibus illum inuitaſſent, ut acciperet, ſubridens ait, nonne intellexiſtis heſterna cœna me prorſus non indigere pecunia? ite igitur, & renunciate ciuibus ueſtris malle me habentibus aurum imperare, q̃ aurum habere. Ci. in Cat. maiore. Curio ad focum ſedenti magnum auri pondus Samnites cum attuliſſent repudiati ſunt: non enim aurum præclarum ſibi uideri dixit, ſed his, qui haberent aurum imperare.

Perſpectiſſimum. maxime laudabile. Specimen. experimentum, documentum, indicium.

Aſſidentem. ſ. & ut Plu. ait rapis igne toſtis ueſcẽtem. Quales e. ſ. cœnaret. Ille. Samnitũ pulchrum antitheton, quod fit quoties contrariis cõtraria opponuntur, ut Ouid. Frigida pugnabant calidis, humantia ſiccis. Inepte. ſtulte, & incouenienter. Ineptus dicitur, q nulli rei aptus eſt, hoc eſt qui nullam habet rei loci, temporis, & perſonarum conſiderationem. Malo. i. ad malum, ac ſi diceret ad corrũpendum imperatoris animũ. Idem cum Italia. nec minor fuit, quæ ſequitur M. Curii cõtinẽtia, animiq́ magnitudo, qua uſus eſt in uictoria ex Pyrrho rege parta. nam pdam uniuerſam, quæ ingenti potius erat, militibus urbiq́ conceſſit, nec ex ea quicq̃ attingere uoluit, præmia quoq́ uirtutis pro re tanta bene, feliciterq́ geſta cum a ſenatu ſibi, populoq́ decernerẽtur, æquare oĩbus uoluit cum ſibi multo maiora, q̃ populo, darentur, quippe ſeptenis tantum populo, ſibi uero quinquaginta campi iugeribus pro ſua dignitate decretis indignum .n. ciuem, & reip. minime, idoneum eſſe cenſebat, qui plus æquo quicq̃ appeteret, magna profecto uiri continentia. Non ex. non tranſgreſſus eſt.

Curii cõtinentia

ASCENSIVS.

MARCVS autẽ Curius appoſitorie norma exactiſſima. i. ſeueriſſima, quia quæ exacte fiunt, ſeuere fiunt, frugalitatis. i. parſimoniæ, Ro. & idem ſpecimen. i. experimentum, & approbamẽtũ, perſpectiſſimũ. i. euidentiſſimũ, fortitudinis, ſcilicet Romanæ, præbuit ſe ſpectandũ legatis Samnitũ. i. uicinorũ populorũ, contra quos bella gerebat aſſidentẽ in ſcãno agreſti. i. ruſticano, foco. i. ad focũ in culina nõ in cœnatione ſplẽdida, ad cœnantẽ catino. i. uaſculo eſcario (putẽ ſcutellã a nr̃is dici) q̃les epulas ſup. cœnantẽ ſe ſpectãdũ pbuit, apparatus eſt indicio. i. ſatis indicat, quia in agreſti loco, & inculto, uero ſimile eſt agreſtes ſumpſiſſe epulas, unde rapis ueſcentẽ, alii dicũt ab his inuentũ. Ille. n. cõtempſit diuitias Samnitũ, & ſup. Sãnites mirati ſunt paupertatẽ ciuis. Nã cũ attuliſſẽt ad eũ magnũ põdus auri, miſſum publice. i. noĩe publico, ipſe inuitatus. ſ. ab legatis illis uerbis benignis, ut uellet uti eo. ſ. pondere auri ſoluit. i. laxauit, uultũ riſu & inquit ptinus, o miniſtri legationis ſupuacuæ, ne dicã ineptę, narrate Sãnitibus M. Curiũ (A pte de ſe in tertia loquit̃ pſona) malle. i. magis uelle imperare locupletibꝰ. i. diuitibus, q̃ ipſum. i. ſe locupletem fieri, atq́ refertote. ſ. ad eos, a qbꝰ acepiſtis iſtud munus. ſ. tãtũ auri ut pcioſum, ita excogitatũ. i. in uſum hoĩum introductũ, malo. i. ad malũ, & pernitiẽ hominũ & memẽtote, me nec poſſe uinci acie, nec poſſe corrũpi pecunia. Idẽ. ſ. M. Curius cũ exegiſſet. i. cũ dedecore expuliſſet Pyrrhũ regẽ. ſ. Epirotarũ, nihil. i. nõ aliqd nõ attigit omnino aliqd ex pda regia. i. qua regẽ ſpoliauerat, & q̃ ditauerat exercitũ, & urbẽ. ſ. Romã. Et ſeptenis. i. ſingulis ſeptem iugeribus agri decretis populo. ſ. uictori a ſenatu, autẽ pro, ſed, quinquaginta iugeribus agri decretis ſibi a ſenatu, nõ exceſſit modũ aſſignationis popularis. i. nõ accepit ultra ſeptẽ iugera, quot ſinguli de populo acceperãt, exiſtimãs. i. iudicans illum ſup. eſſe ciuẽ idoneum parum reip. qui non eſſet cõtentus eo, quod tribueretur reliquis. ſ. ciuibus.

Perſpectiſſimũ. Vetuſti codices habent perſpicaciſſimum.

OLIVERIVS.

IDEM ſenſit Fabricius. Iulius Higinus in lib. de uita, rebuſq́ illuſtrium uirorũ ſexto, legatos dicit a Samnitibus ad C. Fabricium imperatorem P. R. ueniſſe, & memoratis multis, magniſq́ rebus, quas bene, & beneuole poſt redditã pacem Sãnitibus feciſſet, obtuliſſe dono grandẽ pecuniam, decemq́ ſeruos, & oraſſe, ut acciperet, uterẽturq́ atq́ id facere Samnites dixiſſe, q̃ uiderent multa ad ſplendorem domus, atq́ uictus deſieri, neq́ pro magnitudine, dignitateq́ lautum paratumq́ eſſe. tum Fabricium planas manus ab auribus ad oculos & infra deinceps ad nares, & ad os & gulam deinde porro ad uentrem uſq́ deduxiſſe, & legatis ita reſpõdiſſe. dum illis omnibus membris, quæ attigiſſet obſiſtere, & imperare poſſet, nunq̃ quicq̃ defuturum. præterea pecuniam, cuius nihil ſibi eſſet uſus, ab his, quibus ſciret eam uſui eſſe non accipere. Idem, quod Curius Fabricius Lucinus, qui gloria, pro rebus geſtis omnium ſuo tempore maximus, opibus uero multo infimus. Omni ci. temporibus ſuis maior. Maior omnibus ciuibus, & notanda eſt conſtructio, quæ non eſt per ſuperlatiuum prolata, quamuis ad plures ſui generis ſit facta comparatio. Samnium. regio Italiæ in Calabria. Seruos mi. zeuma ab inferiori. In cli. in patrocinium, nam cliens, & patronus correlatiua ſunt. q̃a nõ eſt cliẽs ſine patrono, ſicut nec filius ſine patre. Sine pecunia, ad id qđ dixit quinq́ pondo argenti

& æris

& æris. Familiæ.ad id quod dixit, totidē ſeruos. Sed modica deſyderare.i.moderata, quæ.ſ. ad liberaliter uiuendū neceſſaria ſunt.animus enim hominis diues, nō archa appellari ſolet,quāuis illa plena ſit.

ASCENSIVS.

FIDEM ſenſit &c. Recitat abſtinentiam Fabricii, ſed quia Māciņei. Oliuerius hoc loco, Calepinus, Neſtor, & plerīq; alii qui hunc locum legerunt taxant Lauren. Vallam quaſi hunc locum non legerit, aut non intellexerit, aut ſaltem oblitus ſit, eo quod id comparatiuum nomē inter plura eiuſdē generis ponitur, ſed nihil id contra Vallā, qui ait partitiue tentum, ut quādo cum genitiuo conſtruitur inter duo duntaxat eaq; eiuſdem generis, ſeu ſpeciei locū haberet. Nā ut inepte dixero ſum ineptior hominum, ita apte, ſum ineptior cæteris hominibus. Et hoc loco maior omni ciue, ſubaudi reliquo, non autem maior omnium ciuiū dixerit. Ordo autem eſt. Fabricius Luſcinus maior ſuis temporibus .i. quibus ipſe uixit, omni ciue .ſ. ſuo, quando princeps erat, aut reliquo, q̄a & ipſe ciuis honoribus, & autoritate. i. quantum ad honorem, & autoritatē, ubi tres ponuntur diuerſi ablatiui, temporibus. qui regitur a participio ens ſubintellecto, in ratione temporis ciue, qui regitur a maiori ratione rei exceſſe, & honoribus, & autoritate, qui ſignificat materiā circa q̄, aut in qua fit exceſſus. par. i. æqualis cenſu, quo ad cenſum, & res poſſeſſas, unicuiq; ſubaudi etiā pauperrimo. (Nā unuſquiſq; cū ſuperlatiuo raro ponitur. uſq; adeo, ut dubitem legēdū ne ſit cuiq;, & cætera.) ſenſit idē quod Curius qui remiſit in Samnium.i.regionem Samnitum, decē pondo.i.libras æris, & quinq; pondo argenti, & totidem ſeruos. dubites an quinq;, an quindecim, ſed malim quinq; intelligere, ut potius ad proximū, q̄ ad utrunq; referatur miſſos. (Ad proximū reſpicit) a Sānitibus, quos uniuerſos .i. omnes ſimul, quaſi uerſos in unum habebat in.i.ad clientelam.i.protectionem, & patrocinium ſuū ens ſup. Prædiues.i.præ cæteris diues beneficio continētiæ ſuę, ſine pecunia (non.n. beatus eſt, qui multa poſſidet, ſed qui in paruis bene ſe habet, & comitatus abunde ſine uſu familiæ, q̄a poſſidere multa non faciebat illum locupletem, ſed deſyderare modica.) Ergo quia paucis cōtentus Sānitum dona reſpuit, domus eius quemadmodum fuit uacua ære, & argento, & mancipiis.i.ſeruis Samnitum, ita fuit referta gloria parta .i. acquiſita, & lucrata ex his contemptis.i.ex contemptu horum.

THEOPHILVS.

SAMNIVM. Samnites, ut Calabriam contingunt, ita tamen ei non contribuuntur. hos etiam Sabellos. & Græci Samnitas dixerunt, ut diximus ex Pli. Stephanoq;.

Contemptis antiqua non habent exemplaria.

OLIVERIVS.

CONSENTANEA repudiatis. Non debet minori laude digna cenſeri Fabricii continētia, in reſpuēdis, ac propemodū deteſtandis Epicureorum dogmatibus, q̄ quæ fuit in contēnēdis Sānitum muneribus. Nā legatus ad Pyrrhū a S.P.Q.R. miſſus, ut ageret cū rege de p̄mutatione, ſeu redēptione captiuorum, audiuit Cyneā philoſophum de uoluptate differētem. qui .ſ. Athenienſem philoſophum, neſcio quem, dicere ſolitum oīa uoluptatis gratia eſſe facienda, nō aliter uocem illam, quamper

Fabricii cōtinētia

niciosum malum deteſtatus eſt, ac talem uiuēdi diſciplinā Athe. & hoſtibus eſt imprecatus. Cōſentanea.conuenientia, congrua ſicut in repudiādis muneribus, ita in reſpuēdis Epicureorū dogmatibus. Illud quoq; non uidetur a propoſito noſtro alienum quod in cenſura egit, ſicut ſupra uidimus. nam Po.Co. Rufinū bis conſulatu, & dictatura functum, cenſor Fabricius a ſenatu mouit ob luxuriæ notam, q̄ decem pondo argenti factitaret non ſolum auaritiam ſemper horruit, ſed auaros quoq; maximo eſt odio proſecutus.

Cyneam philoſophū, qui primum apud Pyrrhum locū obtinebat. Quendam Athe. qui ſine dubio fuit epicurus. Deprecatus. Ecce uotum. eſt autē deprecari ualde p̄cari, malaq; precando depellere. Eſt quoq; deteſtari, execrari, depellere, abhominari, I qua ſignificatione poſuit Catullus cum dicit. Cui ego quaſi eadem totidem mox deprecor illi. Aſſidue. Nam urbs.ſ. Tarentum. Quæ la.ſ. Ro. illa. Tarentum. Hęc. Ro. Poſſumus intelligere hoc dici de urbe Athenarum, quę fuit olim totius Gręciæ imperio potita, & cum deinde in ſeruitutē redacta foret, eam Po.Rom. in libertatem aſſeruit.

DE EODEM FABRICIO.

Conſentanea repudiatis donis Fabricii vota extiterūt, legatus enim ad Pyrrhum profectus, cū apud eum Cyneam Theſſalum narrantem audiſſet, quendam Athenienſem clarum ſapientia, ſuadentem ne quid aliud homines, q̄ voluptatis cauſa facere vellēt: pro monſtro eam vocem accepit, cōtinuoq; Pyrrho, & Samnitibus iſtam ſapientiam deprecatus eſt. Licet Athenę doctrina ſua glorientur, vir tamen prudens Fabricii deteſtationem, q̄ Epicuri maluit præcepta: quod euentus quoq; indicauit. Nam quæ vrbs voluptati plurimum tribuit, imperium maximū amiſit: quæ labore delectata eſt, occupauit: & illa libertatem tueri non valuit, hæc etiam donare potuit.

DE Q. TVBERONE CATELIO.

Curii, & Fabricii Q. Tuberonem cognomine Catelium diſcipulum fuiſſe merito quis exiſtimauerit, cui conſulatum gerenti, cū Aetolorum gens omnis vſus vaſa argentea, magno pondere exquiſita arte fabricata, per legatos miſiſſet: qui ſuperiori tempore gratulandi cauſa ad eum profecti retulerant, fictilia ſe in eius menſa vaſa vidiſſe, monitos ne continentiæ, quaſi paupertati ſuccurrendum putarent, cum ſuis ſarcinis abire iuſſit. Quam bene Aetolicis domeſtica prætulerat, ſi frugalitatis eius exemplum poſterior ætas ſequi voluiſſet. Nunc quo ventum eſt? a ſeruis vix impetrari poteſt, ne eam ſupellectilem faſtidiant, qua vti Cos. non erubuit.

ASCENSIVS.

CONSENTANEA &c. Ordo eſt. Vota.i.oblata Fabri. extiterunt conſentanea.i. conformia, aut cōſona, donis repudiatis .n. p̄ quia ipſe profectus ad Pyrrhum.ſ.regem Epiri, legatus.i.tanq̄ legatus, cum audiſſet Cyneam philoſophum illum Theſſalum.i. in Theſſalia ortum narrantem.i. recitātem apud eum.ſ. Pyr. quēdā Athe. .ſ.Epicurum, clarum ſapientia, ſuadentem, ne hoīes uellent facere quid.i.aliquid aliud, q̄ cauſa uoluptatis, utpote, in qua ſummam boni ponebant, accepit eam uocem pro monſtro. & ita incredibilem, & continuo deprecatus eſt.i.uoto, & precibus addixit Pyr. & Samnitibus iſtam ſapientiam .ſ. ponentis ſummum bonum in uoluptate. decus ſententiæ ſic proſequitur autor. Licet Athenę glorientur doctrina ſua, tamen uir prudens quicunq; is fuerit maluit.i.magis uelit ſup. amplecti, aut ſequi, deteſtationem Fabricii.i.qua Fabricius uoluptatem deteſtatus eſt, q̄ præcepta Epicuri quæ iam dicta ſunt. Ergo de Epicuro prius locutus eſt. Quod.i.quam rem aut quod iudicium, euentus quoq; indicauit. Nam urbs.ſ. Taren. quę plurimum tribuit uoluptati, amiſit maximum imperium, & ſup. ea urbs, uidelicet Roma, quæ delectata eſt labore, occupauit.ſ. maximum imperium. & illa.ſ.prius dicta hoc eſt Tarentina, non ualuit tueri libertatem .ſ.ſuam, hæc.ſ. Ro. aut R. ciuitas, potuit etiam donare.ſ. libertatem ſemel aliis adeptam. Curii &c. Ordo eſt. Quis.i.aliquis exiſtimauerit.i.iudicauerit merito Q. Tuberonē cognomine Catilū, ſeu ut alii ſcribunt Catiliū, fuiſſe diſcipulū, quia imitatorē Curii, & Fab. cui.ſ.Q. Tuberoni gerenti conſulatū, cū gens Æthlorum miſiſſet per legatos uaſa argētea omnis generis magno pondere.

THEOPHILVS.

CINEAM. hic eſt Cineas inter exempla memoriæ celebratus, qui Pyrrhi regis in urbem legatus nomina reddidit Senatui, & equeſtri ordini, poſtero die q̄ aduenerat.

OLIVERIVS.

CVRII & Fabricii Q. Tuberonem, hic conſul bello Macedonico fuit, qui cum prouinciam illam propemodum Ro. ſubegiſſet imperio Ætholorum legati de uictoria gratulari (nam

DE PAVLO ÆMILIO.

At Perſe rege deuicto, Paulus cum Macedonicis opibus ueterem, atq; hæreditariam vrbis noſtræ paupertatem eo vſq; ſatiaſſet, vt illo tempore primũ Po. Ro. tributi præſtãdi onere ſe liberaret, penates ſuos nulla ex parte locupletiores fecit: præclare ſecũ actũ exiſtimans, q ex illa victoria alii pecuniam, ipſe gloriam occupaſſet.

DE Q. FABIO GVRGITE, C. NVMERIO FABIO PICTORE, ET Q. VGOLINO.

Atq; huic animi eius iudicio Q. Fabius Curges, C. Numerius, Fabius pictor, Q. Vgolinus ſe ſubſcripſerunt: qui legati ad Ptolemæum regem miſſi, munera, quæ ab eo priuatim acceperãt, in ærarium quidem prius, q̃ ad ſenatum legationem referrent, detulerunt: ſcilicet de publico miniſterio nihil cuiquam, præter laudem bene adminiſtrati officii, accedere debere iudicantes. Iam illud humanitatis ſenatus, & attentæ maiorum diſciplinę indicium eſt: data enim ſunt legatis, quæ in ærarium repoſuerant, non ſolum patrum C. decreto, ſed etiam populi permiſſu, eaq; legatis Quæſtores prompte vnicuiq; diſtribuerunt. Ita in iiſdem, Ptolemæi liberalitas, legatorum abſtinentia, ſenatus ac populi æquitas debitam probabilis facti portiouem obtinuit.

tunc erant Ætoli Romanis ſocietate cõiuncti) ad eum in caſtra uenerunt, & fictilibus uaſis utentem in menſa uiderunt, q cum in patriam reuerſi ſuis ciuibus retuliſſent, Ætoli nõ hominis continentiam, ſed paupertatem exiſtimantes, argẽtea illi uaſa artificioſe laborata mittẽda cenſuerunt, quibus ꝓ dignitate ſua uteretur, quæ cum obtuliſſent ei ſtatim in patriam cum ſuis uaſis redire iuſſi ſunt. Hic Tubero uir probus reip. amantiſſimus fuit, qui T. Gracchi quo cum ſumma amicitia erat coniunctus, ubi reip. ſuæ pernicioſum ciuẽ eſſe cognouit in ſeditione deſeruit, atq; illius conſilia uehementer improbauit. Diſcipulum fuiſſe. Merito quiſpiam exiſtimare poterit, hunc Curii Fabricii fuiſſe diſcipulum, q eorũ diſciplinam imitatus ſit. Ætolorum. g. Ætoli primo fuerunt Phil. regis Mac. ſocietate coniuncti a quo cum tyrannice nimis haberentur, defecerunt ad Romanos. Ætolia regio contigua Acarnaniæ Phocidiq;, & Locris. hanc autem ab Acarnania Achelous fluuius ſeparat. Omnis uſus. uaſa. ſ. ad omnẽ uſum accõmodata ut aquaria, uinaria, & alterius generis. Exquiſita. artificioſe elaborata. Gratulandi. de uictoria ex hoſtibus parta, quia tunc Romanis erant. amicitia copulati. Fictilia. terrena, a fingendo dicta, unde figuli luti compoſitores, qui terrena uaſa cõponũt. Quo uentum. Damnat ſui tẽporis mores Val. ut oẽs etiam pauperes ambitioſa paupertate uiuant. nam ætatis noſtræ inquit ſerui ſupellectilẽ illã aſpernantur, qua conſules aliquando, & Ro principes contentabantur.

ASCENSIVS.

¶ ET Fabri. exquiſita arte, qui. ſ. legati profecti ad eum tempore ſuperiori. i. prius acto, cauſa gratulandi. ſ. Tuberoni de uictoria parta retulerant. ſ. principibus, a quibus miſſi fuerant, uidiſſe ſe uaſa fictilia in menſa eius. ſ. Q. Tuberonis Iuſſit eos monitos ne putarent ſuccurrendum continentiæ. i. parſimoniæ ultro aſſumptæ cum non deeſſent, quibus uteretur, quaſi paupertati, quia qui continens, non continuo pauper eſt. Nam pauper eſt, qui parum habet, continens qui paucis utitur, ac fruitur. Quã. i. o quantum bene Tubero pretulerat domeſtica. ſ. Inſtituta, aut iudicia Ætolicis, ſi ætas poſterior uoluiſſet ſequi exemplum frugalitatis eius. q. d. optime nunc quo. i. ad quem ſtatum uentum eſt. q. d. ad peſſimũ q paulopoſt cõtigit aſſerente id Iuue. Omne in præcipiti uitium ſtetit. Et nil habet ulterius noſtris quod moribus addat poſteritas &c. unde addit Val. noſter. Vix poteſt impetrari. ſ. nunc a ſeruis, ne faſtidiant. i. ut non ſuperbe contẽnãt eam ſuppellectilem, ſcilicet fictilem, & ligneam, qua conſul, ſcilicet Tubero, & Curius non erubuit uti.

THEOPHILVS.

¶ QVA uti. codices antiqui legunt, q̃ tunc cõſul nõ erubuit.

OLIVERIVS.

Pauli Æmilii cõtinentia

¶ AT Perſe. Fuit Æmi. Pau. cõtinentia ſic literarũ monumentis digna, ut ſine iniuria ꝓtermitti a Val. nullo mõ potuerit, cum. n. deuicto Perſa. Ma. rege, quẽ duxit in triũphum tantamq; ex ea prouincia ꝑdam in patriam reportaſſet, ut repleto ærario tributis pręſtandis modus, ac finis impoſitus fuerit, nihil ex ea uoluit attingere, ut glorioſus magis, q̃ diues ex eo bello rediſſe uideretur. Plu. tamen dicit quoſdam ex ea pręda ſibi retinuiſſe libellos. Hæreditariam. qui ueluti hæreditas quædã P. R. aliquã diu paupertatẽ habuit, iuxta illud T. Liui, q ſupra diximus, nulla nunq̃ reip. fuit maior, nec ſanctior, nec bonis exẽplis ditior, nec in quã ciuitatẽ tam ſero luxuria, & auaritia cõmigrauerint, nec ubi tantus ac diu paupertati, pſimoniæ honos fuerit, ideo q̃to minus rerum, tanto minus cupitatis erat. Eouſq; in tantũ. Tributi, cenſus, & penſionis perſoluẽdæ Cic. in officiis. Omni Macedonũ gaza quæ fuit maxima, potitus eſt Paulus, in ærarium q; tantum uexit, ut unius imperatoris prædam finem attulerit tributorum, at hic in domũ ſuam nihil intulit ꝑter memoriã nois ſempiternã. Præclare ſecũ actũ. pręclare ſibi obtigiſſe, & eſt honeſtus dicendi modus, mecum præclare actũ eſt. i. præclare mihi obtigit. Tributũ

ASCENSIVS.

¶ AT. ideſt ſed Perſe rege. ſ. Macedoniæ deuicto Paulus. ſ. Æmilius Macedonicus, cũ ideſt poſtq̃, ſatiaſſet ueterem atq; hæreditariã paupertatem urbis noſtrę. i. Romæ. opibus Macedonicis, eo uſq;. i. in tantum, ut Po. Ro. liberaret ſe primum illo tempore onere præſtandi tributi. i. pecuniæ per ſingulas tribus in ſtipendium militare, nulla. i. non ulla non fecit penates ſuos. i. proprios lares, ac familiã locupletiores ex ulla parte. exiſtimãs actum pręclare ſecum, q ipſe occupaſſet. i. ante alios accepiſſet ex ulla uictoria gloriam, & ſup. alii pecuniam.

OLIVERIVS.

¶ ATQVE huic animi. Hĩ cũ miſſi eſſent legati ad Ptolemæum regẽ Ægypti, pro pace cũ P. R. iungenda, & eos Ptolemæus liberaliter exceptos regiis muneribus donaſſet, ea primum legati repudiarunt, ſed interiectis quibuſdam diebus ad cœnam inuitatis, aureas illis coronas miſit quas honoris gratia accepere, ſed ſimul atq; Romã uenerunt, priuſquam legationem ſuam in ſenatu referrent, in ærarium munera detulerunt. quæ deinde reddenda legatis, & ſenatus decreuit, & populus permiſit. fuerunt ergo ex ærario quam primum ducta, & ſecundum æquam cuiuſq; portionem diſtributa, hoc modo, & ſenatus pariter & populus cum legatis de cõtinentia certaſſe uidetur. Hac Valerius. Iuſtinus uero lib. xviii. dicit q miſſa a ſenatu in Ægyptum legatione, cũ ingentia ſibi a Ptolemæo rege, miſſa munera ſpreuiſſent, interiectis diebus ad cœnam inuitatis, aureę coronæ miſſæ ſunt, quas illi honoris gratia receptas, poſtera die ſtatius regis impoſuerũt. Priuatim quæ ſua. ſ. eſſent. De publico miniſterio. hoc eſt de legationis officio. Præter laudem ut ſi bene adminiſtrauerint, adminiſtrationis præmium, laus pendatur. Accedere. adiungi. unde acceſſiones augmenta dicuntur. Attentæ. diligentis. nomẽ eſt nõ aduerbiũ. Ita in iiſdem. ſic inquit. Ptolemæus, & legati, & ſenatus, & populus, ſuam ſeruati officii laudem obtinuiſſe uidetur. Liberalitas. precioſa legatis munera dando. Abſtinentia. in ærarium munera deferendo. Æquitas. legatis eadem reſtituendo.

ASCENSIVS.

¶ ATQVE &c. More ſuo connectando dicenda dictis ſubtiliſſimo uinculo, dicit. Atq; Q. Fabius Gurges, Caius Numerius Fabius pictor, & Q. Vgolinus, ſeu Ogolinus ſub ſcripſerunt ſe, ideſt more nomina ſua ſubſcribentium aſtipulati ſunt, & aſſenſum præbuerunt. Nam qui in pactum aliquod conſentiunt, ſolent nõia ſua ſubſcribere, unde tractum eſt, ut ſubſcribere uenuſte dicatur ꝓ aſſentire. Huic iudicio animi eius. ſ. Pauli Æmilii. i. idem ſenſerunt, quod ille. Qui miſſi legati ad Ptolemæum regem. ſ. Ægypti, detulerũt in ærarum, ideſt fiſcum, munera quæ acceperant.

acceperant ab eo priuatim, ideſt nomine priuato .ſ. pro ſe quiſq; non pro republica, & quidem priuſquam referrent ad ſenatum legationem, ideſt priuſquam ſenatui exponerent, quid in legatione egerant. Scilicet ideſt ſcire licet, cur id fecerint, quia iudicantes nihil debere accedere, ideſt aduenire, & addi cuiquam, de publico miniſterio, præter laudem officii bene adminiſtrati.

DE CALPVRNIO PISONE.

Fabiorum & Vgolini continentiæ Calpurnium Piſonem in conſimili genere laudis æmulum fuiſſe res ipſa documento eſt. Cos. graui fugitiuorum bello, a ſe liberata Sicilia, eos, quorum præcipua opera vſus fuerat, imperatorio more donis proſequebatur: inter quos filium ſuum aliquot locis præliatum fortiſſime, titulo trium librarum aureæ coronæ decorauit, præfatus non oportere a magiſtratu e publica pecunia erogari, quod in ipſius domum rediturum eſſet: tantumq; ponderis ſe teſtamento adoleſcenti legaturum promiſit: vt honorem publicæ a duce, pretium priuatim a patre reciperet.

DE CATONE SVPERIORE.

Age ſi quis hoc ſeculo vir illuſtris pellibus hœdinis proſtragulis vtatur, tribuſq; ſeruis comitatus Hiſpaniam regat, & quingentorum aſium ſumptu trãſmarinam prouinciam petat, eodem cibo eodemq; vino, quo nautæ, vti contentus ſit, nonne mirabilis exiſtimetur? atqui iſta patientiſſime ſuperior Cato tolerauit, quia illum grata frugalitatis cõſuetudo, in hoc genere vitæ, cum ſumma dulcedine continebat.

DE CATONE POSTERIORE.

Multũ a priſca continentia ſpatio annorum poſterior Cato diſcedit, vtpote in ciuitate iam diuite, & lauticia gaudente natus: is tamen, cum bellis ciuilibus intereſſet, filium ſecum trahens, duodecim ſeruos habuit, numero plures, q̃ ſuperior, temporum diuerſis moribus, pauciores. Exultat animus maximorum virorum memoriam percurrens.

Iam illud .ſ. quod iam dicet .I. Iudicium humanitatis ſenatus & attentæ .i. diligentis diſciplinæ maiorum. Enim pro quia. Ea ſunt data, ideſt reddita legatis, quæ repoſuerant in ærariũ, ideſt fiſcum, ſeu publicæ pecuniæ repoſitorium. Non ſolum decreto patrum conſcriptorũ, ſed, & ideſt etiam permiſſu populi. Et queſtores, ideſt conquiſitores, & cuſtodes pecuniæ publicę, diſtribuet ideſt diſtribuerunt promptæ, ideſt expedite legatis, unicuiq; ea .ſ. quæ in ęrarium contulerat. Et ita liberalitas Ptolemæi, ſcilicet regis, qui ea dona primum in legatos cõtulerat, abſtinẽtia legatorum, qui ea non ſibi, ſed ęrario data interpretati ſunt, & equitas, ideſt æqua uirtus, & pręmii æſtimatio ſenatus, & populi, qui ea reddenda legatis cenſuerũt, obtinuit in eiſdem, ſcilicet donis, debitam portionem, ideſt partem facti probabilis .i. quia omnium dictorum factum eſt laudabile, & ita probabile.

OLIVERIVS.

FABIORVM, & Vgolini. Calpurnius hic, ut in .c. de diſciplina militari diximus, cũ bello fugitiuo prouinciam Siciliam obtineret, q̃ .lx. ſeruorum milia occupauerant re bene geſta, ac liberata prouincia milites omnes qui operam ſuã in bello reip. ſtrenue nauaſſent, militaribus donis imperatorio more donauit filium, qui multis in locis fortiſſime pugnauerat, & ſuæ uirtutis non obſcura documẽta dederat, munerum omnino fecit expertem, quia diceret non equum eſſe a magiſtratu e publica pecunia quicquam erogari, quod in ſe, aut familię ſuæ uſum rediturum eſſet. uerum ne merita laude uideretur omnino defraudatus, aureæ coronæ trium librarum ponderis titulo decorauit, promittens ſe tantundem auri teſtamento legaturum. Aemulum. imitatorem, & eiuſdem rei ſtudioſum. Erogari. dari, diſtribui. Titulo. non autem corona.

ASCENSIVS.

FABIORVM &c. Ordo eſt. Res ipſa eſt documento .i. ſatis docet, Calpurnium, ſeu Calphurnium (ut alii ſcribunt) Piſonem fuiſſe æmulum, ideſt imitatorem quaſi cum æmulatione, continentiæ Fabiorum .ſ. Gurgitis, & Numerii, & Vgolini, ſeu Ogolini, in conſimili genere laudis. Nam ſup. ens conſul Sicilia liberata .i. poſtquã Sicilia erat liberata a ſe, ideſt a ſua opera, graui bello fugitiuorũ, proſequebatur more imperatorio eos, quorum præcipua opera uſus fuerat, donis .ſ. militaribus. inter quos ſcilicet quorum opera uſus fuerat, aut a ſe donatos decorauit filium ſuum præliatum, ideſt qui præliatus fuerat fortiſſime aliquot locis, titulo .i. ſolo nomine, non re, coronæ aureę trium librarum, præfatus non oportere erogari, ideſt largiri a magiſtratu e pecunia pub. quod redditurum eſſet in domum ipſius. & promiſit ſe legaturum teſtamento adoleſcenti .ſ. filio ſuo tantum ponderis, ideſt treis libras auri, ut ſup. adoleſcẽs, aut filius eius, reciperet honorem publicæ a duce, ideſt patre tanquam a duce, & pręcium priuatim a patre .i. tanquam ab homine priuato.

OLIVERIVS.

AGE ſi quis hoc ſęculo. Cato ſuperior Celtiberos Hiſpaniæ populos robur prouinciæ, aliquot ſecundis præliis fregit, & cum totam prouinciam adminiſtraret, pellibus hœdinis pro tapetis uſus eſt, & tantum trium ſeruorum comitatu contentus cumq; Hiſpaniam ulteriorem peteret uiatico quingentorum aſſium contẽtus, uino, ciboq;, quo nautæ, uti non dubitauit, quæ facile tolerauit, quia in tali continentia uitam exercuerat. nam ut inquit Plu. cum adoleſcens ſtipendia faceret in caſtris quaſi ſemper utebatur aqua, ſed cum fortaſſe uel æſtu, uel ſiti nimia laboraſſet, ad eam ſedandam aceti frequenti hauſtu utebatur, uel ſi quando uires priſtinas deſyderaſſet, uegetandi corporis cauſa leuiuſculi nõ nihil uini delibare cõſueuerat.

Catonis continẽtia

Acetum ſiti leuat

Cum iter faceret ſua ipſe arma, uno ſubſequente miniſtro, ferebat, qui ſecum, quæ uitę neceſſaria forent, comportaret. domi uero tãta frugalitate fuiſſe tradunt, ut hyeme ſola tunica, demptis manicis, indutus eſſet, æſtate uero pene nudus labore cum ſeruis certaret, quibus cum ſedere ſolitus, eodem pane, eodemq; uino ueſcebatur. hanc frugalitatem, & continentiam ex M. Curii uitæ, & cõmemoratione, & fama, quaſi æmulatione quadam induiſſe ferunt, cum iuxta illius uillam ipſe haberet agellũ. Front. Marcum, inquit, Cato. uino eodem, quo remiges contentum fuiſſe tradunt. Sene. ad Luci. epi. lxxxv. M. Cato cenſorius quanto reipu. utilior Sci. fuerit noſti, alter enim cum hoſtibus noſtris bellum, cum moribus geſſit, canterio uehebatur, ut ſecum utilia portaret. o quantum erat ſæculi decus imperatorem triumphalem cẽſorium, & quod ſuper omnia hæc eſt Cato. uno caballo eſſe contentum, & nec toto quidem. partem enim ſarcinæ ab utroq; latere dependentes occupabant. Age ſi quis. hic notat ſine dubio Rom. eius temporis luxuriam, ſi quis, inquit, princeps Rom. his temporibus ea, quæ Cato continentia uteretur, omnibus certe uideretur admirabilis. Stragulis. ſtragula ueſtis uerſicolor, q̃ græci tapita uocant.

ASCENSIVS.

AGE. adhortandi uox. Si quis uir illuſtris hoc ſæculo utatur pellibus hœdinis. ideſt hœdis detractis, quæ aſperæ, & fetidæ ſunt, pro ſtragulis, ideſt ſtramentis nocturnis, & comitatus tribus, ſcilicet duntaxat ſeruis, regat Hiſpaniam, & petat prouinciam tranſmarinam ſumptu quingentorum aſſium & ſit contentus uti eodem cibo, & eodem uino, quo nautæ ſcilicet utantur. nonne exiſtimetur, ideſt iudicetur mirabilis? quaſi dicat maxime. Atqui, ideſt ſed, quomodo, aut attamen. Cato ſuperior, ſcilicet Cenſorinus tolerauit iſta, ſcilicet iam dicta patientiſſime. Quia grata conſuetudo frugalitatis ideſt parſimoniæ, continebat illum in hoc genere uitæ cum ſumma dulcedine.

OLIVERIVS.

MVLTVM a pri. con. Hic poſterior Cato, qui ut ſup. dixi, Vticenſis appellatus eſt ætate ſua frugaliſſimus Rom. fuit. nam affluente Romana ciuitate opibus, atq; luxuria paucis admo

dum ſeruis, utpote ſeptem, contentus fuit, cum cæteri principes ætatis ſuæ ne turba quidem ingenti contẽtari poſſent. Fuit igitur ſuperiore ſeruorum numero paulo incontinentior, temporũ uero cõditione multo frugalior. Lautitia. luxurioſa apparatu rerũ, nã lautitia, mũditia, a lauãdo dicta, & conuiuiũ lautũ dicitur conuiuiũ ſumptuoſum, quia ibi omnia ſunt lauta, & nitida.

ASCENSIVS.

MVLTVM &c. Ordo eſt Cato poſterior, uidelicet Vticẽſis, diſcedit multum a priſca. i. priorum ſęculorum continentia, ſpacio annorum. ſ. ſi ad ſpacium annorum aſpexerimus, utpote natus in ciuitate iam diuite, & gaudente lautitia. i. lauto apparatu cœnarum. Is tamẽ cũ interfuiſſet in bellis ciuilibus, ſcilicet inter Cęſarem, & Pompeium trahẽs ſecum filium, habuit. xii. ſeruos plures numero q̃ ſuperior. ſ. Cato habuerit, pauciores ſup. quam ſuperior, diuerſis moribus temporũ. i. ſi reſpexerimus ad mores temporum utriuſq;, quia frugalior poſſit iudicari, qui tempore poſterioris Catonis. xii. ſeruos habuerit q̃ q̃ tẽpore prioris duntaxat ſex. Exultat &c. Mira ſolertia, nec noua ꝯtinuãdi ſtyli filia. Ordo ẽ Animus ſup. meus percurrẽs memoriã maximorum uirorum, exultat. ſ. præ lætia.

OLIVERIVS.

EXVLTAT aius Scip. Æmi. legatus ad Ariſtonicum, ut conicitur. qui ſub captam a Scip. Numantiam, eo ꝙ eſſet Attali regis nepos, Eumenis filius, Aſiam occupauit, tanquã auitum regnum ſibi iure hæreditario debitum, cum teſtamento regis Attali P.R. prouincia legata libera eſſe deberet. Hunc ut Front. ali traditur in itinere cũ amicis ambulantem accepto pane ueſci ſolitum. Idem & de Ale. rege Macedo. dicitur. Exultat animus, non mediocri lætitia extollitur animus meus, cum in co ſit occupatus, ut tantorum uirorum documenta commemoret. Aemilianus, quia de gẽte Aemilia fuit, & per adoptionem in Scip. familiã tranſlatus. Totidẽ triumphos, uidelicet de Carthagine, & Numantia duabus urbibus euerſis P.R. inimiciſſimis, quibus deletis, ut, inquit Cic. Sci. non ſolum pręſentia, ſed etiam futura bella deleuit. Plures. ſ. ſeptem ſeruis. Manubias. differt inter ſpolia & manubias ut uult A.G. ꝙ ſpolia ſunt corpora rerum, quę capiuntur ex ho-
Manubię ſte, manubiæ uero pecunia ex uẽditione p̃dæ recuperata. Itaq;. reſpõdet tacitę quęſtioni. non. n. inquit Scipio gloria ab exteris gentibus numero ſeruorũ, ſed uictoriarũ multitudine cenſebatur. Continentia uero etiã uniuerſis, de origine Tarentini belli nulla eſt inter autores diſſenſio. nã omnes belli ſuſceptũ eſſe debẽt ob direptã claſſem, uiolatoſq; legatos. de euentu uero diſſentiũt inter ſe Iuſti. & Florus. nã Ro. bis p̃lio uictos affirmat, & ob eam rem miſſa a Carthagi. auxilia fuiſſe Ro. quæ ſenatus cũ gratiarũ actione recuſauit Carthaginienſibuſq; remiſit. deinde Fabri. Lucinium miſſum a ſenatu legatũ, qui cum Pyrrho rege pacẽ cõponeret, ad quã confirmandã, cum Pyrrhus Cyneã legatum Ro. cũ ingentibus donis miſiſſet, quibus ſena. corrumperet, ut quibuſuis cõditionibus pacẽ impetraret, neminẽ inuenit cuius domus muneribus pateret. mira profecto tanti ſena. continentia. Luc. uero florus nõ duobus p̃liis, ſed uno duntaxat, &
Romanorum ꝯtinẽtia non ho. uirtute, ſed nouarũ belluarũ terrore dicit Ro. fuiſſe ſuperatos. quinetiam pugna, ut inquit, tam atrox fuit, ut ferentanæ turmę pręfectus inuectus in regem, turbauerit, coegeritq; proiectis inſignibus p̃lio excedere, in Apulia. deinde melius dimicatũ Cn. Fabricioq; cõſulibus, iam quippe terror belluarũ exoluerat. & C. Minutius quartæ legionis haſtatus, unius proboſcide abſciſa mori poſſe belluas oſtenderat. rurſus in Lucania eodẽ Marte pręſente pugnatũ eſt, nec uero ſolũ armis, & in cãpis, ſed conſiliis quoq;, & domi, & intra urbem cũ rege Pyrrho dimicatũ eſt, quippe poſt primã uictoriã rex callidus intellecta uirtute Ro. ſtatim deſperauit armis, ſeq; ad dolos cõuertit. nã interemptos cremauit, captiuos indulgẽter habuit, & ſine prætio reſtituit. legatos deinde cũ muneribus miſit in urbẽ, ut corrupto ſenatu in amicitiam reciperetur ſed bello, & pace foris, & domi oẽm in patrẽ Romana uirtus tunc ſe ꝓbauit. nec alia magis q̃ Taren. uictoria oſtendit P.R fortitudinẽ ſenatus ſapientiã, ducũ magnanimitatẽ ciuium deniq; continentiam. Eodem mõ Plu. in uita Pyrrhi, duas afſert opiniones, & eorũ qui Ro. bis uictos, & eorũ qui ſemel tãtummodo ſuperatos fuiſſe dicunt. Petulantię. Luxurię atq; laſciuię Tarẽtinę. Cato in oratione, quã habuit, pro ornamẽtis mulierũ, bello Macedonico, patrũ, inquit, noſtrorũ memoria ꝑ legatũ Cyneam Pyrrhus non uirorum modo, ſed etiam mulierum animos donis tentauit nondum lex oppida ad coercendam luxuriam mulierem lata erat, tñ nulla accepit.

DE SCIPIONE ÆMILIANO.

Scipio Aemilianus poſt duos inclytos conſulatus totidemq; ſuæ præcipuæ gloriæ triumphos, ſeptem ſeruis ſequentibus officio legationis functus eſt, & puto Carthaginis, ac Numantiæ ſpoliis comparare plures potuerat, niſi operum ſuorum ad ſe laudem, manubias ad patriam redundare maluiſſet. Itaque cum per ſocios, & exteras gentes iter faceret, non mancipia eius, ſed victoriæ numerabantur: nec quãtum auri, & argenti ſed quantum amplitudinis pondus ſecum ferret, æſtimabatur. Contineẽtia vero etiã vniuerſis plebis animis ſæpenumero cognita eſt, ſed abunde erit ex his duo exempla, longe inter ſe diſtãtium ſeculorum, retuliſſe.

DE PYRRO.

Pyrrhus impetus ſui terrore ſoluto, ac iam Epiroticis armis languentibus, beneuolentiam P.R. mercari, quia virtutem debilitare nequiuerat, cupiens: pene totum regiarum opum apparatũ in vrbem noſtram tranſtulit. Cæterum cum & magni pretii, & varii generis a legatis eius, tam virorum, q̃ fœminarũ apta vſui munera circa domos ferrentur, nulla cuiq̃ dono ianua patuit. Tarentinæq; petulantiæ animoſus magis, q̃ efficax defenſor, haud ſcio maiore cum gloria huius vrbis, armis, q̃ moribus repulſus ſit.

ASCENSIVS.

SCIPIO Aemilianus functus eſt officio legationis poſt duos inclytos conſulatus, & totidẽ triumphos præcipue gloriæ ſuæ, ſeptem ſeruis ſequentibus. Et puto ſup. ꝙ potuerat cõparare. i. cõquirere plures. ſ. ſeruos, q̃ ſeptẽ ſpoliis Carthaginis, & Numantię duarum potentiſſimarum urbium, quas uicit, & ſpoliauit, niſi maluiſſet laudem operum ſuorum redundare. i. applicari ad ſe & manubias. i. portionẽ, quę duci ex p̃da ꝯtingit, redũdare ſup. a patriã. ſ. ſuã, hoc eſt Romã, ſeu Romanũ ærarium. Itaq;. i. & ita cũ faceret iter per ſocios. ſ. Ro. imperii, & gentes exteras. i. nihil ad Romanos pertinentes, nõ enumerabãtur mancipia eius, ſed uictorię, nec æſtimabatur q̃tum auri, & argenti ferret ſecũ, ſed q̃tum pondus amplitudinis. i. extenſionis honoris, & glorię. Continentia &c. p̃ſatio eſt de cõtinentia totius P.R. non ut falſo inſcribitur Pyrrhi. Nam Pyrrhi exemplũ inter externa recitandũ foret, neq; ſequẽs de Mario, aut cinna eſt, ſed de Po. R. illorum tẽpore unde titulos (ut alibi ſæpe) correxi. Ordo eſt. uero ꝓ ſed continẽtia eſt cognita etiã ſæpenumero uniuerſis animis plebis, ſed erit abunde. i. uſq; ad abũdantiã ſatis retuliſſe. i. recitaſſe ex his duo exẽpla ſæculoꝝ deſtinantiũ inter ſe longe. i. quæ cõtigerũt in plebe Ro. ſęculis multũ inter ſe diſtãtibus. Nã prius tp̃e Pyrrhi, poſteri⁹ tp̃e Marii de priore dicit ſic.

THEOPHILVS.

SCIPIO Aemi. ad orbis terrarum componẽda regna miſſus a ſenatu, quo cuiq; ſua diſtribueret. haud plures in miniſterio quinq; ſeruis habuit, & unus obiter e uita migrauit. Afri. ad ſuos domum ſcripſit ut emerent, & ad eũ mancipium mitterent, ꝙ in defuncti locum ſuccederet. hęc ex Poſſidonio, Polybioq;, & Athenęo, Ianus, ubi non conueniunt in numero ſeruorum cum Valerio.

ASCENSIVS.

PYRRVS ſcilicet, rex Epirotarum abs Tarentinis contra Rom. pugnans terrore impetus ſui ſoluto, id eſt poſtquam ſolutus erat, ac armis Epiroticis iam languentibus, quia de uictoria deſperantibus, fractis uidelicet Epirotarum animis cupiens mercari, id eſt mercibus, & donis emere beneuolentiam Pop. Rom. quia nequiuerat debilitare uirtutem, ſcilicet Po. Ro. tranſtulit. i. tranſmittit pene totum apparatum opum regiarũ in urbẽ noſtram,

DE C. MARIO ET L. CINNA.

In illa quoq; procella.quam C.Marius, & L.Cinna Reip.infixerant:abſtinentia Popu.Roma. mirifica conſpecta eſt. Nam cum a ſe proſcriptorũ penates,vulgi manibus diripiendos abiecißent,inueniri potuit nemo,qui ciuili luctu prædam peteret. Vnus enim quiſq; ſe ab his perinde ac ſacris ædibus abſtinuit. Quæ quidem tam miſericors continentia plebis,tacitum crudelium victorum conuitium fuit.

EXTERNA.

DE PERICLE.

Ac ne eiuſdem laudis cõmemorationem externis inuideamus:Pericles Athenienſium princeps, cum tragœdiarum ſcriptorẽ Sophoclem in Prætura collegã haberet,at iis publico officio vna diſtrictus,pueri ingenui prætereuntis formam impẽſioribus verbis laudaſſet:intemperantiã eius increpitans,dixit:Prætoris nõ ſolum manus a pecuniæ lucro,ſed etiam oculos a libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere.

DE SOPHOCLE.

Sophocles autem ætate iam ſenior,cum ab eo quidam quæreret,etiamnum rebus venereis vteretur: Dii meliora inquit. Libenter enim iſtinc tanquam ex aliqua furioſa profugi dominatione.

noſtram,hoc eſt Romam. Cæterum .i. ſed cum munera & magni precii, & uarii generis aptatam tam uſui uirorum, q̃ ſeminarum ferrentur a legatis eius circa domos .ſ. ciuium Ro. nulla ianua patuit euiq; dono (Quod longe aliter Iugur. belli tempore ut Sa. atteſtatur contigit) ꝙ pro & haud ſcio, ideſt dubito utrum ſup. Pyrrhus defenſor petulantiæ Tarentinæ .i. Tarentinorum, qui per petulantiã Ro. in ſe arma excitarãt magis animoſus, q̃ efficax, quia multa auſus nihil effecit, ſit repulſus cum maiore gloria urbis huius .i. noſtræ hoc eſt Romanæ armis, q̃ moribus. q.d. non minus glorioſum eſſe continentia tali eius dona reſpuiſſe, q̃ armis eius uires contudiſſe.

OLIVERIVS.

¶IN illa quoq; procella. Hæc hiſtoria Marii, & Cinnæ ſupra in. c. de prodigiis annotata eſt, & in aliis locis ſeparatim quoque deſcripta, ubi de alterutro ipſorum dicendum fuit. Quod uero ad hunc locum pertinet illud ſatis erit dixiſſe, ꝙ dum Sylla bello Macedonico eſſet occupatus, Marius & Cinna coniunctis exercitibus ad urbem properarunt, & primo Hoſtiam, deinde Ianiculum, poſtremo urbem ipſam cœperunt. & in ciues miſerabili cæde graſſati. Inſuper etiam poteſtatem plebi fecerunt diripiendi bona proſcriptorum. nam multos tyrannicæ proſcripſerãt. uerum tanta fuit Po. Ro. modeſtia, ut nulla, quantumlibet magna, ſpe lucri adduci potuerit, ut quiſq̃ ſe tam nefaria præda coinquinaret. Magna igit᷑ fuit plebis Roma. continentia. Procella. Perturbatione rerũ, & eſt pulchra tranſlatio, qua utitur Cice. ut in illis duntaxat fluctibus concionum, & tribunitiis procellis, nã a percellendo dicta eſt, eo ꝙ omnia percellat .i. peruertat. A ſe ſcilicet Mario, & Cinna. Perinde ac, ideſt tanquam.

ASCENSIVS.

¶IN illa quoq; procella, &c. Affert ſecundum exemplum continentiæ P. R. temporibus C. Marii, & Lucii Cinnæ. qui uoti cõpotes in ciuili bello contra Syllam, inimicorum opes uolentibus diripiendas propoſuerant, ſed non ſunt inuenti, qui uellent. Ordo eſt abſtinentia P. R. conſpecta eſt mirifica, quoq; .i. etiam in illa procella. i. ui perturbationum, qua C. Marius, & Lucius Cinna infixerant reip. Nam cũ ipſi abiecißent penates. i. deos familiares, & quicquid in eorum cuſtodia erat, hoc eſt omnes facultates proſcriptorum. i. perſcriptum ꝑnum morti, ubicunq; reperirentur addictorum a ſe, diripiendos manibus uulgi. i. uilis populi, nemo potuit inueniri, qui peteret prędã ſup. in luctu ciuili. Enim pro quia, unuſquiſq; abſtinuit ſe ab his penatibus & ædibus proſcriptorum perinde ac. i. non aliter, q̃ ab ædibus ſacris. i. templis deorum. Quę quidem continentia plebis tam miſericors (quia moti miſericordia in proſcriptos, abſtinuerunt manus ab eorum bonis) fuit conuitium. i. improperium tacitũ, quia nõ uoce ſed facto loquebatur uictorum crudelium, ſcilicet Marii, & Cinnæ, de quorum uictoria ſæpe habitum eſt.

OLIVERIVS.

¶AC ne eiuſdem laudis cõmemorationẽ. De hoc uiro infra dicetur lib. v. c. ult. ubi de illius animi fortitudine dicendum erit. Lacedæmonii, & Athe. multis ſe inuicem cladibus afflixere, demũ cũ poſt nauale ꝓlium, æquo Marte utrinq; diſceſſum eſſet, Lacedæmonii a̧d Meſſeniorum bellum reuocantur. ſed ne interea ocioſum tẽpus, quo uires repararent Athe. relinquerent, paciſcuntur cũ Thebanis, ut Bœotiorũ imperium quod tempore Perſici belli Athe. occupauerant, his reſtituerent & illi Athe. bella ſuſciperent. tantus furor Spartanorũ, ut duobus bellis impliciti, ſuſcipere tertiũ nõ recuſaret, dũmodo inimicis ſuis hoſtes acquirent. igitur Athe. aduerſus tantã tẽpeſtatem belli, duos duces diligũt, Periclẽ ſpectatę uirtutis uirũ, & Sophoclẽ tragœdiarũ ſcriptorẽ, qui diuerſo exercitu, & Spartanorũ agros uaſtauerũt, & multas Achaię ciuitates Athenienſiũ imperio adiecerunt. fuit autem Pericles princeps Athe. philoſophus inclytus, & orator inſignis, atq; Anaxagoræ diſcipulus, rexitq; remp. Athe. lx. an. mira prudẽtia. cũ igitur collegã haberet in prætura, ut diximus, Sophoclẽ poetã, & is publico intẽtus officio, inſignis pueri formã laudaſſet, intẽperãtiam eius increpitans ait, decere prætorem manus, & oculos habere ab oĩ libidine prorſus amotos. Diſtrictus, Detẽtus.

ASCENSIVS.

¶AC ne &c. Tranſiens, ad externa dicit. Ac ne inuideamus externis. ſ. populis, aut hoibus cõmemorationẽ eiuſdem laudis. ſ. ob cõtinentiã aut abſtinẽtiam, quę ſic ꝓprie differũt, ꝙ cõtinentia eſt eorum quæ intra nos ſunt ne exeãt in opus illicitum, abſtinẽtia eſt retractio mẽbri ab iis, q̃ illicite nobis uſurpemus dico ſup. ꝙ Pericles princeps Athe. cũ haberet Sophoclẽ ſcriptorem tragœdiarũ, longe clariſſimum collegã in prętura ac is. ſ. Sophocles diſtrictus. i. occupatus, una .i. pariter cũ pericle, officio publico. ſ. ad ꝑturã ꝑtinẽte, laudaſſet uerbis impẽſioribus .i. nimis impenſis, & accuratis, formã. i. formoſitatẽ pueri ingenui prętereuntis. i. qui ante oculos eorũ forte tunc ꝑteribat, dixit increpitãs intemperantiã eius. ſ. Sophoclis, nõ ſolũ manus prætoris debere eſſe cõtinẽtes a lucro pecuniæ, ſed ẽt oculos ab aſpectu libidinoſo.

OLIVERIVS.

¶SOPHOCLES autẽ. Hic Athe. fuit poeta tragicus ętate ſua clariſſimus, de quo plures ex noſtris uaria, & magnifica ſcripſerũt. Quẽ Cic. diuinũ poetã lib. i. de diui. uocauit his uerbis. adiungã philoſophis doctiſſimũ hoiem, poetãq; diuinũ Sophoclẽ. Virg. quoq; in Bucoli. alludẽs Auguſto ait, Sola Sophocleo tua carmina digna Cothurno. ab hoc igitur cũ quæreretur, rebus ne uenereis tũc etiã uteretur (erat. n. ętate iã ꝓuectiori) dii meliora, inqt, libenter. n. iſtinc tanq̃ ab aliqua profugi dñatione ꝙ Ci. noſter teſtat᷑ in Catone maiore iiſdẽ ferme uerbis. bene, inqt, Sophocles rñdit eũ ex eo quidã iã affecto ætate quęreret, uteret᷑ ne rebus Veneris, dii meliora, inqt, libẽter uero iſtinc ſicut a dño agreſti, & furioſo ꝓfugi. hanc igit᷑ uocẽ Sophocles quodãmodo deteſtatus eſt, ſunt tamẽ q dicãt Socratẽ fuiſſe, qui hoc dixit. Dii meliora. ſ. dent.

ASCENSIVS.

¶SOPHOCLES autem iam ſenior, ideſt prouectior ætate, cum quidam quæreret ab eo, an uteretur etiamnum. i. an tũc adhuc, unde forte legẽdum ſit, etiam tum, rebus Venereis inquit, Dii meliora, ſupple dent mihi facienda. Enim pro quia ego profugi libenter iſtinc tanquam ab aliqua furioſa dominatione.

THEOPHILVS.

¶SOPHOCLEM. Sophocles ex actica tribu Colono Sophili F. Olympiade. lxxiii. natus annis. xvii. Socratem pręceſſit. is in ſcena quędam nouauit, Apis a ſuauitate carminis appellatus. Alter eiuſdem nominis Ariſtone patre genitus ſuperioris nepos. is aiebat λυττῶντα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγὼν [illegible] furioſum, & agreſtem fugere dominum ætate in ſeniũ urgente. plura Suidas.

OLIVERIVS.

ÆQVE abſtinentis ſenectæ. Xenocrates Calcidonius fuit Agatoris filius, & a primis ferme annis Platonis auditor erat, teſte Laertio tardus ingenio adeo, ut cum illum Plato Ariſtoteli cōpararet, ut tradit Cic. in lib. de oratore, alterum freno, alterū calcaribus indigere diceret, alioquin ſeuero ſemper ac ſerio habitu, & ore ꝑdurabat. I. Academia uixit ut plurimū, ſi quādo ad urbē proficiſcebatur, turba omnis impudicorū eius trāſitū obſeruabat, eius ingetandi gratia. hic tantæ continentiæ fuiſſe tradit᷑, ut Phryne ſuo tēpore nobile ſcortū depoſito cū quibuſdā iuuenibus pignore in ſuum concubitum allecturā, in lectuli partem admiſſa, nullis meretriciis illecebris, nullo libidinis irritamento (cū omnia fruſtra temptaſſet) incredibilē eius cōtinentiam uiolare potuerit, quę cum a iuuenibus uictoriæ præciū poſceretur facete reſpōdit, ſe cū illis de uiro, nō de ſtatua certaſſe. Quidam etiam ferūt a diſcipulis eius Laidem formoſiſſimam meretricē dedita opera intromiſſam, ut illum pertentaret, ſed tantę dicunt fuiſſe cōtinentiæ, ut cū ſe ad libidinem incitari perſenſiſſet, pateretur uiriſia ſecari, & uri. Tāta prętera fides illi data eſt, ut cum in ea urbe nullius iniurati teſtimonium admitteretur, illi ſoli iuſiurandum Athenienſ. remitterēt, ſicut diximus in. c. de maieſtate. Erat adeo frugi, ut cum illi Alex. magnam pecuniæ quātitatem miſiſſet, ſublatis tribus millibus nummorum atticorū ne regia munera ſpernere uideretur, reliquū remitteret, dicēs, illi pluribus opus eſſe, qui plures enutriret. Ad Philippū olim legatus cū cæteris miſſus, cum alios ſciret donis emolitos, & ſæpe cōuiuia celebrare, neutrum ipſe horū fecit, legatis poſtea dicentibus ſecum fruſtra Xenocratē iuiſſe cōperta re ipſum duplici honore honeſtarunt. Succeſſit in academiā Speuſippo, ſcholamq; tenuit. xxv. annis morit᷑ noctu, cū in Sarthaginē forte oſtendiſſet, anno ætatis ſuę. lxxxii.

In peruigi. i. totius noctis uigilia. Nobile ſcortū, famoſa meretrix, nā nobile notū dicimus. Virg. Eſt locus Italiæ medio ſub montibus altis nobilis. Vino grauē. Hoc dicit ad exaggerandā eius continentiā. nā uinū magnū eſt libidinis irritamentū, & quo magis qs uino, & cibo, incaluerit, tāto facilius ſolet in libidinē ſolui. Vñ Terē. Sine cerere, & Baccho friget Venus. Perq̄ facetū. Valde iocoſum. Phryne. Magna uis eſt i ipſo noie Phryne, quaſi emphaſim facit, ꝙ oium pulcherrima foret. Labefecit. Debilitauit conquaſſauit. Quid rex Alexāder Talentis.

Talentū Talentū duplex eſt, atticū, & euboicum. ruſſus atticum duplex eſt, magnum. ſ. & paruū. de magno dixit Liu. in. xxxvi. ab urbe cōdita, magnū talentū atticū lxxx. libras habet, & paulo plus, ſed alibi manifeſte mōſtrauit talentū magnū lxxxiii. libras, & quatuor habere uncias, quod ſi uolumus ad nummos referre Romanos ut Priſcianus ait, ſex millia nummorū Romanorū habet. Talentū uero paruū libras habet ſexaginta: talentū euboicū minus attico fuit, ſed nō ualde. nam teſte Feſto, quatuor milliū nūmum Romanorū fuit.

Academia Academiā. Academia ſine aſpiratione ſcribitur. fuit autē locus nemoroſus ab Athenis mille paſſibus diſtans, ab Academo quodam heroe ſic cognominatus, in quo uilla fuit. deinde Pla. natiuitate nobilis, & cū in eodē loco philoſopharetur, idem Pla. ſtudendi uſu, & frequentia diſcipulorū, ac mox celebritate inſignis fuit in eadē Fauorino teſte, Mithridates Perſarū rex Platonis ſtatuā cū his ſcriptis locauit. Mithridates Rhodobati filius Perſis muſis imaginē dicauit. Sillamonis opus. Ea non me indigere. Cic. tamen lib. v. Tuſ. quæſtionum dicit. Xenocrates, cum uidiſſet legatos triſtiores. xxx. minas accepit &c.

DE XENOCRATE.

Aeq; abſtinentis ſenectę Xenocratem fuiſſe accepimus, cuius opinionis nō parua fides erit narratio, quæ ſequitur. In peruigilio Phryne nobile Athenarum ſcortum, iuxta eum vino grauem accubuit, pignore cum quibuſdā iuuenibus poſito, an temperantiam eius corrumpere poſſet: quam nec tactu, nec ſermone aſpernatus, quo ad voluerat in ſinu ſuo moratam propoſiti irritam dimiſit: factum ſapientia imbuti animi abſtinens. Sed meretriculæ quoq; dictum perquam facetum: deridentibus enim ſe adoleſcentibus quia tam formoſa, tamq; elegās, poti ſenis animum illecebris pellicere non potuiſſet, pactumq; victoriæ precium flagitantibus: De homine ſe cū iis, non de ſtatua pignus poſuiſſe reſpondit. Poteſt ne Xenocratis continentia a quoquam magis vere, magiſq; proprie demonſtrari, q̄ ab ipſa meretricula expreſſa eſt? Phryne pulchritudine ſua, nulla ex parte conſtantiſſimam eius continentiam labefecit. Quid rex Alexander? diuitiis eum quatere potuit? ab illo quoq; ſtatuam equidem æq; fruſtra tentatam putes legatos ad eum cum aliquot talentis miſerat, quos in Academiā perductos, ſolito ſibi, ideſt, modico apparatu, & admodum puulis copiis excepit: poſtero die īterrogātibus, cuinā adnumerari pecuniā vellet? Quid? vos (inqt) heſterna cœna nō intellexiſtis, ea me non indigere? ita Rex Philoſophi amicitiā emere voluit: Philoſophus Regi ſuam vendere noluit.

ASCENSIVS.

ATQVE &c. Ordo eſt. nos accepimus Xenocratem philoſophū Calcedoniū fuiſſe ſenectæ abſtinentis æq;. i. æqualiter, ut Sophocles fuit. cui᷒ opinionis, non parua fides. i. approbatio, erit narratio, quę ſequit᷑. Phyrne (ſunt tamē qui Phyrne ſcribāt.) Nobile ſcortum. i. famoſa meretrix Athenarū recubuit ꝑuigilio. i. totius noctis uigilia iuxta eum, uidelicet Xenocratē grauē uino, pignore poſito, ideſt depoſito cū quibuſdā iuuenibus, an. ſ. Phryne poſſet corrūpere tēperantiā eius, q̄. ſ. meretriculā, Xenocrates nec aſpernatus ē tactu, qa permiſit ſe ab ea tangi, nec ſermone. i. colloquio, dimiſit moratam, ideſt poſtq̄ moram traxerat in ſinu ſuo quoad uoluerat. i. ad ſaturitatem uſq; irritam propoſiti. i. fruſtratā in propoſito, qa ꝓpoſuerat cū eo quāquam ſeniore rē habere, quod qa nō effecit, addit poeta, factū. ſ. Xenocratē eſt ſup. factū abſtinens. i. abſtinentis, animi imbuti ſapientia. Sed dictum meretriculæ ſcilicet Phrynes, eſt ſup. quoq;. i. etiam, perquā. i. ualde facetum. Enim pro quia, adoleſcentibus. ſ. quibus cum depoſuerat, ſe eum corrupturam, deridentibus ſe. ſ. meretriculā, quia ipſa tam formoſa, & tam elegans. i. elegāti cultu, non potuiſſet pellicere illecebris animum ſenis poti. i. ebrii, & reſpondit flagitantibus, id eſt expoſcentibus precium uictoriæ pactum ideſt de quo conuenerant paſciſcendo, ut uictor obtineret, ſepoſuiſſe, ideſt depoſuiſſe pignus cum his ſcilicet adoleſcentibus de homine non de ſtatua, atq; ita innuit Xenocratem ſtatuam eſſe. Vnde autor. Poteſt ne continētia Xenocratis demonſtrari a quoquam uerius, & propius, ideſt argumento ſumpto de re magis propinqua, quia res magis propinqua euidens eſt (Sunt tamen qui propius pro proprius ſcribant a propriæ ſicut apud Iuuenalem. Egregius cœnat, ꝓ magis egregie, quocirca, quia rara ſunt inuentu huiuſmodi comparatiua nominibus in ius finitis, ideo Aldus legit magis uere, magiſq; proprie) quam expreſſa eſt ab ipſa meretricula, quæ ſcilicet ſtatuam eſſe confeſſa eſt? quaſi dicat nequaquam. Nam Phryne ex nulla parte labefecit pulchritudine ſua conſtantiſſimam abſtinentiam, ſcilicet ab illicita uenere eius. ſ. Xenocratis. Videtur autor uocabula confundere, ſed re uera una operatio reſpectu diuerſorum, continentię, & abſtinentiæ dici poteſt. Vnde quia Xenocrates. libidinem ſuam expleuit, continens dicendus fuit, & quia pulchritudinem meretriculæ non attigit, abſtinens fuit. Quid rex Alex. ſ. Macedoniæ omnium potentiſſimus ſup. fecit, aut potuit in eum, an. i. nunquid potuit quatere, ideſt concutere, & mouere a continentiæ, aut abſtinentiæ uirtute, eum ſcilicet Xenocratem, diuitiis, ideſt offerēdo diuitias? Probat, minime. Nam equidem. i. certe tu putes. i. qlibet poſſit putare, ſtatuam tentatam ab illo æque. i. non magis fruſtra. i. ſine uoti conſecutione, q̄ ſup. cū tentauit. (Apertior eſſet ſententia ſi dixiſſet. ab illo quoq; eum æque fruſtra tentatum, ac ſtatuam putes) Rex ſup. miſerat ad eum uidelicet ad Xenocratem legatos cum aliquot talentis. Quos, ſcilicet legatos perductos in academiā. i. in eam partem Athenarū, ubi Plato inſtituit

to inſtituit literarum gymnaſia, cum prius deſertus fuiſſet locus, Xenocrates excepit.i.hoſpitio cepit, dicitur autem quis accipi ꝑ priæ ad menſam, apparatu ſolito ſibi.i.modico, & copiis.i.facultatibus admodum paruulis. Et īquit, die poſtero.i. poſtridie eius diei.ſ.legatis interrogantibus cuinam uellet pecuniam.ſ. quam dono ab Alexan. attulerat annumerari: qa ſignata erat & ita numerabilis: uſi & nſmus dictus, inquit. Quid uos ſup. interrogatis, aut paratis facere: nō intellexiſtis cœna, id eſt ex cœna heſterna.ſ.quā illis appoſuerat, me nō indigere, ea.ſ. pecunia?Ita.i. & ſic rex.ſ.Alex. uoluit emere.ſ.oblata pecunia amicitiam philoſophi.ſ. Xenocratis, & ſup. philoſophus.ſ. iam ſæpe dictus Xenocrates, noluit uendere ſuam.ſ.amicitiam, qa qui dona accipit, ſe, aut ſua, quodammodo uēdit.

DE DIOGENE.

Alexander vero cognomen inuicti aſſecutus, continentiam Diogenis Cynici vincere non potuit: ad quem, cum in ſole ſedentem acceſſiſſet, hortareturq; ut ſiqua ſibi præſtari vellet, indicaret: quemadmodum erat in crepidine collocatus, ſordidæ appellationis, ſed robuſtæ vir præſtātiæ: Mox inquit, de cæteris: interim velim a Sole mihi non obſtes. Quibus verbis illa nimirum inhæſit ſententia, Alexander Diogenem gradu ſuo diuitiis pellere tentat, celerius Darium armis. Idem Syracuſis, cum olera ei lauanti Ariſtippus dixiſſet, ſi Dionyſio adulari velles, iſta non eſſes. Imo inquit, ſi tu iſta eſſe velles, Dionyſio non adulareris.

THEOPHILVS.

¶ PERVIGILIO. Peruigiliū Cereris, & liberi nocturna ſacra dicebantur. hic intellige de Bacchanali. de cuius licentia Liui. in bello Macedonico. De Cerealibus eſſet abſurdum, quippe quæ ſuccubitu celebrari ſolebant, ut indicat Ouid. in amoribus, & in Metamor.

Nobile ſcortum. Phryne tantas opes ex turpi quæſtu congeſſit. ut inſtauraturam ſe Thebarum mœnia ſuo ære polliceretur, dummodo titulum ſic inſcriberent. Alexan. urbē, deleuit. Phryne meretrix inſtaurauit. hiſto. refert Calliſtratus in eo, quem ſcripſit de ſcortis, & Ianus in tributum repetit, explicato Propertii carmine, quod alii non intelligebant. Hæc quæ deletas potuit componere Thebas, Phryne tam multis facta beata uiris.

OLIVERIVS.

¶ ALEXANDER uero cognomen. de continentia Diogenis Cynici dicit, quam Alexan. uincere non potuit. hic Sinopeius fuit, Iteſii Menſarii filius, quem fugiſſe dicuntur, cum pater publice menſam haberet, ac falſo pecuniā ſignaret. Eubolides uero dicit, non patrem, ſed ipſum monetæ falſam ſignationē feciſſe. alii putant eum ſponte patriā reliquiſſe. hic ueniens Athenas Antiſthenem comperit, a quo, cū reſpueretur in diſciplina, (nam ſtatuerat neminem recipere) perſeuerantia illū uicit. palliū primū habuit duplex, ut quidam tradunt, & peram, in qua cibos ferebat, omniq; utebatur loco ad omnia & prandēs, & dormiens, & loquens, cum ſcripſiſſet cuidā, ut ſibi cellam pararet, faciēte id illo tardius, dolium pro domo habuit, æſtate in feruida harena ſe uoluebat, hyeme coopertas niue ſtatuas amplectabatur, parans ſe his modis ad laborū tolerantiam. idē cū uidiſſet puerum concaua manu bibentē, abiecit uile uas, quod habebat dicēs, puer me uilitate ſuperauit, & homini natura abūde ola ſubminiſtrauit. idē cū aliū uidiſſet puerū. ꝑfracto uaſe, pane cōcauo lenticulā ſuſcipiētē, abiecit catinū dicēs oia eſſe deorū, & ſapiētes deorū amicos eſſe. inerat illi teſte Laertio ſuauiſſimus ſermo, atq; in deſpiciēdis aliis promptus. Nā ſcholā Euclidis dicebat eſſe bilē. Plato. auditorū cōſumptionē, Dionyſia certamina, magna miracula ſtultorū oratores eſſe turbæ miniſtros Grāmaticos admirari ſe dicebat, qui Vlyxis mala requirerent, Muſicos mordebat, ꝙ cū lyræ cordas aptarēt, animi icōcinnos mores haberent. Mathematicos carpebat ꝙ ſolē, Lunā, & ſydera intuerēt, ꝗ uero erāt ante pedes nō curarēt, Oratores itidē, ꝙ ſtuderēt iuſta dicere, nō aūt facere, aliaq; ꝗ plura, ꝗ eſſent longū referre. Huic ad ſolem ſedenti cū diceret Alexan. pete qd uis, ait, noli mihi umbram facere. & fama fuit, referēte Laertio, Alexan. dixiſſe, ſe uelle eſſe Dioge. niſi eſſe Alexan. hic deinde cū in ægina nauigaret a Pyratis cōprehenſus quorū princeps fuit Crepalus, & Cretam deductus eſt, ut uenderetur. cū autē interrogaretur quid ſciret agere, dixit ſe ſcire uiris imperare, atq; ad præconem ait, prædica quis nam dominum ſibi uelit emere. ſedere ꝓhibes, inq̄t, nihil refert, nā piſces quomodocūq; iaceant, emunt, & cū uideret Corinthiū quendā ꝓclara effigie, & habitu ingenuo Xenidē noie, inq̄t, huic me uēde, qa dño indiget, cū digito denotās, quo Xenides audito, & īſpecto uiro, libētiſſime emit, & Corinthū adductū filiis ſuis præceptorē dedit, & eū præfecit domui. ille aūt Xenidi dicebat, eū ſibi parere oportere, ꝗuis eſſet ſeruus cū & medico, & gubernatori quamuis ſeruis ſæpius pareat. cuius clariſſima ꝓcepta ita cōprobauit Xenides, ut ſæpe diceret, bonus dæmon domum meam intrauit, at ipſius Xenidis filios, (teſte Eubulo) poſt reliquas diſciplinas docuit equitare, arcus intēdere, fundas rotare, atq; iaculari, in palæſtra cū eis ſe exercebat, gratia tñ roboris cōparandi, & bonæ ualetudinis. tenebant pueri multa ex poetis, & aliis, tñ ex ipſo memoriter omnē illis Dioge. rōnē doctrinæ, ut facile memoriæ tenerent, breuiter collectā īſinuabat. deinde eos miniſtrare docebat, leui contentos cibo, ac uili, & aqua, illos ad cutē tōderi faciebat, deducebatq; incompoſitos, ad uenationem aliquando exercebat. & cum teſte cleomene, neceſſarii illū redimere uoluiſſent, ſeruos appellauit dicens, leones nutrientium non eſſe ſues, ſed illos magis leonum. Senuit apud Xenidē, ut Eubolus retulit, obiitq; an. xc. & a filiis Xenidæ ſepultus fuit. de illius morte uariæ ſunt ſententiæ, illa tñ ꝓbabilior, qđ deſyderio migrādi e uita, ꝯtinēdo ſpiritū, uitā exhalaſſet. Cognomen in Alexan. inuictus dictus eſt, ꝙ a nullo uinci potuerit, ſed oēs ipſe uinceret, & tamen Diogenis continentiam uincere nō potuit. Cynici. eſt cognomen quorundā philoſophorū a canibus acceptum. nam κύων græce. latine canē ſignificat, ꝙ ſicut canes natura mordaces ſunt, ſic eiuſmodi philoſophi in tectandis hoium uitiis mordaces eſſe uideātur. interrogatus Dioge, quare canis diceretur, reſpōdit, qa in eos, qui dant blādior, in eos, qui nō dant latro, malos uero mordeo. quin etiā ferūt in ſepulchro eius erectā fuiſſe colūnā, ſup qua canē e pario lapide ſculpſere. In crepidine. Crepido ꝓrupti ſaxi altitudo, in qua in aprico loco ad ſolē Diogenes conſiderat. Sordidæ. Quia Cynicus .i. Caninus philoſophus diceretur. Quibus uerbis. Sicut Plut. refert in uita Alex. diſcedens Alex. ait, niſi Alexan. eſſem uellem eſſe Dioge. Idem Syra. Ariſtippus in Diony. tyrāni aula. Olera. Herbas domeſticas. Olus enim dicitur qcqd in ortis naſcitur ꝓter arbores. Adulare. ut Priſcia. tradit multa uerba idē ſignificantia in utraq; uoce inueniunt ut populo populas, & populor popularis, & reuerto, tis reuertor, teris, ſic adulo, las, adulor, ris, & tam cum accuſatiuo, ꝗ cū datiuo cōiūgitur. Eſſe. prodere.

Alexan. inuictus

ASCENSIVS.

¶ ALEX. uero.ſ.iam dictus rex Macedo. aſſecutus.ſ. uirtute, & felicitate bellica, cognomen.i. agnomen inuicti, non tam ꝙ a nullo uictus, ꝗ ꝙ inuincibilis uidebatur, non potuit uincere cōtinentiam.ſ.quæ ſe intra limites paupertatis cōtinuit, Diogenis .ſ.philoſophi, Cynici.i.de ſecta Cynicorū ſic dictorū ſm Laertiū, ꝙ Canyno more uiuebant, nā & rabide in uita oblatrabāt, & cenſentes nullum naturale turpe, in propatulo cohibant, ad quem.ſ.Dioge. ſedentē in ſole, & ita apricantē, cū.ſ.Alexan. acceſſiſſet, & hortaretur ſup. eū, ut indicaret, ſiqua.i. aliqua uellet ꝓſtari.i. exhiberi ſtatim ſibi. Ipſe queādmodū erat collocatus in crepidine.i.prærupta ſaxi altitudine iuxta uiā, in qua medici ſedere ſolent unde Iuue. Nulla crepidine uacat / &c. ſunt tamen, qui in dolio uerſatili inuentum dicant iactitantem ſe ea habere manſionem, ꝗ totos dies ſolē haberet incūbentem. Vir appellationis ſordidæ, quia Cynicæ hoc eſt Canynæ, ſed robuſtæ præſtantiæ.i.fortitudinis animi, inquit.i.reſpōdit Alexan. de cæteris ſup. indicabo tibi mox.i.ſtatim, Interim.i.interea.ſ.dū cogitat, qd indicaret, uelim nō obſtes mihi a ſole.i.ꝓripiēdo mihi ſolē. q.d. nihil a te peto, niſi ut nō auferas ſolē, quē dare nō potes. Quibus uerbis illa.ſ.diuulgata ſentētia.ſ.oium mortaliū, ihæſit .ſ.animis eorū, nimirū.i.haud dubie, Alex. tētat pellere diuitiis .i.per diuitias, Diogenem.ſ.philoſophum, gradu ſuo.ſ.cōceptæ paupertatis, & libertatis nulli obnoxiæ, celerius ſup. pellet gradu

ſuo Darium regem Perſarum potentiſſimum, armis. ſ. ſuis Plutar. addidit Alexan. a ſuis reprehēſum, ꝙ cum mordaci illo homine ſe contēnenti loqueretur, illis reſpōdiſſe. Non cōtēptibilis hic cōtemptor eſt. ꝙ ſi Alexan. nō eſſem, Diogenes eſſe uellem. Idē. ſ. Diogenes, cum Ariſtippus Philoſophus in aula Dionyſii tyranni diuerſatus dixiſſet ei. ſ. Diogeni, lauanti olera. i. herbas quibus ueſceretur. Si (o Diogenes) uelles adulare. ſ. inſeruire aſſentando Dionyſio. ſ. tyrāno, aut regi tu nō eſſes. l. comederes, aut manducares iſta (ab edo es) iſta. i. uilia olera, inquit. ſ. reſpondendo, immo. q. d. qđ potius fiat, ſi tu o Ariſtippe uelles eſſe. i. manducare iſta. ſ. quæ cōtemnis olera, nō adulareris Dionyſio. i. tyrāno.

THEOPHILVS.

A SOLE mihi nō obſtas. Extat epiſtola Diogenis ab eo uel a Luciano, uel ab alio certe ſub eius perſona ſcripta ad Phenomanū, quā in latinū uerſam ſubiect. Sedebam in theatro, & libellos glutino reſarciebam, uenit Alexā. Philippi. F. & ad me eatenus acceſſit, ut a ſole obſtaret ego cum papyri ſciſſuras uiſu non aſſequerer, oculos ſuſtuli, p̄ſentē q; agnoui. Tū ille cōpreſſa dextera me nomine appellauit. ad quem ego uere inquam inuictus es adoleſcens cum parem diis habeas poteſtatem, ecce quod aiunt obiectu lunę ſolem laborare, tuo aduentu ipſe effeciſti. Tunc Alexāder, irrides inquit, o Diogenes. Quid loeer inquā, nōne uides inceptū opus a me, tua cauſa intermiſſum, cum non clarius interdiu, q̃ noctu cernam?

amittitur, nec ui tempeſtatum, nec temporum perturbatione mutatur. quia qui prædıti ſunt, ſoli ſunt diuites, ſoli poſſident res fructuoſas, & ſempiternas, ſoliq; (quod improprium eſt diuitiarum) contenti ſunt rebus ſuis. Vſurpatio. conſuetudo, & in bona parte accipitur, qui bene uiuere conſueuit. non timet res aduerſas, impetumq; fortunæ, nihil enim moleſte ferendū eſt, quod noſtra culpa non eſt contractum. Itaq; quorſum. Si diuitiæ ſunt in felicitate ponendæ, qui diuitias habent, felices ſint neceſſe eſt, ſed uidemus diuites multos extrema plerūq; miſeria affici, non igitur diuitiæ felices ſunt. contra uero ſi paupertas miſera foret & pauperes omnes miſeri, ſed uidemus pauperes multos eſſe felices, quippe nulla fortunæ uiolentia premuntur, non igitur paupertas infelix. Multis intus amaritudinibus. Nam ut inquit. Cice. de diuite, te miſeriæ, & ærumnæ premunt, qui te beatum diuitiis, qui te florentem putas, tuæ te libidines torquent, tu dies, noctesq; cruciaris, cui nec ſatis eſt quod eſt, & idipſum quod habes, ne diuturnum futurum ſit times, te conſcientię ſtimulant maleficiorū tuorū, te metus exanimat iudiciorū, & legū, quocūq; aſpexeris, ut furię ſic tuæ tibi occurrunt iniurię, quæ ſuſpirare non ſinunt.

DE PAVPERTATE. CAP. IIII.

DE CORNELIA.

MAxima ornamenta eſſe matronis liberos, apud Pomponiū Rufum collectorū libro ſic inuenimus: Cornelia Gracchorū mater, cū cāpana matrona apud illam hoſpita ornamenta ſua pulcherrima ſeculi illius ei oſtenderet: traxit eam ſermone, quouſq; e ſchola redirent liberi: & hæc, inquit, ornamenta mea ſunt. Omnia nimirum habet, qui nihil concupiſcit: eo quidem certius, q̃ qui cūcta poſſidet: quia dominium rerū collabi ſolet, bonæ mentis vſurpatio nullum triſtioris Fortunæ recipit incurſum. Itaq; quorſum attinet, aut diuitias in prima felicitatis parte, aut paupertatem in vltimo miſeriarum ſtatu ponere? cum & illarum frons hilaris, multis intus amaritudinibus ſit referta: & huius horridior aſpectus, ſolidis, & certis bonis abūdet: quod melius perſonis, q̃ verbis repreſentabitur.

OLIVERIVS.

MAXIMA ornamenta eſſe ma. In hoc. c. paupertatis laudes celebrant, cōmemoratis clariſſimorū uirorū exemplis, q in paupptate cū ſumma dignitate, & gloria uixerunt. oſtēdit autē hanc in honore apud Ro. diu habitā fuiſſe, quod etiā Liui. teſtatur in præfatione. i. li. dec. ab urbe condi. quod exemplū ſupra a nobis eſt ſæpe relatum. probat autē hoc Vale. cum multis aliis, tum Corneliæ Gracchorum matris exemplo, ad quam cum campana quædam matrona Romam profecta diuertiſſet, eiq; multa, & precioſa ad matronarum uſum ornamenta cum ambitione quadam oſtendiſſet, illam Cornelia de induſtria tandiu traxit in ſermone, quoad filii a ſchola redirent quos oſtendens, & hæc, inquit, ſunt ornamenta mea, dignum profecto tanta muliere reſponſum, quæ ut generoſa, ſic in genere, & prole, ſuam rerum magnificentiam, ornamētaq; muliebria, nō in gēmis, & margaritis, non in auro, & argento tanquam luxuriæ fomentis collocauit. Cornelia hæc non minus ob uirtutem filiorum, q̃ ob memoriam Africani patris a P. R. colebatur. cui cū ſtatua decerneretur, inſcriptum eſt. Cor. Grac. matri. multa de hac muliere ſcripta ſunt in uita Grac. Matronis. Secundum iuris conſultos matrona dicitur, & mater familias, ſed matrona diues, quæ non conuenit in manus uiri. mater familias mediocris, quæ in manus uiri cōuenit. nam materfamilias ſecundum quoſdam eſt, quæ in familia uiri per quandam iuris ſolennitatem tranſiuit, at uero matrona, quæ nupſit, dicta quaſi mater nati, uel quia iam mater fieri poteſt, eo ꝙ in matrimonium uenerit.

Collectorum. In quo multa uirorum & mulierum exempla collegerat. Co. T. G. uxor, & ſuperioris Afri. filia mater. T. & .C. Grac. Traxit eam, tandiu produxit in longū quadam orationis ſeric. Omnia ni. laudat frugalitatem eius ætatis. Qui nihil con. qui ſuo contentus eſt, quia, ut ſupra diximus, non arca ſed hominis animus, diues eſt, qui nihil ſibi deeſſet putat, nihil curet amplius, nihil appetat, nihil requirat. Dominia rerū. Diuitiarū, & formæ gloria fluxa, & fragilis, ſola uirtus clara, æterna que habet. q̃ nec eripi, nec ſurripi pōt, nec naufragio, nec icēdio

ASCENSIVS.

MAXIMA ornamēta &c. Locuturus de paupertate, pauciſſimis paraſceuē facit dicēs. Nos inuenimus apud Pom. Rufum. ſup. in lib. collectorum. i. eorū, quæ ex uariis hiſto. collegit, ſicut Vale. hoc opus. liberos, & legitimā prolē, eſſe matronis maxima ornamenta, ſic. i. per ſequētis hiſtoriæ, & dicti narrationem. Cor. mater Grac. ſ. Tiberii & Caii, cum matrona campana. i. illius regionis Italiæ. luxu & diuitiis ſemper abundare ſolitæ, hoſpita. i. hoſpitio ſuſcepta, apud illam. ſ. Corne. oſtenderet ornamenta ſua pulcherrima ſæculi illius, quia poſtea multo maior fuit etiā Romæ opulentia, traxit. i. protraxit, & tenuit eam. ſ. hoſpitam ſuam, ſermone. i. colloquio, quouſq; liberi. i. filii eius redierē e ſchola. ſ. literaria. & inquit, illis oſtenſis, & hæc ſunt ornamenta mea (Q. d. Tu quidem oſtentas mihi ornamenta tua, q ex te non ſunt, & ita ſicut tibi acceſſere, ita facile auferri poterūt, ego uero (licet hactenus tacui) non careo ornamētis ex me genitis. quo nomine Diua Virgo ſyncere gloriari poſſet) de quo dicto dicit Valerius. Nimirum. i. profecto, is omnia habet, qui nihil concupiſcit (ſicut Cornelia, quę non alium petiit ornatum) quidem, id eſt certe, certius. ſ. omnia poſſidet, qui nihil concupiſcit, q̃ qui poſſidet cuncta. eo, id eſt propterea quia dominium rerum ſolet collabi, id eſt in ruinam tendere, uſurpatio. i. p uſum continuum aſſuefatio bonæ mentis, id eſt animæ, aut uoluntatis, nullum. i. non ullum, non recipit. i. non admittit ullū incurſum fortunæ triſtioris. i. aduerſæ fortunæ. Itaq; quorſum, id eſt in quā partē uerſus, attinet ponere, id eſt cōſtituere, aut diuitias in prima parte felicitatis, aut paupertatem in ultimo ſtatu miſeriarum? cum & frons illarum, ſcilicet diuitiarum, id eſt aſpectus exterior, hilaris, id eſt lætus, ſit referta intus multis amaritudinibus, quia diuitiæ cum labore pariuntur, cum anxietate cuſtodiuntur, & cum mœrore amittuntur, aut dimittuntur, multiſq; perniciem peperere. Et aſpectus huius. ſ. paupertatis horridior, id eſt incultior, & aſperior, abundet bonis ſolidis. i. integris, & certis, id eſt non amiſſibilibus (quia diuitiis multi, paupertati inſidiatur nemo, niſi forte humani generis hoſtis, aut pietas indiſcreta, quæ ſæpe, dum ex paupere præſertim religioſo diuitem facit, ex bono etiam per ſæpe malum facit. Paupertatis autē bona illis præſertim ſæculis adhuc paucis erāt nota. Vñ Lucanus

de ea. Et munera nondum intellecta deum &c.) quod, ideſt quę res, ſcilicet paupertatem abundare bonis, repreſentabitur Locu lis, id eſt memoriæ hominum, melius perſonis, q̃ uerbis.

OLIVERIUS.

REGIO imperio propter. Hunc poſt reges exactos cum Iunio Bruto primum conſulem in urbe Roma fuiſſe diximus in cap. de moderatione, quam uis igitur cæteris dignitate præſtaret, ut Primus crearetur conſulſe. Et ipſi Faſtorum li bri, in quibus magiſtratus, & omnia geſta fuerant deſcripta initium habuerunt, tamen eo uſq; pauper uixit, ut mortuo funeri ſumptus defuerit, ideo que publica pecunia ductæ ſunt. Superbia. qua in patres, alioſq; ciues in Lucretiam per filium uſus fuerat. Auſpicatus eſt, Auſpitio con ſecutus, quia n h l apud maiores publice, neq; priuatim niſi prius captatis auſpiciis gere batur. Acceptiſſimos. Quia cũ ſumma uirtute geſſit. Faſtorum columen. Quaſi ornamẽtũ, eo quod primus ipſe cõſul fuerit, in cuius cõſulatu faſti ſunt ſcripti, id eſt magiſtratus annui. ſunt enim Faſti libri in qbus Ro. omnes magiſtratus, & ãnua geſta deſcribebãt. Lectus funebris. quo effertur cadauer ad ſepulchrũ, Liuius ita refert P. Valerius omniũ cõſenſu princeps belli, paciſq; autor. anno poſt Agrippa Menenio P. Pôſthumio conſulibus moritur, gloria ingenti, copiis familiaribus adeo exiguis, ut funeri ſumptus deeſſet, de publico eſt elatus, luxerunt matronæ, ut Brutum.

Faſtorũ libri unũ initiũ ha buerint.

DE VALERIO PVBLICOLA.

Regio imperio propter nimiam Tarquini ſuperbiam finito, conſulatus initium Valerius Publicola cum Iunio Bruto auſpicatus eſt. Idemq; poſtea tres conſulatus acceptiſſimos Po. Ro. geſſit: & plurimorum, ac maximorum operum prætextu, titulum imaginum ſuarum amplificauit: cum interim faſtorum illud columen, patrimonio ne ad exequiarum quidem impenſam ſufficiente deceſſit; ideoq; publica pecunia ductæ ſunt: non attinet vlteriore diſputatione tanti viri paupertatem ſcrutari. Abunde enim patet, quid viuus poſſederit, cui mortuo lectus funebris, & rogus defuit.

DE MENENIO AGRIPPA.

Quantæ amplitudinis M. Menenium Agrippam fuiſſe arbitremur, quem Senatus, & Plebs pacis inter ſe faciendæ autorem elegit? quantæ ſcilicet eſſe debuit arbiter publicæ ſalutis. Hic niſi a populo collatis in capita Sextantibus funeratus eſſet, ita pecuniæ inops deceſſit, vt ſepulturæ honore caruiſſet: verum idcirco pernicioſa, ſeditione diuidua ciuitas, manibus Agrippæ in vnum contrahi voluit: quia eas pauperes quidem, ſed ſanctas animaduerterat: cuius vt ſuperſtitiis nullum fuit, quod in cenſum deferretur, ita extincti, hodie quod ampliſſimum eſt patrimonium, Romana Concordia.

ASCENSIUS.

REGIO &c. Ordo eſt. Vale. Publicola auſpicatus eſt, id eſt auſpicato, & proinde ac feliciter introduxit, cum Iunio Bruto initium conſulatus, & hoc, imperio regio finito, id eſt terminato, & in nihilum redacto propter nimiam ſuperbiam Tarquini, ſcilicet ſupbi, & idem, ſcilicet Publicola geſſit poſtea tres conſulatus acceptiſſimos, quia utiliſſimos reipubli. & amplificauit titulum imaginum ſuarum, id eſt quæ aut in ſtemmate, aut in ſtatuis. aut in picturis ipſi deinde ponendæ erant, prætextu, id eſt inſculptione, aut ratione plurimorum, & maximorũ operum. ſ. a ſe editorum, cum interim. ſ. dum talia faceret, illud columen, id eſt præcipuum, & ſummum decus Faſtorum, quia in Faſtis, ubi nomina conſulum, & quæ ſub eis geſta erant, ſcribebantur primum locum obtinebat. deceſſit, ſcilicet ab hac uita, patrimonio, id eſt omni ſubſtantia (nam ſi patrimonium acceperis pro eo, quod a patre acceperit, poſſit ditiſſimo effecto minimum eſſe. Non enim patrimonium, ſed peculium, aut quãuis aliam poſſeſſionem lucro acceſſorio augemus) nequidem, id eſt non ſaltem ſufficienti ad impenſam, id eſt ſumptum exequiarum, id eſt expiementi officii funebris. ideoq; exequiæ ſupple ductæ ſunt pecunia publica. Non attinet, id eſt nihil facit ad rem, ſcrutari paupertatem tanti uiri diſputatione ulteriore. Patet enim abunde, quid ipſe uiuus poſſederit, cui mortuo lectus funebris, quo effertur cadauer, & rogus, id eſt pyra extructa ad comburendum cadauer, defuit, ſcilicet quantum ad propriam facultatem, licet quantum ad publicam non defuerit.

OLIVERIUS.

QVANTÆ amplitudinis M. Menenium. Plebs propter nexos ob æs alienum in ſacrum montem ſeceſſerat. Nam magno natu quidam nexus diu in ergaſtulis a fœneratoribus habitus, cum maiorum ſuorum inſignibus in forum ſe proripuerat, cuius ueſtis erat ſqualore obſita, fœdior corporis habitus, pallore, ac macie perenni, ad hoc prolixa barba, & capilli efferauerant ſpeciem oris, noſcitabatur tamen in tantam deformitatem, & ordinem ſe duxiſſe aiebat, aliaq; militiæ decora uulgo iactabat, ſciſcitantibus unde ille habitus, unde deformitas eſſet, cum propter longam militiam, temporumq; calamitatem, & tributa imperata, æs grandæ cõs feciſſet, ductum ſe creditore non in ſeruitium, ſed in Ergaſtulum, & carnificinam diſcebat, deinde oſtentare tergum fœdum recentibus ueſtigiis uerberum. inde orta ſeditione grauiſſima plebs a patribus in ſacrum montem ſeceſſit. ad quam reconcilian dam miſſus eſt hic M. Menenius Agrippa, uir facundus, plebiq; gratus, q inde oriundus eſſet, qui fabula Æſopi ducas hominum mentes flexiſſe, & plebem patribus reconciliaſſe dicitur. hic ergo Agrippa ſeditionis inteſtinæ gratiſſimus diſceptator, & domeſticæ pacis inter plebem & patres digniſſimus autor, in ea paupertate uixit, ut funeris honos ei fuerit defuturus, niſi populus itidem ut Val. collatis in capita ſextantibus, honorem ſepulturæ cumulatiſſime reddidiſſet. Neq; enim poteſt dignitatibus obſtare paupertas, quinimmo felix, & honoratus erit ſẽper uirtute præditus pauper. ut Val. & Menenius, ut alii cõplures fuiſſe cognoſcuntur. Felix pauper.

Honore, ſup. quia ut diximus, Menenius in tanta paupertate deceſſit, ut eum Pop. Roma. collatis quadrantibus, uel (ut alii dicunt) in capita ſextantibus ſepeliret, & ei ſepul. locum publice daret. Diony. Agrippa Menenius inquit, cum ſumma patrum, & plebis æmulatione ſepultus, plebe collatis inter ſe ſextantibus de ſuo efferente, ſenatu deprompta ex ærario pecunia publice funerandum cenſente, quam plebs offerentibus ultro quæſtoribus accipere non eſt digna, ſed eam Agrippæ filiis eorum miſerans inopiam largita eſt. Sextantibus. ſextantem. vi. pars aſſis, id eſt libræ.

ASCENSIUS.

QVANTÆ amplitudinis arbitremur, id eſt arbitrari debeamus Marcum Menenium Agrippam, quaſi dicat maxime, utpote quem ſenatus, & plebs, ſcilicet Roma. elegit autorem pacis, id eſt concordiæ faciendæ inter ſe. Scilicet quantæ amplitudinis debuit eſſe arbiter, id eſt arbitrarius interps, & cõciliator publicæ ſalutis, quia concordia res paruæ creſcunt, & magnæ conſeruantur. hic id eſt huiuſmodi uir, aut hic Menenius cum eſſet talis, ita inops pecuniæ deceſſit, ut niſi funeratus eſſet ſextantibus, id eſt duabus unciis æris collatis a populo in capita, ſcilicet ſingula, caruiſſet honore ſepulturæ. Ciuitas, ſcilicet Romana, diuidua, id eſt diuiſa ſeditione pernicioſa, ideſt reipub. uoluit contrahi in unum, id eſt ad concordiam reduci manibus Agrippæ, ſcilicet Menenii, idcirco quia animaduerterat eas, ſcilicet manus eius pauperes quidem, ſed ſanctas. i. impollutas rapinis. Cuius, ſcilicet Agrippæ, ut nullum patrimonium fuit ſuperſtitis. i. dum uiueret, q deferretur in cenſum. ſ. q ſcriberetur dum cenſus fieret, ita extincti. i. mortui eſt patrimonium, quod eſt hodie ampliſſimum, concordia Romana. i. quicquid per cõcordiam Romanam, quam ille conciliauit partum eſt, illius cenſeri poteſt patrimonium ob gloriam, quæ illi ex ea debetur.

DE CAIO FABRICIO, ET Q.V. ÆMILIO.

In C. vero Fabricii, & Qu. Aemilii Pappi principum ſeculi ſui domibus, argentum fuiſſe confitear oportet: vterq; enim patellam deorũ, & ſalinam habuit. Sed eo lautius Fabricius, q̃ patellam ſuam Corneo pediculo ſuſtineri voluit. Pappus quoq; ſatis animoſe, qui, cum hereditatis nomine ea accepiſſet, religionis cauſa abalienanda non putauit. Illi etiam prædiuites, qui ab aratro accerſebantur, vt Coſs. fierent, uoluptatis cauſa ſterile, atq; æſtuoſiſſimum Pupiniæ ſolum verſabant: delitiarumq; ignari, vaſtiſſimas glebas plurimo cum ſudore diſſipabant: immo vero quos pericula Reipub. imperatores accerſebãt: anguſtiæ rei familiaris (quid ceſſo proprium nomẽ veritati reddere!) bubulcos fieri cogebant.

DE ATTILIO CALATINO.

Attilium autem, qui ad eum accerſendum a Senatu miſſi erant ad imperium Po. Ro. ſuſcipiendum, ſemen aſpergentem viderunt: ſed illæ ruſtico opere attritæ manus, ſalutem publicam ſtabilierunt. Ingentes hoſtium copias peſſundederunt. Quæq; modo arantium boum iugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt: nec fuit iis rubor, eburneo Scipione depoſito, agreſtem ſtiuam aratri repetere. Poteſt pauperes conſolari Attilius, ſed multo magis docere locupletes: q̃ non ſit neceſſaria ſolidæ laudis cupidini, anxia diuitiarum comparatio.

OLIVERIVS.

IN C. uero Fabricii, & Quin. Æmilii. De paupertate Fabricii & Æmilii Pappi loquitur, qui cum eſſent ſuo tẽpore autoritate p̃ſtantes, & rerũ geſtarũ gloria illuſtres, eos tñ admodũ pauperes fuiſſe cõſtat, in quorũ domibus aurũ fuiſſe dicit nõ ad ſuũ, ſed ad deorũ uſum. in qua re iocatur Val. Pli. in fine. xxxiii. li. naturali hiſt. uideret, ingt, & Fabri. & ſtratas argẽto mulierũ balneas, ita ut ueſtigio locus nõ cũ uiris lauantiũ. Fabri. inquã qui bellicoſos Imperatores, plus q̃ paterã, & ſalinũ ex argẽto habere uetabat. Patellã. paruam patinã. eſt diminutiuũ a patina. Sed eo latius iocatur, ut dixi Vale. Pediculo. paruo pede, diminutiuũ a pede. Illi etiã .ſ. qui ſequũtur, ut Attilius q ab agris accitus ad conſulatũ uenit, ut Q. Cincinnatus, de quo Li. Operę pretiũ eſt audire qui oĩa p̃ diuitiis humana ſpernũt, neq; honori magno locũ neq; uirtuti putãt eſſe niſi effuſe affluant opes. ſpes unica imperii P. R. Lu. Q. Cincinnatus trãs Tyberim cõtra eum ipſum locum, ubi nũc naualia ſunt, q̃tuor iugerũ colebat agrum, q̃ prata Quintia uocantur, ibi a legatis, ſeu foſſam fodiẽs pallo innixus, ſeu cũ araret, operi certe (id qđ conſtat) ruſtico intentus, ſalute data, inuicẽq; reddita, rogatus ut (qđ bene uerteret ipſi, reiq; publicæ) mandata ſenatus audiret, admiratus, rogitãſq; ſatis ne ſalua eſſet omnia, togã repẽte e tugurio p̃ferre uxorẽ Ratiliã iubet, q̃ ſimul abſterſo puluere, ac ſudore, uelatus p̃ceſſit, Dictatorẽ eũ legati gratulãtes cõſalutãt, in urbẽ uocant, qui terror ſit in exercitu exponunt, &c. Prædiuites. Quantum ad magnitudinem animi. Pupiniæ. Locus autem procul ab urbe, unde tribus pupia dicta eſt, erat autem locus maxime ſterilis, ſicut infra oſtendit. Vaſtiſſimas. ingentes, quia ſolum dixerat.

Prata quintia

Pupia tribus.

ASCENSIVS.

IN Caii &c. Ordo eſt. Vero. i. ſed oportet ſup. ut cõfitear argẽtũ fuiſſe in domibus Caii Fabricii, & Q. Æmilii pappi principũ ſæculi ſui. Enim p̃ qa, uterq; habuit patellã (diminutiuũ a patina) .i. uas patens, in quo mola .i. farina cũ ſale offerebatur, & ſalinũ .i. uaſculum, in quo ſal erat, quo mola fiebat, ea etiã uaſcula pauperrimis ſpũ argẽtea erãt, ut erubeſcãt nři, q in neſcio cuius materiæ calice ſanguinem dominicum libare nnn uerẽtur. Sed eo lautius .i. ſplẽdidius, & quaſi delicatius Fabr. ſup. patellã argenteã deorũ habebat, q̃ uoluit patellã ſuam ſuſtineri pediculo corneo .i. fulcro ſeu ſuſtẽtaculo facto in modũ pedũ ex cornu, hoc autẽ ſatyrico p̃pe riſu dicit, nõ eni ad luxũ p̃tinet argenteo uaſi corneos dare pedes. Pappus quoq; ſatis animoſe ſup. egit, q cũ accepiſſet eã .ſ. patellã, & ſalinũ noĩe hæreditatis, nõ putauit ſup. ea alienãda cauſa religionis, qa putauit cõtra religionem ſe facturũ, ſi q̃ ad uſum deoꝝ maiores applicuiſſent, ipſe ſine ſua impẽſa ea aſſecutus, ad priuatũ uſum eorũ p̃cia diſtraxiſſet. Illi &c. Paraſceue .i. p̃paratio eſt ad narrationẽ eorũ, q ab aratro ad imperiũ ſummũ uocati ſunt. Ordo eſt. Illi etiã p̃diuites (eo ſtomacho dicit, quo capite ſuperiore Fabriciũ tñ diuitẽ dixit, nõ qdẽ multa poſſidẽdo, ſed cõtinẽdo) q accerſebant .i. uocabantur ciuitati ab aratro .i. inſtrumẽto quo terrã arabãt, ut fierẽt conſules, uerſabãt cauſa uoluptatis ſolũ ſterile, atq; æſtuoſiſſimũ .i. æſtu ſolis maxime ſubiectũ Pupiniæ .i. illius loci nõ longe a Roma. & ignari delitiarũ, diſſipabãt .i. frãgebãt i minutas p̃ticulas cũ plurimo ſudore .i. plurimo ſudore cõcomitãte, glebas uaſtiſſimas .i. tam amplas, ut cũ difficultate ipleri poſſint, imo uero (correctio eſt) quos pericula reipub. accerſebãt .i. uocabãt iperatores .i. ad imperiũ Romanũ, & ſup. quos anguſtiæ rei familiaris .i. domeſticæ (qd ceſſo reddere ueritati proprium nomẽ) hoc eſt, qd uereor proprio nomine nuncupare, cogebãt fieri bubulcos .i. boũ nõ ſolũ cuſtodes, ſed et actores, & directores. nã i Italia bobꝰ arãt. uñ illđ, Ture deũ placa, uitulũ ſine creſcat aratro.

OLIVERIVS.

ATTILIVM autẽ, q ad cũ acceſ. Attilius, q & Galabrio dictus eſt. hic ad Thermopylas conſul, Antiochũ, Philippo adiuuãte, uictũ, Græcia expulit, ideq; ætolos ſubegit, de qbus triũphauit. ſed hũc Attiliũ intelligimus Calatinũ, qui primo Punico bello aduerſus Carthaginienſes miſſus, maximis, & munitiſſimis ciuitatibus Drepano, Lilibęo, p̃ſidiiſq; deiectis panormũ cepit, totãq; Siciliã peruagatus, pauciſſimis nauibus magnã hoſtiũ claſſem duce Hamilcare, ſuperauit, ſed cũ ad æthnã ab hoſtibus obſeſſam feſtinaret, a Pœnis i anguſtiis clauſus eſt, ubi tribunus militũ Calpurnius p̃ flãmam, acceptis ancẽtis in ſuperiorem locum euaſit, & conſulem liberauit, ipſe cum .ccc. fortiter pugnans occidit, & poſtea ab Attilio ſemianimis inuentus eſt. Attilius de Carthaginienſibus glorioſe triũphauit, Hic eſt Attilius ille, qui Seranus dictus eſt a ſerẽdo, q cũ agrũ ſuum coleret, euocatus ad rẽpublicã ob eximiã uirtutẽ meruit dictaturã. Pli. lib. xviii. Quæ nã inquit, tãtæ ubertatis cauſa erat ipſorũ tũc manibus imperatorum colebantur agri, ut fas eſt credere gaudente terra, uomere laureato, & triũphali aratore, ſiue illi eadem cura ſemina tractabant, qua bella, eademq; diligentia arua diſponebant, qua caſtra, ſiue honeſtis manibus omnia lætius proueniunt, quoniã & curioſius fiunt. ſereti enim uenerunt dati honores, ſeranũ unde cognomen. Attiliũ ſemẽ aſpergentẽ .i. ſerentẽ, unde dictus eſt ſeranus, de quo Virgil. uel te ſulco ſerane ſerentẽ. Stiuam. Manubrium illud incuruum quod manibus tenetur arando. Scipione. baculo. unde Scipiones dicti ſunt Cornelii ab eo, ſcilicet Cornelio, qui patrem cæcum ducens per urbem dictus eſt patris Scipio, id eſt baculus.

Attilius Seranus unde dictꝰ

ASCENSIVS.

ATTILIVM autem &c. Ordo eſt, autem pro ſed Attiliũ .ſ. Calatinum, qui miſſi erant a ſenatu acceſſendum cum ad ſuſcipiendum imperium Po. Ro. uiderunt ſpargentem ſemen. (Incipio ordinem ab accuſatiuo propter relatiuum eum) ſed illæ .ſ. nobiliſſimæ manus eius, attritæ operæ ruſtico .ſ. faciendo, ſtabilierunt ſalutem publicam, & peſſundederũt ingentes copias hoſtium. Quæq;, id eſt & quæ .ſ. manus rexerant, modo .i. paulo ante iugum boum arantium, retinuerunt habenas currus triumphalis, nec fuit rubor, id eſt rubori, iis .ſ. manibus triumphalibus, repetere ſtiuam agreſtem .i. directorium aratri (uulgo caudam uocant) quomodo in agro uſæ fuerant, Scipione, id eſt baculo, ac ſceptro eburneo, id eſt ex ebore facto, quem triũphantes tenuerant, depoſito. Attilius .ſ. Calatinus iſte poteſt cõſolari pauperes, oſtendendo uidelicet per ſe, eos nõ expertes uirtutis, aut honorũ, ſi modo adniti uelint, ſed ſup. põt multo magis docere locupletes, q̃, id eſt quantum anxia comparatio, id eſt acquiſitio diuitiarum nõ ſit neceſſaria cupidini laudis ſolidę.

Oliuerius.

OLIVERIVS.

EIVSDEM nominis, & ſanguinis. Hic Marcus, de quo diximus in capitulo de religiõe, ubi ãnotata eſt eius hiſtoria. Fuit autẽ regulus iſte magna Po. Ro. gloria, ſed nõ minor clades. nã quemadmodũ ex hoſtibus uictoriã ſæpe reportauit, ſic tandem ab iiſdẽ captus cum magna exercitus ſtrage fuit. quãuis ergo ĩ magna dignitate foret, tamẽ eius paupertatis fuiſſe cõſtat, ut cum ſibi prorogatũ eſſet imperiũ, & interea uillicus eius, q vii. iugerum agrum colebat, deceſſiſſet ſenatui ſcribere coactus eſt, ſe in ꝓuincia diutius eſſe non poſſe, neſi deſertus, & incultus relinqueretur ager nõ eſſet, unde alerentur uxor, & liberi. Liu. li. xviii. Attilius Regulus, inquit, cũ aliquot prælijs aduerſus Carthaginienſes pugnaſſet, ſucceſſorq; ei a ſenatu ꝓſpere bellum gerẽti nõ mitteretur, idipſum per literas ad ſenatum miſſas cõqueſtus eſt, in quibus inter cauſas petẽdi ſucceſſoris fuit, ꝙ agellus eius a mercenarijs deuaſtaretur. Contunderet. Frangeret, debilitaret, tranſlatio a cuſpide ferri. fuit autem Regulus primus qui ad Africam obſidendam profectus eſt. Eſt eiuſdem quo ſuperius ſeranus. Villicum bubulcum. qui præerat uillæ. In pupinia. Locus erat ſteriliſſimus, de quo ſupra diximus nomen erat in uiſum omnibus ob eius ſterilitatem. Mercenarium. bubulcum mercede conductũ. Ruſtico inſtru. ut aratrũ, plauſtrũ, ligones, boues, raſtri. Vxor. & lib. Scripſit etiam, ut Liui. tradit non habere unde filias in matrimoniũ collocaret, qua in re nõ minus deprehendi poteſt quanta fuerit in pauptate deprehenſus. Quæ poſtquã ſenatus. Liberalitatẽ ſenatus oſtẽdit.

DE ATTILIO REGVLO.

Eiuſdem nominis & ſanguinis Attilius Regulus, primi Punici belli gloria, cladeſq; maxima: cum in Africa inſolentiſſimæ Carthaginis opes, crebris victoriis contunderet, ac prorogatũ ſibi ob bene geſtas res in proximum annum imperium cognouiſſet, conſulib. ſcripſit: villicum in agello, quem ſeptem iugerum in Pupinia habebat, mortuum eſſe, occaſionemq; nactum mercenarium amoto inde ruſtico inſtrumento diſceſſiſſe: ideoq; petere, vt ſibi ſucceſſor mitteretur, ne deſerto agro, non eſſet unde uxor, ac liberi ſui alerentur. Quæ poſtquam Senatus a Coss. accepit, & agrum alii villico colendum locari, & alimenta coniugi eius, ac liberis præberi: reſq;, quas amiſerat, redimi publice iuſſit. Tanti ærario noſtro virtutis Attilianæ exemplum, quo omnis ætas Romana gloriabitur, ſtetit.

DE QVINTIO CINCINNATO.

Aeque magna latifundia L. Quintii Cincinnati fuerunt: ſeptem enim iugera agri poſſedit: ex his tria, quæ pro amico ad ærarium obſignauerat, multæ nomine amiſit: pœnam quoq; pro filio Ceſone, ꝙ ad cauſam dicendam non occurriſſet, huius agelli reditus ſoluit: & tamen ei quatuor iugera aranti, non ſolum dignitas patrisfamiliæ conſtitit, ſed etiã Dictatura delata eſt. Anguſte ſe habitare nunc putat, cuius domus tantum pãtet, quantum Cincinnati rura patuerunt.

OLIVERIVS.

AEQVE magna latifundia L. Quintii Cincinnati. Huius uiri uita, & hiſtoria eſt in cap. de moderatione notata, uerum ad huius lectionis expoſitione illud nõ eſt prætermittendum. Cæſonem huius Cincinnati filium adoleſcentem magni animi fuiſſe, & in quo præclarũ uirtutis ſpecimen appareret, niſi inuidia uulgi ei magnopere obſtitiſſet a quo damnatus, patrem (qui ut ſoluẽdo eũ liberaret, res ſuas omnes ferme diſtraxerat) ad eam inopiã redegit, ut relicta urbe trans Tyberim ruralem uitam agere cõpulerit. Nam cum magna eſſet inter nobilitatẽ, plebẽq; diſſenſio ob legẽ agrariã quã lætus accipiebat populus (erat autem, ut uiritim diuiderentur agri, quũ bello, parti fuerant) qua lege patres de poſſeſſione pellebãtur. Nobiles huic rei ſummopere reſiſtebant, ergo Cæſo cũ iuuẽtute Romana quotieſcũq; tribunus legẽ ferre uolebat, occurrebat, & illi pariter obſtabat. hoc aũt faciebat, ut cũ oẽs impedimento forent, nulli potiſſimũ aſcriberetur culpa. ſed cũ tribunus ple. diligentius animaduerteret Cæſonis opus, cõcionem habuit ad populũ de. Cæſonis ſuperbia, in quẽ grauiter inuectus, non prius deſtitit, ꝗ obtinuit, ut die dicta dãnaretur a populo. pro quo liberãdo pł Cincinnatus diſtractis rebus ſuis omnibus ad ſummã inopia redactus eſt. Latifundia. Ampli, & lati agri. Ironicæ aũt loquitur, nã fundus teſte Seruio dicitur ager, in quo ſit omniũ rerum fundamentum. uel ut uult Varro, ꝙ ſit pecudum, & pecuniæ fundametũ. & a late, & fundo cõponitur latifundiũ, Liu. dicit hæc latifundia Quintia prata fuiſſe appellata, ubi deinde naualia facta ſunt. dicit enim Quintius trãs Tyberim, ubi nũc naualia ſunt, quatuor iugerũ colebat agrũ, ꝗ prata Quintia uocãt. Pli. li. xviii. Arãti ꝗtuor ſua iugera in Vaticano, ꝗ prata Quintia appellant, Cincinnato uiator attulit dictaturã, & qdẽ, ut tradit Norbanus, nudo, plenoq; pulueris, etiam mucoris, cui uiator, uela corpus, inquit, ut proferã ſenatus, populiq; Ro. mãdata. Pro ami. Hũc hoiem uilẽ fuiſſe cõſtat, qñ quidẽ Titus Li. nullã eius mentionẽ facit ꝓ quo Cincinnatus ſe Vadẽ dederat. Multæ. pœnæ. Ad cam dicedã. ad defendẽdũ ſe. Quatuor iu. Nam alia tria obſignauerat ærario. Sed etiã di. de Cincin. in Catone maiore ſiqdẽ arãti L. Q. Cincinnato nũciatũ eſt, eũ dictatorẽ eſſe factũ, cuius dictatoris iuſſu magiſter equitũ Ser. ala. Spe. Meliũ regnũ appetẽtẽ interemit.

Anguſte. uide ꝗ uariæ ſint res hominũ, ſiqs nũc ſeptẽ in eorũ domu haberet, uideretur anguſta hitacula ciuibus nřis, eo ꝓceſſit iã luxuria Ro.

ASCENSIVS.

EIVSDEM nominis &c. Affert exemplum paupertatis Attilii Reguli dicens. Attilius Regulus eiuſdẽ nominis, & ſanguinis. ſ. cum Attilio iam dicto, gloria, & clades maxima primi belli Punici, quia primus, & præcipue Carthaginienſes fregit, cum contunderet crebris uictorijs opes Carthaginis inſolẽtiſſimæ. i. ſuperbiſſimæ, & intolerandæ in primis in Africa, ac cognouiſſet imperiũ prorogatũ. i. extenſum ſibi in annũ proximũ ob res bene geſtas, ſcripſit conſulibus, uillicum. i. uillæ, hoc eſt poſſeſſionis in agro curatorem, quem habebat, in Pupinia. i. in agro illo, ſup. uillicũ, aut cultorem ſeptem iugerum eſſe mortuũ & mercenarium. i. operarium, quem uillicus mercede cõduxerat, nactum occaſionem. i. ob mortẽ uillici, diſceſſiſſe. ſ. a uilla illius, inſtrumento ruſtico amoto inde, ideoq; ſup. ſcripſit ſe petere, ut ſucceſſor ſibi mitteretur, ne agro deſerto, non eſſet, unde uxor, & liberi ſui alerentur. Quæ. ſ. ſcripta a Regulo poſtquam ſenatus accepit. i. intellexit a conſulibus, iuſſit, &. i. ſimul agrũ Attilii locari colendum. i. ut colatur, & alimenta præberi coniugi eius, ac liberis, & res quas amiſerat, uidelicet inſtrumenta ruſtica, redimi publicæ. i. publica impenſa. Tanti. i. tanto precio ſtetit exemplum uirtutis Attilianæ ærario noſtro, id eſt tantum ſolummodo reponebatur ex ærario neceſſarijs Attilii, quo, ſcilicet exemplo uirtutis eius omnis ætas, ſcilicet uentura gloriabitur. Et reuera adhuc gloriatur, licet imperium exciderit.

THEOPHILVS.

ATTILII illico. Sunt exemplaria, quæ legunt, & agrum ædilis illico, uel agrum, & illi uillico.

ASCENSIVS.

AEQVE magna, &c. Ordo eſt. Latifundia. i. arua lati fundi L. Quintii Cincinnati. fuerũt æq; magna. ut. ſ. Attilii Reguli. Poſſedit enim ſeptem iugera agri, & amiſit ex his tria. ſ. iugera. Quæ aſſignauerat ꝓ amico ad ærariũ. i. fiſcũ publicũ, noie multæ. i. pœnæ, indictæ amico illius. Redditus quoq; huius agelli. ſ. quatuor iugerũ. ſoluit pœnã pro Cæſone filio. L. Quintii. qđ. i. quã pœnã pepẽdit Cæſo, ꝙ nõ occurriſſet ad cauſam dicẽdã. i. ad defenſione ſui, & tñ nõ ſolũ dignitas patrifamiliæ cõſtitit. i. ſalua fuit ei aranti quatuor iugera. ſ. duntaxat, ſed etiam dictatura eſt delata. Is ſup. ſaltem ex nobilibus. cuius domus patet. i. extenditur, tãtum. i. per tot iugera, quãtum rura Cincinnati patuere, hoc eſt in quatuor dũtaxat iugera, putat nũc ſe habitare ãguſte.

DE AELIA FAMILIA.

Quid Aelia familia, q̃ locuples? ſexdecim eodẽ tempore Aelii fuerunt, quibus vna domuncula fuerat eodem loci quo nunc ſunt Mariana monimenta: & vnus in agro Veiente fundus, minus multo cultores deſyderans, q̃ dominos habebat. Inq; maximo circo Flaminio ſpectaculi locus: quæ quidem loca ob virtutem publice donata poſſidebant. Eadem gens nullum ante ſcrupulum argenti habuit, quá Paulus Perſe rege deuicto, Qu. Aelio Tuberoni genero ſuo quinq; pondo argenti ex præda donaret. Taceo enim ꝙ princeps ciuitatis filiam ei nuptui dedit, cuius pecunia tam ieiunos penates videbat: quin ipſe quoq; adeo inops deceſſit, vt niſi fundus, quem vnum reliquerat, veniſſet: vxor eius dotem vnde reciperet, non extitiſſet. Animi virorum, & fœminarum vigebant in ciuitate: eorumq; bonis, dignitatis æſtimatio cunctis in rebus ponderabatur: hæc imperia conciliabant, hæc iungebant affinitates, hæc in foro, hæc in curia, hæc intra priuatos parietes, plurimum poterant: patriæ enim rem vnuſquiſq;, non ſuam augere properabat: pauperq; in diuite, q̃ diues in paupere imperio verſari malebat: atq; huic tam præclaro propoſito illa merces reddebatur, ꝙ nihil eorum, quæ virtuti debentur, emere pecunia licebat, inopiæq; illuſtrium virorum, publice ſuccurrebatur.

OLIVERIVS.

QVID Æliafamilia, q̃ locuples? Æliorum familia genere patritio, & prole uirũ fœcunda. multis etiam rerum geſtarum titulis illuſtrata, adeo pauper fuit, ut cum uno tempore ſexdecim uiros haberet, omnes uno tecto ſatis anguſto concluderet, uno agro perexiguo paſceret, uno etiam in theatro Flamineo ſpectãdi loco exornaret, quæ tamen omnia ob clariſſimas eorũ hominũ uirtutes illi reſpu. donauerat. Mariana monimenta. Vbi ſacellum Marianum, in quo ſuarum rerum geſtarum monimenta continebantur, ubi magnificentiſſimũ illud ſenatus conſultum de reditu Cice. in patriã factũ fuit, referente optimo, & clariſſimo uiro Lẽtulo ꝯſule. Minus mul. Adeo anguſtus, ut multo paucioribus poſſet cultoribus coli, q̃ dominos habere. Flamineo. In theatro, ſic dicto a Flamineo quodã, qui theatrum illud ædificari iuſſerat. Ob uirtutẽ. Non autem ob nobilitatẽ. Eadem gens nullũ. Proſequitur huius Æmiliæ gentis continẽtiam, paupertatemq; deſcribere, eadem inquit gens nunquam in domo ſua argentum habuit, ſed primum in eam domum tranſlatum fuit a Quin. Æmilio tuberone. hic autẽ Tubero gener fuit Æmilii Pauli, eius qui Perſam, regẽ uicit, & captum in triũphũ duxit, ex eaq; uictoria hoc argẽtũ habuit, nã cũ ſocero ſuo militauerat in eo bello, & ob eius facta, Phiala argẽtea donatus eſt, & hoc primũ fuit argẽtũ in Æliorũ domũ tranſlatũ Plini. uero i fine. xxxiii. li. nat. hiſt. dicit, hic Ælia duo habuiſſe pocula argentea. Q. inquit Ælium Tuberonẽ cũ legati ætolorũ in conſulatu, prandentem in fictilibus adinueniſſent, miſſa ab his uaſa argentea non accepiſſe, neq; aliud habuiſſe argenti ad ſupremã uitæ diem, q̃ duo pocula, quæ L. Paulus ſocer ei ob uirtutẽ deuicto Perſe rege donaſſet. Scrupulũ. Voluit ex ponderis paucitate nihil argẽti habuiſſe. eſt autẽ ſcrupulus, qui latino nomine dicitur obolus, cõſtat uero ex ſex ſiliquis, nam ſiliqua minimum pondus erat apud Ro. quod græci uocant κεράτιον, uocauerunt hoc ii granũ illud, quod ex ea ſiliqua quã nos fabam græcam uulgo dicimus detraxerũt, & pro pondo primo aſſumpſerunt, alii dicunt ſcrupulum contineri tantummodo quatuor ſiliquis, ſiliqua uero quatuor ordei grana continere, & calcuiũ, & tertiã partem eius, calculum quoq; geminis lentis granis apprehendi. uariæ igitur de his ponderibus ſententiæ. Qui ſcrupulum dicunt ſex ſiliquis cõprehendi, uolunt ſiliquam minimum pondus eſſe, & poſt ſcrupulum ponunt drachmam, quã ex decem & octo ſiliquis conſtare uolunt, hoc eſt ex tribus ſcrupulis poſt drachmam argenteum nũmum, qui denarius apud Roma. uocabatur hic ex quatuor ſcripulis erat confectus, poſt hunc ſequebatur uncia, quæ ex octo drachmis, ſiue ſex denarii conſtabat, poſt unciã libra Italica, quæ ex. xii. conſtabat unciis, hoc eſt denariis. lxxii. ſunt qui uelint hanc libram apud græcos μνᾶν dici, quam nos per interpoſitionem literæ minam traducere conſueuimus, ſed mina ſine dubio maior eſt libra noſtra. Genero ſuo. Pau. Æmilius duas filias habuit, quarum alteram huic, alteram Catoni M. Catonis maximi filio locauit. Ieiunos. Exhauſtos. legitur in eius uita, ꝙ dos uxori cum danda fuit, uix eius patrimonium ſuffecit. uxor fuit illi Papyria, quam ut nonnulli uolunt repudiauit, alia ſuperinducta, quamuis ex illa pulcherrimam prolem ſuſcepiſſet. Animi uirorum. Ratio cur id acciderit, quia Romæ tunc hominum dignitates non ex fortũnis, ſed eorũ uirtutibus ponderabant. nã q animorũ bonis diuites erãt, his magiſtratus, his affinitates ultro deferebant. Cũctis in rebus. Siue magiſtratus demandando, ſiue filias collocando. Hæc. Scilicet bona animi, & declarat quia dixerat cunctis in rebus. Patriæ rem. Vtilitatẽ, & reipub. ſuæ commodũ. Pauperq;. Malebant inquit, ut pauperes diues imperium regerent, q̃ diuites exiguum haberent imperium. fruſtra enim priuata defenduntur, ſi publica amittuntur. Atque hinc tam præclaro. Quia occurrebat illud, ſi pauperes erant, quomodo id facere poterant? reſpondet, ſi priuatim non poterant, publice pecuniam accipiebant.

Mariana monimenta.

ASCENSIVS.

QVID Aelia familia (modus interrogandi) q̃, id eſt quantum locuples ſup. fuit quantum loci poſſedit? Reſponſio. Sexdecim Aelii fuerunt uno tempore, quibus fuerat una domuncula eodem loci, id eſt in eodem loco (ſed ut partitionem, & intra imminutionem notet, aptius genitiuo utitur) quo, ſcilicet loci monumenta Mariana, id eſt quæ Marius in ſui memoriam extruenda curauerat, ſunt nunc, id eſt tempore quo hæc ſcripſit Vale. & Vnus fundus ſup. eſt in agro Veiente, deſiderans cultores multo minus. i. pauciores, aut deſiderãs multo minus cultorũ, q̃ habebat dominos, quia ſexdecim, & locus ſpectaculi. i. ad ſpectandos ludos, ſup. eſt in maximo circo Flaminio, ubi circenſes edebantur, quæ quidẽ loca ipſi poſſidebant donata publice. i. a repub. ob uirtutem. ſ. eorũ. Eadẽ gens. ſcilicet Aelia nullum ſcrupulum argenti habuit ante quã Pau. ſcilicet Aemilius Perſe rege deuicto, donauerat Qu. Aelio Tuberoni genero ſuo. v. pondo argenti ex præda. Taceo enim ꝙ priceps ciuitatis. uideſicet Pau. Aemi. dedit nuptui, ideſt in matrimonio, aut nuptum. i. matrimonium, filiam ſuam ei, cuius penates uidebat tam ieiunos. i. illibatos pecunia, qui, ſcilicet priceps ciuitatis, ipſe quoq; deceſſit. i. mortuus eſt, adeo inops, ut niſi fundus, quem unum reliquerat, ueniſſet. i. uenditus fuiſſet, non extitiſſet. i. non ſuperfuiſſet, unde uxor eius reciperet dotem, quam. ſ. ad onera matrimonialia ſuſtinenda ad maritũ tulerat, & ſol. matri. iuxta leges Roma. repetiit. Animi &c. Docet unde prouenit ꝙ tantus paupertati ſit honos habitus, quia uidelicet, animi uirorũ, & fœminarum uigebant in ciuitate. ſ. Ro. & æſtimatio. i. appreciatio dignitatis ponderabatur in cunctis rebus bonis eorũ. ſ. animorũ, & non rerum externarũ. Hæc. ſ. bona animorũ conciliabant. i. ꝓcurabant imperia, hæc. ſ. eadẽ bona animorũ iungebant affinitates. ſ. per matrimonia & adoptiones hæc. ſ. dicta bona, poterant plurimum in foro. ſ. iudiciali, hæc poterant plurimũ in curia. ſ. ſenatorum, hæc poterant plurimum intra parietes priuatos. i. in ſua cuiuſq; domo. Enim pro quia, unuſquiſq; properabat. i. feſtinabat augere rem. i. commodum patriæ, non ſuam. i. propriam, & malebat uerſari ens pauper in imperio diuite, q̃ diues in iperio paupere. Atq; merces reddebatur huic propoſito tam præclaro, ꝙ nihil. i. nõ aliquid non licebat emere pecunia, quicquam eorum, quæ debentur uirtuti, ut ſunt honores, & magiſtratus, & ſuccurrebatur publico. i. ex publico ærario inopiæ uirorum illuſtrium.

Oliuerius

DE CN. SCIPIONE.

Itaq; cũ ſecundo Punico bello Cn. Scipio ex Hiſpania ſenatui ſcripſiſſet, petens vt ſibi ſucceſſor mitteretur, quia filiam virginem adultæ iam ætatis haberet, neq; ei ſine ſe dos expediri poſſet: ſenatus ne Reſpublica bono duce careret, patris ſibi partes deſumpſit, conſilioq; vxoris, ac propinquorum Scipionis conſtituta dote, ſummã eius ex ærario erogauit, ac puellã nuptui dedit, dotis modus XL. millia æris fuit: qua non ſolũ humanitatis Patrum C. ſed etiam habitus veterũ patrimoniorũ cognoſci poteſt: nãq; adeo fuerunt arcta, vt Tatia Ceſonis filia maximam dotem ad virum x. millia æris attuliſſe viſa ſit. & Megulia, quia cum quingentis millibus æris mariti domum intrauit, dotatæ cognomen inuenerit. Idem ſenatus Fabricii Lucini, Scipioniſq; filias ab indotatis nuptiis liberalitate ſua vindicauit: quoniam paternæ hæreditati præter opimam gloriam, nihil erat quod acceptum referret.

DE M. SCAVRO.

Marcus autẽ Scaurus, quantulam a patre hæreditatem accepit, in primo libro eorum, quos de vita ſua ſcripſit, refertait enim ſibi decem ſola mancipia, totũq; cenſum quinq; atq; triginta miliũ nummum relictũ: in hac enĩ ille pecunia futurus ſenatus, princeps nutrius eſt ſpiritus. Hæc igitur exempla reſpicerẽ, his acquieſcere ſolatiis debemus, qui paruulos cenſus noſtros nunquam querelis vacuos eſſe ſinimus. Nullũ autem vel admodum parui ponderis argentũ, paucos ſeruos, ſeptẽ iugera aridæ terræ, indigentia domeſtica, impenſa funera, inopes dotum filias, ſed egregios conſulatus, mirificas Dictaturas, innumerabiles triũphos cernimus. Quid ergo mendicam Fortunam, quaſi præcipuũ generis humani malum, diuturnis conuitiis lacernamus: quæ vt non abundantibus, ita fidis vberibus Publicolas, Aemilios, Fabricios, Curios, Scipiones, Scauros, hiſq; paria robora virtutis aluit. Exurgamus potius animis, pecuniæq; aſpectu debilitatos ſpiritus, priſtini tẽporis memoria recreemus: namq; per Romuli caſam, perq; veteris capitolii humilia tecta, & æternos Veſtæ focos, fictilibus etiãnũ vaſis contentos, iuro, nullas diuitias, paupertati talium virorũ poſſe præferri.

OLIVERIVS.

ITAQVE cum ſecundo. Probat exemplis, q̃ pecunia publice erogabatur his qui reipub. intenti, ſibi ſuis opibus adeſſe non poterant. nam ut legimus apud T. Liuium decade. ii. cum in Hiſpania res bene geſſiſſent, P. & Cn. Scipiones. ac Cn. Scipio filiam haberet, quæ eſſet matura uiro, & pleni iam nubilis annis, ſcripſit ad ſenatum, ut ſibi ſucceſſor mitteretur, quo poſſet locandæ filiæ conſulere, eũ non habere, unde illi dotem erogaret, quæ ſuo eſſet ſtudio, & induſtria comparãda. quod ubi ſenatus cognouit, filiam eius locauit, dotem ex ærario deprompſit, ne reſpubli. tanto imperatore careret. Fron. lib. iiii. capit. iii. Cn. Scip. poſt res proſpere geſtas in Hiſpania, in ſumma paupertate deceſſit, ne ea quidẽ relicta pecunia, quę ſufficeret in dotem fœminarum, quas ob inopiã publice dotauit ſenatus. Adultæ ætatis. Quæ iam nubilis eſſet. Habitus. Status, ex hoc inquit facili conici põt, quanta fuerit maiorũ paupertas, ut dos luxuria quodammodo cenſeret, quæ decimũ æris fuiſſet, quanta fuiſſe legimus, quã filiæ ſuæ dederat Cæſo. multo uero maiorẽ ſuo tempore admirationis Meguliæ dotem
Megulia
fuiſſe conſtant, adeo ut inde cognomen acciperet, nã dotata cognominata eſt. Dotatæ. Quaſi per excellentiã. Idẽ ſenatus. Alia ſubiungit exẽpla quibus oſtendit & principum Romanorũ paupertatẽ, & ſenatus liberalitatẽ, qua erga principes ſuos uirtute pręſtantes, ſed inopia laborãtes uſus eſt, nã horũ filias ex ærario deprõpta pecunia uiris in matrimoniũ condigne locarunt. neq; enim dotis aliqd habebãt pter paternã gloriã, quã clariſſimis rebus geſtis conſecuti fuerant earum patres. Ab indotatis. Quia neceſſe erat, ut ſine dote nuberent, niſi publicæ erogatæ forent. Vendicauit. Liberauit. Quod acceptũ referrent. Quod aſcriberent paternæ hęreditatis ſe recepiſſe, pro quo etiam gratias agerent.

ASCENSIVS.

ITAQVE .i. & ita, quia illuſtrium uirorũ inopię ex publico ſuccurrebatur, cum Cn. ſcripſiſſet ſenatui ex Hiſpania ſecundo bello Punico, id eſt tempore ſecundi belli Punici, petens. ſ. a ſenatu, ut ſucceſſor mitteretur ſibi. Quia haberet filiam iam ætatis adultæ, id eſt maturæ uiro, neq; dos poſſet expediri, id eſt expedite aſſignari, ei, ſcilicet filiæ ſuæ ſine ſe. ſenatus (ne reſpub. careret bono duce) deſumpſit ſibi, id eſt ſubiuit partes, id eſt officia patris .i. quæ pater debet in locanda filia. & dote conſtituta conſilio uxoris, & propinquorum Scipionis, erogauit, id eſt deprompſit ſummam eius, ſcilicet dotis ex ærario, id eſt conſeruatorio æris publici, hoc eſt pecuniæ, quæ ærea primum fuerat. ac dedit puellam nuptui, modus, id eſt menſura dotis fuit, quadraginta millia æris, qua .ſ. ſumma dotis, non ſolum humanitas patrũ conſcriptorũ poteſt cognoſci, ſed etiam habitus .i. ſtatus patrimoniorũ ueterũ, namq; ſup. patrimonia ueterum fuerunt arcta .i. exigua adeo, ut Tacia filia Cęſonis uiſa ſit attuliſſe ad uirũ .i. maritum ſuum maximã dotem, quia .x. millia æris. & Megulia .i. uirgo Romana inuenerit cognomen, id eſt agnomen dotatæ .ſ. per excellentiam, quia intrauit domũ mariti cum quingentis millibus æris. Idem ſenatus uendicauit, id eſt liberauit, aut præſeruauit liberalitate ſua ab indotatis nuptiis, id eſt ne dicantur ueluti in ſeruitutem ſine dote nuptui datæ, filias Fabricii Lucini, & Scip. quoniam nihil erat, quod, ſcilicet dictæ filiæ referrent acceptum, id eſt faterentur ſe accepiſſe. & ideo obnoxias eſſe hæreditati paternæ, præter gloriam opimam, id eſt fœcundam, aut ſimilem illi, quam quis olim ex opimis ſpoliis nanciſci ſolebat.

OLIVERIVS.

MARCVS AVTEM Scaurus. De hoc uiro in capi. de fortitu. dictum eſt. exiguũ a patre cenſum adeo recepit, ut per eum ad ſenatoriam dignitatem, non ſuffragante uirtute, peruenire non potuiſſet. conſtat autem ter ſenatus principem, multis, clariſſimiſq; honoribus functum eſſe, legi nõnullos, qui dicunt huius patrem fuiſſe carbonarium. Mãcipia. ſeruos. mancipium quicquid manu capitur, q̃ a priori domino ad alium tranſire poteſt. Hæc igitur exempla. Concludit hæc de paupertate capit. cum inuectione quadam in eos, qui rebus magis inhiantes, quam honoribus, conqueri nunquam deſinunt, q̃ parua poſſideant, & ſe cum illis connumerat, ut tollerabilior habeatur inuectio. nos inquit conſolemur auditatem noſtram eiuſmodi uirorum exemplis. Hæc exempla. Virorum, & principum Ro. qui in exiguo erant cenſu. Mácipla
Vacuos eſſe ſinimus, id eſt nunquam deſiſtimus conqueri paruitatem cenſus noſtri.
Nullum autem uel. His ſolatiis acquieſcere debemus, & cupiditates noſtras temperare, q̃ nullum ne minimi quidem ponderis argentum, & cætera, ſicut in Æliorum familia.
Paucos ſeruos. ſicut Fabricii, Papirii, Scau. Septem iugera. Vt Q. & reguli. Aridæ ter. Vtpote in pupina. Indigentia fu. Vt Valerii pu. M. Menenii Agrippę. Inopes do. fi. ut Marci At. Fa. Luc. Scip. Quid ergo exurgamus potius. ſ. q̃ lamentemur? Debilitatos ſpi. Nihil eſt enim quod magis uiriles animos eneruet, q̃ cupiditas pecuniæ, ut Salluſt. Auaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupiuit, ea quaſi uenenis malis imbuta corpus, animumq; uirilem effœminat, ſemp infinita, & inſatiabilis eſt, neq; copia, neq; inopia minuitur. Capitolii humilia. cum adhuc humile eſſet capitolium. Fictilibus. Sic numa Pomp. inſtituit.

ASCENSIVS.

¶ MARCVS aũt Scaurus. refert.i.recitat in.i.li.eorũ, quos ſcripſit de uita ſua, quãtulã hæreditatẽ accepit a pře.ſ.ſuo. Ait.n. ſola decem mancipia.i.ſeruos, & totũ cenſum gnq̃,atq; triginta milliũ nũmũ relictũ ſibi. Enim pro ga, ille.ſ.nobiliſſimus ſpũs .i.animus Scauri, futurus princeps Senatus.ſ. Ro. nutritus eſt in hac.ſ.tã tenui pecunia. Hæc igit̃ &c. Ordo eſt.igit̃ nos debemus reſpicere.ſ.ad imitationẽ hæc exẽpla, & acquieſcere his ſolatiis, nos inquã, qui nũquam ſinimus paruulos cẽſus noſtros eſſe uacuos q̃reſis.aũt ꝑ ſed nullũ.i.nõ ullũ, nõ cernimus ullũ argentum, uel admodũ.i.ualde parui põderis, paucos ſeruos, ut in Catonibus, & Scipione, & ſeptẽ iugera terræ, ut in Attiliis, & funera indigẽtia impenſa domeſtica .i. non habentia uñ domi ſumãtur impenſæ, niſi ex publico deprom ptæ eſſent, ut in Vale. Pu. funere. filias inopes dotũ, ut Scipionis, ſed cernimus i tãta paupertate egregios cõſulatus, dictaturas mirificas, & ſup. triumphos innumerabiles. Quid ergo &c. Ordo eſt, ergo ſi i ſumma paupertate non defuerunt uera bona, & ſummi honores qd.i.ad qd nos laceramus .i. iceſſimus, fortunã mendicã.i. paupertatis ꝓcuratricẽ, ꝓuitiis diurnis.i.quotidianis, aut diuturnis, quaſi pręcipuũ malũ generis humani? Quæ.ſ. fortuna, ut non aluit uberibus abũdantibus, ita aluit uberibus fidis, quia ſalutiferis Publicolas Æmilios. Fabri. Curios Scipio. Scau. & ſup. alia robora uirtutis paria his.ſ.iam dictis. Exurgamus potius animis.i. expergiſcamur, & recreemus memoria priſtini tẽporis.ſ.quo paupertas in honorẽ fuit, ſpũs.ſ.nr̃os debilitatos.i.hebetatos aſpectu pecuniæ. Nãq; ego iuro ꝑ caſam.i.modicũ tuguriũ Romuli, ꝑ humilia tecta ueteris Capitolii, & æternos focos Veſtæ.i.deæ Caſtitatis, cõtẽtos etiã nũ.i.adhuc uaſis fictilibus, nullas diuitias poſſe ꝓferri pauptati talium uirorũ, quales iã dicti ſunt in ſumma pauptate uixiſſe.

DE VERECVNDIA. CAP. V.

EQua tempeſtiuus ad Verecũdiã tranſitus videtur. Hæc enim iuſtiſſimis viris præcepit, vt priuatas facultates negligerent, publicas q̃ ampliſſimas eſſe cuperent: digna cui perinde ac cælæſti numini templa extruantur, araeq; conſecrẽtur: quia parens eſt omnis honeſti conſilii, tutela ſolennium officiorum, magiſtra innocentiæ: chara proximis, accepta alienis omni loco, omni tempore fauorabilem præ ſe ferens vultum.

DE POPVLI VERECVNDIA.

Sed vt a laudibus eius ad facta veniamus, a condita vrbe vſq; ad Africanum, & Tiberium Longum Coss. promiſcuus Senatui, & populo ſpectandorum ludorum locus erat: nunquam tamen quiſquam ex plebe in theatro ante P. C. ſpectare ſuſtinuit, Adeo circũſpecta noſtræ ciuitatis verecundia fuit. Quæ quidem certiſſimum ſui documentũ etiam illo die exhibuit, quo L. Flaminius extrema in parte theatri cõſtitit, qui a M. Catone, & L. Flacco cenſoribus ſenatu motus fuerat, conſulatus iam honore defunctus, frater etiam T. Flaminii, Macedoniæ, Philippiq; victoris: omnes enim eum tranſire in locum dignitati ſuæ debitum coegerunt.

OLIVERIVS.

Verecundia quæ

EQVA tempeſtiuus ad Verecũdiã. More ſuo Vale. ad aliud capitulũ trãſiturus, ꝑfationẽ quãdã præmittit, qua hoc ſuperiori cõiũgit, ne ex abrupto fieri trãſitus omnino uideatur. laudat aũt uerecundiã multorũ clarorũ uirorũ, qui hac uirtute ꝑditi fuerũt, exẽplis in mediũ ꝓlatis. Eſt quidẽ uerecundia ſm Ariſto. in. iii. Æthicorũ, timor quidã pudoris cõtrahendi, iuxta quẽ Cice. hoc modo. diffinit, uerecũdia eſt cuſtos uirtutũ omniũ, dedecus fugiẽs, laudemq; maximã cõferẽs, & ſecũdũ has ſententias nũc eã Vale laudat, nã uerecũdia inſerta animis hominũ, facit, ut uitiis moderari poſſint, & quãuis modum quoddã habere uideatur ſicut uirtus, non tamen uirtus eſt ſed affectus quidam, & paſſio, q̃ ita eſſe ꝓbatur. Verecundia eſt timor confuſionis. timor autem paſſio, eſt igitur & uerecundia paſſio. uerecundia ſine corporis. mutatione ꝑſiſtere nõ põt, quẽadmodum timor, nã ſicut timor pallorẽ inducit, ita & uerecundia ruborem, unde Teren. de uerecũdo adoleſcẽte, erubuit, ſalua res eſt. Cur autẽ timor pallorẽ, uerecũdia ruborẽ inducat, hæc ratio eſt. nã ſpiritus & humores ad eã partẽ dirigit, quæ mouetur. in timore autem mouetur cor, ergo perturbatione cordis pallor innaſcitur, ſed in uerecundia exteriora laborant. unde uultus rubore ſuffunditur. Sciendũ eſt duo genera hominũ eſſe, in quibus affectus per uerecundiam deprehendi nõ poſſunt. ſenes per ætatẽ, prudẽtes ꝑ uirtutẽ, nã ſenibus ætas ſuccurrit, q̃a i ipſis uigor non eſt, ſapientibus uero prudentia ſuffragatur, ergo tm̃ in iuuenibus, & adoleſcẽtibus cognoſcit̃, q̃bus uigor maximus ineſt. uñ Cato dicere ſolebat, ſe lõge plus adoleſcẽtibus delectari, quorũ uultus rubore potius, q̃ pallore ꝑfunderet̃, quapropter a flagitiis arceant̃ adoleſcẽtes neceſſe eſt. hanc aũt græci αἰσχύνην uocãt. uñ Terẽtianus ille adoleſcẽs æſchynes. Tẽpeſtiuus. Opportunus, ne abruptus eſſe uideat̃. Cęleſti nũmi. Digna ut tãquã dea colat̃. Honeſti cõſilii. metu dedecoris. Tutelã. cuſtos: q̃a q uerecũdus eſt, nõ audet i officiis q̃cquã cõmittere, qđ dedecus habeat, & reprehẽſionẽ mereatur. Chara ꝓximis. Quia oẽs diligũt uerecũdũ hoiem, & cõtra habẽt odio inſolentem, & inuerecundum.

ASCENSIVS.

¶ EQVA &c. Trãſiens ad tractatũ de uerecũdia ꝓfat̃ de laude eius ſic, Equa.ſ. pauptate, tranſitus ad uerecundiã eſt ſup. tẽpeſtiuus. i. opportunus, & ſuo tẽpore factus. Enim pro q̃a, hæc.ſ.uerecũdia ꝓcepit uiris iuſtiſſimis ut negligerẽt facultates priuatas.i.potẽtias, & diuitias ꝓprias, & ſup. cuperẽt publicas ſup. facultates eẽ quã ampliſſimas .i. ualde amplas. Ens ſup. aut, q̃ eſt digna, cui tẽpla extruant̃, & aræ conſecrentur, perinde ac.i.ueluti numini .i.deæ alicui cæleſti, q̃a ipſa eſt parẽs.i.genitrix, aut mater omnis honeſti conſilii, tutela officiorũ ſolenniũ, magiſtra inocẽtiæ, chara ꝓximis, accepta .i. grata, & iucũda alienis, præ ſe ferẽs.i.ante ſe portans, hoc eſt ſignis quibuſdam indicans uultum fauorabilem omni loco, & ſup. omni tempore.

OLIVERIVS.

¶ SED ut a laudibus eius. De uerecundia plebis Ro. primũ poſuit exemplum, quæ præcipue patuit eo die, quo L. Flaminius in extrema parte theatri cõſtitit, hic frater fuit. T. Q. Flaminii, qui deuicto Philippo rege Macedonię omnes ciuitates Gręcię libertate donauit, ſed q hic L. in exercitu ad gratiam ſcorti iuſſerat quẽdã ſecuri percuti, Portius Cato cẽſor cũ Senatu amouerat, ſicut ſupra lib. ii. c. de cenſoria nota, ergo cum ueniſſet in theatrum conſcius ignominiæ, in extremam partẽ ſe recepit, plebs uero, quia & conſul fuerat, & Senator, & frater. T. Flaminii in eũ locu, quẽ habuerat, tranſire coegit. A condita. A principio urbis ad hos conſules, quingentos, & octo fluxiſſe annos ferũt.

Promiſcuus. confuſus, ſine dignitatis diſcrimine, plebei patribus permiſti ſpectabant. primus autem, qui inſpectandis ludis plebem a patribus ſeparauerit, fuit Scipio Africanus, qui poſt id factum popularem auram penitus amiſit, ut ſupra diximus.

ASCENSIVS.

¶ SED ut ueniamus. i. tranſeamus a laudibus eius, ad facta. i. ad ea, quæ fecit. hoc eſt per eum facta ſunt. Locus ſpectandorũ ludorum erat promiſcuus. i. confuſus, & commiſtus Senatui, & populo, ab urbe condita. i. a conditione urbis Romæ, uſq; ad Africanum, & Tibe. longum conſules. i. uſquequo illi eſſent cõſules. tamen quiſquam ex plebe nunquam ſuſtinuit, id eſt ſibi permiſit ſpectare in theatro. i. communi ſpectaculo ante patres conſcriptos, id eſt ſedens in priore loco, quam patres conſcripti, adeo, id eſt in tantum circunſpecta, id eſt prouida fuit uerecundia ciuitatis noſtrę. ſ. Ro. Quę. ſ. ciuitas noſtra exhibuit quidem certiſſimum documentum ſui. i. de ſe, hoc eſt de uerecundia ſua illo die, quo L. Flaminius conſtituit ſe in extrema parte theatri, quia fuerat motus, id eſt deletus Senatu a M. Catone. & L. Fla. cenſoribus, defunctus, iam, ſcilicet priuſquam e Senatus collegio pelleretur honore conſulatus. frater etiam. i. & q etiã frater fuerat Titi Flaminii uictoris Macedoniæ, & Phili. ſ. regis eius,

DE TER. VARRONE.

Confregit Rempublicã Terentius Varro Cannẽſis pugnæ temerario ingreſſu: idem delatam ſibi ab vniuerſo ſenatu, & populo dictaturã recipere nõ ſuſtinẽdo, pudore culpam maxime cladis redemit: effecitq;, vt acres deorũ iræ modeſtia ipſius moribus imputarẽtur. Itaq; titulo imaginis eius ſpecioſius nõ recepta dictatura, q̃ aliorum geſta adſcribi poteſt,

DE CN. SCIP. ET SCRIBA CICEREIO.

Nos autem ad præclarũ verecundiæ opus tranſgrediamur: magna cũ inuidia fortuna Prætoriis comitiis Africani ſuperioris filiũ Cn. Scipionẽ, & ſcribã Cicereiũ in cãpũ deduxerat, vtq; nimis impotẽs ſermone vulgi carpebatur, ꝙ tãti viri ſanguinẽ cliẽtelamq; comitiali certamine confuderat. Cæterũ crimen eius in ſuã laudẽ Cicereis cõuertit. Nã vt vidit omnibus ſe centuriis Scipioni anteferri, tẽplo deſcẽdit, abiectaq; cãdida toga cõpetitoris ſui ſuffragatorem agere cœpit, vt. ſ. præturam melius Africani memoriæ cõcederet, q̃ ſibi vendicaret: necnon & ſi maximo verecundiæ precio Scipio tunc honorem adeptus eſt: Cicereio tamen magis gratulati ſunt.

DE L. CRASSO.

Ac ne protinus comitiis abeamus, conſulatum petens L. Craſſus: cum omnium candidatorum more, circum forum ſupplex populo ire cogeretur, nunq̃ adduci potuit, vt id præſente Q. Scæuola grauiſſimo, & ſapientiſſimo viro ſocero ſuo faceret. Itaq; rogabat eum, vt a ſe dum ineptæ rei inſeruiret, diſcederet: maiorem verecundiam dignitatis eius, q̃ candidæ togæ ſuæ reſpectum agens.

gis eius. omnes. n. ſ. populi cõegerunt eũ tranſire in locum debitum dignitati ſuæ hoc eſt ſenatorium, licet eſſet ſenatu motus ob ſcorti amores, propter quos captiuum Gallum turpiter feriri iuſſerat.

OLIVERIVS.

CONFREGIT remp. Ter. Dictum eſt in. c. de neglecta religione Terẽ. Varronẽ lanii cuiuſdã fuiſſe filium, qui ad conſulatũ populari aura perductus illo calamitoſo Hannibalis tempore cũ ipſo Hannibale apud Canna infeliciſſime dimicauit, Pau. Æmilio eius collega diſſuadente, atq; etiã inuito, qui magis nõ ꝓbare, q̃ nõ adiuuare eius cõſilium poterat. hic uero q cladis autor extiterat, cũ paucis admodũ fugit. cui ſenatus populuſq; Ro. obuiã proceſſit, & gratias egit, ꝙ de rep. non deſperaſſet. eidẽ dictaturam obtulit, quã uerecũdia motus recipere nõ ſuſtinuit. Fron. li. iiii. de cõſtantia Pau. inquit amiſſo ad Cãnas exercitu offerẽte equũ Lẽtulo, quo fugeret ſupereſſe cladi, q̃q̃ nõ ꝑ ipſum cõtractæ noluit. Sed eo ſaxo, cui uulneratus acclinauerat ꝑſedit, donec ab hoſtibus oppreſſus cõfoderet. Var. collega eius, uel maiore conſtantia poſt eandẽ cladẽ uixit, gratiæq; ei a ſenatu, & populo actæ ſunt q nõ deſperaſſet de rep. nõ autẽ uitę cupiditate, ſed reipu. amore ſe ſuperfuiſſe reliquo ætatis ſuæ tpe approbauit, & barbam capillumque ſubmiſit, & poſtea nunquam recubans cibũ cœpit, honoreſq; cũ ei deferrentur a populo, renunciauit, dicens, felicioribus magiſtratibus reip. opus eſſe. Acies. ſ. Romanæ in ea pugna proſtratæ. Specioſius. Honeſtius eã depoſuit, q̃ alii geſſere.

ASCENSIVS.

CONFREGIT &c. Ordo eſt. Ter. Var. cõfregit rẽp. i. Ro. hoc eſt labefecit eã, temerario ingreſſu pugnæ Cãnenſis, ubi Hãni. ipſum temere cõgreſſum ſuperauit. idẽ. ſ. Var. redemit. i. purgauit, paria faciendo culpam maxime cladis. ſ. apud Cãnas acceptę nõ ſubſtinendo. i. recuſando prę uerecundia recipere dictaturam delatam ſibi ab uniuerſo ſena. & popu. ſ. Ro. effecitq;, ut acies. ſ. Ro. apud Cãnas deletę, imputarentur iræ deorum, hoc eſt ut putarentur deletæ, nõ propter culpam imꝑatoris, ſed propter iram deorum, ſe ulciſci de P. R. uolentiũ, & ſup. ut modeſtia. i. uerecundia illa imputaretur. i. aſcriberetur moribus ipſius. ſ. Var. itaq; dictatura põt aſcribi ſpecioſius titulo imaginis, eius nõ recepta. i. eo ꝙ non eſt ab eo prę uerecundia recepta, quam poteſt aſcribi titulo imaginis aliorum, geſta. i. eo ꝙ ab illis geſta ſit.

OLIVERIVS.

NOS autẽ ad. magna cum inuidia. Hoc exẽ. ſupra memoratum eſt li. iii. c. de his quid degenerarunt a parentibus. nam Cicereius, cum ꝑtoriis comitiis competitor eſſet Cn. Sci. filii ſuperioris Afri. oĩbus ſuffragiis illi ꝑponebaꝰ hic ergo uerecundia motus ſe tanti uiri filio præpoſitum iri, ex competitore ſuffragatorem ſe fecit. Inuidia. Quia oẽs oderãt tanti uiri filiũ cõpetitorem eſſe ſcribæ. Carpebatur. lacerabatur. Crimen. Quia oẽs fortunã criminabanꝰ. Cẽturiis. quę ꝑtorię erant. Tẽplo deſcẽ. Ex loco Marti conſecrato. i. campo Mar. quo templũ erat. nuſq̃. n. cũ po. agi licebat, niſi in loco ſacro, & oĩs locus ſacer templũ dicitur. Nec. m. magnũ fuit ꝑciũ uerecundiæ. nam ſibi magno cõſtitit, quia ꝑturam amiſit, ut ſeruaret uerecundiã. Afri.

Non autem filio ſed patri, cuius fuerat ſcriba, & cliens.

ASCENSIVS.

NOS autem trãſgrediamur (Adhortatorie dictum) ad prę clarũ opus uerecundię. Fortuna deduxerat in campum. ſ. Martiũ. i. fecerat competitores præturę, q̃a comitiis prętoriis. i. cõuocationibus populi ad creandũ prętorẽ, Cn. Sci. filiũ Africani ſuperioris. i prioris, aut maioris, & ſcribã ſup. eius Cicereiũ. ſ. nomine cũ magna ĩuidia, q̃a inuidioſũ erat, ꝙ ſcriba. i. q ſcribẽdi miniſterio uictitabat, cũ ꝯſularis uiri filio cõpeteret, & ſup. fortuna carpebaꝰ ſermone uulgi, ut. i. tanquã nimis impotens. i. inſolens, ꝙ confuderat. i. cõmiſcuerat ſanguinẽ, quia filium, & clientelã, quia Cicereius cliens erat, tanti uiri. ſ. Scipionis ſuperioris, certamine comitiali. i. faciẽdo eos ꝑturã competere. Cæterum Cicerius cõuertit crimẽ eius. ſ. fortunę in laudẽ ſuam, . i. propriam. Nã ut. i. poſtq̃ ipſe uidit ſe anteferri. i. ꝑferri Scipioni. ſ. Cn. ſup. ab oĩbus centuriis quia centuriata erant comitia, deſcendit templo. i. loco Marti conſecrato, & ubi auſpicia captari ſolebant, hoc eſt e campo Martio, & abiecta toga candida, qua. ſ. competitores ſemper amiciebãtur, cœpit agere. i. ſe exhibere ſuffragatorem. i. fautorem in ꝑtura obtinenda competitoris ſui. i. eius cuius competitor fuerat pauloante, ut. ſ. concederet melius. i. decentius memoriæ Africani. ſ. ſuperioris patroni ſui, præturã, q̃ uendicaret. i. ꝓpriã faceret ſibi. nec non. i. etiam, & ſi Scipio. ſ. Cn. adeptus eſt tunc honore. ſ. prętutę, maximo ꝑcio uerecundię tamẽ ſup. populi uniuerſi, magis gratulati ſunt Cicereio, ut q plus obtinuerit glorię ꝑ uerecundiã, q̃ obtinuiſſet ꝑ ꝑturã. Alii legunt. tñ Cicereio magiſtratus lati ſunt, ꝙ non procedit niſi intelligamus. Scipio. quidem nomine magiſtratum adeptũ, ſed Cicereium re, quia honorẽ (qui magiſtratuum ꝓprius eſt, uſq; adeo, ut honores ſępe pro magiſtratibus ponantur) maiorem aſſecutus eſt, q̃ Cn. Scipio.

OLIVERIVS.

AC ne protinus. Hoc quoq; exem. Cic. in lib. de ora. narrat, cũ mos eſſet candidatorũ ambire populum, hoc eſt uniũquẽq; corũ, q ſuffragia dabãt manibus prehẽdi, atq; orare, ut ſuũ ſibi ſuffragiũ ꝑſtarent, ꝙ ꝑfecto ineptum, & indignum uidebatur. & erat, ut uiri patricii cogerenꝰ ſe ſubiicere plebi. Hac igitur uerecundia. M. Craſſus nunq̃ hoc facere potuit prę ſente Scęuo. ſocero ſuo. hic Scæuo. filius fuit P. S. iuriſperiti, & ab hoc dicetur. Cic. q̃ hebebat iuris ciuilis ſcientiam, q̃lacunq; foret, accepiſſe.

Ne pro. Ne ſtatim inquit relinquamus comitia, de quibus mentionem fecimus. Maiorem ue. ac ſi diceret plus uenerationis autoritati Scæuolę, q̃ magiſtratui, quem petebat ꝑſtitiſſe uidetur.

ASCENSIVS.

AC ne abeamus ꝓtinus comitiis. i. ut recitemꝰ plura uerecũdię exẽpla ĩ comitiis L. Craſſus petẽs cõſulatũ cũ cogereꝰ ire ſupplex. po. moꝛ oĩum cãdidatorũ. i. ĩ cãdidis ueſtibꝰ magiſtratũ petẽtiũ, nũq̃ potuit adduci, ut faceret id. i. ita ſupplex, ambiret, grauiſſimo, & ſapiẽtiſſimo uiro ſocero ſuo, uidelicet Quinto Scæuola prę ſente. i. tãtiſper, dũ ille prę ſens eſſet. Itaq; ipſe rogabat eũ. ſ. ſocerũ ſuũ, ut diſcederet a ſe, dũ. i. donec inſeruiret rei ineptæ. i. tali ſuppli, agẽs maiorẽ uerecundiã dignitatis eius. ſ. ſoceri ſui, q̃

reſpectū togę ſuę cādidę, q̄.ſ. exigebat, ut ſi ſuffragiis iuuari uellt ſupplex populū ambiret. OLIVERIVS.

⸿POMPEIVS autē magnus. De uerecundia magni Pōpeii dicit q cū acie pharſalica uictus fuiſſet Lariſſam Theſſaliæ ciuitatem ſe cōtulit, ubi Corneliā uxorem ſuam tantiſper locauerat, dum uideretur exitus belli. ubi cum multus populus honoris gratia obuiam procederet, uerecūdia motus, ite inqt, & iſtud officiū p̄ſtate uictori. Luca. ſed quid opus uicto populis, aut urbibus inqt, uictori p̄ſtate fidē. Dicerē, adulat̄, Val. inqt dignus nō Pō. uinci, niſi uictus eſſet a Cęſar, q tātus ē impator, ut ab illo uinci non ſibi turpe fuerit. ASCENSIVS.

⸿POMPEIVS autem magnus. uictus a Cæſa.ſ. Iulio, in acie.i. pugna pharſalica.i. in cāpis Phil. iuxta Pharſaliā urbem Theſſalię, cū intraret Lariſſam urbē Theſ. die poſtero.i. proximo poſt pugnā ſecuto, & uniuerſus populus illius oppidi p̄ceſſiſſet obuiā ei inqt, ite, o populi, & p̄ſtate.i. exhibite, iſtud officiū ſ. honorificū, q̄ mihi facitis uictori.ſ. Cæſ. dicerē ſup. q̄ id dixit ens nō dignus, q uinceret̄, niſi eſſet ſuperatus a Cęſ. qui.ſ. dignus erat quēlibet ſuperare, q̄ ſolida adulatione dicit certe.i. ſaltem, ſiue haud dubiæ modeſtus in calamitate.ſ. ſua. nam quia nō poterat uti iā dignitate ſua uſus eſt uerecundia.

OLIVERIVS.

⸿QVAM precipuā. Iu. Cęſ. qui primus Imperator, remp. occupauit, cū in capitoliū aſcēdiſſet ubi ſenatus habebatur, & frequētiſſimus tā q̄ illi nouos, & ampliſſimos honores demandaturus cōuenerat, iamq̄ parati eſſent interfectores, q in eius cædem cōſpirauerāt. ubi uidit Brutum ſtricto gladio in ſeruētem dixiſſe fertur, & tu filii. nā illum nō ſecus ac filium dilexerat. deinde togā ad talos uſq̄ demiſit, ne qd moriens obſcenitatis oſtenderet. quæ magna fuit uerecūdia, ut etiam in ipſa morte honeſtatis memor eſſet nec illū malorū conſpiratio, aut uulnerum atrocitas peruertere potuerunt, ut obliuiſceret̄ uerecūdiæ, Suet Cæ. inquit, ut aīad uertit ſe undiq̄ ſtrictis pugionibus peti, toga caput obuoluit, ſimul ſiniſtra manu ſignū ad ima crura duxit, quo honeſtius caderet etiā inferiore corporis parte uelata. Diuinus ſp̄s. Quia Cęſ. inter deos dicitur eſſe trāſlatus. Demiſit. uſq̄ ad talos. In hūc modū. Laudat Cæſarē cū aſſentatione more ſuo. q.d. Cæſar hoc uno pereundi mō nō ſe hoīem, ſed deū eē declarauit. ASCENSIVS.

Cęſaris ſ morte uerecundia

⸿QVAM .ſ. uerecundiam apparuit ſæpenumero fuiſſe præcipuam. quoq̄.i. etiam in C. Cæſ. & ultimus dies eius .ſ. in terris ſignificauit, id eſt indicauit manifeſto ſigno. Enim pro quia ipſe uiolatus compluribus mucronibus parricidarū, id eſt Caſ. Bruti, & aliorum, qui eum occidendo, patrem patriæ occiderūt. inter ipſum tempus, quo ſpiritus diuinus ſecernebatur a corpore mortali, id eſt quo mortalitatē hanc exuit, derelinquendo corpus mortale in terris, ne quidem .ſ. non ſaltem potuit abſterreri tribus & uiginti uulneribus, quin.i. quo minus, ut non obſequeret̄.i. inſeruiret uerecūdiæ. Siquidē.i. quoniā, ipſe demiſit.ſ. ad tegēda crura, & p̄tes pudēdas, togā.ſ. ſuā utraq̄ manu, ut inferior pars corpis laberet̄.i. caderet tecta.i. coop̄ta. Hoīes nō expirāt .i. c moriunt̄ in hūc modū.ſ. Sed qui ſic tam p̄uide cadunt repetunt ſedes ſuas.i. cęleſtes exiſtētes, aut affecti dii immortales.

DE POMPEIO. MAGNO.

Pompeius autē magnus, Pharſalica acie victus a Cæſare, cū poſtero die Lariſſam intraret, oppidiq̄ illius vniuerſus populus obuiam ei proceſſiſſet: Ite inquit, & iſtud officium pręſtare victori. Dicerem non dignus qui vinceretur: niſi a Cæſare eſſet ſuperatus certe modeſtus in calamitate. Nā quia dignitate ſua vti iam non poterat, vſus eſt verecundia.

DE CAIO IVLIO CÆSARE.

Quam præcipuam in Caio quoq̄ Cæſare fuiſſe ſæpenumero apparuit, & vltimus eius ſignificauit dies. compluribus enim parricidarum violatus mucronibus, inter ipſum illud tempus, quo diuinus ſpiritus mortali ſecernebatur a corpore, ne tribus quidem & viginti vulneribus, quin verecundiæ obſequeretur, abſterreri potuit: ſi quidem vtraq̄ togam manu demiſit, vt inferior pars corporis tecta collaberetur. In hunc modum nō homines expirant, ſed Dii immortales ſedes ſuas repetunt.

EXTERNA.

DE SPVRINA.

Quod ſequitur externis adnectam, quia ante geſtum eſt, q̄ Hetruriæ ciuitas daretur: excellētis in ea regione pulchritudinis adoleſcēs nomine Spurina, cū mira ſpecie cōpluriū fœminarū illuſtrium ſolicitaret oculos, ideoq̄ viris, ac parētibus earum ſe ſuſpectum eſſe ſentiret, oris decorem vulneribus cōfudit, deformitatemq̄ ſanctitatis ſuæ fidem, q̄ formam irritamentum alienæ libidinis eſſe maluit.

DE QVODAM SENE ATHENIENSI.

Athenis quidam vltimæ ſenectutis, cum ſpectatum ludos in theatrum veniſſet, cumq̄ nemo e ciuibus ſeſſum reciperet, ad Lacedæmoniorum legatos peruenit: qui hominis ætate moti, canos eius, & annos, aſſurgendi officio venerati ſunt, ſedemq̄ ei inter ipſos honoratiſſimo loco dederunt: quod vbi fieri populus aſpexit, maximo plauſu alienæ vrbis verecundiam comprobauit, Ferunt tunc vnum e Lacedęmoniis dixiſſe. Ergo Athenienſes quid rectum ſit, ſciunt, ſed id facere negligunt.

OLIVERIVS.

⸿QVOD ſequitur. ingenti laude p̄dicanda modeſtia, q̄ ſequitur. cuius exemplū ideo dicit externis adiūgendū potius, q̄ domeſticis, cū Tuſcus eſſet adoleſcēs ille de quo loquitur, qui uerecundiā hāc egit, anteq̄ Tuſci eſſent Romana ciuitate donati. Fuit autē eiuſmodi exēpiū, q̄ ſi in Chriſtiano adoleſcēte inueniretur, una oium uoce laudaret̄. Spurina p̄ſtantis formæ adoleſcēs, matronarum, & uirginū oculis inſidioſus erat. quippe qui non ſine cupiditate aſpici poſſe uideret̄, tanta eius formę uenuſtas, ut iam uxores, & filias habentibus ſuſpectus admodū eſſet. hic ergo cum uideret ſe cauſam eſſe plerūq̄ diſſidii inter uirum & uxorē, adeo moleſte tulit ut ingreſſus cubiculum, oēm uultus, oriſq̄ decorem illatis uulneribus confuderit, & ſe cicatricib' aſpectu deformē reddiderit. maluit deformitatem, ſuæ caſtitatis eſſe teſtimonium, q̄ formam alienæ libidinis irritamētū. ſunt qui putāt hūc fuiſſe Spurinā Cæſaris aruſpicē, q̄ mihi nō placet. Ci. dona. anteq̄ ciues Ro. ſierēt Hetruſci. nā cōſtat Hetrurię datam aliquādo fuiſſe ciuitatē. Solicitaret oculos, q̄a quacūq̄ inceſderet mulieres in eum oculos cōiiciebāt, & mouebant̄ earum animi, quæ cum laſciuioribus oculis eſſent uiris, & parētibus ſuſpectiores reddebant̄, ut uerſus ille. o facies oculis inſidioſa meis. Suę ſanctitatis, ut oēs crederent eum incorruptum, & nulla prorſus libidine uexatum, q̄d animi p̄poſitū, in Chriſtiano miris laudib' extolleret̄.

Spurina adoleſcē faciē uu nerib' d formaui

ASCENSIVS.

⸿QVOD ſequitur. E proximo more ſuo trāſit ad ex. nam externorum ſæpe ea prima ponit, quæ domeſticis proxima ſunt. Ordo eſt. Ego adnectam exter. ſup. exemplis, id quod ſequitur, quia geſtum eſt antequam ciuitas, ſcilicet Rom. daretur Hetruriæ, ideſt antequam Hetruſci ciuitate donarentur, & ita tunc externi erant. Adoleſcens nomine Spurina excellentis pulchritudinis in ea regione, ſcilicet Hetruriæ, cum ſolicitaret oculos compiurium fœminarū illuſtriū mira ſpecie, id eſt formoſitate ſua, ſentiret ſe ideo eſſe ſuſpectum uiris ac parentibus earum confudit uulneribus, quæ ſibi intulit decorem oris, id eſt faciei, & maluit deformitatem eſſe fidem, id eſt approbationem ſanctitatis, ideſt integræ caſtitatis ſuæ q̄, formam ſcilicet ſuam eſſe irritamentum libidinis alienæ.

OLIVERIVS.

⸿ATHENIS quidā. Legati Lacedæmoniorum forte Athenis

nis erant cum gederentur ludi, uenerunt ergo in theatrum, & ipſi ſpectatum, & cum iam cõſediſſent omnes, & ludi agi cœpiſſent, ingreſſus eſt theatrum ſenex quidam, qui cũ ſua quiſq; loca occupaſſet, totum theatrum circuibat, locum quærens. tandem uenit ad hos legatos, qui uiſo ſene aſſurrexere, & locum ei dedere tum Athenienſes plauſum dedere, uidentes tantam legatis ineſſe uerecũdiam. quorum unus dixiſſe fertur, Athe. probe ſcire quid rectũ ſit, & honeſtũ, cæterũ illud negligentia prætermittere. Cic. i Catone maiore. Memoriæ, inquit proditum eſt, cũ Atheni. ludis quidam grandis natu in theatrum ueniſſet, magno cõſeſſu, nuſq; ei locum datum a ſuis ciuibus. cum autẽ ad Lacedæ. acceſſiſſet, qui (legati cum eſſent) certo in loco cõſederant, conſurrexiſſe oẽs illi dicuntur, & ſenem ſeſſum recepiſſe. cumq; a cuncto cõceſſu plauſus eẽt multiplex datus memoriæ proditũ eſt, dixiſſe ex his quẽdã, Athenieñ. ſcire q̃ recta eſſent, ſed facere nolle.

ASCENSIVS.

ATHENIS &c. Ordo eſt Quidã ultimæ. i. ſummæ ſenectutis, Athenis. i. apud Athe. cũ ueniſſet io theatrũ ſpectatũ ludos, & nemo e ciuibus reciperet eũ ſeſſum, id eſt ſedendũ. (Eſt autẽ ſupinũ) peruenit forte ad legatos Lacedæmoniorũ qui. ſ. legati moti ætate hoĩs uenerati ſunt cãnos & annos eius officio aſſurgendi. & dederunt ei ſedem i loco honoratiſſimo inter ipſos. Quod ubi populus ſ. Athe. aſpexit fieri, cõprobauit maximo plauſu. i. applauſu uerecundiam urbis alienæ, uidelicet Spartanæ, aut Lacedæmoniæ. Ferunt. ſ. qui talia ſcripſerunt aut recitãdo memoriæ prodiderunt, unum e Lacedæmoniis dixiſſe tũc. Ergo Athenieñ. ſciunt quia approbabãt) quid ſit rectum, ſed negligunt id facere. Non eſt ergo exemplũ de uerecundia ſenis, ſed Lacedæmoniorum.

id eſt ſed utilia cognoſci, id eſt ut cognoſcantur. (Conſuetius dixiſſet cognitu, ut reſpondeat ad illud imitatu, quod eſt ſupinum in u ſemper paſſiue poni ſolitum) quia oportet eſſe rubori, id eſt pudori, hoc eſt ad pudorem, & erubeſcentiam animaduertenti, id eſt conſideranti, & legenti, excellentiſſima, ſcilicet opera amoris coniugalis, ne quidem, id eſt non ſaltem præſtare mediocria. Is ergo fructus ẽ legẽdi fortia, & ſancta illuſtrium uirorum, ac mulierum, geſta, ut ſi nõ paria, at qualiacunq; eiuſdem generis faciamus.

OLIVERIVS.

TIBERIVS Grac. Cic. lib. de diui. Quid Tib. Grac. P. filius, qui bis cenſor, & conſul fuit, idemq; & ſummus augur. & uir ſapiẽs ciuiſq; præſtans? Is (ut C. Gra. eius filius reliquit ſcriptum) duobus anguibus domi comprehenſis aruſpices conuocauit. qui cum reſpondiſſent, ſi marem emiſiſſet, uxori breui tempore eſſe moriẽdũ, ſi fœminam, ipſi, æquius eſſe cenſens ſe maturam mortẽ oportere, q̃ P. Afri filiã adoleſcẽtem intempeſtiua fata incurrere, fœminã dimiſit, ipſeq; paucis diebus poſtea mortuus eſt. Pli. li. vii. natu. hiſto. de pietate Grac. Inquit, pater anguibus comprehenſis in domo, cum reſpõderetur ipſum uicturum alterius ſexu, interẽpto, immo uero, inquit, meũ necate. Cornelia enim iuuenis eſt, & parere adhuc poteſt, hoc eſt, erat uxori parcere, & reip. cõſulere. idq; mox conſecutũ. Obitum ſuũ. Et ita quoq; fuit. nam Cornelia ſuperioris Africa filia T. Graccho uiro ſuo ſuperuexit. Itaq; Cornelia. Hãc ut ſupra diximus in cap. de reconciliatis, Grac. poſt factã ad ſacras menſas recõciliationẽ, accepit uxorem.

DE AMORE CONIVGALI

CAP. VI.

A Placido, & leni affectu, ad æque honeſtũ uerum aliquanto ardentiorem, & cõcitatiorem pergam: ligitimiq; amoris, quaſi quaſdam imagines, non ſine maxima ueneratione contemplandas lectoris oculis ſubiiciã, ualenter inter coniuges ſtabilita fidei opera percurrens, ardua imitatu, cæterũ cognoſci vtilia, quia excellentiſſima animaduertenti, ne mediocria quidem præſtare, rubori oportet eſſe.

DE TIB. GRACCHO ET CORNELIA EIVS VXORE.

Tiberius Gracchus anguibus domi ſuæ, mare, ac fœmina apprehenſis, certior factus ab Aruſpice, mare dimiſſo vxori eius, fœmina, ipſi celerem obitum inſtare: ſalutarem coniugi potius, q̃ ſibi parem ſecutus augurii, marem necari, fœminam dimitti iuſſit: ſuſtinuitq; in conſpectu ſuo ſeipſum in interitu ſerpẽtis occidi. Itaq; Corneliã neſcio vtrũ feliciorẽ dixerim, q̃ talem virũ habuerit, an miſeriorẽ: q̃ amiſerit.

DE ADMETO REGE THESSALIÆ.

O te Theſſaliæ rex Admete crudelis, & diri fati crimine ſub magno iudice damnatum: qui coniugis tuæ fata pro tuis permutari paſſus es, eaq; ne tu extinguereris voluntario obitu conſumpta, lucem intueri potuiſti, & certe prius parentum indulgentiam tentaueras, fœmineo animo impar inuentus.

OLIVERIVS.

Legitim' amor.

A PLACIDO & leni affectu. Tranſit ad. c. de amore coniugali, ubi eorum narrantur exempla, qui in ſolubili inter ſe dilectionis nexu, fuerunt in ea ſorte copulati. ſed more ſuo laudat in hac præfatione talem animorum affectum. Concitatiorem. uehementiorem. Legitimi amoris. Quia certa lege confederati ſunt uir, & uxor. quicquid autem lege tenetur, legitimũ dicitur. Stabilito. quia non ad tempus amarunt, nec ad tempus deſtiterunt. Quia excellentiſſima. Vere inquam eſt ardua, quia qui in aliis magna, & ſolennia recognoſcit, erubeſcit, ſi ipſe mediocria non præſtet.

ASCENSIVS.

A PLACIDO. Paraſceue, ſeu præfatio eſt de amore coniugali, de quo graphice differit dicens. Ego pergam, id eſt procedam ab affectu placido, & leni, utpote a uerecundia, ad ſup. affectum æq; honeſtum. uerum id eſt ſed ardentiorem & concitatiorem, id eſt commotiorem aliquãto. quod pro quia, ſubiiciam oculis lectoris quaſdam quaſi imagines ligitimi id eſt coniugalis amoris, contemplandas non ſine maxima ueneratione, percurrens, id eſt curſim narrans opera fidei id eſt fidelitatis ſtabilitæ, ualenter, id eſt potenter inter coniuges, id eſt matrimonio coniunctos uirum, & uxorem. opera inquam ardua, id eſt quæ ſunt ardua, & difficilia imitatu, id eſt ad imitaodum, cæterum,

ASCENSIVS.

TIBERIVS Grac. anguibus. ſ. duobus mare, ideſt maſculo, ac fœmina, apprehenſis. i. captis domi ſuæ. i. poſtquam domi ſuæ capti erant, factus certior id eſt edoctus ab aruſpice, celerem obitum inſtare. i. imminere uxori eius. ſ. Corneliæ mare dimiſſo. i. ſi marem dimiſerit, & ipſi. i. ſibi fœmina ſup. i. fœminam dimiſerit, ſecutus potius partem augurii ſalutarem coniugi, q̃ ſibi, iuſſit marẽ necari, & ſup. fœminam dimitti. & ſuſtinuit. i. paſſus eſt ſeipſum occidi in conſpectu ſuo in interitu ſerpentis ſ. maſculi. non q̃ cum illo ſtatim extinctus ſit, ſed q̃ paulo poſt ſe moriturum ex augure didicerat. Itaq; neſcio utrum dixerim. i. cenſere debeam Corneliam feliciorem, q̃ habuerit talem uirum q. ſ. pro illa mori uoluerit, an miſeriorẽ, q̃ amiſerit talẽ uirum.

OLIVERIVS.

O TE Theſſaliæ rex. Admetus rex Theſſaliæ graui morbo implicitus, per legatos Apollinem de ſalute conſuluit. Apollo reſpondit ita eum uiuere poſſe, ſi quempiam inueniret, qui uellet pro eo fata ſubire. tentatis igitur omnibus propinquis, amicis cliẽtibus, & ipſis denique ſeruis, ſola uxor inuenta eſt, quæ pro eo mori uoluerit. reprehendit autem, & quodammodo deteſtatur eum Vale. q̃ fideliſſimæ uxori ſuperſtes eſſe uoluerit. fuit hæc Alcaſtis nomine, filia Pelei, patruelis Iaſonis Theſſaliæ regis, fœmina quidem formoſiſſima, ex qua natus eſt Æmulus Admeti filius, qui ad Troiam cum aliis græcorum ducibus ueniens. xi. præfuit nauibus. hæc uſq; adeo uirum amauit, ut uoluntariam pro illo mortem ſuſcipere nõ recuſauerit. de qua Sene. in Medea — Admeti uxor pro uiro mori ſuſtinuit

dixit. Coniugis fatum redimens Pherei uxor, impēdit animam marito. Ouid. li. ii. de Pon. de uxore ſua dixit, Si mea mors redimenda foret, quod abominor eſſe, Admeti coniux, quam ſequeris eras. Iuue. in Satyra, credo pudicitiā dixit, Spectat ſubeuntem fata mariti Alceſtem, & ſimilis ſi permutatio detur, morte uiri cupiant animam ſeruare catellæ, hāc Plato dicit in ſympoſito ribus ſpiritum, ſcilicet uitalem, permiſſum acerbitate luctus hoc faſciis, id eſt panniculis lineis, quibus uulnus ligatum erat ſciſſis, id eſt diruptis, ac uulnere diuulſo, id eſt aperto. teſtatus, id eſt teſtificans tam uiolenta morte, quantum, id eſt quātam partem, aut molem flammæ maritalis habuiſſet clauſum illo pectore, ſcilicet quod ſit percuſſit, ac diuellit.

DE C. PLAVTIO.

Vilior Graccho iniquæ fortunæ victima, quãuis ſenatorii vir ordinis C. Plautius Numida, ſed in conſimili amore, par exemplum: morte enim vxoris audita, doloris impotens, pectus ſuum gladio percuſſit. Interuentu deinde domeſticorum inceptum exequi prohibitus, colligatuſq;: vt primum eſt occaſio data, ſciſſis faſciis, ac vulnere diuulſo, conſtanti dextera, ſpiritum luctus acerbitate permiſtum, ex ipſis pcordiis, & viſceribus hauſit: tam violēta morte teſtatus, quātū maritalis flāmę illo pectore clauſum habuiſſet.

DE M. PLAVTIO.

Eiuſdem vt nominis, ita amoris quoq; M. Plautius: nam cum imperio Senatus claſſem ſociorum ſexaginta nauium in Aſiam reduceret, Tarentumq; appuliſſet, atq; ibi vxor eius Horeſtilla, quæ illuc eū proſecuta fuerat, morbo preſſa deceſſiſſet: funerata ea, & in rogum impoſita, inter officium vngendi, & oſculandi, ſtricto ferro incubuit: quem amici ſicut erat togatum, & calceatum, corpori coniugis iunxerunt, ac deinde ſubiectis facibus, vtrunq; vna cremauerunt: quorum ibi factum ſepulchrum Tarenti etiā num conſpicitur, quod vocatur τῶν φιλούντων Nec dubito, quin ſiquis modo extinctis ſenſus ineſt Plautius, & Horeſtilla, fati conſortione, geſtientes vultus tenebris intulerint: ſaneq; vbi idem & maximus, & honeſtiſſimus amor eſt, aliquanto præſtat morte iungi, quam vita diſtrahi.

propter hoc factū meruiſſe a diis immortalibus, ut ab inferis reuocaretꝰ ad ſuperos. Sub magno iudice. ſ. Apolline.

ASCENSIVS.

FO TE &c. Per aptam apoſtrophem interſerit externum exemplum, ſed contrarium uideſicet Admeti Theſſali, q uxorem p ſe mori ſuſtinuit dicens. O Admete rex Theſſaliæ te dānatum ſup. iudicio ſub iudice magno, ſcilicet Apolline, criminē crudelis, & diri fati. i. mortis quæ poſtea extinctus es, & qui paſſus es fata, id eſt mortē coniugis. ſ. Alceſtis permutari .i. permutando accelerari, pro tuis, id eſt loco mortis tuæ, id eſt qui paſſus es coniugem tuā pro te mori, & ea conſumpta obitu uoluntario, ne tu extinguereris, quia oportuit aliquē pro eo mori, hoc eſt poſtquam ea pro te mortua eſt potuiſti intueri lucem, ſcilicet huius uitę. Et certe tentaueras prius indulgentiam, id eſt nimiam in te inclinationem parentum, ſcilicet tuorum, an uellent pro te mori iuuentus impar animo fœmineo, id eſt uxoris tuæ, quę pro te mori uoluit. cum tu nec pro parentum ſalute, quos pro te mori ſolicitaueras, nec pro tua neceſſitate, quia ſemel moriens dum erat, mori uelles.

OLIVERIVS.

FVILIOR Graccho. Hic ſenatorius homo fuit, dignitate non mediocri, cæterum Grac. longe inferior, cui nulla in re conferri poſſe uidetur, niſi in amore coniugali, adeo miſere uxorem amauit, ut audita eius morte ei diutius ſuper eſſe noluerit, nam ſibi quamprimum pectus gladio transfixit impatientia doloris, quem ſuperuenientes amici, & domeſtici grauiter caſtigarunt & inceptum opus exequi non permiſerunt, quanquam a propoſito deterrere, & a conſtituta in animo ſuo morte reuocare non potuerunt. nam idem (amotis arbitris omnibus) faſcias diſſoluit, uulnus diſrupit, & conſtanti animo ſpiritum emiſit. Vilior, qui non tantæ dignitatis fuit. Iniquæ fortunæ uictima quāuis. Sceuæ. quæ illorum amorem diremit. Impotens pe. ſu. g. p. Impatiens. Occaſio da. ſcilicet abſentibus amicis. Faſciis. quibus erat alligatus.

ASCENSIVS.

FVILIOR &c. Ex comparatione eiuſdem Gracchi ſubinfert alterum exemplum dicens C. Plautius Numida, ſcilicet cognomento quamuis uir ordinis ſenatorii, fuit ſupple tamen uictima fortunæ iniquæ, id eſt quem fortuna iniqua ad mortem impulit, uilior Grac. ſcilicet Tiber. ſed per exemplum in conſimili amore. ſ. coniugali. Enim pro quia morte uxoris ſupple eius audita percuſſit pectus ſuum impotens doloris, id eſt non potens perferre tantum dolorem, gladio, id eſt ſeipſum interemit. deinde prohibitus exequi, id eſt perficere inceptum, id eſt neceſſe fuit interuentu domeſticorum, & colligatus, id eſt habens uulnus, quod ſibi in pectore fecerat, ab illis ligatum ut, id eſt cum primū occaſio, id eſt opportunitas data eſt, ſcilicet per abſentiam domeſticorum hauſit conſtanti dextera ex ipſis precordiis, & uiſce

OLIVERIVS.

FEIVSDEM nominis. Hoc fuit cōfecto iam bello Macedonico, in quo Roma. quorundam Aſiæ populorum armis, & opera fuerant uſi. debellata ergo prouincia, & paratis rebus omnibus, cū ad ſocios remitterent claſſem, ei legationi præficere. C. Plautium ſenatorium uirum, & in repu. non obſcurum, qui cum Tarētum perueniſſet. uxor eius Hoſtellia, quam itineris comitem ſecū adduxerat, morbo implicita periit, cuius mortē cum æquo animo ferre non poſſet, inter ipſum funeris officiūm ſtricto enſe incubuit, & ita quos ſemel fortuna coniūxerat mors non diremit. nam uterq; codē que rogo cremati, & eodem ſepulchro conditi fuerunt, titulusq; ſepulchro iſcriptus φιλούντων τάφος amantium monumentum. Vngendi & apud maiores cadauera præcioſis quibuſdam unguentis deliniebantur, & in togis multa ſimul aromata cum cadaueribus cremabantur, unde legitur de Sylla tantam multitudinem aromatum fuiſſe in eius rogo cōſumptā ut imago eius his unguentis effigiem quandam contraxerit. Virgil. in. vi. de miſeno: corpuſq; lauant frigentis & ungunt. Nec dubito. Loquitur ſecundum Epicureos, qui dicebant nullum ſenſum remanere poſt mortem, ſeu morte omnia pariter cum corpore extingui. Conſortionem. Coniunctionem.

Vnguentorū multitudo in Syllæ funere

ASCENSIVS.

FEIVSDEM &c. Inuento rurſus filo, quo exempla conſuat, dicit. M. Plautius, ut nominis, ita quoq; amoris eiuſdem, ſcilicet coniugalis ſup. fuit. Nam cum, id eſt quando reduceret in Aſiā imperio ſenatus claſſem ſociorum. lx. nauium, ideſt quæ claſſis. lx. complexus eſt naues, & appuliſſet ſup. claſſem Tarentum, id eſt illud oppidum maritimum, atq; Hoſtellia uxor eius proſecuta fuerat eum illuc, ſcilicet uſq;, deceſſiſſet ibi preſſa morbo, ea funerata. i. funebri pōpa inſtructa, & impoſita (aut potius iam iā imponēda, nā ſi impoſita fuit, quō ſtat q ſequitꝛ) in rogū. i. ignē incēſum, incubuit ferro ſtricto. i. in gladiū nudatū, inter officiū ungendi, ſcilicet cadaueris, & oſculandi, cū ſtatim in rogum imponi debebat, aut ſi rogum acceperimus non pro incenſa pyra, ſed parata incendi, dicamus moris fuiſſe, ut cadauera, in rogum impoſita, priuſquam ignis inferretur, unguenta, & oſcula a cariſſimis inferantur. Quem, ſcilicet Plautium, qui ſe interemerat, amici iunxerunt corpori coniugis togatum, & calciatum, ſicut erat, ac deinde cremauerunt una, id eſt pariter utrunq;, ſcilicet tam maritum, quam uxorem facibus ſubiectis, id eſt ab inferiori parte iniectis. quorum ſepulchrum eſt factum ibi eodem loco, & conſpicitur etiamnum, id eſt nunc adhuc, Laurenti quod uocatur τῶν δύο φιλούντων, id eſt duorum amantium. Nec dubito quin ſi modo. i. dummodo quis, id eſt aliquis ſenſus ineſt extinctis, Plautius, & Horeſtilla intulerunt tenebris, ſcilicet inferni uultus geſtientes, id eſt exultantes, & geſtu gaudia ſua prodentes, conſor

ſtes, conſortione, id eſt obſortionem ſimilem fati, id eſt mortis. Saneq; i. eſt & ſane, ubi idem amor, & maximus (quia non eſt maior dilectio, quam quis animam pro dilecto ſuo ponat) & honeſtiſſimus, quia legitimus eſt. Præſtat, id eſt, melius eſt aliquanto, quod dicunt aliquatenus, iungi morte, id eſt per mortem in altera uita (ſed euangelium nos docet in altera uita futuros ſicut angelos dei, hoc Cælibes omnes, quod uocabulum a Cœlo deductum inepte propterea diximus) quam diſtrahi, id eſt diſſolui uita ſ. hac temporali.

THEOPHILVS.

HAC una affinitate. Inde Lucanus Pharſaliæ primo, Nam pignora iuncti Sanguinis, & duro ferales omine tedas Abſtulit ad manes parcarum Iulia ſcæua Intercepta manu. quod ſi tibi fata dediſſent. Maiores in lucem horas, tu ſola furentem. Inde uirum poteras, atq; hinc retinere parentem, Armataſq; manus excuſſo iungere ferro.

DE IVLIA CAII CÆSARIS FILIA.

Conſimilis affectus Iuliæ C. Cæſaris filiæ annotatus: eſt quę cum ædilitiis comitiis Pompei magni cōiugis ſui veſtem, cruore reſperſam, e campo domum relatam vidiſſet: territa metu, ne qua vis ei eſſet allata, exanimis concidit, partumq;, quem vtero conceptum habebat, ſubita animi conſternatione, & graui dolore corporis eiicere coacta eſt, atq; ita expirauit: magno quidem cum totius terrarum orbis detrimento: cuius tranquillitas tot ciuilium bellorum truculentiſſimo furore perturbata non eſſet, ſi Cæſaris, & Pompeii concordia, communis ſanguinis vinculo conſtricta manſiſſet.

DE PORCIA CATONIS FILIA, VXORE BRVTI.

Tuos quoq; caſtiſſimos ignes Porcia, M. Catonis filia, cuncta ſecula debita admiratione proſequuntur: quæ cum apud Philippos victum, & interemptum virum tuum Brutum cognoſceres, quia ferrum non dabatur, ardentes ore carbones haurire non dubitaſti, muliebri ſpiritu virilem patris exitum imitata. Sed neſcio an hoc fortius, q̃ ille vſitato, tu nouo genere mortis abſumpta es.

EXTERNA.

Sunt & alienigeni amores iuſti, obſcuritate ignorantiæ non obruti, ex quibus paucos attigiſſe ſatis erit. Gentis Cariæ Regina Arthemiſia virum ſuum Mauſolum fato abſumptum, quantopere deſiderarit leue eſt, poſt conquiſitorum omnis generis honorum, monimentiq; vſq; ad ſeptem miracula prouecti magnificentiam, argumentari. Quid enim aut eos colligas? aut de illo inclyto tumulo loquare, cum ipſa Mauſoli viuum, ac ſpirans ſepulchrum fieri concupierit, eorum teſtimonio, qui illam extincti oſſa potioni aſperſa, bibiſſe tradunt?

OLIVERIVS.

CONSIMILIS affectus Iuliæ. Iulia Pompei moritur Pli. in uita Pompei ſic tradit comitiis ędilitiis cum manus quidam conſeruiſſent, & circa Pōpeium multi cecidiſſent, cruore cæſorum perfuſus, ueſtes mutauit, & cum multus ſeruorum tumultus ad ædes eius fieret, interferendum ueſtes, puella prægnans uiſa cruenta toga concidit, nec multo poſt abortiuum enixa periit. Ædilitiis co. Quibus creabantur Ædiles. E campo, ſcilicet Martio, ubi habebantur comitia. Exanimis. mortua. nam inter exanimum, & exanimatum hoc intereſt, quod exanimus dicitur mortuus. Virgilius. Exanimumque auro corpus uendebat. Achilles Exanimatus uero, metuens, & perterritus, idē Exanimata ſequens impigeret agmina muris. Conſternatione. Mentis conturbatione, nō conſternatus mente perturbatus, & ſubito caſu perterritus a ſternuto deductus, quia cum ſternutamus toto corpore cōmouemur. Orbis detrimēto, quia poſt huius mortem ſecuta ſunt bella ciuilia inter Cæſarem, & Pompeium, quæ totum terrarum orbem graui clade concuſſerunt. Communis ſanguinis uinculo. Hac una, ſcilicet affinitate, quia ſi uixiſſet Iulia potuit Pompeium cum ſocero patrem ſuum in perpetua concordia tenere.

ASCENSIVS.

CONSIMILIS & cæt. Ordo eſt. Affectus Iuliæ filiæ C. Cęſaris eſt notatus, id eſt obſeruatus, & inuentus conſimilis, ſcilicet affectui prædictorum in amore coniugali, quæ cum uidiſſet comitiis ædilitiis, id eſt quibus ædiles creandi erant, ueſtem Pompeii magni coniugis, id eſt mariti ſui relatam domum e campo, ſcilicet Martio, reſperſam cruore, territa metu, id eſt ob metum, ne qua uis, id eſt uiolentia eſſet allata ei, ſcilicet coniugi ſuo, concidit exanimis, id eſt ſine anima, id eſt uitæ ſigno, & coacta eſt eiicere ſubita conſternatione animi, & graui dolore corporis, partum, id eſt fœtum, quem habebat conceptum utero, atq; expirauit, id eſt uitam afflauit. ita id eſt in tali dolore. quidem, id eſt certe, Cum magno detrimento orbis terrarum, cuius, ſcilicet orbis terrarum tranquillitas non eſſet perturbata truculentiſſimo furore tot bellorum ciuilium, ſi concordia Cæſaris, & Pompeii manſiſſet conſtricta uinculo communis ſanguinis, ſcilicet liberorum Iuliæ ſi abortiuum non emiſiſſet partum.

OLIVERIVS.

TVOS quoq; caſtiſſimos ignes Porcia. Porcia Catonis filia uirum ſuū Brutum tantopere amauit, ut audita ei⁹ morte, cum illi ſupereſſe nullo modo uellet, nec ferrum daretur, quo ſe transfigeret. nam ab ea omne telorum genus a domeſticis hoc ipſum timentibus fuerat amotum, bonam ipſa mortis uiam inuenerit, nam carbones ignotos auidiſſime hauſit, & nouo lęti genere conſumpta eſt. hæc ut in capi. de fortitudine diximus, cognito uiri conſilio quod de interficiēdo Cæſare cum Caſſio cæperat, priuſquam tantum facinus aggrederetur Brutus, experiri uoluit nunquid poſſet fortiter mori, ſi res marito infeliciter ceſſiſſet, & accepta nouacula ſimulans ungues uelle pręcidere manum ſibi non leuiter ſauciauit. Ignes caſtiſſimos. amores pudiciſſimos. Virgil. Et cæco carpitur igni, id eſt amore. Admiratione. non ſolum laude. Virum Brutum cognoſceres, Marcus Brutus, ut quidā uolunt ſeruiliæ Catonis ſororis filius, Porciam Catonis (defuncto priore marito) duxit uxorem. Philippos. ſcilicet campos, uidelicet in Theſſalia. Victum ab Antonio, & Auguſto. Patris exitum. quia ſicut pater, ſcilicet Cato uticenſis poſt reipublicæ partes in Africa profligatas, ubi uidit nullam ſibi libertatis ſpeciem eſſe relictam, maluit ſibi fortiter mortem inferre, quam in Tyranni ſeruitutem concedere. Ita tu o Porcia uiriles magis, quam muliebres animos gerens ſed fortaſſe facinus tuū aliquanto fortius fuit patris facinore. nam ille uſitato modo moriendi occidit, ſcilicet gladio, tu uero inuſitato genere mortis, id eſt carbonibus.

ASCENSIVS.

TVOS quoque &c. Ordo eſt. O porcia filia Mar. Catonis, cuncta ſecula proſequentur debita admiratione quoque, id eſt etiam tuos ignes, id eſt amores caſtiſſimos, quia coiugales. quæ cum agnoſceres Brutum uirum tuum uictum, ſcilicet ab Auguſto, & interemptum, ſcilicet apud Philippos locum illum in Theſſalia non longe a Pharſalia, non dubitaſti haurire, id eſt in os tuum, & guttur ingerere carbones ardentes, quia ferrum, id eſt inſtrumentum ferreum, id eſt quo te occidere poſſes, non dabatur. Imitata, id eſt imitans ſpiritu muliebri exitum uirilem patris, ſcilicet Catonis, qui ſe apud Vticam interemerat. Sed neſcio an ſupple feceris fortius hoc, quod ille ſcilicet pater tuus Cato Vticenſis ſupple abſumptus eſt genere mortis uſitato, ſcilicet a multis, quia multi ſibi ferro uitam ademerunt, tu autem ab-

ſumpta es, id eſt de medio uiuentium ſublata, nouo, id eſt inſoſito, & inaudito genere mortis, uidelicet ſuffocando ſpiritum, carbonibus in os congeſtis.

OLIVERIVS.

¶ SVNT & alienigeni. tranſit ad externa, quorum primum eſt Arthemiſiæ reginę, filię Ligdami Alicarnaſei, & uxoris Mauſoli regis Cariæ, quæ uirum amaſſe fert ſupra omnes amorum fabulas, ultraq; affectionis humanæ fidem. Mauſolus autem fuit, ut Cicero refert, rex terræ Cariæ, ut quidam hiſtoriarum græcarum ſcriptores prouinciæ Græciæ præfectus, quem Græci σατράπην uocãt. is Mauſolus ubi fato perfunctus eſt inter lamenta, & manus uxoris funere magnifico ſepultus eſt. Arthemiſia luctu, & deſyderio mariti flagrans, oſſa, cineremq; eius mixta odoribus contuſaq; in pulueris faciem aquæ indidit, ebibitq;. multaq; alia uolentis amoris indicia feciſſe dicitur, mollita quoq; eſt ingenti impetu operis, conſeruãdę mariti memoriæ, cauſa, ſepulchrum illud memoratiſſimum, dignatumq; numeran inter ſeptem omnium terrarum ſpectacula. id monumẽtum Arthemiſia cũ diis manibus ſacris Mauſoli dicaret. Agona, id eſt certamen laudibus eius dicundis fecit, poſuitq; præmia pecuniæ, aliarumq; rerum bonarum ampliſſima. Ad eas laudes decantandas ueniſſe dicuntur Theopompus, Theodoctes, & Naucratites, & ut quidam uolunt Iſocrates. huius autem certaminis uictorem Theopompum fuiſſe tradunt. Is fuit Iſocratis diſcipulus Cice. Tuſcula. libro. iii. Et Arthemiſia, inquit, Illa Mauſoli Cariæ regis uxor, quę nobile illud Halicarnaſi fecit ſepulchrum, quoad uixit, ſemper uixit in luctu, eodemq; etiam confecta contabuit. huic erat illi opinio quotidie recens, quæ tum denique appellabatur recens cum uetuſtate exaruit. Strabo libro. xiiii. tum Halicarnaſus, inquit principium Cariæ regina, quæ prius Zephira, hoc in loco eſt Mauſoli ſepulchrũ, unum e ſeptem ſpectaculis, quod illi Arthemiſia uxor conſtruxit. Item paulo inferius. nam Hecatonus Carię rex tres habuit filios Mauſolum, Idreum, & Pyxodarum, & filias duas, e quibus Arthemiſia grandior Mauſolo ex fratribus grandiori nupſit, ſecundo uiro Idreo altera ſoror data eſt nomine Ada. Mauſolus itaque regnauit, quo mortuo, uxor imperium habuit, quæ illi ſepulchrum conſtruxit. Arthemiſia tabe conſumpta propter luctum quem ex uiro ſuo ſuſceperat, hæc Strabo. qui non conuenit cũ Herodoto de Arthemiſia. nam Herodotus lib. hiſtoriarum. viii. dicit Arthemiſiam Ligdami Halicarnaſei, non Hecatoni Cariæ regis filiam fuiſſe. Ad ſeptem miracula prouecti. Plinius libro. xxxvi. naturalis hiſtoriæ hoc inter ſeptem mundi miracula connumerari dicit. Sculptumq; fuiſſe, a quatuor hominum pręſtantiſſimis, Scopa, Brya, Thimoteo, & Leochare, patere ab auſtro, & ſeptentrione ſexagenos ternos pedes. Breuius a frontibus. toto circuitu pedes quadringentos undecim, attoli in altitudinem xxv. cubitis, cingi columnis. xxxvi. ab oriente cęlaſſe Scopam, a Septentrione Bryam, a meridie Thimoteum, ab occaſu Leocharem. & ſubiungit. Arthemiſiam reginam tanti operis autorẽ opere nondũ obſoluto periiſſe. Sculptores tamen inde non receſſiſſe, niſi prius perfecto opere, quod ſuæ gloriæ, & ipſorũ arti perpetuũ monimentũ fore uiderent. Cuius rei multi meminere ſcriptores, atque poetæ.

ASCENSIVS.

¶ SVNT &c. Ordo eſt. Amores alienigeni, id eſt aliunde geniti & obſeruati, ſunt iuſti, non obruti obſcuritate ignorantiæ, ex quibus ſcilicet inſtitutis externis, ſatis erit attigiiſſe, id eſt paucis abſoluiſſe paucos, unde incipiens narrare dicit. Arthemiſia regina gentis Cariæ, quantopere, id eſt quantum impenſe deſyderauerit, Mauſolum (ſeu Mauſeolum) abſumptum, id eſt ablatum fato, id eſt morte, leue eſt, id eſt facile argumentari, id eſt probare, poſt magnificẽtiam, id eſt magnificam impenſam honorum omnis generis, & monimenti, ſcilicet ſepulchri prouecti, Vſq; ad ſeptem miracula, id eſt eo uſq; ut inter ſeptem miracula mundi an numeraretur. Quid enim, id eſt nam quid, id eſt ad quid aut colligas eos, ſcilicet honores omnis generis conquiſitos, aut loquare de illo inciſto Tumulo, cum ipſa concupierit fieri ſepulchrum Mauſoli, ſcilicet mariti ſui uiuum aſpirans, id eſt ſpiritum uitalem ducens, teſtimonio eorum, qui tradunt illam bibiſſe oſſa, ſcilicet mariti extincti aſperſa potioni, id eſt potui ſui, quaſi dicat non poſſe fortius argumentum afferri.

DE HIPSICRATEA VXORE MITHRIDATIS.

Hipſicratea quoque Regina, Mithridatem coniugem ſuum effuſis charitatis habenis amauit: propter quem præcipuum formæ ſuæ decorem in habitum virilem conuertere voluptatis loco habuit: tonſis enim capillis equo ſe, & armis aſſuefecit, quo facilius laboribus, & periculis eius intereſſet: quinetiam victum a C. Pompeio per efferatas gentes fugientem, animo pariter, & corpore infatigabili ſecuta eſt cuius tanta fides aſperarum, atq; difficilium rerum Mithridati maximum ſolatium, & iucundiſſimum lenimentum fuit: cum domo enim, & penatibus vagari ſe credidit, vxore ſimul exulante.

OLIVERIVS.

¶ HIPSICRATEA quoque. De effuſo amore Hipſicrateæ reginæ uxoris Mithridatis regis Ponti dicit, quæ mutato fœmineo cultu, ſpretoq; matronali decore cuius audę nimium ſolent eſſe mulieres, uirilem abitum ſumpſit, capillos incidit equos, & arma tractauit, ut in omni fortuna uirum ſequi poſſet, quem a Pompeio ſuperatum per ſolitudines, & barbaras gentes fugiẽtem, mira quadam animi, & corporis fortitudine comitata eſt, hæc ſibi diſſuadenti uiro dixiſſe fertur. quos ſors una coniunxit is debet quo res cumq; cadat unum, & commune periculum, una ſalus ambobus eſſe. Hic Mithridates Ponti, & Bythiniæ rex inclytus fuit, de quo Plinius libro. xxv. natu. hiſtor. ſic tradidit, Mithridates maximus ſua ętate regum, quem debellauit Pompeius omnium ante ſe genitorum diligentiſſimus uitæ fuiſſe, argumentis præterquam fama intelligitur. unde ei excogitatum quotidie uenenum bibere, præſumptis remediis, ut conſuetudine ipſa innoxium fieret. de cuius memoria paulo infra ſic inquit, illum ſolum mortalium Mithridatem xxii. linguis locutum certum eſt, nec ſubiectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis. lvi. quibus regnauit. quod & Gellius, & Solinus affirmauit, qui quod maius eſt unumquemq; ſuo nomine ex tot millibus appellare ſolitum fuiſſe dicunt, proinde lingua, & oratione uniuſcuiuſq; nõ minus ſcite, quam ſi gentilis eius fuiſſet, locutum fuiſſe. De cuius morte uaria tradunt autores. nam alii dicũt uictum a Pompeio cum ſibi mortem inferre decreuiſſet, uiolentiſſima uenena ſumpſiſſe, deniq; gladio ſe transfixiſſe. Plinius de uiris illuſtribus dicit illum uenenum ſumpſiſſe, quo tarde agẽte, percuſſorem Gallum atroci uultu territum reuocaſſe, in cædem ſuam manum trepidantis adiuuiſſe. Alii uero acutiſſimo ueneno extinctum fuiſſe aſſerunt, quorum opinionem Lucan. ſecutus eſt libro primo cum dixit. Poſt cilicaſq; uagos, & lapſi pontica regis. Prælia Barbarico uix conſumata ueneno. Mithridatem con. ſunt qui dicant non Mithridatis uxorem fuiſſe ſed concubinam, cuius ſententiæ eſt Plut. in uita Pomp. Tonſis capillis. more uirorum. Efferatas. crudeles, & barbaras.

ASCENSIVS.

¶ HIPSICRATEA quoque regina, ſcilicet Ponti, amauit Mithridatem coniugem, id eſt maritum ſuum habenis charitatis effuſis, id eſt late extenſis, ſicut equus effuſis habenis late excurrit, propter quem. ſ. cõiugem ſuum ipſa habuit loco uoluptatis, conuertere præcipuum decorem formæ ſuæ, ſcilicet muliebris in habitum uirilem. Enim pro quia, capillis tonſis, id eſt poſt quam more uirili totonderat capillos, ipſa aſſuefecit ſe equo, & armis, quo, id eſt ideo, ut intereſſet facilius laboribus, & periculis eius, ſcilicet mariti ſui. Quin etiam, id eſt inſuper, ipſa ſecuta eſt animo pariter, & corpore indefatigabili, aut infatigabili ſup. maritum uictum a Cn. Pompeio ſcilicet magno, fugientem per gentes efferatas, id eſt immanes. Cuius, ſcilicet uxoris fides, tanta, id eſt tam magna fuit. Mithridati maximum ſolatium, & iocundiſſimum lenimentum rerum aſperarum, atq; difficilium Credidit enim ſe uagari cum domo, & penatibus, uxore ſimul exultante, id eſt eo quod uxor ſimul exularet.

OLIVERIVS.

VERVM quid Aſiam.) propter Arthemiſiam. Quid latebras, ponti.) propter Hipſicrateam Mithridatis uxorem. Totius Graecię decus. Nam Lacedaemones aliquando Graecorum principes fuere, ſubactis Athenienſibus. Specimen. Experimentum. Tantum non.) peculiare Valerii dictum ferme.

Tantum non

DE LACEDÆMONE.

Verum quid Aſiam, quid barbariae immenſas ſolitudines, quid latebras Pontici ſinus ſcrutor? Cum ſplendidiſſimum totius Graeciae decus Lacedaemon praecipuum vxoriae fidei ſpecimen tantum non noſtris oſtentet oculis, plurimis & maximis patriae ſuae laudibus admiratione facti comparandum.

ASCENSIVS.

VERVM.) id eſt ſed quid, ideſt ad quid ſcrutor Aſiam in qua fuit Arthemiſia, quid ſcrutor immenſas ſolitudines barbarię, quid latebras, ideſt ſinus pōtici, in quo Hipſicratea fuit? cum Lacedaemon, id eſt Sparta. ſplendidiſſimum decus totius Graeciae. oſtentet oculis noſtris praecipuum ſpecimen, ideſt experimentum, & approbamentum, fidei uxoriae, tantum non, id eſt (ut Oliuerius interpretatur) ferme, ſed ſic mihi exponendum uidetur, oſtentet tantum non id eſt non ſolū oculis noſtris ſpecimen praecipuum fidei uxorię, ſed comparandum plurimis, & maximis laudibus ptiae ſuae, admiratione .i. ꝓpter admirationē facti.

DE MINYIS.

Minyae, quorum origo ex inclyto ſociorum Iaſonis numero Lemniorum in inſula concepta, per aliquot ſeculorum vices ſtabili in ſede manſerat, a Pelaſgicis expulſi armis, alienę opis indigentes, excelſa Taygetorum montium iuga ſupplices occuparunt: quos Spartana ciuitas reſpectu Tyndaridarũ (nãq; in illo nobilis famae nauigio deſtinatum ſyderibus par fratrum fulſerat) deductos inde, legibus, commodiſq; ſuis immiſcuit. Sed hoc tantum beneficium in iniuriam benemeritae vrbis, regnum affectantes, verterunt. Igitur publicae cuſtodiae incluſi, capitali ſeruabantur ſupplicio: quod cum vetere inſtituto Lacedaemoniorum, nocturno tempore paſſuri eſſent, coniuges eorum illuſtris ſanguinis, ibi velut allocuturae perituros viros, impetrato a cuſtodibus aditu, carcerem intrarunt, commutataque veſte per ſimulationem doloris, velatis capitibus eos abire paſſae ſunt. Hoc loco quid aliud adiecerim, quam dignas fuiſſe, quibus Minyae nuberent?

OLIVERIVS.

MINYÆ, quorum origo.) Minyae populi Theſſaliae una cum Iaſone, & caeteris argonautis ad inſulam Colchos nauigarunt, ad aureum uellus rapiendum. Vnde Ouid. lib. vii. Meta. Iamq; fretum Mynię Pegaſea puppe ſecabant. in reditu ſuo Lemnum inſulam tenuerūt, in qua diu cum habitaſſent orta ſeditione inde pulſi a Pelaſgis, Taygetarum montes occupauerunt, quos Spartani commiſeratione commoti, cum nobilitate generis, tum memoria Tyndaridarum, qui Spartani fuere, & Iaſonis comites, quaſi conſanguineos eos benigne ſuſceptos ciuitate donarunt, quin etiam uirgines ex nobiliſſimis Lacedaemonum natas, matrimonio iunxere. Hi poſtea cum magnas opes adepti eſſent, ad eam inſaniam uenere, ut remp. occupare uellent, quod cum Spartani ſenſiſſent, eos in carcerem cōiecerunt, & capite damnarunt. uxores eorum mutata ſorte, illos a morte uindicarunt. ſimulantes enim ſe uelle perituros uiros extremum alloqui, carcerē ingreſſae, ueſtes cum uiris mutarunt, quo habitu illi tecti incolumes aufugere. Concepta inſu.) ibi enim argonautae benigne excepti fuere ab Hiſiphile regina Lemni. Taygetorum mon.) Montes ſunt laconiae inter Lacedaemona, & mare poſiti, & declinatur Taygetus ti. Luc. gelidiq; inculta iuuentus Taygeti. Virg. uero Taygeta dixit li. Geor. ii. Virginibus bacchata lacenis Taygeta. Sed li. iii. Taygetus declinauit. Vt Taygetiq; canes domitrixq; Epidaurus equorum. Reſpectu t.) ſ. Caſtoris, & Pollucis, qui Iouis, & Ledae filii fuerunt. Leda uero tyndar. uxor, quae cum Ioue ſub Cygni forma concubuit, & gemina peperit oua, ex quorum altero nati ſunt Pollux, & Caſtor, ex altero Helena, & Clytemneſtra, ergo Tyndarus horum fuit non uerus, ſed putatiuus pater. Deſtinatum ſi.) quia Pollux, & Caſtor dicuntur inter ſydera fuiſſe relati. Par fratrum.) quia gemini fuerunt eodem partu nati. Legibus com.) Quia fuerunt in ciuitate donati. Publicae cuſtodiae.) In carcere. Nam graeci φυλακὴν dicunt cuſtodiam, & carcerem. Nocturno tempore.) mos erat Lacedaemoniorum nocturno tempore de noxiis ſumere ſupplicium. Illuſtris ſanguinis.) Quia nati ex nobiliſſimis Lacedaemonum erant.

ASCENSIVS.

EIVSMODI eſt.) quod ſubinfertur exemplum nō quidem de Minyis, ſed de Lacaenis in Minyas. unde dicit ſic. Minyae (quorum origo ex inclyto numero ſociorum Iaſ. ad uellus aureum tendentis, concepta, id eſt ſimul hoſpitio accepta, in inſula Lemniorum manſerat per aliquot uices, id eſt uiciſſitudines ſeculorum ſtabilis in ſede, id eſt habitatione firma) expulſi. ſ. e Lemno, armis pelaſgicis, & ſupple indigentes opis alienae. occupauerunt ſupplices excelſa iuga, id eſt ſummitates montium Tayge. qui ſunt in Laconia, quos ciuitas Spartana, hoc eſt Laceda. reſpectu, id eſt. ob reſpectum Tynda. ſcilicet Caſtor & Pol. qui etiam cum Argonautis fuerunt, & ex Leda lacaena muliere orti, unde addit quaſi per parentheſim, (namq; par fratrum, ſcilicet Caſtor & Pullux. Deſtinatum, ſcilicet a diis ſyderibus, id eſt ut inter ſydera aliquando colloocentur ubi gemini ſignum conſtituunt, fulſerat in illo nauigio nobilis famae, ut de quo plurimi ſcripſerunt) Immiſcuit deductos inde, ideſt ex illis montibus, legibus, & commodis ſuis, hoc eſt in ciuitate donauit, ſed ſupple Minyę uerterunt hoc beneficium in iniuriam, affectantes regnum urbis benemeritae ſupple de ſe hoc eſt Lacedęmonis. Igitur ipſi incluſi publicae cuſtodiae ſeruabantur ſupplicio capitali, id eſt donec de illis ſupplicium capitale ſumeretur, quod ſcilicet ſupplicium cum paſſuri eſſent tempore nocturno, uetere, id eſt ex uetere inſtituto, id eſt more Lacedaemoniorum, qui occulte ſuſtulerunt noxios, & palam decorauerunt probos, coniuges eorum illuſtris ſanguinis ibi, id eſt apud Lacedaemonem, intrauerunt carcerem, impetrato aditu a cuſtodibus, uelut allocuturae uiros perituros, ſcilicet ea nocte, & ueſte commutata, ſcilicet cum maritis, paſſae ſunt eos abire capitibus uelatis per ſimulationem doloris, unde putem legendum paſſi ſunt, ſcilicet cuſtodes, putantes foeminas eſſe, & capita ob dolorem inuoluiſſe, quod uiri fecerunt, ne barbis, aut uirili facie proderentur. poteſt tamen legi, paſſae ſunt. quia ipſę pro illis remanſerunt. Quid adiecerim. id eſt adiicere debuerim huic loco, id eſt ad hoc factum, aliud quam lacaenas illas fuiſſe dignas, quibus Minyae nuberent, & ita ipſe uiri eſſent? quaſi dicat nihil.

THEOPHILVS.

MINYÆ.) Cum tyrrhenorum manus imbrum, Lemnumq; inſulas occupaſſent, ex athicis mulieribus liberos ſuſceperunt. Hos poſtea Athenień. ut ſemibarbaros ex inſulis exegerunt, ii. Tęnarum profecti, cum ſeruili bello Spartanis egregiam nauaſſent operam in ciuitatem conditione, atq; ipſi erant recepti, connubia contraxerunt. excluſi tamen ab honoribus, & a curia, ueneeunt in ſuſpitionem, quaſi res nouas molirentur, eaq; de cauſa comprehenſi tenebantur in cuſtodia, donec habita quaeſtione, compertiq; carnifici traderentur. Interea eorum coniuges in cuſtodiam ſaepe uenire, ſuppliciter orare, contendere, ut ad uiros admitterentur, aegre tandem impetrauerunt. Itaq; eorum conſiliorum, raptim cum matronis mutata ueſte, uelatiq; caput muliebrem in modum e carcere ſe proripuerunt. hiſtoriam ſcribit Plutar. & Macedo Polyaenus in ſeptimo Strategematon.

DE AMICITIA. CAP. VII.

COntempletur nunc amícitiæ vinculũ, potens, & ꝑualidũ, neq; vlla ex parte ſanguinis viribus inferius: hoc etiã certius, & exploratius, quia illud naſcendi ſors fortuitum opus, hoc vniuſcuiuſq; ſolido iudicio incoacta voluntas cõtrahit. Itaq; celerius ſine reprehẽſione ꝓpinquũ auerſere, q̃ amicũ: qa altera direptioni vtiq; iniquitatis, altera leuitatis crimini ſubiecta eſt. Cum .n. deſerta ſit futura vita hois, nullius amicitiæ cincta p̄ſidio, tam neceſſarium ſubſidium temere aſſumi nõ debet: ſemel autẽ apprehẽſum recte ſperni nõ cõuenit. *Syncer*æ vero fidei amici p̄cipue in aduerſis rebus cognoſcuntur in quibus quicqd p̄ſtatur, totũ a cõſtanti beneuolẽtia ꝓficiſcitur. Felicitatis cultus, maiore ex parte adulationi, q̃ charitati erogatus, certe ſuſpectus eſt: perinde ac plus ſemper petat, q̃ impẽdat. Accedit huc, ꝙ infractæ fortunæ hoies, magis amicorũ ſtudia deſiderant, vel p̄ſidii, vel ſolatii gr̃a.

Nã læta quidẽ, & ꝓſpera negocia, vtpote cũ diuina ſuffragatione foueantur, humana minus indigẽt. Tenacius igitur eorũ noia poſteritatis memoria apprehẽdit, qui aduerſos amicorum caſus nõ deſeruerunt: q̃ qui proſperũ vitæ curſum comitati ſunt. Nemo de *Sardanapali* familiaribus loquitur. Oreſtes Pylade pene amico, q̃ Agamẽnone patre notior eſt. *Siquidẽ* illorũ amicitia in cõſortione delitiarum, & luxuriæ cõtabuit: horũ duræ, atq; aſperæ conditionis ſolatiũ, ipſarũ miſeriarũ experimẽto enituit. *Sed* quid externa attingo, cũ domeſticis prius liceat vti?

OLIVERIVS.

CONTEMPLEMVR núc amicitiæ. Nõ diſcedit a conſuetudine ſua Vale. ut ad .c. traſiturus p̄fationem p̄mittat, in qua rẽ, de qua dicturus ſit, cõmendet. Hoc ꝓhœmio laudat amicitiã, q̃ ſanguinis neceſſitudini p̄ſtare dicit. qđ & Cic. in li. de amicitia ſentit, & Iſocrates affirmat. Sunt autem qui dubitent in numero uirtutũ ponẽda ne ſit amicitia quia dicũt uirtutes de genere bonorũ eſſe, quę ꝓpter ſe expetunť, amicitiã uero non ꝓꝑ ſe, ſed ꝓpter aliud expetitur uidelicet ꝓꝑ utilitatẽ. nam oẽs uolunt amicos habere diuites, & potẽtes, uñ utilitatẽ cõſequi poſſint. nõ igitur ĩ numero uirtutũ dicũt eã ponendã. Sed alii quim amicitiæ, & ꝓprietatẽ altius intuẽtur, & uera de amicitia ſentiũt, dicũt oino inter uirtutes eſſe cõnumerandã, qa nõ ꝓpter aliud ſed ꝓꝑ ſe appetatur uera amicitia, fructũq; amicitiæ uolũt ipſam amicitiã eſſe. ꝙ etiã Ci. li. de amicitia, & de natura deorũ ſentit. dicit. n. Charum eſt ipſum amoris uerbũ ex quo amicitiæ nomẽ ductũ eſt, q̃ ſi ad fructũ noſtrũ referamus non ad eorũ cõmoda quos diligimus, nõ erit iſta amicitia, ſed mercatura quædã ſuarũ utilitatũ. deinde ſubiungit, & arua, & pecudũ & greges iſto modo diligunť, ꝙ fructus ex his capiũť hominũ charitas, & amicitia gratuita eſt, q̃to igitur magis deorũ, q nulla re egentes inter ſe diligũt, & hoibus conſulũt. Quod uero ꝓpinquitate p̄ſtet, huc mõ ꝓbat Cic. ꝙ ex ꝓpinquitate bñuolentia tolli poteſt, ex amicitia nõ poteſt. ſublata enĩ beneuolẽtia amicitię nomẽ tollitur. ꝓpinquitatis remanet. ergo illud ĩ quo neceſſario beneuolẽtia ꝑmanet, anteponẽdum eſt ei, a quo beneuolentia remoueri põt, atq; amicitia eiuſmodi eſt. eſt autẽ amicitia, ut a Cic. diffinitur, diuinarũ humanarumq; rerũ beneuolẽtia, & charitate cõſenſio. Sal. uero idẽ uelle, & idẽ nolle uerã eſſe dixit amicitiã Vim cõiunctionẽ. Infe. Immo ut dicimus anteponendũ, ut ſit liptote. For. o. Ita quoq; So. ſentit q in diligẽdis amicis α. ρετης ἀνάγκης κρείττων eſſe cenſet. i. electionẽ neceſſitate meliorẽ. Itaq; cę. Minus. n. reprehenſionis hẽt qui reſpuit ꝓpinquũ, q̃ amicũ. Auerſere. pro auerſeris contẽnis, quaſi tuere nolis. Altera. ſ. ꝓpingtas. q̃ nõ ſine iniquitate dimmitur. Altera. ſ. amicitia q̃ delectã reſpuit, ab incõſtantia & leuitate ꝓficiſcitur. Cincta, Inſtructa, & quaſi munita. Syncerę fi. Purę, & nõ ſimulatę. In reb. ad Reuera ita eſt. Nullum. n. ueræ amicitię teſtimoniũ certius & maius eſſe poteſt, q̃ in aduerſis rebus ſemꝑ amicis adeſſe. nã ut inquit, Ci. ſicut hyrũdines æſtiuo tẽpore p̄ſto ad ſunt, ſupueniente frigore pulſæ recedunt, ita falſi amici ſereno tpe uitę p̄ſto ſunt, & iuuãt, ſimulatq; hyemẽ fortunę uiderint, deuolant oẽs, ac deſerũt. Quicqd prę. Nihil eſt qđ a te ſperare nõ poſſit, qui fueris etiã in aduerſis opitulatus. Accedit. Adiungiť. Pręſidii. ut ſuccurrãt. Solatii. ut recreẽt, & cõſolenť. Ifractę fortunę. ꝓ ualde fractę fortunæ. nã, in auget hoc loco Virg. Turnus, ut infractos aduerſus Marte latinos. Nemo de Sardanapali familiaribus. Incipit exemplo, ꝓbare qđ p̄fatione dixit. Sardanapalus rex ultimus Aſſyriorũ fuit muliere corruptior, ad quẽ uidendũ, nemini concedebať, cũ præfectus eius Arbactus noie, quẽ medis p̄poſuerat, magna ambitione, ut intromitterеť, ægre obtinuiſſet, inuenit eũ inter ſcortorum greges purpuratũ colo filãtem, & muliebri habitu cum mollitie corporis, & oculorũ laſciuia oẽs fœminas anteceđẽtẽ, penſa etiã inter uirgines partiẽtẽ. qbus uiſis indignat⁹, tali fœminę, tãtos uiros eſſe ſubiectos, tractantiq; lana, ferrũ & arma habentes parere, ꝓgreſſus ad ſocios, quid uiderit refert, negat ſe ei parere poſſe, qui ſe fœminã malit eſſe q̃ uirũ. ſit igitur coniuratio bellũ, Sardanapalo infertur, quo ille audito, nõ ut uir regnum defenſurus, ſed metu mortis, ut mulieres ſolẽt, primo latebras circunſpicit, mox deinde cũ paucis, & incõpoſitis in bellũ ꝓgreditur. Victus ĩ regiã ſe recepit, ubi extructa, incẽſa q; pyra, & ſe & diuitias ſuas p̄cipitauit ĩ ignẽ, hoc ſolum imitatus uirũ ſed anteq̃ moreretur iuſſit (teſte Cic. lib. v. Tuſ.) uerba hæc buſtui ſuo inſcribi, Hæc habui q edi queq; exaturata libido hauſit. Alia iacent, multa, & pręclara relicta. Scribiť autẽ ſimplici. l. & habet accẽtũ in penul. q̃ ſane ꝓducit. Iuue. in ſatyra oibus ĩ terris, & Venere & cænis & plumis Sardanapali. Stra. li. xiiii. Eſt Anchiale. inqt, paulo ſupra mare ſita Sardanap. opus, ut Ariſto. ſcri. ubi Sardanapali monimẽtũ ẽ, Et lapidea ſtatua, q̃ dexterę man⁹ digitos cõmittit, & q̃ſi cõplodit. qdã dicũt ibi epigrãma eſſe aſſyriis literis inſculptum, hmõi. Sarda. Anacyndraxis filius, Anchilẽ, & Tarſũ una die ędidit. Ede, bibe, lude, & cũ te mortalẽ noris p̄ſtibus expleto delitiis aium, poſt mortẽ nulla uoluptas. nãq; ego ſum puluis, q nuꝑ tãta tenebã. hæc habeo q edi, quæq; exaturata libido, hauſit. At illa manẽt, multa & p̄clara relicta, hoc ſapiens uitæ mortalib⁹ eſt documẽtũ. Chœrilus horũ meminit. Hore. Py. Pylades hore. inter admodum pauca uerorum amicorum paria numeráť. q ut a Pacuuio introducunť, cũ in Tauricã regionẽ ueniſſent deponendi furoris gratia, quo poſt cæſam matrem uexabatur Hore. & a rege cõprehenſi eſſent, ꝙ ſimulachrum Palladis inde auferre uoluiſſent, idq; culpa Hore. foret. qui cum Iphigenia ſorore conuenerat de furto, capitiſq; eum damnaſſet, tãto ſe inuicem amore tenebant, ut cũ rex uellet Hore. interficere, nec uter eorũ eſſet cognoſceret, Pylades ſe Hore. eſſe aſſeuerabat, ut pro Hore. interficeretur, nec minus Horeſtes ſe profitebatur, ut erat. de his ergo nulla ætas conticeſſet. Tullius in Lælio, cum ignorante uter eſſet Hore. Pylades ſeq; ſe Horeſtem eſſe diceret, ut ille necaretur, Horeſtes autem ita, ut erat Horeſtem ſe eſſe aſſeueraret, ſtantes plaudebant in re ficta. Horeſtes Pylade notior. cum quo nutritus perpetuo uixit & illum Pylades in furorem uerſum. ut, inquit, Virgil. & furiis agitatus Horeſtes, diu furere non eſt paſſus, ſed eum ad Tauricã regionem deduxit. unde Ouid. li. ii. de Pon. Affuit inſano iuuenis Phocæus Oreſti. Martialis. Te fingẽte nephas Pylade odiſſet Horeſtes.

Sardanapalus in Aſſyria

ASCENSIVS.

¶ CONTEMPLEMVR &c. Ingreditur narrationem de amicitia, In cuius præfatione eius laudes, & ſtatum in quo magis eniteat præſcribit dicens, Contemplemur, ſcilicet poſt coniugalem amorem, uinculum, id eſt colligationem, ſeu ligamen amicitiæ potens, & præualidum, id eſt in primis, aut præ ceteris uinculis humanitatis ualidũ, neq; ulla ex parte inferius. i. debilius, aut minus, uiribus ſanguinis i. cõſanguinitatis, certius etiã & exploratius. i. euidẽtius, hoc. i. ꝓpterea qa, opus fortuitũ naſcẽdi, (non ꝙ naſci fortuitum ſit, ſed ꝙ ſine tuo annixu uel nolis

aliquis

aliquis tibi cõſanguineus ſit, amicus nõ ſic) cõtrahit illud. ſ. uinculũ ſanguinis, & ſup. uolũtas uniuſcuiuſq; inchoata ſolido. i. integro iudicio, cõtrahit hoc. ſ. uinculũ amicitiæ. Itaq; .i. & ita, tu auerſere. i. te auertẽdo per cõtemptũ deſtituas celerius. i. facilius ſine reprehẽſione ꝓpinquũ, q̃ amicum. qa altera. ſ. conſanguinitatis direptio. i. ſeparatio eſt ſubiecta utiq; crimini iniq̃tas tia, qa neceſſarios iure negare nõ potes, altera. ſ. amicitiæ direptio ẽ ſubiecta crimini leuitatis. incõſtãtiæ & ſtultitiæ. unde grauius iudicat autor crimẽ leuitatis, q̃ iniq̃tatis. Nã omnis leuitas iniq̃tas eſt, ſed nõ econtrario. q enim quã inuitus habet, ſemperq; habuit cõiũctionẽ direptã uelit, iniquus quodammodo eſt, ſed nõ eſt leuis, nũquã. n. uoluit, quod nũc reſpuit, at qui amicũ, quem ſibi delegit, repellit, illi ſimul iniurius eſt, & ſe leuitatis alligat. Probat aũt autor graue' eẽ peccatũ leuitatis crimen in amicitia. Enim pro qa, cũ uita hoĩs nullius. i. nõ ullius, nõ cincta .i. ſepta ꝑſidio ullius amicitiæ ſit futura deſerta, ſubſidiũ tamẽ neceſſariũ nõ debet aſſumi temere. i. incõſiderate, aũt ꝓ ſed, apprehenſum ſemel recte. i. decenter, nõ cõuenit ſperni. Oñdit aũt i q̃bus amicitia ꝑcipue emineat dicens. Vero pro ſed amici ſynceræ. i. integræ, aut icorruptæ fidei, cognoſcũtur ꝑcipue in rebus aduerſis, in q̃bus q̃cq̃d ꝑſtatur, totũ ꝓficiſcitur. i. oritur a beneuolẽtia conſtanti. Cultus felicitatis. i. ueneratio hominis felicis, erogatus ex parte maiore. i. magis, aut amplius adulationi, q̃ charitati, eſt certe ſuſpectus, perinde ac. i. ueluti petat ſemꝑ plus q̃ ipendat. Accedit. i. adiũgitur huc. i. ad huius dicti approbationẽ, q̄ hoĩs fortunæ ifractæ. i. multũ fractæ, magis deſiderãt ſtudia amicorũ, gratia uel ꝑſidii. i. ꝓtectionis, uel ſolatii. i. cõſolationis. Nã negocia quidẽ læta, & ꝓſpera (utpote cũ foueãtur ſuffragatione. i. fauore, diuina, qa a deo eſt oẽ donũ ꝑfectũ) minus indigẽt humana. ſ. ſuffragatione. Igit' memoria poſteritatis apprehẽdit tenacius. i. firmius noĩa eorũ, q nõ deſeruerũt aduerſos caſus amicorũ, q̃ q comitati ſunt ꝓſperũ curſum uitæ. Nemo &c. ꝓbat, qđ ultimo loco dixit, exẽplis. Nemo enim loquit' de familiaribus Sardanapali Regis Aſſyriorũ, qui uſq; ad mortẽ, quã ſibi uiriliter intulit, ſemꝑ in delitiis effœminatiſſime uixerat. Horeſtes eſt pene notior Pylade amico, q ipſum in aduerſis nõ deſeruit, ſed furẽtẽ i Tauricã uſq; regionẽ ꝓſecutus ẽ, q̃ Agamẽn. patre, q tñ ſummus iperator i exercitu græcorũ ante Troiã fuit. Siquidẽ amicitia illorũ. ſ. familiarũ Sardanapali, cũ eo cõtabuit. i. putruit, & uilia effecta eſt cõſortione. i. ſimili uſurpatione delitiarũ, & luxuriæ, Solatiũ duræ, atq; aſperæ cõditionis horũ. ſ. Horeſtis, & Pyladis enituit experimento ipſarũ miſeriarũ. Sed qd attingo externa, cũ liceat uti prius domeſticis? q. d. hæc nõ feciſſem, niſi ad dicti mei cõprobationẽ. Redit ergo ad domeſtica dicens.

OLIVERIVS.

FINIMICVS patriæ. Sæpius dictum eſt, duos Grac. Tib. & Caium fratres ob grauiſſimas ſeditiones, quas in populo ſuis le-

Bloſii fides, & amor in Gracchum.

gibus excitabant, hoſtes a ſenatu fuiſſe iudicatos, & utrumq; a nobilitate cæſos, alterum a Naſica, alterum ab Opimio. horum uero ſocios, & conſiliorum participes pari ratione ſenatus damnauit, & in eos more maiorũ animaduertẽdũ cẽſuit. C. itaq; Bloſius, qui Tib. Grac. ſecutus fuerat, die dicta, cum in ſenatum ad Læl. cuius hoſpes erat, pro ſe deprecatum ueniſſet, hanc, ut ſibi

DE TIB. GRACCHO, ET C. BLOSIO.

Inimicus pſriæ fuiſſe Cracchus exiſtimatus eſt: nec immerito, quia potentiã ſuam, ſaluti eius prætulerat: q̃ conſtantis tamen fidei, amicum etiam in hoc tam prauo propoſito C. Bloſium Cumanum habuerit, operæprecium eſt cognoſcere: hoſtis iudicatus, vltimo ſupplicio affectus, ſepulturæ honore ſpoliatus, beneuolentia tamen eius nõ caruit. Nam cũ Senatus Rutilio, & Lemnati Coſs. mandaſſet vt in eos, qui cum Graccho conſenſerant, more maiorum animaduerterent, & ad Lælium. cuius conſilio præcipue Coſs. vtebantur, pro ſe Bloſius deprecatũ veniſſet, familiaritatiſq; excuſatione vteretur, atq; iis dixiſſet. Quid ſi te Gracchus tẽplo Iouis Opt. Max. faces ſubdere iuſſiſſet, obſecuturus ne voluntati ipſius, propter iſtam quã iactas familiaritatẽ, fuiſſes? Nunquam iſtud, inquit, Cracchus imperaſſet. Satis, imo etiam nimium: totius nanq; ſenatus conſenſu damnatos mores defendere auſus eſt. Verũ quod ſequitur multo audacius, multoq; periculoſius. Cõpreſſus enim perſeueranti interrogatione Lælii, in eodem conſtãtiæ gradu ſtetit: ſeq; etiam, hoc ſi modo Cracchus annuiſſet, facturum reſpondit. Quis illum ſceleratum putaſſet, fuiſſe, ſi tacuiſſet? Quis etiam non ſapientem, ſi pro neceſſitate tẽporis locutus eſſet? At Bloſius nec ſilentio honeſto, nec prudenti ſermone ſalutem ſuam, nequa ex parte infelicis amicitiæ memoriam deſereret, tueri voluit.

ignoſceret, cauſam afferebat, q̄ tanti Grac. feciſſet, ut q̃cq̃d ille uellet, ſibi faciendũ eſſe putaret. Cui Lælius, dic inquit. Si Gracchus te in Capitoliũ faces ferre uoluiſſet, nũquid feciſſes? tũ ille, nũquam id qdẽ uoluiſſet Gracchus, ſed ſi uoluiſſet paruiſſem. q̃ uox licet amicitiæ uim maximam habere uideat', amẽtis tñ potius, q̃ amãtis fuiſſe iudicat', cũ in ipſo ſalutis diſcrimine, tã nefariũ facinus ꝓfiteret' ſe fuiſſe facturũ. & Hercle. ita fecit, atq; etiam pluſquã dixit, nõ enim ille paruit Tib. Grac. ſed ꝑfuit, nec ſe comitẽ illius furoris, ſed ducẽ ꝑbuit. quo tandẽ cæſo, Bloſius ad Ariſtonicũ regẽ cõfugit, ꝓfligatis deinde rebus Ariſtonici mortẽ ſibi cõſciuit, uñ Cic. itaq; hac amẽtia, q̃ſtione noua perritus in Aſiã ꝓfugit, & ad hoſtes ſe cõtulit, ubi pœnas reip. graues, iuſtaſq; perſoluit. Bloſiũ cu. a Cumis ciuitate cãpaniæ iuxta Baias. dicimus Cumanus na. nũ. Cumeus a. um. Virgi. Vltima Cumæi uenit iam carminis ætas. A Como uero Galliæ. Ciſalpinæ ciuitate dicimus Comẽſis, & Comẽſe. Operæpreciũ. utile, pulchrum, & delectabile, ſed operæpreciũ dĩ utile, qa laboris ꝑcium eſt ipſa utilitas. More maiorũ, qa maiores nõ ſolum principes alicuius cõiurationis dãnarũ, ſed eorũ quoq; ſocios pari pœna puniẽdo eſſe cẽſuerunt. Faces ſubderes. ſubiiceres faces, ut Capitoliũ incẽderes? Satis. imo nimium. Bloſius hoc uno nũſo ſatia, & pluſquã ſatia amicitiã teſtatus erat cum illius mores defenderet, q fuerãt ab uniuerſo ſenatu damnati. Cõpreſſus. ꝯſtrictus, coactus, quia Lælius perſeueranti interrogatione illũ urgebat. Annuiſſet. feciſſem inq̃t, ſi modo capite, uel oculis innuiſſet, nedũ uerbo imperaſſet.

ASCENSIVS.

FINIMICVS &c. Gracchus. ſ. Tiberius exiſtimatus. i. iudicatus fuiſſe inimicus patriæ. ſ. Romæ, nec imerito, qa prætulerat .i. pluris æſtimauerat potẽtiam ſuam. i. ꝓpriam, ſaluti. i. q̃ ſalutẽ, eius. ſ. patriæ, tamen operæpreciũ eſt cognoſcere, q̃ cõſtantis fidei amicum habuerit Caium Bloſium Cumanũ, etiam in hoc tã prauo ꝓpoſito. Ipſe ſup. Gracchus, q̃ q ſup. iudicatus hoſtis. ſ. patriæ, & affectus ultimo ſupplicio. i. occiſus, & ſpoliatus honore ſepulturæ, tamen nõ caruit beneuolentia eius. ſ. Bloſii amici ſui. Nam cũ ſenatus mandaſſet Rutilio, & Lẽnati conſulibus, ut animaduerterent more maiorum. i. uirgis cæſos ſecuri ſubiiciendo, in eos q cõſenſerant cũ Graccho, & Bloſius ueniſſet ad Læliũ, cuius ꝯſilio cõſules utebãtur ꝑcipue deprecat' pro ſe. i. ne ſibi noxæ daretur, q̄ cũ Graccho cõſenſerat, & uteret' excuſatione familiaritatis. ſ. quam habuerat cũ Graccho, ita ut ab eo diſſentire nõ potuiſſet, atq; is. ſ. Lælius dixiſſet. Quid? modus interrogandi ſup. dicia. Si Gracchus iuſſiſſet. i. tibi, ſubdere. i. latẽter, & ab inferiori parte immittere, templo Iouis opti. maximi, qđ in Capitolio erat, faces. i. tædas icẽſas, fuiſti ne obſecuturus uolũtati ipſius. ſ. Gracchi, ꝓpter iſtã familiaritatẽ. ſ. tuam cũ Graccho, quã iactas .i. iactãter allegas pro tui defenſiõe? inquit. ſ. Bloſius. i. reſpõdit, Gracchus nũquam imperaſſet iſtud. ſ. qđ iniquũ eſſet. Satis (inquit autor) ſup. ꝓ hoc reſpõdit, imo etiam nimiũ, namq; pro qa auſus eſt defendere mores damnatos cõſenſu totius ſenatus. dicẽdo enim Gracchũ nũquam imperaturũ fuiſſe quod maiũ eſt, ſignificauit illũ nihil imq; ſenſiſſe. Verũ quod ſequit', eſt ſup. dictũ audacius multo. Enim pro quia, ipſe Bloſius cõpreſſus perſeueranti interrogatione Lælii (dicebat enim Lælius eſto qđ Grac

DE C. GRACCHO, ET POMPONIO, ET LECTORIO.

In eadem domo æque robuſta conſtantis amicitiæ exẽpla oboriuntur: proſtratis enim iam, & perditis, C. Gracchi conſiliis, rebuſq;: cum tota eius conſpiratio late quæreretur, deſertũ omni auxilio, duo tantũ amici, Pomponius, & Lectorius ab infeſtis, & vndiq; ruentibus, telis oppoſitu corporũ ſuorum texerunt: quorũ Pomponius, quo is facilius euaderet, concitatum ſequentiũ agmen in porta Trigemina aliquandiu accerrima pugna inhibuit, nec viuus pelli potuit: ſed multis confectus vulneribus, tranſitum ſuper cadauer ſuum eis (credo etiam poſt fata inuitus) dedit, Lectorius autẽ in ponte ſublicio conſtitit, & eum donec Gracchus tranſiret, ardore ſpiritus ſui ſepſit: ac vi iam multitudinis obrutus conuerſo in ſe gladio, celeri ſaltu profundũ Tiberis petii: quãq; in eo ponte charitatẽ toti patriæ Horatius Cocles exhibuerat, vnius amicitiæ, adiecta voluntaria morte, præſtitit: q̃ bonos Gracchi, ſi aut Patris, aut materni Aui ſectam vitæ ingredi voluiſſent, habere milites potuerant. Quo enim impetu, qua perſeuerantia animi Bloſius, & Pomponius, & Lectorius trophæa, ac triũphos eorũ adiuuiſſent: furioſi conatus tam ſtrenui comites: ſiniſtris quidẽ auſpiciis amicitiæ cõditionem ſecuti: ſed quo miſeriora, hoc certiora fideliter cultæ nobilitatis exempla.

DE LVCIO RHEGINO.

Lucius autem Rheginus, ſi ad debitam publico miniſterio ſynceritatem exigatur, poſteritatis conuitio lacerandus: ſi amicitiæ fido pignore exiſtimetur, in optimo laudabilis conſcientiæ portu relinquendus eſt. Trib. enim plebis Cepionem in carcerem coniectum, q illius culpa exercitus noſter a Cimbris, & Theutonibus videbatur deletus: veteris, arcteq; amicitiæ memor, publica cuſtodia liberauit: nec eatenus amicum egiſſe contentus, etiam fugæ eius comes acceſſit. Pro magnum, & inexuperabile tuum numen Amicitia: cum ex altera parte Reſpub. manum iniiceret, ex altera tua illum

chus nũquã tale quid ſperaſſet, ſi tñ ſperaſſet, quid facturus fuiſſes?) ſtetit in eodẽ gradu cõſtantiæ, & reſpondit ſe facturũ ſup. fuiſſe, etiã hoc. ſ. incẽdiũ Capitolii, ſi modo Gracchus annuiſſet .i. uel ſolo nutu faciendum indicaſſet. Quis (inqt autor) putaſſet illũ. ſ. Bloſium fuiſſe ſceleratũ. i. tam iniqui animi, ſi tacuiſſet q. d. nullus. Quis etiam nõ putaſſet ſapientem, ſi fuiſſet locutus ꝓ neceſſitate tẽporis. i. ſi dixiſſet, ſe ꝓpter amicũ nihil iniquũ cõmittere uoluiſſe, quæ prima lex in amicitia eſt apud Ciceronẽ in Lælio. At Bloſius nec uoluit tueri ſalutẽ ſuã, nec ſilẽtio honeſto, q\a honeſte tacere potuit, ꝓpter uim amicitiæ, aut dicere neſcio q\d facturus fuiſſem, & ita nõ oſtẽdiſſet ſe ſceleratũ, nec ſermone prudẽti, utpote reſpõdendo ſe amicũ coluiſſe uſq; ad deos, & rempub. .i. nihil uelle, aut uoluiſſe facere, q\d cõtra fas iuſtũq; eſſet, ne defereret ex qua .i. aliqua parte memoriam amicitiæ infelicis, utpote unde nihil, niſi perniciem, tunc ſperare poterat.

OLIVERIVS.

¶ IN eadẽ domo æq; robuſta. **Pomponius** Magnũ fuit Bloſii conſtantis amicitiæ teſtimoniũ, quod uero ſequit̃ lõge maius, & utrũq; in domo Gracchorum factum eſt. nam Põpo. & Lectorius tãta fide, & cõſtãtia ſunt C. Gracchi amicitiã ꝓſecuti, ut ꝓ illius ꝓtegẽda ſalute mortẽ ultro oppetere non dubitauerint. nam poſt latas leges, quas ſupra memorauimus, cũ turbulentiſſimas in urbe ſeditiones excitaſſet, tãdẽ ſenatui grauẽ, & intolerabilẽ L. Opimius cõſul. cum armata manu tanquã hoſtẽ inſecutus eſt, hũc igit̃ fugiẽtem. **Lectorius.** Põp. & Lectorius ſuis corporibus ꝓtegere conati ſunt. nã alter portã Trigeminã occupauit, & ꝓſequẽtiũ impetũ ſolus tãdiu ſuſtinuit, donec telis undiq; petitus, & uulneribus ꝯfoſſus, expiraret. Alter pontem ſubliciũ ſuis armis. & corpore interclufum donec Gracchus ꝑtranſiret, non prius deſeruit, q̃ multitudine obrutus, cõuerſo in ſe gladio, agili ſaltu ſe dedit in Tiberim. **Trigemina porta** Trigemina porta. Dicta ꝑ quã trigemini fratres Horatii exierunt cõtra curiatios de ſumma imperii certaturi, ut inter imperatores cõuenerat. Horatius Cocles, qui Porſenæ Regis exercitũ tãdiu ſolus ſuſtinuit in põte donec a tergo fractus pons, ꝓcluſuſq; hoſtibus aditus fuit, ut in ca. de fortitudine diximus. Quã igit̃ charitatẽ in eo põte Cocles patriæ ꝓſtitit, eã Lectorius ſcelerato amico dedit. Materni aui. Scipionis ſuperioris.

ASCENSIVS.

¶ IN eadem domo &c. Proſequitur amicitiam Pomponii, & Lectorii oſtenſam Caio Graccho Tiberii fratri dicens. Exempla amicitiæ conſtantis æq; robuſta. i. fortia, oboriuntur, id eſt. occurrunt memoriæ, ut deſcribantur, in eadem domo. i. erga eandem domum. ſ. Gracchorum. Enim pro quia, & conſiliis, & rebus Caii Gracchi ſeditionem mouentis, iam proſtratis, & perditis, cum tota eius conſpiratio. i. conſpiratorũ collectio quæretur. i. inquireret̃, aut ad ſuppliciũ quæreretur late, duo tãtũ amici uidelicet Põpo. & Lectorius, ꝓtexerunt eũ deſertũ. i. deſtitutũ ſup. ab omni auxilio. ab infeſtis telis, & ruentibus. i. irruentibus in eum undiq;, oppoſitu. i. obiectu corporũ ſuorũ. Quorum. ſ. duorũ, Põponius quo. i. ideo ut is. ſ. Caius Gracchus euaderet facilius. inhibuit. i. ſiſtere fecit aliquandiu, accerrima pugna in porta Trigemina, ſic ab trigeminis Horatiis dicta, agmen concitatũ. ſ. ad curſum ſequentium. ſ. Gracchum. nec potuit pelli. ſ. ab obiectu, uiuus. i. tantiſper, dũ uiueret, ſed cõfectus multis uulneribus, dedit eis trãſitum ſuper cadauer ſuum, credo (inquit autor) inuitus etiã poſt fata. i. mortẽ ſuam, Lectorius autẽ conſtitit in ponte ſublicio, & ſepſit. i. munivit eũ. ſ. põtẽ ardore ſpũs ſui, donec Gracchus trãſiret eum, ac iam obruptus. i. oppreſſus ui multitudinis gladio cõuerſo in ſe ne uiuus in manus hoſtiles ueniret, petiit celeri ſaltu ꝓfundũ Tiberis. quãq; i. & quã (ſunt enim duæ particulæ) charitatẽ. Hora. Cocles exhibuerat. ſ. multo ante, ut tẽpore quo Porſena cũ Tarquinio urbe oppugnauerat, toti patriæ. ſ. Romę, eam ſup. hoc eſt ſimilem ꝓſtitit amicitiæ unius. ſ. eius utpote Caii Grac. adiecta morte uolũtaria, cũ Cocles ſaluus enatauerit. Quã. i. o quãtum bonos milites potuerũt Gracchi habere, ſi uoluiſſent igredi. i. ſequi ſectã. i. rationẽ uiuendi, aut patris. ſ. Tiberii Grac. ſenioris, aut aui materni. ſ. Scip. Superioris, cuius Cornelia mater Gracchorũ erat filia. q. d. optimos, enim ꝓ q\a quo impetu, & qua ꝑſeuerantia animi, Bloſius amicus Tiberii minoris, & Pompo. & Lectorius amici Caii Grac. adiuuiſſẽt trophęa, ac triũphos eorũ. ſ. Gracchorũ, ſup. entes, aut cũ fuerint tã ſtrenui comites furioſi conatus. ſ. Grac. contra ſenatus decreta ſeditionẽ molientiũ ſecuti cõditionẽ amicitiæ quidem. i. certe auſpiciis ſiniſtri. i. infauſtis inceptis, q\a malum ſortita ſunt finẽ. Sed exẽpla nobilitatis cultæ fideliter. ſ. ꝑ amicitiã, quo. i. quãto ſup. ſunt miſeriora, hoc. i. tãto ſunt certiora, q\a in aduerſitate facilius perſpicitur amicitia, q̃ in proſperitate.

OLIVERIVS.

¶ LVCIVS autẽ Rhegynus. C. Mãlius. & Q. Seruius Cepio ꝓcõſules aduerſus Gallos, Cimbros, Senones, & Theutones miſſi ꝓlio uicti, & binis caſtris exuti ſunt, militũ milia. lxxx. cęſa ſunt, ꝓ auctionẽ Cepionis, cuius temeritate clades accepta fuerat, dãnati, & eorũ bona publicata ſunt. Hic autẽ Fabio ſucceſſerat, q rebus in Hiſpania ꝓſpere geſtis labẽ impoſuerat, pace cũ Viriato fugitiuorũ duce æquis conditionibus facta, q deinde Viriatus a ꝓditoribus, huius Seruilii Cepionis cõſilio, interfectus eſt, ab exercitu ſuo multũ deploratus, ac nobiliter ſepultus, uir, duxq; magnus, & ꝑ tres, &. xx. annos, q\bus cũ Ro. bella tractauit, frequẽter ſuperior. hũc igit̃ Cepionẽ in uincula ꝯiectũ L. Rhe. ui amoris impulſus

dextra traheret, & illa vt ſacroſanctus eſſe vellet, exigeret, tu exilium indiceres: adeo blãdo vteris imperio, ꝙ is ſupplicium honori prætulit. Admirabile eſt opus tuum, ſed quod ſequitur aliquanto laudabilius. Recognoſce enim quouſq; Volumnii conſtantem erga amicum ſuum charitatem ſine vlla Reipub. iniuria euexeris, qui ortus equeſtri loco, cum Marcũ Lucullum familiariter coluiſſet, eumq; Marcus Antonius, quod Bruti, & Caſſii partes ſecutus fuerat, interemiſſet, in magna fugiendi licentia, exanimi amico adheſit: hucuſque in lacrhrymas, & gemitus profuſus, vt nimia pietate cauſam ſibi mortis accerſeret. Nam propter præcipuam, & perſeuerantem lamentationem Ad Antoniũ pertractus eſt: cuius poſtquam in conſpectu ſtetit, Iube me, inquit, imperator protinus ad Luculli corpus perductum occidi. Neq; enim abſumpto illo ſupereſſe debeo, cum ei infelicis militiæ autor extiterim. Quid hac fidelius beneuolentia? mortem amici, hoſtis odio leuauit, vitam ſuam cõſilii crimine aſtrinxit: quoq; illum mirabiliorem redderet, ſe fecit inuiſiorem: nec difficiles Antonii aures habuit, ductuſq; quo voluerat, Luculli dexteram auide oſculatus, caput, quod abciſſum iacebat, ſublatum pectori ſuo applicauit, ac deinde demiſſam ceruicẽ victoris gladio ꝓbuit.

DE THESEO, ET PYRITHOO.

Loquatur nunc Græcia nefandis Theſea Pyrithoi amoribus ſubſcribentem, Ditis ſe patris regnis cõmiſiſſe: vani eſt illud narrare, ſtulti credere. Miſtum cruorem amicorũ, & vulneribus innexã vulnera, mortemq; morti inhærẽtem videre: hæc vera Romanæ amicitiæ indicia. Illa gentis ad fingendũ paratæ, monſtro ſimilia mendacia.

Amicitiæ uis.

tris impulſus cuſtodia liberauit, & fugæ illi ſe comitẽ dedit. Pro magnũ, & inexuperabile tuũ nomen. Ad amicitiã apoſtrophat tanquã ad cæleſte numen, cuius potentiã nimiã eſſe dicit, ut cogere poſſit etiã hoĩes ꝓ ſe fideliter colẽda, ea facile contemnere, quæ prima putãt, opes, dignitates, honores, potẽtiã, ſalutem deniq; ipſam. Admirabile opus tuũ. ſ. o amicitia quod a L. Rhegy. factum eſt, fuit admirabile ſed qđ Volumnius fecit multo admirabilius. hic tam effuſis charitatis habenis M. Lucullũ cõplexus eſt, ut bello ciuili, quod iter Anto. & Cæſa. interfectores geſtũ eſt, cũ M. Lucul. qui Volumnii conſilio Bruti, & Caſſii partes ſecutus fuerat ab Anto. poſt ꝓfligatũ exercitũ fuiſſet intereptus, & idẽ Volumnius, qui cum illo erat e manibus hoſtium facile poſſet euadere, maluit cũ amico ꝓ libertate perire, ꝗ ſine amico deſperata libertate ſupeſſe.

ASCENSIVS.

LVCIVS aũt Rheginus. ſi exigatur. i. expetatur & poſtuletur ad ſynceritatẽ debitã miniſterio publico, qa cũ publicus eſſet carceris aſſeruator, debebat eſſe fidelis, quod qa nõ fuit, lacerãdus ſup. eſt cõuitio poſteritatis, ſi æſtimetur. i. cenſeatur, & iudicetur, fido pignore amicitiæ. i. ſi factum eius ſic cõſideretur, ut dicatur amico fidelitatẽ exhibuiſſe, ipſe eſt relinquendus in optimo portu laudabilis conſcientiæ. i. nequaquã uituperãdus. Enim ꝓ qa, ipſe tri. pleb. liberauit publica cuſtodia. cepionem cõiectũ in carcerẽ. ꝙ exercitus noſter. ſ. Ro. uidebat deietus a Cimbris & Teutonicis culpa illius. liberauit dico memor ueteris, & caræ amicitiæ. ſ. cũ cepio. eatenus ſeruatæ. nec cõtentus egiſſe. i. exhibuiſſe ſe amicũ eatenus. i. uſq; ad liberationẽ amici. acceſſit etiam comes fugæ eius. Pro &c. Exclamat itaq; in amicitiam eius uires extolendo dicens. Proh, aut melius pro, quia etiam interiecto h. & ch. caret. O Amicitia tuum numen ſup. eſt magnum, & inexuperabile (quia fortis, ut mors dilectio) cum reſpub. iniiceret manũ ex altera parte, & tua dextera traheret illum. ſ. L. Rhegynum ex altera. ſ. parte. Et illa. ſ. reſpub. exigeret, ut. ſ. Lucius ille, uellet eſſe ſacroſanctus. i. inuiolatus eum trib. pleb. eſſet, & tu indiceres exilium ut. ſ. amicum ſeruet, tu uteris adeo blando imperio, ꝙ is prætulit ſupplicium, hoc eſt exilium uoluntariũ, qđ pro ſupplicio irrogari ſolet, honori. ſ. tribunicio. Igitur ſup. opus tuũ eſt admirabile. ſ. in Lucio Rhegyno, ſed quod ſequitur eſt ſup. laudabilius aliquanto. Recog. enim. perſtat in apoſtrophe ad amicitiam dicens. O amicitia dico admirabilius eſſe, quod ſequitur. Enim pro quia, recognoſce, id eſt receuſe, quia cum per ipſam factum ſit, manifeſtum eſt ſemel ſaltem cum fieret, nouiſſe, quouſq; euexeris charitatem Volũ. conſtantem erga amicum ſuum, uidelicet Luculum. qui. ſ. Volumnius ortus loco equeſtri, cum coluiſſet familiariter M. L. & M. An. triũuir interemiſſet eũ, ꝙ. i. eo ꝙ ſecutus fuerat. ſ. in bello ciuili, partes Bru. & Caſ. ꝑcuſſorum Ceſ. adhæſit amico exanimi. i. manſit apud corpus amici. ſ. Lucul. intercempti. in magna licentia. i. facultate fugiẽdi, ꝓfuſus in lachrymas, & gemitus, hucuſq; . i. ad hunc finem, ut accerſeret. i. excitaret, & prouocaret ſibi cauſam mortis, nimia pietate. i. ob nimiam pietatem in amicum ſuum, hoſtem An. Nam ipſe pertractus eſt ad Ant. ꝓpter ꝑcipuam, & perſeuerantem lamẽtationẽ, quã. ſ. fecerat de morte Lucul. In Cuius. ſ. Anto. cõſpectu poſtquam ſtetit inquit, Imperator iube me protinus ductũ ad corpus Luc. occidi. Neq; enim debeo ſupereſſe. i. ſuperuiuere, illo. ſ. Luc. abſumpto. ſ. per necem. i. occiſo. i. poſtea ꝗ ille occiſus eſt, cũ ego extiterim ei autor. i. hortator, & inductor, militiæ infelicis. i. quã infeliciter geſſit. Quid (inquit autor) fidelius ſup. eſt hac bñiuolentia? q. d. reuera dicere põt, nihil. Ipſe leuauit. i. deminorauit mortem amici. ſ. Luc. odio hoſtis. ſ. An. i. dicendo ſe Luc. autorẽ ſuſcipiendi belli in Ant. fuiſſe, tranſtulit odium An. ab illo in ſe, & aſtrinxit. i. obligauit uitã ſuã crimine cõſilii. ſ. dati Luc. quoq;. i. & quo. i. ut (ſunt autem duæ particulæ quoq;) redderet. i. efficeret illum. ſ. amicũ ſuũ Luc. miſerabiliorem. i. maiore miſericordia dignum, fecit ſe inuiſiorem. i. magis inuiſum hoſti, nec habuit aures Ant. difficiles. i. inexorabiles, ꝗ. i. quia, ductus quo uoluerat. i. ad corpus Lucul. oſculatus auide dexteram Lucu. applicauit pectori ſuo caput. ſ. Lucu. quod iacebat abſciſſum, ac deinde præbuit gladio uictoris. i. miſſi a uictore, ceruicem. ſ. ſuam demiſſam, ut feriretur.

THEOPHILVS.

ÆLIVS. antiqui codices habent, Cælius.

OLIVERIVS.

LOQVATVR græcia. Oſtendit Romanorum, de quibus dixit amicitias fuiſſe ueras. Quę autem de Pyrithoo. Theſeoq; traduntur a loquacibus grecis ficta, fabuloſaq; fuiſſe. Cõmiſtũ cruorem amicorũ. Probat rationibus, Romanorũ amicitias non fictas, nec ſimulatas, quippe qui non dubitarunt pro ſuo quiſq; amico uitam effundere. Cruorem amicorum. ut Bloſii, Pomponii, Lectorii, & Volumnii.

Pyrithous, & Theſeus

ASCENSIVS.

LOQVATVR &c. per occaſionem de Volumnio ſumptam ſubinfert exemplum externum, quaſi ad comparationem adductum dicens. Loquatur græcia, id eſt loquacitate ſolita extollat Theſea filium Ægei Regis Athenarum, ſubſcribentem. i. adſtipulantem, & ſuffragantem, nefandis amoribus Pyrithoi, ſcilicet amici ſui, qui Proſerpinam Cæreris filiam, & orci, ſeu Plutonis, id eſt regis inferorum, ut ſabulæ prædicant uel ut qui ad hiſtoriam referre, uolunt, contendunt, regis Moloſſorum cõiugem deperibat. unde cum eo Theſeus ad eam rapiendam deſcendit, ſed ambo capti dicuntur, & Theſeus ab Hercule tandem liberatus. cõmiſiſſe ſe regnis Ditis patris. i. deſcendiſſe ob amorem Pyrithoi ad inferos, nam narrare illud eſt uani. i. pertinet ad uanum, & mendacem, & credere illud eſt ſtulti. Sed ſup. uidere cruorem amicorum, ut Luculli, & Volumnii, miſtum. i. confuſum, & uulnera innexa uulneribus, quia applicata ſunt uulnera poſterius cæſi, ad uulnera prius cæſi, hæc. i. huiuſmodi facta, ſunt uera indicia, amicitiæ Romanæ. illa. ſ. quæ de Theſeo & Pyrithoo fabulantur græci, ſunt mendacia, ſimilia monſtro, id eſt penitus incredibilia, gentis, ſcilicet græcanicæ paratæ ad fingendum, quo uicio ſemper notata fuit græcia.

OLIVERIVS.

LVCIVS quoq; Petronius. hoc fuit ciuili bello, quod a Cinna, & Mario poſt eorū exiliū factū eſt. nā cū Placentiā urbē expugnaſſent, cui ꝑpoſitus Ælius ab Octauio cōſule fuerat, ne in poteſtatē hoſtiū ille ueniret. Petroniū amicum ſuum orauit, ut ſibi mortē inferret, priuſquā in ſeruitutem deueniret. Ille primo Æliū ab ea ſententia reuocare, & ad uitā hortari conatus ē. q̄ ubi uidit efficere non poſſe, amicū interemit, ſeq; illi comitē dedit, ne illi a quo multa uirtutis inſignia acceperat, ſuperſtes eſſet. Ad auxiliū dextræ Petronii confugit, ut Petronius eius amicus ipſum interimeret, ut non ab hoſtibus occideretur.

Petronii fidē pcius.

ASCENSIVS.

LVCIVS quoq; Petronius uēdicat. i. ut propriam ſibi aſſumit, cōſortionem. i. participationē huius laudis. ſ. ſeruatę fideliter amicitiæ. enim ꝑ ga, par. i. æqualis portio glorię aſſerenda eſt, pari. i. æquali auſu inclytę. i. glorioſę amicitię. Ipſe ſup. natus loco admodū. i. ualde humili. i. abiecta domo, peruenerat bñficio Publii Cælii ad ordinē equeſtrē & ad ſtipēdia militiæ ſplēdidæ. i. egregiæ, q̄lis eſt equeſtris. Cui. ſ. Cælio, q̄a nō cōtigerat exhibere animū gratū i materia læta. i. obiecto læto, ꝑſtitit ſup. animū gratū in ea. ſ. materia, quā fortuna uoluit eſſe iniquā. i. uirtuti eius inæqualē, ꝑſtitit dico cū multa fide. i. fidelitate. Quā rē narrare incipiēs dicit, Cælius erat ꝑpoſitus Placētiæ. i. illi oppido in ducatu Mediolanēſi, ab Octauio cōſule, qua. ſ. Placentia urbe capta ſup. ab exercitu Cinnano. i. quē Cinna ductabat, ipſe. ſ. Cęlius iam ſenior, & affectus graui ualetudine. i. īfirmitate, ne ueniret in poteſtatē hoſtium, cōfugit ad auxilium dextrę Petronii. quē. ſ. Cælium, is. ſ. Petronius conatus fruſtra abſtrahere ab cōſilio incepto. ſ. ſe interficiendi, interemit perſeuerantem in iiſdem præcibus. ſ. ut ab eo, & non ab hoſte interimeretur, & iunxit cædi eius. ſ. Cælii amici ſui, ſuam. ſ. cædem, q̄a ſeipſum quoq; interemit, ne ſupereſſet, eo. ſ. Cælio per quem aſſecutus fuerat omnia incremēta dignitatis, iacēte. i. interempto. Ita. i. & ſic uerecūdia, ne hoſti ſupplicare cogeretur, ꝓbuit cauſam, id eſt occaſionem fato. i. neci alterius. ſ. Cælii, & pietas. ſ. ne amico interempto ſuperuiueret, præbuit fato alterius. ſ. Petronii cauſam. i. occaſionem.

DE LVCIO PETRONIO.

Lucius quoq; Petronius huiuſce laudis conſortionem merito vendicat: pari enim inclytæ amicitiæ auſu, par gloriæ portio aſſerenda eſt: admodum humili loco natus, ad equeſtrem ordinem, & ſplendidæ militiæ ſtipēdia Publii Cælii beneficio peruenerat, cui gratum animū, quia in materia læta exhibere non contigerat, in ea, quā iniquā fortuna eſſe voluit, cum multa fide præſtitit: erat ab Octauio Cos. Placentiæ præpoſitus Cælius: qua Cinnano exercitu capta, & ſenior iam, & graui valetudine affectus, ne in poteſtatem hoſtium veniret, ad auxilium dextræ Petronii confugit: quem is ab incepto conſilio fruſtra conatus abſtrahere, in iiſdem perſeuerātem precibus, interemit, cedięq; eius ſuam iunxit: ne iacente, per quem omnia dignitatis incrementa aſſecutus fuerat, ſupereſſet. Ita alterius fato verecundia, alterius pietas cauſam præbuit.

DE SERVIO TERENTIO.

Iungendus eſt Petronio Seruius Terentius, q̄q̄ ei, ſicut cupierat, pro amico ſuo perire non contigit. Incepto nāq; egregio, non irrito euentu æſtimari debet, quia quātum in illo fuit, & ipſe extinctus eſt, & D. Brutus, periculum euaſit mortis: qui fugiens a Mutina, vt ad ſe interficiendū ab Antonio miſſos equites aduenıſſe cognouit: quodam in loco iuſtæ pœnæ debitum ſpiritū tenebris furari conabatur: eoq; iam facta irruptione, Terentius fideli mendacio obſcuritate ipſa ſuffragante, Brutum ſe eſſe ſimulauit, & corpus ſuum trucidandum equitibus obiecit. Verum cognitus a Furio, cui Brutianæ vltionis officium mandatum fuerat, nece ſua, amici ſupplicium diſcutere non potuit: ſic inuitus fortuna cogente, vixit.

DE DECIMO LÆLIO, ET M. AGRIPPA.

Ab hoc horrido, & triſti pertinacis amicitiæ, ad lætum & ſerenum vultum tranſeamus, atq; inde eam euocatam, vbi omnia lachrymis, gemitu, cædibus, fuerant referta: in eo, quo dignior eſt, felicitatis dominicilio collocemus, gratia, honore, abundantiſſimiſq; opibus, fulgente. Orere igitur ab il-

OLIVERIVS.

Bruti factum

IVNGENDVS eſt Petronio. Non minora ueræ beneuolentiæ, & charitatis indicia Terentius Bruto, q̄ Petronius Ælio præſtitiſſe uidetur. nam Terent. quantum in ſe fuit Brutum a morte uendicauit, quanquam id fortuna noluerit. deuictis enim Bruti, Caſſiiq; partibus, quas Decius Brutus ſecutus fuerat, miſſi ſunt Brutum e tenebris ad cædem extracturi. quod ubi ſenſit Terent. qui Brutum comitabatur, ut eum a morte liberaret, ſeſe morti libēter expoſuit, interfectoribus occurrens, ſeq; Brutū eſſe affirmans. ſed cognita eius uoce, incolumē dimiſerunt, & Brutū ad necē extraxerunt. de cuius morte dicemus in ca. de cupiditate uitæ lib. ix. Non irrito euentu. Licet nō uenerit, quod ille inceperat, non euenit, ſed illius factum, & uoluntatem exiſtimādam eſſe duco. Furari. a morte ſurripere. Suffragante. nā tenebræ opitulabāt mēdacio eius.

ASCENSIVS.

IVNGENDVS eſt. Ordo eſt. Seruius Teren. amicus Decii Bruti eſt iūgendus ꝓpter ſimilē affectionē in amicum, Petronio, de quo iā dictū eſt, q̄q̄ non cōtigit ei perire pro amico, ſicut cupierat. nāq; pro q̄a Terē. ſup. debet æſtimari. i. iudicari egregio incepto. i. propter egregium inceptū, & nō euentu irrito. i. fruſtrato, unde Sappho. Careat ſucceſſibus opto. Quiſquis ab euentu facta notanda putat. non enim qualiter euenit, ſed quo animo & cōſilio inceptū ſit, æſtimari debet (ſunt qui addūt hoc loco opere, ſed meo iudicio uacat, unde Aldus ſuſtulit, non enim ordo uidetur, opere egregio incepto, ipſum opus non debet &c. quia ſic textus haberet, irrito euentu æſtimari non debet, ut illud non ponat ad uerbū debet, quod poſitum eſt ad nomē euentu.) q̄a quantū fuit in illo. ſ. Ter. &. i. etiam ipſe extinctus eſt, ut. ſ. Petronius & Decius Brutus euaſit periculū mortis, dicit quantū fuit in illo, q̄a aliter euenit. nam ipſe ſaluatus eſt, & Brutus periit. Qui. ſ. Decius Brutus fugiēs a Mutina, ut. i. poſtquā cognouit equites miſſos ab Antonio. ſ. triūuiro, ad interficiendū ſe aduenıſſe. i. applicitos eſſe aut adeſſe, & iuſtare. conabatur in quodam loco. ſ. occulto, furari, id eſt furtim ſubtrahere ſpiritum id eſt ſuum, debitum pœnæ iuſtæ ob interfectum Cæſarem, quod ſolita adulatione dicit, & irruptione facta. ſ. ab equitibus miſſis eo. i. ad eum locum, Teren. ſcilicet. Seruius ſimulauit ſe eſſe Brutum. ſ. Decium (nam Marcus. poſtea in Pharſalia periit) mendacio fideli. i. ex fide, quam amico ſeruatam uoluit orto, & hoc ipſa obſcuritate. ſ. loci ſuffragante, id eſt ſimulationem adiuuante, & obiecit equitibus corpus ſuum trucidandum. Verrum ipſe Terent. cognitus a Furio, cui officium ultionis Brutianæ. i. de Bruto ſumendæ, erat mandatum. ſ. ab Antonio, non potuit diſcutere nece. i. cæde ſua, ſupplicium amici, & ſic ipſe uixit inuitus fortuna cogente.

OLIVERIVS.

AB hoc horrido. In hoc ultimo domeſticorū exemplo charitatem, & amicitiam Lælii cū Scipione, & Agrippę cū Auguſto, ſanctè fideliterq; cultā multis laudibus extollit. dicit aūt, nō eſſe de amicitia, q̄ in triſtibus rebus cognita fuerit ulterius dicēdū, ſed ad iocūdiorē ſtilū reuocandū, ut eā quoq; amicitiam cōmemoremus, q̄ in felicitatis domicilio collata, iocundos ſenſit

amicorum

la, quæ ſanctorum vmbris dicata eſſe creditur, ſede. Hinc Decime Læli, illinc M. Agrippa, alterum virorum, alterum deorum maximū amicum, & certa mente, & ſecundis ominibus ſortiti, totumq; beatæ turbe gregem, qui veſtro ductu veneranda ſynceræ fidei ſtipendia, laudibus, & præmiis onuſtus, peregit, in lucem vobiſcum ꝑtrahite: veſtros enim conſtantes animos, veſtra ſtrenua miniſteria, veſtram inexpugnabilem taciturnitatem, proq; dignitate, & ſalute amicorum perpetuam excubationem teſtatiorem beneuolentiam, & rurſus harum rerum vberimos fructus poſterior intuēs ætas, in excolēdo iure amicitiæ, q̄ libentius, tam etiā religioſius erit operata. Hæret animus in domeſticis: ſed aliena quoq; bñfacta referre Romanæ vrbis cador hortaſ.

EXTERNA.

Damon & Pythias, Pythagoricæ prudentiæ ſacris initiati, tam fidelē inteſe amicitiam inuexerūt, vt cum alterum ex his Dyoniſius Syracuſanus interficere vellet, atq; is tempus ab eo, quo prius q̄ periret, domum profectus res ſuas ordinaret, impetrauiſſet: alter vadem ſe pro reditu eius tyranno dare nō dubitauit: ſolutus erat periculo mortis, qui modo gladio ceruices ſubiectas habuerat, idemq; caput ſuū ſubiecerat, cui ſecuro viuere licebat. Igitur omnes, & in primis Dyoniſius, nouæ, atq; ancipitis rei exitum ſpeculabantur. appropinquante deinde finita die, nec illo redeunte, vnuſquiſq; ſtultitiæ tam temerarium ſponſorem damnabat. at is nihil ſe de amici conſtantia metuere prædicabat. eodem autē momento, & hora a Dyoniſio conſtituta, qui eam acceperat, ſuperuenit: admiratus amborum animū tyrānus, ſupplicium fidei remiſit. Inſuperq; eos rogauit, vt ſe in ſocietatem amicitiæ, tertium ſodalicii gradum vltima culturum beneuolentia reciperent. Hæ ſane vires amicitiæ, mortis cōtemptum ingenerare, vitæ dulcedinem extinguere, crudelitatē manſuefacere, odium in amorem conuertere, pœnam beneficio penſare potuerunt: quibus pene tantum venerationis, quantum deorum immortalium cæremoniis debetur. Illis enim publica ſalus, iis priuata continetur: atq; vt illarum ædes ſacra domicilia, horum fida hominum pectora, quaſi quodam ſancto ſpiritu referta templa ſunt.

amicorū affectus, qualis fuit Scipionis, & Lælii, Auguſti, & Agrippæ. nam Lælius ita Scipionē coluiſſe, & a Scipione cultus ipſe fertur, ut inter uerorū amicorū paria cōnumerari merito poſſint. quod idē Auguſto eueniſſe dicit Vale. qppe inter quos ſumma fuerit omniū rerū, & uoluntatum conſenſio. Nā & Agrippa ſororē Auguſti in matrimoniū duxit, & in adminiſtratione regni par illi fuiſſe ꝓpemodum creditſ. unā Virg. Remo cū fratre Quirinus, iura dabūt. nam teſte Seruio, de Auguſto, & Agrippa ibi itelligiſ, & in bello quod cōtra Cleopatram, & M. Antoniū geſtū eſt, Auguſtus dextrū, Agrippa ſiniſtrum cornu retinentes, paribus auſpiciis uictoriā peperunt. unde Virg. Parte alia uentis, & diis Agrippa ſecūdis. Pertinacis amicitiæ, quā inter ſe hoies nō modo pſeuerantee, ſed etiam ꝑtinaciter ad mortē uſq; ſeruauerint. Dignior. Digna qdē eſt amicitia, q̄ in lætis, & ſecūdis rebus potius uerſeſ, q̄ in triſti cōmemoratione imoretur.

Pertinax Amicitia

Vmbris ſanctorū ꝓpter Auguſtū, quem iter deos retulere Romani Iperatores aūt in Capitolio ſedes habuere, qa colebanſ ꝓ diis. Scipio uero Capitoliū quotidie luce orta petebat, & cū Ioue colloquiū habere credebaſ. Veſtros enim cōſtātes animos. eū intelligēt, inqt poſteri, q̄ uos amicitiæ iure ſeruaueritis, eiuſdē firmiſſima uincula, libentius, ſanctiuſq; colere nō dubitabūt. Taciturnitatē. in cęlandis arcanis. Excubationē, uigilātiā, qa pro ornādo, colēdoq; amico aſſidue uigilabant. Hæret animus. nō poſſum, inquit Vale. a Ro. exemplis diſcedere. Sed ſplendor, & fides Ro. aliis bñfactis nō inuidens. me hortatur, ne exterorū charitatem, & amicitiam, ſilentio prætermittam.

Excubatio.

ASCENSIVS.

¶ AB hoc horrido. Tranſiēs ab amicitia in rebus triſtibus offenſa, affert duo paria amicorū in rebus lætis ſumma ſe beneuolētia ꝓſecutorum, Auguſti, uidelicet & Agrippæ, & Lælii, ad Scipionis maioris. Ordo eſt. Tranſeamus ab hoc horrido, & triſti ſup. uultu amicitiæ pertinacis, id eſt perſiſtentis ad mortem uſq; etiam incluſiue, ad uultum lætum, & ſerenum .ſ. amicitiæ, atq; collocemus eam. ſ. amicitiā euocatam ide .i. ab eo loco, ubi omnia fuerant referta lachrymis, gemitu, & cędibus, in eo domicilio felicitatis, quo ipſa amicitia eſt dignior. i. qui locus eſt illi magis debitus, utpote in loco fulgente gratia, honore, & opibus abundantiſſimis, quæ omnia erant in amicis, quos dicturus eſt. Igitur orire, aut ut alii legunt orere, (ſed frequentius eſſe quartæ indicat infinitiuus oriri). i. egredere, aut exi ab illa ſede. ſ. capitolina, aut potius cæleſti, ſeu elyſia, quæ creditur eſſe dicata umbris ſanctorum, quales credebantur Auguſtus, & Scipio Iouis ſatu (ut uulgo credebatur) ortus. dico potius cæleſti, eo qd̄ dicit umbris, nā capitolina eſt uiuis ꝑuia, & nō umbris, ſed ſtatuis defunctorū, dicerē ꝑterea, o Decime Læli, orire hinc. nā ad uocatiuū ſequētē ſpectaſ uerbū orire, quod eſt iperatiui modi adhortatiue poſitū, niſi malis ad amicitiam referre, ut ſit duplex apoſtrophe. orire inquā hinc. i. ex una ꝑte aut uno pari amicorū, o Decime Læli, & orire illinc. i. ex altera parte, o M. Agrippa, ſortiti. i. quos duo ſortiti eſtis, alter. i. tuo Læli ſortitus es maximū uirorū. ſ. Scipionē amicū. ꝓ quod dicūt in amicū (nam ꝓ amico nō approbē dicēdū.) & alter. ſ. tuo Agrippa ſup. ſortite, maximū deorū uidelicet Auguſtū amicū. i. in amicū, & .i. ſimul certa mēte. i. conſilio, iudicio, & electione, ne fortuitū putemus, q̄ tales ſortiti ſint amicos, & ſecūdis. i. ꝓſperis ominibus. i. futuræ uitæ ꝑſagiis, qa iudicio bono aſpirauit etiā fortuna. orire inquā & tu, hoc eſt orimini, & protrahite uobiſcū in lucē. i. clarā memoriā, totū gregē beatæ turbæ. i. oēs alios feliciter amicitia uſos, q. ſ. grex onuſtus laudibus, & p̄miis, peregit ueneranda ſtipendia ſynceræ fidei. i. honeſtæ militauit ꝓ obſeruanda ſyncera fide ueſtro ductu. i. auſpicio, & prę ſidio, quod ꝓbans addit. Enim qa ætas poſterior intuens ueſtros animos cōſtantes, ueſtra ſtrenua miniſteria. i. mutua obſequia, ueſtrā taciturnitatē inexpugnabilē (qa ad amicū maxime ꝑtinet ſecreta amici ſibi cōmunicata alios celare, itē bñficia non exprobrare, qa ut dicit Cice. odioſum eſt ſane genus hoium officia exprobrātiū) & ꝑpetuā excubationē. i. uigilātiā cōtinuā ꝓ dignitate, & ſalute amicorū, & bñuolentiā teſtatiorē. i. magis cōprobatā, q̄ exterorū, aut ualde cōprobatā, & teſtatam, & rurſus intuēs uberrimos fructus harū rerum .i. quos ex his rebus, hoc eſt ex hac obſeruātia amicorū aſſecuti eſtis, erit operata. i. operabitur, aut erat. i. iā fuerat operata. i. exercita, i colēdo iure amicitię, q̄. i. quāto libētius, tā. i. tāto ēt religioſius .i. ſanctius, & iō qa relią pene amici ueſtri fūt aſſeclæ, ꝑtrahite eos uobiſcū. quo dicto inuit, ſe de aliis domeſticis exēplis nihil amplius dicturū, unā ēt addit. Aius hæret. i. fixus ē i domeſticis. ſ. exēplis, ſed cādor. i. puritas a liuore iuidię urbis Ro. hortaſ. ſ. me referre quoq; .i. etiam beneficia aliena.

OLIVERIVS.

¶ DAMON & Pythias. horū amicitia ſic ab omnibus celebratur, ut principatum inter omnia amicorū paria obtinere uideaſ. nam cum alterū eorum Dionyſius Syracuſanus interficere uellet, ſuſpitione uidelicet proditionis, alter ſe mortis uadem præſtare non dubitauit, tantiſper dum a componendis rebus ſuis domum profectus reuerteretur. fuit autem Dionyſio tyranno nihil uſquam fidum, de quo Cicero in Tuſcul. Quantopere uero

Damon Pythia.

DE ALEXANDRO:

Quod ita eſſe Rex Alexander ſenſit, Dari caſtris, in quibus omnes neceſſarii eius erant, potius: Epheſtione gratiſſimo ſibi latus ſuum regente ad eos alloquendos venit, cuius aduentu mater Darii recreata humi proſtratum caput erexit. Epheſtionemq́ꝫ, quia ei & ſtatura, & forma præſtabat, more Perſarum adulata, tanquã Alexandrum ſalutauit. Admonita deinde erroris per ſummam trepidationem excuſationis verba quærebat. Cui Alexander: nihil eſt, inquit, quod hoc nomine confundaris. Nã & hic Alexãder eſt. Vtri prius gratulemur? qui hoc dicere voluit? ac cui audire contigit? Maximi enim animi rex, etiam totum terrarum orbem aut victoriis, aut ſpe complexus, tam paucis verbis, ſe cum comite ſuo partius eſt. O donum inclytæ vocis danti pariter, atq́ꝫ accipienti ſpecioſum.

amicitias deſideraui, quarũ infidelitatẽ extimeſcebat, declarauit in Pythagoreis illis duobus, quorũ cũ alterũ uadẽ mortis accepiſſet, alter ut uadẽ ſuũ liberaret p̃ſto fuiſſet ad horam morti deſtinatã, utinã inquit tertius uobis amicus aſcriberet. Idẽ lib. de officiis. Damonem, inq̃t, & Pythiã Pythagoreos ferunt hoc animo inter ſe fuiſſe, ut cũ eorũ alteri Dionyſius Tyrannus diẽ necis deſtinaſſet, & is qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies cõmẽdandorũ ſuorũ cauſa poſtulaſſet, uas factus eſt alter eius ſiſtendi, ut ſi ille nõ reuertiſſet, moriẽdum eſſet ipſi. qui cũ ad diẽ ſe recepiſſet, admiratus eorũ fidem tyrãnus, petiuit ut ſe tertiũ ad amicitiã aſcriberent. Initiati. dedicati enim erant p̃ceptis Pythagoræ Samii. Vadẽ. ſponſorem. Suppliciũ fidei re. Quia tã fidelẽ animũ uita donauit. Inſup p̃terq̃ q́ꝫ ſuppliciũ remiſit. De his quoq́ꝫ Lact. lib. v. diuinarũ inſtitu. qd ergo inquit illi familiares Pythagorei laudãtur a nobis, quorũ alter ſe tyrãno uadẽ mortis pro altero dedit, alter ad p̃ſtitutũ tempus cũ iam ſpõſor eius duceretur, præſentiam ſui fecit, eũq́ꝫ interuẽtu ſuo liberauit? quorũ uirtus in tãta gloria nõ haberetur, cũ alter pro amico, alter p̃ fide mori uoluerit, ſi ſtulti putarent. deniq́ꝫ hac ipſa uirtute tyrãnus his gratias retulit utrumq́ꝫ ſeruãdo, & hominis crudeliſſimi natura mutata eſt. quinetiam deprecatus eſſe dicit, ut ſe tertiũ in amicitia reciperẽt, nõ utiq́ꝫ tãquã ſtultos, ſed tãquã bonos, & ſapiẽtes uiros. itaq́ꝫ nõ uideo quare cũ p̃ amicitia, & fide mori ſumma gloria cõputetur, nõ etiã p̃ innocẽtia perire homini ſit glorioſum. Hæc ſane uires amicitiæ. Laudat uires amicitiæ Vale. q̃s diuinitati p̃pe ſimiles eſſe dicit, quod ab his ea p̃ueniant, quæ a diis immortalibus conſueuerunt. multa. ſ. miranda, ut mortem contemnere, uitam non appetere, crudelitatẽ lenire, odium in beneuolentiam cõuertere, beneficiũ pro pœna recõpenſare. Mortis cõtẽptum. Vt Lucius Petronius, & alii, qui pro amicis mori nõ dubitarunt. Crudeli. ut Damon, & Pythias, qui crudeliſſimũ tyrannũ lenierunt. Pœnam beneficio penſare. Vt Dionyſius, qui mortem remiſit fidei Damonis, & Pythiæ. Odium in amorẽ cõuertere. ut idem Dionyſius, qui quos morti deſtinauerat, paulopoſt orare cepit, ut ſe tertiũ in eorum amicitiam admitterent. Illis. ſ. cæremoniis. His. ſ. uiribus amicitiæ. Publica ſalus. q̃a dii omniũ ſalutem tuentur. Priuatę. quia amici ſe inuicẽ auxilio ſuſtentant. Atq́ꝫ ut illarũ ædes. Oſtendit non minus uenerandas eſſe uires amicitiæ, q̃ deos ipſos. nã dii ſacra tẽpla, amicitiarum uires, fida hominũ pectora, quaſi ſancto ſpiritu referta domicilia, tenent. nam in fidis hominum pectoribus cõſiſtit amicitia.

ASCENSIVS.

¶ DAMON & Pythias initiati ſacris prudentiæ Pythagoricæ .i. ſolenni more inſtituti prudentia Pythagoræ, & ad eius profeſſionem recepti (unde quos licẽtiatos in theologia, aut iure, aut philoſophia dicunt, honeſtius initiatos in eis dicunt) iunxerũt inter ſe amicitiam tam fidelem, ut cum Dionyſius Syracuſanus .ſ. tyrannus uellet interficere alterum ex iis, aut ex eis, atq́ꝫ is. ſ. quem uolebat interficere, impetraſſet ab eo. ſ. Diony. tempus. i. ſpãtium uitæ, quo. ſ. tempore profectus domum, ordinaret res ſuas. ſ. domeſticas, priuſquam periret, alter, ſcilicet amicorũ, nõ dubitauit dare tyranno ſe uadem. i. ſpõſorem ad uadentis. i. abeuntis pœnam obnoxium, niſi redierit, pro reditu eius. ſ. abeuntis. Is ſup. qui habuerat modo. i. pauloante ceruices ſubiectas gladio. i. ſecuri, erat ſolutus periculo, quia uadem dederat, & is .i. alter amicus, cui licebat uiuere ſecure. i. ſine anxietate, cum tyrannus nihil in eum animaduerterit, ſubiecerat caput ſuum eidem. ſ. periculo, aut gladio. Igitur omnes, qui illud uadimoniũ norant, & in primis Diony. ſpeculabantur. i. expectabant tanquam e ſpecula intentis animis, exitum rei. i. an alter rediret. deinde die definita. i. cõſtituta a tyranno, ut rediret, appropinquãte, nec. i. non, & illo. ſ. qui abierat, non redeunte, unuſquiſq́ꝫ damnabat ſtultitiæ ſponſorem tam temerarium. i. improuidum. at, is. ſ. uas. At ſponſor, prædicabat. i. palem dicebant ſe nihil metuere de fide amici. autem pro ſed eodem momento atq́ꝫ hora conſtituta a Dionyſio, is qui eam acceperat, hoc eſt, qui abierat, superuenit. tyrãnus. ſ. Diony. admiratus animum amborũ, remiſit fidei. i. p̃pter fidem ſeruatam ſuppliciũ, & rogauit inſuper eos, ut reciperẽt ſe in ſocietatem amicitiæ, culturũ beneuolentia ultima. i. ſuprema ultra, q̃ nulla tertium gradum ſodalitii. i. iuris ſocialis. Sane (dicit autor) hæ. i. huiuſmodi uires amicitiæ potuerunt ingenerare contemptum mortis, extinguere dulcedinem uitæ, manſuefacere crudelitatem cõuertere odium in amorem, & penſare. i. penſando commutare, pœnam beneficio, quia ubi pœnam ſumpturus erat ſe amicum recipi orabat. quibus. ſ. uiribus amicitiæ tñ pene ueneratiõnis debetur, quantum cæremoniis. i. ſacris cultibus deorum immortalium. Enim pro quia publica ſalus continetur illis. ſ. cæremoniis deorum, priuata. ſ. ſalus continetur his. ſ. uiribus amicitiæ. atq́ꝫ ut ædes illarum. ſ. cæremoniarum, aut illorũ .ſ. deorum, ſunt ſup. domicilia ſacra, ita fida pectora hominum ſunt templa harum, ſcilicet uirium amicitiæ, referta quaſi quodam ſancto ſpiritu, id eſt ſpiritu eius, qui amicitiam tam ſanctẽ colit, aut genio eius ad eam adhortante.

OLIVERIVS.

¶ QVOD ita eſſe. Darii caſtris. Alexan. Dario acie ſuperato caſtris quoq́ꝫ potitus eſt, in quibus multum auri, cæterarumq́ꝫ c̃puminuentũ. Inter captiuos caſtrorum, mater, & uxor, eadẽq́ꝫ ſoror, & filiæ duæ Darii fuere. ad quas uiſendas & hortandas cum ueniſſet, comitatus Epheſtione ſibi fidiſſimo, & grauiſſimo comite, mater Darii humi proſtrata, ad illius aduentum caput erexit, & Epheſtionem habitu & regia forma præſtantẽ pro Alexan. more Perſarum uenerabunda ſalutat. admonita deinde a circumſtantibus, q́ꝫ eſſet errore decepta, q́ꝫ non Alexandrũ, ſed Epheſtionem ſalutaſſet, timens ne grauius Alexandrum offendiſſet, ſuppliciter erroris ueniam & excuſationis uerba quærebat. Cui Alexander, ne timeas, inq̃t mulier, nam Alexandrum ſalutaſti. & ita ſignificauit Alexander Epheſtionem ſe alterum eſſe. Recreata. refocillata, nam humi proſtrata iacebat, captiuitatem ſuam, miſeramq́ꝫ fortunam deplorans, ſed ubi cognouit tantum regem ad ſe uiſendum ueniſſe aliquantulum recreata eſt. Adulata. ad pedes prouoluta, de adulatione Perſarum dicemus lib. vi. cap. iii. Vtri prius gratulemur? In dubium trahitur inquit, utri gratius fuerit, an dicenti Alexandro. an Epheſtioni ea uerba audienti. Specioſum pulchrum eſt. Tam danti, q̃ accipienti. ſpecioſius tamen eſt dare q̃ accipere beneficium, qui dat accipientem ſibi reddit obnoxium.

ASCENSIVS.

¶ QVOD. ſ. iam dictum eſt, eſſe ita ut dictum eſt, rex Alexan. ſenſit. i. iudicauit. Nam ſup. potitus caſtris Darii regis Perſarũ. In quibus erant omnes neceſſarii eius. ſ. Darii, utpote mater, uxor, & liberi uenit ad eos alloquẽdos, Epheſtiõe. ſ. comite grauiſſimo ſibi tegẽte latus ſuum. i. ita cõiuncto, ut latus tegeret. Cuius .ſ. Alexandri aduẽtu, mater Darii recreata, quia plus in beneuolẽtia regis q̃ militũ ſpei locauerat, erexit caput. ſ. ſuum proſtratũ humi, & adulata more Perſarum (quia Perſæ reges ſuos adorãt) ſalutauit Epheſtionem tanquam Alexandrũ. i. tanquã eſſet Alexãder, quia Epheſtio præſtabat ei. ſ. Alexandro. i. eo præſtantior erat, & ſtatura, & magnitudine. & forma. i. ſpecie mẽbrorũ, & ita putabat eum potius regem, ſicut de Xerxe legitur q́ꝫ non erat pulchrior eo in tã imẽſo exercitu, unde etiã Virgilius Turnũ &

Æneam

Æneã inducit pulcherrimos, & de Priami ſpecie dicit, ꝙ digna fuit īperio, deinde ipſa admonita erroris .i. errati ſui, in eo facto, ꝗrebat ꝑ ſummã trepidationē .i. cōmotionē animi, & corporis, uerba excuſationis .i. ꝗbus ſe purgaret. Cui Alexāder inquit, nihil eſt quod cōfundaris .i. turberis hoc noīe .i. ꝓpter hoc factū, aut erratū, nam & .i. etiã hic .ſ. Epheſtio eſt Alexāder .q. d. alter

eſt, qui inuidiæ morſus, & malignitatis aculeo ſubterfugere poſſit. Quo ſeceſſu. quo receptaculo, quo ſecreto, abditoue loco maleuolos, ꝗbus īſignibus calamitatis, illos mitigare poteris, ne aliorū calamitates ſuas putēt eſſe felicitates? Infulis. Inſignibus miſericordiæ. eſt trãſlatio ſumpta a ſacerdotibus. qui ornãtur infulis, quo uenerabiliores fiant. Diuites ali. ia. ut quãtum

Inuidiã nemo pôt effugere.

DE POMPEIO.

Quod priuatim quoq; merito veneror clariſſimi, ac diſertiſſimi viri promptiſſimam erga me beneuolentiã expertus, nec metuo ne parum conueniat mihi Pōpeiū meum inſtar eſſe Alexandri: cum illi Epheſto ſuus, alter fuerit Alexander. Ego vero grauiſſimo crimini ſim obnoxius, conſtantis, & benignæ amicitiæ exempla ſine vlla eius mentione trãſgreſſus: cuius in animo velut in parentū amantiſſimorū pectore, lætior vitæ meæ ſtatus viguit, triſtior acquieuit: a quo omniū incrementa cōmodorum vltro oblata cepi: per quem tutior aduerſus caſus ſteti: qui ſtudia mea ductu, & auſpiciis ſuis lucidiora, & alacriora reddidit. Itaq; paui inuidiã quorundam optimi amici iactura, videlicet quia fructu torſeram: non quidem meo merito: gratiam meam, quantacunq; cum iis fuit, qui ea vti voluerant, partitus. Verū nulla tam modeſta felicitas eſt, quæ malignitatis dentes vitare poſſit, & quo ſeceſſu quoſdã fugeris, aut quibus infulis miſericordiæ permulſeris non cohibebis ne vt alienis malis perinde, ac bonis ſuis lætentur, ac geſtiant: diuites ſunt aliorum iacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus: ſed illi quatenus alienis incommodis ſuorum adhuc expertes inſultent, optima vindex inſolentiæ varietas humanæ conditionis viderit.

ego. Vtri .ſ. illorū duorū, gratulemur .i. gratã eius nobis feſtiuitatē ſignificemus prius, an ſup. Alexãdro, ꝗ uoluit .i. dignatus eſt dicere hoc, an ſup. Epheſtioni, cui cōtigit audire? enim ꝑ ꝗa rex maximi animi cōplexus etiã totū orbē terrarū, aut uictoriis .ſ. obtētis, aut ſpe .ſ. obtinēdarū partitus eſt .i. condiuiſit ſeipſum cū comite ſuo .ſ. Epheſtione, tã paucis uerbis, ꝗa dicendo illū quoq; Alexandrū eſſe, ſignificauit illum eſſe dimidiū ſui. O donū uocis inclytæ, ſpecioſum .i. honeſtū pariter danti, atq; accipienti.

OLIVERIVS.

Val. Maxi. Sexti Pompei comes.

¶ QVOD priuatim. Suã cū Sexto Pōpeio laudat amicitiã quã nō inferiorē eſſe dicit amicitia Epheſtionis, & Alexãdri. Clariſſimi, nobilitate, genere, rebus geſtis. Inſtar. ad ſimilitudinem, uel ut alii uolunt ad equiparationē, & menſurã nunquã recipit ꝓpoſitionē hoc nomeo inſtar. quēadmodum Alexander dixit Epheſtionem ſe alterum, eſſe pari ratione dico Pompeium me alterum eſſe.

ASCENSIVS.

¶ QVOD priuatim. Cōtinuãdo filū narrationis ipſumq; ad finē tituli huius ꝑducēdo, cōmemorat amicitiã ſuã cū Sexto Pōpeio, qđ quidē exēpiū domeſticum eſt, ſed toto hoc titulo exēpla cōmiſcuit, per occaſionem fere locutus. Ordo eſt. Qđ .ſ. donū inclyte uocis Alexãdri, de quo ꝓimo loco locutus ē. ego quoq; (autor) ueneror priuatim .i. meo nomīe, meiq; commodi in cōſimili re gratia, utpote exptus prōptiſſimã erga me beneuolentiam clariſſimi, ac diſertiſſimi uiri, uidelicet ſexti Pomp. Nec metuo, ne parum conueniat .i. parum concedatur, & ſine controuerſia ſit, Pompe. meum eſſe mihi inſtar .i. ad æquiualentiam Alexand. cum illi .ſ. Alexand. ſuus Epheſtio, fuerit alter Alexan. hoc poſſum Pompe. dicere eſſe alterum me, cum Alexand. dixerit Epheſtionem eſſe alterum ſe, nam plus diſtulit Epheſtio ab Alexan ꝗ Vale. a Pompe.

OLIVERIVS.

¶ EGO uero grauiſſimo, uiderer inꝗt grauiter peccaſſe, & omni reprehēſione dignus eſſe, ſi cōmemoratis aliorū amicitiis ſanctæ, fideliterq; cultis, de mea cum Pōp. nullã prorſus mentionē fecero. Vltro oblata. quia nō rogatus, ſed ſpōte bñficia cōferebat, nec unquã locū petitioni relinquebat. Itaq; paui inuidiam quorūdã. In ſuos inuidos, & obtrectatores inuehit quorū malignitas tãtas erat, ut eius incōmodis uehemēter lætarent, & præſertim ꝙ extincto Pōp. amico ueriſſimo eſſet orbatus illis autē multa mala iprecat ut etiam ipſi incōmodis affecti alienis malis nō inſultent. Paui. ſatiaui, & expleui. Verū nulli tam. ſententia generalis, & huic loco accōmodata. nemo tam modeſte felix

alii ꝑdiderint, tm̄ ipſi lucrent. Locupletes cala. cum alios in calamitatibus poſitos uiderit, tūc ſe fortunatos eſſe iudicēt. Immortales funebris. Alioꝝ morte ſe imortales fieri. Sed illi quatenus. Sed fortuna, inꝗt quæ res humanas ꝓ ſua libidine uerſat, & uariat, & omnis inſolētiæ ē iuſtiſſima ultrix, quouſq; patiet hos tantū arrogantes, calamitatis expertes, ſe nimiū extollere, & aliorū calamitatibus inſultare? Inſultent. Inſultare ut uult Nonius Marcellus eſt iniurioſum aliquid diſcere, alii dicunt inſultare eſſe per deriſionem inuadere.

ASCENSIVS.

¶ EGO uero ſim obnoxius .i. obligatus grauiſſimo crimini trãſgreſſus .i. ſi fuerim trãſgreſſus exēpla cōſtãtis, & benignę amicitiæ, ſine ulla mētiōe eius .ſ. Pompeii in cuius animo ſtatus uitæ meæ lætior .ſ. ſolito, aut aliquãtulū lætus uiguit uelut in pectore parentū amantiſſimorū .i. maxime amantū, & triſtior ſtatus uitæ meę acquieuit a quo .ſ. amico ego accepi ſcremēta oīum cōmodoꝝ, oblata ultro .i. nō reqſita a me ꝑ quē .ſ. amicū ego ſteti tutior aduerſus caſus .ſ. ꝗ ꝓuideri non poſſunt, ꝗ reddidit .i. effecit, ductu, & auſpiciis ſuis .i. prudentia, ꝙ ad ductū pertinet, & felicitate, quæ ad auſpicia deorū fauore capta, ſtudia mea lucidiora, & alacriora. Itaq; .i. & ita, quia talē amicū amiſi. Ego paui .i. nutriui inuidiã (cuius cibus aduerſitas eſt) quorundam .ſ. æmulorum, iactura .i. damno & amiſſione amici optimi. uidelicet .i. uidere licet, cur iuiderint utpote torſeram .i. cruciaueram eoa fructu .i. utilitate, quam cepi ab amico, nō quidem merito .i. peccato meo, nam partitus gratiã meam, quãtacūq; fuit, cū his, ꝗ uoluerãt ea uti. Verū nulla felicitas eſt tã modeſta .i. moderata, ꝙ poſſit uitare dētes malignitatis .i. malignãtiū, & inuidorū. & quo ſeceſſu .i. ſegregatione a cōſortio hominū fugeris .i. fugere uelis quoſdã, aut ꝗbus infulis .i. mitris, & inſignibus miſericordiæ tu ꝑmulſeris .i. mitigaueris quoſdã (.i. non cohibebis, neq; arcebis) ne ut .i. ut nō lætentur alienis malis, perinde ac bonis ſuis, ac geſtiãt .i. imoderate exultent? diuites ſunt iacturis .i. dãnis aliorū, locupletes .i. diuites ſunt calamitatibus .i. frugū deuaſtione aliorum, imortales ſunt funeribus aliorum. Sed quatenus inſultēt incōmodis alienis exiſtētes ſup. expertes adhuc ſuorū .ſ. incōmodorū .i. ꝓpriorū, uiderit uarietas conditionis humanæ exiſtens optima uindex ultrix inſolentiæ.

DE LIBERALITATE. CAP. VIII.

NOſtrum opus pio egreſſu ad propriam rem prouectum in ſuū ordinem reuocetur, liberalitatiſq; cōmemorationi vacemus. Cuius duo ſunt maxime probabiles fontes, verum iudicium, & honeſta beneuolentia: nam cum ab his oritur, tunc demū eius ratio conſtat: dono autem ipſi gratiam & magnitudo quidem ſua, ſed efficatiorem aliquanto opportunitatis conciliat.

OLIVERIVS.

NOSTRVM opus pio egreſſu. De liberalitate dicturus, illam more ſuo breui præfatione commendat. eſt autem liberalitas uirtus inter duo extrema poſita, ſcilicet

Liberalitas quę.

prodigalitatẽ,& auaritiam,omnis enim uirtus mediũ eſt duorũ extremorũ,ſed liberalitas mediũ eſt ꝓdigalitatis,& auaritiæ,igitur uirtus eſt. In liberalitate duo cõſideranda ſunt.primũ ut fiat honeſte,ne aliis noceatur,dum aliis prodeſſe uelimus. deinde cum ratione fiat,ne plus elargiamur,q̃ facultates noſtræ patiantur.in qua re tria conſideranda ſunt,datũ,acceptum,& dator. de dato,dicimus liberalitatem eſſe uirtutẽ, quæ res externas cõſiderat, reſpicit autẽ maxime diuitias,nam ita diffinire poſſumus,liberalitatẽ eſſe in uſu pecuniarum,pecunia uero dicitur omne quod poſſidetur. uſus aũt duabus in rebus cõtinetur.ſ.dando,& accipiendo. Vnũ eſt actionis,& alterũ paſſionis. nã accipere magis eſt paſſionis,q̃ actionis. hoc etiã ſeruandũ,ut demus quibus oportet,& accipiamus a quibus oportet. Sed ut ad perſonã,cui datur deueniamus, quatuor cõſideranda ſunt,quo beneficiũ noſtrũ dignius p̃ſtare poſſimus. primo ſi honeſti homines ſint, & cum uirtute uiuãt, ſecũdo ſi nobis amici, & beneuoli. Tertio ſi ꝓpinqui, & neceſſarii. Quarto, & ultimo, ſi de nobis benemeriti fuerint. De dante illud animaduertendum, ꝙ liberalis dator hæc uitia in primis uitare debet ſibi maxime contraria,auaritiam,ut dixi,& prodigalitatem. prodigalitas dupliciter conſideratur,uno modo ſimpliciter, & abſolute,cum dãdo aliqs ſuperflue bona ſua cõſumit,nec quantũ erogare poſſit conſiderat. nã prodigus dicitur ꝙ porro adigat bona ſua, & a porro, & adigendo prodigus deducitur. Aliud eſt,quod in ſe habet aliquid liberalitatis admiſtum, ſed non cum ratione,& honeſtate,qa nõ ſolũ in dando,ſed etiã in accipiendo ſæpiſſime peccat auarus,ut a quibus accipiat,nõ cõſideret, dũmodo ſuis rebus cõſulat,neq; reſpicit bene an male,recte an perperã id agat, modo ſua accumulet bona. & huiuſmodi homines,qui in diſtribuendis bonis ſuis nullam conſiderationem adhibent,ſæpe incidũt I id uitiũ,ut ab aliis ſurripiant,quæ aliis elargiri poſſint. & Ideo Vale. bene dicit liberalitatis duo eſſe fundamẽta rectũ iudicium, & honeſtam beneuolentiam. ac ſi diceret iuſtitiã, & honeſtatem,quæ in omni uirtute requiruntur nam rectum, & honeſtum fundamenta ſunt uirtutis. Progreſſu. Euagatione, & digreſſu ad propriam rem. Quia de ſua ipſius priuata amicitia dixit.

Suum ordinem. Vt propoſitum noſtrum ſeruemus, illuſtrium uirorum exempla narrando. Verum iudicium. ut in eos liberales ſimus,qui de nobis benemeriti fuerint. Honeſta beneuolentia. ut demus honeſtis amicis. Opportunitas conciliat. Beneficium, & ſi ſemper gratum ſit,multo tamen gratius,cum fuerit maxime neceſſariũ. doni quidẽ magnitudo nos homini maxime conciliat, ſed multomagis temporis opportunitas,ut demus cum neceſſe fuerit, & liberales ſimus neceſſitatis tempore.

ASCENSIVS.

¶ NOSTRVM opus. Sub hac p̃fatione tranſit ad narrationẽ de liberalitate dicẽs. Noſtrum opus ꝓuectum pio egreſſu.ſ. ab incæpto,nam inceperat externa narrare,ſed memor ſe nihil de Pomp. amico ſuo dixiſſe,egreſſus eſt ad eius collaudationẽ. ad rem ꝓpriam.i. narrationem propriæ amicitiæ cum Pomp. reuocetur ad ſuum ordinẽ.i. ad narrandum prius domeſtica, deinde externa, & uacemus.i. operam demus reliquis rebus,uacemus commemorationi liberalitatis. Cuius duo fontes ſunt maxime probabiles,uidelicet uerum iudicium, & beneuolentia honeſta. nam cum.ſ. liberalitas oriatur ab his.ſ. iam dictis uero iudicio, & honeſta beneuolentia,eius ratio conſtat.i. euidens eſt nunc demum. autem pro ſed,etſi dono.i. muneri &.i. etiam magnitudo ſuo conciliat grãm,quia quo maius, eo gratius eſſe ſolet,ſed opportunitas conciliat ſup. ipſi gratiam efficationem aliquanto,hoc eſt donum datum opportune etiam ſi magnum non ſit,gratius eſt,quam magnum importune collatum.

THEOPHILVS.

¶ Opportunitas cõm. Seneca qui cito dat,bis dat. & Auſonius.

Gratia,quæ tarda eſt,ingrata eſt gratia,nanq;
Cum fieri properat,gratia grata magis.
Si bene quid facias,facias cito. nam cito factum
Gratum erit,ingratum gratia tarda facit.

DE FABIO MAXIMO.

Accedit enim pretio rei, inæſtimabile momẽtum occaſionis, quæ Fabium Maximum tot ante ſecula ob paruam pecuniæ ſummam erogatæ, ad hoc vſq; tempus laudabilem fecit. Captiuos enim ab Hannibale interpoſita pactione nummorum receperat:qui cum a ſenatu non præſtarentur: miſſo in vrbem filio,fundum,quem vnicum poſſidebat, vendidit: eiuſq; pretium Hannibali protinus numerauit. Si ad calculos reuocetur, paruum, vtpote ſeptem iugeribus, & hoc in pupina addictis redactum: ſi animo prærogantis, omni pecunia maius: ſe enim patrimonii, q̃ patriam fidei inopem eſſe maluit: eo quidem maiore cum commendatione, ꝙ proni ſtudii certius indicium eſt ſupra vires niti,q̃ viribus ex facili vti: alter enim quod poteſt, præſtat: alter etiam plus,q̃ poteſt.

OLIVERIVS.

¶ ACCEDIT enim precio rei. momẽtum inclinationem ad gratiã. Quæ Fabium Max. probat occaſionem plus in liberalitate ualere, q̃ doni magnitudinem. dicit enim. Q. Fabium Maxi. apud poſteros fuiſſe magis laudabilem, ꝙ neceſſitatis tempore captiuis ſubuenerit, q̃ ꝙ pecuniam multam erogauerit. hoc autem fuit tempore ſecundi bel. pu. quo cum Hannib. dictator ipſe cõuenerat, ut fieret captiuorum permutatio,ea cõditione, ut qui plures reciperet q̃ redderet, pro unoquoq; dragmas .50. & ducentas repẽderet. hac ſpe fretus,ut. S.P.Q.R. rem iſtam probarent, & de publico pecuniam erogarent. Sed cum ducentos & .xl. plures recepiſſet Fabi. quam reddiſſet, Senãtus pactã pecuniam exoluere recuſauit,atq; inſuper Fab. accuſauit,ꝙ inutiliter, & inconſulto ſenatus homines,qui hoſtium prædæ ex ignauia facti eſſent, redimere uoluiſſet. Tunc Fab. & ciuium iniuriam æquo animo tulit, & fidem hoſti ſeruandam eſſe duxit, captiuos quoq; ciues in tanta neceſſitate iuuandos. ita filium Romam miſit,qui uendito fundo,quem ſolum in pupina uilla poſſidebat,promiſſam hoſti pecuniam a ſe in caſtra reportaret. quam ille poſt modum Hannibal. ut conuenerat fideliter enumerauit, captiuoſque redemit. Si ad calculos reuocetur. Si pecuniæ inquit quantitatem conſiderare uoluerimus, parum quid fuiſſe uidebitur, ſed ſi exquiſitæ, diligenterque Fabii domus, atque illius animi magnitudinem ſpectauerimus, omnes profecto facultates ſuperaſſe uidebimus. Ad cap. Ad exquiſitam ſupputationem. Abditis, aſtrictis, circunſcriptis. Prærogantis. præbentis. Se. enim patri. O magna uiri probitas. maluit enim ſe inopẽ dici, & eſſe,q̃ patriam perfidam nominari. Supra ui. Supra facultates, & poſſibilitatem. Viribus.e.f.u. ille utitur uiribus ex facili, qui pro uiribus & facultate præſtat aliquid.

ASCENSIVS.

¶ ACCEDIT enim. Probat exemplo id quod proxime dixerat dicens. enim pro quia, inæſtimabile momentum, id eſt commodum occaſionis, id eſt opportunitatis, quæ caſu obuenerit, accedit precio rei, quæ, ſcilicet occaſio fecit Fabium Maxi. ob paruam ſummam pecuniæ erogatæ,id eſt impenſæ laudabilem ante tot ſecula uſq; ad hoc tempus. Receperat enim ab Hannibal. captiuos interpoſita pactione nummorum,quos pro redemptione pollicitus erat, qui ſcilicet nummi, cum non præſtarentur a ſenatu, filio ſcilicet ſuo miſſo in urbem, ſcilicet Roma. uendidit fundum, quem habuit unicum, & numerauit protinus Hannibal. eius precium, paruum, ſcilicet precium ſi reuocetur ad calculum, id eſt ad ſupputationem, quæ per calculos, id eſt lapillos olim fiebat, ut nunc per proiectiles nummos, utpote redactum; id eſt coaceruatum ſeptem iugeribus, & hoc ſupple dico illis, addictis, id eſt aſtrictis in pupina, id eſt loco illo arido, & ſterili. Si ſup. metiatur, aut æſtimetur animo prærogantis, id eſt prærogatiuam exhibentis, numerauit precium maius omni pecunia. Maluit enim ſe eſſe inopem patrimonii, q̃ patriam eſſe inopem fidei, eo quidem maiore cum commendatione, id eſt laude, ꝙ niti ſupra uires eſt certius indicium ſtudii proni, id eſt affectus multum procliui, & inclinati, q̃ uti uiribus ex facili. Enim pro quia alter utpote qui uiribus utitur præſtat quod poteſt, alter, ſcilicet qui ſupra uires nititur præſtat ſup. etiam plus q̃ poteſt.

Oliuerius.

DE BVSA.

Itaq; eiuſdem temporis fœmina Buſa noīe, regionis autē Apuliæ ditiſſima, merito quidē liberalitatis teſtimonium recepit, ſed excellētes opes ſuas Fabianis rei familiaris anguſtiis, non comparauit. Nam & ſi circa decem millia ciuium noſtrorum, Cannenſis prælii reliquias, benigniſſime inter Cannuſina mœnia alimentis ſuſtentauit, ſaluo tamen ſtatu fortunarum ſuarum, munificam ſe P. Ro. præſtitit, Fabius in honorem patriæ, paupertatem inopia mutauit.

DE QVINTO CONSIDIO.

In Quinto quoq; Conſidio ſaluberrimi exempli nec ſine paruo ipſius fructu, liberalitas annotata eſt: qui Catilinæ furore ita conſternata Rep. vt ne a locupletibus quidē debitæ pecuniæ, propter tumultū, preciis poſſeſſionum diminutis, ſolui creditoribus poſſent: cum cēties, atq; quinquagies H S. ſummam in fœnore haberet, neq; de ſorte quenquam debitorum ſuorum, neq; de vſura appellari a ſuis paſſus eſt, quantumq; in ipſo fuit, amaritudinem publicæ confuſionis priuata tranquillitate mitigauit: opportune, mirificeq; teſtatus, ſe nummorum ſuorum, non ciuilis ſanguinis eſſe fœneratorem. Nam qui nunc præcipue negociatione delectantur, cum pecuniam cruētam domum retulerint, q̄ improbando gaudio exultent, recognoſcent, ſi diligenter S. Conſultum, quo Conſidio gratiæ actæ ſunt, legere non faſtidierint.

DE POPVLO ROMANO.

Queri iam dudum mecum Po. Ro. videtur q; cū ſingulorum munificentiam conſecter, de ſua taceam: ad ſummam.n. eius laudem pertinet, quem animum regibus, & vrbibus, & gentibus præſtiterit, recognoſci: quia omne præclari facti decus, crebra memoria in ſeipſo reuireſcit. Aſiam bello captam Attalo regi muneris loco poſſidendā tribuit, eo excelſius, & ſpecioſius vrbi noſtræ futurum imperium credens, ſi ditiſſimam, atq; amœniſſimam partem terrarū orbis, in beneficio, q̄ in fructu ſuo reponere maluiſſet. Ipſa victoria donum felicius: quia multū occupaſſe, habere inuidiā potuit: tm̄ tribuiſſe; gloria carere nō potuit.

OLIVERIVS.

ITAQVE eiuſdem tēporis. probat id ita eſſe uidelicet certius liberalitatis indiciū eſſe aliquid (licet exiguum) ſupra uires erogare, q̄ ex facili uiribus uti, hoc eſt magnum aliquid pro facultatibus exhibere. nā mulier Paula nomine Buſa, genere clara, atq; diuitiis, ad decem millia Ro. ex Cannenſi clade ſuperſtitū mœnibus tantū tectiſq; a Canuſinis acceptis, frumento, ueſte, & uiatico iuuit: pro qua ei munificentia poſtea bello perfecto a ſenatu honores habiti ſunt. hæc igitur mulier, q̄uis multū præſtiterit, multo tamē minus, q̄ Fab. p̄ſtitiſſe uidetur, eo q̄d Fab. ſupra uires fecerit, hęc ex facili uiribus uſa fuerit. Buſa noīe Liui. dicit Paulā fuiſſe noīatā ſed gn̄e Buſam, hoc eſt Carth. In. h. p. Ne patria perfida diceret̄, unicū fundū uendēs ex paupertate inops factus eſt. nam paup dicit̄ cui nihil ſupereſt, ſed tantum habet, quod ad quotidianū uictū, & ad neceſſaria ſatis eſt, inops uero, q nihil prorſus habet, quaſi ſine terra.

ASCENSIVS.

ITAQVE fœmina eiuſdē tp̄is. quo Fab. ma fuit, noīe Buſa, forte legendū ſit Buſa origine, Paula noīe. autem pro ſed ditiſſima, regionis Apuliæ, recepit quidē merito teſtimoniū liberalitatis, ſed nō cōparauerit. i. ſed ipſa noluit comparare opes ſuas excellētes, anguſtiis Fabianis rei familiaris. i. quas Fab. in re familiari paſſus eſt. Nam & ſi ipſa ſuſtentauit benigniſſime alimētis ſuis iter mœnia Cānuſina. i. Cānuſii oppidi .x. millia ciuiū noſtrorum reliquias. i. qui fuerāt reliquiæ prælii Cannenſi, tamē p̄ſtitit ſe munificā Po. Ro. ſaluo ſtatu fortunarū. i. diuitiarū ſuarū. Fabius mutauit paupertatē. i. ſtatū parū prius habentis, inopia. i. cū indigētia & ſtatu nihil poſſidētis. in. i. ad ſaluādū honorē patriæ.

OLIVERIVS.

IN Q. quoq; Conſidio. Liberalitatem Q. Conſidii fœneratoris nobiliſſimi hoc loco ſubiungit. hic turbulentiſſima illa reip. tēpeſtate, qua Catilina patriā perdere nefaria coniuratione tentabat, plurimū Romanę urbi, & afflictæ reipu. p̄ſidii attuliſſe uidetur. nam cū propter ſeceſſionē cultorū, q ſpe magnę prædę ducti ad Catilinam cōfugerent, agri inculti, atq; deſerti nullū ciuibus fructū redderent, nō paſſus eſt quenq̄ debitorum ſuorū aliqua ratione uexari, & ſi quinquagies ſextertii ſummā mutuo dediſſet. uidebat.n. locupletes ne dū pauperes, ex ſuis p̄uētibus debitā pecuniā nullo pacto poſſe perſoluere. teſtatus etiam ſe nolle ſanguinē a ciuibus, ſed pecuniā exigere. hac ſua ſalute publicā perturbationē ſedare maxime uſus eſt, & p̄pterea ſenatus illi maximas gratias egit. Cōſterna. cōmota, & p̄turbata. De ſorte. De ea ſumma quam ipſe p̄ſtiterat. i. in fœnus dederat, hoc eſt de capitali, ut uulgo dicunt. Quantū in ipſo. q̄tum ipſe efficere potuit. Publicæ cōfuſionis p̄turbationis, quæ ad oēs ſpectat. Nā qui nunc p̄ci. nego. Ætate noſtra qui lucrū, quaſi cruentū domū reportāt, & quorū mens oīs eſt in cōparandis p fas, nefaſq; diuitiis, intelligere poterunt, q̄ temere exultent, niſi faſtidio ſenatus decretum pro Conſidii liberalitate factum, legere recuſauerint. Negociatione. Lucro faciendo. Pecuniam cruentam. Ex mediis prope uiſceribus hominum exactam.

ASCENSIVS.

IN Quinto &c. Ordo eſt. liberalitas eſt annotata quoq;, id eſt etiam in Q. Conſidii ſupp. eſſe ſaluberrimi exempli, nec paruo, immo magno fructu ipſius. qui rep. ita conſternata furore Catilinæ. i. quam Catili. demēs pollicitatio excitarat, ut pecuniæ debitæ. ne quidem i. non etiā, aut non ſaltem, non poſſent p̄ſolui creditoribus etiam a locupletibus. i. multum terrarum poſſidentibus, & hoc præciis poſſeſſionū diminutis p̄pter tumultū. ſ. bellicū, cū haberet in fœnore. i. pecunia data ad uſuram, ſummā ſeſtertii cēties atq; q̄nquagies, neq; paſſus ē quēquā appellari. i. in ius a ſuis. ſ. q̄ſtoribus, & exactoribus debitorū, de ſorte. i. principali pecunia, quā ad uſura dederat, neq; de uſura. i. fœnore, & excremento, & mitigauit q̄tū fuit in ipſo, i. in ipſius p̄tāte, amaritudinē cōfuſionis. ſ. turbationis publicæ tranquillitate priuata. i. ſua, q priuatus agebat. teſtatus. i. p̄teſtās opportune, & mirifice, ſe eſſe fœneratorē. i. ſectatorē lucri, nummū, ſeu nummorum ſuorum, non ſanguinis ciuilis. Nā qui p̄cipue nunc. i. tēpeſtate noſtra, delectant̄ negociatione. i. lucro mercuriali, cū retulerint domū pecuniā cruentam, i. ſanguine, & ſudore miſerorū partā, recognoſcēt q̄. i. quantum improbādo. i. deteſtando gaudio exultēt, ſi non faſtidierint legere ſenatuſc. quo gratię actę ſunt Conſidio. Is autē erat fructus, quē in principio aſſectū dixit. unde legi non paruo fructu. ubi inueneram, nō ſine paruo. nā nō ſine, eſt cū, & ita diceret̄ cū paruo fructu id feciſſe, cuius contrariū hęc ↄcludit.

OLIVERIVS.

QVERI iandudū. merito, inquit, P. R. conqueri poſſet, q; aliorū liberalitatē memorię tradā, ſuam uero ſilentio p̄termittā, cum id potiſſimum ad ſummā eius laudē pertinere uideat̄. Aſiā bel. ca. mortuo Eumene, Aſiā bello captā Po. R. occupauit. cumq; iure belli retinere poſſet, eam tamen totam Attalo Eumenis filio dono dedit. putauit enim imperium clarius fore, atq; pręſtantius, ſi prouinciā locupletiſſimā potius alteri dono daret, q̄ in ſuos uſus cōuerteret. Iuſtinus aliter ſentit, dicit lib. xxxvi. regē Attalū ab Eumene non patre, ſed patruo ſuo florentiſſimū regnū accepiſſe, & acceptum multis amicorum cædibus, & cognatorū ſuppliciis fœdaſſe, nūc matrē, auum, nunc Beronicē ſponſam maleficiis earum necatas confingentem, aliaq; facinora multa patraſſe. Strab. li. xiii. dicit Eumenis, nō Attalo in eorum analogia, ex Eumene, inquit, natus eſt Eumenes de patris noīe. Is Pergami ſucceſſionē habuit, & ea loca circūcirca tenebat. Vnde apud Sardis Antiochū Seleuci filiū ſuperauit eū eo congreſſus. obiit autē cū. xx. & ii. imperaſſet. Attalus ex Attalo, & Antiochi, de Achei filia natus ſucceſſit imperio, & primo rex eſt nuncupatus. hic Galatas prælio maximo

DE T. QVINTIO FLAMINIO.

Illius vero Romanæ liberalitatis cęleſtem ſpiritũ, nullæ literæ ſatis dignis laudibus proſequuntur. Philippo.n. Macedonię rege ſuperato, cũ ad inſigne ſpectaculũ tota Græcia cõueniſſet, Q. Flaminius tubæ ſigno, ſilentio facto per pręconem hæc verba recitari iuſſit. S.P.Q.R. & Quinctius Flaminius impator, oẽs Græciæ vrbes, q̃ ſub ditione Philippi regis fuerunt liberas, atq; immunes eſſe iubet. Quibus auditis maximo, & inopinato gaudio hoĩes perculſi, primo veluti non audiſſe ſe, quæ audiuerunt credentes, obticuerũt. Iterata deinde pronũciatione pconis, tãta cælũ clamoris alacritate cõpleuerunt, vt certe conſtet, aues, quæ ſupuolabãt, attonitas, pauenteſq; deciddiſſe. Magni animi fuiſſet a tot captiuorũ capitibus ſeruitutẽ detraxiſſe, quot tũc nobiliſſimis, & opulẽtiſſimis vrbibus P.R. libertatẽ largitus ẽ: ad cuius maieſtatẽ ptinet, nõ ſolũ, qđ ipſe benigne tribuit, ſed etiã qđ alio tribuẽte ſenſit, cõmemorari: vt.n. illic cõmemoratæ, ita hic redditæ laudis commendatio eſt.

EXTERNA.

DE HIERONE SYRACVSANO.

Hiero Syracuſanorum rex, audita clade, qua Romani apud Traſimenum lacum afflicti erant: trecenta millia modiorũ tritici, ducẽta hordei, auriq; ducẽta & XL. pondo vrbi noſtræ muneri miſit: nec ignarus verecundiæ maiorũ noſtrorũ, ne nollẽt accipere, in habitũ id victoriæ formauit, vt eos religione motos, munificẽtia ſua vti cogeret: volũtate mittẽdi prius iterũ puidẽtia cauẽdi ne remitteretur, liberalis.

ſuperauit, & Ro. amicus fuit, & cum eis aduerſus Philippum pugnauit in claſſe rhodiorũ. obiit iam ſenior cũ an. xl. & tribus regnaſſet, filios quatuor reliqt, Eumenẽ, Attalũ, Philetrũ, & Athenẽũ, e quibus minores priuatũ ſtatum duxerunt, Eumenes natu grãdior regnauit. hic cũ Ro. aduerſus Antiochũ magnũ, & aduerſum Perſen bellũ geſſit. a Ro. totã eã regionẽ accepit, quę ſub Antiocho circa Taurum erat, Aſiam. ſ. minorẽ. Ipſa victoria donum felicius, plus gloriæ dicit eueniſſe P.R. ex hac liberalitate, dono quę prouincię, quã ex victoria parta. tantã. n. prouinciã i poteſtatẽ redigere, glorioſum qdem fuit, ſed poſſidẽti inuidiã cõtraxiſſet. tã ſpecioſum munus dediſſe perennẽ gloriã P.R. cõparauit. Inuidiã potuit. Solẽt homines multa poſſidentibus inuidere. Illius uero Romanę. Nemo eſt q ſatis dignã laudẽ huic tãtæ liberalitati ſuis literis accõmodare poſſit. Cęleſtẽ ſpũm. Hæc munificẽtia potius diuina, q̃ humana eſt iudicanda. nã & mediocra largiri humani eſt, at uero ingẽtia dii donare conſueuerunt.

ASCENSIVS.

EQVERI &c. Ordo eſt. Po. R. uidet̃ q̃ri mecũ. i. de me iam dudũ. i. a quo tẽpore de liberalitate loq̃ cœperim, q cũ cõſecter munificẽtiã ſingulorũ, taceam de ſua. ſ. munificentia. n. p quia ptinet ad ſummã laudẽ eius res cognoſci. i. ſi recognoſcat̃, quęſiũm. i. q̃tũ liberalẽ pſliterit regibus, & urbibus, & gentibus. Quia omne decus pclari, facti reuireſcit i ſeipſo crebra memoratione. Incipiẽs autem narrare dicit. P. ſup. Ro. tribuit Aſiã captã bello, poſſidendã Attalo regi, loco muneris. i. dono, credens imperiũ urbis noſtræ futurũ eo excelſius, & ſpecioſius, ſi maluiſſet reponere ditiſſimam, atq; amœniſſimã partẽ orbis terrarũ, in beneficio ſuo. i. a ſe collato. q̃ i fructuoſo. i. a ſe accepto. & ita donũ felicius ſup. fuit ipſa victoria, hoc eſt felicius erat dono dediſſe Aſiã, q̃ eã bello cepiſſe. qa occupaſſe multũ. ſ. terrarũ, aut rerũ, potuit habere inuidiã, tribuiſſe. i. dono dediſſe tantũ. ſ. munus nõ potuit carere gloria.

OLIVERIVS.

ILLIVS uero Romanæ. Phili. Macedoniæ, & Attalus rex Pergami, & Rhodi, a Philippo rege iniuriis laceſſiti Ro. aduerſus regem concitarunt. quo facto Gręcia tota fiducia Ro. aduerſus Philippũ ſpe priſtinæ libertatis erecta, bellũ intulit regi, atq; ita rex cũ undiq; urgeret̃, pacẽ petere cogitur, deinde cũ expoſitæ cõditiones pacis a Ro. eſſent repetere ſua, & Attalus, & Rhodii, & Achei, & Ætoli cœpere, ſed repudiata pace Phili. bellũ renouat, q tãdẽ a Flaminio cõſule bello ſuperatus eſt. & poſt hanc victoriã Q. Fla. cõſentiente, atq; etiã iubente ſenatu, oẽs Græciæ urbes, quas Philippus ſubegerat imperio, libertate donauit. Itaq; pñte Græcia ferme tota, quæ ad tantæ victorię ſpectaculũ conuenerat, iuſſit Flaminius pconem magna uoce pnunciare. Senatũ P.Q.R. & Q. Fla. Imperatorẽ uelle, ac iubere oẽs Gręcię populos eſſe liberos, & immunes. ad quã uocẽ primo quidẽ Græci, qa pręter oĩum opinionẽ, & ſpẽ eueniſſe ueluti admiratione quadã attoniti, cõticuerunt. deinde iuſſo pręcone iterare ſenatus, & imperatoris edictũ, tãtus dicit̃ clamor undiq; exortus p nimio gaudio, ut cõſtet aues p aerẽ uolãtes tanto clamore perterritas in terrã ſemianimes cõcidiſſe. Tria conſtat fuiſſe bella Macedonica cũ Romanis, hoc qđ Q. Fla. confecit. Alterum quod Paulus Æmilius, deuicto Perſa. Tertium quod geſſit Metellus Macedonicus ſuperato Pſeudo Philip. Ad Iſth. ſpectaculum Iſthmos ea terræ ſtrictura dicitur quæ inter duo maria concluſa iter porrigit ad Cherroneſum, ut alio loco dixi, teſte Ouid. in Heroi. Æquora bina ſuis oppugnãt fluctibus Iſthmon. & tenuis tellus audit utrũque mare. In hoc igitur loco ſunt, qui dicant ludos fieri conſueuiſſe in honorem matris Matutæ, atq; portuni, ad quod ſpectaculũ uniuerſa Græcia cõuenire ſolebat. cum igitur conueniſſet, uel ad hoc ſpectaculum, uel ad ſpectaculũ victoriæ, Flaminius uerba ſenatus recitare iuſſit. Immunes, ſine ulla penſione tributi, & ſtipendii. Magni animi. per occupationem exaggerat hanc liberalitatem Vale. dicit. n. ſi quiſpiam tot uiros a ſeruitute liberaſſet, quot urbes Po. R. libertate donauit, ingẽti laude dignus eſſet. Sed cũ P.R. tot Gręcię populos, tot urbes, tot oppida tyrãnide ſpoliauerit, & libertate donauerit, qs ei meritas laudes accõmodabit? Aues. Plu. dicit fuiſſe coruos q ceciderunt in theatrũ causam aũt huius rei hãc eſſe ferũt, q aer ſolũ eſt auiũ, quo diſcuſſo, & auibus quacũq; ratione ſubtracto, cadãt neceſſe eſt. legit̃ in uita Pomp. q uociferãte plebe Rom. contra Roſciũ, digitis Põpeium oſtendentẽ, nõ primũ, ſed ſecũdum ducẽ creãdum aduerſus Piratas, coruus oculis captus in medium forũ cecidit. Ad cuius ma. Trãſiturus ad externa, hac utitur pręfatione, ut dicat eſſe maieſtatis Po. Ro. nõ ſolũ cõmemorare, q̃ in alios ipſe uſus ſit liberalitate, ſed quã etiã ab aliis ipſe quoq; ſenſit.

ASCENSIVS.

ILLIVS uero &c. Recitat aliud liberalitatis P. Ro. exemplum, cuius pnũciator fuit T. Q. Fla. dicens. Vero pro ſed nullę literę pſequuntur, aut potius proſequantur. i. proſequi poſſint laudibus ſatis dignis, Cęleſtem ſpiritum. i. affectũ illius liberalitatis Romanę, quã. ſ. iam pſequitur. Enim pro qa Philippo rege Macedonię ſuperato, cum tota Gręcia cõueniſſet ad id ſpectaculũ tam inſigne, Ti. Q. Fla. ſilentio facto ſigno tubæ, iuſſit hæc uerba. ſ. ſequẽtia recitari per pconẽ. i. publicum pnunciatorẽ, quaſi præcentorẽ. Sena. P.Q.R. & Q. Fla. Impator iubet oẽs urbes Græciæ quę fuerũt ſub ditione Philippi regis eſſe liberas, atq; immunes. ſ. a tributo pendendo. Quibus auditis, hoĩes pculſi maximo, & inopinato gaudio, obticuerunt primo, ueluti credentes ſe, q̃ audierunt nõ audiſſe. deinde pnunciatione pconis iterata compleuerunt cęlum. i. aerem tanta alacritate clamoris, ut conſtet. i. manifeſtum ſit, certe. i. indubitãter aues, quæ ſupuolabant decidiſſe. i. deorſum cecidiſſe attonitas, & pauentes. Fuiſſet magni animi officiũ, aut munus detraxiſſe ſeruitutem a tot capitibus captiuorum. ſ. ſingulorum, quot urbibus nobiliſſimis, & opulẽtiſſimis P.R. largitus eſt tũc libertatem. Ad cuius. ſ. Po. Ro. maieſtatẽ pertinet commemorari non ſolũ, quod ipſe tribuit, ſed etiã quod ſenſit. i. percepit alio tribuente ut in externis exẽplis, ac quæ nunc paraſceuem facit, patebit. Enim pro qa, ut. i. quẽadmodum cõmendatio laudis cõmemoratę eſt illic. ſ. ubi P.R. beneficiũ contulit, ita cõmendatio laudis redditę eſt hic, ubi beneficium accepit, quia ſimul ſignificabitur gratiam retuliſſe.

OLIVERIVS.

HIERO Syracuſanorum rex poſt cladem Romanis illatam ad Traſimenum lacum, legati ab Hierone Siciliæ rege cum muneribus, & commeatu ingenti Romam miſſi ſunt, qui ſenatui P.Q.R. ſignificarent, Hieronem grauiter, acerbeq; tuliſſe cla-

dem

DE AGRIGENTINO GILLIA.

Subnectam huic Agrigentinum Gilliam, quem propemodũ ipſius liberalitatis præcordia cõſtat habuiſſe: erat enim opibus excellens, ſed multo etiam animo, ꝙ̃ diuitiis locupletior: ſemperq; in eroganda potius, ꝙ̃ in contrahenda pecunia occupatus: adeo vt domus eius quaſi quædam munificentiæ officina crederetur: illinc enim publicis vſibus apta monimẽta extruebantur, illinc grata populi oculis ſpectacula edebantur, illinc epularum magnifici apparatus, libẽtiq; animo annonæ ſubſidia tribuebantur, & cũ hæc vniuerſis priuatim alimenta inopia laborantibus dotes virginibus: paupertate preſſis, ſubſidia: detrimentorum incurſu quaſſatis, ſolatia erogabantur: hoſpites quoq; tum vrbanis penatibus, tum etiam ruſticis tectis, benigniſſime excepti, variis muneribus ornati dimittebantur. Quodam vero tempore quingentos ſimul Gelenſium equites vi tempeſtatis in poſſeſſiones ſuas compulſos, aluit, ac veſtiuit. Quid multa? non mortalem aliquem ſed propitiæ fortunæ benignum eſſe diceres ſinum. Ergo quod Gillias poſſidebat, omnium quaſi commune patrimonium erat, pro cuius ſalute, & incrementis, tum Agrigentina ciuitas, tum etiam vicinæ regiones votis excubabant, colloca e contraria parte arcas inexorabilibus clauſtris obſecratas, nonne præſtantiorem aliquanto exiſtimes illam impenſam, ꝙ̃ hanc cuſtodiam.

dem illam, communemq; eam calamitatem exiſtimaſſe. Itaq; quanꝙ̃ probe ſciat magnitudinẽ P.R. admirabiliorẽ propem aduerſis rebus, ꝙ̃ in ſecundis eſſe, miſſa tamẽ a ſe oia, quibus a bonis amicis, & fidelibus ſociis bella iuuari ſolent. quæ ne accipere abnuant magnopere ſe publice orare. iam oium primũ honoris gratia uictoriam aureã pondo, cxx. afferre ſe, acciperent eã, tenerẽtq;, & haberent propriam, & perpetuam aduexiſſe etiã .ccc. millia modiorum tritici. cc. ordei. ne commeatus deeſſent, & quãtũ poſtea opus eſſet, & quã tũ iuſſiſſet ſubuecturus. milite, & equite ſcire ſe, niſi Romani latiniq; nois, nõ uti P.R. leuiũ armatorũ auxilia, etiã externa uidiſſe i caſtris Romanis. Itaq; miſſi ſunt mille ſagittariorũ, ac funditorũ, apta manus aduerſus baleares, & mauros, pugnaceſq; alias gentes. Ad ea dona conſiliũ quoq; habeãt, ut ꝑtor cui Sicilia puincia eſſet, claſſem in Africã traiiceret, ut & hoſtes in terra ſua bellũ haberent, minuſq; laxamẽti darẽtur his, ad auxilia Hannibali mittenda. a ſenatu ita reſpõſum eſt regi. uirũ bonum, egregiumq; ſociũ Hieronẽ eſſe, atq; uno tenore, ex quo in amicitiam P.R. uenerat, fidem tenuiſſe, ac rẽ Romanam omni tẽpore, & loco, munifice iuuiſſe, id perinde ac deberet gratũ P.R. eſſe aurum, & a quibuſdam ciuitatibus allatũ non accepiſſe P.R. gratia regis uictoriam, omnemq; accipere ſedem ei ſe dare, & dicare capitolium, tẽplumq; Iouis optimi maximi, in ea arce urbis Ro. ſacratam, uolentem propitiã firmam, ac ſtabilẽ fore P.R. funditores, ſagittarioſq;, & frumentũ traditum eſt conſulibus. Hiero Syracuſarũ. Hic poſtquã ſe Romanis coniunxit, fidem ſemper conſtantiſſime ſeruauit. Victoriæ. ſub imagine coronæ, dea uictoria pingebaẽ apud antiquos. Voluntate mittendi. Duplici modo liberalis fuit, & ꝙ libentiſſimo animo miſit, & qa ꝑuidit, ut acciperent munera.

ASCENSIVS.

¶HIERO rex Syracuſanorum audita clade, id eſt poſtquam audiuerat cladem, qua Romani erant afflicti, ſcilicet ab Hannibale apud lacum Traſimenum, miſit muneri, id eſt dono, urbi noſtræ. ccc. millia modiorum tritici. cc. ſcilicet millia modiorum ordei, & ducenta ac quinquaginta, alii tamen legunt. xl. pondo, ideſt libras auri, nec ignarus, id eſt gnarus uerecundiæ, hoc eſt cognoſcens uerecundiam maiorum noſtrorum, id eſt priſcorũ Romanorum, qui tunc erant, formauit id, ſcilicet aurum in habitum, id eſt effigiem uictoriæ, ſcilicet deæ, ne nollent, id eſt ut nõ recuſarent accipere, ut cogeret eos motos religione, id eſt metu mali ominis, ſi uictoriam non admitterent, uti munificentia ſua ens ſup. liberalis prius, id eſt priore loco, & ut dicunt uice, uoluntate, id eſt propter uoluntatem mittendi, & iterum id eſt ſecundario, aut ſecunda (ut dicunt) uice prouidentia cauendi, ideſt proſpiciendi ne remitteretur.

OLIVERIVS.

¶SVBNECTAM huic Agrigentinum. Huius hominis liberalitatem Vale. ſic ambitioſe deſcribit, ut alia expoſitione non indigeat. nam per omnes eius munificentiæ gradus quodammodo incedit, & diligentiſſime recenſet omnia eius liberalitatis officia. ſatis uero conſtat hunc fuiſſe non magis opibus, ꝙ̃ liberalitate præſtantem. Agrigentinum. de Agrigento. eſt autem Agrigentum ciuitas Siciliæ, quę gręcę dicitur agragas. Virg. lib. iii. Æneid. Arduus inde agragas. Animo locupletior. quia plus animi habebat ꝙ̃ diuitiarũ. nam multo magis intentus erat in diſtribuendis opibus, ꝙ̃ comparandis. Officina. nam ſicut in officinis uenalia continentur, ſic in domo huius, uenalis liberalitas habebatur. Latenti annonæ. Nam in penuria rerũ a multis occultatur annona, uel quia exigua eſt, & non apparet. Detrimentorum incurſu. His, qui impetu incommodorum afflicti eſſent, benigne ſuccurrebat. Ruſticis tectis. Eſt diffinitio uillæ. Gelenſium. Gelenſes a Gela Fluuio dicti. eſt autem Gela fluuius Siciliæ a quo oppidũ, quod præterfuit, denominatũ eſt. Virg. lib. iii. Æn. Apparet Camerina ꝓcul, campiq; Geloni, immanisq; Gela fluuii de nomine dcã. Ouid. lib. fa. iiii. & te uerticibus non adeunde. Gela. Sinum. receptaculum. Annonę frugis. eo ꝙ ſingulo anno renouatur. Colloce e cõ. parte. Hoc eſt ex una parte pone auaritiam, ex altera liberalitatẽ, tũ intelliges ꝙ̃tũ liberalitas pręſtet auaritię.

ASCENSIVS.

¶SVBNECTAM huic. ſ. Hieroni. Gilliam Agrigentinũ. ſ. principem ciuium, quem cõſtat habuiſſe propemodum, id eſt ferme præcordia .i. uicinas cordi ſedes ipſius liberalitatis .q.d. non ſolum liberalem fuiſſe, ſed pene liberalitatẽ ipſam ita ut eã ꝑcipue dilexit. Erat. n. excellens opibus, ſed locupletior etiã multo animo, ꝙ̃ diuitiis, & occupatus ſemꝑ potius in pecunia eroganda .i. expendenda dono, & ita dilatanda, ꝙ̃ contrahenda. i. coaceruanda, & ita cõſtringẽda, adeo ut domus eius crederetur quaſi quædam officina munificentiæ. Enim pro quia, monimenta, id eſt egregia ædificia, aut munimenta, ꝙ fortalitia uocãt, apta uſibus publicis, extruebantur illinc .i. ex illius domo. Spectacula grata, id eſt accepta oculis populi, ædebantur illinc. i. ex eadem illius domo. Magnifici apparatus epularum, & ſubſidia tribuebantur annonæ. i. ꝙ dicunt uictualibus, lubenti animo (quod ad meritum non parum facit) uel ut legit Oli. (quem libenter ſequor) annonæ latenti. i. in occulto habitæ, ut carior eſſet. illinc. i. ex domo illius, & cum. ſ. ita eſſet, ꝙ hæc. i. huiuſmodi alimenta, erogabantur priuato, & non publico munere, uniuerſis laborantibus inopia, & ſup. dotes. i. ſubleuamentum onerum matrimonialium, quæ uxor ad maritum fert, erogabantur priuatim uirginibus. ſ. adultis, & pauperibus, & ſubſidia erogabantur preſſis. i. oppreſſis paupertate, & ſolatia erogabantur quaſſatis. i. frequenter concuſſis, incurſu. i. improuiſo impetu detrimẽtorum. i. damnorum, hoſpites quoq; excepti benigne, tum. i. partim, penatibus .i. ædibus urbanis .i. quas in urbe Agrigentina habuit, tum. i. partim etiam tectis ruſticis, .i. uillarum eius, dimittebãtur. ſ. ab eo ornati uariis muneribus. Vero pro ſed, aluit ac ueſtiuit quodam tẽpore ſimul. i. una, quingentos equites Gelenſiũ. i. natos nõ lõge a Gela fluuio Siciliæ in oppido eiuſdẽ nois, cõpulſos in ſuas poſſeſſiones ui tẽpeſtatis. Quid multa ſup. afferã teſtimonia liberalitatis eius ſi tu diceres. i. dicere poſſes, Gilliã ſup. nõ eſſe aliquẽ mortalẽ, ſed benignũ ſinũ, .i. fomentũ fortunæ ꝓpitię. ſ. ꝙ̃ fouet, nõ ꝙ̃ fouet clemẽter. Ergo quia talis erat, id qđ Gillias poſſidebat, erat ꝙ̃ſi patrimoniũ cõe oium ꝓ cuius ſalute. i. ꝯſeruatione, & incremẽtis. ſ. bonorũ. tũ. i. ſimul ciuitas Agrigẽtina. tũ ẽt regiões uicinę, excubabãt. i. uigilabãt & intẽtę erat uocis. Colloca e contrario. i. aduerſa parte, arcas obſecratas. i. clauſas clauſtris. i. clauſuris, ac ſeris, inexorabilibus. i. ad nullas præces aperiẽdis, nonne exiſtimes. i. iudices illã. ſ. tã nobilẽ Gilliæ impenſam eſſe præſtantiorẽ aliꝙ̃to, ꝙ̃ hanc cuſtodiam, q.d. haud dubie, ſi iuſte morũ præcia æſtimare uelis.

¶Explicit Liber Quartus.

OLIVERIVS.

LIBERALITATI quas aptiores. Hic quintus liber eſt, qui in ſeptem diuiditur capitula, in quorum primo agitur de humanitate, & clemētia, humanitas in charitate uerſatur, clemētia in remiſſione acceptæ iniuriæ. ſed præfatur in hoc principio more ſuo Val. & rationem oſtendit, cur hoc capitulum ſuperiori coniungat. Q uarum prima. ſ. liberalitas, quæ indigētibus ſuccurrit. unde ait, præſtatur inopia, quoniam aduerſus inopes maxime liberales eſſe debemus. Proxima oc. Secūda. ſ. humanitas. eſt. n. humanitas charitas ex animi teneritudine proueniens. Occupatione. præuentione. Tertia. ſ. clementia. Ancipiti for. quia clementia eſt acceptā iniuriā, animi impetū reprimere, ideo ancipiti fortuna, quia eius qui te offenderit uita, in dubio eſt. Eius cō. quia liberalitas clemētiæ, & humanitati uidetur anteponenda. Ex ip. nu. ſ. libero a patre, a quo libertas, & liberalitas dicta eſt. Ante omnia autē. De humanitate dicit Po R. qua erga Carthaginienſes hoſtes acerrimos uſus eſt primo puni. bel. quod ductu & auſpicio M. Attilii geſtū fuit. in quo magnum captiuorum numerum multis partis uictoriis, multiſq; cladibus illatis Carthaginienſibus contraxerat, & Romam miſerat, quos omnes Romani Cartha. condonarunt. fuerunt autem ad duum millium ſeptingētorum .xl. trium numerum. inſuper etiam legatos, qui ad eos redimendos cum grandi pecunia uenerant, ſpreta pecunia, benigne auſpicio publico ſuſceperunt, omneſq; acceptas iniurias, Carthag. remiſerunt. quæ quidem tanta fuit humanitas, ut ipſi legati præ admiratione obſtupuerūt. O ſupra uota felicē. Quia plus accepimus, quam obtinere ſperabamus.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

Mos eſt Val. Maximo, ut ſemper, quo ad eius fieri poteſt, librum ita libro adnectat, ut unum e reliquo pendere uideatur. Vnde & quærit quas potiſſimū comites liberalitati adiungat, de qua in calce præcedentis libri egit. Liberalitatis plane aptiſſimæ inquit comites ſunt humanitas, atq; clementia. Quarum prima indigentibus ſemper præſto adeſt proxima oppreſſis miſeriis opitulatur. Poſtrema, cum ſit animi temperantia in conſtituendis pœnis, inimicis etiam ſua facilitate & pœnas, & iniurias remittit. Quæ licet per quam egregiæ ſint uirtutes, ac præcellentes, prima tamen, cum ab ipſo liberi patris diuino numine ſit nomen conſecuta, cæteras dignitate anteire uidetur. Demum a præfatione ſtatim ſenatus, Populiq; Romani humanitatem, atq; clementiam aduerſus Carthaginienſes refert.

VALERII MAXIMI LIBER QVINTVS.

DE HVMANITATE.

CAPVT I.

LIBERALITATI, quas aptiores comites q̄ humanitatem, & clemētiam dederim? quoniam idem genus laudis expetunt: quarum prima inopia, proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna præſtatur: cumq; neſcias quam maxime probes, eius tamen commendatio præcurrere videtur, cui nomen ex ipſo numine quæſitū eſt. Ante omnia tamen humaniſſima, & clementiſſima ſenatus acta referam. Qui cum Carthaginienſium legati ad captiuos redimendos in vrbem veniſſent, protinus his nulla pecunia accepta, reddidit iuuenes, numerum duum millium & ſeptingentorum quadringētatriū explentes: tantum hoſtium exercitum dimiſſum, tantam pecuniam contemptam, tot Punicis iniuriis veniam datam, ipſos legatos obſtupuiſſe arbitror, ac ſecum dixiſſe: O munificentiam gentis Romanæ, deorum benignitati æquandam. O etiam noſtram legationem ſupra vota felicem: nam beneficiū quod nunquam dediſſemus, accepimus.

ASCENSIVS.

LIBERALITATI &c. Eodem filo, quo titulos & capita colligare ſolet, etiam libros colligat. aptitudinem uidelicet tranſitus a præcedentibus ad ſequentia cōmendat, eius quod dicere parat præfatione declarādo, ut hoc loco cum ordine iacebit. Ordo autem eſt. Q uas comites aptiores, id eſt conuenientiores q̄ humanitatem, & clementiā, dederim, id eſt dare poſſim liberalitati? quaſi dicat ut uideo nullas (Vtitur autē fœminino genere, quia ea communia, quæ natura adiectiua ſunt, genus ab adiuncto accipiunt, tam tacito q̄ expreſſo. quo circa, cum de liberalitatis, quæ fœmininum repreſentat ſexum comitibus loquatur, & fœminis fœmininæ magis quadrent. dixit quas comites, dicendo autem comites quodammodo inferiores eſſe innuit, quod & in fine huius præfationis clarius docet) Q uoniam ſupple humanitas, & clementia expetunt idem genus laudis, quod ſcilicet liberalitas. Q uarum ſcilicet trium prima utpote liberalitas, præſtatur, id eſt exhibetur, & impenditur ſupple in inopia id eſt rerum & auxilii carentia. proxima, id eſt proxime dicta humanitas ſupple præſtatur in occupatione, id eſt præuentione, & oppreſſione. tertia, ſcilicet clementia præſtatur ſupple in fortuna ancipiti, id eſt dubia periculoſa. cumq; id eſt & cum neſcias, quam ſcilicet harum trium affectionum humanarum tu probes, id eſt aliquis probare, hoc eſt commendare, ſeu approbare poſſit, ac debeat maxime, tamen eius, ſcilicet liberalitatis commēdatio uidetur præcurrerere, id eſt curſu locum honeſtiorem cæteris anticipare, cuius nomē eſt quæſitum, id eſt partum ex ipſo numine, ſcilicet liberi patris, qui liber dictus eſt ab effectu uini, q; liberos curis, & libere loquētes facit, & liberalis, q; ſit lętitię dator, unde Æneid. 1. Adſit lętitiæ Bacchus dator, & bona Iuno. ad liberales enim pertinet hilaria inſtruere conuiuia. Hoc autem modo fere legitur, & intelligitur hic textus. Et ut dixi, cu eo q; humanitatem, & clementiam liberalitatis comites dixit, uidetur liberalitatem cæteris prætuliſſe. Veruntamen alii quia in præfatione eius, de quo dicturus eſt, commendare ſolet excellentiā, uidetur q; hic humanitatem cęteris pręlatam uelit. & q; legendum ſit ex ipſo homine, qa, ab homine humanus, unde humanitas dicitur. Ante omnia autem. Alii legūt ante omnia tamē. quorum lectio uidetur approbare opinionem illorum, qui ſentiunt ab autore liberalitatem cęteris pręlatam, ut ſit. Q uamuis humanitas, & clemētia præclara ſunt mentium ornamenta, tamen ego referā ante omnia acta ſenatus humaniſſima &c. legentes ante omnia autem. Videntur ſic intelligere, ut humanitatem cæteris præferat, & dicat, referam autē ante omnia, acta ſenatus humaniſſima, & clementiſſima,. Q ui ſcilicet ſenatus cum legati Carthag. ueniſſent in urbem, hoc eſt Romam ad redimendos captiuos reddidit protinus his ſcilicet legatis iuuenes explentes numerum duum millium, & ſeptingentorum quadragintatrium, nulla pecunia accepta, hoc eſt gratis. Ego arbitror (inquit autor) legatos ipſos obſtupuiſſe, tantū exercitum hoſtium dimiſſum, ſcilicet e captiuitate, tantam pecuniam, quantam pro illorum redemptione accipere potuiſſet, contemptam ſupple eſſe, & ueniam datam tot iniuriis Punicis, id eſt Pœnis, hoc eſt ipſis Carthaginienſibus illatam. ac arbitror legatos dixiſſe ſecum. O munificentiam gentis Romanæ æquandam benignitati deorum, o etiam legationem noſtram felicem ſupra uota. i. ſupra q̄ ſperabamus, nam accepimus beneficium, quod nunquā dediſſemus.

Oliuerius.

DE SENATV ROMANO.

Illud quoq; non paruum humanitatis Senatus in diciū eſt. Siphacem.n.quondam opulētiſſimum Numidiæ regem captiuū, in cuſtodia Tiburi mortuum publico funere cenſuit efferendum, vt vitæ dono honorem ſepulturæ adiiceret.

DE EIVSDEM SENATVS CLEMENTIA.

Conſimiliq; clementia in Perſe vſus eſt: nam cum Albæ ī qua cuſtodiæ cauſa relegatus erat, deceſſiſſet, Quæſtorem miſit, qui eum publico funere efferret ne reliquias regias iacere inhonoratas pateretur: hoſtibus hæc, & miſeris, & fato functis officia regibus erogata: illa amicis, & felicibus, & viuis tributa ſunt.

DE EODEM SENATV IN FILIVM MASINISSÆ.

Confecto Macedonico bello, Muſicanes Maſiniſſæ filius, cum equitibus, quos in præſidium Romanorum adduxerat, ab imperatore Paulo ad patrem remiſſus, tempeſtate claſſe diſperſa, Brunduſium æger delatus eſt: quod vbi ſenatus agnouit; continuo illo Quæſtorem ire iuſſit, cuius cura, & hoſpitium adoleſcenti expediretur, & omnia quæ ad valetudinem opus eſſent, præberentur, impenſæq; liberaliter tum ipſi, tum toti comitatui præſtarentur: naues etiam vt proſpicerentur, quibus ipſe bene, ac tuto cum ſuis in Africam traiſceretur: equitibus ſingulas libras argēti, & quingenos ſextertios dari imperauit: quæ tam prompta, & tam exquiſita patrum C. humanitas efficere potuit, vt etiam ſi expiraſſet adoleſcens, æquiore animo deſyderium eius pater toleraret.

DE EODEM IN PRVSIAM.

Idem ſenatus, cum ad gratulandum ſibi Pruſiam Bithyniæ regem Perſe deuicto venire audiſſet, obuiam illi P. Cornelium Scipionem Quæſtorem Capuam miſit: cenſuitq; vt ei domus Romæ quam optima conduceretur, & copiæ, non ſolum ipſi, ſed etiam comitibus eius publice præberentur. In eoq; excipiendo tota vrbs vnius humani amici vultum habuit. Ita qui amantiſſimus noſtri venerat, duplicata erga nos beneuolentia in regnum ſuum reuerſus eſt.

OLIVERIVS.

¶ILLVD quoq; nō paruum. Syphax Numidiæ rex opulētiſſimus fuit, quē .ii. Pu. bel. Scipio deuicit. Fuit autem in Numidia tantę potentię, ut eius amicitiā, & ſocietatem, Romani pariter & Cartha. ſummo ſtudio, & cōtentione cōquiſierint, ut in eo bello maximū ad uictoriā momentū eſſe uideretur, quibus ille ſe adiūxiſſet. Itaq; tantū eius maieſtati duo potētiſſimi in terris populi tribuere, Ro. & Carth. ut uno tēpore, & Scipio Imperator ad amicitiā eius petēdā, relicta ꝓuīcia Hiſpa. exercituq; cū duabus qnqueremibus in Afri. traiecerit, & Aſdrubal Pœnorum dux, nō ipſe modo ad eū uenerit, ſed filiā quoq; ultro illi nuptū dederit, qbus nuptiis a Ro. ſocietate defecerit, ſicut planiꝰ, & diffuſius dicturi ſumus in c. de mut. caſus, & fortunę. hunc igitur Syphacem a Scip. uictū, & captiuū Romā miſſum, Tiburi in cuſtodia habendū ſenatus curauit, ibiq; mortuum publico, & regio funere efferendū cenſuit. qua quidē humanitate, & clemētia ī Perſam quoq; Macedo. regē quē Pau. Æmil. uictū duxerat in triūphū uſus eſt. ASCENSIVS.

¶ILLVD quoq; quod ſequitur eſt indiciū nō paruū .i. ingētis ꝑ liptotē, humanitatis, ſenatus .ſ. R. Enī ꝓ qa, cēſuit Syphacē quondā opulentiſſimū regē Numidię mortuū captiuū ī cuſtodia (honeſte dicit ꝑ carcere) Tyburi .i. apud Tybur, & bene per i. ꝓnunciat nomen tertię in loco, efferēdum .i. ad ſepulchrū, aut rogū ferendū, funere publico .i. impēſa facta ad pompā funeris ex publico, ut adiiceret dono uitæ. nā cū ſtatim necare potuiſſet, uiuum in cuſtodia teneri maluit, ſed forte quod apte tacet, in triumphū Scip. reſeruatū honorē ſepulturæ. ASCENSIVS.

¶CONSIMILI q; &c. Senatus ſup. Ro. uſus eſt cōſimili clementia in Perſa rege Macedonię a Pa. Æmil. in triūphum ducto. Nā cū deceſſiſſet .i. mortuus eſſet albę .i. in eo oppido, unde Ro. fuere oriūdi, in quæ, .i. in quod oppidum Perſa, aut Perſes aut Perſeus (tribus .n. uocibus illis nomen eius uariatū legimus) relegatus erat cauſa cuſtodiæ, miſit quæſtorem .i. publicæ pecuniæ receptorem, & cuſtodem, qui efferret .i. efferendū curaret, eum .ſ. Perſam, funere publico .i. publica impenſa inſtructo, ne pateretur reliquias regias .i. eius qui aliquādo rex fuerat, iacere inhonoratas .i. ſine honore ſepulturæ. Hæc .ſ. iam dicta officia erogata ſunt hoſtibus .ſ. Carth. & regibus miſeris, & functis fato .i. defunctis munere uitæ, uidelicet Sychaci, & Perſę. illa .ſ. quæ dicturus eſt, tributa ſunt amicis, & felicibus, & uiuis.

OLIVERIVS.

¶CONFECTO Macedoniæ bello. Hoc fuit bellum Macedonicū quod contra Perſem geſſit Pau. Æmi. ut ſępe dictum eſt. Nam Muſocanes Maſiniſſæ regis filius in auxilium Rom. cum multis equitibus miſſus a patre, cum iam debellata prouincia, & finito bello ab Imp. Ro. remitteretur ad patrē, ui tēpeſtatis compulſus eſt, & graui morbo correptus. quod ubi ſenatui nunciatū eſt,

eo quę ſtorem continuo miſerunt, qui adoleſcentis ualetudine ri diligentiſſime curaret, & omnia quę illi, atq; uniuerſo comitatui ſuo neceſſaria forent abundantiſſime ſubminiſtraret, claſſem reficeret, & liberatū cū muneribus ad patrē tuto remittendū curaret. fuit Maſiniſſę Numidæ regis filius, quē amiciſſimū P.R. fuiſſe conſtat, & in amicitia uſq; ad ultimū ſui fati diem permāſiſſe. Muſocanes uero eius filius moriſ anteq̄ pſ. Delatus. neceſſitate cōpulſus .ſ. ui tēpeſtatis. nā inter deferri, & uenire hoc intereſt, q̄ uolūtate uenimus, neceſſitate deferimur. Illo. ad eum locū .ſ. Brunduſiū. Quæ opus eſſe. Dicimus opus eſt mihi hac re, & hæc res, & huius rei, ſed hoc ultimū rarū eſt. Quingentos ſe. qnquaginta ſextertia. & notandū dici hoc ſextertiū, & hic ſextertius, ut hoc loco maſculini gn̄is, apđ alios neutri. Marcianus abit biſquina dabit ſextertia dixit. eſt autē ſextertiū dipōdius & ſemis, pondo uero li bellā ꝯtinet, ergo ſextertiū duas libras & ſemis hēt teſte Var. & a ſemis & tertius dictus eſt ſextertiꝰ, ſiue ſextertiū. nā ſit quoq; dicimus dipōdius eſſe, & dipōdiū. Quę tā prōpta. Hæc tāta, inq̄ humanitas ſenatus potuit, etiā patrē ab filii interitus dolore ipatiēti reuocare, ſi forte eo tēpore Muſocanes obiiſſet. Deſyderiū eiꝰ .i. mortē. Vnde deſyderatū dicimꝰ mortuū quo uerbo utiſ frequēter Iuue. celſus, ut eo die. q̄tuor millia deſyderata ſunt. ASCENSIVS.

¶CONFECTO Macedonico bello .i. poſtq̄ bellū Macedonicū erat finitū ex ſentētia P.R. Muſicanes, ſeu ut alii ſcribūt Muſocanes filius Maſiniſſæ regis Numidię P. Ro. amiciſſimi, remiſſus cū equitibus, quos adduxerat in p̄ſidiū .i. ꝓtectionē, & honeſtum auxiliū R. ad patrē .ſ. ſuū Maſiniſſam ad P. ſ. Æmi. Impa. claſſe ſup. eius q̄ uehebatur domū diſperſa tēpeſtate .i. ꝑ tēpeſtatē ſubortā in mari, delatus eſt ęger .i. aīo & corpe male affecto, Brund. .i. ad illud oppidū littorale. Quod ubi ſenatus agnouit, iuſſit continuo q̄ſtorē .i. ærarii ut dixi diſpēſatorē, ire illo .i. illuc, hoc eſt Brūd. cuius cura .i. ut eius cura & .i. ſimul hoſpitium expediretur .i. expedire pararetur adoleſcenti .ſ. Muſocani, & omnia quæ eſſent opus ad ualetudinem .ſ. curandam, pręberentur ſup. ei, & impenſæ præſtarentur liberaliter tum .i. ſimul ipſi .ſ. adoleſcenti, tum .i. ſimul, toti comitatui. & etiam ut naues proſpicerentur .i. prouide repararentur, aut conficerentur, quibus ipſe .ſ. dictus adoleſcens traiiceretur in Afri. cum ſuis, bene .i. commode, ac tuto .ſ. a ui tempeſtatis & imperauit ſingulas libras argenti, & quingentos ſeſtertios dari equitibus, quæ humanitas patrum conſcri. tam prompta, & tā exquiſita .i. ſingularis potuit efficere, ut etiā ſi adoleſcens .ſ. filius Maſiniſſæ expiraſſet, pater eius toleraret .i. pateretur deſyderium .i. carentiam eius animo æquiore, id eſt minus commoto.

THEOPHILVS.

¶MVSICANES. quidam uetuſti codices habent Muſocanes, alii Muſofones.

OLIVERIVS.

¶IDEM ſenatus cum non minori humanitate uſus fuiſſe uis

ſtetur ſenatus in Pruſiam Bithyniæ regem, qui gratulatum Romam uenerat de uictoria, quam ex Perſis rege ſuperato glorioſiſſimam comparauerant Ro. nam illi more maiorum quæſtorē obuiam miſit, publicum Romæ hoſpitium pro regis dignitate paratum conduxit, copiam rerum omnium illi comitibuſq; ſuis præbuit, illum deniq; tota ciuitas cum ſumma lætitia, & alacritate ſuſcepit, ut non de uictoria gratulatū ueniſſe, ſed a uictoria ſuperbū rediſſe cognoſceres.

DE EODEM IN PTOLEMÆVM.

Nec Aegyptus quidē Romanæ humanitatis expers fuit: Rex.n. Ptolemæus a minore fratre regno ſpoliatus, petendi auxilii gratia cum paucis admodum ſeruis, ſqualore obſitus, Romam venerat, ac ſe in hoſpitiū Alexandrini pictoris contulerat. Id poſtquam ſenatui relatum eſt, accerſito iuuene, q̄ potuit accurata excuſatione vſus eſt, ꝙ nec Quæſtorem illi more maiorum obuiam miſiſſet, nec publico hoſpitio eum excepiſſet, eaq; non ſua negligentia, ſed ipſius ſubito, & clandeſtino aduentu facta dixit: & illum e curia ſubito ad publicos penates deduxit, hortatuſq; eſt, vt depoſitis ſordibus adeundi ipſius diem peteret: quinetiam curæ habuit, vti munera ei per Quæſtorem quotidie darentur: his gradibus officiorū iacētē ad regiū faſtigiū euexit, effecitq;, vt plus ſpei in auxilio Po. Ro. q̄ metus in ſua fortuna reponeret.

DE L. CORNELIO.

Atq; ab vniuerſis Patribus C. ad ſingulos veniam, L. Cornelius Cos, primo Punico bello, cum Olbiam oppidum cepiſſet, pro quo fortiſſime pugnans Hanno dux Carthaginiēſium occiderat, corpus eius e tabernaculo ſuo amplo funere extulit, nec dubitauit hoſtis exequias ipſe celebrare, eam demum victoriam & apud deos, & apud hoīes minimum inuidiæ habituram credens, quæ plurimū humanitatis habuiſſet.

ASCENSIVS.

¶IDEM ſenatus cū audiſſet Pruſiam regem Bithyniæ uenire. i. Romā ad gratulādū. i. gratę felicitatis, ac uictorię aium uerbis indicandū, Perſe. ſ. rege Macedonię deuicto. i. poſtquā Perſen deuixerat P. Æmi. miſit Pub. Cor. Scip. quæſtorem obuiā illi Capuā. ſ. uſq;, & cenſuit, ut domus q̄ optima conduceretur ei Romę, & copię. i. largę facultates ſumptus faciundi ꝑberent, nō ſolū ipſi. ſ. regi, ſed etiā comitibus eius publice. i. e publico ærario. Et tota urbs. i. ciuitas Ro. habuit in eo excipiendo. i. eminēter, & pompoſe recipiēdo, uultū. i. ſpēm uni' amici humani. Itaq; Pruſias uenerat amātiſſimus noſtri, & reuerſus eſt in regnū ſuum beneuolētia duplicata erga nos.

THEOPHILVS.

¶PERSÆ de. Vetera exēplaria legunt Perſe, nec habent deuicto.

OLIVERIVS.

¶NEC Ægyptus quidē. Adeo impenſa fuit Rom. humanitas, ut longe, lateq; porrecta nō arctiores, q̄ imperiū terminos habuiſſe uideatur, nō cōtenta finibus Bithyniæ in Ægyptū uſq; peruenit. nā Ptole. a minore fratre regno conſpiratione pulſus, Romā auxilii petendi gratia profectus multa Romanæ liberalitatis teſtimonia cepit. nā cum miſer, & ſordidus ꝑter regiā dignitatem cū paucis admodū ſeruis clam urbē ingreſſus, in priuatum hoſpitiū ſe contuliſſet, cōtinuo ſenatus re cognita illum ad ſe iuſſit acciri. & excuſatione facta, ꝙ nō illi more maiorū quæſtorem obuiam miſiſſent, ad publicum hoſpitium deduxit, eiq; quotidie munera dari per q̄ſtorem iuſſit. ſunt qui uelint hunc fuiſſe Ptole. ultimum oium, cognomento Diony. Auletæ filiū, qui Pō. iuſſit occidi, cuius opibus, & autoritate fuerat eius pater per Gabinium reſtitutus in regnum, quod ex Cæſ. commentariis de Alexādrino bello colligi poſſe dicunt, ubi hæc inſcripta ſunt. In teſtamēto Ptol. patris hæredes erāt ſcripti ex duobus filiis maior, & ex duabus ea, qua antecedebat. hęc uti fierēt ꝑ oēs deos perq; fœdera, quæ Romæ feciſſet, eodē teſtamento Ptol. Po. Ro. obteſtabatur tabulæ teſtamēti. unæ per legatos eius Romam erant allatę, ut in ærario ponerentur quæ cum propter occupationes publicas poni nō potuiſſent, apud Pom. ſunt depoſitæ. alteræ eodē exemplo relictæ atq; obſignatæ, Alexādrię ꝓferebātur. ex quibus uerbis conīici poſſe dicūt, a minore fratre per cōſpirationē regno pulſum. quod ego nec affirmare nec omniuo refellere auſim. quippe qui huius hiſtoriæ certum adhuc autorē non inuenerim. uerū illud me mouet, quomodo reſtitutus fuerit, & cur Po. patrocinio nō fuerit uſus, cū apud illū teſtamēti. tabulę eſſent depoſitæ, aut ſi uſus, cur a Val. cæteriſq; autoritatibus, ingratitudinis nō dānatus, cū patronū ſuum iuſſerit occidi. extat ꝑterea apud ipſum, quē autorē referunt Cæſ. iiſdē cōmentariis, ad hūc ipſum. Ptol. Pō. legatio quæ (poſt Pharſalicā ꝓfligationē in Ægyptū ꝓfectus) ab hoc puero aduerſus Cęſ. opem ſuppliciter implorat, & eum per erogata tantū patri beneficia rogat, ut Alexandria recipiatur. ubi ne uerbum quidē facit, ex quo intelligi, aut conīici poſſit, eū Romæ aliquādo fuiſſe. q̄d ſatis admirari nō poſſum. cū res tanta foret, q̄ a ſenatu magnopere curaret, & ad Pomp. pertinere maxime uideretur, ꝓpter tabulas teſtamēti depoſitas. omitto ꝙ Cæſar tunc eū puerum ętate fuiſſe oſtēdit, cū Pomp. ad eū ꝓfugit, Vale. uero iuuenē appellat. quare cū hęc oīa obſcura, & incerta mihi eſſe uideat, aliis excutiēda relinquā. Obſitus. Circūdatus ſqualor immūditia. ē Squalor immūd. ties, ac deformitas, q̄ nimio mœrore innaſcitur.

ASCENSIVS.

¶NEC æg q. f. exp. hu. Ro. n. pro quia Ptol. rex Ægypti, ſpoliatus regno a fratre minore. ſ. natu, uenerat Ro. cum paucis admodum ſeruis, gratia petendi auxilii, obſitus. i. obductus ſqualore. i. ſitu, & immūditia cōtracta ex incultu, ac contulerat ſe in hoſpitium pictoris Alexādri. i. Alexandriæ orti. poſtq̄ id relatū eſt ſenatui iuuene. ſ. Ptol. accerſito. i. uocato in curiam, uſus eſt excuſatione q̄. i. q̄tū potuit accurata, ꝙ. i. quia nec miſiſſet illi obuiā q̄ſtorē. i. diſpenſatorē, & cuſtodē ærarii more maiorū. i. ut maiores Syphaci, Pruſiæ, & aliis facere ſoliti erāt, nec accepiſſet eū hoſpitio publico, ut Pruſiam acceptū iā dixerat, & dixit ea. ſ. duo delicta, ꝙ nec obuiā proceſſiſſet, nec hoſpitio publico accepiſſet eſſe facta nō ſua neglig̃ētia, ſed aduētu illius ſubito, & clādeſtino. i. latente, & occulto. & ſup. ſenatus deduxit illū ſubito e curia ad publicos penates, & hortatus eſt ut ſordibus. ſ. ſqualore, & ſitu depoſitis peteret diē adeundi ipſius. i. ſui hoc eſt ſenatus, quinetiam. i. inſuper ſenatus habuit curæ. i. curā, aut ad curam ſuam, uti. i. ut, munera darentur ei quotidie per quęſtorem quibus. ſ. ſumptum quotidianum faceret. & ſup. ſenatus euexit his gradibus. i. beneficiis per gradum impenſis, aut his beneficiis officio graduum fungentibus, ſup. Ptole. iacentē. ſ. oppreſſum calamitate ſua, ad faſtigium. i. culmen regium. & fecit ut Ptol. reponeret plus ſpei. i. de recuperando regno, in auxilio. Po. Ro. q̄ metus in fortuna ſua, ſcilicet tam aduerſa, ut a minore natu pelleretur.

OLIVERIVS.

¶ATQVE ut ab uniuerſis. poſtquam de publica Rom. humanitate dixit, nunc ad priuatam uniuſcuiuſq; dicendam tranſgreditur. & primo de L. Cor. conſule, qui primo Punico bello Hannonem Carthaginienſium ducem, qui in propugnatione ciuitatis Olbiæ fortiter dimicans occubuerat, digniſſimo funere curauit efferri, tanquam non ille hoſtis, ſed Popu. Roman. ſocius, & amicus extitiſſet. nam uictoria quanto plus humanitatis habuerit, tanto minus inuidiæ contraxerit. Olbiam opp. inuenio tria huius nominis oppida. Vnum teſte Strab. in Maſſilienſi agro. alterum eodem teſte in Scythia, quod etiā Berta ciuitas dicebatur. Tertium teſte Solin. in capi. de homine. in Sardinia. Dicit enim hic, Yphides Hiolaum creat, qui Sardiniam ingreſſus palantes incolarum animos ad concordiam eblanditus, Olbiam, atq; alia græca oppida extruxit.

ASCENSIVS.

¶ATQVE ut ueniam ab uniuerſis patribus conſcriptis, ad ſingulos, ſcilicet ſenatores L. Corne. conſul primo bello Punico, cum, id eſt quando cepiſſet Olbiam, ſcilicet oppidum Sardiniæ pro quo Hanno dux Cartha. pugnans fortiſſime occiderat, ideſt interfectus erat, extulit corpus eius, ſcilicet Hannonis tabernaculo ſuo, quia in caſtris erat, funere amplo, ſumptuoſo, nec dubitauit ipſe, id eſt ꝙ dicunt in propria perſona celebrare exequia hoſtis, credens eam demum. i. præciſe uictoriam, habituram minimum

tium, id eſt minimam partem, inuidiæ, & apud deos, & apud homines quæ habuiſſet plurimum humanitatis.

DE QVINTO CRISPINO.

Quid de Q. Criſpino loquar? cuius humanitatē potentiſſimi affectus, ira atq; gloria quatere non potuerunt. Badium Campanū, & hoſpitio benigniſſime domi ſuæ exceperat, & aduerſa valetudine correptū attentiſſima cura recreauerat: a quo poſt illam nefariam Campanorum defectionē in acie ad pugnā prouocatus, cum & viribus corporis, & animi virtutibus aliquanto eſſet ſuperior, monere ingratum, q̄ vincere maluit: nam quid agis inquit demens? aut quo te praua cupiditas tranſuerſum rapit? parum habes publicana impietate furere, niſi etiā priuata lapſus fueris? vnus tibi Romanorū videlicet Quintius placet, in quo ſceleſta exerceas arma? cuius penatibus, & honoris viciſſitudinem, & ſalutē tuā debes: at me fœdus amicitiæ, Diiq; hoſpitales, ſancta noſtro ſanguini, veſtris pectoribus vilia pignora, hoſtili certamine congredi tecum vetant: quinetiā ſi in cōcurſu exercituū fortuito vmbonis mei impulſu proſtratum agnouiſſem, applicatum iam ceruicibus tuis mucronem reuocaſſem: tuum ergo crimen ſit, hoſpitem occidere voluiſſe: meum, non eris hoſpes occiſus: proinde aliā qua occidas dexteram quære, quoniam mea te ſeruare didicit. Dedit vtriq; cæleſte numen debitum exitum: ſi quidem in eo prælio Badius obtruncatus eſt, Quintius inſigni pugna clarus euaſit.

DE M. MARCELLO.

Age Marci Marcelli clementia, q̄ clarum, quamq; memorabile exemplum haberi debet? qui captis a ſe *Syracuſis* in arce earū conſtitit, vt vrbis modo opulentiſſime, tunc afflictæ, fortunā ex alto cerneret. Cęterū caſum eius lugubrem intuens, fletum cohibere non potuit, quem ſi quis ignarus vir aſpexiſſet, alterius victoriam eſſe credidiſſet. Itaq; Syracuſana ciuitas maxima clade tua aliquid admiſtum gratulationis habuiſti: quia ſi tibi incolumi ſtare fas non erat, leuiter ſub tam manſuetudo victore cecidiſti.

OLIVERIUS.

¶QVID de Q. Criſpino? Hoc fuit ſecundo Pu. bel. cū Capua obſideretur a Ro. nam Ti. Q. Criſp. Bad. cāpanus hoſpes erat ꝑ familiari hoſpitio cōiunctus. creuerat conſuetudo, ꝙ æger Romæ apud Criſpi. Bad. ante defectionē cāpanā liberaliter comiterq; curatus fuerat. tamen Badius ꝓgreſſus ante ſtationes, q̄ pro porta ſtabāt, uocari Criſpinū iuſſit, quod ubi eſt Criſpino nunciatū, ratus colloquiū amicum, & familiare quęri, manēte memoria, etiā in diſſidio publicorū fœderū priuati iuris, paululū a ceteris ꝓceſſit. poſtq̄ in cōſpectū uenit prouoco te, inquit Badius, ad pugnā o Criſpi. cōſcēdamus equos, & uter ſit melior decernam⁹, ſummotis aliis ad ea Criſpi. nec ſibi, nec illi ait hoſtes deeſſe, in qbus uirtutem oſtendāt. ſibi etiā ſi i acie occurrerit, declinaturū, ne hoſpitali cæde, dextrā uiolet, cōuerſuſq; abibat. n. uero ferocius tū cāpanus increpat molliciem, & ignauiā, & ſe digna probra in inſontē iacere hoſpitalē hoſtem appellans, ſimulantemq; parceret, cum ſciat ſe nō parē eſſe, ſi parū publicis fœderibus ruptis nō direpta ſimul, & priuata iura eſſe putat, Bad. campanū. T. Q. Criſp. R. palā oibus & duobus exercitibus renunciare hoſpitiū, nihil ſibi cū eo conſociatū, nihil fœderatū hoſpiti cū hoſte, cuius patriā, & penates publicos oppugnatum ueniſſet. ſi uir eſſent congrederet. diu cunctantē Criſp. pertulere turmales ne impune inſultare cāpanū pateretur. itaq; tantū moratus, dum imperatores cōſuleret, permitterēt ne ſibi extra ordinē in ꝓuocantem hoſtē pugnare, pemiſſu eorū arma cepit, equū cōſcēdit, & Bad. noie compellans, ad pugnam euocauit. nulla mora cāpano facta eſt, infeſtis eqs, haſtiſq; ꝓcurrūt. Criſ. ſuper ſcutum ſiniſtrū humerum Bad haſta tranſfixit, ſuperq; delapſum cū uulnere, equo deſiluit, ut ad pedes iacentem conficeret. Bad. priuſq̄ opprimeretur, parua, atq; equo relictis, ad ſuos aufugit, Criſp. equum armaq; capta, & cruentam cuſpidem oſtentans, cū magna laude, & gratulatione militum ad conſules eſt deductus, laudatuſq; ibi magnifice, & donis donatus eſt. Ira & glo. ira contra hoſtem, a quo prouocaretur ad ſingulare certamen, gloria deuicto glorioſo hoſte. Valetudine cor. morbo implicitum, nam ualetudo medium uocabulum eſt, quod tam in bona, q̄ in mala parte accipitur, unde recepit adiectiuum, ut dicatur bona ualetudo, & mala ualetudo. Cura diligentia, uel cura pro curatione poſuit, quæ propria medicorum eſt. Tranſuerſum. A recto officio declinantem. Publica imp. quia omnes a ſocietate defeciſtis. Salutem tuam. quia ægrotum domi ſuſcepi. Dii ho. quorum princeps eſt Iup. Virg. Iupiter hoſpitibus nam te dare iura le[illegible]ntur. Sancta. inuiolata Rom. ſanguini. Vmbonis. clype[illegible] [illegible]em umbo media pars clypei. Obtruncatus eſt. non a Criſpin[illegible] [illegible]am aufugit, antequam opprimeretur, ut ſupra diximus, ſed ab aliis.

ASCENSIUS.

¶QVID loquar de Q. Criſpino? cuius humanitatē ita atq; gloria potentiſſimi affectus. i. quæ ualētiſſimę affectiones in homine ſunt, non potuerūt quatere. i. cōcutere, aut loco ſuo mouere. Is ſup. &. i. ſimul exceperat benigniſſime ſuę hoſpitio Badiū cāpanū, ſ. natione, & recreauerat attentiſſima cura ſup. ipſum correptū ualetudine aduerſa. A quo ꝓuocatus in acie ad pugnā. ſ. ſingularē, poſt illā nefanā defectionē cāpanorū. ſ. a Ro. ad Hāni. cū Q. Criſp. eſſet ſuperior. ſ. q̄ Badius aliquāto &. i. ſimul uiribus corporis, & uirtutib⁹ animi, tamē ſup. maluit monere ingratū q̄ uincere. Nam. ſ. Q. inquit. O demens ſup. Badi. quid agis. i. q̄ rem paras, aut quo cupiditas. ſ. gloriæ praua. i. iniqua rapit te tranſuerſum. i. extra ſemitā recti, & honeſti exorbitatē Habes. i. reputas parū furere. i. ꝙ inſanis publica impietate. i. qua oēs Cāpani (q ad hoſtē R. imperii defecerunt per ſummā dementiā, qa R. tantū petierāt imperii honorē, Hānī. ab eis, ſi uictor euaſiſſet, & rē, & libertatem ablaturus erat) niſi etiā lapſus fueris. priuata. i. tibi ꝓpria impietate, quia cōtra ius hoſpitalitatis, ꝙ Ioui cura eſt? uidelicet. exprobatiua uox eſt Q. ſ. Criſ. hoſpes tuus (Loquitur aūt de ſe honeſte ut ſæpe admonui in tertia perſona) unus. i. ſolus Ro. i. e tot Romanis, q in exercitu erāt, placet tibi, in quo (dicere poſſet in quē) exerceas arma ſceleſta. i. ſcelere cōtaminata? Cuius penatibus. i. domui, aut hoſpitio, tu debes. & . i. ſimul uiciſſitudinē honoris, ꝙ ab eo honorifice ſuſcept⁹, & eū honorifice ſuſcipere, dignus iudiceris, & ſalutē tuā, qa ualetudine confectū curandū duxerat. At fœdus amicitiæ, & dii hoſpitales, quorū princeps Iupiter eſt, appoſitoriæ pignora ſancta nr̄o. i. R. ſanguini, & pignora uilia pectoribus ur̄is, uetant me cōgredi tecū certamine hoſtili. Quinetiā. i. inſup ſi in fortuito. i. caſuali concurſu exercituum agnouiſſem te proſtratū, impulſu umbonis. i. mediæ, & ita extenſioris partis clypei mei, ego reuocaſſem, id eſt retraxiſſem mucronem applicatum iam. ſ. priuſq̄ te nouiſſem, ceruicibus tuis (ſic antiqui. Nam hortenſius primus ceruicem ſingulariter declinauit autore Fabio) ergo uoluiſſe occidere hoſpitem ſit tuum crimen, tu non eris hoſpes occiſus, meum. ſ. crimen. proinde. i. & ideo, quare aliam dextram, qua occidas. i. cadas in mortem, quoniam mea. ſ. dextera didicit ſeruare te propter hoſpitalitatem uidelicet. Numē cęleſte pręcipue Iouis, dedit utriq;. ſ. hoſpitum exitum. ſ. certaminis debitum. Siquidem Badius obtruncatus eſt in eo prębo, non tamen in eo certamine ſingulari, quia cum probris, & conuiciis uictus Quintius in certamen deſcendiſſet, & Badium equo excuſſiſſet, ille fuga tunc quidem ſalutem inuenit, ſed paulopoſt occiſus eſt. Quintius euaſit clarus pugna inſigni. i. inſigniter contra Badium obita.

OLIVERIUS.

¶AGE M. Mar. clementia. Marcel. cos. Romanus cum diu obſediſſet Syracuſas, tandem urbem illam cœpit, cum aſſiduitate laboris, tum etiam proditione. cum igitur mœnia ingreſſus eſt ſus

perioribus locis, urbem ferme omnium illa tempeſtate pulcherrimam ſubiectam oculis uidit, illachrymaſſe dicitur, partim gaudio tantæ perpetratæ rei, partim uetuſta gloria urbis. Athenienſium claſſes demerſæ, & duo ingentes exercitus, cum duobus clariſſimis ducibus deiecti occurrebant. tot bella Carthaginienſibus tanto cũ diſcrimine geſta, tot iam opulenti tyranni, regeſq; preter cęteros Hiero cum recẽtiſſima memoria rerũ, tum ante omnia (quę uirtus ei, fortuna ſua dederit) beneficiis in P. Ro. inſignis, ea cũ uniuerſa occurrerent animo, ſubiretq; cogitatio iam illa momento horæ arſura omnia, & ad cineres reditura, priuſq̃ ſigna archarius admoueret, p̃mittit Syracuſanos, qui intra Romanũ prępſidium aufugerẽt, ut alloquio leni pellicerent hoſtes ad dãdam urbem quã obtinere nequit. Fletũ eo. Lachrymis ſeperare. Itaq; ſyrci. Apoſtrophat ad urbẽ Syracuſarũ dicẽs, illud tibi non paruę conſolationis eſſe debuit in tua clade grauiſſima, q; cũ tua fata ferrent, ut caderes, ſub mãſuetiſſimo uictore cecideris.

ASCENSIVS.

FAGE. adhortandi uox, clementia. M. Mar. q̃. i. quantũ clarum, quamq; .i. & quantũ memorabile exẽplum debet haberi. q.d. maxime clarũ, & memorabile, utpote qui Syracuſis urbe opulẽtiſſima in Sicilia captis a ſe, conſtitit in arce .i. ſumma munitione, & (ut dicunt) fortilitio earum, ut cerneret ex alto fortunam urbis, modo. i. paulo ante opulentiſſimę, tũc afflictæ. Cæterum. i. ſed ipſe intuẽs caſum eius lugubrẽ non potuit cohibere fletum, quẽ. ſ. fletũ, ſi quis uir ignarus. ſ. quid ſit parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos, atq; ita ſtrenuum eſſe in rebelles, & clementẽ in ſe uictos fatẽtes aſpexiſſet, credidiſſet uictoriam eſſe alterius. Itaq; o ciuitas Syracuſana, tu habuiſti ſup. in maxima clade tua aliqd gratulationis. i. quo tibi gratulari poſſis, quia ſi fas non erat tibi ſtare incolumi, cecidiſti leniter. i. tranquille ſub tam manſueto uictore.

DE Q. METELLO.

Quintus vero Metellus Celtibericum in Hiſpania gerens bellũ, cum vrbẽ Centobricam obſideret, & iã admota machina, partem muri, quæ ſola cõuelli poterat, diſiecturus videretur, humanitatem propinquæ victoriæ prætulit. Nã cũ Rethogenis filios, qui ad eũ trãſierat, Centobricenſes machinę ictibus obieciſſent, ne pueri in conſpectu patris crudelis genere mortis cõſumerentur, quanq̃ ipſe Rethogenes negabat eſſe impedimento, quominus etiam per exitum ſanguinis ſui expugnationẽ perageret, ab obſidione diſceſſit. Quo quidẽ tã clementi facto & ſi nõ vnius ciuitatis mœnia, oĩum tamen Celtiberarum vrbium animos cœpit, effecitq;, vt ad redigẽdas eas in ditionem Po. Ro. non multis ſibi obſidionibus opus eſſet.

DE AFRICANO POSTERIORE.

Africani quoq; poſterioris humanitas ſpecioſe, lateq; patuit. Expugnata. n. Carthagine, circa Sicilię ciuitates literas miſit, vt ornamenta templorũ ſuorum a Pœnis rapta, per legatos recuperarẽt. Inq; priſtinis ſedibus reponenda curarent. Beneficiũ Diis, atq; hominibus pariter acceptum. Huic facto per eiuſdem viri humanitas: a Quæſtore ſuo haſtæ ſubiectos captiuos vendente, puer eximiæ formæ, & liberalis habitus miſſus eſt, de quo cum exploraſſet Numidam eſſe, orbum relictũ a patre, educatum apud auunculũ Maſiniſſam, eo ignorante immaturam aduerſus Romanos ingreſſum militiam, & errori illius veniã dandam, & amicitiæ regis fidiſſimi Po. Ro. debitam venerationem tribuendã exiſtimauit. Itaq; puerũ annulo, fibulaq; aurea, & tunica, laticlauia, Hiſpanoq; ſagulo, & ornato equo donatum, datis qui eum proſequerentur equitibus, ad Maſiniſſam remiſit: eos victoriæ maximos fructus ratus, diis templorum ornamenta Romanos, regibus ſanguinem ſuũ reſtituere.

OLIVERIVS.

QVINTVS uero Metel. Fuit Q. Metelli humanitas magna & laude digniſſima. qui cum eſſet conſul in ea parte Hiſpaniæ, quæ Celtiberia dicitur, in eaq; bellum gerens Centobricam urbem obſideret, & pariter oppugnaret, machinamq; mœnibus admoueret, iam maximam partem, quæ euerti facile poterat diſſiecturus erat. q; ubi uiderunt oppidani Rethogenis filios, qui ad Romanos defecerant, mœnibus oppoſuerunt, ut ruina murorum, pueri in conſpectu patris ad defectionis ultionem obruerentur. quod ubi ſenſit Metel. continuo ab oppugnatione diſceſſit, ſuadente, & hortante Rethogene, ut per filiorum mortem urbem expugnaret, inceptumq; perageret. maluit enim Metel. hoſtium animos, & urbem, manſuetudine, & uirtute ſuperare, q̃ ulla crudelitate ſubigere, quod etiam fecit. nam hac humanitate pellecti populi, & urbes Hiſpaniæ ſpõte in deditionem uenerũt.

Centobrica urbs.

ASCENSIVS.

QVINTVS uero Metel. gerens in Hiſpania bellum Celtibericum cum obſideret urbem Centobricam. ſ. nomine, & iam uideretur diſiecturus machina, ſcilicet bellica admota. i. applicita partem muri, quæ pars poterat ſola conuelli. i. machinis ſolo æquari, prętulit uictorię propinquę humanitatem. Nam cũ Centobricẽ. ſ. populi obieciſſent ictibus machinæ filios Rethogenis, ſeu Rethoginis, utrumq; enim legi. i. illius uiri clariſſimi in ea ciuitate qui tranſierat ad eum. ſ. Metel. ne pueri conſumarentur in conſpectu patris genere crudelis mortis. ſ. a machina illatę, diſceſſit ab obſidione, q̃q; ipſe Rethogenes negabat eſſe impedimento, quo minus. i. ut nõ perageret expugnationem, .i. captionem urbis, etiam per exitum. i. exitium, aut emiſſionem ſanguinis ſui, hoc eſt per necem liberorum ſuorũ. Quo quidem facto tam clementi Metel. & ſi non cepit mœnia unius ciuitatis, tamen cœpit. i. ad beneuolentiã traxit animos omnium urbium, pro ciuium (nã urbes proprie non utuntur ratione cũ ſint ipſa ædificia) Celtiberarũ. i. celtibericarũ, & effecit, ut nõ eſſet ſibi opus multis obſidiõibus ad redigẽdas eas, .ſ. urbes celtibericas in ditionẽ Po. R.

THEOPHILVS.

CENTOBRICAM. Supra tamẽ appellant Contrebiã. Sanguinis ſui. Nam ſemen humanum, ſanguis eſt purgatus, ut Agri. & Var. ſentiunt.

OLIVERIVS.

AFRICANI quoq; poſterioris. Non minus ſpecioſa, & ampla fuit Africani poſterioris humanitas, q; capta Carthag. per literas omnium Siciliæ populorum legatos acciuit, qui ſuæ quiſq; ciuitatis ornamẽta, q̃ illis Cartha. iure belli rapuiſſent, reciperẽt, & in ſua quilq; tẽpla reportarẽt. eadẽ humanitate uſus in Maſiniſſę regis nepotẽ qui rege inſcio in Punica caſtra, militiãq; Cartha. pfectus a R. captus eũ cæteris captiuis, dũ ſub haſta uenderent, cognitus a Sci. multis muneribus donatus, ad auunculũ cũ digniſſimis comitib9 remiſſus eſt. Rapta. Quę Pœni tribus bellis ceperant. Beneficium. Laudat hanc humanitatem Africani Val. Huic facto par. Haſtæ ſubiectus Qui publice uendebantur. Errori illius ueniam. ignoſcendum eſſe adoleſcentiæ. Annulo. Sic enim mos erat ingenuos pueros annulo ornari. Fibula. Qua in humeris militaris ueſtis nectebatur. Tunica la. i. tunica intexta clauis aureis latioribus ſic enim Feſtus Pomp. refert. Hiſpano ſagulo. Sagulum ueſtis militaris, qua utuntur Hiſpani, uirgata, & uerſicolore, & eſt diminutiuum a ſago. Virg. Virgatis lucenti ſagis. Diis ornamenta. i. Vt ſiculis reddidit. Regibus ſanguinem, Vt in hoc exemplo nepotis Maſiniſſæ.

Laticlauium.

ASCENSIVS.

AFRICANI &c. Ordo eſt. Humanitas quoq; Africani ſcilicet Scipionis poſterioris patuit ſpecioſe, & late. Expugnata enim Carthagine miſit literas circa ciuitates Siciliæ, ut recuperarent per legatos ornamenta templorum ſuorum capta a Pœnis, & curarent ea reponenda in ſedibus priſtinis, appoſitorie beneficium, id eſt q; bene factum eius ſupple fuit acceptum pariter diis, atq; hominibus. huic &c. Humanitas eiuſdẽ uiri .ſ. Scipionis minoris eſt par. i. ſimilis, & ęqualis, huic facto. ſ. iam dicto. Puer eximiæ formæ, & habitus, id eſt diſpoſitionis corporalis, liberalis,

liberalis .i. qualis liberalibus, ac liberis, & ingenuis eſſe ſolet, miſſus ſup. ad eum quæſtore ſuo, uendente captiuos ſubiectos haſtæ .i. ſub haſta plus offerenti. de quo .ſ. puero, cum Scip. explo raſſet .i. explorando quis, & cuius eſſet, cognouiſſet eſſe Numi dā .i. e regno Maſiniſſæ, relictū orbem a patre, & educatū apud Maſi. auunculum .i. fratrem matris eius, & ingreſſum militiam immaturā, quia ipſe immaturus erat aduerſus Romanos, eo .ſ. Maſi. ignorāte, exiſtimauit .i. cēſuit, & .i. ſimul ueniam dandā errori illius .ſ. pueri, qui per ignorantiā peccauerat, & uenerationē debitā tribuendā amicitię regis fidiſſimi Po. R. Itaq; remiſit ad Maſiniſſam puerū donatū .i. dono ornatū anulo .ſ. aureo, & fibula aurea, & tunica laticlauia, quali patritii Romæ utebantur, & ſagulo .i. indumēto militari, Hiſpano .i. quo Hiſpani tunc utebātur, & equo ornato .ſ. phaleris, & aliis ornamentis, datis .i. aſſignatis equitibus, qui ꝓſequerētur eum, ratus (id eſt arbitratus eos .ſ. quos dicet) eſſe maximos fructus uictoriæ, ut poſſe Romanos reſtituere .i. ſi Romani reſtituerent diis ornamēta templorū, ut fecerat in Sicilia. & regibus (ut nunc fecit Maſiniſſę) ſuum ſanguinem.

exhortatus eſt ad ſpem, ſcilicet recuperandi regni, aut ſalutis conſeruandæ, ſermone grato .i. ad hoc idoneo, aut graio .i. græco, & fecit etiam eū introductū in tabernaculū .i. tentoriū imperatoriū ſedere in conſilio .i. dum conſilium haberet, proximum ſuo lateri. nec iudicauit indignum honore menſæ, quinetiam ad menſam ſuam eum aſſidere fecit. De cuius facti cōmendatione dicit ſic autor. Proponatur in conſpicuo .i. loco ad uidendum apto acies, qua Perſes proſtratus eſt, & contextus harum rerum quas retuli .i. facta clementiæ, aut humanitatis Pauli in eum, homines .ſ. qui utrunq; uidebunt dubitabunt, utro ſpectaculo delectentur magis, an .ſ. quo Perſes uictus eſt, an quo ſic tractatus poſtquā uictus. Nā ſi egregiū eſt abiicere .i. ſubiugare hoſtē, non tamē eſt minus laudabile ſcire miſereri infelicis.

DE L. PAVLO.

Lucii etiam Pauli in tali genere laudis memoria apprehendenda eſt: qui cum Perſen, parui temporis momento captiuum ex rege, ad ſe adduci audiſſet: occurrit ei Roma. imperii decoratus ornamētis: conatumq; ad genua procumbere, dextra manu alleuauit, ſermoneq; grato ad ſpem exhortatus eſt: introductum etiam in tabernaculum, lateri ſuo proximū in conſilio ſedere fecit: nec honore menſæ indignum iudicauit. Proponatur in conſpicuo acies, qua ꝓſtratus eſt Perſes, & harum rerum, quas retuli, contextus, vtro magis ſpectaculo delectentur, homines dubitabunt: nam ſi egregium eſt hoſtem abiicere, non minus tamen laudabile infelicis ſcire miſereri.

DE GN. POMPEIO.

Hæc L. Pauli humanitas admonet me, ne de Cn. Pompeii clementia taceam, Regem Armeniæ Tigranē, qui & per ſe magna cum P. R. bella geſſerat, & infeſtiſſimum ubi noſtræ Mithridatem Ponto pulſum: viribus ſuis protexerat, in conſpectu ſuo diutius iacere ſupplicem paſſus nō eſt: ſed benignis verbis recreatum, diadema, quod abiecerat, capiti reponere iuſſit: certiſq; rebus imperatis, in priſtinum fortunæ habitum reſtituit: æque pulchrum eſſe iudicās, & vincere reges, & facere. Quā præclarū tributæ humanitatis ſpecimen. Cn. Pompeius, q̄ miſerabile deſyderatæ idem euaſit exemplū: nam qui Tigranis tēpora inſigni regio texerat, eius caput tribus coronis triumphalibus ſpoliatum, in ſummo terrarum orbe, nuſquā ſepulturæ locum habuit: ſed abſciſſum a corpore inops rogi, nefarium Aegyptiæ perfidiæ portatū munus eſt, etiam ipſi uictori miſerabile: vt enim id Cæſar aſpexit, oblitus hoſtis, ſoceri uultum induit, ac Pōpeio tum proprias, tum etiam filiæ ſuæ lachrymas reddidit, Caput etiā plurimis, & precioſiſſimis odoribus cremandum curauit: quod ſi non tam manſuetus animus diuini principis extitiſſet, pauloante Romani iperii columen habitū (ſic mortaliū negocia fortuna verſāt) inhumatum iacuiſſet.

THEOPHILVS.

MEMINIT huius rei M. Tullius in Verrem.

OLIVERIVS.

Perſes Macedonum rex a Paulo captus.

LVCII quoq; Pauli. Non eſt, inqt, Lucius Paulus in tali uirtutis genere ſua laude defraudādus, qui eximiā humanitatē ſuā in Perſam Macedoniæ regem declarauit, quē cum captiuū ad ſe audiſſet adduci, ei occurrit cum inſignibus imperii, tanquā honoris gratia illi regi non captiuo prodiret obuiā. uolentemq; ſe ad imperatoris genua ꝓſternere, nō ſuſtinuit. & q̄bus potuit uerbis cōſolatus eſt, & ad ſpē hortatus. ſibiq; ſemper in tabernaculo ꝓximū habere uoluit. fuit aūt captus Perſes a Cn. Octauio, cum duobus filiis, Alexand. & Philip. dū fugeret in Samothraciā cū decē millibus talentum, quos ad conſulē Æmiliū Paulū deduxit Octauius. Grato ſer. Alii habēt, græco ſermone, & putant tunc etiā apud Roman. uiguiſſe literas græcas, & Paulum hortatū fuiſſe Perſam uerbis binis græcis ut diceret ἐλπίζε βασιλεῦ bene ſpera o rex. Proponatur in conſpicuo. Ex comparatione oſtēdit, utra laudabilior fuerit, Pauli Æmilii uictoria, an eiuſdem humanitas. In conſpicuo. in aperto, in propatulo, ut uideri poſſit, hinc humanitas, inde uictoria.

ASCENSIVS.

LVCII &c. Memoria quoq; Pau. ſ. Æmilii eſt apprehendenda in tali genere laudis, qui cum audiuiſſet Perſen adduci ad ſe captiuum ex rege .i. qui iam fuerat rex Macedoniæ, momento parui temporis, quia inter regem & captiuum ſola interfuit manus iniectio, occurrit .i. celeriter obuiam proceſſit ei, decoratus ornamentis Romani imperii & alleuauit dextra manu conatum procumbere, id eſt, ſe demittere ad genua, ſcilicet Lucii & c.

OLIVERIVS.

HÆC L. Pauli humanitas admonet. Cum Mithridates a Pomp. e prouincia pulſus ad Tigranem Armeniæ confugiſſet, eum perſequens Pompe. celeriter in Armeniam cōtendit. a Tigrane iuniore, qui a patre defecerat, accerſitus. Tigranes uero ſenior, audito Pomp. aduētu, cognitaq; eius clemētia moribuſq; ſuauiſſimis, ſpe maxima fretus, ad Pōpe. ut ſeſe dedat, ipſe uenit. Pōp. ubi caſtris iam adeſſe regē audiuit, duos lictores obuiā miſit, qui regi nunciarent, ut equo deſcenderet, pedibuſq; Romanorū īperatorē adiret, ꝙ nemo unquā ad eam diem peregrinus equo inſidēs Romana caſtra ītroiſſet, quibus nō ſolum facile paruit, ſed enſem quoq; nudatū illis tradidit, & Pomp. inermis adiuit. cuius cum ante ora ſtetiſſet coronā e capite demptam ante illius pedes proiecit, deinde qꝺ turpiſſimum fuit ſe ad Pōp. genua proſternere uoluit, ut ab eo ſupplex erroris ueniam peteret, ni preueniſſet Pōp. qui eū dextra porrecta erexit, iuſſitq; apud ſeſe equalem ſella inſidere, & ut ſingulari humanitate præditus erat, nō illū ſibi ſupplicem eſſe ſuſtinuit, ſed ſuis ornatum inſignibus, in regnū de quo eiectus fuerat reſtituit. huius autem belli cauſa teſte Cice. factio Pompeiana fuit, ꝙ Mithridatem regem Ponti a L. Lucul. regno pulſum, non ſolum ad ſe fugientem benigne ſuſcepit, ſed ſuis etiam opibus in regnum reſtituere uoluit. nam ingenti exercitu comparato poſt aliquot clades acceptas, tandem copias Romanas uictrices trucidauit, & grauiſſimam Romanis cladem intulit. Ponto id eſt inſula. q̄ tenebat Mithridates. Benignis. quia bono illum animo eſſe iuſſit. Quam præclarum. Pompeius quidem hoc humanitatis ſpecimen dedit, ſed ipſe poſtea fuit deſideratæ humanitatis exemplum. cum a L. Septimio, & Achilla Ptolemæi ſatellitibus occiſus eſt, iubente rege. hiſtoria nota eſt in ſuperioribus, ſed quamobrem inducat exemplum Pompeii, hęc eſt ratio, quia ſubſequitur humanitas Iulii Cæſaris, qui eum Alexandriam ueniſſet, & ei Theodorus Ptolemæi præceptor

Pōpeius ab Achilla Septimioq; trucidatus

Pōpei caput regis nōmine obtuliſſet, lachrymas continere non potuit uiſo generis ſui capite. Inſigni re. Diademate. Tribus eo. quia toties triumphauit. primo quidem de Africa, quam auſpicis L. Syllæ ſubegit cum eſſet annorum .xxiiii. ut quidam tradunt miſſus contra Domicium. deinde triūphauit de Sertorio, uel de Piratis, qui mare totū infeſtabant, quod bellū. xlviii. diebus confecit. poſtremo de Mithridate. Victori miſerabilē. quod uictorē ad miſeratione mouere poſſet. Soceri vultū. Eo uultu quo ante, cū eſſet ſocer, aſpicere ſolebat. Columē. ſuſtentaculū, nec inuenitur niſi in nominatiuo, & accuſatiuo.

ASCENSIVS.

¶ HÆC humanitas L. Pau. admonet me, ne taceam de clemētia Cn. Pōpeii. Is ſup. paſſus non eſt Tigranē regem Armeniæ, qui geſſerat, &. i. ſimul per ſe. i. per proprias uires, & ꝓpria auſpicia, magna bella cū P. R. & protexerat uiribus ſuis Mithridatē infeſtiſſimū. i. maximā uim inferentē urbi noſtræ, pulſum. i. eiectum Ponto cuius rex fuerat, non eſt dico paſſus, eū iacere diutius ſupplicem in cōſpectu ſuo, ſed iuſſit recreatū. i. refocillatū benignis uerbis. reponere capiti. i. in caput ſuū, diadema. i. inſigne regis apud Armenios, quod faſcia, cui corona imponebatur, quidā eſſe uolunt, quod. ſ. diadema abiecerat, & reſtituit eum in priſtinum. i. priorem habitum fortunæ. i. conditionis, certis. i. quibuſdam rebus imperatis. i. ex imperio illi iniunctis. iudicans eſſe æque pulchrum & uincere reges, & facere. ſ. reges, quę duo in uno fecit. Quam præclarum &c. Facta cōparatione de felicitate, & infelicitate Pōpeii, ſubinfert humanitatē Caii Cæſaris in eū, qui uiſo eius capite lachrymis nō abſtinuit, quis tamē, aut gaudii, aut ſimulati amoris Lucanus interpretatur. Ordo eſt. quā. i. quantum præclarum ſpecimē. i. exemplum humanitatis tributę. ſ. Tigrani, ſup. fuit Cn. Pōp. tam. i. tantū miſerabile euaſit idem exēplum humanitatis deſyderatæ. ſ. erga eū. i. quia caruit (nam deſyderatur, quod abeſt, unde deſyderatos in bello dicimus interfectos, eo ꝙ cū non compareant, dum exercitus poſt prælium recenſetur, deſyderantur) Nam caput eius qui texerat. i. redimiuerat. ſ. tempore capitis Tigranis. ſ. regis Armeniæ, Inſigni regio. i. diademate, ſpoliatum. i. poſtquam per mortem erat ſpoliatū tribus coronis triumphalibus, qa ter triūphauerat, nuſquā habuit locū ſepulturę in ſummo orbe terrarū, uidelicet in Ægypto, ſed abſciſum a corpore a Septimio. & Achilla, inops. i. expers rogi cremaretur portatum eſt. ſ. ad Cæſarē munus nefarium perfidiæ ægyptiæ (quia eius opera reſtitutus fuerat Ptolemæus, unde hic genitus erat in regnū ęgyptii) miſerabile etiā ipſi uictori uidelicet Cæſari. Enim ꝓ quia ut. i. poſtquā Cæſar aſpexit id, oblitus hoſtis. i. ꝙ eius hoſtis fuerat, induit uultū ſoceri, qui aliqn̄ fuerat. ſ. dū Iulia uiuebat, ac reddidit lachrymas tū ꝓprias. i. debitas Pompeio, tū inclyto imperatori, tū filiæ. ſ. Iuliæ, quæ illi nupſerat, & illum tantū dilexerat, ut uiſa eius tunica ſanguinolenta, interfectū uerita, abortū fecerit, ſibiq; mortis cauſa fuerit. Curauit etiā caput Pōpeii cremādū ſup. eū plurimis, & ſpecioſiſſimis odoribus. i. aromatum ſpeciebus, & unguentis. Quod, ſi animus diuini principis uidelicet Iulii i deos paulopoſt (ut adulatio fallax mētita eſt) trāſferendi, non extitiſſet tā manſuetus. caput habitū pauloante columen. i. ſummū decus Romani imperii iacuiſſet inhumatū. Sic. i. uſq; adeo, aut eū i modū fortuna uerſat negocia mortaliū.

THEOPHILVS.

¶ TIGRAMEN. Hæc eadem Plutar. & Diony. in uita Pompeii. In ſummo terrarum orbe. Vetuſta aliquot exemplaria legunt in ſuo modo terrarum orbe. qui ſenſus aptior eſt.

DE CÆSARE.

Catonis quoq; morte Cæſar audita, & ſe inuidere illius gloriæ, & illum ſuæ inuidiſſet dixit: patrimoniumq; eius liberis ipſius incolume ſeruauit, & Hercule diuinorum Cæſaris operum non parua pars Catonis ſalus fuiſſet.

DE M. ANTONIO, ET M. BRVTO.

Marci autem Antonii animus talis humanitatis intellectu non caruit. M. enim Bruti corpus liberto ſuo ſepeliendum tradidit: quoq; honoratius cremaretur, iniici ei ſuum paludamentum iuſſit, iacentem non hoſtem, ſed ciuem depoſito exiſtimans odio, cumq; interceptum a liberto paludamentum comperiſſet, ira percitus, protinus in eum animaduertit, hac ante præfatione vſus: Quid tu ignoraſti cuius tibi viri ſepulturam commiſerim? Fontem, piāq; eius victoriam Philippicam libenter Dii viderunt; ſed ne iſta quidem generoſiſſimæ indignationis verba inuiti audierunt.

OLIVERIVS.

¶ CATONIS quoq; morte. Hic fuit Cato Vticenſis qui ſe Vticæ interfecit, ubi de repub. deſperatum eſſe cognouit. maluit enim in libertatem mori ꝗ in Cæſaris uenire poteſtatem. Cæſar igitur audita Catonis morte dixiſſe fertur, & ſe Catonis gloriæ inuidere, & Catonem ſuæ pariter inuidiſſe uerum hac uſus eſt humanitate, ut Catonis bona liberis eius intacta reddiderit. Fuit autem Cæſar præcipuum Romanæ clementiæ, & humanitatis exemplum, adeo ut inter reliquas eius uirtutes, hæc ueluti princeps potiſſimū celebretur ad pœnitentiam uſq; clementiam fuiſſe dicit Plin. Cic. quoq; in oratione pro M. Mar. miris laudibus eius humanitatem extollit. Soli. in ca. de homine dicit. Cæſar fuit benignitate adeo præditus, ut quos armis ſubegerat, clementia magis uinceret. Et Hercule diuinorum Cæſaris operum non parua pars, Catonis ſalus fuiſſet. Ratio cur Cæſar inuiderit Catonis gloriæ, quia non mediocrem gloriam conſecutus eſſet, ſi Catonem ſeruaſſet incolumen, quod profecto magnopere concupiuit, nā hunc, & Ciceronē duo clariſſima Ro. urbis lumina, ſemꝑ ſaluos, & icolumes deſyderauit.

Catonis Vticenſis mors.

ASCENSIVS.

¶ CATONIS &c. Affert conſimile eiuſdem exemp. dicens. Cæſa. ſu. dixit quoq;. i. etiam audita morte Cato. ſ. Vticenſis, qui ſe uiriliter interemerat, quod glorioſum illi putabant, ſed diuus Augu. longe uerius, & ſanctius æſtimat, uitioq; non paruo illi dat, &. i. ſimul ſe inuidere gloriæ illius. ſ. Cato, ꝙ animum illius uincere non potuit, & illum. ſ. Catonem inuidiſſe gloriæ ſuæ. ſ. Cæſa. hoc dicentis, quia multum gloriæ acceſſiſſet Cæſa. ſi de illo triumphaſſet, aut illum conſeruaſſet, & ſeruauit patrimonium eius. ſ. Catonis incolume. i. inuiolatum, liberis ipſius. Et Hercule ſalus Catonis. i. ſi Catonem conſeruare potuiſſet, fuiſſet, non parua, immo ingens pars diuinorum operum Cæſaris.

OLIVERIVS.

¶ MARCI etiam Anto. animus. Hoc fuit bello ciuili, quod geſſit Anto. contra Brutum, & Caſſium Cæſa. interfectores. ubi profligatis reipub. partibus, Brut. ne ueniret in poteſtatem Anto. ſibi ipſi mortē conſciuit. Anto. igitur ubi cognouit Brutum ſibi mortem intuliſſe, paludamentum ſuum exuit, & liberto dedit, qui ſuper defuncti corpus imponeret, ut honoratius cremaretur. ꝙ ille, eum intercepiſſet, graui ſupplicio affectus eſt ab Anto. Intellectu. quia intellexit, cuiuſmodi eſſet humanitas in hoſte ſeruanda. Philippicam, qua in campis Philippicis Brutum uicit Anto.

ASCENSIVS.

¶ MARCI &c. Ordo eſt. Animus etiam Marci Anto. non caruit intellectu talis humanitatis. tradidit enim corpus Mar. Bruti ſepeliendum liberto ſuo, aut Antonii, aut Bruti. quoque, id eſt quo (Sunt enim duæ particulæ) ſup. corpus eius ut crematur honoratius, iuſſit paludamentum, id eſt indumentum imperiale quo Brutus in bello uſus fuerat, iniici ei, ſcilicet corpori Bruti. Oliue. intelligit de paludamento Anton. quod uero ſimile non eſt, neq; Anto. decuiſſet, neq; tam aptum Bruto fuiſſet. dubium tamen eſt, utrius fuerit libertus, eo ꝙ dicit commiſerim. exiſtimans odio depoſito, iacentem non hoſtem, ſed ciuem. & cum comperiſſet paludamentum interceptum a liberto, eo ꝙ precioſum erat, percitus ira, animaduertit protinus in eum morte, id eſt puniuit eum morte, uſus ante. ſ. ꝗ eum puniret hac præfatione. Quid tu ſup. feciſti ignoraſti cuius uiri ſepulturam ego commiſerim tibi ſ. q. d. debebas patroni

tui

tui uirtutem non ignoraſſe. Dii uiderunt libenter ſortem, & prã ob ultionem Cæſaris uictoriam Philippicam.i.in Philippis ha- bitam eius.ſ. Marci Antonii,ſed ne quidem inuiti audierũt iſta uerba generoſiſſimę indignationis.ſ.in libertum.

acciri, & ſingulis dextram porrexit, quod nõ mediocre huma- nitatis ſpecimen fuit,poſtea uero mortuus eſt Fato oppreſſa.i.ã morte correpta,qa uenenum per uenas diffuſum erat. Spiri- tu.quia ſpiritus peregrinus erat,humanitas uero magna.

EXTERNA.

DE ALEXANDRO.

Commemoratione Romani exempli in Macedoniam deductus, morum Alexandri præconium facere cogor:cuius vt infinitã gloriam bellica virtus,ita præcipuum amorem clementia meruit. Is, dum omnes gentes infatigabili curſu luſtrar,quodam loco niuali tẽpeſtate oppreſſus, ſenio iam confectum militem Macedonem,nimie frigore obſtupefactum,ipſe ſublimi,& propinqua igni ſede ſedens, animaduertit:factaq; non fortunæ, ſed ætatis vtriuſq; æſtimatione,deſcendit:& illis manibus quibus opes Darii afflixerat,corpus frigore duplicatum in ſuam ſedem impoſuit:id ei ſalutare futurum ducens, quod apud Perſas capitale extitiſſet, ſolium regium occupaſſe. Quid ergo mirum eſt,ſi ſub eo duce tot annis militare iucundum ducebant,cui gregarii militis incolumitas proprio faſtigio charior erat? Idem non hominum vlli,ſed Naturæ.Fortunæq; cedens,quãquã uiolentia morbi dilabebatur,in cubitum tamen erectus,dextram omnibus,qui eam contingere vellent, porrexit.Quis autẽ illam oſculari non curaret, quæ iam fato oppreſſa,maximi exercitus complexui, humanitate,q̃ ſpiritu viuidiore ſuffecit.

DE PISISTRATO.

1 Non tam robuſti generis humanitas,ſed & ipſa tamen memoria proſequenda, Piſiſtrati Athenienſium tyranni narrabitur. Qui,cum adoleſcens quidam amore filiæ eius virginis accenſus, in publico obuiam ſibi factam oſculatus eſſet:hortante vxore,vt ab eo capitale ſuppliciũ ſumeret,reſpõdit:ſi eos, qui nos amant,interficiemus,quid iis faciemus, quibus odio ſumus? Minime digna vox,cui adiiciatur eam ex tyranni ore de humanitate manaſſe: in hunc modum filiæ iniuriam tulit,ſuam multo laudabilius.

OLIVERIVS.

COMMEMORATIONE Romani exempli. Tranſit ad externa,& primo de Alexandri humanitate dicit, qui fuſum fugatumq; Darium cum per uaſtas ſolicitudines perſequeretur, in ſeptentrionẽ uſq; peruenit numio frigore torpentem,& regionem,quę Gazaba dicitur aditurus procellã paſſus eſt maiorẽ etiã,quam credi poſſit,ubi torpentibus gelu militibus,ſylua occurrit. hinc cæſas arbores accenderant. forte gregarius miles Macedo. iam ueteranus ſe uix, & arma ſuſtẽtans,obſtupefactis gelu, & rigore membris,in caſtra tandẽ peruenit,quo uiſo Alexander, quãq̃ & ipſe tũ maxime admoto igne fouebat artus, ex ſella ſua exiliuit, torpentẽq; militẽ & uix cõpotẽ mentis,demptis armis in ſua ſede conſedere iuſſit.ille diu nec ubi requieſceret, nec a quo eſſet exceptus cognouit. tandẽ recepto calore uitali,ut regiam ſedẽ,regemq; uidit,territus aſſurgit. quẽ intuens Alexand.ecquid itelligis miles inq̃t quãto meliore ſorte, q̃ per ſe ſub rege uiuatis? Illis eni in ſede regia cõſediſſe capitale foret,tibi ſaluti fuit. Macedonia. Nam res geſta eſt in cãpis philip.q ſunt in Mace. Luſtrat. Circuit,ut fugientẽ Dariũ deprehenderet. Manibus,ac ſi diceret uictricibus. Frigore duplicatũ. Expreſſit frigeſcẽtis ſenis geſtũ.eſt autem ſumptum de Hei.q dicit q frigus ſenem ſcuruũ facit, & ideo dicit duplicatũ. Capitale.exti.ſo. Apud pſas lex eſt.Si qs in ſolio regio conſedent, capitale eſt. Feont. li.iiii.ca.de effectu. & moderatione Alexan.inquit illi ſeni, ſi in Perſis natus eſſes in regia ſella ſediſſe tibi capitale foret,in Macedo.nato conceditur. Idem non hominũ ulli,ſed Naturæ,Fortunæq; cedens. Quia cũ nullo unquã Alexãder cõgreſſus eſt, quẽ nõ uicerit, nullã ciuitatẽ obſedit,q̃ nõ expugnauerit, nulla gentẽ adiit,q̃ non calcauerit, nullamq; regionem peragrauit,q̃ armis nõ ſubegerit. Quanquã uiolentia morbi.cum tandem uicto Dario, domitiſq; parthis conſuluiſſet aruſpices de ſuarum rerum euentu. reſponderunt,ut diligentiſſime Babylonẽ uitaret. ille cũ aliquãdiu ab ea ſe regione abſtinuiſſet,tandem rapientibus ſatis eius urbis miro deſiderio captus eſt.& ut eſt genus humanũ in uetita pnum, Babylonẽ ire uoluit,quo factũ eſt, ut paucis poſt diebus Caſſander uenerit miſſus a patre antipatre,ut Alexãdrũ ueneno necaret.& cum antipater in Macedonia plurimũ autoritate, & opibus ualeret,eũ benigne ſuſcepit,pincernãq; ſuũ inſtituit,uidelicet,quod ſibi pocula ppinaret.hic igiṫ,ut multi tradunt,ex præcepto patris uenenatũ poculũ dedit Alexãdro.uenenũ autẽ fuiſſe dicũt frigidiſſimã aquã de nonacriade regione ſumptã quæ guttatim de petra ſtillat,quæ quidẽ aqua niſi in ungulis deferri non poteſt,hanc cum hauſiſſet Alexander,ſubito dolore profuſus eſt.itaq; abiit in cubiculũ,& uniuerſum exercitũ ad ſe iuſſit

Alexan. moriẽtis hũanitas

ASCENSIVS.

COMMEMORATIONE &c. Ordo eſt.Ego deductus cõmemoratione.i.per commemorationẽ exẽpli Ro.in Macedoniã.i. cõtemplationẽ rerum geſtarũ a rege Macedoniæ,cogar facere pręconiũ.i.quaſi uoce pconis,laudationẽ morum Alexãdri, uidelicet magni cuius ut bellica uirtus meruit infinitã gloriã,ita clemẽtia meruit amorẽ pcipuũ Is.ſ. Alexander dũ luſtrat oẽs gentes.ſ. ad eas adiiciendas ſuo imperio,curſu infatigabili (id uocabulũ ſępe in hoc autore legiṫ, neſcio ſi ã ponatur pro indefatigabili, nã nihil uideṫ in terris tã forte, quod nõ ſit utcũq; fatigabile, ſed multa ſunt idefatigabilia; dicit aũt curſum infatigabilem pro Alexan.infatigabili curſu) ipſe oppreſſus quodã loco tempeſtate niuali animaduertit militẽ Macedonẽ cõfectũ iam ſenio, obſtupefactũ.i.torpentẽ, & hebetatũ ſenſibus nimio frigore deprehẽdit dico ipſe ſedẽs.i.cũ ipſe ſederet ſup. in ſede ſublimi,& propinqua igni.& facta æſtimatione,id eſt,cenſura non fortunæ (quippe, qui rex erat cum ille eſſet gregarius miles) ſed ætatis, quia ipſe iuuenis,& robuſtus, ille confectus ſenio erat,deſcendit.ſ.ex illa ſublimi ſede, & quibus manibus afflixerat opes Darii impoſuit in ſuam ſedem corpus duplicatum.i. quaſi complicatum, & conſtrictum frigore ducens.i. exiſtimans id futurum ſalutare ei.ſ. militi,quod extitiſſet capitale.i.puniendum pœna capitali apud Perſas uidelicet occupaſſe ſoliũ regium. Quid ergo mirum eſt,ſi ſup. milites ducebant iucundum militare tot annis ſub eo duce.ſ. Alexand. cui, incolumitas.i. ſoſpitas, & conſeruatio militis gregarii.i. nulla excellentia,aut honore præditi erat calor faſtigio.i.culmine proprio,Idem.ſ. Alexand.non cedens ulli hominum.ſed Naturæ & Fortunæ,q̃q̃ dilabebatur.i.labefactabatur,uiolẽtia morbi,tamen erectus in cubitum.porrexit dextram omnibus, qui uellent contingere eam. Quis autem non curaret oſculari eam, quæ iam oppreſſa fato.i. morte uicina, ſuffecit complexui maximi exercitus,humanitate.i.clementia in ſuos uiuidiore, id eſt uiuatiore,q̃ ſpiritu,ſcilicet uitali,quia plus potuit tunc in eo humanitas quam ſpiritus uitalis.

OLIVERIVS.

NON tam robuſti generis. Adoleſcens quidam Piſiſtrati filiæ amore correptus, eam in publico oſculatus eſt, dum iret aquatum. Plutar.enim dicit principum filias aquatum ire ſolitas,cum igitur puella domum rediiſſet,matri grauiter conqueſta eſt, Mater (ut omnes ferme matres ſuperſtitioſæ nimis eſſe ſolent) uirum defert, iniuriæ crimen exaggerat, impatienter conqueritur, de adoleſcente pœnam expoſcit. cui Piſiſtratus. ſi eos punieris, qui nos amant, quid illis inquit faciendum eſt,qui nos oderint?fuit hic Piſiſtra.teſte Her. Hippocras

Piſiſtrati humanitas i ado leſcẽtem petulantem

tis filius, & Athenarũ tyrannus, qui doctrina, ingenio & eloquentia tanta fuit, ꝙ Athenien. ſe ac libertatẽ ei ſponte ſubmitterent, ꝗꝗ Solon inſtantiſſimus, & grauiſſimus orator ꝓ libertate aduerſum illũ ſtaret, ſed eloquẽtiæ Piſiſtrati libertas cũ Solone ſuccubuit, ut ſuo loco oſtẽdemus in capite de ingratitudine, & de ui eloquẽtiæ tẽpore quo Ser. Tullus Ro. regnabat, ut Gel. tradit. hic etiã primus fuit, qui apud Athe. bibliothecã iſtituit.

Non tã robuſti generis. Quia non tantæ claritatis fuit, quantę Alexander Mace. Minime digna uox. Laudat hãc humanitatẽ Val. hæc, iquit, uox eiuſmodi eſt, ut non digna uideatur dici ex ore tyran. fluxiſſe.

tunc, Thraſippus euectus. i. tranſportatus a ſtatu rationis, impetu temulentiæ. i. ebrietatis concitatæ. i. commotæ, & accelerãtis, reſperſit os eius. ſ. Piſiſtrati tyranni ſputo, nec tamẽ ualuit accẽdere. ſ. Piſiſtratũ in uindictã ſui. Ille. ſ. Piſiſtratus, retraxit etiã filios ſup. ſuos cupiẽtes ſubuenire maieſtati pr̃is uiolatæ. ſ. a Thraſippo ebrio per ſputũ, & cõuitia. Quoqȝ ꝓ & Thraſippo uolẽte die poſtero. i. proxime ſequẽti exigere a ſe ſuppliciũ. ſ. ob iniuriã illatã amico, morte uoluntaria. i. ꝗ ſibi ultro inferre parabat, Piſiſtrat⁹ ſup. uenit ad eũ, & data ſancta fide. i. ꝓmiſſione facta, ſup. eũ manſurũ in eodẽ gradu amicitiæ, i quo fuerat ante illã iniuriã, reuocauit ſup. eũ ab icepto. i. a morte, ꝗ ſibi iferre parabat. ſi ſup. Piſiſtratus nihil aliud dignũ honore memorię geſſiſſet, tñ cõmẽdaſſet ſe poſteritati abũde his. ſ. duob⁹ factis.

ASCENSIVS.

NON tam &c. Ordo eſt. Humanitas nõ tam robuſti animi, ut. ſ. in Alexã. Magno fuit, ſed tñ &. i. ipſa proſequenda. i. digna quã ꝓſequamur memoria, narrabiť, uidelicet Piſiſtrati tyrã. Athe. Qui, cũ quidã adoleſcẽs accẽſus amore filię eius uirginis. ſ. adhuc. oſculatus eſſet ſup. eã factã obuiam ſibi in publico. i. loco publico, uxore hortãte, ut ſuppliciũ capitale ſumeretur ab eo. ſ. iuuene iñdit, ſi nos interficiemus eos qui nos amant, quid faciemus iis, quibus ſumus odioſi uox ſup. eſt minime. i. nequaquam digna, cui adiiciatur. i. aduci debet eã manaſſe ex ore tyrãni de humanitate. i. cũ ꝓcedat de humanitate. Piſiſtratus ſup. tulit in hũc modũ iã. ſ. dictũ, iniuriã filiæ, quã adoleſcens uiolẽter oſculatus eſt, ſed ſup. tulit iniuriã ſuã. i. i ſe illatã multo laudabilius, de qua eſt ſequens narratio.

OLIVERIVS.

A THRASIPPO amico inter cœnã ſine fine. De huiuſmodi humanitate loquitur, qua in amicum uſus eſt. nã cũ Thraſippũ amicũ ſuũ inuitaſſet ad cœnã, ille uino nimio pluſquã ſatis erat incitatus, cõtra tyrãnum exacerbatus eſt, adeo ut conuitiis onerato, in faciem quoqȝ eius expuerit. Tyrã. ridibundus oĩa tulit. amicũ etiam metu, ut ipſe credebat, abeuntẽ retinuit, filiũ patris iniuriam ulciſci cupientem, inhibuit. Vocem ab ira. Nec iratus eſt, nec uerbũ reſpondit. Male audi. Male audio a te, de me maledicis. Concitatę temulẽtię. Inflammatę ebrietatis. Poſtero die, Thraſippus poſtꝗ digeſta crapula rediit ad ſe, & cognouit ea quæ per uinolentiam fecerat, nimio dolore ꝑcitus ſeipſum interficere uoluit. at Piſiſtratus data fide nihil ſe de priſtina amicitia mutaturum, ab incepto reuocauit.

ASCENSIVS.

A THRASIPPO &c. Narrat quomodo Piſiſtratus multo laudabilius tulerit iniuriam in ſe illatã dicẽs. Piſiſtratus ſup. laceratus. i. proſciſſus conuitio ab amico Thraſippo. ſ. nomine, inter cœnam. i. cœnandũ, ſine fine. i. modo. aut termino, cohibuit ita & animum, & uocem ab ira, ut putares ſatellitẽ. i. miniſtrum male audire. i. obiurgari, & conuitiis proſcindi a tyranno. i. ac ſi ipſe Piſiſtratus tyrannus, fuiſſet ſatelles Thraſippi. & Piſiſtratus ueritus ne Thraſippus ſubtraheret ſe conuiuio maturius. i. citius propter metum, cœpit retinere ſup. eum abeuntem. i. abire uolentem inuitatione familiari. ſ. ut diutius maneret, & ſup.

DE EODEM.

A Thraſippo amico inter cœnam ſine fine conuitio laceratus, ita & animum, & vocem, ab ira cohibuit, vt putares ſatellitem a tyranno male audire: abeuntem quoqȝ, veritus ne propter metum maturius ſe conuiuio ſubtraheret, inuitatione familiari cœpit retinere. Thraſippus concitatæ temulentiæ impetu euectus, eo eius ſputo reſperſit: nec tamen in vindictam ſui valuit accendere. Ille vero etiam filios ſuos violatæ patris maieſtati ſubuenire cupientes, retraxit. Poſtero quoqȝ die Thraſippo ſupplicium a ſe voluntaria morte exigere volenti, venit ad eum, dataqȝ fide in eodem gradu amicitiæ manſurum, ab incepto reuocauit. Si nihil aliud dignũ honore memoriæ geſſiſſet, his tamen factis abunde ſe poſteritati commendaſſet.

DE PYRRHO REGE.

Aeque mitis animus Pyrrhi regis audierat apud quoſdam in conuiuio Tarentinorum parum honoratum de ſe ſermonem habitum: accerſitos qui ei interfuerunt, percontabatur: an ea, quæ ad aures eius peruenerant, dixiſſent. Tum ex his vnus, inquit: niſi nobis vinũ defeciſſet: iſta, quæ tibi relata ſunt, præ iis, quæ de te locuturi eramus, luſus, ac iocus fuiſſent. Tam urbana crapulæ excuſatio, tamqȝ ſimplex veritatis confeſſio, iram regis conuertit in riſum. Qua quidem clementia, & moderatione aſſecutus eſt, vt & ſobrii ſibi Tarentini gratias agerẽt, & ebrii precarentur, Ab eadem altitudine humanitatis legatis Romanorum ad redimendos captiuos caſtra ſua petentibus, quo tutius venirent, Lyconem moloſſum obuiam miſit, quo honoratius exciperentur: ipſe cum ornatu equitum extra portam occurrit: ſecundarum rerum prouentu non adeo corruptus, vt officiis pr̃ſopectum in iis deponeret, qui tum maxime armis cum eo diſſidebant.

OLIVERIVS.

ÆQVE mitis ani. Pyrrhi. Hæc humanitas Pyrrhi ſimilli ma eſt ſupiori. nã Pyrrhus accitus a Tarẽtinis aduerſus Romanos, cũ in caſtris eſſet, qdã ſodales in cõuiuio ꝑ ebrietatẽ in petulantiã lapſi, de illo malę locuti ſunt. quos captos, & ad ſe ductos, cũ iterrogaſſet Pyrrhus dixiſſent ne ea ꝗ ad ipſius aures ꝑuenerãt, tũ unus vrbane ſatis dr̃ rñdiſſe, niſi nobis iquit uinũ defuiſſet, multo grauiora de te locuturi fueramus. par qđ dẽ facto rñſum, quod potuit regis irã in riſum etiã cõuertere. *Pyrrhi humanitas in Tarẽtinos.*

Præ his. Reſpectu eoꝝ. Luſus ac iocus, Luſus in reb⁹, iocus i uerbis. Qua qdem clemẽtia, laudat hanc regis humanitatẽ.

Ab eadẽ altitudine. De eiuſdẽ Pyrrhi humanitate loquiť, q ut ſupra dixi, cũ multis millib⁹ hoium in auxiliũ Tarentinorũ cõueniſſet, & bellũ ſtrenue, fortiterqȝ geſſiſſet, ingentẽ captiuorũ numerũ aliquibus cladibus illatis cœperat, ad quos redimendos cũ Romani legatos miſiſſent, hac humanitate uſus eſt in legatos, ut illis obuiã honoratũ uirũ honoris gratia miſerit. ipſe quoqȝ cũ equitatu, extra portãs occurrerit, atqȝ illos, nõ ut uictor ſecundis rebus elatus, ſed ut amicus benigniſſime ſuſceperit, captiuos ſine ꝓcio remiſerit dicens, ut eſt apud Ennĩũ. Nõ aurũ poſco nec ꝓciũ dederitis, nec cauponantes bellum, ſed belligerãtes, & ferrũ non apro uitã eternamus utriqȝ. uos ne uellit, an me regnare hæra, quid ue ferat ſors uirtute experiamur, & hoc ſimul accipe dictum, quoꝝ uirtuti belli fortuna pepercit, eorundem me libertati parcere certum eſt. dono ducite, doqȝ uolentibus, cum magnis diis. Regalis inquit Cice. & Æcidarũ genere digna ſententia. Prouentu. Felicitate, & ſucceſſu. Officii. quod debebat legatis. *Pyrrhus Roman. captiuos gratis reſtituit.*

ASCENSIVS.

ÆQVE &c. Ordo eſt. Animus Pyrrhi regis. ſ. Epirotarum æqȝ. i. æqualiter mitis ſup. fuit. Qui. ſ. Pyrrhus cum audierat ſermonem parũ honoratum habitũ ſup. eſſe de ſe apud quoſdam in conuiuio Tarentinorum percunctabatur. i. interrogabat accerſitos. i. ad ſe uacatos ſup. eos qui interfuerant ei. ſ. conuiuio, an dixiſſent ea, quæ peruenerant ad aures eius. Tum. i. tunc unus ex his, inquit, niſi uinum defeciſſet nobis, iſta quæ relata

ſunt

DE ANTIGONO REGE.

Cuius tam mitis ingenii debitum fructum vltimo fati ſui tẽpore recepit: nam cum diris auſpiciis Argiuorum inuaſiſſet vrbem, abſciſſumq; caput eius Alcyoneus Antigoni regis filius ad patrẽ ꝓ pugna tũ laborantem, lætus velut aliquot feliciſſimum victoriæ opus attuliſſet: Antigonus correpto iuuene, qď tanti viri ſubitæ ruinæ, immemor humanorum caſuũ, effuſo gaudio inſultaret: humo caput ſublatum cauſea, qua velatum caput ſuum more Macedonum habebat, texit: corporiq; Pyrrhi redditum, honoratiſſime cremandum curauit. Quinetiam filium eius Helenum captiuum ad ſe pertractum, & cultum, & animum gerere regium iuſſit: oſſaq; Pyrrhi ei aurea incluſa vrna, Epirum in patriam ad Alexandrum fratrem portanda dedit.

DE CAMPANIS.

Campani autem exercitum noſtrum cum Coſs. apud Caudinas furcas, ſub iugum a Samnitibus miſſum nec inermem tantum, ſed etiam nudum vrbem ſuam intrantem, perinde ac victorem, & ſpolia hoſtiũ præ ſe ferentẽ, venerabiliter exceperunt: protinuſq; conſulibus inſignia honoris, militibus veſtem, arma, equos, commeatum benigniſſime præſtando, & inopiam, & deformitatem Romanæ cladis mutarunt: quo animo ſi pro imperio noſtro aduerſus Hannibalem quoq; vſi fuiſſent, truculentis ſecuribus materiam ſæuiendi non præbuiſſent.

ſunt tibi fuiſſent luſus ac locus. i. res nullius momenti, præ iis. i. in cõparatione eorum, quæ eramus locuturi de te. Tam urbana excuſatio crapulæ. i. ingurgitationis non tamen tam cibi, q̃ potus, & tam ſimplex cõfeſſio ueritatis, conuertit iram regis in riſum. Qua quidem clementia, & moderatione aſſecutus eſt. ſ. Pyrrh. ut &. i. ſimul Tarentini ſobrii. i. ſicci, & ieiuni agerent. ſibi gratias, & ebrii precarẽtur bene. i. ut dii bona in illũ conferrẽt, qui tam clementer ignouerat. Ab eadẽ &c. Ordo eſt. Pyrrhus ſup. miſit ab eadẽ altitudine humanitatis. ſ. orta occaſione, Liconẽ Moloſſum obuiã legatis Romanorum petẽtibus caſtra ſua ad redimẽdos captiuos. quo. i. ideo miſit eum obuiã, quo. i. ut ueniret tutius, & ſup. quo. i. ut exciperẽtur honoratius, ipſe occurrit ſup. eis extra portam cum ornatu equitũ, ens ſup. nõ adeo. i. in tantũ corruptus prouentu rerũ ſecundarũ, quales erãt uictoriæ de Roma. ut deponeret. i. exueret, aut depoſito relinqueret, proſpectũ. i. porro, aut procul poſitorum inſpectum officii, in his, qui diſſidebant tunc maxime armis cum eo uidelicet Romanis.

OLIVERIVS.

¶ CVIVS tam mitis ingenii. Pyrrhus, Italia pulſus in Siciliã traiecit exercitũ ubi nauali pugna a Cartha. ſuperatus cũ ab Antigono Mace. rege auxilia non impetraſſet Macc. inuaſit, Antigonũ uicit, elatus deinde uictoria, ſtatim ad Græciæ, & Aſiæ totius imperium adiecit animũ. & primũ omniũ Spartanos inuadit. quorũ cũ urbem oppugnaret, tanta multitudo fœminarũ ad patriæ tutelã accurrit, ut non fortius, uictus, q̃ uerecũdus recederet, & in ea oppugnatione Ptolemæũ filiũ ſtrenuũ, manuq; fortẽ amiſit. cuius cadauere ad ſe delato dixiſſe ferẽ aliquãto tardius cecidiſſe, q̃ timuerat. pulſus igitur a Spartanis argos petiit, ibi dum Antigonũ in urbe clauſum expugnare conatur, inter conferſiſſimos uiolentiſſime dimicans ſaxo de muris iacto occiditur, caput eius Antig. defertur. qui uictoria mitius uſus filiũ Helenum cũ Epirotis ſibi deditũ in regnum dimiſit, eiq; inſepulti patris oſſa in patriam referenda tradidit, hæc

Antigoni Maccedonis humanitas i Pyrrhũ

ſummatim Iuſti. ſunt qui aliter tradunt hanc hiſtoriã Pyrrhũ. ſ. dũ argos oppugnaret, per proditionem urbem ingreſſum ad arcẽ uſq; perueniſſe, ubi cũ acerrime dimicaretur, mulierem quandã e tectis mortarium demiſiſſe in caput Pyrrhi, quo ictu moribundus cecidit. tũc dñt Alcioneum Antigoni filium Pyrri caput abſciſſum ad patrem cũ ſumma lætitia detuliſſe, Anti. correpto filio regis caput uelamine tectum corpori q̃ honoratiſſime cremandum reſtituiſſe. filiumq; Helenũ captiuum liberum eſſe, & regium animũ gerere iuſſiſſe, oſſaq; Pyrrhi aurea urna incluſa in patriã ad fratrem reportãda curaſſe. quæ magna profecto fuit regis clementia. Plu. in uita Pyrrhi, dicit illũ dũ argos oppugnaret per proditionem nocte urbem ingreſſum, una cũ grauis in forũ uſq; perueniſſe. quod ſentiẽtes argiui, Clypeũ, & alia munita urbis loca ceperũt, Antigonũ i urbẽ accluerũt. tũc Pyrrhus ubi uidit Clypeũ hoſtilibus armis refertũ, & alia eſſe munita urbis loca, prodigiis quibuſdã territus retrocedere, & urbem egredi ſtatuit. ſed cũ anguſtias portarum formidaret nunciũ p̃mittit ad filium Helenum, qui cũ magna manu extra mœnia ſedebat, ut deiectis mœnibus aditũ ſibi aperiret, ſuoſq; tutaretur. filius non recto accepto nũcio ad opẽ primũ ferendã urbẽ igreditur, & ita fugientibus ingredientes occurrunt, impediuntq; fugam.

Pyrrhus ubi euadendi difficultatem uidit in perſequendos hoſtes cõuerſus a gregario milite argiuo haſta leuiter percuſſus, equũ adegit in illũ, mater eius, quæ forte deſuper pugnã ſpectabat, cognito filii periculo, tegulam, uel ut alii dicunt mortariũ, de ſpeculis in Pyrrhi caput coniecit, quo ictu moribundus cecidit. tunc Zopyrus quidam antigoni miles cognitũ regẽ apprehẽdẽs, illi caput abſcidit. Alcioneus uero Antigoni filius, accurrens abſciſſum regis caput ad patrem cũ ſumma alacritate deportat. pater filiũ baculo percuſſit, & a ſe repulit barbarũ, & pollutũ appellãs. regiſq; caput & corpus magnifice cremauit. Helenũ quoq; Pyrrhi filiũ benigne, & humaniter exceptũ, cũ eũ cõplexus eſſet, bene ſperare iuſſit, & eum ſtatim in priorem habitũ, ornatũq; reſtituit, atq; in Epirũ remiſit. erga amicos quoq; Pyrrhi benignus, fuit. Antigoni. Maccedoniæ regis, argiuis miſerat auxiliũ. Correpto. Caſtigato. Effuſo gaudio. immoderata lætitia. Cauſea. Velũ capitis, quod circa caput geſtabat. Vrna. Vaſa. Vrna genus menſuræ, quod quidã quartariã dicũt, quatuor ſextarios capit, eſt etiã uſi ſortes ducebanſ. Virg. lib. vi. Stat ductis ſortibus urna. ſed proprie urna eſt, q̃ ꝓ condendis defunctorũ cineribus ſolebat adhiberi.

ASCENSIVS.

¶ CVIVS &c. Ordo eſt. Cuius tã mitis ingenii. ſ. in Romanos Pyrrhus ſup. recepit fructũ debitũ. ſ. mercedẽ ac præmiũ utile ultimo tempore fati ſui. i. mortis. nã cũ iuaſiſſet urbẽ argiuorũ hoc eſt argos auſpiciis diris. i. execrabilibus, & q̃ſi deorũ ira portentis, q̃ illic interimẽdus erat. Alcyoneuſq;, ut uero alii, Alcinous, filius Antigoni regis. ſ. Macedoniæ attuliſſet caput eius abſciſſũ. ſ. a Zopyro ad patrẽ. ſ. ſuũ, hoc eſt Antigonũ laborantẽ. i. periculoſe uerſantẽ, ꝓpugnatione. i. in defenſione urbis argiuæ, exiſtens lætus uelut attuliſſet aliquod feliciſſimũ opus uictoriæ, Antigonus iuuene correpto. i. caſtigato, q immemor caſuum humanorũ inſultaret. i. hoſtiliter illuderet, gaudio effuſo. i. imoderato, ut res quæ effunditur, ruinæ ſubitæ. i. iprouiſæ tanti uiri, texit caput. ſ. Pyrrhi ſublatũ. i. ſurſum leuatũ humo. i. e terra, i quã ante pedes paternos deieciſſe inuitur ipſum ferox iuuenis, cauſea. i. uelo capitis, q̃. ſ. cauſea Antigonus habebat caput ſuũ uelatũ more Macc. & curauit ſup. caput illud ſic coopertũ, redditũ corpori Pyrr. unde erat abſciſſum, cremãdũ honoratiſſime. ſ. miſſis. odoribus, & adhibitis cęremoniis funebribus. Quinetiã iuſſit Helenũ filiũ eius. ſ. Pyrrhi, pertractũ ad ſe. ſ. Antigo. captiuũ, gerere, ut gerat, & cultum. i. ornatũ, & inſigne, & animum regiũ, & dedit ei oſſa Pyrrhi. ſ. patris eius incluſa urna aurea. i. uaſculo dicto ab urẽdo, quod exuſtas reliquias contineat, portanda Epirum. ſ. in eam regionem patriam. ſ. Pyrrhi, & etiam Heleni, ad Alexã. fratrem. ſ. eius.

THEOPHILVS.

¶ CAVSEA ſcribe Cauſea, q̃ Maced. propria fuit, umbellæq; ad depellendos æſtus uſum præſtabat, unde nomen, ut inquit Homerus ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν τὸ καῦμα. Sed & a pluuia niueq; caput, & corpus etiam defendebat, ut Antipatri Theſſalonicenſis indicat epigramma, quo teſtatur, In agmine niuium de cœlo ruentium tegminis, in prælio uicem Galeæ præſtare.

OLIVERIVS.

¶ CAMPANI autem Liuius libro. ix. circa principium. Cum Aulus poſthumius, & T. Veturius conſules opem Lu-

DE HANNIBALE.

Facta mentione acerrimi hoſtis, manſuetudinis eius operibus, quã Romano nomini præſtitit, locum qui inter manus eſt finiam, Hannibal enim Aemilii Pauli apud Cannas trucidati quæſitum corpus, quã tum in ipſo fuit, inhumatum iacere paſſus non eſt. Hannibal Tiberium Gracchum Lucanorum circumuentum inſidiis, cum ſummo honore ſepulturæ mandauit, & oſſa eius in patriam portanda militibus noſtris tradidit. Hannibal Marcum Marcellum in agro Brutio, dum conatus Pœnorum cupidius, q̃ conſyderatius ſpeculatur, interemptum, legitimo iure extulit. Punico quoq; ſagulo, & corona donatum laurea, rogo impoſuit. Ergo humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat, orboſq;, & truces hoſtium mollit oculos, ac victoriæ inſolentiſſimos ſpiritus flectit: nec illi arduum aut difficile eſt inter arma contraria, inter diſtrictos cominus mucrones placidum iter reperiri. Vincit iram, proſternit odium: hoſtilemq; ſanguinem hoſtilibus lachrymis permiſcet: atq; etiam admirabilem Hannibalis vocem, pro funeribus Romanorũ ducum arbitria ſtatuentis expreſſit: quia aliquanto ei plus gloriæ Paulus, & Gracchus, & Marcellus ſepulti, q̃ oppreſſi attulerunt: ſiquidem illos Punico aſtu decepit, Romana manſuetudine honorauit. Voſq; fortes, ac piæ vmbræ, non pœnitendas ſortiti eſtis exequias: nam vt optabilius in patria, ita ſpecioſius pro patria collapſæ, ſupremi officii decus infelicitate amiſſum, virtute recuperaſtis.

ceriæ ferre uellent, inter furculas Caudinas incluſi ſunt, locus erat ſyluis undiq; obſitus, nam ſaltus duo alti, anguſti, ſyluoſiq; ſunt, montibus circa perpetuis inter ſe iunctis, in medio cãpus eſt herbidus, & aquoſus, per quem medium iter eſt. ſed antequã uenias ad eum, intrandæ anguſtiæ ſunt, & aut eadem, qua te inſinuaueris retro uia repetẽda eſt, aut ſi ire porro pergas per alium ſaltem, arctiorem impeditioremq; euadendum. in eũ campũ, uia alia per cauam rupẽ cũ Ro. ueniſſet & in alias anguſtias ire pergerẽt, eas ſeptas deiectu arborũ ſaxorumq; ingentiũ obiacente mole inuenerunt, tunc fraus hoſtilis apparuit, & in ſummo ſaltu præſidium cõſpicitur. In inſidias igitur præcipitati cũ euadere nullo modo poſſent, fœdã, & ignominioſam deditionẽ accipere cõpulſi ſunt, ut cum ſingulis ueſtimentis ſub iugum miſſi abirẽt incolumes. qua cõditione accepta, cũ ante noctem Capuam peruenire poſſent, icerti de fide ſociorum, & quod pudor ꝑpediebat, circa uiã haud procul a Capua, omniũ egena corpora humi proſtrauerunt, quod ubi eſt Capuam nunciatum, hac in eos humanitate uſi ſunt Campani, ut ſociorũ iuſta miſeratione cõmoti, depoſita ſtatim ingenita ſuperbia, mitterent cõfeſtim inſignia ſua conſulibus, faſces, lictores, arma, equos ueſtimenta, cõmeatuſq; militibus omnibus, & uenientibus Capuam cũctus ſenatus, populuſq; obuiam egreſſus, iuſtis omnibus hoſpitalibus & publicis, & priuatis fungerent officiis. quã mentẽ ſi. ii. Pu. bel. aduerſus Ro. ſeruaſſent, Fului. Flac. cõſul ſecures ſuas Capanorũ ſanguine nõ cruentaſſet, ut illorũ perfidiam uindicaret.

Caudina clades.

ASCENSIVS.

¶ CAMPANI autem. exceperunt uenerabiliter perinde ac uictorem, & ſerenem præ ſe. i. ante ſe ſpolia hoſtium, exercitũ noſtrum, id eſt Romanum cũ cõſulibus miſſum a Samnitibus ſub iugũ, id eſt haſtas diſpoſitas in ſpeciem patibuli in ſignum extremæ ſubiectionis, & cõfuſionis, apud furcas Caudinas . i. anguſtias montium ſpeciem furcarũ repreſentantiũ. nec. i. non, & intrantem urbem ſuam uidelicet Capuam, nõ tantũ inermem, qa arma hoſti tradiderat, ſed etiam nudum, quia ſpolia quoq; ei detraxerant hoſtes, & præſtando protinus conſulibus inſignia honoris militibus ueſtem, arma, equos, cõmeatum, benigniſſime. i. cum ſumma beneuolentia, mutarũt, & . i. ſimul inopiam, & deformitatẽ cladis Ro. Quo animo. ſi Campani fuiſſent uſi, quoq;. i. etiã pro imperio noſtro. i. Ro. aduerſus Hãni. non præbuiſſent ſecuribus noſtris. ſ. Fului Flacci cõſulis Ro. materiam ſęuiendi. i. tam ſæue in eorum magiſtratus animaduertendi.

OLIVERIVS.

Hannibalis humanitas apud Cannas.

¶ FACTA mentione. de Cannenſi clade ſatis ſupra dictum eſt. Poſt tantam igitur Romanorum ſtragem Hanni. dicitur hac humanitate uſus, ut Pa. Æmi. conſulis Rom. corpus diligentiſſime quæſitum, & inuentum ſepulturæ mandauerit, ut quidam autores tradunt. ſunt uero qui dicunt quæſitum quidem fuiſſe, ſed non inuentum, quorum ſententiam ſequitur Vale. Liui. uero conquiſitum, & humatum cum Punicis illis, qui in ea pugna ceciderant. Hic Paulus ubi tantam ciuium ſuorum ſtragem factam eſſe uidit, cum poſſet incolumis euadere, maluit cum ſuis ciuibus honeſte mori, q̃ fugiendo turpiter ſupereſſe. qui L. Cornelio tribuno militum equum offerenti, quo celerius euaderet e manibus hoſtium, ſic reſpondiſſe fertur. Tu quidem Cn. Cornelii macte uirtute eſto, ſed caue ne fruſtra miſerando, exiguum tempus manibus hoſtium euadendi abſumas, abi, nuncia publice patribus, urbem Ro. muniant, ac priuſquam uictor hoſtis adueniat, præſidiis firment. Priuatimq; Fabio, Æmilium præceptorum eius memorem extitiſſe, & uixiſſe, & mori me adhuc in hac ſtrage militum meorum patere, ne aut reus inteream, aut conſulatus collegę accuſator exiſtam. Locum. De humanitate. Finiam. Nam hæc ultima ſunt de humanitate exempla, & omnia quidem Hanni. Hannibal. quo pacto T. Grac. proditus hoſti fuerit a Flauio Lucano eius hoſpite in ca. de prodigiis oſtendimus. nam cũ maiorem Lucaniæ partẽ, quæ ad Hannib. defecerat, uirtute ſua in poteſtatem P. R. redegiſſet, ad reliquam capiendam inuitatus ab hoſpite Flauio, cui iure ueteris hoſpitii fidem non derogabat, in inſidias deductus, & occiſus eſt. de cuius funere duplex fama eſt. Alii enĩ tradũt in caſtris Ro. ſepultum a ſuis, alii ab Hanni. & ea uulgatior fama eſt. tradunt in ueſtibulo Punicorum caſtrorum rogum inſtructũ fuiſſe, armatũq; exercitum decurriſſe cum tripudiis Hiſpanorum, motibuſq; armorũ, & corporũ, ſuæ cuiq; genti aſſuetis, ipſoq; Hãnib. omni rerum uerborumq; honore exequias, celebrante. Alii aliter tradunt, & dicunt imperatoris capite hoſtes tantummodo potitos ad Hannib. detuliſſe, ab eo ſtatim Cartalo miſſum, qui ad Cneum Cornelium quæſtorem Romanũ deferret. quæſtorem deinde funus imperatoris in caſtris, celebrantibus cum exercitu Beneuentanis, feciſſe. Hannibal M. Marcellum. De M. Marcello quoq; dictum eſt eodem ca. ꝙ cum inter bina caſtra Punica, atq; Romana, tumulus ſylueſtris eſſet a neutris primo occupatus, quod Romani qualis eſſet pars illa, quæ ad hoſtes uergeret, ignorarent, Hanni. ꝙ inſidiis quam caſtris aptiorem eum putaret. Romani in caſtris fremebant occupandum eum locum eſſe, & caſtello firmandum, ne ſi occupatus ad Hannibale foret, uelut in ceruicibus hoſtem haberent. mouit ea res Marcellum, & Criſpinum eius collegam. itaq; cũ paucis equitibus exploratum profecti in inſidias præcipitarũt. quæ pauloante fuerant ab Hannib. eo loco collocatæ, ubi Marcellus cum aliquot fortiſſimis uiris in medio cæſus, collega uulneratus, filius quoq; conſulis grauiter ſautius, aliquot etiam capti fuerunt, ſed paulopoſt Hannibal. M. corpus inuentum ſepulturæ mandauit. Cicer. in Catone maiore M. Marcelli interitum, nec crudeliſſimus quidem hoſtis honore ſepulturæ carere paſſus eſt. Legitimo iure, id eſt iure humanitatis. Corona. Quia ſæpius uictor euaſerat, nam Marcellus ad Nolã primus Hannib. uinci poſſe docuit, & de illo ſæpe uictoriam in caſtra reportauit. Ergo huma. dulce. etiam in efferra. Laudat Vale. uim humanitatis, quæ per efferatas quoq; gentes trãſire audet. Oculoſq; & truces. Sicut de cæſare in Pompeium. Diſtrictos. Nudatos. Admirabilem uocem. Quia mirum fuit tantũ humanitatis in pectore barbaro inueniri poſſe. Oppreſſi. Quia uictoriæ laus minuitur inſidiis, nõ enim uirtute, ſed inſidiis oppreſſerat. Vos quoq; fortes, Apoſtrophat

ad imperatores

adimperatores Roma. & eos quaſi hac oratione conſulatur, ꝙ non in patria illis mori cõtigerit eum glorioſius in acie pro patria fortiter pugnando ceciderint, & penitendas exequias ab hoſte ſortiti fuerint. Decius infelicitate amiſſum. Quam fortuna aduerſa funerationem in patria perdidiſtis, eandem apud hoſtes uirtute ueſtra inueniſtis.

ASCENSIVS.

¶FACTA &c. Ordo eſt. Mentione acerrimi hoſtis, uidelicet Han. facta, finiam locũ, qui eſt inter manus .i. tractatũ nunc de humanitate, & clemẽtia, operibus manſuetudinis eius, quã præſtitit nomini Ro. .i. generi, ſeu populo nomen Ro. habẽti. Enim pro ga Han. nõ eſt paſſus quantũ fuit in ipſo, corpus Pa. Æmili trucidatũ apud Cannas quęſitum .ſ. ad ſepeliendũ iacere inhumatum, dicit quantum in eo fuit, quia quærendũ curauit, ſed nõ inuenit, aut inuentum nõ agnouit, itaq; cũ cætera ſtrage humatũ eſt. Hanni. &c. Affert ſecundũ exemplũ eodem tenore dicens. Hannib. mandauit ſepulturæ cum ſummo honore Tiberiũ Gracchum circumuentum inſidiis Lucanorũ, & tradidit militibus noſtris .i. Roma. oſſa eius .ſ. Gracchi portãda in patriam. Hannibal (tertiũ eſt exemplum) extulit .i. ad ſepulturam efferendũ curauit, iure legitimo M. Marcellum interemptũ in agro Brutio, dũ ſpeculatur .i. explorat cupidius, quã cõſideratius .i. magis cupide, q̃ conſiderate conatus .i. molimina Pœnorũ. Et impoſuit rogo .i. igni ardenti ſup. eum aut eius corpus donatum ſagulo Punico .i. indumento militari, qualis Cartha. tunc utebantur, & corona laurea, ob uirtutem bellicam. Ergo. Subinfert laudes humanitatis, ac clementię ex effectu dicens. Ergo quia etiam ſęuiſſimus hoſtis Hanni. humanitatem ſenſit, dulcedo humanitatis .i. clementiæ, & manſuetudinis hominæ in primis dignæ, penetrat .i. irrũpit, & penitus intrat etiã in ingenia barbarorũ, qualis erat Hanni. efferata .i. feritate naturali extra ſe lata, & mollit .i. mitigat, aut mollificat oculos hoſtium orbatos ſcilicet chariſſimis ſuis, & truces .i. immanes, & truculentos, ac flectit ſpiritus uictoriæ inſolẽtiſſimos, ut in Antigono. Nec arduũ, ac difficile eſt illi, ſcilicet humanitati reperire iter placidum, inter arma contraria, inter mucrones ſcilicet hoſtium diſtrictos .i. euaginatos cominus, quaſi conſertis manibus. Humanitas ſup. uicit iram, proſternit odium, & permiſcet ſanguinẽ hoſtilem lachrymis, ut in Cæſare patuit erga Pompeium. atq; etiam expreſſit .i. extorſit quaſi ab inuito pectore admirabilem uocem Hannibalis ſtatuentis arbitria, id eſt dantis arbitrariam ſententiam. (Erat enim in ipſius poteſtate ſepelienda, ne cenſeret interemptorũ cadauera, an feris, auibuſq; derelinquenda) pro funeribus ducum Romanorũ, quia ſecundũ illam iudicauit, utpote honorifice inſtruenda. Quia Paulus, ſcilicet Æmilius. Gracchus .ſ. Tiberius, & Marcellus, ſcilicet Marcus attulerunt ei, ſcilicet Hannibali, plus aliquanto, id eſt ex aliqua parte gloriæ ſepulti, id eſt eo ꝙ ab eo ſepulti, aut requiſiti ad ſepeliendum erant, quã oppreſſi, id eſt eo ꝙ uicti erãt ab eo. Siquidem ipſe decepit .i. doloſe cepit eos, utpote de aſtu Punico, id eſt fraude, & uerſutia Pœnis propria, & honorauit .i. eos honorifica affecit ſepultura, manſuetudine Romana .i. Romanis digna, eiſq; conſueta. Vos quoq; o Paule, Gracche, & Marcelle appoſitone umbræ, id eſt reliquiæ animarũ corpus ſequẽtium, aut manes fortes, & pię, quia pro patria fortiter corporibus exutæ, ſortitæ (ſunt qui legant ſortiti ut ad rem non ad uocem reſpiciatur, ſed quia additur collapſæ, uerior eſt lectio ſortitæ) id eſt ſorte quadam nactæ exequias non pœnitendas, quia glorioſas. Nam ut id eſt quemadmodũ optabilius ſupple fuiſſetis collapſæ in patria, ita collapſæ ſpecioſius pro patria recepeſtis, Virtute decus, id eſt honorem ſupremi officii, id eſt exequiarum, amiſſum infelicitate .ſ. cadendi per fraudem hoſtilem.

DE GRATIS CAP. II.

GRatas vero animi ſignificationes, & ingrata facta libuit oculis ſubiicere, vt vitio, ac virtuti iuſta merces æſtimationis ipſa comparatione accederet. Sed quoniam contrario propoſito ſeſe diſtinxerunt, noſtro quoq; ſtylo ſeparentur: prioremq; locũ obtineat, qui laudem, q̃ qui reprehẽſionẽ merentur.

DE MARTIO CORIOLANO.

Atq; vt a publicis actis ordiar, Martium patriam oppugnare conantem, admotoq; portis vrbis ingenti Volſcorum exercitu, funus, ac tenebras Romano imperio minitantem, Veturia mater, ac Volumnia vxor, nefarium opus exequi precibus ſuis paſſæ non ſunt: in quarum honorem Senatus matronarum or-

OLIVERIVS.

GRATAS uero animi ſignificationes. De gratitudine dicturus, eam in comparationem cum ingratitudine, aduecturum eſſe pollicetur. ut ſua utriq; æſtimationis merces huic .ſ. laus illi uituperatio, rependatur. Cice. de gratitudine in oratione pro Planco, hæc una, inquit uirtus eſt non ſolum maxima, ſed etiam mater uirtutum omnium reliquarũ. quid eſt pietas, niſi uoluntas grata in parentes? qui ſunt boni ciues? qui belli, qui domi de patria bene merentes, niſi qui patriæ beneficia meminerũt? qui ſancti, qui religionem colentes, niſi qui meritam Diis immortalibus gratiam iuſtis honoribus, & memori mentẽ perſoluunt? quæ poteſt eſſe uitæ iocunditas, ſublatis amicitiis? quæ porro amicitia poteſt eſſe inter ingratos? quis noſtrũ eſt liberaliter educatus, cui non educatores cui non magiſtri ſui, atq; doctores, cui non locus, ille ipſe murus, ubi alitus, ubi doctus eſt, grata recordatione in mente uerſatur? cuius opes eſſe tantæ poſſunt, aut unquam fuerunt, quæ ſine multorum amicorum officiis ſtare poſſint? equidem nihil tam proprium hominis exiſtimo, q̃ non beneficio modo, ſed etiam beneuolentiæ ſignificatione alligari. Nihil porro tam inhumanũ tam immane, tam ferreum, q̃ committere, ut beneficio non dicam indignus, ſed uictus eſſe uideare. Item Cice. in officiis ſic ait beneficio prouocati debemus agros fertiles imitari, qui multo plus afferunt, q̃ acceperint. rurſus alio loco, cui referri gratia tanta non poteſt, quanta debetur, habenda tamen tanta eſt, quanta animi noſtri capere poſſunt, multis aliis quoq; locis Cice. hanc gratitudinis uirtutem laudibus effert. Gratas ergo ſignificationes. ideo dixit Vale. Quia etiam ſi non reddimus beneficium, & animus ſit uoluntarius, & in promerendo ardentiſſimus ſufficere debet. In comparatione. Vt cum hinc uirtus, inde uitium poſitum fuerit, cognoſcatur illius laus, & huius uituperatio. Contrario propoſito. Quia uirtus, & uitium contraria ſunt. Priorem locum. A digniori, & præſtantiori ſumamus exordium.

Gratitudo mater omnium uirtutũ

ASCENSIVS.

¶GRATAS uero &c. auſpicatur narrationem de gratis dicens. Libuit ſcilicet mihi ſubiicere oculis ſcilicet lecturorum hæc ſcripta, ſignificationes gratas animi pro grati animi, & facta ingrata, ut iuſta merces æſtimationis, id eſt appreciationis accederet uitio, ac uirtuti (dixiſſem uirtuti, & uitio, eo quod honeſtius præferri ſolet, prius de uirtute dicturus eſt ſed autor ut opinor, ideo nunc hæc nunc illa præponit, ut ſignificet ſe miſtim loqui uoluiſſe, niſi aliquid obſtitiſſet) ipſa comparatione, quæ fit per collationem, & compoſitionem rerum comparandarum, & ita miſtim de his loqui uoluiſſet. Sed quoniam grati ſup. & ingrati, diſtinxerunt ſeſe propoſito contrario ſupple ſeparentur quoque ſtylo noſtro, & ſupple ii qui merentur laudem, obtineant priorem locum, q̃ qui ſup. merentur reprehenſionem, id eſt grati dicantur priuſquam ingrati.

OLIVERIVS.

¶ATQVE ut a publicis actis ordi. Cum annonæ charitas urbem inceſſiſſet, ſenatus frumentatum in peregrinas regiones legatos dimiſit, qui cum frumenti copiam aduexiſſent. Cn. Mar. Coriolanus plebi ſemper infenſus, cenſebat non prius diuidendum inter plebem eſſe frumentum, q̃ per ſeceſſionem uſurpata iura reſtituiſſent patribus, q̃ ob rem ira plebis in exilium actus, ad Volſcos profectus paulopoſt bellum intulit patriæ, quæ cum ab eo graui obſidione premeretur, nulla alia ratione, q̃ mulierum beneficio liberari potuit, ut diximus in ca. de miraculis, & latius dicturi ſumus in ca. de pietate, quare ſenatus gratum animum gerens, multis honoribus matronas ho

dinē benigniſſimis decretis adornauit: ſanxit nāq;, vt fœminis ſemita viri crederent, confeſſus plus ſalutis Reipu. in ſtola, q̄ in armis fuiſſe: vetuſtiſq; aurium inſignibus nouum vitæ diſcrimen adiecit: permiſit quoq; his purpurea veſte, & aureis vti ſegmentis: ſuper hoc ædem & aram fortunæ muliebri eo loco, quo Coriolanus exoratus fuerat, faciendam curauit, memorem beneficii animum ſuum exquiſitæ religionis cultu teſtando. Quem ſecundi etiam belli Punici tempore exhibuit, cum enim a Fuluio Capua obſideretur, ac duæ Campanæ mulieres beneuolentiam erga Romanos dimittere ex animis noluiſſent: Veſtia Opidia materfamilias, & Cluuia Facula meretix, quarum altera quotidie pro ſalute noſtri exercitus ſacrificauit, altera captis militibus Romanorum alimenta ſubminiſtrare non deſtitit, vrbe illa oppreſſa, ſenatus, iis & libertatem, & bona reſtituit: & ſiquid amplius præmii petiſſent, libenter ſe daturum aſſeuerauit: vacaſſe in tanto gaudio P.C. duabus humilibus fœminis, referre gratiam, nedum præ ſe tuliſſe mirandum.

DE QVINTIO ET MINVTIO.

Quid illa quoq; iuuentute Romana gratius, quæ Quintio & Minutio Coſs. vltro nomina ſua militari ſacramento obtulit, vt Thuſculanis, quorum fines Equiculi occupauerant, præſidium ferrent, quia paucis ante menſibus conſtantiſſime & fortiſſime imperium Romani Populi defenderant. Ergo quod auditu nouum eſt, ne patriæ grata voluntas ceſſaſſe videretur, exercitus ſe ipſe conſcripſit.

neſtarunt. nam ut inquit Liuius, non inuiderunt laudes ſuas mulieribus uiri Romani, adeo ſine obtrectatione alienæ gloriæ uiuebatur, tunc enim primum ſancitum fuit, ut mulieribus de uia crederetur, ut inauribus aureis, ut purpurea ueſte, ut aureis ſegmentis, ut nouo uittæ diſcrimine uterentur. monimento quoq; quod eſſet templum muliebri fortunæ ædificatū, dedicatumq; fuit. In quarum honore. Ecce Po. Ro. gratitudinē.

Sanxit. Firmauit. & hinc ſciri poteſt, unde orta ſit conſuetudo cedendi de uia mulieribus. In ſtola. Sicut toga uirorum, ita ſtola mulierum. Inſignibus aurium. Sicut anulis ex auribus pendantibus, qui & inaures dicuntur, nam inaures ſunt aurium ornamenta. Segmentis. ornamentis, nam ſegmenta dicūtur redimicula mulierum uerſicolora, quibus utuntur ad capitis ornamentum. ſunt etiam, qui dicant ſegmenta eſſe faſcicula, quibus inuoluūtur infantes, unde Iuue. Et ſegmētatus dormiſſet paruula cunis. Segmēto uero ſunt faſciæ, quibus circundatur caput. i. redimicula mulierum nobilium. inde ſegmentatus ornatus, & inſtructus. Segmentum etiā dicitur monile a collo in pectus deſcendens. Segmenta zonis quibuſdam quaſi pluſamētis ornata, nam particulas cuiuſq; materiæ abſciſſas præſegmina uocāt. Sūt etiam qui dicāt ſegmēta eſſe circulos quos græci paralellos appellāt.

Exhortatus. perſuaſus, ut petita concederet. Quē ſc. etiā be. cum enim a Fuluio Capua. cum recepta Capua, ſumptoq; ſupplicio de ſenatu Cāpano, relatū eſſet in ſenatu, quid nā uidereť de his faciendū, qui per municipia in cuſtodias diſtributi fuerant. qam a Q. Flac. Ro. ducti ueniam petebant, & miſericordiam implorabant. M. Atti. cuius ex his, qui apud Capuam fuerant, maxima erat autoritas. interrogatus ſententiam ita reſpondit in conſilio, inquit arbitror me fuiſſe, cum a conſulibus Capua capta q̄reretur, qui Campanorum benemeritus de repu. noſtra eſſet, duas mulieres compertum eſt. Veſtiam Oppiam Attellanam Capuæ habitantem, & Faculam Cluuiam, quæ quondam quæſtum corpore feciſſet. Illam quotidie ſacrificaſſe pro ſalute, & uictoria P. R. hanc captiuis egentibus alimenta clam ſuppeditaſſe, cæterorū omnium Campanorum eundem erga nos animū, quem Cartafuiſſe quare ſenatus cenſuit Oppiæ, Cluuiæq; primum bona, ac libertatem reſtitui, ſiq; alia præmia a ſenatu petere uellent. Romam eas uenire. Campanis in ſingulas familias decreta facta, q̄ hoc loco non opus eſt enumerare. Libertatem. Quia iure belli uenerant in ſeruitutem. Amplius præter captiuitatem, & bona.

Nedum. Multo maius ita oſtendiſſe.

ASCENSIVS.

ATQVE ut a publicis &c. Primum itaq; exempl. gratorū eſt ipſius ſenatus in matronas Romanas occaſione M. Coriolani non ipſius Martii, qui pius in matrē fuit potius q̄ gratus. Ordo eſt, atq; ut ordiar. ſ. narrationem gratorum ab actis publicis. ſ. totius ſenatus. Veturia mater. ſ. M. Coriolani, & Volumnia uxor. ſ. eiuſdem, non ſunt paſſæ. i. non ſuſtinuerunt, aut non permiſerunt M. Coriolanum conantem oppugnare patriā. ſ. ſuam Romam uidelicet, & minitantem imperio Rom. funus, ac tenebras. i. excidiū, & ſummam deſolationem, & hoc ingenti exercitu Volſcorum admoto portis urbis, nō ſunt inquā paſſæ. i. impediuerunt precibus ſuis ipſum exequi opus nefarium. in quarū. ſ. matris, & uxoris Coriolani honorē, ſenatus adornauit. i. decorauit ordinē matronarū decretis benigniſſimis. nanq; p quia, ſanxit, ut uiri cederent fœminis ſemita. i. de uia, confeſſus. ſ. per hoc decretum, plus ſalutis reipu. fuiſſe in ſtola. i. ueſte matronarū. i. precibus earū, q̄ in armis. ſ. uirorū, & adiecit ueſtis inſignibus aurium. i. priuilegio ueteri, quo licebat matronis inaures habere, nouum diſcrimen. i. diſcerniculū uittæ. i. ornamenti in capite (qui uittæ legunt uideant, quid uita cum inauribus cōgruat) & permiſit quoq;. i. etiā his. ſ. mřonis, uti ueſte purpurea, & ſegmentis. i. ornamētis colli aureis. i. ex auro, quaſi in ſquāmas ſecto unde ſegmenti nomen, & curauit ſuper hoc. i. ultra hoc munus, ædē, & arā faciendam fortunæ muliebri, eo loco quo Coriolanus fuerat exoratus, teſtādo. i. pbādo animū ſuū memorē beneficii cultu. i. p cultū aptū, religionis exqſitæ. i. accuratiſſimæ inuētę, & obſeruatæ. Quē. ſ. animū memorē beneficii, ſenatus exhibuit etiā tēpore ſecūdi bel. Pu. Cū enim Capua urbs primaria Campaniæ obſidereť a Fulu. ſ. Fla. ac duæ mulieres Cāpanę ſeu Capuanæ, uidelicet Veſtia Opidia, ſeu (ut alii legunt) Oppia, materfamilias. ſ. honeſta, & Cluuia (apud alios legitur Eluuia nō Cluuia) facultas meretrix, noluiſſent dimittere ex animis. ſ. ſuis beneuolētiam erga Ro. quarū. ſ. mulierū, altera. ſ. materfamilias ſacrificauit quotidie pro ſalute exercitus noſtri, id eſt Ro. altera. ſ. meretrix non deſtitit ſubminiſtrare militibus. i. ſtipendiariis Ro. captis, ſeu captiuis, alimenta. ſ. corporū, urbe illa oppreſſa. i. ui capta ſenatus reſtituit iis. ſ. duabus mulieribus, & libertatem, & bona, & aſſeuerauit ſe daturū libenter, ſi petiiſſent quid. i. aliquid amplius pmii. Mirandum eſt (inquit autor) Patres cōſcriptos uacaſſe, id eſt quaſi curis cæteris uacuos intentos fuiſſe in tanto gaudio. ſ. de recepta Capua cōcepto, referre quod plus eſt, nedum. i. ne ſolum dicam præ ſe tuliſſe. i. quibuſdam indiciis ſignificaſſe, duabus fœminis humilibus. i. abiectæ conditionis, gratiam. i. remunerationem.

THEOPHILVS.

SEGMENTIS. Ser. ait eſſe gutturis ornamentum, quod alio nomine monile dicitur. Apollinaris etiam Sidonius illam ſaranis inquit ebriam ſuccis, inter crepitantia ſegmenta palmatam conuenuſtauit. Iuuen. Segmenta, & longos habitus. Plini. hiſto. natu. vii. Plura ſunt ſegmenta mundi, quæ noſtri circulos appellauere, Græci paralellos.

OLIVERIVS.

QVID illa quoq;. Appius quidam Herdonius Sabinus cū multitudine exulum, & ſeruorum ad quatuor millia clam urbē ingreſſus, occiſis cuſtodibus Capitolium occupauit, & ſeruos omnes de Capitolio ad libertatem conuocabat Ro. ea re tam ſubita, & improuiſa perculſi, quo ſe uerterent incerti erant Tuſculi fama ipſa cum audiſſent, quo in periculo forte reſpu. Roma. ultra Romam parato exercitu uenerunt, & Roma. ipſis in re, tam periculoſa cunctantibus, conſulem ipſi armati ſecuti ſunt in Capitolium. deinde erubeſcentes Ro. & ipſi ſumptis armis, & in Capitolium facto concurſu, Herdonium occiderunt, poſt aliquot

deinde

deinde tempus cum equiculi Tuſc. fines inuaſiſſent R. memores accepti iam beneficii, Tuſc. opem ultro ferendã, gratiamq; reddendã eſſe cenſuerunt. Itaq; conſules cum exercitum ſcriberẽt, uocarentq; qui hanc militiã gerere uellẽt, illis uniuerſa iuuentus nõ ultro ſolum, ſed cum quadã etiã animorum alacritate ſe obtulere, & ad tuẽdos de ſe bene meritos ſocios profecti ſunt quod magnum fuit Romanæ iuuentutis grati animi ſignum. Defenderet. Expellendo ſeruos de Capitolio. Ceſſaſſe. defuiſſe.

DE FABIO MAXIMO.

Magnum grati Po. Ro. ſpecimen in Quinto Fabio Maximo enituit: Nam cũ quinq; conſulatibus ſalubriter Reip. adminiſtratis deceſſiſſet, certatim æs contulit, quo maior, ac ſpecioſior eius funeris pompa duceretur, eleuet aliquis ꝓmia virtutis, cum animaduertat fortes viros felicius ſepeliri, q̃ viuere ignauos.

DE MINVTIO MAGISTRO EQVITVM.

Fabio autem etiam incolumi ſumma cum gloria gratia relata eſt: dictatori enim magiſter equitũ Minutius ſcito plebis, quod nunq̃ antea factum fuerat, æquatus, partito exercitu ſeparatim in Samnio cum Hannibale cõflixerat, vbi temere inito certamine peſtiferum habiturus exitum, ſubſidio Fabii conſeruatus, & ipſe eum patrẽ appellauit, & a legionibus ſuis patronum ſalutari voluit, ac depoſito ęqualis imperii iugo, magiſterium equitum, ſicut par erat, dictaturæ ſubiecit. Imprudentisq; vulgi errorem gratę mentis ſignificatione correxit.

ASCENSIVS.

QVID illa. affert poſt gratitudinem ſenatus, gratitudinẽ iuuentutis Ro. ſub Q. & M. cõſul. erga Tuſc. non autem gratitudinem Q. & M. Quocirca ga tituli ſæpiſſime inepti ſunt, ſiquet non ab autore quouis perito præpoſitos, ſed a ſciolis duas primas lineas legiſſe ſub indecẽtentis. Emendauimus ergo tum hic, tum ſæpe alibi. Ordo autem eſt. Quid ſup. eſt gratius illa quoq; iuuẽtute Ro. .i. multitudine iuuenũ Ro. quę obtulit ultro .i. non coacta, Q. & Minutio conſulibus .i. cũ illi eſſent cõſules, militari ſacramẽto .i. aſcriptioni militiæ iuſtæ gerendę ſub iuramento, nomina .ſ. ſua conſcribenda, ut ferrẽt ꝓſidium .i. auxiliũ Tuſc. ſ. populis uicinis Romę, quorũ fines, .i. limites ditionis, Equiculi .i. illi populi uicini illis occupauerant. ideo autem obtulit nomina ſua, quia Tuſculaoi defeoderaot paucis menſibus ante, conſtantiſſime, & fortiſſime imperium P.R. contra ſeruos, & Herdoniũ Capitolium occupantes. Ergo quod nouum eſt auditu .i. dum auditur, ne grata uoluntas patriæ uideretur ceſſaſſe, exercitus ipſe, conſcripſit ſe.

OLIVERIVS.

MAGNVM grati populi ſpecimen. Minutiũ magiſtrũ eqtũ, Fab. Maximo dictatori æquatũ imperio fuiſſe, diximus in c. de conſtãtia. Minutius igit alternis cũ Fabio dieb' impare uolebat, uel etiã ſi maiora placerẽt interualla, partitis tẽporibus alternis ſummũ ius, & imperium eſſet. quod nequaq̃ e repu. exiſtimauit Fabius, ut milites ſui in alterius poteſtatẽ, & ſumma rerũ in hominis temerarii manibus poſita foret. Itaq; partitis copiis caſtra diuiſerũt, quod Hãnibali duplex gaudiũ fuerat, & ꝙ Minutii temeritatem liberam factã eſſe uidebat. & Fabii prudeotiã uiribus diminutam. miſit igitur milites quoſdã ad tumulũ capiendũ qui medius erat inter utraq; caſtra, magis laceſſendę pugnę q̃ tumuli capiẽdi gratia. nam locauerat alios in inſidiis. & conſerto ꝓlio, cum utrinq; totis uiribus certaretur, ex inſidiis orti milites cũ ingenti clamore, tantũ terrorem intulere Romanis, ut nec animus ad pugnã nec ad fugã ſpes cuiq̃ ſupereſſet. tum Fab. audito pauentiũ clamore nõ celerius, inquit, q̃ timui deprehendit fortuna temeritatẽ, ſed obiurgãdi oon eſt tempus, ſed laborantibus ſuccurrẽdi. Ita inſtructa acie, de uertiee montis in hoſtes impetum fecit, ſuos ab effuſa fuga reuocauit, aciẽ reſtituit, hoſtes ꝓfligauit, & uictoriã ꝓpe partam, ex eorũ manibus extorſit, ciues ſuos & imperatorẽ ꝑtim a cede, ꝑtim a captiuitate liberauit. pro cuius beneficii referenda gratia, Minu. Fab. parentẽ ſemper appellauit, exercitus cõmilitones, quorũ opera ſeruati fuerant, patronũ uocauerunt. Hãni. quoq; ex acie diſcedẽtem dixiſſe ferunt, tantem eam nubem, quę ſederet in iugis montium ſollicitatã, ꝓcellę imbrem dediſſe. Specimẽ. Experimentũ. Contulit. ſ. P.R. ad honeſtandũ, & illuſtrandum eius funus, quod profecto magnum fuit gratitudinis ſignum, quẽ uiuum multis honoribus honeſtaſſent, eundẽ mortuũ de ſe optime meritum ſua ipenſa augendo funeris pompam ingẽti gloria decorarent. Eleuet. Minuat, tranſlatio ſumpta a cumulo de quo quanto plus eleuaueris, tanto magis diminues. Perſi. Num ſi quid turbida Ro. eleuet acce des. Sunt qui dicãt dę duobus Fabiis intelligi, Maximo .ſ. & Ru.

Minutius ęquatus Fabio

quorum uterq; conſul quinquies fuiſſe traditur, & alter bel. Pu. ſecundo, alter bello Gallico. nam Rutilianus Gallico bel. collega fuit eius Decii, qui patris exemplum imitatus, deuouit ſe pro legionibus Romanis. & in Rutiliani funere uoluut P.R. gra contuliſſe ad honorem ſepulturæ. ego uero de uno tantum. & Maxi. Valerium ſenſiſſe arbitror.

ASCENSIVS.

MAGNVM Specimen .i. approbamẽtũ euidẽs P.R. grati .i. de gratitudine P.R. enituit in Q. Fab. Maxi. non ꝙ Q. ille fuerit gratus, ſed Po. R. in eum Nam eum .ſ. Fabi. Maxi. deceſſiſſet .i. mortuus, eſſet quinq; conſulatibus adminiſtratis ſalubriter reip. i. cum ſalute reip. Po. ſup. Ro. Cõtulit ęs. ſ. ſignatum certatim .i. cum certamine quis plus conferret, quo .i. ideo ut aut quo ære, pompa funeris eius ducerec maior, ac ſpecioſior. Eleuet aliquis (figurata iuſſio, quæ prohibẽdi uim habet) .i. ueniat aliquis, q imminuat, .i. uilipendat præmia uirtutis. q. d. ſtulte acturũ, cum animaduertat .i. conſideret uiros fortes, qualis erat Fab. Ma. ſepeliri felicius, quam ignauos uiuere.

OLIVERIVS.

FABIO etiam incolumi. Non ſolum, inquit mortuo Fabio. ſed etiã uiuo ſecundi Pu. bell. tempore populus ſe gratũ exhibuit. Cum .n. dictator ille in Samoio contra Hanni. miſſus, more ſuo bellũ protraheret, ne reip. ſtatum in diſcrimine ſiſteret, Minu. magiſter equitũ adoleſcens, feruore quodã mentis prouectus, dixit Fabium ꝓducere bellum, quo in eo magiſtratu diutius permaneret, ꝙ ſi ſibi daretur poteſtas dimicãdi ſe paulo poſt Hanni. debellaturum aſſeuerauit, & quod uirtuti Fabii attribui debuerat ipſe Minu. ambitioni aſſignabat. uerba illa exercitus primo excepit deinde ad Senatum delata ſunt. populus iam tædio affectus, ꝙ Hãni. tandiu in Italia uerſaretur, magiſtrũ equitum dictatori adæquauit. diuiſis itaq; exercitibus Minu. data occaſione pugnam cũ Hanni. iniit, & cum in eo eſſet, ut ipſe cum ſuis deleretur, Fabius e monte ſpeculatus infelicẽ rei euentum, Minutiũ cum exercitu e faucibus Pœnorum eripuit, ferũt tum hæc uerba Haoni. emiſiſſe Verebar equidẽ, ne nebula illa iam diu plueret. poſtero die Minu. ſupplex ad Fabium uenit patrẽ illũ appellauit, militeſq; ſuos patronum ſalutare coegit, ſe etiã ſicuti dignum erat dictatori ſummiſit, quę res P. R. gratiſſima fuit. Scito plebis. decreto plebis. quę facile in contraria inclinat. Peſtiferum. calamitoſum exitiũ. Depoſito iugo. Depoſita paritate. nam ita uterq; exercitum ducebat, ſicuti duo boues iugũ unum trahunt. Vulgi. Gratitudine .n. ſua refellit id quod plebs temeritate fecerat, ut dictatori magiſter equitum æquaretur. Significatione gr. m. i. inditio gratitudiois.

ASCENSIVS.

FABIO autem. Affert etiam exemp. gratitudinis magiſtri equitum, & legionum in eundem Fabium. dicens. Autem pro ſed, gratia relata eſt cum ſumma gloria, Fabio. ſ. Maxi. etiam incolumi .i. adhuc uiuẽti. Enim pro quia Minu. magiſter equitum æquatus dictatori Fabio, Scito plebis .i. plebiſcito ſuper hoc facto, quod nunq̃ factum fuerat antea. ſ. ut magiſter equitũ ęquaretur in poteſtate dictatori, conflixerat. ſ. Minu. eum Hanni. in Samnio, id eſt Samnitum territorio, ſeparatim, ſcilicet a dictatore, id eſt ſine eo, & eius copiis, & hoc exercitu partito, id eſt in duas partes diuiſo. ubi, id eſt io quo conflictu aut loco certamine inito, temere, inconſulte, habiturus .ſ. qui habiturus fuiſſet exitum peſtiferũ .i. pernicioſum multis, cõſeruatus ſubſidio .i. auxilio acceſſorio Fabii. ſ. dictatoris, & .i. ſimul ipſe Minu. appellauit eum. ſ. Fabium dictatorem, patrẽ. ſ. ſuum, & uoluit cũ ſalutari a legionibus ſuis patronũ .i. donatorẽ libertatis, cũ in ſeruitutẽ fuiſſent redigendæ. Pulchre autẽ diſtinguit, ut pẽ ſit magiſtro

equitum, qui illi uitam debebat. nam uero ſimile eſt eũ occumbere maluiſſe, quã capi, militibus autẽ patronus, q̃ illi libertatẽ ſuã debebant. ac iugo.i. onere graui impii.ſ. æquati, depoſito (Quã rem argute declarat Oliue. docens ideo iugum ab autore uocatum, quod cum æquatũ eſſet illis imperiũ æquatũ etiã erat onus dirigendi, & ſeruandi exercitus, ſicut bobus ad unum iugum alligatis equale incumbit onus, aut propellendi, aut trahẽdi carpenti, ſeu aratri) ſubiecit ſicut par.i. æquum erat dictaturæ magiſterium equitum, & correxit ſignificatione mentis gratæ.i. animi grati errorẽ uulgi imprudentis, uel qui iuſſerat.ſ. ꝑ imprudentiam imperium illi æquari.

DE TERENTIO CVLEONE.

Tam hercle probabiliter, q̃ Quintus Terentius Culeo prætoria familia natus, & inter paucos ſenatorii ſplendidus ordinis, optimo exemplo Africani ſuperioris currum triumphantis, quia captus a Carthaginienſibus, ab eo fuerat recuperatus, pileum capite gerens, ſecutus eſt: autori.n. libertatis ſuæ, tanq̃ patrono accepti beneficii confeſſionem, ſpectante populo Romano merito reddidit.

DE PHILIPPO REGE, ET FLAMINIO.

At Flaminii de Philippo rege triumphantis currum non vnus, ſed duo millia ciuium Romanorum pileata comitata ſunt quæ his Punicis bellis intercepta, & in Græcia ſeruientia, cura ſua collecta, in priſtinum gradum reſtituerat: geminum ea re decus imperatoris, a quo ſimul & deuicti hoſtes; & conſeruati ciues ſpectaculum patriæ præbuerunt. Illorum quoque ſalus dupliciter omnibus accepta fuit, & quia tam multi, & quia tam grati exoptatum libertatis ſtatum recuperauerunt.

DE METELLO.

Metellus vero pius pertinaci erga patrem exulem amore, tam clarum lachrymis, q̃ alii victoriis cognomen aſſecutus, non dubitauit cõſul pro Quinto Callidio prætore candidato ſupplicare populo, ꝙ tribunus plebis legem, qua pater in ciuitatẽ reſtitueretur, tulerat: quinetiam patronum eum domus, & familiæ ſuæ ſemper dictitauit. Nec hac re de principatu, quẽ ꝓcul dubio obtinebat, quicquã decerpſit, quia nõ humili, ſed grato animo longe inferioris hominis maximo merito eximiam ſubmittebat dignitatem.

OLIVERIVS.

TAM hercle probabiliter. ſicut Minu. Fabiũ ſic Q. Terẽ. Culeo Scip. Afri. ſuperiorem patronũ appellauit, eumq; triũphantẽ ſecutus eſt pileo capite impoſito. oĩq; deinde uita, ut dignum erat libertatis autorẽ coluit, ꝙ deuicta Carthagine illũ captiuum redemerit, in triũphũ duxerit & libertate donauerit. Liui. in fi. ſecũdi Pu. bel. Car. igr naues lõgas elephãtos ꝑfugas, fugitiuos, captiuos, captiuorũ q̃tuor millia tradiderũt. inter quos Q. Teren. Culeo ſenator fuit. Item paulo infra ſecutus Scipio. triumphantem fuit pileum capiti impoſito Q. Terent. culeo, omniq; deinde uita ut dignũ erat libertatis autorem coluit Africanũ.

Inter quos, quia pauci erant, qui ipſum dignitate adæquarent. Pileum capite gerens. Pileum gerere ſignum erat fuiſſe libertate donatum. ſignificabant enim ſe uirtute Scip. tempeſtatem ſeruitutis euaſiſſe.

ASCENSIVS.

TAM her. Affert gratitudinem Teren. Culeonis, hois ſenatorii ordinis in Afri. maiorem liberatorem ſuum, aut ſui, Cuius (ut nũc multi opinant) nois ſimilitudine decepti, ſunt qui Teren. comicum inducunt de ſe dicentem, Ro. ducibus bellica præda fuit, cũ tamen illũ Afrum ꝑdicent, cum hic ſit Ro. & quod ad errorem facit cum etiam comicus ille Ro. conuincatur Cic. teſtimonio. Sed hoc alibi. Ordo hic eſt Her.i. per Herculem aut Her. me ita iudicate, ut uerum dico Minu. ſup. egit tam probabiliter & Q. Teren. Culeo, natus familia ꝑtoria.i. ꝑturis functa, & ſplendidus inter paucos. q.d. inter primos ordinis ſenatorii, ſecutus eſt optimo exemplo .ſ. gratitudinis, currũ Afri.ſ. Scip. ſuperioris.i. maioris triumphantis .ſ. de Car. gerens pileũ capite, tanq̃ libertate donatus. quia captus a Car. & ita eorum ſeruus factus, fuerat recuperatus.i. receptus ab eo.ſ. Scip. capta, & tributaria iam facta Car. unde quaſi poſtliminio in patriam, libertatemq; redibat. ſed quia eam Scipio acceptam tulit, tanq̃ libertus eius, pileum accepit de quo more & eius ratione hoc habeto. Bello captus, iure belli capientis ſeruus erat, ſic dictus, ꝙ cum occidi poſſet ſeruatus eſt, deinceps autem domino ſeruiebat, nil præter uictum tenuem, & amictũ exiguũ ab eo expectaturus. ne alio fere cooperimento capitis, q̃ capillis utens. a quo cũ libertate donaretur, raſo capite (qđ Plautinus innuit ſeruus) ut ab ingenuis differret, pileum accipiebat, mediam uidelicet inniens conditionẽ inter ſeruilem, & ingenuam. nam libertinus factus poterat ob ingratitudinem in ſeruitutem reuocari, q̃ reuocationem non iniquam eſſe, uidetur docere parabola dominica de ſeruo neq̃, cui omne debitum dimiſſum erat.) Sed ad ordinem reuertor. reddidit enim autori libertatis ſuæ uidelicet Scip. confeſſionem beneficii accepti tanquam patrono, & id Popu. Roma. ſpectante.

OLIVERIVS.

AT Flaminii de Philippo. Phili. rex Ma. ſecundo Pu. bel. cum Carth. cõſenſit, & bellum Ro. intulit, ubi ꝑ uarios caſus multa Ro. ciuiũ capita cœpit, quæ deinde Q. Fla. uirtute, & felicitate recuperata, eius triumphãtis currũ pileata ſequi uoluerit qui quidem triumphus non minus glorioſus ob ſuperatos hoſtes, q̃ liberatos ciues Flaminio fuiſſe uidetur. Geminum ex ea re decus. duplicem laudẽ, & gloriã Flaminius ex hac uictoria cõſecutus ẽ, alterã ꝙ hoſtes ſuperauit, alterã ꝙ ciues ſeruauit.

ASCENSIVS.

AT .i. ſed non unus.ſ. duntaxat, ſed.i. mil. ciuium Ro. comitata ſunt pileata currum Flaminii triumphãtis de Phil. rege .ſ. Mace. quæ.ſ.ii. mi. ciuium intercepta.i. per inſidias aut dolo capta bel. Pu.i. Cartha. & ſeruiẽtia in Græcia, is.ſ. Flam. reſtituerat in priſtinũ gradum.i. libertatẽ priorẽ, collecta cura ſua.ſ. Fla. Geminum decus ſup. fuit imperatori ex ea re (ſic Oli. legit, & nõ pauci alii, inuen.ſ tamẽ ſic ſcriptum. Geminarũt ea imꝑatori decus, ut ſit ea.ſ. millia ciuiũ geminarũt.i. duplicauerũt imperatori decus) a quo .ſ. imperatore, &.i. ſimul hoſtes deuicti, & ciues cõſeruati, ꝓbuerũt patriæ.i. P. Ro. ſpectaculũ.i. rem aſpectu lætã. Et ſalus illorũ.ſ. ciuiũ liberatorum, fuit quoq; accepta oibus dupliciter.i. duabus de cauſis, & q̃a tã multi ſup. erãt, & quia tam grati (ut ſe tanq̃ libertos gererẽt liberatoris) recuperauerant exoptatũ ſtatũ libertatis, qua mortalibus nihil dulcius.

OLIVERIVS.

Metelli gratitudo i Callidium

METELLVS uero pius. hic eius Metelli filius fuit, qui Iugurtam primus dare terga coegit, ut diximus in.c. de diſci. militari. Numidicus dictus eſt, quia ut in.c. de conſtantia diximus, maluit in exilium proficiſci, q̃ in ſaturnini leges iurare. filius ergo pius ideo cognominatus, ꝙ exilium patris lachrymis proſecutus, non prius deſtitit apud populum, & tribunos ſuppliciter agere, ut pater reuocaretur in patriam: quod a Q. Gallidio tribuno ple. obtinuit, ut lata lege reſtitueretur. quo beneficio prouocatus, ea gratitudine uſus eſt, ut illum tanquã domus, & familiæ ſuæ patronum multis bonis locupletauerit, & in petitione pręturæ, cum conſul eſſet pro illo ſupplicare populo non erubuit. Solinus in.c. de homine, pietatis, inquit documentum nobilius quidem in Metellorum domo effulſit. fuerunt autem Metelli uiri clariſſimi quatuor, Macedo. Numidi. Creticus & hic Pius qui aduerſus Ariſtonicum miſſus, illum bello ſuperauit.

ASCENSIVS.

METELLVS uero pius pertinaci, id eſt perſeueranti, & infrangibili amore erga patrem, ideſt Metellum Numidicum exulem, aſſecutus, tam clarum cognomen (dicerem agnomen) lachrymis, ſcilicet pro patris reditu effuſis, quam, id eſt quantum clarum nomen alii ſup. aſſecuti ſunt uictoriis, non dubitauit conſul, id eſt cum eſſet conſul, ſupplicare populo pro Q. Callidio

prætore,

prætore, candidato .i. petente in candido habitu præturam, ideo autem pro eo ſupplicauit, quia ipſe tribunus plebis .i. cum eſſet tribunus plebis, tulerat legem qua pater .ſ. Metel. pii, utpote Metellus Numidicus reſtitueretur in ciuitatē. Quin etiam .i. inſup dictitauit .i. dixit ſemper eum .ſ. hoiem plebeium Callidiū, patronū domus & familię ſuę .ſ. Metel. Nec decerpſit .i. detraxit, aut diminuit hac de re ſi propter hanc cauſam, quod hoiem plebeium ſibi patronū dictitauit, quicquam de principatu .ſ. ſenatorio, quē obtinebat procul dubio, quia ſubmittebat eti iam dignitatem .ſ. domus ſuę maximo merito hominis inferioris longe, & id animo non humili .i. abiecto (unde aduertat rudior lector humilitatē abiectionem cum ab humo deriuet ſonare, neque honori dari, ſed uitio, niſi abuſiue pro modeſtia accipiat: Qui abuſus uocabuli tunc minor, aut nullus eſt, cum ad eum refertur, cui ſe humillimū gerere modeſtię eſt) ſed alo grato, qui laudādus eſt erga quēcunque benemeritum.

OLIVERIVS.

NAM C. quidem Marii. De bello Cimbrorum in ca. de inſtitutis nonnihil etigimus & in .c. de pudicitia latius dicturi ſumus. in eo igitur bello maxime camertinorum ſtrenua opera uſus, ita ut duarum cohortiū uirtute uim hoſtium non ſolū ſuſtinuerit, uerum etiā proſtrauerit, & ingentem uictoriam comparauerit, illos poſt uictoriam in tantæ uirtutis præmiū ciuitate donauit, contra fœderis conditiones, quod cum deinde obiiceret Mario, ſic defendere & expugnare ſolebat, ut diceret inter armorum ſtrepitus leges, & iura nō exaudiri. Vim Cimbrorum. Cimbri, ut dixi, populi ſunt Germaniæ, quos hodie Flamingos dicim⁹. Aduerſus conditiones. Quia fœdus erat, ne Camertini poſſent Roma. ciuitate donari. Et ſane ad id tēpus. Significat maiorem fuiſſe belli terrorem, quam legum obſeruationem.

ASCENSIVS.

NAM quidem impetus mētis gratę Caii Marii non ſolum fuit præcipuus, ſed etiam præpotens. Enim pro quia, ipſe donauit ciuitate, ſcilicet Romana aduerſus, id eſt contra conditiones fœderis .ſ. cum Camertibus, ſic dicti ut ciuitatem non poterent, duas cohortes Camertium, ſuſtinentes .i. qui ſuſtinuerant mira uirtute, uim .i. uiolentiam, aut uirtutem Cimbrorum in ipſa acie. Quod quidem factum Marius excuſauit & .i. ſimul uere, & egregie dicendo ſe non potuiſſe exaudiri uerba iuris ciuilis inter ſtrepitum armorum. q.d. tunc potius promittendum, & ſeruandum fuiſſe, quod utilitas expoſceret quam quod lex caueret. Et ſane id .i. tale tempus tunc erat quo oportebat magis defendere leges .ſ. cum urbe a Cimbris, quam audire leges, id eſt quid uerba legis cauerent.

OLIVERIVS.

C. MARII ueſtigia ubique Lu. Syl. Pom. Stra. magni. Pom. pater bell. ciuil. quod geſtum eſt inter Marium, & Syl. partes Syllanas ſecutus eſt a quo deinde Pomp. uix. xviii. natus annum, tribus legionibus acceptis, tantum ad uictoriam momenti Syllæ fuiſſe dicitur, ut poſt id tempus ſemper illum Sylla fuerit ueneratus. C. Marii ue. Quemadmodum Sylla cum Mario de imperio certauit, ſic & de gratitudinis laude contendiſſe uidetur, & illum pariter adęquaſſe. nam cum occuriſſet Pomp. qui tres duces aduerſæ partis ſubegerat, ab ipſo & eius exercitu imperator ſalutatus eſt, cum nondum annum ſecundum & .xx. natus eſſet, nec dum in ſenatum admiſſus.

DE MARIO.

Nam C. quidem Marii non ſolum præcipuus, ſed etiam præpotens gratæ mentis fuit impetus: duas etiam Camertium cohortes, mira virtute vim Cimbrorum ſuſtinentes in ipſa acie, aduerſus conditionem fœderis ciuitate donauit: quod quidem factum & vere, & egregie excuſauit, dicendo inter armorum ſtrepitum, verba ſe iuris ciuilis exaudire non potuiſſe. Et ſane id tempus tunc erat, quo magis defendere q̄ audire leges oportebat.

DE LVCIO SYLLA.

C. Marii veſtigia vbiq; L. Sylla certamine laudis ſubſequitur: dictator enim priuato Pompeio & caput adoperuit, & ſella aſſurrexit, & equo deſcendit: eaq; ſe libenter facere in concione prædicauit, memor ab eo duo de viginti annis nato, partes ſuas exercitu paterno adiutas. Multa inſignia Pompeio, ſed neſcio an hoc quicquam admirabilius contigerit, quod magnitudine beneficii ſui Syllam obliuiſci coegit. Sit aliquis in ſummo ſplendore etiam ſordidus gratis locus. Marco. Cornuto prætore funus Hirtii, & Panſæ iuſſu Senatus locante, qui tunc Libitinam exercebant, tum rerum ſuarum vſum, tum miniſterium ſuū gratuitum polliciti ſunt, quia ii pro Republica dimicantes occiderant: perſeuerantique poſtulatione excuderunt, vt exequiarum apparatus Seſtertio nummo ipſis præbentibus addiceretur, quorum laudem adiecta lege conditio auget magis, q̄ extenuat: quoniam quidem quæſtum contempſerunt, nulli alii rei, quam quæſtui viuentes. Pace cinerum ſuorum reges gentium exterarum ſecundum hunc tam contemptum gregem referri ſe patientur: qui aut non attingendus, aut non niſi in vltima parte domeſticorum exemplorum collocandus fuit. Sed dum honeſti actus etiam ab infimis editi, memoria non intercidant, licet ſeparatum locum obtineant, vt nec his adiecti, nec illis prælati videantur.

Syllam. Quaſi ſæuum, & arrogātem, emphaſis eſt. Sit ali. Loquitur de gratitudine eorū, qui non adeo nobiles fuere ſed humili loco nati. & primo de Pollinctorum gratitudine, qua uſi ſunt in Hircium, & Pāſam. Rom. conſules, qui bel. ciuili, quod aduerſus M. Antonium gerebatur, qui Caſ. interfectores Brutum, & Caſſium perſequebatur. dum forte Mutinæ obſiderentur fortiter dimicantes, ceciderant: quorum funera non ſolum gratuito ſepulturę mandarūt, uerū etiam adiecto ſeſtertio illorū exequias honorificentiores procurarunt. Sordibus ſ. hominibus, ſordidum miniſterium exercentibus. Libitinā ex libitina mors dicitur, qui libitinam exercet, .i. funeris officium Pollinctores, & Veſpillones appellabantur. Excuderūt. quaſi per uim elicuerunt & extorſerunt. Pace cinerum ſuorum reges: Ne uideatur iniuriā facere regibus, quorū exempla ſequutur quaſi ab eis ueniam petit. dicit. n. cū in ſuperiori exemplum poſuerim, grati animi eorum qui libitinam exercebant, fortaſſe indignabuntur reges. quod tam ſordido generi hominum eos ſubiciam, ſed cur ita faciat, rationem ſubiungit, aut, inquit, mihi prætermittendi fuerant, aut extremo domeſticorum exemplorum loco ponendi. ſed prætermittēdi nullo modo fuerāt, ne uirtus etiam in infimis ſua laude careat. ferāt igitur ęquo animo reges, ſe Pollinctoribus ſubiungi. Pace ci. Sic dicere ſolemus, cum aliquem in dicēdo offendimus. Secundū poſt Seruii. Sulpi. in epiſt. de morte Marcelli, duo uulnera accepiſſe unum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem, id eſt poſt aurem, quanquam alii dicūt iuxta aurem nam ſecūdum interdum ſignificat iuxta. Gregem. Pollinctorum. Actus Recte factorum.

ASCENSIVS.

C AII &c. Luci. Sylla ſubſequitur ubique ueſtigia C. M. certamine .i. contentione laudis .ſ. eiuſdem rei. Enim pro quia. ipſe Syl. dictator .i. cum eſſet dictator perpetuus, & .i. ſimul adoperuit .i. texit Pom. priuato .i. nullo tunc magiſtratu fungenti caput, hoc eſt cum Pom. caput detegeret ipſe illud adoperuit, & aſſurrexit ſup. ei ſella .i. de ſella curuli, in qua ſedebat, & deſcendit equo .ſ. in quo fuit aduentante Pom. & prædicauit in concione ſe facere libenter ea, memor partes ſuas adiutas exercitu paterno, id eſt patris Pom. ab eo .ſ. Pomp. nato annis duo de uiginti, id eſt decem & octo. Multa (inquit autor) inſignia ſup. contigerunt Pom. ſed neſcio an quicquam contigerit Pomp. admirabilius hoc .ſ. quod coegit Syllā obliuiſci ſui .i. ſuæ naturæ ſuperbę, &

EXTERNA.

DE DARIO.

Darius priuatæ adhuc fortunæ amiculo Siloſontis Samii delectatus, curioſa contemplatione fecit, vt vltro ſibi & quidem a cupido daretur. Cuius muneris, q̃ grata æſtimatio animo eius eſſet allapſa regno potitus oſtendit: totam namq; vrbem, & inſulam Samiorum Siloſonti fruendam tradidit. Non enim precium rei æſtimatum, ſed occaſio liberalitatis eſt honorata, magiſq; a quo donum proficiſceretur, q̃ ad quem perueniret, prouiſum.

DE MITHRIDATE.

Mithridates quoq; rex magnifice gratus apparuit quoniam ꝓ Leonico acerrimo defenſore ſalutis ſuę, a Rhodiis nauali pugna excepto, omnes hoſtiũ captiuos permutauit: ſatius eſſe exiſtimans ab inuiſiſſimis circumueniri, q̃ benemerito gratiam non referre.

DE ATTALO REGE.

Liberalis Populus Romanus, magnitudine muneris, quod attalo regi Aſiam dedit dono: Sed Attalus etiam teſtamenti æquitate gratus, qui eandem Aſiam Populo Romano legauit. Itaq; nec huius munificentia, nec illius tam memor beneficii animus tot verbis laudari poteſt, quot ampliſſimæ ciuitates vel amice datæ, vel pie redditæ ſunt.

ferocis magnitudine.i.ob magnitudinẽ beneficii.ſ. ab eo accepti. Sit &c. Ordo eſt. Aliquis locus ſit etiam ſordibus.i. ſordidi, & abiecti miniſterii hominibus, gratis.i. dummodo fuerint grati comperti, in ſummo ſplendore.i. inter ſplendidiſſimos homines. unde etiam adducens exemplum dicit. M. Cornuto prætore locante.ſ. promiſſa mercede Pollinctoribus, ſeu libitinariis iuſſu ſenatus, q͂a ſenatus id iuſſerat, funus Hircii, & Panſæ interfectorum pro libertate publica, ii ſupple qui exercebant tunc libitinam.i. miniſterium ſepeliendorũ, aut comburẽdorum cadauerũ, polliciti ſunt tũ.i. ſimul uſum rerũ ſuarũ.ſ. ad funus pertinentium, tum, ideſt etiã miniſterium ſuum gratuitum.i. ſine mercede, quia hi.ſ. Hircius, & Panſa occiderant dimicantes pro rep. & excuderũt.i. artificioſe quaſi excudendo obtinuerũt, aut excuderunt.i. importunis precibus extondẽdo extorſerũt poſtulatione perſeuerãti, ut apparatus exequiarũ addiceret.ſ. ipſis.i. attribueretur, ſeſtertio nummum.i. dipondio, & ſemis, cum multo pluris cõſtare deberet, ſed ipſis præbentibus.ſ. apparatum gratuitum in reliquis, hoc eſt uoluiſſent quidẽ penitus gratis facere funus, ſed quia id nõ licebat, petebãt ut ſeſtertio.i. ꝓcio ſeſtertii ſibi addiceretur, ut reliqua facerent impẽſis ſuis. Alii intelligunt, addiceretur, augeretur ſeſtertio ipſis ꝓbentibus ſup. ipſum &c. Quorum.ſ. libitinariorum laudem, adiecta lege.ſ. ꝙ gratis non fieret funus, conditio.i. uilitas ſtatus eorum auget magis, q̃ extenuat. Quoniã quidem ipſi nulli alii rei, q̃ quæſtui.i. lucro uiuentes.i. finem uitæ conſtituentes in nullo alio, q̃ in lucello, contempſerunt quæſtum. Pace &c. Paraſceue eſt, & tranſitus ad externa, quæ cum ſint nobiliſſimorum hominum, ne uideatur inepta collocatio, purgat quodammodo talem continuationem dicens, reges gentium exterarum patientur pace cinerum ſuorum.i. cum bona uenia a defunctis obtenta ſe referri.i. narrari, ſecundum.i. ſtatim poſt hunc tam conceptum gregem.ſ. Pollinctorum, qui.ſ. grex, aut non ſit attingendus, aut non niſi in ultima parte exemplorum domeſticorum collocandus. Sed dum actus honeſti, etiam ſi ſunt æditi ab infimis, non intercidant memoria, licet.i. licitum eſt ut ſup. obtineant locum ſeparatum, utpote medium, in quem oratores quæ minimi ſunt momenti conicere ſolent. ut ſup. ipſi, nec uideantur adiecti his, nobilibus domeſticis, nec prælati illis.ſ. nobilibus externis.

OLIVERIVS.

¶DARIVS priuatæ adhuc fortunæ. Darius cum eſſet in priuata fortuna, uiſo Silophon, uel ut alii dicunt Siloſon. Samiũ, ſpecioſo, & inſigni quodam indumento, mira eius pulchritudine delectatus uehementer concupiuit. quod ubi Silophon cognouit, exutum dono dedit Dario. qui poſtea regno potitus gratiſſima memoria recompenſauit. nam Silophontem Samiorum urbi, & inſulæ pariter præfecit. Strabo. libr. xiiii. Silophon non inquit priuatus relictus eſt, is cum Dario Hyſtapis filio ueſtem, quæ ferebat aliquando largitus eſſet, nam ille eum nondum rex eſſet eam magnopere concupiuerat, cum uero regnaret, dono Silophonti tyrannidem dedit, qui acerbe imperauit. quapropter urbs hominibus uiduata eſt. unde dictum eſt prouerbium, Silophontis opera locus amplius non eſt. hic autem frater fuit Polycratis, multos annos uſq; ad ultimum fati ſui diem ſumma felicitate uſus eſt, de quo ſuo loco dicemus. quomodo autem Darius ſit regnum conſecutus dicetur in. ca. de Vafre dictis, & factis. Priuatæ adhuc fortunæ. Quia nondum rex erat. Non enim precium, nec datum ſed dantis animum compenſauit.

Silophõ Sami tyrannus

ASCENSIVS.

¶DARIVS adhuc fortunæ priuatæ, id eſt nondum rex creatus, ſed ne regis quidem filius, delectatus amiculo, ideſt indumẽto delicato (ab amiciendo) Silophontis, ſiue ut alii ſcri. Siloſontis Samii.i. adoleſcentis, fecit.i. effecit curioſa contẽplatione.ſ. amiculi, per quã Samius ille intellexit, ꝙ ipſum nimis habere cuperet, ut ſup. daretur ſibi ultro.i. priuſquam apertis ipſum precibus peteret, & quidem a cupido.ſ. dare, & ita auxit beneficium, quia uoluntarium datorem diligunt & dii, & homines. Cuius muneris quam.i. quantum grata æſtimatio eſſet allapſa animo eius.ſ. Darii oſtendit potius.i. poſtquã potitus erat regno.ſ. Perſarum. Nãq; pro quia ipſe tradidit Silophonti, ſiue ut dixi, Siloſonti urbem, & inſulam Samiorum fruendam.i. ad delitias eius habendam. Non enim precium rei eſt æſtimatum.i. appreciatũ ſup. a Dario, ſed occaſio liberalitatis (quia tunc ille dedit, cũ talem remunerationem expectare non poterat) eſt honorata ſup. ab eo, & prouiſum eſt magis, a quo donum proficiſceretur, quia ab humili, & paupere, ſed liberaliter dante, q̃ ad quem perueniret, q͂a ad eum q̃ poſtmodum rex euaſit. Poſſet etiam intelligi de dono Darii, ut ſit. & magis prouiſum eſt a Dario, a quo donum, quod dabat proficiſceretur, quia a ſe, q̃ rex erat, & tale donum dare poterat, q̃ ad quem peruenit, quia ad uirum uix tali dono dignum.

OLIVERIVS.

¶MITHRIDATES quoq;. Mithridates rex Ponti amicum habuit Leonicum nomine, ſibi maxime fidum, & in uariis caſibus ſuæ ſalutis defenſorem acerrimum qui eum bello nauali captus eſſet a Rhodiis, captiuos omnes quos multos habebat Mithridates, & nobiles, pro eo ſolo permutare non dubitauit, ut gratum illi animum oſtenderet. maluit enim in regni diſcrimine uerſari, q̃ ingratus aliqua ratione uideri. A rhodiis. Nam tempore, quo Aſiam occupauit & M. Phlocium & Cn. Apuleium in uincula coniecit, omneſq; Romanos in Aſiæ partibus inuentos trucidauit. Rhodios quoq; inuaſit. a quibus aliquot naualibus præliis ſuperatus eſt, & Leonicus iſte amicus captus.

ASCENSIVS.

¶MITHRIDATES quoq; rex.ſ. Ponti apparuit gratus magnifice.i. cũ magnificẽtia, quoniã permutauit.i. permutãdo dedit oẽs captiuos hoſtiũ, ꝓ Leonico acerrimo defenſore ſalutis ſuę, excepto.i. ꝑ inſidias capto a Rhodiis ſup. in pugna nauali. Exiſtimãs.ſ. Mithridates ſatius eſſe, circũueniri.i. decipi in rerum æſtimatione ab inuiſiſſimis.ſ. hoſtibus, q̃ non referre gratiam benemerito.

OLIVERIVS.

¶LIBERALIS Po. Ro. uno eodemq; exemplo de Romanorum liberalitate, & regis Attali gratitudine loquitur, uel potius ſolam regis gratitudinem cum Romanæ liberalitatis commemoratione percurrit de qua ſupra in ca. de liberalitate dictum eſt. non fuit profecto ingratus rex Attalus, qui acceptam a Populo Romano prouinciam, eidem moriens teſtamento legauit. in cuius aula cum ſtragulæ, ueſtes, tapetes, aliaq; multa regia ornamenta fuiſſent inuenta aulea fuerũt appellata. de hoc rege Hora. primo odarum libro, & alibi mentionem facit. Itaq; nec huius munificẽtia. Si qs tot uerbis laudare uoluerit utrãq; uidelicet, & liberalitatem P. R. & gratitudinem Attali regis, quot ciuitates datæ, & redditæ ſunt, dicendo uix ſufficeret.

Aſcenſius.

ASCENSIVS.

LIBERALIS ſup. fuit Po.R. magnitudine muneris q.i. quia dono dedit Attalo Regi Aſiam. ſ. minorem, ſed Attalus etiá gratus ſup. fuit in Po. Ro. æquitate teſtamenti, qui legauit. i. teſtamento reliquit Po. Ro. eandem Aſiam. Itaq; nec munificentia huius. ſ. Po. Ro. nec animus illius. ſ. Attali, tam. i. in tantum memor beneficii poteſt laudari tot uerbis, quot ampliſſimæ ciuitates uel datę ſunt amice. i. amicabiliter a P.R. ipſi Attalo, uel redditę ſunt pie. i. pio, & grato affectu ab Attalo, eidem P.R.

OLIVERIVS.

CÆTERVM neſcio an preci. ſatis conſtat Maſiniſſam Numidarum regem uaria fortuna regno pulſum, bel. Punico ſecundo Africani ſuperioris beneficio in regnum fuiſſe reſtitutú, & uicto Syphace, Cyrtha oppido, & cęteris urbibus, & agris, qui regni fuerant Syphacis, totius deniq; Numidiæ imperio fuiſſe donatú, conſentiente, atq; etiam approbante ſenatu. deinde cum poſt fœdus cerneret, illum auidiorem eſſe in imperio ſuo dilatando, legé ferre iuſſit, quæ Maſiniſſæ ab imperio Po. Ro. ſalutem, & libertatem tribueret. quo beneficio ꝓuocatus Maſiniſſa, unum in terris P.R. precipua fide, ſingulariq; beneuolentia ꝑpetuo coluit, & obſeruauit. adeo ut Hiſpano bello, quod imperatore Lucullo gerebatur, cum ipſe quoq; tam graui, & periculoſo Carthaginienſium bello premeretur, auxilia tamen Romanis petẽtibus miſerit. eoq; propenſius, quo Æmi. Scip. ad ea petenda legatus ueniſſet. nam maluit in regni, & ſalutis ſuę diſcrimine uerſari, q̃ Romanis & Scip. ingratus aliqua ex parte uideri. fuerat enim cum familia Scipionum & hoſpitalitatis & amicitiæ ſummo iure côiunctus, ut diximus. unde Cicero in ſomno Scipionis, Ita loquẽtem Scipionem ĩducit, cum in Africam ueniſſem, Anto. Manilio côſule ad quartam legionem, tribunus, ut ſcitis militũ, nihil mihi potius fuit, quam ut Maſiniſſam conuenirem regem, familiæ noſtræ, iuſtis de cauſis, amiciſſimum, ad quem cum ueni, complexus me ſenex collachrymauit. aliquantoq; poſt in cælum intuens, grates ago, inquit, ſummæ ſol, uobiſq; reliqui cælites, q antequam ex hac uita migro, conſpicio in regno meo, & his tectis P. Cornelium Scipionem, cuius ego nomen ipſe ueneror. Itaq; nunquam ex animo meo diſcedet illius optimi, atq; inuictiſſimi uiri memoria &c. Idem ętate (quod ad centeſimum extenderat annum) & ualetudine pariter confectus, cum uideret ſe non diutius ſupereſſe poſſe, Scipio. qui tum ſub M. Manil. in Hiſpania militabat, per literas ab imperatore acciuit, ut in eius amplexu extremum ſpiritum ſuaq; omnia reponeret, ſic. n. ſe feliciter moriturum dicebat. cuius fatis præcurrentibus aduentũ Scipio. ut uult Vale. nam aliter ſentit Cice. in lib. de ſomno Scip. ut ſupra uidimus, ei teſtamento reliquit rerum omnium ſuarũ poteſtatem, & inter filios, quos ad quinquaginta habuiſſe dicitur, diuidendi regni arbitrium ita legauit, ut quicquid ille ſtatuiſſet, immobile, ſanctumq; foret. mandauit inſuper liberis, & uxori, ut Pop. Rom. & Scipionum familiam, perpetua fide, & obſeruantia proſequerentur. Cæterum neſcio. Ac ſi diceret affirmo. Beneficio. Quia ductu, & auſpiciis Scipionis in regnum reſtitutus. Perſuaſu. ſic enim perſuaſerat ſenatui, benemerito Maſiniſſæ gratiam eſſe referendam. Longa ſe. quia ad centeſimum peruenit annum. Ille cum graui bello Car. cuius dirimendi autor Cato fuiſſe traditur, quẽ ſenatus iter utroſq; diſceptatorem habuit. Scipi. qui ſub Lucullo tum forte in Hiſpania militabat, quo tempore prouocatus ad pugnam hoſtem interemit. Nepos Afri. ſ. ſuperioris per adoptionem. Fatis pręcurrentibus. i. preuenienle morte. diſſentit a Cic. ut diximus. His & horum ſimilibus. Laudat hoc loco gratitudinem, cuius officio dicit benignitatem, beneficentiamq; in hominum pectoribus nutriri, pariter & augeri, incitariq; plurimũ hoies ad promerẽdũ. cõtra uero, ĩgratitudine oẽm pietatis fontẽ exhauriri, beneficentiæ & liberalitatis ardorem extingui, humaná deniq; ſocietatem facile dirimi. Quorum quoniá. quandoquidem exempla cultę gratitudinis diximus nũc neglectę dicam' ut ꝯtrariis contraria magis illuceſcant.

DE MASINISSA REGE.

Cæterum neſcio an præcipue Maſiniſſæ regis pectus grati animi pignoribus fuerit refertum: beneficio. n. Scipionis & perſuaſu regni modo liberius auctus, memoriam inclyti muneris ad vltimum vitæ finem, longa etiam a diis immortalibus ſenectute donatus, conſtantiſſima fide perduxit: adeo, vt eum non ſolum Africa, ſed etiam cunctæ gentes ſcirent amiciorem Corneliæ familiæ, atq; vrbi Roma. q̃ ſibimet ſemper fuiſſe. Ille cũ graui Carthaginienſium bello premeretur, ac vix tutelæ ſuæ imperii ſufficeret, tamen Scipioni Aemiliano, quia nepos Africani erat, bonam magnamq; partem Numidici exercitus, quá Lucullo conſuli, a quo ad auxilia petenda miſſus fuerat, in Hiſpania duceret, promptiſſima mente tradidit, præſentiq; periculo reſpectum priſtini beneficii antepoſuit. Ille cum iam ætate deficiente, magnas regni opes, quatuor & quinquaginta filiorum numero relinquens in lectulo laberetur, Marcum Manilium, qui proconſul Africam obtinebat, literis obſecrauit, vt ad ſe Scipionem Aemilianum, ſub eo, tunc militâtem mitteret: feliciorem mortem ſuam futuram ratus, ſi in complexu dextræ eius ſupremum ſpiritum, ac mandata poſuiſſet: ille aduentum Scipionis fatis ſuis præcurrentibus, hæc vxori, liberiſq; prçceperat: vnum in terris Pop. Ro. & vnam in Pop. Rom. Scipionis domum noſſe: integere omnia Aemiliano reſeruare eum diuidendi regni arbitrum haberent: quod is ſtatuiſſet, perinde vt teſtamento cautum, immutabile ac ſanctum obtinerent. Tot, tamq; variis rebus ſe Maſiniſſa infatigabili pietatis ſerie ac centeſimum extendit annum. His, & horum ſimilibus exemplis, beneficentia generis humani nutritur, atq; augetur. Hę ſunt eius faces, hi ſtimuli, propter quos iuuandi, & emerendi cupiditate flagrãt. Et ſane ampliſſimæ, & ſpecioſiſſimæ diuitiæ ſunt, feliciter erogatis beneficiis, late poſſe cenſeri: quorum quoniam religioſum cultum inſtituimus: nunc neglectum ſugillandi gratia: quo ſit gratior referemus.

ASCENSIVS.

CÆTERVM. i. ſed neſcio. i. dubito, cum ueriſimile ſit, ut credá, an pectus Maſiniſſæ regis. ſ. Numidiæ P.R. amiciſſimi, fuerit referiũ ꝓcipue. i. prę cæteris, pignoribus. i. quaſi foetibus, aut fructibus grati animi. Enim ꝓ qa, ipſe auctus liberius. i. certius & uehementius paulo q̃ decebat, aut liberalius q̃ merebatur beneficio, . i. beneficii auxilio, & perſuaſu . i. perſuaſione actiua (quia perſuaſit ſenatui æquum eſſe, q Maſiniſſæ regnũ auctũ tribueretur) Scip. ſ. Africani maioris modo. i. menſura regni. perduxit cõſtantiſſima fide. i. fidelitate memoriam inclyti muneris ſup. uſq; ad ultimum finẽ uitæ ſup. ſuæ. donatus etiá. i. licet eſſet donatus a diis immortalibus, ſenectute longa. i. diu durante. perduxit iniquá certis ſignificationibus, adeo. i. tantũ, ut non ſolũ Africa. i. Africanos ſed etiá cunctę gentes, ſcirent eũ. ſ. Maſiniſſam, fuiſſe ſemper amiciorem. i. magis fauentem, aut qui plura feciſſet familiæ Corneliæ, in qua erat Scip. atq; urbi Romanæ, q̃ ſibimet. quia certe multa, ut docet Cic. amici cauſa facimus, quę noſtra nunq̃ eſſemus facturi. de iis autem cum iudicat Popu. tanq̃ de ſummo bono, nõ poteſt fieri, quin id prius nobis optemus, q̃ cęteris mortalibus. Probat autem, quod aſſeruit affectibus gratitudinis eius ſubdẽs ille. ſ. Maſiniſſa cum. i. licet præmeretur graui bello Car. ac uix ſufficeret tutelæ. i. ad defenſionem imperii. i. regni ſui, tamen tradidit promptiſſima mente Scipioni Æmiliano, quia erat nepos Africani. ſ. Scipionis maioris bonam. i. fortem, & excellentem, ac magnam partem exercitus Numidici, quam. ſ. partem, Æmilianus ſup. duceret in Hiſpaniam Lucullo conſuli, a quo. ſ. Æmi-

ſianus miſſus fuerat ad petenda auxilia, tradidit dico, & antepoſuit preſenti periculo, in quo erat propter bellum cum Cartha. reſpectū priſtini beneficii. ſ. Scipionis & Po. Ro. ille. ſ. idem Maſiniſſa cum ętate iam deficiente laberetur. i. ad interitum tenderet in lectulo. ſ. decubans, relinquens. i. relicturus iamiamq; magnas opes. i. facultates regni, & numerum filiorum quatuor & quinquaginta, quod ille fieri potuit, ubi tot uxores, quod ſolebāt habebant reges, obſecrauit literis M. Manilium qui proconſul. i. in prouincia conſulari fungens poteſtate, obtinebat Africā. ſ. prouinciā, ut mitteret ad ſe Scip. Æmi. qui per adoptionē id cognomenti aſſumpſerat, militātē tūc ſub eo. ratus mortē ſuā futurā feliciorē, ſi poſuiſſet. i. depoſuiſſet cōplexu dextrę eius in cōplectēdo, & tenēdo dextrā eius, ſupremū ſpiritū. ſ. uitæ, ac mandata, i. cōmiſſa teſtamentaria. ille. affert tertium amicitię teſtimoniū. ſ. dictus Maſiniſſa, ꝑceperat uxori, & liberis hęc. ſ. quæ dicentur. & hoc fatis ſuis præcurrentibus aduentum Scip. i. morte accelerāte prius ꝙ Æmilia. adueniſſet, ꝑceperat. i. ī mādato reliquerat, & admonuerat unum. i. ſolum P.R. & unā. i. ſolam domū Scipionis in P.R. i. inter Ro. noſſe. ſ. ultimam uolūtatem ſuam, & ut haberēt eum. ſ. Scipionem Arbitrū regni diuidēdi. ſ. inter liberos, & obtinerēt. i. haberent id quod is. ſ. Æmilianus Scip. ſtatuiſſet de regni diuiſione, immutabile ac ſanctum perinde ut. i. ac ſi cautum ſup. fuiſſet a ſe teſtamento. i. in ultima uoluntate. Maſiniſſa extendit ſe. i. produxit uitam ſuam, tot & tā uariis rebus, ut. ſ. ex his intelligi poſſunt infatigabili ſerie. i. cōtinuata ꝓceſſione, & oſtenſione pietatis. i. pii affectus in P.R. domumq; Scipionis. His & horum &c. Tranſitum muoli ad narrationē de ingratis, ad quem hæc eſt prefatio, miſſa tum peroratione de gratis, & gratitudinis laudibus. ad hoc. n. proponuntur uirtutis exempla, ut imitemur, unde ea laudat, & uitiorū, ut ea fugiamus. quo circa eadem uituperat. Ordo eſt. Beneficentia generis humani nutritue. i. conſeruatur, atq; augetur his exemplis, & ſimilibus horum. Hæ. i. huiuſmodi gratitudinis ſignificationes ſunt faces. i. incentiua eius. ſ. beneficentię. & hi ſtimuli ſup. eius. propter quos. ſ. ſtimulos genus humanum flagrat. i. ardet cupiditate, iuuandi. ſ. benemeritum, & emerendi. i. euidenter benemerendi de ſe mutuo. Et ſane. i. certe, ampliſſimę, & ſpecioſiſſimę diuitiæ ſunt poſſe. i. ſi poſſunt, aut ꝙ poſſunt cenſeri. i. iudicari, latæ. i. collatæ beneficiis erogatis. i. impenſis felicitee, quia apud gratos. Quorū. ſ. beneficiorum, quoniam nos inſtituimus cultum religioſum. i. anxie, & ſancte obſeruatum, referemus nunc. i. deinceps cultum ſup. neglectum, gratia. i. cauſa ſugillandi. i. uituperandi, & denigrandi, quo. i. ut ſup. cultus religioſe obſeruatus ſit gratior, quia uituperando uitia, gratiores uidētur eis oppoſitæ uirtutes.

THEOPHILVS.

¶SEMPER fuiſſe. caſtiga. Si ſupereſſet antiquis exemplis.

OLIVERIVS.

VRBIS noſtræ parentem ſenat. De ingratitudine, dicit Po. Ro. qui Romulum urbis ſuę conditorem dilacerauit. uariæ ſunt de Ro. morte ſententiæ apud ſcriptores. alii dicunt illum poſt multas res geſtas præclaraq; facinora parta ad immortalitatis gloriam raptum fuiſſe, & quod incredibile dictu, e mediis ciuium oculis euanuiſſe nonis quintilibus, nullum prorſus mortis ſuæ ueſtigium relinquentem. alii, inter quos Liu. dicunt illum a nimbis e media cōcione raptū, cū ad recēſendū exercitū

DE INGRATIS. CAPVT. III.

VRbis noſtræ parentē ſenatus in ampliſſimo dignitatis gradu ab eo collocatus i curia lacerauit, nec duxit nefas ei vitā adimere, qui ęternū Ro. imperio ſpiritū īgenerauerat. Rude nimirū illud, & ferox ſeculū, qđ cōditoris ſui cruore fœde maculatū, ne ſumma qdē poſteritatis diſſimulare pietas poteſt.

DE PO. RO. IN CAMILLVM.

Hunc ingratū lapſæ mentis errorem, cōſentanea noſtræ ciuitatis pœnitentia ſequitur, Virium Romanarum & incrementum latiſſimum, & tutela certiſſima Furius Camillus, in vrbe incolumitatem ſuā tueri non valuit: cuius ipſe ſalutem ſtabilierat, felicitatem auxerat. A Lucio. n. Apuleio Tri. Pl. tanꝗ peculator Veientanę prædę reus factus, duris, atq; (vt ita dicam) ferreis ſententiis in exilium miſſus eſt. Et quidem eo tempore, quo optimo iuuene filio ſpoliatus, ſolatiis magis alleuiandus, ꝙ cladibus onerādus erat: ſed immemor patria tanti viri, maximorum meritorum, exequiis filii, damnationem patris iunxit. At, inquit, ęrario abeſſe Tri. Ple. querebatur quindecim millia æris (tanti nāq; pœna finita eſt) indignā ſummā propter quam Po. Ro. tali principe careret.

capreæ paludem conueniſſet, ibi repente exorta tempeſtas, cū tonitribus, & ingenti uentorū fragore, terrā undiq; operuiſſet, Sol quoq; uelut nocte intempeſta penitus defeciſſet atq; eo ſpectaculo conuerſis inter ſe patribus reliquam multitudinem aufugiſſe ſedata deinde procella, ubi ex tam turbido die ſerena lux rediit regem nuſquam apparuiſſe, famam deinde non obſcure uulgatā, Romu. a pribus infenſis fuiſſe diſcerptū. alii non in capreę palude, ſed in uulcani tēplo dilaceratū tradunt, cum forte ſenatum coiſſet de re. conſulturus, & ex patribus ſuā quemq; regis partem in ſinu clam abſtuliſſet. ad cuius rei tam atrocis ſuſpitionem ex hominum mētibus omnino tollendam, curarūt pres, ut quidā Iulius ꝓculus alba oriundus, genere, opibus, & dignitate primarius inter omnes tum etiā cū rege fide, beneuolētia, & affinitate cōiunctus in concionem deſcenderet, & iureiurando affirmaret, Romulū deſcendēti ſibi in forum occurriſſe, formā longe auguſtiorē humana, dixiſſeq; ſe deorū numerū eſſe trāſlatum. & iuſſiſſe nunciare patribus, populoq; ſuo: utrem militarē diligentiſſime colerent, quia nullę opes tātæ futurę eſſent, quæ illorū armis reſiſtere poſſent. ſe uero progeniē ſuā ꝓpitio munere ſoſpiraturū eſſe perpetuo. cui uiro dicūt mirā fidem traditam eſſe, tū ob coniūctam cū rege affinitatē, tum etiā ob eius uiri probitatē, & acceptum iuſiurandum. & hoc modo depoſitā fuiſſe ſuſpitionē, creditumq; Romulū deū eſſe, quem Quirinum appellantes perpetuo coluerunt. Rude. Excuſat quodammodo Vale. P.R. qui tum rudis eſſet, & ferox, quippe paſtores, & agreſtes omnis prorſus humanitatis expertes. Conſentanei. quia conueniens fuit, ut pœniteret.

ASCENSIVS.

¶VRBIS noſtræ. Hoc eſt primum exemplum ingratorum, qui ut de gratis fecit, a ſenatu Rom. auſpicatur dicens. ſenatus. ſ. Romanus, lacerauit in curia parentem noſtræ urbis, uidelicet Romulum collocatus ab eo in ampliſſimo gradu dignitatis, quia primores urbis eos fecerat. Nec duxit nefas adimere uitam ei, qui ingenerauerat. i. quadam indolis naturali, qua maiores maiorum animos, & facta inſequuntur, ſuſtulerat imperium Rom. non tamen liberos reliquit. hanc autem cædem Romuli Liui. non tacet, ſed ambigue recitat libro. i. eo quod ſenatui dedecoroſa eſt, ſed Romulo forſan debita, ut qui fratrem occiderat, regni Æmulum. Turpitudinem autem facti reiicit autor in tempeſtatem illam ſubiungens. Nimirum haud dubie ſeculum illud ſupple fuit. Rude & ferox, quod maculatum cruore conditoris ſui, id eſt ſuæ urbis, & imperii, Ne quidem, id eſt non etiam ſumma pietas poſteritatis, id eſt eorum, qui poſt Romulum, & eius æquales nati ſunt, qui tam in deos, ꝙ in homines pientiſſimi habiti ſunt, poteſt diſſimulare, ideſt per diſſimulationē purgare, qđ tamen multi conati ſunt.

OLIVERIVS.

¶HVNC ingratum lapſæ mentis uitium Ro. Quot, quātaq; in Po. Ro. beneficia Camil. contulerit in. c. de moderatione abūde ſatis oſtendimus. Eorum igitur immemor P.R. accuſatum a L. Apuleio tri. pl. ꝙ Veientanam prædam depeculatus eſſet, ingrate nimis, ne dicam impie, damnatum, in exilium miſerunt, intercurrente ꝑ eos dies adoleſcentis morte filii. hic igitur publico, hinc priuato incōmodo affectus, Ardeam in exilium profectus eſt. hic tanta in patriam pietate fuiſſe dicitur, ut captis Veiis cum magnam, uel apud deos ex tanta felicite inuidiam populus

contraxiſſe

cõtraxiſſe uideret, Iouē optimū maximū, cęteroſq; deos precatus ſit, ut ſi q̃ tātę uictorię, & felicitatis ultio, Ro. deberet eā totā in ſe unū cõuerterent. qua imprecatione facta dicit̃ graui caſu in terrā eſſe prolapſus, qđ illi fuit certiſſimū futurę dānationis, & exilii prodigiū. Viriū Romanarū incrementū. Quia Capenates, & Phaliſcos adiecit imperio P.R. & quod oium maximū fuit uirtutū ſuarū opus. Veios urbem ea tēpeſtate potentiſſimam, & impii Ro. ęmulam. x. an. a Ro. obſeſſam eo tēpore cępit, quo difficilior obſidētibus, ꝗ obſeſſis erat obſidio. In urbe. ꝗ obſeruauerat, & amplificauerat. Depeculator. direptor, nam peculator dicitur publicæ rei ſurreptor, fur uero priuatæ, ſacrilegus autē ſacratę. Depeculator. Plu. dicit illū accuſatum fuiſſe deſpoliorū tyrrhenorū expilatione, ꝙ fama eſſet portas quaſdā ęneas ex Hetruſcis ſpoliis apud illū eſſe inuētas. Exiliū. nā ſua ſpōte ardeā, pfectus eſt anteꝗ de illo ſentētia ferretur. Equidē eo tēpore. Auget hanc ingratitudinē Val. ꝙ eo tēpore illū fuiſſe dānatū dicat, quo Po. Ro. illū potius cõſolari debuerat de morte filii, dicit̃ cū excederet conuerſus ad capitoliū geminas tendens ad ſidera palmas eos eſſe pcatus ut quemadmodū innoxius, inuidia tanti elicere tur, ita quoq; Ro. ſui facti, & ingratitudinis pœnitentia breui caperentur, & ipſius opera in oium mortaliū cõſpectu indigerent, Camilliq; deſyderio tenerent̃. in hoc Achillē imitatus aduerſus ciues. Exequiis iniunxit. Quia uix filii exequias celebrauerat, cum in exiliū relegatus eſt. Quindecim mil. æris. Abſens dānatus eſt. xv. aſſium millium, qui numerus ad argenti rationem conficit mille, & quingentas dragmas. nam argenteus aſſis eſt, unde denarius dictus quaſi dena æra. Adhuc. q. d. nondum tacente. Vibrante. tranſlatio ſumpta a telo, ſiue ſagitta, quod cum miſſum fuerit, uibratur, & anteꝗ uibrare deſierit, aliud telum mittitur.

ASCENSIVS.

¶HVNC &c. Ordo eſt. Pœnitentia .i. facinus pœnitendum & quod pœnitētia inſecota eſt noſtrę ciuitatis .ſ. Romanæ, cõſentanea .i. cõformis facto maiorū, ſequit̃ hunc errorem ingratū .i. p ingratitudinē mētis lapſæ .ſ. i peccatū. Hoc eſt (ꝗtū intelligo) ꝗa fœdiſſimū erat ſcelus maiorū i Romulū. & natura peccati talis eſt ut niſi ſubito per pœnitentiā deleatur, ad aliud peccatū ęque graue, aut grauius trahat. Romani multo poſt, lapſi ſunt in cõſimile peccatū erga Camillū, qui ſecūdus urbis cõditor eſt habitus. uel pœnitētia quodāmodo pro peccato hic accipit̃, hoc eſt effectus pro ca, pœna pro cõmiſſo, nā nō eſt penitētia niſi pceſſerit peccatū. Probat autē quod aſſumpſit dicēs. Furius Camillus ens ſup. latiſſimū incremētū uiriū Romanorū, & tutela fortiſſima, nō ualuit tueri .i. protegere, & tutā cõſeruare incolumitatē ſuā in urbe .ſ. Roma cuius ſalutē ipſe ſtabilierat .i. cõfirmauerat, & cuius felicitatē auxerat. Enim .i. ꝗa ipſe factus reus .i. accuſatus a L. Apuleio Tribuno plebis, tanꝗ depeculator .i. interceptor, & defraudator, ad peculiū ſuū, quod publicū eſſet cõuertens, pdæ Veientanę .i. ex Veiis ab eo captis partæ, miſſus eſt in exiliū ſententiis duris, atq; ut ita dicā, ferreis. Et quidē eo tempore, quo ipſe ſpoliatus .i. orbatus optimo filio erat magis alleuandus ſolatiis, ꝗ onerādus cladibus. Sed patria immemor maximorū meritorum tanti uiri iunxit exequiis filii dānationem patris. At .i. ſed ſup. patria ſe purgās, inquit, Tribunus plebis, uidelicet L. Apuleius quę rebat̃ quindecim millia ęris abeſſe ęrario .i. fiſco publico (namq; pœna tanti .ſ. æris finita .i. definita eſt) appoſitorie indignam ſummam .i. quę quindecim millia æris, ſunt ſumma indigna propter quam P.R. careret tali principe. Et ita accuſatiuus ſummam regatur a uerbo abeſſe, quod potius dixero, ꝗ ut ſubaudiatur o, & ſit o, ſummam indignam. OLIVERIVS.

¶PRIORE adhuc querela Africanus ſuperior. De ingratitu

IN SCIPIONEM MAIOREM.

Priore adhuc querela vibrāte, alia deinceps exurgit. Africanus ſuperior, non ſolū cõtuſam, & confractā belli Punici armis rēp. ſed pene iam exãguē, atq; morientē, Carthaginis dominā reddidit: cuius clariſſima opera iniuriis penſando, ciuitatis ignobilis eū, ac deſertæ paludis accolam fecerunt: eiuſq; voluntarii exilii acerbitatē nō tacitus ad inferos tulit, ſepulchro ſuo inſcribi iubendo, Ingrata patria ne oſſa quidem mea habes. Quid iſta aut neceſſitate indignius, aut querela iuſtius, aut vltione moderatius? cineres ei ſuos negauit, quam in cineres collabi non fuerat paſſus. Igitur hanc vnā Scipionis vindictam ingrati animi vrbs Ro. ſenſit: maiorē me hercle Coriolani violentia. Ille. n. metu patriam pulſauit, hic vere cundia de qua ne quæri quidem (tanta vere pietatis conſtantia) niſi poſt fata ſuſtinuit.

dine loquitur P.R. erga Scipionem Afri. ſuperiorem, quam eo grauiorē oſtēdit, quo plura illius merita in remp. & maiora fuiſſe demonſtrat. nā ideo Scip. laudes cõmemorat, ut indignitatē ipſam exageret, & ingratitudinem quodāmodo deteſtet̃. fuit autē, ut diximus, accuſatus, ꝙ Antiochenſem prędā uſurpaſſet, & a rege Antiocho pecuniā accepiſſet, ut cõditionibus gratioſis, & mollibus pax cū eo Po. Ro. noīe fieret. Car. dñam. ꝗa illā P.R. tributariā fecit. Accolā. habitatorē. Incola dicit̃ qui ea loca inhabitat in quibus perdita patria ſedē poſuerit quaſi aduena, & inquilinus. accola uero qui iuxta habitat, quaſi propinquus, & uicinus. hic ergo Linterni iuxta paludē reliquū ſuæ uitæ tēpus cõſumpſit. Vici ignobiliter. Diſſentit a Stra. Val. nō. n. uicus ſed oppidū Linternū dicit eſſe Stra. li. v. in deſcriptione cāpaniæ, ppe mare, inq̃t, poſt Sineſſam, Linternū eſt oppidū, ubi prioris cognomēto Scipionis Afri. ſepulchrū iacet, ibi. n. extremā cõſumpſit ætatem, omiſſis ppter aliquorū ſimultatem reip. negociis. Sepulchro ſuo inſcribi iub. Sic .n. teſtamento legauerat, ut ſepulturæ ſuæ titulus ille inſcriberetur. Ingrata patria ne oſſa mea quidē habebis. de ingratitudine iſta, alii alia ſentiūt. ego uero nec maligna relatione inſectandam, nec prolius excuſandā eſſe duco. neq; .n. ciuitatem illam gratā unꝗ dicere auſim, quę pſtantiſſimi uiri ſimul, & innocentiſſimi tanꝗ de ſe optime meriti negligenter adeo, & abiecte tulerit ignominiā, ut ſeruatorē ſui cædere ex urbe maluerit, ꝗ paucorū furorē, audaciamq; reprimere. nec tā uituperare, ꝗ uituperandā cenſerē, ſi ad eā iniuriā inferendā tuliſſet manus. uerum ſenatus, ut oēs autores aſſeuerant, Tib. Graccho, Scipionibus opē ferēti aduerſus accuſatores gratias egit, & plebis relictis tribunis accuſatoribus per oia templa urbis Africanū ſecuta, facile declarauit, ꝗta beneuolentia, ꝗtoq; honore dignum cēſeret Scipionum nomen. Quid illud, ꝙ ampliſſimos illi, & prope diuinos honores aliquādo detuliſſe fertur, quos ille recipere nō ſuſtinuit, cum cū ppetuū cõſulē, dictatoremq; creare uoluerit, cū ſtatuas illi in comitio, in roſtris, in curia, in capitolio fieri decreuerit. nō ne grati animi ſigna ſunt nō obſcura? qđ ſi ex talibus indiciis ciuiū animi metiēdi ſunt, non tamen ingrata ciuitas in abiiciendā beneficiorū memoria, q in toleranda iniuria, lenis molliſq; cenſenda erit. pauci .n. fuere q reliquis indignantibus, tale facinus audiendum putarent. ſunt etiā qui putant nunꝗ Scipio. fuiſſe dānatum, ſed glorię ſatietate captū, cõſtituiſſe procul a foro, & ambitione getā agere uitam, & hunc ſibi locū, quaſi ad id aptū delegiſſe. cæterum illud uериſimilius eſt, Scipionē, ut erat magni, & ſapientis animi homo, inimicorū inuidiā facile contēnentē, cædere ex urbe maluiſſe, ꝗ inteſtamētis diſcordiis ciuitatem euertere. Quid autē iſta neceſſitate, ꝗa inuitus de patria cõqueſtus eſt? Vltione, ꝗa hoc modo denegando patriæ ſuę oſſa, de illa quodāmodo ultus eſſe uidetur. cum magna quidē modeſtia, quia nō armis, nō bello, nō denique ulla ui iniuriam uindicandā eſſe cenſuit, ut Coriolanus, ut Alcibiadis, ut multi alii, qui patria pulſi, patriæ bellū intulerunt. De ſepulchro tamē & exilio Scipionis uaria tradidere ſcriptores. Alii Rom. mortuū relatū fuiſſe ſcribunt, & ad fidem huius rei monimentū ad portā capenam ei factū, & tres ſtatuas ſuper locatas ferunt, quarū duę P. & L. Scipionū dicūtur eſſe, tertia Ennii poetę. huic ſententię illud Cic. ſuffragari uidetur. charus, inquit, Afric. ſuperiori fuit ni En. & Pli. li. vii. naturalis hiſt. prior inquit Africanus Q. Ennii ſtatuam ſepulchro ſuo imponi iuſſit, clarumq; illud nomen. immo uero ſpolium ex tertia orbis parte raptum in cinere ſupremo cum poetæ titulo legi. Alii autores ſunt, inter quos & Val. & ea uulgatior fama eſt, Linterni Afri. mortuū, ibiq; ſepultū ut ſupra diximus, monimentū ei factū, ac ſtatuā ſuppoſitā, ꝗ noſtra tēpeſtate diſiectā Li. ſe uidiſſe teſtat̃. pte

Scipi nis in R.mer

ea apud Caietā in marmoreo ſepulchro, æneaq; urna hęc inſcripta reperiuntur. Deuicto Han. & capta Car. & aucto imperio, hos cineres marmore lector habes. Cui.n. Europa non obſtitit Africa quondā, reſpice res hominum q̃ breuis urna p̃mit. periit autē Scip. iiii. & .l. ſuę ętatis anno. Maiorē, me her. Ille.n. ratio, cur maior fuerit uindicta.

IN SCIPIONEM ASIATICVM.

Talia paſſo (credo) quæ fratri eius acciderunt, ſolatio eſſe potuerunt: cui rex Antiochus deuictus, & Aſia imperio Po. Ro. adiecta, ſpecioſiſſimuſq; triū phus, vt peculatus reus fieret, & in carcerem duci iuberetur, cauſam præbuit.

IN AFRICANVM POSTERIOREM.

Nihilo virtute minor poſterior Africanus: ſed nec exitu quidē felicior: duabus enim vrbibus Numātia, atq; Carthagine imperio Ro. imminentibus, ex rerum natura depulſis, raptorem ſpiritus domi inuenit mortis punitorem in foro non reperit.

IN SCIPIONEM NASICAM.

Quis ignorat tantum laudis Scipionem Naſicam toga, quantū armis vtrunq; Africanum meruiſſe? Qui peſtifera Tiberii Gracchi manu faucibus oppreſſam Rempu, ſtrangulari paſſus non eſt: ſed is quoq; propter iniquiſſimam virtutum ſuarum apud ciues æſtimationem, ſub titulo legationis Pergamū ſeceſſit. Et quod vitæ ſuperfuit, ibi ſine vllo ingratæ patriæ deſyderio peregit.

ASCENSIVS.

PRIORE querela.ſ. de ingratitudine Po. R. uibrante.i. micante, & ſe oſtentante, alia.ſ. q̃rela exurgit deinceps. Afri. ſuperior.i. maior reddidit eam p.ſ. Roma. nō ſolum contuſam, & cōfractā armis bel. Pu. cōtra Hāni. geſti, ſed pene.i. quaſi iā morientē, & exanguē reddidit dico, dominā Car. quia eā Po. R. tributariā effecerat. Cuius.ſ. Africani P. R. penſando.i. cōpenſando, & p̄miādo clariſſima opa iniuriis, fecerūt eū accolā uici ignobilis ac paludis deſertę.ſ. iuxta Linternū, quo in exiliū abiit. Et tulit ad inferos nō tacitus.i. non tacens acerbitatem eius exilii uolūtarii iubendo inſcribi ſepulchro ſuo, Ingrata patria.ſ. R quidē nō ſaltem habes oſſa mea. Quid (inq̃t autor) indignius ſup. fuit iſta neceſſitate.ſ. iuſte q̃rendi de patria aut iuſtius iſta q̃rela, aut moderatius illa ultione? q.d. nihil. Quia negauit.ſ. patriæ ſuæ cineres ſuos, quam non fuerat paſſus collabi in cineres, cū Hāni. libenter flāmas ei intuliſſet. Igitur urbs R. ſenſit hanc unā uindictā.i. ultionem actiuam, Scip. ſuperioris animi ingrati.ſ. P. Ro. (miſcet ergo genitiuos, ut pote actiuum cū paſſiuo, nā uindicta ſeu ultio Sci. actiua eſt, ingrata animi paſſiua) ſenſit tamen me hercle.ſ. ita iudicante, ut quod dico ſenſit maiorem ſup. uindictam uiolētia.i. q̃ fuerat uiolentia Corio.ſ. Marcii.n. pro quia, ille.ſ. Corio. pulſauit.i. infeſtauit patriam.ſ. Romam metu, hic.ſ. Sci. pulſauit ſup. eam uerecundia, quæ grauior eſt metu, quia metus cadit etiam in eum, qui non peccauit, uerecundia non niſi in peccati ſui conſcium. De qua.ſ. patria, ne quidem.i. non ſaltē queri.i. conqueri ſuſtinuit.i. ualuit, aut uoluit niſi poſt fata.i. mortem ſuam iubendo, ꝙ dictū eſt ſepulchro ſuo inſcribi. Tanta conſtantia ueræ pietatis ſupple fuit in eo.

THEOPHILVS.

VICI omnes. antiqui codices habent ciuitatis.

OLIVERIVS.

TALIA paſſo. nō minori fuit ingratitudine in fratrē eius L. Sci. quem deuicto Antiocho, domita Aſia, & illuſtrato imperio, peculatus damnare, & in carcerem mittere non dubitauerit. cui iudicio tam impio, tamq; iniquo T. Grac. Sci. inimicus, illa indignitate cōmotus nō diſſimulante intercęſſit Luciumq; Scip. e lictorū manibus eripuit. Siquis igitur quæret ex Afri. qualis fuerit P. R. erga fratrē eius, reſpondebit nihilominus ingratum, q̃ in ſeipſum. Credo potuerūt eſſe ſolatio. Hironice loquit̃. Alia .ſ. documēta ingratitudinis. Peculatus, accuſatus fuerat, ꝙ Aſiaticā p̄dam uſurpaſſet, ut in. c. de fiducia diximus, ubi frater eius Afri. p̄latū librū, in quo totius pecuniæ ſumma cōtinebat̃, in cōſpectu populi diſcidit, affirmās ſe poſſe rationē reddere ſed nolle, ne ſeipſum contumelia afficeret. fuerat enim ut diximus, fratris legatus in Aſia.

ASCENSIVS.

TALIA paſſo. Subinfert exem. ingratitudinis eiuſdē populi in L. Scip. Aſiaticū fratrem dicti Scip. dicens. Ego credo ſup. paſſo talia.ſ. Scip. ſuperiori, ea quę acciderunt fratri eius.ſ. Lucio potuerunt eſſe ſolatio, Iuxta ꝙ dici ſolet, ſolatium eſt miſeris, ſocium habere in pœnis. quod ſane miſerū eſt, & pręcipue in inferno, ubi ſecūdū Au. nō minus, immo grauius ardebūt, q̃ cū multis ardebūt. Cui.ſ. Lucio Aſiatico fratri eius, rex Antiochus deuictus, & Aſia adiecta imperio P. R. & triumphus ſpecioſiſſimus, ob quē debebat eſſe charus P. R. p̄buit cām.i. occaſionē ut fieret reus peculatus .i. defraudatæ reip. & iuberet̃ duci in carcerem: non tamen ductus eſt uetante id Tib. Grac. ut prius dictum eſt.

OLIVERIVS.

NIHILO uirtute poſterior. Hoc exem. in. c. de modera. prolixe ſatis narrauim⁹. dicit Afri. inferiorē, & uirtute, & fato parē fuiſſe ſuperiori. Imminentibus. ingruentibus. Raptorē. reſpondit obiectiōi, poſſet aliquis dicere, nihil eſt, quod ingratitudinis P. R. accuſes. neq; .n. Scipio. fecit iniuriā; ſed innocēs fuit. non ita eſt, inquit, nā in eo, qđ de eius morte nullā in foro quęſtionē habuit, iniuriam Scip. maximā fecit. nā paſſus eſt indignam, & nefariam eius cædem inultā. Varia ſuſpicati ſunt hoīes de morte eius, alii C. Carbonē, alii Semproniā uxorē, ut ſupra diximus, autorē mortis fuiſſe crediderūt.

ASCENSIVS.

NIHILO uirtute minor. Perſtat more ſuo in eadē familia dicens. Africanus poſterior (qui etiā minor dici ſolet, non quidē uirtute, ut hoc loco atteſtatur Vale. ſed tēpore) nihilo.i. in nullo minor.i. inferior.ſ. q̃ ſuperior, aut q̃ Lucius Scip. ſed ne felicior quidem exitu.i. morte. Enim pro quia duabus urbib⁹ imminētibus.i. inſidiantib⁹, & infeſtis Roma. imperio, uidelicet Numātia in Hiſpa. & Car. in Africa depulſis.i. ui deletis ex natura rerū inuenit domi.ſ. ſuæ raptorem ſpiritus.ſ. uitæ ſuæ, & non reperit in foro punitorem mortis ſup. ſuæ. quia nemo a quo interfectus eſſet diſquiſiuit, nec quenquam ad ſupplicium expoſtulauit.

OLIVERIVS.

QVIS ignorat. Hic iunioris Africani patruelis fuit, qui totius populi iudicio optimus omnium iudicatus eſt, quo tempore deorum mater Peſinunte Rom. aduecta eſt, cum nondum in urbe templum illi dedicatum eſſet, & ex oraculo Apollinis ab omnium optimo ſuſcipienda foret. diu quęſitum eſt, quis nam in urbem tanto titulo dignus haberetur. Ad hunc Scipionem ſummo omnium iudicio uentum eſt, qui tantiſper numen penato ſuſciperet hoſpitio, donec illi publice templum conſtitueretur. hic quoq; Ti. Grac. ſeditioſiſſimi hominis furores repreſſit. nam illum leges agrarias contra ſenatus autoritatem, ut diximus ferre molientem, & remp. uariis ſeditionibus euertentem cum multitudine bonorum, impetu facto ſubſelliorum fragmentis occidit. multaq; alia in remp. merita contulit, illū tamen falſo accuſatum, ſub titulo legationis, uoluntarium in Aſiam exilium ſibi deligere coegerunt. Strangulari. ſuffocari, ſtrāgulari proprie dicitur gulam ſtringere. Paſſus non eſt. quia Grac. occidit. Iniquā quia a tribunis agitabatur. Titulo legationis. ut tutius uet. nā cum grauis plebi foret Tib. mors, tanquam uindicta aduerſus interfectores, & in primis Naſicam pararetur, ſollicitus de ſalute Naſicę ſenatus, liberam ſibi in Aſiam legationem decreuit. Naſica quanq̃ maximo ſacerdotio eſſet alligatus, tamen Italiam deſeruit, & in Aſiam profectus, haud multa poſt circa Pergamum interiit. Pergamum ciuitatem Aſiæ. eſt enim Pergamum teſte Strabone libr. xiii. Aſiæ ciuitas inter Æoli ciuitates principatum obtinens, quæ diu ſub Attalicis fortunata fuit. hanc præterfluit Caicus per campum qui Caicus appellatur.

ASCENSIVS.

QVIS ignorat &c. Perſeuerat (ut dixi) quantum poteſt in continuandis exemplis unius domus Corneliæ, ſeu Scipio. quæ, cum eſſet optime merita de patria, iniquiſſimam recepit

ab ea

ab ea mercedē. Ordo eſt. Quis ignorat Scipionē Naſicam, qui optimus ciuiũ a ſenatu iudicatus eſt meruiſſe tãtũ laudis ſup. in toga. i. urbe, ubi toga induebãtur Ro. quantũ utrũq; Africanũ . ſ. tã ſuperiorē, quã poſteriorē armis. i. in rebellica. q. d. nemo, q & illum, & hos norit. utpote qui non eſt paſſus rēpu. oppreſſam faucibus. i. in faucibus, aut habētē oppreſſas fauces ſuas peſtife ra manu T. Gracchi, ſtrãgulari. i. ſuffocari & extingui ab ea. Sed. i. & nihilominus, quoq; . i. etiã is. ſ. Naſica receſſit. i. abiuit tãquã in exiliũ, ſub titulo legationis Pergamũ, ciuitatē il lã Aſiæ nobiliſſimã ꝓpter iniquiſſimã æſtimationē uirtutũ ſuarũ apud ciues. Et peregit ibi . ſ. Pergami, ſine ullo deſiderio patriæ ingratæ, ſup. id uitæ, qđ ſuper fuit. i. reliquum ei fuit. quod quia paululum fuit, per partitionem apte locutus eſt.

OLIVERIVS.

IN eodẽ noīe uerſor. Hic P. Lẽtulus de gẽte Cornelia fuit, de qua Lentulus ille natus eſt, qui cũ Catilina in rẽpu. cõiurauerat, & a Cice. cõſule cũ aliis coniuratis necari iuſſus eſt. nã ea cauſa in coniuratione uenerat, q ſe principẽ omniũ futurũ ſperaret, eo qđ oraculũ fuit tribus e gente Cornelia deberi rẽpub. Ro. & unũ ex his ſe tertiũ eſſe exiſtimabat, ſed eſt opinione deceptus. hic ergo Lentulus, de quo legimur, primus C. Grac. & Fului, q per ſeditionẽ Auentinũ cũ armata manu occupauerat, ipetũ, furoreſq; repreſſit. cõſule L. Opimio, cui ſumma poteſtas a ſenatu data fuerat, ut caueret, ne qd detrimẽti reſpub. caperet. hic igitur pro re. a tãta ſeditione liberata, id præmii recepit, ut paulopoſt ſub ſpẽ legationis in exilium miſſus fuerit. In Auẽtinũ. quo Grac. & Ful. eius collega, cum cæteris cõiuratis ſe receperant. Magnis uulneribus exceptis. cum Grac. de Auentino monte, quem cum armata multitudine occupauerat, fortiter deturbaſſet, illumq; ad pontem uſq; Sublicium inſectatus eſſet donec ſuæ temeritatis pœnas dediſſet, ipſe grauiter uulneratus eſt. Inui. & obtre. inuidiam inter impares cum minor inuidet maiori, obtrectatio uero inter pares. Libera lega. Vt tuto poſſet ire quocunq; uellet, erat autem hæc honeſta exilii conditio. Quinq; igitur deinde. Concludit hoc exemplum cum hac ingratæ ciuitatis nota, ut dicat in quinq; nobiliſſimos gẽtis Corneliæ uiros de ſe optime meritos ingratiſſimã extitiſſe.

ASCENSIVS.

IN eodem. Affert quintũ eiuſdẽ familiæ exemplũ dicẽs. Ego uerſor in eodẽ nomine. ſ. Scipionũ, aut gentis Corneliæ. Quia ego nec dũ. i. nõ adhuc exhauſi. i. euacuaui, & expleui q̃relas. ſ. iuſtas de ingratitudine patriæ gentis Corneliæ. i. quas gens Cornelia de patria facere poſſet. Nãq; Pub. Lẽtu. ciuis clariſſimus, & amantiſſimus reipu. cum diſpuliſſet ex Auentino. ſ. colle, in quẽ Grac. & Ful. per ſeditionem receſſionem fecerat, nefarios conatus, & aciem. ſ. inſtructam aduerſus patres conſcriptos & hoc, magnis uulneribus exceptis. i. acceptis euidenter. ſ. ab ipſo Lentulo, pugna pia. q a pro ſalute reipub. ac forti, quia contra maximam urbis partem, tulit. i. aſportauit hanc mercedem illius ꝓlii, quo retinuerat in ſuo ſtatu leges, pacem. i. cõcordiã, & libertatẽ . ſ. Romanã, hanc dico mercedẽ, ne quidem. i. ut ne ſaltẽ moreretur in noſtra urbe, hoc eſt Ro. Siquidẽ. i. quãdoquidẽ ipſe cõpulſus inuidia, & obtrectatione. ſ. malignantiũ, legatione. i. ꝓfectione, aut uoluntario exilio ad conſeruandum honorẽ eius nomine legationis palliato, impetrato a ſenatu, & cõcione. i. oratione ad populum conuocatum habita, qua. i. in quam cõcione petiit a Diis immortalibus, ne reuerteretur unquã ad populum ingratum, profectus eſt in Siciliam, & morando ibi perſeueranter fecit ſe compotem uoti, quia nunquam deinde in patriam reuerſus eſt. Igitur quinq; Cornelii. i. gentis Corneliæ uiri, deinde . i. continui, ſunt totidem. i. etiam quinq; exempla patriæ ingratæ. atq; quidem receſſus. i. abitiones in exilium horum. ſ. iam dictorum ſup. fuerunt uoluntarii, cũ ſecus ſit de eo, quod ſequit.

IN LENTVLVM.

In eodem nomine verſor, necdũ Corneliæ gẽtis querelas exhauſi: Namq; P. Lentulus clariſſimus, & amantiſſimus Reip. ciuis, cũ in Auẽtino Caii Gracchi nefarios conatus, & aciem pia, ac forti pugna, magnis vulneribus exceptis, fugaſſet: prælii illius, quo leges, pacem, libertatemq; in ſuo ſtatu retinuerat, hanc mercedẽ tulit, ne in noſtra quidẽ vrbe moreretur. Siquidẽ inuidia, & obtrectatione cõpulſus, legatione a Senatu libera impetrata, habitaq; concione, qua a Diis immortalibus petiit, ne vnquã ad ingratũ populũ reuerteretur, in Siciliam profectus eſt, ibiq; perſeueranter morando compotem ſe voti fecit, quinq; igitur deinde Cornelii, totidem ſunt notiſſima ingratæ patrie exempla, atq; horum quidem receſſus voluntarii.

IN HALAM SER.

Hala vero, cum magiſtrum equitum Spurium Melium regnum affectantem occidiſſet, cuſtoditæ libertatis ciuium, exilio ſuo pœnas pependit.

Cæterũ vt Senatus populiq; mens in modũ ſubitæ tempeſtatis concitata, leui querela proſeq̃ẽda eſt: Ita ſingulorũ ingrata facta liberiore indignatione ꝓſcindẽda ſunt: quia potẽtes cõſilii, cũ vtrũq; ratione perpendere liceret, ſcelus pietati prætulerunt.

OLIVERIVS.

HALA uero. Fames urbẽ inuaſerat, uel malignitate tẽporũ, q anni fuiſſent ſegetibus aduerſi, uel negligentia plebis, q cõcionũ dulcedine capta, deſerto agrorũ cultu, coluerat urbẽ. nã utrũq; tradit. Spu. Melius eques Ro. illis tẽporibus prædiues, rẽ utilẽ peſſimo exẽplo, peiore cõſilio, eſt aggreſſus. nã frumẽto priuata pecunia coempto, largitiones frumẽti in populũ fame laborantẽ facere inſtituit. ut hoc munere plebs ſibi obnoxia facta, honores demãdaret. nec hoc cõtentus, de regno cœpit agitare. iãq; cõiuratio parabat, nã tela in eius domũ cõferri, cõcioneſq; haberi, & nõ dubia de regno conſilia. quod cum ſenatui nunciatũ eſſet, primo cõſules increpare, q eas largitiones, cœtuſq; in priuata domo fieri permitterent. Deinde dictatorem dicẽdũ cẽſuit, creatus eſt L. Qu. Cincinnatus qui C. Seruil. Halam magiſtrũ equitum dixit, qui miſſus a dictatore ad Meliũ, ut illũ ad ſe deduceret, cũ uenire recuſaſſet, eũ ſtricto gladio inſecutus, obtruncat. reuerſus deinde a dictatore laudatur, q rẽpub. liberaſſet. uerũ paulopoſt dãnatum Halam P. R. in exiliũ ire coegit, Cice. in Catone maiore. L. Q. Cinnati iuſſu magiſter equitum Seruilius Hala, Spurium regnum affectantem occupatum interemit. Plin. de uiris illuſt. Q. Cincinnatus depoſita dictatura ad agriculturam reuerſus, iterum poſt. xx. annos dictator dictus, Spurium Melium regnũ affectantem a Seruilio Hala magiſtro equitum occidi iuſſit, domum eius ſolo adæquauit, unde locus æquimelium dicitur.

Spu[illegible] Meli c[illegible] des.

Æq[illegible] Meliu[illegible]

ASCENSIVS

HALA uero &c. Ordo eſt. Illi quidem in uoluntarium abierant exilium, uero pro ſed Hala, ſcilicet Ser. cum ipſe magiſter equitum (Male legunt quidam magiſtrum, ut referatur ad Melium quod nequaquam uerum eſt) dictus. ſ. L. Qu. Cincinnato, occidiſſet (iuſſu tamen dictatoris) Spu. Melium, ciuem potentem, & ambitioſum, affectantem regnum. ſ. in urbem iam liberam, pependit exilio ſuo pœnas libertatis ciuium cuſtoditæ . ſ. ab eo, hoc eſt pro cuſtodia libertatis exilium recepit.

OLIVERIVS.

CÆTERVM ut. poſtquam de publica ingratitudine dixit, tranſit ad priuatam, & illam dicit maiori nota cenſendam, q in uulgo nulla ſit peritia, ſed in modum ſubitæ tempeſtatis concitetur, ſingulis autem, perpendendi beneficii datam eſſe poteſtatem. Leui querela. quia imperitia obſiſtit uulgo, ne poſſit ius ab iniuria diſcernere. Proſcindenda. dilaceranda, onerãda conuitiis. Perpendere. Examinare. Sce. pietati. Ingratitu. gratitudini præpoſuerunt.

ASCENSIVS.

CÆTERVM &c. paraſceue eſt ad ſingularis Ingratitudinis exempla, ad quæ tranſitum parat. Ordo eſt. Cæterum. i. ſed, ut, id eſt quemadmodum mens ſenatus, id eſt patrum conſcriptorum, qui multi erant, & Populi. ſ. Roma. qui multo numeroſior, concitata, id eſt commota, & agitata, & ad iram incitata, in modum tempeſtatis ſubitæ, id eſt ſubito ortæ, eſt proſequenda . i. afficienda leui, id eſt facili, & modica querela, ita ingrata facta

DE P. SEXTILIO.

Qvo enim nimbo, qua procella verborū, impiū Sextilii caput obrui meretur? quod L. Cæſarem, a quo tum ſtudioſe, tum etiam feliciter grauiſſimi criminis reus defenſus fuerat, Cinnanæ proſcriptionis tempore profugum, preſidium ſuum in fundo Tarquinienſi cladis cōditione implorare, beneficii iura repetere coactum, a ſacris perfidæ menſæ, & altaribus nefandorū penatū auulſum, truculento victori iugulandū tradere non exhoruit: finge accuſatorem eius fortuna publica in ſupplicis nomen cōuerſum, tam luctuoſam illam opem genibus annixum oraſſe, crudeliter tamen repulſus videretur: quinetiā quos iniuriæ inuiſos faciunt, gratioſos miſeriæ reddunt. Verum Sextilius non accuſatorē, ſed patronū ſæuiſſimæ inimici violētiæ ſuis manibus obiecit: ſi metu mortis, vita īdignus: ſi p̄mii ſpe, morte digniſſimus.

DE CN. POPILIO LENATE.

Sed vt ad alium conſentaneū huic ingrati animi actum tranſgrediar, M. Cicero Cn. Popiliū Lenatē, Picenæ regionis, rogatu Marci Cælii, non minore cura, ǵ eloquentia defendit: eumq; cauſa admodum dubia fluctuātem, ſaluū ad penates ſuos remiſit: hic Popilius poſtea nec re, nec verbo a Cicerone læſus, vltro M. Antoniū rogauit, vt ad illum proſcriptum perſequendū, & iugulandū mitteretur: Impetratiſq; deteſtabilis miniſterii partibus, gaudio exultans, Caietā cucurrit, & virū omitto, q; ampliſſimæ dignitatis, certæ ſalutis eius autorem, ſtudio præſtantis officii priuatim ſibi venerandū, iugulū præbere iuſſit: ac protinus caput Romanæ eloquentiæ, & pacis clariſſimam dexterā, per ſummū, & ſecurum otium amputauit: eaq; ſarcina, tanquam optimis ſpoliis alacer in vrbem reuerſus eſt: neq; enim ſceleſtū portāti onus ſuccurrit, illud ſe caput ferre, quod pro capite eius quondam perorauerat. Inualidæ ad hoc monſtrū ſugillandū literæ, qm̄ qui talē Ciceronis caſum ſatis digne deplorare poſſit, alius Cicero non extat.

ſingulorū, ſunt p̄ſcindenda. i. digna ſunt, q p̄ſcindanť indignatione liberiore, & ita maiore. q. a. ſ. ſinguli potētes cōſibi, cū liceret eis perpendere, æſtimare utrūq;. i. utrāq; partem, tam piā ǵ impiā, tā gratā, ǵ ingratā, rationali diſcretione, aut calculo ualorū, p̄tulerūt pietati ſcelus. i. p benefactis iniuriā retulerunt. Sane ex hoc loco uiť poſſe p̄bari principatū unius eſſe meliorē ǵ pluriū, qđ qdē uerū eſt, ſi illi plures boni nō fuerint, Nam licet (qđ dici ſolet) plus uident oculi, ǵ oculus, tn̄ in multitudine cōfuſa, ſæpe pars maior meliorē ſuperat, & ita licet bonorū exilium oībus bonis diſplicuerit, tn̄ q̄a placuit malis, qui multo plures ſunt, & ſentētiæ tales pluralitati uocū conceduntur, difficilius eſt multitudinem, ǵ ſingulos, qui a nullo coacti ſunt, recte iudicare. quo circa minus multitudo peccare, ǵ ſinguli uideť ideoq; multitudini parcendū eſſe cautum eſt.

Princi‹patum› u‹n›ius plu‹rium› me‹li›orem eſ‹t›.

OLIVERIVS.

¶ QVO nimbo. Q. hic Sextilius poſtulatus fuerat maieſtatis cōtra Syllā Ca. Cæſar tūc orator eximius in ea accuſatione defendit. orta de inter Cinnā, & Carbonem conſules ſeditione peſtifera, pulſus ex urbe Cinna, cū pauloposť Mario cōiūctus urbē cœpiſſet, de inimicis grauiter ultus eſt, quorū alios in urbe trucidauit, alios ī tabella proſcriptos expoſuit, inter quos fuit & hic C. Cæſar orator, q Tarquinos Hetruriā fugiens ad Sextiliū ueterē cliētem ſuū diuertit, apud quē tutā ſalutē ſuā fore ſperabat, cuius ipſe ſalutē aliquādo p̄texiſſet. Ille uero cōtra ingratiſſimus, & impius homo, & patronū, & hoſpitē p̄didit. Nimbo. impetu. Qua p̄cella. quo turbine. & eſt trāſlatio ſumpta a tēpeſtate. Criminis re. maieſtatis cōtra Syllam. hic eſt Cæſar cuius meminit Cice. in lib. de oratore, & illū introducit de arte diſputantē. Cinnanæ p̄ſcr. Nā poſt reditū Marii, Cinna collegæ ſui cōſulis C. Octauii caput præcidi iuſſit, pari rōne P. Craſſi. L. Cæſaris nobiliſſimorū hominū, quorū uirtus fuerat domi, militięq; cognita. M. quoq; Ant. omniū eloquētiſſimi, quos ego audiētē C. Cæſaris, in quo mihi uiť fuiſſe ſpecimē humanitatis ſalis, ſuauitatis, leporis. hæc Cic. in Tuſcul. Cinna igiť iuſſerat inimicorū capita p̄ſcribi, & ǵ ipune poterāt, occidi. Repetere. quaſi debitū. Nefandorū penatū, p ipſius nefandi. Finge accuſatorem. Exaggerat hic crimen Val. ſi accuſator inq̄t fuiſſet, nō defenſor, & in ea fortuna genibus p̄uolutus opē in tāta p̄turbatione ſuppliciter īploraſſet, nō niſi crudeliter repelli poſſe uidebať. cū uero p̄ronus, & ſalutis defenſor tā ipſe p̄ditus fuerit quātā igratitudine ǵto odio p̄ſequēdus ēť Si metu mor. uita īdi. Vtiť cōplexione, aut inq̄t metu mortis p̄didit p̄ronū, & hoſpitē ſuū Sexti. aut ſpe alicuius p̄mii cōſequēdi. ſi metu mortis id fecit, īdignus eſt, q uiuat, q turpitudini honeſtatē uitæ cupiditate poſtponere nō dubitauit, ſi ſpe p̄mii alicuius cōſequēdi, magis morte dignus fuiſſet uť.

Cinnæ p‹ro›ſcripto.

ASCENSIVS.

¶ QVO enim nimbo &c. Inuehiť igiť in eos, q cū grati eſſe poſſent, & a nullo ad igratitudinē ipellerenť, ingrati eſſe maluerūt. Et primo i Pu. Sexti. dicēs; dico ſup. eos, ſpōte, cū ſinguli eſſent, p igratitudinē peccauerūt, q liberiore idignatione p̄ſcindēdos. n. p q̄a, quo nimbo. i. ui (eſt. n. uis uētorū admiſtorū aqua) & qua p̄cella. i. ui uerborū, caput Sextilii ipſiū. ſ. in L. Cæſarē, meretť obrui? q. d. maxīo. & maxime, q. i. eo q nō exhorruit tradere L. Cęſ. ſ. oratorē, a quo ipſe Sextilius reus grauiſſimi criminis, utpote maieſtatis poſtulatus, fuerat defenſus, tū. i. ſimul ſtudioſe. i. diligenter, & affectuoſe tū. i. ſimul & feliciter, q̄a abſolutus fuit, p̄fugū. i. p̄cul a cōſpectu hoſtis fugiētē tp̄e p̄ſcriptionis Cinnanæ. i. ǵ Cinna, & Marius, cōiuncti copiis in Syllā, uictores, & urbis cōpotes, effecti, fecerant, coactū iplorare. i. plorādo petere p̄ſidiū ſuum. i. a quo defēderat auxiliū, aut forte munimētū, & ut dicūt fortaliciū, & in fundo Tarquiniē. & ita in Hetruria; cōditione. i. p̄pter p̄ditionē cladis q̄a nō ſua culpa ſed cōmuni ciuiū calamitate talia pateret, & coactū repetere, q̄a aliter non repetiiſſet, iura b̄nficii. ſ. in Sextiliū collati, non dico exhorruit tradere, uictori truculēto, uidelicet Cinnę, iugulādū. i. i capite colli trucidādū, auulſum. i. ui abſtractū a ſacris p̄fidæ mēſæ, q̄a hoſpites dū primū adueniebant Ioui aliqđ libaminis faciebāt, ut fuſt eius, & ſanctius eſſet hoſpitiū, & ab altaribus penatū nefandorū. i. quos ipſe Sextilius nefandus ſcelerauerat. Finge. i. p imaginationē licet falsā pone, ſup. L. Cæſ. accuſatorē, q tn̄ defenſor erat, aut reuera accuſatorē. i. eū, q Sexti. accuſauerat p̄uerſum. i. mutatū in nomē ſupplicis. i. ſupplicantis Sextilio, quē prius accuſauerat. publica fortuna eius. i. eo q fortuna ſic ſit mutata, ut q potiores fuerāt uť cēte Sylla, & aliorum accuſatores, coganť Marianis dominātibus ſupplicare, annixū genibus. ſ. Sex. i. p̄uolutū ad genua eius, oraſſe tā luctuoſam illā opē ǵ. ſ. Cæſ. orauit. Tn̄. i. licet prius accuſator, & hoſtis uidereť, tn̄ repulſus crudeliter, cū. i. qñquidē (id aūt melius quadrat, ǵ ut legať quinetiā) miſeriæ reddūt gratioſos. i. acceptabiles, & tractabiles, cū g̃ra, & b̄niuolētia, etiā eos ſup. quos iniuriæ. ſ. ǵs itulerūt, faciūt iuiſos. Verū Sex. obiecit ſuis manibus, ſæuiſſimæ uiolētiæ inimici, nō accuſatorē, ſed p̄trinū. i. defenſorē ſui. ſi ſup. id fecit metu mortis (q̄a tabella p̄ſcriptorū aſcribunť gn̄ali clauſula oēs, q p̄ſcriptos celauerint, p̄texerit, aut ǵuis ope iuuerit) idignus ſup. fuit uita, uñ Iu. grauiſſime, & ſcītiſſime dixit, Sūmū crede nefas aīam p̄ferre pudori, Et p̄p uitā, uiuēdi p̄dere cās. cauſæ aūt uiuēdi ſunt, ut ſctē, iuſte, & honeſte operemur, ǵ Deo, & hoi grata ſint. ſi ſup. Sext. id fecit ſpe p̄mii. digniſſimus ſup. fuit morte.

OLIVERIVS.

¶ SED ut ad alium. M. C. Popilium Lenatem defendit parricidii, ut uult Plut. in uita Cice. Octa. Cæſa. pacem, & fœdus cum Anton. & Lepido fecit, ita ut hi triumuiri rei conſtituendæ per quinquennium eſſet, & ſuos quiſq; inimicos proſcriberet. in qua proſcriptione, ccx. ſenatorum nomina fuerunt. reliqui fuerunt equeſtris

Popilius Lenas Ciceronis interēptor.

DE POMPEIO MAGNO.

Quo te nunc modo magnæ Pompei attingã, neſcio. Nã & amplitudinẽ fortunæ tuæ, quæ quondam oẽs terras, & oĩa maria fulgore ſuo occupauerat, intueor: & ruinã eius maiorem eſſe, q̃ vt manu mea attentari debeat, memini. Sed tamen nobis quoq; tacentibus Cn. Carbonis, a quo admodum adoleſcens de paternis bonis in foro dimicans ꝓtectus es, iuſſu tuo interẽpti mors animis hominũ obuerſabit̃, non ſine aliqua reprehenſione, quia ingrato facto, plus L. Syllæ viribus, q̃ propriæ indulſiſti verecundiæ.

EXTERNA.

DE CARTHAGINIENSIBVS.

At ne noſtra confeſſis alienegimæ vrbes inſultent. Carthaginienſes Hannibalẽ, qui pro illorũ incolumitate, & victoria, tot ĩperatores, totq; exercitus noſtros trucidauerat, quot gregarios milites hoſtium ſi occidiſſet magnæ gloriæ foret, e conſpectu ſuo ſubmouere in animum induxerunt.

equeſtris ordinis uiri ex plebe pauci admodũ, nã .ccc. ciues ꝓſcripti ſunt. īter hos igit̃ L. Cæſar auunculus Antonii, & Pau. Lepidus, M. Lepidi frater, & Cic. nr̃ ꝓſcripti ſunt, a Popilio Lenate occiſi. dicit̃ Octauia. diu ac multũ reſtitiſſe, ne Cice. in ꝓſcriptorũ numero eſſet adductus uerecundia, ꝙ eũ patrẽ appellare cõſueuerat, & ꝙ eius opere ad id potẽtiæ ꝑueniſſet. ſed uictus tãdẽ obſtinata nimis Antonii uolũtate, q̃ Cice. ꝑ cæteris unũ depoſcebat ꝓpter Philippicas in eũ ſcriptas, uñ Iuue. Antonii gladios potuit cõtẽnere, ſi ſic, oĩa dixiſſet. ergo cædere coactus eſt. Ci. ubi itellexit, q̃ facta erãt una cũ Q. ſũn. fratre ad Brutũ in Macedoniã ire cõſtituit. frater uero ꝗ mœrore confectus, nõ ſe ſatis uiatici ſumpſiſſe putabat, domũ reuerſus, ut acceptæ pecunia Ciceronẽ cõſequeret̃, ꝓditus a ſeruis, una cũ filio iterfectus eſt. Cice. uero dũ ad nauẽ in lectica deferẽ, a ſatellitibus Antonianis quos Põpilius ille ducebat, quẽ ut diximus Cice. in iudicio defenderat i itinere itercẽptus eſt haud ꝓcul a portu Caietæ. ꝗ Põpilio iugulũ eius poſcẽti, cũ barbã prius dextera diuulſiſſet, fortis & intrepidus porrexit. Iuue. tñ dicit, nõ caput ſolũ, ſed etiam manũ abſciſſam fuiſſe Cice. Dicit enim in Satyra Olbus i terris. Ingenio manus eſt, & ceruix cæſa, nec unquã, Sãguine cauſidici maduerũt roſtra puſilli. Bru. uero audita Cic. morte C. Anto. M. Anto. frẽm, quẽ captiuũ habebat Cic. filio ad uindictã cõceſſit. Picenæ, Quæ regio Marchiæ eſt, Picenus enim ager a pico dictus. nã cũ qdã in eã regionẽ aliũde ueniſſet, & uexillũ gerẽs ꝯdẽdæ urbis locũ peteret, in eius uexillo cõſtitit picus, uñ regio illa Picena dicta ẽ. M. Cælii, q̃ amãtiſſimus Ci. erat. Fluctuãtẽ. dubitãtẽ, & in magno periculo uerſantẽ, trãſlatio a naui, ꝗ fluctibus agitat̃. Sibi uenerãdũ. Qui eũ defenderat. Tãquã opimis ſpoliis. Tãquã dux ducẽ cecidiſſet. Sceleſtũ onus. hypallage eſt, ꝓ ipſe ſceleſtus.

Picenus ager unde.

ASCENSIVS.

SED ut trãſgrediar ad aliũ actũ ingrati animi cõſentaneũ. i. cõformẽ huic. ſ. iã dictũ. M. Cic. defendit rogatu M. Cælii. Cn. Popiliũ Lenatẽ regionis Picenę, nõ minore cura, q̃ eloquẽtia. & remiſit eũ fluctuantẽ. i. periclitantẽ, more nauis aduerſis fluctibus deprehẽſæ, cauſa admodũ dubia. i. periculoſa, & incerta de abſolutione, ad ſuos penates. ſaluũ. i. indemnẽ. Hic. i. hmõi Popilius, qui tñ Cic. debebat, poſtea nec re, nec uerbo læſus a Cic. rogauit ultro. i. nõ reqſitus ab aliquo. M. Ant. ſ. Triũuirũ, i quẽ Philippicas Cic. habuerat, & ſcripſerat, ut mitteret̃ ad ꝓſequẽdũ, & iugulãdũ illũ. ſ. Cice. ꝓſcriptũ. ſ. ab Anto. annuẽte Auguſto. & partibus. i. onere, & munere, deteſtabilis miniſterii ĩpetratis. ſ. ab Ant. ipſe exultans gaudio cucurrit Caietã. i. ad eã urbem litoralẽ Italiæ, de qua Virg. in principio. vii. Tu quoq; litoribus noſtris Æneia nutrix, Æternũ moriẽs nomẽ Gaieta dediſti. & iuſſit uirũ. ſ. Cic. omitto. i. taceo ſup. ꝙ uir fuit ampliſſimę dignitatis, qa cõſulatu ſic functus, ut parẽs patriæ primus ſit appellatus certe. i. ſaltẽ ſi nõ publico noie uenerãdũ putauit autorẽ ſalubritatis. i. ſalutis eius. ſ. Popilii, uenerãdũ ſibi priuatim ſtudio ꝓſtantis officii. ſ. patrocinii ꝓſtiti in tã dubia cauſa ꝓ ſummũ, & ſecurũ ociũ, & ita dedita opera caput Ro. eloquẽtiæ, & dextrã clariſſimã pacis. i. q̃ in toga triũphum meruit, & plus ciuitati ꝓfecit, q̃ qs armatus (Ideo aũt dextrã amputatã ad Anto. attulit, ꝙ ea Philippicas ſcripſerat. Anto. aũt caput, & dextrã ꝓ roſtris affigi iuſſit) & ipſe Popilius reuerſus eſt in urbem alacer. i. lætus ea ſarcina. ſ. capitis & dextræ Cice. tãquam ſpoliis opimis. i. q̃ dux duci detraxerit in iuſto bello, & Ioui feretrio ea retulerit, qđ ſummæ gloriæ, paciſq; datæ æſtimabatur. Ideo autem alacer, qa ſine remorſu cõſcientiæ. Neq; enim ſuccurrit. i. ꝑ miſericordiã in mẽtẽ uenit, portãti onus ſceleſtũ. i. ipſe ſceleſtus (ſed more ſuo epitheta cõfundit, ut i ſuperiori capitulo penates nefandos dixit, pro hominis nefandi) ſe ferre illud caput, qđ perorauerat. i. orãdo uicerat quõdã ꝓ capite eius. ſ. Popilii. Literæ. ſ. oẽs, q̃ tũc extabãt, ſunt ĩgratæ utor ſup. inualidæ. i. inſufficiẽtes, ad ſuggillandũ. i. infamia denigrãdũ hoc mõſtrũ. i. mõſtruoſum hominẽ, qm̃ alius Cic. nõ extat. i. nullus ta eloquẽs poſt Ciceronem inuẽtus eſt, ut fuerat Cice. qui poſſit deplorare ſatis digne, caſum. i. cladem & ruinam Cice.

OLIVERIVS.

QVO te nũc modo. Põpeius Strab. magni Põp. pr̃ latino bello dux exercitus præter alia oppida cœpit & aſculũ, atq; diripuit. deinde poſt aliquot annos, eo mortuo, Põpe. accuſatus eſt peculatus, ꝙ ex ea ꝑda ſibi aliqđ uſurpaſſet pater, afferebãtq; aliquos libellos, ꝗ miſſi fuerãt domũ Strab. in eo iudicio a Cn. Carbone defenſus eſt, & ipſe pariter adeo ꝑſpicax, & ꝑter ætatẽ prõptus uiſus eſt, ut inde gloriã, gratiã, bñuolentiãq; multã reportaret. poſtea uero cũ Sylla rẽpu. occupaſſet, Põp. aduerſus Carbonẽ, ꝗ claſſe Siciliã occupauerat, cũ exercitu miſit, quẽ ſuperatũ, cum ſe Põpe. uictori ſupplex ſubiceret, dr̃ Põp. igrate nimis, & crudeliter tractaſſe: nã illũ uinctũ ꝓduxit in mediũ, & pro tribunali ſedẽs dãnauit, dãnatũ deinde ad necẽ ꝓtractũ, interfici iuſſit. dr̃ iſte Carbo cũ ad necẽ duceret̃, ut enſem ſtrictum ſibi iminere uidit, cupiditate ultæ cõmotũ, locũ & horã ꝑ breuẽ oraſſe tãtiſper, dũ ex oneraret uẽtrẽ. de hoc carbone Cice. in epiſto. familiaribus lib. ix. epiſto. quæ incipit tandẽ infamiæ cognouimus, inquit. Cn. Carbonẽ & fratrẽ eius ſcurram, quid iis improbius? & paulopoſt, hoc qui a Põpe. noſtro interfectus eſt nemo ĩprobior meo iudicio fuit. Quo. quo pacto mordeã, & accuſem te? Tam ingra. facto, nã ſi occidendo Carbonẽ tuas uires auxiſſes, tolerandũ eſſet.

ASCENSIVS.

QVO te &c. Ordo eſt. O magne Põpei, ego neſcio quomodo. i. forma taxandi ego attingã te. Nam, &. i. ſimul intueor. i. inſpicio amplitudinẽ fortunæ tuæ, quæ occupauerat quõdam fulgore ſuo oẽs terras, & omnia maria, & memini ruinam. i. caſum eius per ingratitudinem (nam de morte eius nihil ad hunc locum) eſſe maiorem, q̃ ut debeat attentari. ſ. perſcribi mea manu. Sed tamen nobis quoq; tacentibus. i. etiam ſi tacuerimus, mors Cn. Carbonis, a quo protectus es admodum. i. ualde adoleſcens, dimicans in foro. ſ. contentioſo de bonis paternis, & interempti iuſſu tuo, obſequabitur. i. repreſentabitur animis hominum, non ſine. i. cum aliqua reprehenſione. ſ. tui, quia tu indulſiſti tam ingrato facto plus uiribus Syllæ, q̃ ꝓpriæ uerecundiæ.

OLIVERIVS.

AT NE noſtra. conuenienter tranſit ad externa, & rationẽ affert tranſitionis ſuæ, ne. ſ. irrideantur ab externis populis, ſi ſoli ingrati Ro. fuiſſe uideantur. primum autem exemplum de Cartha. qui aduerſus Hannib. ingratiſſimi quidem extiterunt nam cum tot uictoriis patriam illuſtraſſet, tamen illum & Roma. accuſarunt, tanquam uiolati fœderis autorem, & in exilium ire coegerunt. Sunt & qui dicunt cum Hannib. ſe in ulcum ſuum recepiſſet, Cartha. ſumptis armis eum petere uoluiſſet ad necem, quod ubi intellexit Hannib. confugit in Aſiam ad Antiochum, cui ſe tantopere inſinuauit, ut hoſpitaliter, honorificeq; ſuſceptus, in omnibus publicis, & priuatis conſiliis adhiberetur. qui non prius deſtitit q̃ regem impulit, ut Ro. bellum inferret Cic. in oratione. xiii. circa finem. Quis Cartha. pluris fuit Hannib. conſilio, uirtute, rebus geſtis, qui unus cum P. R. tot annos de imperio, de gloria decertauerit? hunc ſui ciues de ciuitate eiecerunt. Inſultẽt. Nos per contumeliam irrideant. Tot imꝑa. ut Q. Fa. Pau. Æmi. M. Marcel. Titũ Grac. aliosq; cõplures.

Carthaginienſes ingrati erga Hannibalem

ASCENSIVS.

¶AT. i. ſed ne urbes Alienigenæ. i. ciuitates externæ. inſultent, i. impetũ irriſionis, & illuſionis faciant nobis ſup. cõfeſſis noſtra ſ. uitia ingratitudinis, dico ſup. ꝙ Carth. induxerũt in animũ. ſ. ſuũ. i. ſuſtinuerũt ſubmouere e cõſpectu ſuo. i. agere in exilium, Hannib. ſ. ducem ſuum, qui trucidauerat pro incolumitate, & uictoria illorum. ſ. Cartha. tot imperatores, & tot exercitus nſos. i. Romanos, quot ſi occidiſſet gregarios. i. nulla excellẽtia præditos milites hoſtiũ, foret. i. eſſet magnæ gloriæ.

poſtquam etiam illa, uidelicet Laced. quæ uendicat. i. approbat ſibi eximiam laudem conſtantiæ, & moderationis, & grauitatis, extitit. i. euaſit tam ingrata, aduerſus tam benemeritum, q. d. uero ſimile eſt, aut eſſe, aut fieri poſſe non minus ingratas.

THEOPHILVS.

¶SALVBRITER. antiqui cod. habent ſalutariter.

DE SPARTANIS.

Neminem Lycurgo aut maiorem, aut vtiliorem virum Lacedæmon genuit: vtpote cui Apollo Pythius oraculum petenti reſpõdiſſe fertur, neſcire ſe vtrũ illum hominũ, an deorum numero aggregaret: huic tamẽ neq; vitæ ſumma ſynceritas, neq; conſtãtiſſimus erga patriã amor, neq; leges ſalubriter excogitatæ auxilio eſſe potuerunt, quo minus infeſtos ciues experiretur: ſæpe enim lapidibus petitus, aliquãdo eiectus publico furore, etiam priuatus oculo: ad vltimum ipſa patria pulſus eſt. Quid aliæ facient vrbes? vbi etiam illa, quæ conſtantiæ, & moderationis, & grauitatis ſibi laudem eximiam vendicat: tam ingrata aduerſus tam benemeritum extitit? A

DE ATHENIENSIBVS.

Detrahe Athenienſibus Theſea, nullæ aut non tam claræ Athenæ erunt: ſiquidẽ ille vicatim diſperſos ciues ſuos in vnam vrbem cõtraxit, ſeparatimq; & agreſti more viuenti populo, ampliſſimæ ciuitatis formam, atq; imaginem impoſuit. Idem ſæua potentiſſimi regis Minois imperia vix dum ætate pubeſcente repulit: Idem effrenatam Thebarũ inſolẽtiam domuit: Idẽ opem liberis Herculis tulit, & quicquid vbiq; monſtri, aut ſceleris fuit, virtute animi, ac robore dextræ cõminuit: huius tñ ſummoti ab Athenienſibus, Scyros exule minor ĩſula, oſſa mortui cepit.

OLIVERIVS.

Lacedæmoniorũ ingratitudo in Lycurgum.

¶NEMINEM Lycurgo. Lycurgus legum Lacedæmoniorũ lator fuit, quo uiro nullum Græcia meliorẽ ꝓtulit, ꝙ cũ ex ipſius uita, & rebus geſtis, tum maxime Apollinis teſtimonio cõprobatur, qui ei oracula petẽti rñdiſſe dr, & diis eſſe maxime charum, & neſcire ſe, deũ potius illum, an hoiem appellaret. rẽpu. Lacedę. ita cõſtituit ut nulla melior, nulla ſanctior, quoad Lycurgi legibus obtẽperauit, in tota Græcia poſſet inueniri. tñ in hũc uirũ Lacedęmonii adeo ingrati fuerũt, ut illũ ſæpe iniuriis laceſſerit, atq; in primis locupletes, q eius leges grauiter ferẽtes, pulſatũ a foro ſæpe ꝑturbauerint, & illi oculum eruerint. quas qdẽ iniurias leni tuliſſe animo dicit, adeo ut etiã effoſorem oculi ꝑpetuo dilexerit, ſibiq; miniſtrũ fecerit, & ex improbo, ac temerario uiro, exactiſſimũ, & cõtinentiſſimũ reddiderit. cũ igitur Lacedæmonii conquererẽtur, ꝙ leges illæ durę nimium eſſent, & immites, Lycurgus ſimulauit eas ſe uelle mutare, conſulto prius tñ oraculo, neq; enim abſq; dei cõſilio ſe quicquã facturũ eſſe dicebat. cũ igit Delphos ire cõſtituiſſet, aduocata cõcione ciues oẽs iureiurando adegit ſeruaturos inuiolatas, quoad rediret in patriã. ꝓfectus deinde cũ accepiſſet ab oraculo pias, ſanctaſq; leges, & nullo modo ꝑmutãdas, ſed ciuitatẽ illam fore clariſſimam, quoad Lycurgi legibus uteret, Vaticiniũ ſcripſit, & Spartã miſit, deinde, ne ſacramento ſolueret ciuitas, in Cretã ꝓficiſcit, ibiq; ꝑpetuũ egit exilium, ac moriens iuſſit in mare ſpargi cineres ſuos, ne ſi forte in patriã reportarẽtur, rediſſe crederetur, Et ſic iureiurando ciuitas liberata foret. Infeſtos. Cui Apollo, hoc idem dicit Leonas. Aretinus in Apollogia Socratis, dicit enim. Dum Lycurgus ingrederetur templũ Apollinis, Apollo inquit, ambigo ante deũ, an hominẽ appellem. Sinceritas. Nam pie ſemper uixit, & auunculo fidem ſummam ſeruauit. Conſtantiſſimus. Perſeuerantiſſimus, exiliũ enim elegit, ne leges, quæ patriæ ſalubres erant, tolli poſſent.

ASCENSIVS.

¶NEMINEM. i. non aliquẽ, Laced. urbis illa Spartana, q & Sparte dicta, nõ genuit aliquẽ uirũ maiorẽ, aut utiliorẽ ꝓpter leges ab eo latas, Lycurgo, utpote. cui petit oraculũ. i. uaticiniũ ſuper re dubia, Apollo Pythius. i. Pythonis Serpẽtis interẽptor, cuius pelle tripodes in tẽplo Delphico tecte erãt, fert rñdiſſe, ſe neſcire, utrũ aggregaret illũ. ſ. Lycurgũ numero hoium, an deorũ. tñ. i. ꝗꝗ eſſet talis, tñ neq; ſumma ſynceritas uitæ, neq; cõſtãtiſſimus amor erga patriã, neq; leges excogitatæ. i. cogitãdo inuentæ ab eo, ſalubriter. i. cũ ſalute Lace. ſi eas tenere uoluiſſent, potuerũt eſſe auxilio, huic. ſ. hmõi uiro, quo minus. i. ut nõ experiret ciues. ſ. Laced. infeſtos. i. ſibi uim inferẽtes, & cõtra ſe inſurgẽtes enim pro qa, ipſe petitus. ſ. a ciuibus ſæpe lapidibus, aliqñ eiectus furore publico. i. totius ciuitatis, & priuatus oculo, pulſus ẽ ad ultimũ, ipſa pria. i. in exiliũ actus. Quid aliæ ur, ſa. ubi, i,

OLIVERIVS.

¶DETRAHE Athe. Cum Athenienſes ꝑ Atticã regionẽ diuiſi, uicatim hitarẽt, eos Theſeus in unã urbẽ ad Politicã, moralẽq; uitã conuocauit, & eos breui tpe coaleſcẽtes ad eã dignitatẽ ꝑduxit, ut totius fere tũc Græciæ principatũ obtinerẽt, uñ etiã poſtea in urbe uirorũ nomina ꝑmãſerũt. fuit igit ſic Athenarũ, ut Romanorum urbis Romu. cõditor. multa deinde & maxima illis bñficia cõtulit, q Val. ſummatim ꝑcurrit, ingrata tñ ciuitas illũ eiecit, & in ſcyro parua admodũ iſula mori coegit. Idẽ ſæua. cũ Androgeũ Athletã fortiſſimum regis Minois filiũ Athe. ꝑ inuidiã e turri ꝓcipitaſſent, ꝙ oẽs in agonibus ſupaſſet, Minos. Ægeo Theſei pri tũc regnãti bellũ intulit, & Athen. lõga obſidione ꝑſſos, pacẽ petere coegit, quã duris cõditionibus a Minoe tãdẽ acceperũt, ut ſeptena quotãnis corpora natorũ, Minotauro deuorãda ſecundũ fabulas, re aũt uera i ſeruitutẽ mitterẽt, q in Labyrintho ſeruabantur. erat aũt taurus Minois imperatoris, q cũ in agonibus oẽs ſuperaret, eiuſmodi pueri uictoriæ præmiũ dabãtur, in quos adeo ſeuitũ fuiſſe cõſtat, ut ide fictũ ſit a Minotauro fuiſſe deuoratos, q cũ ſorte deligerẽtur. iii. anno ſors euenit Theſeo, q bñficio Ariadnes, q illius pulchritudine capta docuit inter filu regeſe, periculũ euaſit, & patriã ab eo tributo, & ſeruitute liberauit. Ouid. Iã lamẽtabile Athenæ, Pẽdere deſyderãt Theſea laude tributũ. Idẽ ef. Sicut apud Statiũ legimus, cũ Creon rex Thebanorũ ꝓhiberet Græcorũ cadauera, q in bello Eteoclis, & Pollicis pugnãdo ceciderãt, ſepulturæ demãdari, uxores, & liberi mortuorũ ad The. cõfugerũt, q legatis miſſis, cũ benigne ĩpetrare non potuiſſet, Thebanis bellũ ĩtulit, qbus uictis, corpora ſuis oĩbus ſepelienda tradidit. Idẽ Her. cũ tyrãnos latrones, & monſtra in terris multa ſubegiſſet, ob fortia facta maximã iuidiã liberis ſuis reliqt, nã q fuerat ab illo i uita affecti, filios eis poſt mortẽ iſeqbant. q cũ ꝓſidiũ tutũ nõ iuenirẽt Athenas, ad arã miſericordiæ quã The. cõſtituerat ſe cõtulerũt, & ibi ſalui ab oi iniuria fuere. nã Athenis arã miſericordiæ The. cõſecrauit, quẽ locũ Aſylũ appellauit, eo ꝙ nemo inde abſtrahi poſſet. Romu. deide The. imitatus Ro. idẽ aperuit. Sũt tñ, q dicũt Aſylũ Athenis cõdidiſſe filios Hercu. cuius ſentẽtiæ Sta. ẽ, q ait, Fama eſt defeſſos acie poſt buſta pñi Numinis Herculeis, ſedẽ fundaſſe nepotes, Sic ſacrasſe locũ cõe animãtibus ægris Cõfugiũ &c. Et q ur. Sicut i Marathõe, Cretẽſem taurũ, i Epidauro Periphitũ claua armatũ, quẽ clauatũ dicebãt haud lõge a megara Scyronẽ latronẽ in montẽ cęo, quẽ ille occupauerat, & illac trãſeũtes oẽs cogebat ſibi i ꝓcipiti rupe ſedẽti pedes oſculari, quos ad oſculũ iclinatos elato pede ꝑ amphractas rupes detrudebat i ꝓfũdã uallẽ. Theſeus cũ ad hũc ueniſſet, ſimulauit ſe uelle pedes oſculari, & illũ pedibus captũ deiecit. In iſthmo Scirõ eo genere mortis affecit, quo ipſe hoſpites, & uiatores afficere ſolitus fuerat. nam cũ fortiſſimus eſſet, arbores ĩmẽſę magnitudinis flectebat in terrã, & captos homines illarũ uerticibus alligabat: deinde tãquã funda illos emittebat, iactiq; in multas partes ſcindebantur. hunc alij Phitiocantum

cantum

IN SOLONEM.

Iam Solon, qui tam præclaras, tamq; vtiles Athenienſibus leges tulit, vt ſi his perpetuo vti voluiſſent, ſempiternū habituri fuerint imperiū: qui Salamina velut hoſtilem arcē ex propinquo ſaluti eorū iminentem recuperauit: qui Piſiſtrati tyrannidē primus vidit oriētē, & ſolus armis opprimi debere, palā dictitare auſus eſt: ſenectutē Cypri ꝓfugus exegit: neq; ei in pṫriā, de qua optime meruerat, humari cōtigit.

IN MILTIADEM.

Bene egiſſent Athenienſes cū Miltiade, ſi eū poſt trecēta millia Perſarū Marathone deuicti, in exiliū protinus miſiſſent, ac nō incarcere, & vinculis mori coegiſſent: vt puto, hactenus ſæuiſſe aduerſus optime meritū abunde duxerūt. Imo ne corpus quidem eius, ſic expirare coacti, ſepulturæ prius mādari paſſi ſunt, q̃ filius eius Cimon eiſdē vinculis ſe conſtringendū traderet: hāc hæreditatē paternā maximi ducis filius, & futurus ipſe ætatis ſuæ dux maximus, ſolum ſe ſortitū, catenas. ſ. & carcerē gloriari potuit.

eantē appellatū fuiſſe dicūt, a flectendis arboribus. In loco terræ Atticæ, q Curdalus dr Procruſtē, qui latrocinia exercēs lecticas humana ſtatura breuiores fecerat, in quibus ſuſceptos hoſpites collocabat, & illos extendi iubebat, & qcqd extra lecticas eminebat, totū amputabat, qui uero breuiores erant, pedibus diſtēdebantur. a qua re Procruſtē cognominatus fuit. Nā προκρούω impello ſignificat. Scyros ē. In quā inſulā cum diuertiſſet poſt exiliū a patria īdictū, Lycomedes eius inſulæ princeps, illum de rupe præcipitauit. inſula eſt in mari Ægæo poſita, de qua Strab. lib. ix. mentionē facit, & eā multis noiatis inſulis, & urbibus omniū clariſſimā eſſe dicit, ꝓpter Lycōmedis cum Achille affinitatē, & Achillis filiū Neoptolemū ibi procreatū, & enutritū. Ouid. li. vii. Meta. de Theſeo, Te maxime Theſeu, Mirata eſt Marathō Cretæi ſanguine tauri. Quodq; ſuā ſecurus erat Cremona colonus Munus opuſq; tuū, tellus Epidauria p te Clauigerā uidit Vulcani occūbere ꝓlē. Vidit & Imitē Cephiſias ara ꝓcruſtē, Cercyonis letū uidit Cerealis Eleuſis. Cæcidit ille Scinis magnis male uiribus uſus. Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto Ad terrā late ſparſuras corpora pinus. Tutus ad alchatoen lelegia mœnia limes, Cōpoſito Scyrone patet, ſparſiſq; latronis, Terra negat ſedem, ſedem negat oſſibus unda. Quæ iactata diu fertur duraſſe uetuſtas. In ſcopulos, ſcopulis nomen Scyronis inhæret.

ASCENSIVS.

¶ DETRAHE &c. Taxat igratitudinē Athe. in Theſea, quæ quo maior uideatur, Theſei in Athenas merita cōmemorat, qḋ etiā in cæteris fere, erga quos ingratos taxauit, fecit. non tn̄ hoc exemplū dicetur de Theſeo, ſed de Athe. in Theſea. Ordo eſt. Detrahe. i. deme Athenien. Theſea. i. imaginare, ꝙ Atheniē. nūquā habuerint Theſea, & ita Theſeus nihil de illis meritus ſit, Athenæ erūt nullæ. i. nō erūt dicendæ Athenæ, aut nō erunt tam claræ, ut. ſ. nūc ſunt. Siqdē. i. qm̄, ille. ſ. Theſeus cōtraxit ciues ſuos diſperſos uicatim. i. ꝑ uicos, & pagos, in urbē ſuā, & īpoſuit populo uiuēti ſeparatim, & more agreſti, formam, atq; imaginem ampliſſimæ ciuitatis. Idē. ſ. Theſeus reppulit. ſ. occidēdo, ut ſalſtē fabulæ habēt, Minotaurū ætate uix dū. i. uix tūc adhuc pubeſcēte. Sæua iperia. Mi. re. ſ. Cretæ, potētiſſimi, q̄a coegerat eos ob mortē Androgeo, ſeu Androgei, filii ſui, & Athletæ fortiſſimi ab Athe. per inuidiā interēpti, miſerū ſeptena quotānis, corpora natorū ſuorū Minotauro mōſtro in labyrintho incluſo deuorāda mittere. ad quē cum Theſeus, ſorte ducta miſſus eſſet, & cōſilio Ariadnes filiæ Minois, ut Oliue. recitat Minotauro interempto, cæcas labyrinthi ambages euaſiſſet, ad ſuos incolumis rediit, tributi horrēdi finem reportās. Idem. ſ. Theſe. domuit effrenatā. i. indomitā inſolētiā Thebanorū Athe. uexantiū. Idē tulit opē liberis Her. i. ab Hercu derelictis, & cōminuit ad æmulationē Her. uirtute animi, ac robore dextræ, quicquid mōſtri, aut ſceleris. i. ſcelerati hois fuit, ubiq;. i. ubicūq; locorū, ut de multis diligēter collegit Oliue. tamen. i. nihilominus, Scyros inſula, non ignobilis, minor tamen exule. i. q̃ ut in eum exul talis mitteretur, cœpit oſſa mortui huius. ſ. Theſei, aut Theſeos, q talis uixerat, ſummoti. i. pulſi ab Athe.

OLIVERIVS.

Solonis exilium. ¶ IAM Solon. qui Solon cur exulauerit hæc eſt hiſtoria. Simulauit nauigandi cauſam, ut diuerſos hominum mores uideret, ſed uoluntarium fuit exilium, ꝙ ciues ſentiebat legibus, quas tulerat uehementer offenſos. Piſiſtratum etiā ꝓpinquū ſuū, cum ſibi tyrannidem parare intelligeret, quantum in ſe fuit, ꝓhibuit nam euocata concione profectus in publicū, lorica armatus, & clypeo, Piſiſtrati inſidias, & impiū conatum apuit, neq; id ſolū,

uerūetiā ſe iuuare paratū, ac pro libertate pugnaturū aſſeuerauit. ulri, inquit, Athe. aliis qdē ſapiētior, aliis uero fortior ſum. Sapiētior illis, q Piſiſtratū illū nō animaduertūt, fortior his, q ſciūt illū ſed metu reticēt. Senatus uero ꝙ Piſiſtrato fauderet, illū inſaniæ ꝓclamabat. At ille, meā inqt, inſaniā ciuibus breue tēpus oſtendet, cū ueritas in lucē uenerit. iā uero Piſiſtrato rerum potito minime obtēperās, ante curiā arma depoſuit, dicēſq; illud, o patria, tibi eqdē uerbo, & opera auxiliatus ſum. Deinde in egyptū nauigauit, atq; inde in Cyprū ꝓfectus, poſtremo ad Creſſum ꝑuenit. obiit aūt in Cypro lxxx. ætatis ſuæ anno. hoc ſuis mandans, ut Salaminā eius oſſa trāsferrēt, atq; in cinerē ſoluta per prouinciā diſſeminarēt. Quo circa, & Cratinus in detenoribus ipſum ita loquentē facit, habito hāc inſulā, ut qdē fama eſt hominum, ſeminatus ꝑ omnē Aiacis urbē. ipſius etiā imagini epigrāma iſcriptū eſt, Quid dudū iabidas medorū ꝑtuli iras legiferū ue. celeberrimū eſt cū de ꝓprietate Salaminæ ipſius patriæ, iter Athen. & Megarenſes ferme uſq; ad Iteritū dimicatū eſſet, multiſq; acceptis cladibus capitale eſſe cepiſſet, ſiqs legē de uidicāda ferre auderet, Sollicitus Solon, ne uel tacēdo parū reipub. cōſuleret, uel ꝯſulēdo ſibi noceret, ſubito demētiā ſimulat, cuius uenia, q̃ ꝓhibebant nō modo dicturus, ſed etiā facturus erat. deformis ore, habituq; uecordiū in publicū euolat, factoq; cōcurſu hoium, quo magis ꝯſiliū ſimularet, uerſibus ſibi iſolitis ꝑ ꝑconē ſuadere cœpit, qḋ tuebat. oiumq; animos ita incēdit, ut aduerſus Megarenſes bellū extēplo decerneret, inſulaq; deuictis hoſtibus Atheniē. fieret. Salaminā. Salamin, & Salamis, & Salamina declinat, hæc inſula in Euboico mari poſita, in qua Telemon Aiacis, & Theleucri pater regnauit. quāuis & Salamina dicat ciuitas in Cypro, cōdita a Teucro poſtquā a patre regno pulſus, ꝙ in patriā ſine fratre rediiſſet, ꝓfugit in Cyprum, cuius meminit Hora. in primo car. Nec deſperādum Teucro duce, & auſpice Teucro, certus enim promiſit Apollo Ambigua tellure noua Salamina futuram, hæc autē inſula fuit inter Athe. & Megarenſes, quā utriq; ſua ſibi uēdicabāt.

ASCENSIVS.

¶ IAM Solon. Proſequit cōplures Athe. in optimos uiros ingratitudines, & primū in Solonē dicēs. Iā. cōtinuatiua eſt ꝑticula, Solon. Athe. qui tulit Athe. tam ꝑclaras, & tā utiles leges, ut ſi uoluiſſent uti his. ſ. legibus perpetuo, fuerint habituri imperiū ſempiternū, qui recuperauit Salamina urbē (declinatur hæc Salamis, uel Salamim huius Salamis uel Salaminis, unde accuſatiuus hāc Salamina.) iminētē. i. inſidiātē ex ꝓpinquo ſaluti eorū, uidelicet Athe. uelut arcē hoſtilē, q etiā primus uidit tyrannidē Piſiſtrati orientem, & qui ſolus auſus eſt dictitare palā, ſup. eā debere opprimi armis. ſ. prius q̃ uires ſumeret, exegit profugus. ſ. a conſpectu tyranni, ſenectutem, Cypri. i. in Cypro inſula (unde notandum, ꝙ regionis nomen in genitiuo abſolute poſuit) neq; cōtigit ei humari in patria, de qua fuerat optime meritus.

OLIVERIVS.

¶ BENE egiſſent Athe. Miltiades Athe. rerū geſtarū gloria inſignis ꝓpe pu. Athe. multa, & ꝑclara facinora ædidit, atq; illud omniū maximū, ꝙ Artaphernē, & Dathim Darii regis Perſarū præfectos, qui cū centū millibus peditū. x. millibus equitū in totius Græciæ, ac in primis Athe. uenerant excidiū, cū paruis admodū copiis, utpote. x. millibus armatorū apud Marathonē ſuperauit. in cuius rei memoria porticus Athenis ꝯſtructa, & in ea tota hiſtoria depicta fuit, referta quoq; aliarū rerū, & ſcientiæ pictura. q̃ Stoa porticus dicta. Vnde ſtoici poſtea nominati ſunt. Fronti. de Miltiade lib. iiii. Miltiades inquit cū ingentē Perſarū Miltiades i carcere cōiectus.

IN ARISTIDEM.

Ariſtides etiam, quo totius Græciæ iuſtitia cenſetur, continentiæ quoq; eximium ſpecimen, patria iuſſus excedere eſt: felices Athenas, quæ poſt illius exilium inuenire aliquem, aut uirum bonum aut amantem ſui ciuem potuerunt, cum quo tunc ipſa ſanctitas migrauit.

IN TEMISTOCLEM.

Themiſtocles eorum, qui ingratam patriam experti ſunt, celeberrimū exemplum, cum illam incolumem, claram, opulentam, principē Græciæ reddidiſſet, eouſq; ſenſit inimicam, ut ad Xerxis, quē paulo ante deſtruxerat, non debitam ſibi miſericordiam perfugere neceſſe haberet.

multitudinē apud Marathona fudiſſet, Athe. circa gratulationē morātes cōpulit, ut feſtinarent ad opē urbi ferēdam, quā Perſarū claſſis petebat. cumq; ꝑcurriſſent, impleſſentq; mœnia armatis, Perſæ rati ingentem eſſe numerum Athe. & alio milite apud Marathona pugnatū, aliū pro muris ſuis opponi, circūactis ex templo nauibus Aſiam repetierūt. fuit autem hæc uictoria, teſte Gellio anno ab urbe condita cc. & lx. hic igit̃ Miltiades poſt tantā uictoriam accuſatus, ꝙ Paron inſulā capere noluiſſet, uel ut Iuſti. tradit, ob crimē peculatus, ꝙ rēpu. expillaſſet, primo capitali, deinde mutata ſententia pecuniaria pœna damnatus eſt. quā cū exoluere nō poſſet, erant enim .50. talenta, cū primū in patriam rediit, in uincula coniecerunt. ubi cū haud ita multo poſt eſſet morte conſumptus, eius corpus inſepultum eſſe uoluerūt; donec filius pietate motus, ſe ꝓ patre carcerē ſubiturū ultro ꝓmiſit. qui paulopoſt interrogatus a populo, an id libēter feciſſet, ꝙ patris pœnas adiiſſet, cū libentiſſime id ſe feciſſe reſpōdiſſet, ut pater ſepulturæ mandaretur, carcere liberatus eſt, ut quidā dicunt. alii uero quibus magis credēdū eſt, ut dicūt Calliā quendam non tam generoſum, ꝗ̃ pecunioſum uirum, pro eo pecuniā exoluiſſe, impetrato ſororis eius Helphinaces matrimonio. De hoc Miltiade in cap. de pietate latius dicemus. Poſt tricentā. m. Arthaphernē, & Dathium, Perſarū regis præfectos terra, mariq; uicit. Secuiſſe. Tenuiſſe, nam ſecare eſt proprietatē poſſeſſionis eius, qui illam alienauerit, tenere, unde ſectores rerū, quæ ſub haſta uenduntur, emptores dicuntur, quod enim alterius fuerat, id ipſi poſſident. alii legunt ſe creuiſſe.

ASCENSIVS.

¶BENE &c. Ordo eſt. Athenien. egiſſent bene cū Miltiade .i. rem illi gratā feciſſent, ut ſi miſiſſent eū in exiliū, protinus .i. ſtatim poſt trecēta millia Perſarū deuicta Marathone .i. apud Marathona montē Atticæ regionis, ac nō coegiſſent mori in carcere uinculis, utputo .i. quātū iudicare poſſum. Athenien. duxerūt .i. iudicauerūt abunde ſup. eſſe, ſæuire aduerſus optime meritū uidelicet Miltiadē, hactenus .i. uſq; ad mortē eius in carcere, & uinculis, immo ne quidē .i. nō ſaltē, aut nō etiā paſſi ſunt, mandare ſepulturæ corpus eius .ſ. Miltiadis coacti ſic expirare .i. ſic mori in carcere, & uinculis, priuſquā filius eius Cimon .ſ. nomine, traderet ſe cōſtringendū eiſdē uinculis, quibus ipſe cōſtrictus fuerat. Filius maximi ducis, uidelicet Miltiadis, & ipſe futurus maximus dux ætatis ſuæ, potuit gloriari ſe ſecuiſſe (ſic enim Oliue. legit, & forte uera eſt lectio) .i. quaſi per ſectionē obtinuiſſe alii tñ legūt, ſortiri ſup. eſſe ſolū .i. dūtaxat hanc hæreditatē pſnā, uidelicet catenas, & carcerē.

OLIVERIVS.

¶ARISTIDES etiā. Mos erat apud Athe. ut qui uirtute ſui maximas opes in urbe cōſecutus eſſet, in exiliū per .x. annos mitteretur, ne ille opibus elatus, factiones in urbe moueret. hac lege, ꝗ exoſtraciſmus dicebatur, duo ꝓſtantiſſimi duces relegati ſunt, Ariſtides, qui nimiū iuſtus eſſe uidebatur, adeo ut iuſti cognomen impoſitum ei fuerit, & Themiſtocles, qui uirtute ſua patriā ex manibus hoſtium ſæpe liberauit. Sed ꝓcipue cū Xerxes in Europā cū tota ferme Aſia tranſit, quem Themiſtocles conſilio ſuo cū centis nauibus apud ſalaminā ſuperauit. quibus fuſis Ariſtides ſeruandæ ꝓdæ gratia ꝓpoſitus, continentiæ, & integritatis opinionē, quā de ſe maximam concitauit, omnibus confirmauit. Nam cū argenti, & auri uix paſſim, & ueſtimentorū omnis generis, ac in tabernaculis, in quibus barbaros nudauerāt, nec ipſe contrectare quippiam uoluit, nec ut ab aliis attingeretur paſſus eſt. paulopoſt urbis principatū cōſecutus, cum omnis uirtutis, tū maxime æquitatis, ac iuſtitiæ apud populū periculum fecit, ita ut omniū cōſenſu iuſti cognomen ſit aſſecutus. ex quo ſibi nō minorem gratiam, & autoritatem, ꝗ̃ odium, & inuidiā contraxit. nam Themiſtocles eius æmulus, & grauis aduerſarius, ſermonē iactabat in uulgus, Ariſtidē hac ſua iudiciaria cōſuetudine, & forenſi poteſtate, clam ſublatis iudiciis, ſine ſtipulatoribus ſibi regnum comparaſſe. quibus uerbis commota ciuitas. Ariſtidē non affectatu regni, ut præ ſe ferebant, ſed gloriæ illius inuidia oſtraco in exiliū relegarunt. erat autem exoſtraciſmus nō improbitatis caſtigatio, ſed ad honeſtandū facinus elationis, & grauioris poteſtatis moderatio, pœna in .x. annos data. fiebat autem oſtracus hoc modo, oſtraci .i. calculi, & teſtæ uiritim in cōſilio dabātur, & in eis quiſq; quem ex ciuibus urbe cedere uellēt, literis indicabant, quos poſtea in unū fori locū cācellis circūſeptū deferebāt. Magiſtratus uero, ꝗbus dabatur negociū illud publicū uniuerſos ſimul recēſebant, q niſi ſex millium numerū exceſſiſſent, nihil cōfectū eſſet. Poſtea uniuſcuiuſq; calculis ſepoſitis, eū quē pluribus ſentētiis dānatū cognoſcerent .x. annos, extorrē fore declarabant. ea tñ cōditione, ut fructus ſuos capere liberū ſibi relinqueretur. In eo igitur iudicio Ariſtides cū multitudinis aduerſus ſe concitatē ſtudiū admiraretur, quæſiuit, nū ab eo, quē in exiliū mittere ſtatuiſſent, mali quicquā perpeſſi eſſent. cui nihil ſibi mali factum, nec a ſe uirum cognitum eſſe, ſed moleſte ferre dixerunt, ꝙ omnibus in locis hunc ipſum iuſtum audirent. quæ cum accepiſſet Ariſtides nihil locutus eſt illis, ſed urbe cedens, & manus ad cælum tendens, non ſicut Achilles græcis iratus mala imprecatus eſt, ſed ut Athenien. quæcunq; uellent ſibi bene, fauſte, fœliciterq; euenirent, utq; Ariſtides nunquam ſibi ueniret in mentem. Totius græciæ iuſtitia. Cum ad conferendas in bellum pecunias, totius græciæ cenſus conſtituendus eſſet, populi uniuerſi Ariſtidem ab Athenien. petierūt, ut eo autore, & cenſore ſingulis ciuitatibus iuſtus cenſus deſcriberetur. quid illud ꝙ cum in exilium eiectus fuit, Themiſtocles inimicus eius acerrimus utpote qui factione ſua Ariſtidem eiecerat, cum referendi maleficii, & ſumendæ ultionis occaſio maxima ſibi foret oblata, ſic in officio, & decore permanſit, ut nec accuſationis conſcius, nec damnationis particeps eſſe uoluerit, nec re nec uerbo quicquam fecerit, unde ex afflictis inimici ſui rebus, uoluptatem capere uideretur. Tulli. lib. v. Tuſcu. quæſtionem dicit, Ariſtidem patria pulſum, ꝙ præter modum iuſtus eſſet. Continentiæ ſp. Nam conſtat hunc in magna paupertate uixiſſe, adeo, ut Callias eius propinquus, & omnium Athenienſium ferme ditiſſimus, accuſatus fuerit, ꝙ Ariſtidem pateretur fame plerunq; laborare, quem iudices damnaſſent, niſi dixiſſet Ariſtidem ſe longe magis inopia, ꝗ̃ Calliam maximis opibus gloriari, par eſſe. quia complures uideret qui diuitias, quibus abundant, in uſus uel turpes, uel inhoneſtos collocent, qui uero paupertatem generoſe ferant, pauciſſimos eſſe. hunc adeo pauperem fuiſſe dicit Frontinus, ut ne tantum quidem pecuniæ illi poſt mortem ſupereſſet, quæ ſufficeret in dotem filiarum, quas publice dotauit ſenatus Athenienſis, poſt ampliſſimarum rerum adminiſtrationem, illo in ſumma paupertate defuncto.

Exoſtraciſmus quid, & quomodo.

Ariſtidē Athenienſes relegarunt.

ASCENSIVS

¶ARISTIDES etiam quo .i. in quo aut per quem iuſtitia totius græciæ cenſetur .i. iudicatur, quaſi norma ſit iuſtitiæ, eximiū quoq; ſpecimen .i. experimentum, aut approbamentum cōtinētiæ, eſt iuſſus excedere patria .ſ. per exoſtraciſmon. Felices (diceret o feliceis, ſed ne exclamaret ſubticuit o) Athenas ſup. iudico quæ potuerunt inuenire poſt exilium illius, aliquem aut uirum bonum, aut ciuem, amantem ſu .ſ. Athenarum, poſt dico exiliū illius, cum quo ipſa ſanctitas, migrauit, id eſt alio habitatum iuit tunc.

OLIVERIVS.

¶THEMISTOCLES eorum. Hic ut diximus, cū Xerxes terra, mariq; bellum uniuerſe Græciæ, cum tantis copiis inferret, quātas nec antea, nec poſtea quiſquā habuit, non ſolum patriæ, & totius Græciæ ſalutem ꝓtexit cōſilio, & calliditate ſua, Verūetiā totius Europæ, nā cum maxime Athe. pati decerētur, ob pugnā .i.

Marathoniam,

IN PHOCIONEM.

Phocion vero his dotibus, quæ ad pariendum honorem potentiſſimæ iudicantur, clementia, & liberalitate inſtructiſſimus, nõ tantũ in eculeo ab Athenienſibus impoſitus eſt, ſed certe poſt obitum nullũ Atticæ regionis, quæ oſſibus eius iniiceretur, glebulam inuenit. Iuſſus extra fines ꝓiici, intra quos optimus ciuis vixerat. Quid abeſt igitur, quin publica dementia ſit exiſtimanda, ſummo conſenſu maximas virtutes, quaſi grauiſſima delicta punire, bñficiaq; iniuriis rependere? qđ cũ vbiq; tum ꝓcipue Athenis intolerabile videri debet: in qua vrbe aduerſus ingratos actio cõſtituta eſt, & recte: qa dandi, & accipiendi bñficii commerciũ, ſine quo vix vita hominũ extat, perdit, & tollit, quiſquis benemerito parem referre gratiam negligit. Quãtũ ergo reprehenſionem merentur, qui, cum æquiſſima iura, ſed iniquiſſima haberent ingenia, moribus ſuis, q̃ legibus vti maluerunt? Quod ſiqua ꝓuidentia deorum effici poſſet, vt excellentiſſimi viri, quorum modo caſus retuli, legẽ ingratorũ vindicem retinentes, patriã ſuam in ius, ad aliã ciuitatẽ pertraherent nõne ingenioſum, & garrulũ populũ, mutum, atq; elinguẽ hac poſtulatione reddidiſſent: diſcordes foci tui, pariſq; diuidua tuguria Græciæ facta ſunt columen. Lucet Marathon Perſicis tropheis: Salamis, & Arteniſium Xerxis naufragia numerantur: ꝓualidis manibus exhauſta mœnia: pulchrioribus operibus cõſurgunt: harum rerũ autores vbi vixerũt? vbi iacẽt? reſponde: nempe Theſea paruulo in ſcolpuo ſepeliri, & Miltiadẽ in carcere mori, & Cimona paternas inducere catenas, & Themiſtoclem victorem victi hoſtis genua complecti, Solonemq; cũ Ariſtide, & Phocione penates ſuos ingrata fugere coegiſti: cum interim cineribus noſtris fœde ac miſerabiliter diſperſis, Oedipodis oſſa, cęde patris, nuptiis matris contaminata, inter ipſum Areopagum, diuini atq; humani certaminis venerabile domicilium, & excelſis præſidiis Mineruæ arcem honore aræ decoratos, ſacroſanctiores colis: adeo tibi aliena mala tuis bonis gratiora ſunt. Lege itaq; legẽ, quæ te iureiurãdo obſtrictã tenet: & quia benemeritis debita reddere præmia noluiſti: leſis iuſta piacula exolue. Tacent mutæ vmbræ fati neceſſitate cõſtrictæ. At ĩmemores bñficiorũ Athenæ reprehẽſione, lingua ſermone licẽti ſoluta, nõ vacẽt. Sed omittamus ingratos, & potius de piis loquamur. Aliquãto .n. ſatius eſt fauorabili, q̃ inuiſæ rei vacare. Venite igit in manus noſtras proſpera parentũ vota, felicibus auſpiciis ꝓpagatæ ſoboles, q̃ efficitis, vt & genuiſſe iuuet, & generare libeat.

Marathoniam, in qua Perſæ turpiter debellati fuerant, & ipſi Delphos conſultũ Apol. de rebus ſuis miſiſſent. Reſpõdit Apollo, ut ſe mœnibus ligneis munirent. quod cũ nemo intelligeret, ſolus Themiſtocles interpretatus eſt, & perſuaſit omnibus conſiliũ eſſe Apollinis, ut in naues ſe ſuaq; conferrent, qđ ita fuiſſe cõpertũ eſt. nam ſic quoq; ſe cõponentibus, Xerxem ſua uirtute Themiſtocles nauali ꝓlio, debellauit, & ex Europa diſcedere tanta calliditate, & artificio, curauit, ut a Themiſtocle conſeruatum magis, q̃ ſuperatum ſe fuiſſe exiſtimaret. multaq; alia præclara fecit, & inprimis euerſa patriæ mœnia, inuitis Lacedæmoniis reſtituit, & renouauit. quibus rebus populum Athenien. clarum, & Gręciæ principẽ reddidit, & tamen ab ingrata patria in auxilium ad ipſum Xerxem, quem pauloante uicerat, ire coactus eſt. Igitur in oratione Demoſthenis, Themiſtocles Xerxem decies cẽtenis millibus militũ claſ ſũ, quatuor millium, & ducẽtarum, nauium numero terribilẽ, exigua rate fugere coegit.

ASCENSIVS.

¶THEMISTOCLES celeberrimum exẽ. eorũ qui experti ſunt patriam .ſ. ſuam (ut ipſe Athenas) ingratam, cum reddidiſſet illam .ſ. patriã ſuam incolumen .i. ſaluam claram, opulentam, & ſup. principem .i. primariam urbẽ Græcię, ſenſit ſup. eam inimicã eouſq;, ut haberet neceſſe .i. ut cogeretur ꝓfugere ad miſericordiam, non debitã ſibi, utpote Xerxis, quẽ deſtruxerat pauloante, pugnãdo .ſ. fortiter contra eum.

OLIVERIVS.

¶PHOCION uero his. Phocion cur patria ſepultura caruit? Erant eo tempore Athenis duæ factiones, quarum una populi cauſam agebat, altera optimatũ, in hac erat Phocion, & Demetrius Phalerius, harũ utraq; Macedonũ patrocinio nitebatur. Nã populares Polypercõti fauebant, optimates cũ Caſſandro ſentiebãt. Interim a Polyperconte Caſſandrus Macedonia pulſus eſt. quo facto populus Athenien. ſuperior factus, ſtatim duces aduerſę factionis capitis damnatos patria pepulit. in his Phocionẽ, & Demetriũ Phalerium. de eaq; re legatos ad Polypercontẽ miſit, qui ab eo peterẽt, ut ſua decreta cõfirmaret. eodẽ etiam profectus eſt Phocion. quo ut uenit, cauſam apud Philippũ regẽ uerbo, re autem ipſa apud Polyperc ontem iuſſus eſt dicere, namq; iſte regiis rebus pręerat. hic cum ab Agnonide accuſatus eſſet, ꝙ Pyrrhæũ Nicanori ꝓdidiſſet, & conſimili ſententia in cuſtodiam coniectus, Athenas deductus eſt, ubi de eo legibus fieret iudiciũ. huc ubi peruentũ eſt, cum propter ætatem pedibus ire non ualeret, uehiculoq; portaretur, magni concurſus facti ſunt, cum alii ueteris famæ reminiſcentes commiſerarentur, plurimi uero exacuerentur propter proditionis ſuſpitionem, maxime quia aduerſus populi commoda in ſenectute ſtetiſſet. qua de re non peorandi quidem ei eſt data facultas, & dicendi cauſa. inde iudiciis legitimis damnatus, traditus .xi. uiris, quibus ad ſupplicium publice damnati tradi ſolent, cũ ad mortem duceretur, obuius ei fuit Emphiletus, quo familiariter fuerat uſus. is cũ lachrymãs dixiſſet, o q̃ indigna perpetis Phocion, at non inopinata, inquit, hunc enim exitum pleriq; clari uiri Athenien. habuerunt. in hunc tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ſit auſus libere eum ſepelire. Itaq; a ſuis ſepultus eſt. Phocion ue. His dotibus. Virtutibus clementia, & liberalitate. Pariẽdum. hominẽ inſtruẽdũ & ornandũ. Quid abeſt. Inuehitur in eos, qui adeo ingrati extiterũt, ut etiã in mortuos ſæuire nõ dubitauerũt. qua in re, Athenienſes in primis dãnãdos eſſe dicit. ꝙ cũ ubiq; grauis, & dãnãda ſit ingratitudo, intolerabilior tñ Athenienſibus eſſe uideaẽ, ꝙ ciuitas illa bonarũ artiũ mater, oibus bene uiuẽdi pręceptis, & inſtitutis fundata, legẽ etiam de ingratis habuerit, ut ingrata merito dãnari poſſet. Quod ſiqua prouidẽtia. Nõ haberẽt, inquit, Athenieſes, quod dicerent ſi uiri clariſſimi ingratitudine affecti, reuiuiſcerẽt, & lege ingratitudinis agerẽt in ciues ſuos. Diſcor. Si inqt, Theſei umbra ab inferis excitaretur hæc uerba diceret, tũc cũ uicatim habitabas, & diuiſa eras, tot iter uos diſſenſiones erãt, quot familię ego uos in unũ collegi, & cõiunctionẽ ſeruare docui. Lucet Marathon. Hæc uerba diceret Miltiades, & Themiſtocles, quorũ alter Arthaphernem, & Dathium Darii Regis Perſarũ ꝓfectos in cãpis Marathoniis, alter uicit Xerxem apud ſalaminã. Marathon. Ciuitas in Attica regione poſita haud ꝓcul Athenis, Perſarũ clade nobilitata. Pręualidis mœnib⁹. Themiſtocles reædificauit urbẽ. q iterpretatus eſt oraculũ, qđ erat, ut ligneis mœnibus ſe defenderẽt, uel ut alii dicũt, ligneis equis pugnarẽt, qđ cũ cibus uideretur obſcurius, ſolus Themiſtocles dei ſententiam intellexit, ut relicta urbe, nauibus pugnarẽt. qđ cũ feciſſent barbari deſertam urbẽ cœperunt, & eã ſolo adęquarunt, deinde ſuperatis barbaris uirtute Themiſtoclis, eiuſdem quoq; conſilio reſtituta, & inſtaurata ſunt urbis mœnia, contra Lacedæmoniorũ uoluntatẽ, qui græciæ principatũ tenere cupientes nolebant reædificari urbẽ.

Phocionis idigna mors

Marathõ ciuitas. Athe. ingratitudo

Nempe Theſea. Victi hoſtis.ſ. Xerxis quē pauloante deuicerat.
Solonē media correpta proferri debet. Oedipodis. qui Laium
patrem ſuum inſciens occiderat. Intendit argumentum a maio
ri ad minus, ſi parricidas, & impios ſumma ueneratione tenes,
quanto magis de te benemeriti eſſent uenerandi? cū aūt illos eie
ceris, cruciaueris, damnaueris, quanto grauior pœna digna ui
deris? Nuptiis matris contaminata. quia Oedipus Iocaſtā ma
trē ignarus duxit uxorem. Hic eſſet Oedipodis fabula dicenda,
ſed tanquā notiſſimā ꝑtermittimus. Mineruæ arcem. Quia oēs
arces Palladi ſunt cōſecratæ, ut Pallas, quas condidit arces, ipſa
colat. Diuini certaminis. Quia certamen fuit inter Neptunum,
& Palladem de noīe Athenis imponendo, cū ille equū, hic uero
oliuā e terra miſit. Humani. Quia Ariopagitæ illic diſceptabāt
de rebus ad rēpublicā ꝑtinentibus. erat aūt locus, qui græce di
citur γνωτιον locus iudicii. lege itaq; O patria ingrata, ſi de in
gratis legē tuam legeris, cōtra iuſiurandū te feciſſe cognoueris,
cū ſceleratos, & peregrinos receperis, ciues tuos bonos de te o
ptime meritos eieceris. Iureiurādo. Quia affirmauerāt iureiu
rando, ſe leges ſeruaturos. Lingua. Quia uerboſa eſt græcia.

Sed omittamus ingratos. ad pietatem tranſiturus non diſcedit
a cōſuetudine ſua, ut breui quadā ꝑfatione capitula iungat. poſt
quā ſatis diximus de ingratis, dicamus de pietate filiorū ergā pa
rētes. Venire igiť. Inuitat pios, qui ſe offerāt, ut eorū laudes de
cantet, qui ſua uirtute effecerunt, ut tales genuiſſe parentes non
pœniteat, & alios incitent ad ꝓpagandū genus, credentes ſe illis
ſimiles procreaturos. Propagatæ. Multiplicatæ, & auctæ. eſt au
tem pietas teſte Cice. per quam diis immortalibus ſanguine cō
iunctis, & patriæ beneuolis officium, & diligēs tribuitur cultus.

ASCENSIVS.

PHOCION uero, inſtructiſſimus. i. ornatiſſimus & quaſi ar
matiſſimus his dotibus, q̃ indicanť potētiſſimæ ad honorē pa
riendū. i. labore acquirendū uidelicet clemētia, & liberalitate, nō
tantū impoſitus eſt eculeo. i. inſtrumento tortorio (ſic ab equo,
ut quidā uolunt dicto, unde equuleus ſcribi debeat) ab Athe
niē. ſed certe nullā. i. nō ullam, nō inuenit poſt obitū. ſ. ſuū, ullā
glebulā. i. uel minimam partē terræ atticæ. i. ad atticā regionem
Athenien. pertinētis, quæ iniiceretur eius oſſibus. ſ. ad ſepulturā
faciēdā, Iuſſus uidelicet proiici extra fines. ſ. atticæ regionis in
ter quos. ſ. fines uixerat optimus ciuis. Quod qa iniquiſſimum
eſt, addit. Quid igitur abeſt &c. Inuehitur in ingratos, & ꝑcipue
in Athenien. dicēs. Igitur, qa in tot inclytos uiros ingrati fuere
Athenien. Quid abeſt. i. deeſt. ſ. iuſtæ cauſæ, aut quid obeſt. i. im
pedimento eſt, qn. i. quo minus ſit exiſtimanda. i. cenſenda pu
blica demētia, uidelicet punire ſummo conſenſu. ſ. totius popu
li, maxima uirtutes, quaſi grauiſſima delicta, & repēdere. i. recō
penſare beneficia. i. benefacta, iniuriis, ut ſunt uincula, & exilia?
Quod. ſ. facere, cum. ſ. ita ſit qđ debet uideri intolerabile ubiq;
. ſ. gentiū, tum ꝑcipue debet uideri intolerabile Athenis. i. apud
Athenas, in qua urbe actio. ſ. legitima, cōſtituta eſt. ſ. per legē la
tam aduerſus. i. contra ingratos. Et recte ſup. actio cōſtituta eſt,
quia quiſquis. i. quicūq; negligit referre benemerito parem gra
tiam, tollit, & perdit cōmertiū. i. mutuā pactionē, & rationē dan
di, & accipiendi bñficii, ſine quo. ſ. cōmertio uita hominis uix. i.
quaſi nō, & cū ſumma difficultate conſtat. Voluit enim deus ho
mines mutua inter ſe opera, & bñficentia ita indigere, ut nullus
ſibi ſatis ſit, ut mutua charitate ſeſe demerētes, ꝑceptum de dile
ctione ꝓximi ſeruēt, quod quidē ꝑceptum, licet forte a Deo Mo
ſi datū nō nouit autor, obſeruandū tamē nouit. Ergo cum tam
neceſſaria ſit gratitudo ad cōſeruationē generis humani, quan
tā reprehenſionē merentur uidelicet Athenien. qui cū haberent
iura æquiſſima, ſed ingenia iniquiſſima, maluerūt uti moribus
ſuis. ſ. prauis, q̃ legibus. ſ. ſuis rectis? q. d. maximā. Quod ſi poſ
ſet effici. i. fieri, qua. i. aliqua ꝓuidentia deorū, ut uiri excellētiſſi
mi, quorum caſus ego retuli. i. recitaui, modo. i. pauloante, reti
nentes legē ingratorū, uindicē. i. ultricē iniuriatū ſibi illatarū, per
traherēt patriā ſuā in ius ad aliā ciuitatē, nonne reddidiſſent po
pulū. ſ. Athenien. ingenioſum, & garrulū, & ita idoneū, qui mul
tū, & prompte reſpondeat (nam ingenio excogitantur uerba,
quæ loquacitate effutiūtur) mutum, atq; elinguē. i. quaſi non
habentē linguā, cū non haberet quid reſponderet, hac. i. huiuſ
modi poſtulatione. i. actione iniuriarum? qualis ſequitur, ut. ſ. di
cāt Theſeus, Miltiades, & cæteri, o patria igrata, Foci tui diſcor
des. i. tā diſperſi ꝑ agros, ut ex eis nulla oriri poſſet concordia, &
tuguria tua. i. caſæ, & humiles uillæ in agro, diuidua pacis. i. q̃
potius ad diuiſionē, q̃ ad unionē pacis, ut erāt diſtrictæ, faciebāt
ſunt facta. ſ. ductu, & auſpicio Theſei, columen. i. faſtigiū, & ſum
mū decus græciæ. Marathon mons Atticus, aut urbs in Attica,
lucet (ductu Miltiadis) trophæis Perſicis. i. Perſis detractis ſpo
liis. Salamis Athenis adiectā, & Artemiſiū, & naufragia Xerxis
. i. quæ coactus eſt Xerxes facere, numerātur. ſ. Inter uictorias ci
uiū tuorū. mœnia. ſ. tua hoc eſt Athenarū exhauſta. i. euacata, &
ſolo æquata ꝓualidis manibus. ſ. Perſarū, & aliorū barbarorū,
tam ualidis, ut Apollo Athenien. in muris tātū ligneis, hoc eſt
in nauibus ſalutē denūciaret. conſurgunt. ſ. opera, & cōſilio The
miſtoclis, pulchrioribus operibus. i. ſtructuris, q̃ prius. Reſpōde
o patria, autores harū rerū ubi uixerūt? ubi iacent? q. d. in exiliis,
aut carcere uixerūt & in terris ignotis iacent. quod probat ſic.
Nempe. i. nam certe o ingrata. ſ. patria, tu coegiſti Theſea ſepe
liri in paruo ſcopulo. ſ. Scyri inſulæ, & Miltiadem mori in carce
re, & Cymonem inducere catenas paternas, ut. ſ. patrē in cate
nis mortuū ſepeliri patereris, & Themiſtoclem uictorē. ſ. Xer
xis, cōplecti genua. i. ſupplicē ambire, & īplorare miſericordiā
hoſtis uicti. ſ. eiuſdē Xerxes. & coegiſti Solonem cū Ariſtide, &
Phocione fugere penates ſuos. i. abire in exiliū (Interſeram hoc
grāmaticum, qꝫ Oliue. dicit, Solonē media correpta proferri de
bere; intellige quoties ſequitur encletica coniunctio, quæ trahit
ſemper accentū ad ꝑcedentē ſyllabā, ut hoc loco, Solonemq;, ſic
pronunciē, Simonemq;, Catonēq;, quin etiā utraq; nominati
ui caſus in ꝓnūciādo accentū habet in penultima, uerūtamē So
lonē, Simonē, Catonē, & in carmine quocūq; ſequēte cōiūctio
ne encletica mediā ꝓducunt, unde Perſius. Erūnoſiq; Solones.
Hora. Lucrata Simone talentū. Sentētia diua Catonis) Coegiſti
inquiunt ea, quæ dicta ſunt, cū interim cineribus noſtris (Sunt
enim uerba iniuriā paſſorū de ingratitudine patriæ cōquerētiū)
diſperſis fœde, ac miſerabiliter. qa in exiliis uariis citra culpā no
ſtrā derelictis, tu o patria ingrata colis oſſa Oedipodis contami
nata cæde pr̃is. ſ. eius laii, Et nuptiis matris. ſ. Iocaſtæ, & cineres
ſup. eius decoratus honore aræ, & ita ſacroſanctiores. i. pluſquā
ſacroſanctos, cum etiā diuinis honoribus eos dignata ſis, inter
ipſum Areopagū. i. Martis uicū, locū nobiliſſimū in urbe Athe
narū, appoſitorie nobile domicilium diuini, atq; humani certa
minis, qa ibi Neptunus, & pallas de impoſitione nominis Athe
narū primū certaſſe dicunť. deinde grauia Mortaliū iudicia exer
cebanť, & inter arcem mineruę excelſis præſidiis, qa diuinis pręe
ditam, nā dea ipſa arcem ſuā defendere credebatur, ut patuit lib.
i. cap. de ſimulata religione per Piſiſtratū. Adeo. i. uſq; adeo, uel
in tantū, mala. i. peccata aliena, utpotē Oedipodis cuius relquias
ſic honoraſti, ſunt tibi gratiora tuis bonis. i. uirtute tuorū ciuiū.
Itaq; lege. i. reuolue, & meditare, legē. ſ. contra ingratos latam,
quæ tenet te o patria ingrata, aſtrictā iureiurando, qa cū ferre
tur primū iurauit totus populus, ſe eam obſeruaturū. Et qa nolui
ſti reddere benemeritis. ſ. de te. hoc eſt nobis (nam eorū nomi
ne hæc introducta ſunt ab autore, quaſi iniuriā paſſi hæc dicāt)
ꝑmia debita, exolue læſis. ſ. nobis. i. iniuriā paſſis, piacula. i. pur
gamina iuſta. i. debita, hoc eſt iuſtas expiationes, & recōpenſatio
nes pro iniuriis illatis. Hactenus illi de quibus autor. Vmbræ il
lorū. ſ. quos per fantaſiam introduxi conquerētes, tacent mutę,
qa corporibus exutæ, conſtrictæ neceſſitate fati, qa abire coa
ctæ, redire nō poſſunt. At Athenę Immemores beneficiorū, nō ua
cent. i. nō poterūt ꝓpterea uacare. i. uacuæ, & immunes eſſe, re
prehenſione. ſ. uiuentiū, & hoc lingua ſoluta. i. effuſa ad loquen
dū, ſermone licenti, & ita, imodico, hoc eſt quamuis umbræ ta
ceāt, uiuentes tamen ingratitudinē Athenien. liberius taxabūt.

Sed omittamus ingratos. Hac ꝑfatione trāſit ad pios, qui multi
plices ſunt, utpote in parentes, in fratres, in patriam, & in libe
ros, de quibus ex ordine agit. Et primo de primis uidelicet de
piis in parentes dicens. Sed omittamus ingratos, & loquamur
potius de piis. Eſt enim facilius. i. eligibilius, & cōducibilius alis
quāto uacare. i. operā, & ſtudiū ſingulare īpendere, rei fauorabi
li, ut eſt pietas, q̃ inuiſæ, ut eſt ingratitudo. Igiť qa de piis in parē
tes primū locuturi ſumus, o uos ꝓſpera uota parētū, qa oēs pa
rentes ſumus, uotis tales gignere optant. & uos ſoboles propa
gatæ auſpiciis felicibus. i. feliciter, & diis bene fauentibus ince
ptis ueſtris, q. ſ. ſoboles efficitis, ut iuuet. i. delectet. ſ. parētes ue
ſtros genuiſſe. ſ. uos, & libeat. i. uoluptati ſit ſup. eis, generat ſup.
alias, uenite in manus noſtras, ut. ſ. uos honorifico ſtylo tractē.

Oliuerius.

OLIVERIVS.

Coriolani pietas erga matrem

CORIOLANVS. Hic fuit uir conſilio, & magnanimitate plenus, cæterum pietatis gloria longe inſignis. nam poſt multas, atq; p̃claras res pro repu. geſtas odio plebis, & ira cōcitatæ in ſe multitudinis cum maxima patrũ indignatione, & dolore, urbe pulſus, in Volſcos profectus eſt, ubi tam tum breui tempore gratia, & autoritate ualuit, q̃ eius conſilio bellum Romanis indiceretur. Ipſe dux belli ſummo oĩum ꝯſenſu creatus, uaſtatis primo Romanorũ agris, multis deinde captis oppidis, multis etiam in deditionem acceptis, multa præda locupletatus, ad ipſius urbis expugnationẽ duxit exercitũ. Romani tanta belli mole territi, legatos ad eũ de pace, & reditu ſuo miſerunt, q nihil profecere. miſſi deinde ſacerdotes cũ infulis, nihil plus felicitatis habuere. profecta demum mater inuictũ eius animũ fregit, & a patria bellum amouere coegit. quod igitur patrum autoritas, quod deorũ reuerentia nõ ualuit, ſola matris pietas effecit, q̃ tanta in hoc uiro fuiſſe traditur, ut dicere ſolitus eſſet, nullũ maius uirtutũ ſuarũ premium ſibi exolui poſſe, q̃ matris lætitiã. nam cum cæteris uirtutibus finis gloria foret, huic gloriæ finis materna exiſtebat lætitia. id naq; ingenti, tũ honori, tum felicitati ſibi eſſe ducebat, ut matrem eius laudes, & ſe coronis p̃ditum ſpectare contingeret, ac ipſius præ gaudio lachrymantis aſtringeret' amplexibus. quod idem traditur de Epaminũda, q ſe hoc uno feliciſſimum putabat, quod ſuas res geſtas i leuctris, atq; uictoriã uterq; parẽs potuiſſet inſpectare. Cauſæ autem quibus exulauerit, hæ ſunt, quarũ unam tantum Liuius Tãgit, Sed Plu. in eius uita commemorat. Primo affectati regni accuſatus eſt, quod cum probari nequiſſet, tria obiecerũt eius inimici, primum, quod frumentũ inter plebẽ diſtribui uetuiſſet ſecundũ, quod tribunatũ plebis dolo intercipere uoluiſſet, tertium quod prædã ex Anciati agro in ærarium nõ contuliſſet. quibus oĩbus conuictus exulare coactus eſt. Tullius i Lælio, q̃s clarior in Græcia Themiſtocle? quis potentior? qui cũ imperator bello Perſico Græciã ſeruitute liberaſſet, ꝓpterq; inuidiã in exiliũ pulſus eſſet, ingratę patriæ iniuriã nõ tulit, quã ferre debuit. Fecit idẽq; q̃d .xx. annis apud nos faceret Coriolanus. Hoc audacior contra patriam inuentus eſt nemo. itaq; ſibi mortẽ uterq; conſciuit. Quibus Ciceronis uerbis colligitur, Coriolanũ ſibi mortem intuliſſe. At uariæ ſunt de huius hominis exitu ſcriptorum ſententiæ, ſunt enim, qui dicant ſtatim abductis ex agro Ro. legionibus inuidia rei oppreſſum periſſe. alii alio leto. apud Fabium longe antiquiſſimum autorem uſq; ſenectutem eundem uixiſſe lectũ eſt. traditur etiã hãc ſæpe cum exacta ætate uocem uſurpaſſe, multo miſerius ſeni exiliũ eſſe. uerum cõſtat autore Dionyſio Alicarnaſeo quod eũ matronę annum, ut Brutũ, Romæ luxerunt. Magno ubiq; precio uirtus. Sentẽtia generalis ubiq; uirtutẽ æſtimari. q̃d probat per Coriolanũ, quem exulẽ hoſtes imperatorẽ creauerunt. Faſtidioſus, qui faſtidire ſolet bene de repu. meritos. Nõ detrahenda. Quia non ſine uerecũdia ab incepto amouebat. Ergo pectus, quamuis, inquit, Coriolanus multa cogitaret, quæ illũ in diuerſa traherent, cogerentq; in incepto ꝑmanere, pietas tamen omnia uicit.

DE PIETATE CORIOLANI.

CAPVT IIII.

CORIOLANUS maximi vir animi, & altiſſimi cõſilii, optimeq; de Rep. meritus, iniquiſſimæ damnationis ruina proſtratus, ad Volſcos infeſtos tũc Romanis confugit. Magno vbiq; præcio virtus æſtimatur. Itaq; quo latebras quæſitum venerat, ibi breuiſſime ſummũ adeptus eſt imperium. Euenitq;, ut quem pro ſe ſalutarem imperatorem ciues habere noluerant, pene peſtiferum aduerſus ſe ducẽ experirentur: frequẽter enim fuſis exercitibus noſtris, victoriarũ ſuarum gradibus, aditum iuxta mœnia vrbis Volſco militi ſtruxit. Quapropter faſtidioſus ille in æſtimandis bonis ſuis populus: qui reo non pepercerat, exuli coactus eſt ſupplicare: miſſi ad eum deprecandum legati, nihil profecerunt: miſſi deinde ſacerdotes cum infulis, æque ſine effectu redierunt: ſtupebat Senatus, trepidabat populus viri pariter, & mulieres exitium imminens lamentabantur. Tunc Veturia Coriolani mater, Volumniam vxorem eius, & liberos ſecum trahens caſtra Volſcorum petiit, quam vbi filius aſpexit propere vt amens matris complexum petiit: illa ex precibus in iram verſa ait: Sine vt prius, q̃ complexum accipiam, ſciam, an ad hoſtem, an ad filium venerim: captiuane an mater in caſtris tuis ſim. In hoc me longa vita, & infelix ſenecta traxit, vt exulem deinde te hoſtem viderẽ? potuiſti populari hanc terram, quæ te genuit, atq; aluit? niſi te peperiſſem, Roma nõ oppugnaretur: multaq; inſuper addidit complorando: quibus, & vxoris, ac paruulorum fletibus motus, matrẽ complexus, Expugnaſti, inquit, & viciſti iram meã patria, precibus huius admonitus, cuius vtero cõceptus ſum, te, quãuis merito mihi inuiſam, dono: continuoq; agrum Ro. hoſtilibus armis liberauit. Ergo pectus acceptæ dolore iniuriæ, ſpe potiundæ victoriæ, verecũdia detractãdi miniſterii, metu mortis refertũ totũ, ſibi pietas vacuefecit: vniuſq; parẽtis aſpectus, bellũ atrox ſalutari pace mutauit.

ASCENSIVS.

CORIOLANVS (Cuius primũ eſt iter pios in parentes exemplũ) uir maximi animi, & altiſſimi conſilii, & optime meritus de repub. ſ. Romana, ꝓſtratus ruina iniquiſſimæ dãnationis .ſ. factæ per furorẽ populi male inſtigati, confugit ad Volſcos .ſ. populos Italiæ, infeſtos .i. hoſtes, & uim inferẽtes tunc Romanis (Virtus autẽ æſtimatur ubiq;. ſ. terrarũ. Magno precio.) Itaq;. i. & ita quia uirtꝰ eius cognita fuit, ipſe adeptus eſt breui, ſummũ imperiũ ibi, quo uenerat quęſitum. i. ad quęrendas latebras. ſ. exilii ſui. Et euenit, ut quem ciues. ſ. Romani noluerunt habere imperatorem ſalutarem pro ſe, experirentur ducẽ pene peſtiferũ. i. afferentẽ perniciem, aduerſus ſe. Enim, ꝓ quia exercitibus noſtris fuſis frequẽter. ſ. a Volſcis eius ductu, ſtruxit. i. muniuit, & effecit Volſco militi aditũ. i. acceſſũ iuxta mœnia urbis. ſ. Romæ, gradibus. i. ſucceſſibus uictoriarũ ſuarũ. Quapropter populus ille. ſ. Ro. faſtidioſus. i. ſuperbus, & cõtemptor in æſtimandis. i. appreciandis bonis, qui nõ pepercerat reo. ſ. accuſato, licet inique, coactus eſt ſupplicare exuli. i. iam exulãte, ſed nõ ui in patriã reuerſo. Legati miſſi ad deprecandũ eum. i. flectẽdum eum p̃cibus, nihil ꝓfecerũt. deinde ſacerdotes miſſi cũ infulis. i. ornatu ſacerdotali preſertim in capite, redierũt. æque. i. æqualiter ſine effectu. Senatus ſtupebat. i. hebetabatur cogitando, & non inueniẽdo exitum mali, populus trepidabat præ timore, uiri pariter, & mulieres lamentabãtur exitiũ. ſ. urbis immінẽs. i. inſtans, aut appropinquans urbi. Tunc Veturia mater Coriolani, trahens ſecum Voluniam uxorem eius .ſ. Coriolani, & liberos. ſ. utriuſque petiit caſtra Volſcorum, q̃. ſ. matrem ſuam, ubi. i. quando filius aſpexit petiit cõplexum matris propere. i. feſtinanter, ut amens. i. raptus impatienti charitate in eam. Illa. ſ. mater eius Veturia, uerſa. i. mutata ex p̃cibus in iram ait. ſine. i. permitte, aut deſine complexum meum petere, ut ſciam priuſquam accipiam complexum .ſ. tuum, an uenerim ad hoſtem, an ad filium. & ne. i. an ſim captiua in caſtris tuis, an mater. Vita longa, & ſenecta infelix traxit me in hoc. i. ad hanc calamitatem, ut uiderem, te exulem, deinde ut uiderem te hoſtẽ. Potuiſti. i. induxiſti in aĩum tuum populari. i. ut populeris hanc terrã, quę genuit, & aluit te? Niſi ego genuiſſem ſup. te. i. ſi ſterilis fuiſſem (q. d. beatę ſteriles &c.) Roma. q. d. patria tua p̃clariſſima, nõ oppugnaretur. & ipſa addidit inſuper. i. p̃ter hæc multa. ſ. alia ſimilia cõplorando, qbus & fletibus uxoris, & paruulo[illegible]

rum.ſ.communiū, Coriolanus motus, cōplexus matrē, inquit, tu expugnaſti. Pōt hic duplex eſſe intellectus, alter, ut prius dicat ad matrē, tu o mater expugnaſti, & pro .i. uiciſti, deinde conuertēs ſermonē per apoſtrophē ad patriā dicat, o patria, ego admonitus &c. Alter ut complectēdo matre cōuertat totū ſermonem ad patriā, & dicat o patria tu expugnaſti, & uiciſti ſup. me, quia

lare.i intercedendo impedire, quo minus .i. ut non cōſpicuus .i. euidenter ſpectabilis duplici gloria, mereretur coronam.ſ. ciuicā imperatore ſimul, & patre. q. d. qui idē pater eius erat, rapto .i. erepto ex ipſa morte, quę.ſ. illi imminebat. Roma. ciuitas accepit auribus .i. intellexit audiendo iſta exempla.ſ. iam dicta, tam præclara. illa.ſ. quæ ſequūtur ipſa.ſ. ciuitas uidit oculis.

DE SVPERIORE AFRICANO.

Eadem pietas viribus ſuis inflammatū Africanū ſuperiorem, vix dum annos pubertatis ingreſſum, ad opem patri in acie ferendā virili robore armauit. Conſulem n. eū apud Ticinū fluuium aduerſis auſpiciis cū Hannibale pugnantē ſaucium grauiter, interceſſu ſeruauit ſuo: neqꝫ illum aut ætatis infirmitas, aut militiæ tyrociniū, aut infelicis prælii etiam veterano bellatori pertimeſcēdus exitus, interpellare valuit: quo minus duplici gloria cōſpicuus, coronam, imperatore ſimul, & patre ex ipſa morte rapto, mereretur. Auribus iſta tam præclara exēpla Ro. ciuitas accepit, illa vidit oculis.

DE L. MANLIO TORQVATO.

Lucio Manlio Torquato diem ad populum Pomponius Trib. Ple. dixerat, ꝙ occaſione benefaciendi belli ductus, obtinendi legitimū imperii tempus exceſſiſſet: Quodqꝫ filiū optimæ indolis iuuenē, ruſtico opere grauatum, publicis vſibus ſubtraheret. Id poſtquā Manlius adoleſcens cognouit, protinus vrbem petiit, & ſe in Pōponii domum prima luce direxit: qui æſtimans in hoc eū veniſſe, vt patris crimina a quo plus iuſto aſpere tractabatur, deferret, excedere omnes iuſſit cubiculo, quo licentius remotis arbitris iudiciū perageret: nactus occaſionē opportunā propoſito ſuo iuuenis, gladium, quem tectum attulerat, diſtrinxit: tribunumqꝫ minis, ac terrore compulſum iurare coegit, a patris eius accuſatione receſſurum: eoqꝫ effectū eſt, ne Torquatus cauſam diceret. Commendabilis eſt pietas, quæ manſuetis parentibus præſtatur: ſed Manlius quo horridiorem patrem habuit hoc periculo eius laudabilius ſubuenit qui ad eum diligendum præter naturalem amorem, nullo indulgentiæ blandimento inuitatus fuerat.

ego admonitus p̄cibus huius, cuius utero ego ꝯceptus ſum, dono .i. remitto tibi, quāuis in uiſę merito mihi, irā meā. & cōtinuo poſtquā ſic locutus eſt, liberauit agrū Romanū armis hoſtilibus Ergo pietas.ſ. in matrē uacue fecit .i. uacuū fecit, & intentū ſibi totū pectus .ſ. Coriolani refertum dolore iniurię acceptæ .ſ. ab ingrato populo, & ſpe uictoriæ potiundę .i. obtinēdę de ingratis, quæ iam in foribus uidebatur eſſe, & uerecūdia miniſterii.ſ. cœpti, & Volſcis promiſſi, detractandi .i. recuſandi pficere, & metu mortis q̄ irati Volſci ipſi inferre poterāt, ſecundū plurimos etiā intulerūt, & aſpectus unius .i. ſolius parētis .i. matris, mutauit bellū atrox, pace ſalutari, quia Volſci tali duce deſtituti, aut eo interfecto pacem fecerunt.

OLIVERIVS.

Scipiōis Africani pietas erga patrē

EADEM pietas. Hoc fuit ii. Pu. bel. quo tēpore Hāni. ex alpibus deſcēdit, obuiam habuit Cn. Scip. ſuperioris Afri. patrē, q cū iam cōmiſſa pugna i magno diſcrimine uerſaret, ꝙ impari acie parū caute dimicās, ueniſſet in uitæ diſcrimen cum Hāni. tum filius eius, qui poſtea Africanus dictus eſt, ſe inter patrē, & hoſtem iniecit, & ictū .i. excipiens e manibus hoſtis patrem liberauit. erat tamē Sci. admodum adoleſcēs, q primū dedit in hoc bello ſuæ futuræ amplitudinis inditium, patre medio iam ex hoſte recepto. Africanū, qui poſtea Africa. dictus eſt. Interceſſu ſuo. Interpoſitione ſua, qui ſe mediū inter patrem, & hoſtem imiſit. Neqꝫ illū. Hæc oīa deterrere poterāt adoleſcentē, ſed ea dicit ut rē magis exaggeret, & maiorem in Scipione uirtutem fuiſſe demonſtret. Gloria. Quia imperatorem liberauerat, & patrem. Coronam.ſ. ciuicam, quę dabatur his, qui ciues ſeruaſſent a morte, erat autem querna ut ſupra. Auribus iſta. Quia extra urbē geſta ſunt, illa uero in urbe. Iſta.ſ. Coriolani & Sci. iſta quæ ſequuntur.

ASCENSIVS.

EADEM pietas. Docet conſimilem pietatem, ſed in patrem fuiſſe Scipioni Africano maiori dicēs. Pietas eadē .i. conſimilis, ſed tamen in patrē armauit Africanum ſuperiorem .i. maiorem inflammatū uiribus ſuis ingreſſum uix dum .i. uix tunc adhuc annos pubertatis, quæ fere a. xiii. anno incipiunt maſculis, armauit dico robore uirili ad ferendam opem patri in acie .i. in conflictu acierū aduerſarum. Enim pro quia ipſe Scipio ſeruauit interceſſu ſuo .ſ. patrem ſuum, conſulem pugnantem apud Ticinum fluuium cum Hannibale, auſpiciis aduerſis .i. contrariis, quia uincebatur, unde addidit, ſaucium .i. uulneratum grauiter. Neqꝫ aut infirmitas ætatis, aut tyrocinium .i. nouitiatus in re militari, aut exitus infelicis prælii, ptimeſcendus .i. dignus, qui ſit perfectio timori etiam bellatori ueterano, ualuit interpel-

OLIVERIVS.

Manlii Torquati pietas erga parentē in ſe durū

LVCIO Manli. Torquato. Cic. offi. lib. ulti. L. inqt Mālio Auli filio, cum dictator fuiſſet M. Pōponius trib. pleb. dixit, ꝙ is paucos ſibi dies ad dictaturam gerēdam addidiſſet. criminabaf etiam ꝙ T. filium, q poſtea Torquatus ab cibus appellatus eſt, relegaſſet, & ruri habitare iuſſiſſet. quod cum audiſſet adoleſcens filius negociū exhiberi patri, accurriſſe Romam, & prima luce Pomponii domum ueniſſe. cui cū eſſet nūciatum (ꝙ illum iratū allaturū ad ſe aliquid contra patrē arbitraretur) ſurrexit e lectulo, remotiſqꝫ arbitris ad ſe adoleſcētē iuſſit uenire. at ille ut ingreſſus eſt, cōfeſtim gladiū diſtrinxit, iurauitqꝫ illū ſtatim interfecturū niſi iuſiurandū ſibi dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum. Iuraretqꝫ hoc terrore coactus Pōponius rem ad populū detulit, docuitqꝫ cur ſibi a cauſa deſiſtere neceſſe foret Manlium miſſum fecit, tātum temporibus illis iuſiurandum ualebat. atqꝫ hic. T. Manlius is eſt, qui ad anienē Galli, quē ab eo prouocatus occiderat, torque detracto cognomen inuenit, cuius tertio conſulatu latini aduerſati, fuſi, & fugati, magnus uir in primis, & qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus, & ſeuerus in filiū. Quod occaſione benefaciēdi belli. nā cum in fine magiſtratus ſui uideret hoſtes non multos poſt dies debellatū iri poſſe, ſi uidelicet in dictatura pmaneret, aliter hoſtes reſpiraturos, nō dubitauit ſibi dictaturam ſine populi, & ſenatus autoritate prorogare. cum igitur audiſſet filius patrem huius criminis accuſatum, atque etiam ei crimini dari, malam filii tractationem, memor non iniuriæ, ſed pietatis diluculo ad tribunum uenit, opinantem ſibi aliquid conſilii afferre ad criminationem male de ſe meriti patris, hac ſpe, ſummotis aſtantibus ſolus admiſſus ſtricto raptim ſupra caput gladio, tremebundum in re ſubita, & ferri acie micantis impetuoſi adoleſcentis uiribus ferociſqꝫ perterritū, iurare compulit ſe, a patris accuſatione diſtituturū. Tempus imperii. Quod erat ſex menſium. Iudicium perageret. Iudicando patris crimina. Commendabilis pie. Intendit hanc pietatis laudem, ſi laudantur, qui parentibus humanis, & indulgentibus pietatem præſtant. Quanto maiori laude dignus cenſendus eſt Manlius, qui patrem durum, & inclementem expertus, in eum pius eſſe uoluit.

ASCENSIVS.

LVCIO &c. Ordo eſt. Pomponius trib. pleb. dixerat, id eſt aſſignauerat Lucio Manlio Torquato diem ad populum quod id eſt, quia ipſe inductus occaſione benefaciendi belli, id eſt opportune pugnandi cum hoſte. (Quæſitus enim quare bellum ſic produceret, reſpondit, quo melius pugnaret, opportunitas

tem

DE MARCO COTTA.

Hanc pietatem æmulatus Marcus Cotta, eo ipſo die, quo togam ſumpſit virilem, protinus vt e Capitolio deſcendit, C. Carbonem, a quo pater eius damnatus fuerat, poſtulauit: ꝑtractūq; reū iudicio affiixit, & ingeniū, & adoleſcentiā, p̄claro opere auſpicatus.

DE C. FLAMINIO.

Apud C. quoq; Flaminium autoritas patria æque potens fuit. Nā cum Tri. Ple. legē de Gallico agro viritim diuidendo inuito, & repugnāte ſenatu ꝓmulgaſſet, p̄cibus, miniſq; eius acerrime reſiſtens, ac ne exercitu quidē aduerſus ſe conſcripto, ſi in eadē ſententia perſeueraret abſterritus, poſtquam pro roſtris ei legem iam referēti pater manum iniecit: priuato fractus imperio, deſcendit e roſtris, ne minimo quidem murmure deſtitutæ concionis reprehenſus.

DE CLAVDIA VIRGINE VESTALI.

Magna ſunt hæc virilis pietatis opera, ſed neſcio an his oībus valentius, & animoſius Claudiæ veſtalis virginis factū: quæ cum patrem ſuum triumphantem, e curru violenta Tri. Pl. manu detrahi animaduertiſſet, mira celeritate vtriſq; ſe interponendo, ampliſſimā poteſtatē inimicitiis accenſam depulit. Igitur alterum triumphū pater in Capitoliū, alterum filia in ædē Veſtæ duxit: nec diſcerni potuit, vtri plus laudis tribueretur: cui victoria, an cui pietas comes aderat. Ignoſcite vetuſtiſſimi foci, veniamq; æterni date ignes, ſi a veſtro ſacratiſſimo templo ad neceſſarium, magiſq; ſpecioſum vrbis locū cōtextus operis noſtri ꝓgreſſus fuerit. Nulla.n. acerbitate fortunæ, nullis ſordibus p̄cium charæ pietatis euileſcit: quinetiam eo certius, quo miſerius experimentū habet.

tem nactus) exceſſiſſet tempus legitimū obtinēdi imperii.i.quia diutius fuiſſet in imperio, q̄ lex permittebatur, quia ultra ſex meſes. quodq;.i.& ꝙ.i.quia ſubtraheret uſibus publicis.i. reip. utpote bellicis, filiū .ſ. Manlium iuuenem optimæ indolis, grauatum opere ruſtico.i.agriculturæ. Poſtq̄ Manlius.ſ. filius adoleſcens, quē iam iuuenē dixerat, unde in cōfinio utriuſq; ætatis fuiſſe dicit, cognouit id .ſ. patri diē dictū eſſe, petiit protinus urbem, & direxit ſe pria luce .i. principio diei, in domum Pōponii.ſ. tribuni plebis.qui.ſ. Pōponius exiſtimans eū.ſ. Manliū iuniorem ueniſſe in hoc.i. ad hoc ut deferret.i. indicaret per delationem occulta crimina patris, a quo.ſ.patre, ipſe tractabat.ſ. in opere ruſtico faciendo, aſpere .i.duriter, plus iuſto.i.q̄ iuſtum eſſet, iuſſit oēs.ſ.qui aderant, excedere.i.egredi cubiculo, quo .i.ut Manlius ſup. perageret iudiciū .i. delationem paternorū criminū (ut ſperabat) licentius .i.irrefrenatius arbitris .i. teſtibus remotis. Iuuenis.ſ. Mālius nactus occaſionem opportunā ſuo propoſito.i.ei rei, quam ꝓpoſuerat facere, diſtrinxit.i. denudauit, aut e uagina traxit gladium, quē attulerat tectum, & coegit tribunum cōpulſum minis.ſ.ultionis in futurū, ac terrore.ſ. necis. præſentis ſi abnegaſſet, iurare ſup.ipſum receſſurū ſup.eſſe .i. deſtituturū ab accuſatione patris eius.ſ. Manlii. & eo .i. per id factū ſibi effectū eſt, ne Torquatus.ſ.pater diceret cauſam, q̄a tribunus, ut iurauerat, fecit (in quo illud mirabile, ꝙ cū uiolentū iuramentū nullū ſit, id ſeruauerit, neq; minis territum diceret) Pietas (inquit autor) quæ p̄ſtatur parētibus manſuetis.i.mitibus, & indulgētibus in liberos, eſt cōmendabilis, ſed Manlius .ſ. iunior, quo.i.quanto horridiorē .i.aſperiorē, & rigidiorē patrē habuit hoc .i. tāto laudabilius ſubuenit periculo eius. alii legunt ei, ut ſit ſubuenit ei in periculo, qui.ſ. Manlius. iunior nullo blādimento fuerat inuitatus ad diligendum eum.ſ patrem ſuum, tam aſperum præter amorem naturalem.

OLIVERIVS.

¶HANC pietatem æmu. Cn. Carb. M. Cottæ patrem accuſauit peculatus, & repetundarum, qua quidem accuſatione damnatus eſt. Co. uero ubi per ætatem potuit ultus eſt patris iniuriam. nam quo die ſumpſit uirilem togā in capitolio, more maiorum in forum deſcendit, Carbonē accuſauit, ꝙ triūuir cum Ful. & Cn. Grac. de diuidendis agris ſeditionē creaſſet, ꝙ cum exercitu a Cimbris in illyrico fuſus fuiſſet, ꝙ ꝓuinciam ipſam expilaſſet. a qua quidem accuſatione nō prius deſtitit, q̄ Car. damnari fecit. Quo to. Quæ. xiiii. anno ſumebatur, depoſita p̄texta.

Auſpicatus. iam optimis auſpiciis adoleſcentiæ, & ingenii ſui facinus egregiū teſtatus eſt Cn. Car. accuſando, q̄ cauſa, patriis eſt ultus iniuriā.

ASCENSIVS.

¶HANC &c. M. Cot. æmulatus, ideſt imitatus, hanc pietatem ſcilicet Manlii in patrem ſuū poſtulauit i. in ius uocauit eo ipſo die, quu ſumpſit togam uirilem.i.xiiii.ætatis ſue anno, prius autem non licuiſſet, ut ideſt poſtquam deſcendit e capitolio, ubi togā illam ſumpſerat Cn. Car. a quo pater eius fuerat dānatus, & afixit iudicio.i. ad condemnationem perduxit reum .ſ. Car. pertractum.ſ.in ius. auſpicatus.i. feliciter incipiens, opere præclaro, quia pio, & magnifico, & ingenium.i.ſpecimen ingenii, & adoleſcentiam, qua egreſſus pueritia iam tum inierat.

OLIVERIVS.

¶APVD C. quoq; Fla. C. Flaminius legem ferebat de Gallico agro uiritim diuidendo, cui rogationi patres, cum non aliter ſe reſiſtere poſſe uiderent, cōſuluerūt habendū eſſe militum delectum. Ille nihilo minus territus roſtris aſcendit legē laturus cōtra ſena. autoritatem, quod cū uideret eius pater, quamuis priuatus, eſſet, ei tamen manus iniecit, & de roſtris deſcenderet, iuſſit, cui quamprimū cum ſilētio paruit. magna profecto patris reuerentia a filio data, ut ꝙ ſenatus autoritas, ꝙ militum delectus ꝙ mortis periculū nō potuit, ſola patris pietas effecit.

Diuidendo agro. Vt coloniæ in agrum Gallicum mitterentur. erat autem Gallia Ciſalpina, agrum uero ſunt qui uelint fuiſſe Placentinū. Priuato impe. priuati patris, hoc eſt magiſtratu. Minimo quidem mur. Nec etiam concio quæ huius legis cupida uenerat, ne murmur quidem emiſit, ſed hanc pietatem tacitus comprobauit.

ASCENSIVS.

¶APVD &c. autoritas patria id eſt paterna fuit æque potens. quoq;, ideſt etiam apud C. Fla. Nam cum ſup. ipſe C. Fla. tri. ple. ꝓmulgaſſet inuito, & repugnante ſenatu, legem de agro Galli.i. in Gallia Italis uicina, acquiſito, diuidendo uiritim.i. per ſingulos uiros, æquis portionibus, reſiſtēs acerrime p̄cibus, & minis eius.ſ.ſenatus, ac ne quidē abſterritus, exercitu conſcripto.ſ. a ſenatu aduerſus ſe, ſi perſeueraret in eadem ſententia.i. ſi uellet legē executioni mandare, poſtq̄ pater iniecit manum ei referēti.i. iterum recitanti, aut ferenti legē pro roſtris.i.ante roſtra ubi edicta publica fiebāt.i. poſtquā pater iniiciēdo manum cum ab īcepto retraxiſſet, ipſe fractus imperio priuato .i.patris nullum magiſtratum gerentis, deſcendit e roſtris, ne quidem.i.non etiam minimo murmure concionis, id eſt totius populi cōuocati & aſtantis, reprehenſus, ideſt correptus, unde laudandus etiam populus, qui id paternæ pietati conceſſit.

OLIVERIVS.

¶MAGNA ſunt hæc. Appius Clau. ſallaſos gentem Alpinam domuit, ſed non is, de quo loquitur Val. nam alter fuit cognomento audax, cæci frater. qui conſul ad mamertinos liberandos miſſus, quorum arcem Car. & Hiero Syracuſanus obſidebant. Primo ad explorandos hoſtes fretum piſcatoris naue traiecit, & cum ducere Car. egit, ut præſidium in arce deduceretur, Regnū ingreſſus (ut in.c. de fortitudine diximus quinquereme. hoſtium copiis pedeſtribus cœpit, eam legionem in Sicilia traduxit Carth. expulit, Hiero prælio apud Syracuſas uictum in deditionē accepit, eo prælio territus Romanorum amicitiam petiit, eiſdemq; poſtea fideliſſimus fuit. cum igitur Appius iſte, de quo Val. loquitur, deuictis hoſtibus triumpharet contra tribunorum uoluntatem, qui ſummis uiribus interceſſerāt, ꝙ dicerent uictoriam illam non fuiſſe tantam, ut triumphum mereretur, iniectis manibus e curru trahere nitebantur. quod ubi Clau-

eius filia ſenſit, nullo fœmineo pudore deterrita, ſe inter patrē, & tribunũ mira celeritate coniecit, & a patre uiolētum tribunũ repulit, fecitq;, ut pater cum dignitate triumpharet. Cic. in oratione pro Cœlio. Nō uirgo illa ueſtalis, inquit, Claudia, quæ patrē cōplexa triumphantem ab inimico trib. pleb. de curru trahi paſſa nō eſt. Sed neſcio. ac ſi diceret nō affirmo. Cl. nam gens claudia fuit plebi ſemp inuiſa.

Quæ cum pa. Sueto. de. xii. cæſaribus dicit fratrē fuiſſe nō patrem. dicit. n. uirgo ueſtalis fratrē iniuſſu populi triũphantem, aſcēſo ſimul curru uſq; in capitolium proſecuta eſt, ne uetare aut intercedere fas cuiq̃ tribunorũ eſſet. Ignoſcite uetuſtiſſimi foci. Quia poſt exemplum uirginis ueſtalis nobiliſſimę fœminę dicturus eſt de pietate uirginis ignobilis ueniam petit a dea, cuius præſtandæ rationē ſtatim ſubiungit, qa quãuis ſit ignobilis uirtus tamen, quæ uiſa eſt laudē meretur. hæc matrem adulterii dãnatã, a triũuiris in carcerem coniectã ut cōſumaret̃ inedia, impetrato a cuſtodibus aditu quotidie ſub ſpecie ſalutationis adibat, prius tamē diligētee excuſſa, ne quid ſibi inferret ad matrem uberibuſq; ſuis, (nã puerpera erat) ultro mr̃i exhibitis lacte ſuſtentabat. qđ ubi animaduerterunt cuſtodes, admiratione cōmoti, rem ad iudices detulerunt, & illi ad cōſules, qui tantæ pietatis exemplo, ei præmium conſtituerũt pœnæ remiſſionē, & matris incolumitatē. Pli. de na. hi. li. vii. pietatis, inquit, exēpla infinita quidē toto orbe extitere, ſed Ro. unũ, cui cōparari cuncta non poſſint. humilis in plebe, & ideo ignobilis puerpera, ſupplicii cauſa in carcerē incluſa matre cum impetraſſet aditum, a ianitore ſemper excuſſa, ne quid inferret cibi, deprehēſa eſt, uberibus ſuis alēs eam. quo miraculo matri ſalus donata filiæ pietate eſt, ambę perpetuis alimentis, & locus ille eidē cōſecratus eſt deæ C. Quintio M. Attilio cōſulibus, tēplo pietatis extructo in illius carceris ſede, ubi nũc Marcelli theatrum eſt. So. in. c. de homine, pietatis, inquit, documētum nobilius quidē in Metellorũ domo effulſit, ſed eminētiſſimum in plebea puerpera reperitur, humilis hæc, atq; ideo famę obſcurioris, cum ad patrē, qui ſupplicii cauſa clauſtris pœnalibus continebatur ægre obtinuiſſet ingreſſum, exquiſita prius ſæpius a ianitoribus, ne forte parenti cibũ adminiſtraret, alere eũ uberibus ſuis deprehenſa eſt. quę res & locum factum conſecrauit. nã qui morti deſtinabat̃ donatus eſt filiæ in memoriam tanti præconii, reſeruatus & locus, dicatus ſuo numini, pietatis ſacelliũ fuit.

O ignoſcite ſo. & æt. ig. quia ut diximus, æternus ignis ſeruabatur a ueſtalibus in templo deæ ueſtæ, ut a Numa Pom. fuerat inſtitutum. Ad neceſſariũ urbis locum. carcerem dicitur urbi magis neceſſarium, q̃ honeſtum, ubi ſeruentur nocentes. Nulla enim acerbitate fortunæ. nam & ſi fortuna in ſordida conditione multos naſci uoluerit, uirtus tamē, ſi qua fuerit in his, nulla debet ſordidate uileſcere, aut ſua laude, & pręmio carere, quinetiam eo malus illi debetur præciũ, quo difficilius emerſerint.

ASCENSIVS.

MAGNA &c. Hæc ſcilicet iam dicta ſunt magna exem. pietatis uirilis, ſed neſcio an factum Claud. uirginis ueſtalibus, id eſt, deæ ueſtæ conſecratæ, ſit ualentius, & animoſius his omnibus, quæ cum animaduertiſſet (quia etiam ueſtales obuiam proceſſerant triumphanti) Patrem, ſcilicet ſuum triumphantem detrahi e curru. ſ. triumphali, uiolenta manu trib. ple. ipſa interponendo ſe mira celeritate utriſq;, ſcilicet patri & tribuno, depulit, ſcilicet ab iniuria paterna poteſtatem ampliſſimam, uidelicet tribunitiam accenſam, ſcilicet in patrem inimicitiis. igitur pater ſup. eius duxit alterum triumphum in capitolium, quia non erat impeditus amplius, & filia, ſcilicet Clau. duxit alterum triumphum in ædem, ſcilicet ſacram ueſtæ, nec potuit diſcerni utri, ſcilicet duorum, hoc eſt an patri, cui uictoria aderat comes. i. comitatrix, an filiæ cui pietas aderat comes, plus laudis tribueret̃. i. tribui deberet. Ignoſcite &c. Tranſitum facit ad humiliora exempla cum deprecatione dicens: o foci. i. ueſtæ uetuſtiſſimi quia a Troia traducti, & in quibus ignis æternus fouebat̃, ignoſcite, & uos æterni ignes date ueniam ſi cōtextus operis noſtri fuerit progreſſus a templo ueſtro ſacratiſſimo ad locũ magis neceſſarium, & minus ſpecioſum. utpote ad carcerem publicũ, ſine quo uix uiui poſſet prę maleficiorum multitudine unde magis neceſſarius, ſed minus ſpecioſus eſt, ueruntamen qđ in eo p̃clare factum eſt, propterea uilipēdi nō debet. Enim pro qa, præcium charæ pietatis nulla. i. non ulla, non uileſcit. i. nō fit uile, ulla acerbitate fortunę, & nullis. i. nō ullis ſordibus. i. utilitate eorum qui eam exercent. quinetiam. i. inſuper, ſup. precium pietatis eſt eo. i. tanto certius, quo. i. q̃to miſerius habet experimentum. i. obiectum hoc p̃fatus narrat rem dicens.

DE AMORE FILIÆ ERGA MATREM.

Sanguinis ingenui mulierem prætor apud tribunal ſuũ capitali crimine damnatã, triũuiro in carcerē necandam tradidit: quã receptam, is, qui cuſtodiæ præerat, miſericordia motus, nō protinus ſtrangulauit: aditum quoq; ad eam filiæ, ſed diligenter excuſſæ, nequid cibi inferret dedit: exiſtimãs futurum, vt inedia cōſumeretur. Cum autē iam dies plures intercederent, ſecum ipſe quærēs, quidnã eſſet, quod tandiu ſuſtentaretur, curioſius obſeruata filia, animaduertit illam exerto vbere famem matris lactis ſui ſubſidio lenientē: quæ tam admirabilis ſpectaculi nouitas ab ipſo ad Triumuirum, a Triumuiro ad prætorem, a prætore ad conſulum iudicium perlata, remiſſionem pœnæ mulieri impetrauit. Quo non penetrat, aut quid nō excogitat pietas? quæ in carcere ſeruandæ genetricis nouam rationē inuenit. Quid. n. tam inuſitatũ: quid tam inauditũ, q̃ matrē vberibus natæ alitã eſſe? putauerit aliquis hoc cōtra rerũ naturã factũ, niſi diligere parētes prima naturæ lex eſſet.

OLIVERIVS.

TRIVMVIRO. Erant triumuiri iudices capitales, qui de nocentibus ſupplicia ſumebant, & carceris more maiorũ cuſtodiã habebãt, hos Venetiis dominos nocturnos appellant. Exerto ubere. Nudata mamma. Vir. Exerte cingula mammæ. Quo nō penetrat. Laudat uim pietatis, quę inuenerit noua quędam, unde ſe oſtendere, & patefacere uoluerit, ſicut de filia, de qua quid magis inauditum dici poteſt, q̃ filiam lac matri pręberе, cum econtra fieri ſoleat. Niſi diligere. Nam cum habeant eſſe a parentibus filii, lex iubet, ut eos ament, & obſeruent.

ASCENSIVS.

PRÆTOR. ſ. Vrbanus, tradidit triumuiro. i. executori iuſtitiæ, necandam in carcere (quia turpe uidebatur publicum ſumi de muliere ſupplicium, niſi uaſtalis ſit, quę tamē uiua obruebatur) mulierem ingenui ſanguinis, damnatam crimine capitali, utpote adulterio, aut, ut alii putant ueneficio, apud tribunal ſuum, hoc eſt præturis. Quam. ſ. mulierem receptam. ſ. in carcerem, is qui p̃erat cuſtodię. ſ. carceris, aut ipſi carceri, motus miſericordia, non ſtrangulauit protinus. i. ſtatim ut eam accepit, & dedit quoq; aditum. i. acceſſum ad eam filiæ ſup. eius, ſed excuſſæ. i. exploratę diligenter, ne quid ſibi. i. alimenti inferret. ſ. in carcerem. exiſtimans futurum, ut ſupp. ipſa condemnata, cōſumeretur. i. periret inedia, nihil edendo. Cum autem plures dies iam itercederent. i. a tempore, quo eam receperat, ipſe. ſ. cuſtos quærens. i. inquirens ſecum, quidnam eſſet, q̃ ſuſtentaretur, tandiu, filia obſeruata, poſtq̃ obſeruauit. i. explorauit filiam, quid ageret in carcere, curioſus. i. cum maiore cura, & diligentia, animaduertit. i. dep̃hendit illam. ſ. filiam, lenientem. i. ſedantem, famem matris. ſ. ſuæ ſubſidio lactis ſui, & hoc ubere exerto. i. e ſinu tracto (ab ex & ſero fit exero, qa perit ſ poſt x.) Quæ nouitas tam admirabilis ſpectaculi perlata ab ipſo. ſ. cuſtode carceris ad triũuirum, a triumuiro, ad prætorem, a prætore ad iudicium conſulum, impetrauit mulieri, uidelicet matri, remiſſionē pœnæ. ſ. capitalis. Quo. i. ad quem locum, pietas non penetrat? q. d. ad nullum non hoc eſt ad omnem penetrat, cum etiam in carcerem penetret, aut quid non excogitat. i. quod mortis remedium nō exquint. q. d. nullum non. i. omne excogitat, utpote, quæ inuenit rationem. i. uiam nouam. i. admirabilem & inſolitam, genitricis ſeruandæ in carcere. Quid. n. ſup. eſt tam inuſitatum, quid tam inauditum, q̃ matrem eſſe alitam uberibus natæ. i. filiæ? q. d. nihil. Aliquis putauerit hoc factum eſſe cōtra naturã rerũ, niſi prima lex naturæ, imo etiã prima in ſecũda tabula diuinę legis, etiã diligere parētes, aut niſi diligere parētes eſſet prima lex naturæ.

Oliuerius.

DE FILIÆ PIETATE IN PATREM.

Idem prædicatū de pietate eius exiſtimetur, quæ patrem ſuum Cimona conſimili ſortuna affectum, pariq; cuſtodiæ traditū, iam vltimæ ſenectutis velut infantem, pectori ſuo admotum aluit. Hærent, ac ſtupent, hominum oculi, cum huius facti pictam imaginem vident, caſuſq; antiqui conditionem, præſentis ſpectaculi admiratione renouāt, in illis mutis membrorum liniamentis viua, ac ſpirantia corpora intueri credentes: quod neceſſe eſt animo quoque euenire aliquanto efficaciore pictura literarum vetera pro dentibus admonitos recordari.

DE CIMONIS PIETATE ERGA PATREM.

Ne te quidem Cimon ſilentio inuoluam, qui patri tuo ſepulturam voluntariis vinculis emere non dubitaſti. Nam & ſi maximo tibi poſtea & ciui, & duci euadere contigit, plus tamen aliquanto laudis in carcere, q̄ in curia aſſecutus es: cæteræ enim virtutes admirationis tantummodo multum, pietas vero etiā amoris plurimum meretur.

EXTERNA.

DE DVOBVS FRATRIBVS.

Vos quoq; fratres memoria complectar, quorum animus origine fuit nobilior. Siquidem admodum humiles in Hiſpania nati, pro parentum alimentis ſpiritum erogando, ſpecioſo exitu vitæ inclaruiſtis: duodecim enim millia nummū, quæ poſt mortem veſtram his darētur, a filiis Patietis pacti eſtis, vt eorū patris interfectorē Epaſtum gentis ſuę tyrannū occideretis: nec auſi ſolū iſigne facinus eſtis: ſed etiā ſtrenuo, ac forti exitu claruiſtis. Eiſdem enim manibus Patietis vltionem, Epaſti pœnam, genitoribus nutrimenta, vobis glorioſa fata peperiſtis. Itaq; tumulis etiam nunc viuitis, quia parentum ſenectutem tueri, q̄ veſtram expectare ſatius eſſe duxiſtis.

OLIVERIVS.

FIDEM prędi. Quid dixi de hac puella quę matrem lacte nutriuit, nonne hoc idem prædicatur de alia, quæ patrem ſuum dánatum, Cimona nomine eodem ſibi genere, & modo nutriuit? & ita ſenſim tranſit ad externa. hunc autem errorem hinc manaſſe arbitror, ꝙ diſcrepent inter ſe autores, ut Pli. & Soli. patrem a filia nutritum fuiſſe dicāt, quoniam duas fuiſſe dicit Val. eodē pietatis genere uſas, ut altera patrē ſenem, altera matrē, utrūq; damnatū lacte nutrierint. Cimoná. uirum græcum, ſed non eum, qui carcerē ſpōte ſubiuit, ut Miltiades eius pater ſepulturæ mandaret, de quo in ſequēti exemplo dicturus eſt. Hęrēt & ſtupent. Siquis inquit uideret picturam filiæ ſenē patrem uberibus lactantis, atq; illum tanq̄ alumn a filiæ collo pendētem præ admiratione ſtupeſceret quodammodo. Liniamentis. Quia eſt liniamentis pictura conſiſtit. Quid ne. eſt. Vt conditionē antiqui caſus præſentis ſpectaculi admiratione renouetur, cum literis tradita eſſe uideant homines.

ASCENSIVS.

FIDEM prædi. exiſtimetꝰ de pietate eius .ſ. filiæ apud Athe. (unde ad externa tranſit) quæ aluit patrē ſuū Cimona. ſ. noīe affectum cōſimili fortuna. i. ob crimē cōdemnatum, & traditū pari cuſtodiæ, entem ſup. aut exiſtentē iam ultimę ſenectutis admotum pectori ſuo, uelut, infantem. Oculi hominū, cum uident imaginem huius facti pictam, hęrent, ac ſtupent, & renouant admiratione præſentis ſpectaculi, cōditionem antiqui caſus, credentes ſup. ſe tueri in illis mutis liniamētis membrorū corpora uiua, ac ſpirantia, ꝙ .i. q̄ rem, Oli. tamē legit quid ꝑ iterrogationē uim negádi habentem, neceſſe. i. operæpreciū & utile eſt euenire quoq;. i. etiā animo pictura literarum. i. ſcriptura efficaciore .ſ. ad pathos mouendū aliquanto, q̄ ſup. pictura liniamentorū, admonito .ſ. animo recordari. i. ut recordetur uetera pro recentibus .i. tanquam ſint recentia.

OLIVERIVS.

FNE te qui. Cic. ꝓ patre uincula ſubiit, hic Miltiades filius (ut in. c. de ingra. diximus) duro admodū initio uſus eſt adoleſcentiæ. nam cum eius litem æſtimatam populo ſoluere non potuiſſet, ob eamq; cauſam uinculis publicis deceſſiſſet, Cimon eadē cuſtodia tenebatur, ut pater ſepulturæ mandaretur, neq; legibus Ath. emitti poterat, niſi pecuniam, qua pater multatus erat, ſoluiſſet, q̄ Gallias quidam nō tam generoſus, q̄ pecunioſus pro eo ſoluit, impetrato ſororis eius Helpinaces matrimonio. Miltiades autem damnatus eſt hac de cauſa. poſt Artaphernem & Datim regis ꝑfectos Miltiadis auſpicio, terra, mariq; uictos, claſſem. lxx. nauium eidem dederunt, ut inſulas, quæ barbaros iuuerant, bello perſequeretur. quo imperio pleraſq; ad officium redire coegit, nonnullas ui expugnauit. Ex his Paron inſulam, hanc tunc opibus elatam, cū oratione recōciliare non poſſet, copias e nauibus eduxit, urbem operibus clauſit, omniq; commeatu priuauit. deinde uineis, ac teſtudinibus conſtitutis, propius muris acceſſit. cū iam in eo eſſet, ut oppido potiretur, procul in continenti, lucus, qui ex inſula conſpiciebatur, neſcio quo caſu, nocturno tempore incenſus eſt, cuius flamma ut ab oppidanis, & oppugnatoribus eſt uiſa, utriq; uenit in opinionem ſignum a Claſſiariis regis datū. quo factum eſt, ut parii a deditione deterrerētur, & Miltiades timens ne claſſis regia aduentaret, incenſis operibus, quæ ſtatuerat, cū totidem nauibus, atq; ut erat, profectus, Athenas magna cū offenſione ciuium ſuorum redüt. accuſatus eſt ergo proditionis, ꝙ cum Paron expugnare poſſet a rege corruptus infectis rebus receſſiſſet. eo tempore æger erat uulneribus, quę in oppugnando oppido acceperat. itaq; quoniam ipſe per ſe dicere non poſſet, uerba fecit frater eius Sagoras. cauſa cognita, capite abſolutus, pecunia multatus eſt, eaq; lis L. talentis æſtimata eſt, quantus in claſſe ſumptus factus erat hanc pecuniā, ꝙ in pręſentia ſoluere non poſſet, in uincula publica coniectus eſt, ibiq; diem ſuum obiit ſupremum. Iuſti. tamen dicit illum peculatus fuiſſe damnatū. Cimon, inquit, Miltiadem patrem ob crimē peculatus in carcerem coniectum, ibiq; defunctum trāſlatis in ſe uinculis ad ſepulturam redemit. Cæteræ uir. Reliquæ uirtutes laudum cum admiratione, pietas uero non ſolum admirationem, ſed amorem quoq; meretur.

ASCENSIVS.

FNE o Cimon Atheñ. Inuoluam quidem. i. certe, aut etiā te .i. pietatem tuam ſilētio, qui nō dubitaſti emere patri tuo. ſ. in carcere defuncto, ſepulturam uinculis uoluntariis. ſ. ſubeundo uincula quibus ille ligatus fuerat. Nam & ſi .i. q̄q̄ contigit .i. datū eſt tibi euadere poſtea maximo & ciui, & duci, tamen tu aſſecutus es plus laudis aliquanto in carcere, q̄ in curia. ſ. Atheñ. Cęterę. n. uirtutes. ſ. tuę merentur ſup. tantummodo multum admirationis, pietas uero meretꝰ etiā plurimū amoris. i. ut te oēs plurimū ament.

OLIVERIVS.

FVOS quoq; fratres. Duo quidem fratres patrem habebant ſenem, & extrema laborantem inopia, forte accidit ut Epaſtus tyrannus Hiſpa. Patietem quendam Hiſpanum iniuſte occiderit, filii ergo huius Patietis iniuſtam patris mortem ægre ferentes ultionem quærebant. conuenerunt igitur cum adoleſcentibus iſtis in. xii. millia nummum ſi Epaſtum tyrannum occiderent, illi conditionem acceperunt hac lege, ut pecuniam patri ſuo extrema inopia laboranti poſt peractū opus redderent. quod etiā factum eſt, nam & tyrannum occiderunt, & patrem inopia liberarunt, & qui pecuniam exhibuerunt, iniuſtam patris mortem uindicarunt, & hoc modo duplex pietas fuiſſe deprehenditur. Quorum animus nobilior. Quia Hiſpani erant humili genere nati, & adeo obſcuri, ut eorum nomina ſint omnibus ignota. Erogando ſpi. Quia id fieri non poterat ſine diſcrimine uitæ. Erogando. Exhibendo, trahendo. Inclaruiſtis. Valde claruiſtis, nam in auget hoc loco. Nummum. Pro nummorum. Patietis. Nomen proprium eſt uiri, qui a tyran. crudeliter & in

Filiorum pietas in parentes

iuſte fuerat occiſus. Epaſtum. nomẽ illius tyran. in quem cõiurarunt.

ASCENSIVS.

TVOS quoq; o fratres. ſ. Hiſpani quorum animus fuit nobilior origine (nam quibus parentibus geniti ſint, neſcitur) ego complectar memoria. i. memorabo, quoq;. i. etiã uos ſiquidem. i. quoniam uos nati in Hiſpania admodum humiles. i. humilibus, & modicis parentibus, in claruiſtis. i. multum clari effecti eſtis, erogando. i. impartiendo ſpecioſo exitu uitæ, ſpiritum. ſ. uitalem pro alimentis parentũ. i. ut derelinqueretis quibus parentes ueſtri alerentur. Enim pro quia, uos eſtis pacti. i. ſtipulati, & pacto conſtituti. xii. millia nũmum. i. nũmorum a filiis Patietis. i. principis Hiſpani crudeliter interempti ab Epaſto tyranno, quæ. ſ. xii. millia nummũ darẽtur his. ſ. parẽtibus ueſtris, poſt mortem ueſtram (quia nõ erat ueroſimile peracta cęde tyranni, quin a ſtipatoribus, & ſatellibus eius occiderentur) pacti dico eſtis, ut occideretis Epaſtum interfectorem patris eorũ. i. filiorũ Patietis tyrannum gẽtis ſuæ. i. qui patriam ſuam per tyran. occupauerat. nec ſolum auſi eſtis facinus inſigne, ſed etiã claruiſtis ſtrenuo, ac forti exitu. i. effectu. Enim id eſt quia uos peperiſtis eiſdem ſuæ iiſdẽ manibus, quia una, & eadem opa, ultione Patietis, quia eius interfectorẽ interfeciſtis, Pœnã. i. iuſtum ſuppliciũ Epaſti. i. qd' Epaſtus meruerat genitoribus. i. parentibus ueſtris nutrimenta, & ſup. uobis fata glorioſa. i. glorioſam mortẽ. Itaq;. i. & ita uos uiuetis etiã nunc. i. ad hoc uſq; tempus tumulis. i. monumentis, qui aduxiſtis eſſe ſatius tueri. i. ſuſtentare, aut ꝓtegere ſenectutem parentum. ſ. ueſtrorum, q̃ expectare ueſtram. ſ. ſenectam.

THEOPHILVS.

DE his fratribus extat elegãtiſſimũ Clau. carmẽ, id q\[a\] uulgatũ longiusq; eſt, nõ adiecimus.

OLIVERIVS.

NOTIORA ſunt fratrũ. Duo exẽpla coniuncte dicit per cõparationem, ut oſtendat ſuperius exemplum multo maioris fuiſſe laudis, q̃ hoc. nam illi ſe plane morituros ſciebant. hi uero non eo propoſito fuere. exempla autem eiuſmodi ſunt Cleo. & Bithon matrẽ habuere Iuno. ſacerdotẽ. mos autẽ erat ut extra urbẽ ad eius templum, quod. xxx. ſtadiis, ut quidam dicũt, inde diſtabat, ſacerdos non pedibus iret, ſed curru ueheretur. ſed cũ abſumptis graui peſtilẽtia iumentis uehi nõ poſſet, hi filii matris pietate, & religione pariter moti, colla ſubiecere iugo, & matrẽ ad templũ ceruice traxerunt. illa deinde peractis ſacrificiis petiit a Iuno. ut filiis daret quod optimũ eſſet, quãdoquidẽ tanta uſi eſſent humanitate, & pietate illi ergo poſtero die inuẽti ſunt mortui, & creditũ eſt mortẽ optimũ bonum eſſe. reliqui uero. ſ. Amphi. & Anapus cũ eſſent in Sicilia & uehementiorem flammam Æthna mons, forte quãdã effudiſſet, ut uicina loca corriperent igne, & cũ aliter euadere nõ poſſent niſi per incendia tranſirent, erant quidẽ de parẽte ſolliciti, quẽ comitẽ ſecum habebãt, tandẽ illũ humeris ſuſceperũt, & per medios ignes traiecerunt. de quibus Soli. ita refert, inter Carinã, & Syracu. certũ eſt de illuſtrium fratrũ memoria, quorũ numina ſibi diuerſę partes adoptãt. ſi Catinẽſes audiamus Ana. fuit & Am. ſi quod malũt Syracu. Emãtiam putabimus & Critonẽ. Catinẽſis. n. regio cauſam dedit facto in quã cũ incẽdia Ætnę ꝓtuliſſent iuuenes duo ſublatos pa-

Cleobia & Bythõ

Mortem optimũ eſſe bonum creditũ eſt.

DE CLEOBE ET BITONE FRATRIBVS AMPHINOMO ET ANAPO.

Notiora ſunt fratrum pariã, Cleobis, & Biton, Amphinomus, & Anapus, illi, q; ad ſacra Iunonis peragenda matrem vexerunt: ii, q; patrem & matrem humeris per medios ignes Aetnæ portarunt: ſed neutris pro ſpiritu parentum expirare propoſitum fuit. Nec ego Argiuam detrecto laudem, aut Aetnæi mõtis gloriam inuoluerim: uerum obſcuriori propter ignorantiam pietati notitiæ lumen admoueo: ſicut Scythis libenter pietatis teſtimonium reddo.

DE DARIO REGE.

Dario enim totis regni ſui viribus in eorũ regionibus ſubinde impetũ facienti, paulatim cedẽtes, ad vltimas iam ſolitudines puenerãt. Interrogati deinde ab eo per legatos, quẽ fugiendi finẽ, aut quod initium pugnãdi facturi eſſent: reſponderũt, ſe nec vrbes vllas: nec agros cultos, pro quibus dimicarẽt, habere: Cæterũ cum ad parentũ ſuorũ monimenta veniſſent, ſciturũ quẽadmodum Scytæ ꝓliari ſolerent. Quo quidem vno tam pio dicto, immanis, & Barbara gens a b omni ſe feritatis crimine redemit. Prima igitur, & optima rerum natura pietatis eſt magiſtra, quam nullo vocis miniſterio, nullo vſu literarum indigens, propriis, ac tacitis viribus, charitatẽ parentũ liberorũ pectoribus ĩfundit: Quid ergo doctrina ꝓficit: vt politiora, ſed non vt meliora fiãt ingenia: qm̃ quidẽ ſolida virtus naſcitur magis, q̃ fingitur.

rentes, euexerunt inter flãmas illęſi ignibus. horũ memoriã, ita poſteritas uenerata eſt, ut ſepulchri locus nominaret campus piorũ. Notiora. hęc, duo fratrũ paria, de quibus dicturus ſum; notiora quidem ſunt ſed ſuperiora longe laudabiliora. Nec ego ar. Quãuis ſupiua exẽp. clarius eſſe dixerim, tñ nõ diminuo laudẽ Gręcorũ, na Cleo. & Bithõ argiui fuere.

ASCENSIVS.

NOTIORA ſunt &c. Ordo eſt. Cleobis & Bithon argiui. Amphinomus, & Anapus ſiculi (ſunt q legunt Anaphas, ſed minus ſcite ut opinor; nam Anapus illic fluuius eſt) ſunt paria fratrũ, notiora. i. celebratiora p literas, q̃ prędicti Hiſpani, qui tamẽ inſignius opus ediderunt. Illi. ſ. prius dicti, uidelicet Cleobis, & Bithon, quia uexerũt matrem. ſ. ſuam ſacerdotẽ, cũ iumenta deeſſent, ad peragẽda ſacra Iunoni. ſ. argiuæ, hi. i. poſterius dicti, uidelicet Amphi. & Ana. q;. i. quia portarũt humeris. ſ. ſuis patrẽ, & matrem. i. utrunq; parentem per medios Ignes Ætnę. ſ. mõtis in Sicilia perpetuo ardore flagrare ſoliti. Sed. i. licet nobiliora ſint paria fratrum, neutris. ſ. nec argiuis illis, nec ſiculis fuit ꝓpoſitũ expirare ꝑ ſpiritu parentũ (argiui autẽ mortui ſunt, non ex ꝓpoſito ſuo, ſed ꝓcibus matris rogãtis id eis adeo dari, qd' eis ſaluberrimũ norit, itaq; ꝓxima nocte extincti ſunt, unum ſententiã tractũ eſt feliciſſimũ eſſe q̃ ciſſime aboleri.) Nec ego detracto. i. diminuo laudẽ argiuã. i. non inficias eo, quin argiui illi Cleobis, & Bithon pietate ſua egregiã laudem meruerint, aut inuoluerim. i. nolim inuoluiſſe gloriã Ætnę montis. quã Amph. & Anapus portãdo parentes ꝑ Ætneas flãmas meruerũt, uerum ergo admoueo lumen notitiæ. i. claritatẽ & nobilitatem pietati. ſ. fratrũ Hiſpanorũ, obſcuriori propter ignorantiam, quia pauci de eis ſcripſerunt, cũ tamẽ eorum pietas multo clarius appareat. nam manifeſte pro parentibus mori decreuerũt. An tamẽ cõſulto in dubio eſt. Nam uideri poſſunt & ſalua uita ſua parentes alere potuiſſe. niſi dicamus ſub tyran. nulli artificio tutam eſſe mercedem, & ob id etiã ĩ tyrannum armatos, ut eo ſubiato, liberius, & commodius uiuendi cunctis ſit facultas admoueo inq̃ pietati obſcuriori lumẽ.

OLIVERIVS.

SICVT Scythis. Scythiæ populi Septẽtrionales de quibus multa Iuſti. elegãter ſcripſit. nã gẽtem illã dicit oium antiquiſſimã, nulla libidinũ cupiditate uexatã, quippe quæ aurũ & argentũ nõ minus aſpernat, q̃ alii cõcupiſcunt. nõ domos illi, nec certas ſedes eſſe, per incultas ſolitudines, cũ armẽtis & gregibus, quibus ſe ſuoſq; alũt, ſemꝑ uagari, plauſtriſq; uehi. apud quos nullũ ſcelus furto grauius, laneũ uſum ignorãt, ferinis tantũ pellibus utentes, fortiſſimos uiros eos eſſe cõſtat, qui alienas gentes ſæpius ſubegerunt, ipſi uero perpetuo ab alieno imperio, uel intacti, uel inuicti manſere. de quibus Herod. multo plura. ſed illud in primis memoria dignũ, q; cũ Cambiſes Perſarũ rex illis bellũ inferre cuperet, id prius ꝯſilio facere uoluit. Itaq; legatos tanq̃ exploratores cũ muneribus miſit. munera uero fuerũt, arcus, ſagittę, uaſculũ uini, panes, & aureũ monile. introducti, cũ legationẽ expoſuiſſent, & munera obtuliſſent, & rex Scytarũ arcu primo intẽdi iuſſiſſet ĩ partes fregit, q tẽdebat. panes deinde cũ guſtaſſet, ꝗ̃ſiuit, ex eis qd' cibi genus eſſet, q cũ reſpõdiſſent, quo cõmuniter oẽs ueſcerent, e terraq; naſci, interrogauit quot annos uitam

Doctrina quid prœſtet

uitam producerent, reſpõderunt ad octogeſimũ paucos ad centeſimum nullos, uel rariſſimos. tum ille non mirum eſt, inquit, nam eo genere alimenti ueſcuntur homines ueſtri ut mirum uideatur, eos poſſe tam longe uitam producere. deinde cum uinũ guſtaſſet mirifice probauit. Idq; temperamentum alterius cibi eſſe dixit. ubi uero monile uidit, minatur, inquit mihi cathenas & quia ferrum non habent Scythæ, ſed ex auro omnia fabricant, duxit eos ad carcerem, ubi cathenę erát cum colariis, quæ ad ſimilitudinem monilũ ſunt. quod ad cibum pertinet, duxit eos ad menſam ſolis. erat autem menſa ſolis, ubi carnes ſemper coctæ, & lac appoſitum erat, ut quicunq; uellet, ibi uitá ſuſtentaret. ſolis appellãt, quia ſolem unicum deum eſſe credunt, & die reparari dicunt qđ nocte conſumptum fuerit. q̃ cũ legati uidiſſent, tum rex melioribus, inquit ueſcimur cibis qui ad cẽtum, & uiginti annos facile peruenimus. deinde arcũ unum e ſuis eis tradi iuſſit, quem ad Cambiſem regem deferrẽt, ac ſuis uerbis nunciarent, ut cum arcum tendere poſſet, & ſagittam emittere, tum demum ſibi bellũ inferret. Cambiſes, ubi ea audiuit, qui legati renunciarunt, & arcum cœpit, cum nec ipſe nec quiſq̃ ſuorum flectere, aut intendere poſſet, cognitis hinc Scytharum uiribus, omne inferendi belli conſilium depoſuit, quod uero ad hunc locum pertinet, Scythæ præter cætera illud diligentiſſime ſeruant, ut ſepulchra, parentum, quæ uoluerunt habere communia, intacta, inuiolataq; permaneant, quæ non minus uenerantur, q̃ ſacra deorum. cum igitur Darius armatis ſeptingentis millibus hominum aduerſus Scythas duxiſſet exercitum. illi autem ſe i loca tuta recepiſſent. Legatos miſit Darius, qui nunciarent, ſibi pugnandi copiam facerent, illi reſponderũt, non facturos niſi neceſſitate compulſos. neceſſitatem autem intelligebant, ſi ad uiolanda parentum ſepulchra ueniſſent, tunc intellecturum Darium an ſcirent auderentq; Scythę cum hoſte pugnare Darius igitur eo duxit exercitũ. qđ ubi ſenſerũt Scythę tãto impetu irruerunt in hoſtes, ut cæſis amplius octoginta millibus hoſtiũ, Darius trepidus domum refugerit. Sicut Scythia pietati lumen admoueo, ſicut Scythis libenter pietatis teſtimonium reddo. Q uo quidẽ tam pio. hæc inquit tam pio reſponſo Scythę tametſi barbari & crudeliſſimi eſſe dicãtur, ſe tamẽ piiſſimos, & humaniſſimos ſignificarũt. Optima rerũ. nã inquit docet ſine ullis literarũ ſtudiis colere pietatẽ. Quid igit̃ doſquando quidẽ igit̃ natura nos inſtituit ſine ullis p̃ceptis colere pietatem doctrina nõ meliora, ſed exornatiora facit igenia noſtra. Optima re. nam naturans eſt. Quãdoquidem. nam Plato uult una cum hominibus naſci uirtutem. Solida uirtus. naturalis pietas.

ASCENSIVS.

SICVT reddo etiã libẽter Scythis populis teſtimoniũ pietatis unde addit. Dario. n. Ordo eſt. Reddo libẽter Scythis teſtimoniũ pietatis. Enim pro quia, ipſi cedẽtes. i. locum dantes paulatim Dario Perſarũ regi faciẽti ſubinde. i. aliquãdo, aut per interualla impetũ. i. uiolentũ incurſum in regionibus eorũ. ſ. Scytharũ, totis uiribus regni ſui. i. Darii, p̃uenerant iã ad ultimas ſolitudines. deinde ipſi interrogati. ſ. p legatos, ab eo. ſ. Dario, quẽ finem fugiẽdi aut initium pugnãdi ipſi facturi eſſent, reſponderunt, ſe nec habere ullas urbes, nec ſup. ullos agros cultos (qa lacte, & ſanguine equino uictitant) pro quibus dimicarent, cęterũ, cũ. ſ. Scythę fugiendo, & hoſtes perſequẽdo ueniſſent ad monumenta. i. ſepulchra parentum. i. maiorum ſuorũ. tunc ſup. Darium ſciturum. ſ. per experientiam, quemadmodum. i. quomodo Scythe ſolerent p̃liari. Q uo quidẽ uno dicto. i. reſpõſo tam pio gens imanis, & barbara, redemit. i. purgauit, ſe, ab omni crimine feritatis. igitur quia Scythę ſolam naturam ſecuti, tam pii fuerunt, Natura rerũ eſt prima, & optima magiſtra pietatis, quæ nullo. i. non ullo, non indigens ullo miniſterio uocis. ſ. adhibẽdę prędicãdo, aut alloqui docẽdo, & nullo uſu literarũ infundit pectoribus liberorum, charitatẽ. i. præcipuã dilectionẽ parentũ

DE FILIO CROESI.

Quis. n. plauſtris vagos, & ſyluarũ latebris corpa ſua tegentes, in modumq; ferarum laniatu pecudum viuẽtes, ſic Dario reſpõdere docuit? Illa nimirũ: quæ etiã Crœſi filiũ loquẽdi vſu defectũ, ad protegendã patris ĩcolumitatẽ miniſterio vocis inſtruxit. Captis. n. a Cyro Sardibus cum vnus e numero Perſarum, ignarus viri, in cędẽ eius cõcitato impetu ferretur: velut oblitus qđ ſibi naſcenti fortuna denegaſſet, ne Crœſum regẽ occideret, proclamãdo, pene iã ĩpreſſum mucronẽ iugulo reuocauit. Ita, qui ad id tẽpus mutus ſibi vixerat, ſaluti parentis vocalis factus eſt.

uiribus propriis, ac tacitis, neq;. i. uocibus, neq; literis inſinuatis, ſed pectoribus inſcriptis. ergo ſi ita eſt, q̃ ſine doctrina pietas inuenitur, quod. i. in quo proficitur. i. p̃fectus ſit doctrinæ? Reſponſio, ut ingenia fiant politiora. ſ. per doctrinam, ſed non ut fiant meliora, quoniam quidem. i. quando quidem uirtus ſolida. i. firma, & integra naſcitur (quod tamẽ poſt corruptã naturã credibile nõ eſt, quinimo ſolida uirtus a deo datur, ſed συντήρησις ſynteresis. i. pars animę quę ſemper aduerſatur uitiis, omniũ inſcripta eſt pectoribus, in qua uidentur uirtutis ſolidæ ſeminaria. unde quidam ut hoc loco Valer. plus naturę q̃ arti tribuerũt ad uirtutis præſtantiam, q̃ tamen deo acceptã ferre multo iuſtius debemus, quia ſine eo boni nihil poſſumus, unde etiam autor nõ uult penitus a natura eſſe ſed plus q̃ ab arte) Solida inquam uirtus, naſcitur magis. i. plus aut potius, q̃ fingitur opera diſciplinæ. nõ ergo penit' naſci dedit.

OLIVERIVS.

ILLA nimirũ. Duo fuerunt Crœſi Lydorum regis filii, quorũ alter nulla arte cuſtodiri potuit, quin ferro necaretur, ut oſtẽdimus in. c. de ſomniis, alter natus elinguis, diuq; mutus educatus, & timore paternæ necis uocalis euaſit. captis. n. ſardibus a Cyro, cũ ab eo edictum eſſet, ne quis Crœſum occideret, & forte quidam ignarus ſtricto enſe in cædem eius irrueret, filius nomine Atys, qui ad id tẽpus ut dixi, mutus extiterat, ubi uidit periculum patris in hũc modum clamauit, ὦ ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε τὸν κροῖσον. o homo ne interficias Crœſum, & ita liberatus eſt ab inſtanti morte pater, quanq̃ alii aliter tradant, uti Sab. in. c. de homine, cũ inquit Olympiade octaua, & quadrageſima uictor Cyrus intraſſet Sardis Aſiæ oppidũ, ubi tunc Crœſus latebat, Atys filius regis mutus ad id uſq; temporis in uocem erupit ui timoris. exclamaſſe. n. dicitur parce patri meo Cyre, & te hominem, uel caſibus noſtris diſce. dicitur Crœſus Appollinem cõſuluiſſe de filio, futurus ne unquã uocalis eſſet. cui ſic Apollo reſpondit. o Crœſe demẽs genere lydius, multorum rex, ne uelis in regia domo uocem audire clamantis filii, hoc enim multo melius eſt ipſum ſine uoce eſſe nã loquetur in die, qui tibi erit infelix. Au. Gel. lib. v. cap. viii. huius rei meminit, & utitur autoritate Hero. Atys Crœſi filius

Captis a Cyro ſardibus. de expugnatione huius urbis Fron. lib. iiii. ca. viii. ſic breuiter. Cyrus rex Perſarũ incluſo ſardibus Crœſo, qua præruptus mons nullum aditum præbebat ad mœnia malos exequentes altitudinem iugi ſubrexit, quibus ſimulachra hominum armata Perſici habitus impoſuerat, noctuq; eos monti admouit. tum prima luce ex altera parte muros aggreſſus eſt. ubi orto iam ſole ſimulachra illa armatorum referẽtia habitum refulſerunt, oppidani captam urbem a tergo credentes, & ob hoc in fugam dilapſi, uictoriam hoſtibus conceſſerũt.

Captis Sardibus. Sardis tamen pluraliter declinatur, & accuſatiuum, & uocatiuum in his mittit, ut uult Priſcia. lib. vii. unde dixit Sol. cum intraſſet Sardis. & fuit oppidũ Aſiæ, & regia Crœſi Lydorum regis unde Hora. in decimo epiſto. Q uid concina ſamos? quid Crœſi regia Sardis? Defectum priuatum. Nimirum certe, & cum ſuperiori refertur hoc modo ſ. quis docuit ſic Scytha reſpondere? illa nimirum. Quid denegaſſet. ſ. eloquium. Sardis oppidũ

ASCENSIVS.

QVIS enim docuit uagos, ideſt uagari ſolitos plauſtris ideſt uehiculis cũ fixas non habeant domus, & tegentes corpora ſua latebris ſyluarum, & uiuentes laniatu pecudũ ideſt dilacerando pecudes crudas dẽtibus ſuis in modum ferarum reſpondere ſic, ideſt tam pie Dario regi? reſpondet cum ſequentis exempli illatione. Illa nimirum. Ordo eſt. Nimirum, ideſt nempe, aut ſine eo q̃ mirum uideatur, illa uidelicet natura docuit Scythas ſic reſpondere quæ etiam inſtruxit filium Crœſi, defectum, ideſt deſtitutũ uſu loquẽdi, ideſt mutũ a natiuitate in ea uſq; tẽpora, inſtruxit dico. i. ornauit, & habilẽ fecit miniſterio uocis. ſ. illi ſubito p̃bitæ ad protegẽdã incolumitatẽ. i. ſalutẽ & uitã patris. ſ. Crœſi

DE QVODAM IVVENE DICTO PLVTONE.

Eadem charitas Italico bello Pinenſem iuuenem cui Plutoni erat cognomen, tanto animi, corporiſq; robore armauit, vt cum obſeſſæ vrbis ſuæ clauſtris præſideret, & Romanus imperator patrem eius captiuum, in conſpectu ipſius coſtitutum, diſtrictis militum gladiis circundediſſet, occiſurum ſe minitans, niſi irruptioni ſuæ iter præbuiſſet, ſolus e manibus eorum ſenem rapuerit: duplici pietate memorandus ꝙ & patris ſeruator, nec patriæ fuit proditor.

DE PIETATE ERGA FRATRES.

CAPVT V.

HAnc charitatem, proximus fraternæ beneuolẽtiæ gradus excipit. Nam vt meritò primũ amoris vinculum ducitur plurima, & maxima beneficia accepiſſe, ita proximum iudicari debet ſimul accepiſſe. q̃ copioſe. n. ſuauitatis illa recordatio eſt: In eodẽ domicilio ante q̃ naſceretur, habitaui: in iiſdẽ incunabulis infantiæ tẽpora peregi: eoſdẽ appellaui parẽtes: eadẽ ꝑ me vota excubuerũt: parẽ ex maiorũ imaginibus gloriã traxi. Chara eſt vxor, dulces liberi, iucũdi amici, accepti affines: ſed poſtea cognitis nulla beneuolentia accedere debet, quæ priorẽ exhauriat.

DE SCIPIONE MAIORE.

Atq; hæc teſte Scipione Africano loquor, qui tametſi arctiſſima familiaritate Lælio iunctus erat, attamen ſenatum ſupplex orauit, ne prouinciæ ſors fratri ſuo erepta, ad eum transferretur: legatumq; ſe L. Scipioni in Aſiam iturum promiſit, & maior natu, minori: & fortiſſimus, & belli gloria excellens, laudis inopi: & quod ſuper omnia eſt, nondum Aſiatico, iam Africanus. Itaq; clariſſimorum cognominum alterum ſumpſit, alterum dedit: triumphiq; prætextam huius excepit, illius tradidit: miniſterio aliquãto maior, q̃ frater imperio.

ut illud tranſeũter dicã, defectus in paſſiua uoce uidet, qui ſine ſua culpa, aut opera a debito q̃ naturã opere deficit. In actiua autem uoce, qui ſua ſponte munus ſuũ deſerit) Enim pro quia, Sardibus urbs Aſiæ & regia Crœſi captis a Cyro Perſarũ rege, cum unus e numero Perſarũ ignarus uiri. i. non ſciẽs eum, quẽ occidere pararet, eſſe Crœſum regẽ, ferretur cõcitato impetu in eũdẽ eius. ſ. Crœſi, tunc ſupp. filius Crœſi. uelut. i. tanquã oblitus ſup. eſſet quid natura negaſſet ſibi naſcenti, hoc eſt ꝙ natura mutus eſſet, ꝓclamando ne occideret Crœſum regem, reuocauit. i. retrahi fecit mucronem iam pene impreſſum iugulo. ſ. Crœſi, ita ideſt & aliis ſup. qui uixerant ſibi. i. quãtum ad utilitatẽ propriam mutus ſup. uſq; ad id tẽpus, factus ẽ uocalis. i. uoce, & loquela utẽs ſaluti. ſ. ad ſalutẽ parẽtis. i. p̃ris ſui Crœſi.

OLIVERIVS.

EADEM charitas. Hoc fuit Italico bello, hoc eſt ſociali, cuius originẽ diximus. Itaq; aduerſus Latinos miſſi ſunt Pom. Stra. & Syla duces, quorum legatus Mamercus erat, qui uicit Italicos cum Syllone Popedio eodem duce, ſed cũ obſideretur Pina oppidũ, nec expugnari poſſet, Romanus imperator Pinenſem captiuum Plutonis patrem, qui portis præſidebat in filii conſpectum adduci iuſſit, minitatuſq; eſt, ni hoſtes reſeratis portis intromitteret, patrem occiſurum. filius incertus quid ageret, patri ne, an patriæ magis cõſuleret, deniq; deſperatione quadam ductus, in hoſtes, quam patrẽ uinctum tenebant, impetum fecit, eos diſſipauit, patrẽ liberauit, & patriæ charitatem ſeruauit. Diſtrictis. Nudatis.

ASCENSIVS.

EADEM. i. cõſimilis in patrẽ charitas armauit bello Italico. i. ſociali iuuenem Pinenſem. i. Pinę oppidi Italiæ, cui Plutoni erat cognomen, tanto robore animi, & corporis, ut cum præſideret clauſtris. ſ. portarũ urbis ſuæ. ſ. Pinę obſeſſę. ſ. ab Ro. & imperat, Romanus, circũdediſſet gladiis militũ diſtrictis. i. nudatis, patrẽ eius. ſ. Plutonis captiuũ. i. iam tũ captũ, conſtitutũ in conſpectu eius. ſ. Plutonis, minitans ſe occiſurum. ſ. patrem eius, niſi filius præberet iter irruptioni ſuæ. i. qua in urbem irrumpere poſſet, rapuerit ſolus ſenem. ſ. patrem e manibus. ſ. tot militũ memorandus. i. dignus, qui memoretur, & memoria eolatur, duplici pietate, ꝙ. i. quia ipſe fuit, &. i. ſimul, ſeruator. i. cõſeruator, (uulgo diceretur ſaluator, ꝙ uocabulũ non eſt in idoneorum uſu, licet ſaluum facere dicant) patris, nec fuit proditor patriæ, quia facile patrem recepiſſet, ſi patriam prodere & ingreſſum hoſti facere uoluiſſet, ſed neutrum fecit, & utrunq; ſeruauit.

Saluator non dicit a doctis ut uult Aſcen.

OLIVERIVS.

HANC pietatẽ. Dicturus de pietate erga fratres, eam multis rationibus laudat. Hanc pietatem. ſ. filiorum in parentes. Proximus. Secundus, nam primus pietatis gradus filiorũ in parentes, Secundus fratrum inter ſe, Tertius parentum in filios, de quo paulopoſt dicturus eſt. Beneficia. primum eſſe a parentibus habemus: deinde uictum, & ueſtitum. Ita proxi. Ita fratres exiſtimare debent, ea ſimul accepiſſe. In eodem do. in quo ſcilicet & frater hoc eſt in uentre matris. Imaginibus. Quia eædem imagines me clarum facere. Chara eſt uxor. Per comparationem oſtendit fraternam charitatem maximam eſſe. Priorem ſcilicet fraternam. Exhauriat. Euacuet, prior charitas extingui non debet alia ſuperueniente.

ASCENSIVS.

HANC &c. eſt præfatio in exempla pietatis in fratres quã proximam paternæ pietati argumentis conuincere contendit. Ordo eſt. Gradus beneuolentiæ fraternæ, id eſt quam frater exhibuit, aut exhibet fratri excipit proximus hanc charitatem, ſcilicet in parentes. Nã ut id eſt, quemadmodum accepiſſe, ſcilicet a parentibus, plurima, & maxima beneficia, ducitur, id eſt æſtimatur primum uinculum amoris, ita accepiſſe ſimul, ſcilicet cum altero, ſcilicet plurima, & maxima beneficia, debet iudicari proximum ſcilicet a primo uinculum amoris, id autem faciunt fratres ſub unis parentibus. ergo proxima a parentum charitate fratrum charitas. Enim pro quia, q̃ ideſt o quantum, aut q̃ putas copioſæ ſuauitatis eſt illa recordatio, q̃. ſ. quis recordatur, & repetit in animo ſuo. Ego habitaui in eodem domicilio, id eſt eodem utero materno, in quo ipſe poſt ea, antequã naſceretur (poſſet fortaſſis etiam dici contra. ut ſi minor natu dicat, Ego habitaui in eodem domicilio, cũ poſt illum naſceret, aut natus eſſem, ſed quia maioris natu eſt cõferre opem in minorem, ideo ſic agit, tanquam maior ſecum reputet. ego peregi tempora infantię in iiſdem incunabulis, in quibus, ſcilicet ille poſtea, ego appellaui eoſdem parentes, ſcilicet quos ille. eadem uota, ſcilicet parentum, excubuerunt, id eſt uigilauerunt pro me. i. pro ſalute mea. ego traxi ex imaginibus. i. ſtemmatis maiorum, parem gloriã ſup. cũ illo, hoc eſt cum fratre, quaſi dicat maxime copioſæ ſuauitatis eſt recordatio talis. nã uxor eſt chara, liberi ſunt dulces, amici ſunt iucundi, affines ſunt accepti, ſed beneuolentia debet accedere. i. addi cognitis poſtea, ut iam dictis uxori, liberis, amicis, & affinibus, quę exhauriat. i. euacuet, & abſumat priorem, ſcilicet charitatem, quæ eſt in fratrem paulopoſt nos natum.

OLIVERIVS.

ATQVE hæc teſte Scipio. Hannibal deuictis Cartha. cum ad rupti fœderis pœnas depoſceretur a Romanis ad Antiochũ regem confugit, & illum ad inferendum Ro. bellum induxit, ut diximus, quo tempore conſules erant Lucius Scipio, & C. Lælius quorum uterq; prouinciã Aſiã ſibi decerni uehemẽter exoptabat, cuius gr̃a nõ parua inter eos uidebat̃ futura contentio, ſed res ad arbitriũ ſenatus reiecta fuit quę ſtudia patrum erexit, ſenatoreſq; dubios reddidit de tantis uiris iudicia facturos, uerumtamen apud patres maior Lælii gratia, maiorq; erat exiſtimatio, & propterea ſenatus ad eũ inclinare, negociumq; deferre plane

re plane uidebaſ. quod ubi ſenſit Scipio fratris pietate motus, ab eo deprecatus eſt illã ignominiã, nam & in ſenatu fratrẽ laudauit uirũ fortẽ, & ſapientẽ & cũ illo ſe iturũ legatũ in ꝓuinciã ultro ꝓfeſſus eſt. qua uoce omnẽ patrũ dubitationem de fratre, & demandandæ ꝓuinciæ cunctationẽ excuſſit, nã frequẽti ſenatu decretũ eſt, ut L. Scipio in Græcia aduerſus Æthołos, deinde in Aſiã aduerſus Antiochũ cum Scipione fratre tranſiret, quẽ Hannibali uicto, & ꝓ Antiocho in acie dimicanti uictorẽ opponeret. quis igiſ. P. Scipionis pietatẽ nõ iure mireſ, quã non ſolũ a prima adoleſcentia Corne. patri, ut ſup. diximus, ſed deinde quoq; L. fratri id ætatis, hiſq; rebus egregiã ꝓſtitit: & quãquã erat Africanus & maior natu, & qui Hani. uicerat, qui de Pœnis triũphauerat, qui oẽs ſuæ ætatis ĩperatores belli gloria, & uirtute antecibat, imperio tñ minoris natu ſe ſpõte ſubmiſit, ut is ĩ honore obtinẽdæ ꝓuinciæ gratioſo collegæ ꝓferretur. ex quo bello frater, ipſius conſilio, & opera uſus, maximã gloriã in patriã reportauit. Arcta familiaritate. Adeo ut iter pauca illa amicorũ paria, quam tãtopere admiraſ antiquitas Scipionẽ, & Leliũ Cic. dicat eſſe cõnumerandos. Sors. ſ. Aſię ꝓuincię contra regẽ antiochũ. Maior na. Africanus. Minori. Aſiatico. Laudis inopi. ſ. fratri.

Scipiõis Africani pietas erga fratrẽ.

Nõdũ Aſia. Quia nondum debellauerat Aſiã. Alterũ. ſ. cognomen Africani ex Afri. domita. Alterũ dedit. ſ. Aſiatici, quia eius cõſilio, & interceſſione Aſia deuicta eſt. Maior. quia maior erat miniſter, q̃ frater eum imperio.

ASCENSIVS.

ATQVE ego loquor hæc teſte. i. atteſtãte id Scipio Afri. ſ. maior, q tametſi. i. quanquã iunctus erat Lælio familiaritate arctiſſima (qa cũ eo nobile par amicorũ conſtituit) attamen orauit ſupplex ſenatũ. Ne ſors prouinciæ. ſ. Aſiæ erepta fratri ſuo. ſ. Lucio, transferreſ ad eũ. ſ. Læliũ, & ꝓmiſit ſe iturũ in Aſiã legatũ. L. Scip. ſ. fratri ſuo, & . i. ſimul ſup. ꝓmiſit ſe iturũ legatũ, ens aut cũ eſſet maior natu, minori. ſ. natu. i. iuniori, & fortiſſimus, & excellens gloria inopi laudis. ſ. fratri, qa nihil adhuc glorioſum geſſerat, & quod eſt ſuper omnia, ipſe iam Afri. i. ab Afri. deuicta ſic dictus, repete ꝓmiſit ſe iturũ legatum fratri nõdũ Aſiatico. i. q nõdũ ab Aſia deuicta ſic dicẽdus erat. Itaq;. i. & ita ipſe ſumpſit alterũ duorũ cognominũ (dicerẽ agnominũ) clariſſimorũ, uidelicet Africani, & Aſiatici, alterũ dico, uidelicet Africanũ ſumpſit ſibi, & dedit. ſ. fratri alterum uidelicet Aſiaticũ. & excepit. i. eminẽter induit ꝓtextã. i. triũphalẽ ueſtẽ huius. ſ. Africani triũphi, & tradidit. ſ. fratri ꝓtextã illius. ſ. Aſiatici triumphi, exiſtens ſup. maior aliquãto, miniſterio. i. fungẽs officio legati, qui miniſter erat imperatoris, ſeu conſulis in bello, q̃ frater imperio. i. fungens imperio totius exercitus, qa ad conſequendã eã uictoriã plus ualuit nomẽ legati, q̃ imperiũ cõſulis.

OLIVERIVS.

MARCVS uero Fab. Liu. ab urbe condita cum Mar. Fab. cõſul aduerſus Hetruſcos, qui tũc agros Roma. inuaſerãt, duxiſſet exercitũ, & ꝓſertim contra Veientes, & Ianiculos, eos ingenti prælio, cũ magna eorũ ſtrage ſuperauit. ſed nõ fuit Ro. incruẽta uictoria, nam multi ex clariſſimis uiris in ea pugna ceciderũt inter quos alter cõſul, & Q. Fa. cõſulis frater, qui cũ inter cõfertiſſimos hoſtes fortiter dimicaret, uulneratus pugna exceſſit, & paulopoſt expirauit cũ igiſ triũphus a ſenatu delatus eſſet cõſuli ob res mirifice geſtas, ille, amiſſi fratris grauiſſimo dolore cõfectus, triumphũ ſuſcipere recuſauit. quanquam tanta dignitas ab omnibus ſemper expeti cõſueuerit. Quãtam. quaſi dicat mirabilem. Fulgor, ſcilicet triumphi.

M. Fab. ſumma ſ ſtẽm charitate uſus.

DE MARCO FABIO CONSVLE.

Marcus vero Fabius conſuli inclyta pugna Hetruſcis, & Veientibus ſuperatis, delatum ſibi ſummo ſenatus, populiq; ſtudio triũphum ducere non ſuſtinuit: quia eo prælio Qu. Fabius frater eius cõſularis fortiſſime dimicans occiderat. Quantam in eo pectore pietatẽ fraternæ charitatis habitaſſe exiſtimemus, propter quam tantus ampliſſimi honoris fulgor extingui potuit?

DE TIBERIO CÆSARE.

Hoc exemplo vetuſtas, illo ſeculum noſtrum ornatum eſt: cui contingit fraternũ iugum Claudiæ prius, nunc & Iuliæ gẽtis intueri decus: tantũ enim amorem Princeps, parenſq; noſter inſitum animo fratris Druſi habuit, vt cum Ticini, quo victor hoſtium ad complectendos parentes venerat, graui illum, & periculoſa valetudine in Germania fluctuare cognouiſſet, protinus inde metu attonitus erum peret: iter quoq; q̃ rapidum, & præceps velut vno ſpiritu corripuerit: eo patet, q; Alpes, Rhenumq; tranſgreſſus, die ac nocte, mutato ſubinde equo, ducentis milibus paſſuum, per modo deuictam barbariam, Antabagio duce ſolo comite contẽtus, euaſit: ſed eum tunc maximo labore & periculo implicatum, mortaliumq; frequentia defectum, ſanctiſſimum pietatis numen, & Dii fautores eximiarum virtutum, & fidiſſimus Romani imperii cuſtos Iupiter comitatus eſt. Druſus quoq; quãquã fato iam ſuo, q̃ illius officio propior erat, vigore ſpiritus, & corporis viribus collapſus, eo ipſo tamen quo vita, & mors diſtinguitur, momento, legiones cum inſignibus ſuis fratri obuiam procedere iuſſit, & vt imperator ſalutaretur, præcepit: & dextra in parte prætorium ei ſtatui, & conſulare, & imperatorium nomen obtinere voluit: eodemq; tempore, & fraternæ maieſtati ceſſit, & vita exceſſit,

ASCENSIVS.

MARCVS uero Fab. cõſul, Hetruſcis, & Veiẽtibus ſuperatis nobili pugna, nõ ſuſtinuit. i. nõ eſt paſſus, duceſ triũphũ delatũ. i. ꝓſtitutũ, & oblatũ ſibi ſummo ſtudio ſenatus & Po. ſ. Ro. quia Q. Fab. frater eius cõſularis. ſ. uir. i. q aliquãdo cõſul fuerat occiderat. i. occubuerat eo prælio dimicãs. i. pugnãs fortiſſime. Quantam pietatẽ fraternę charitatis exiſtimemus. i. iudicaſ debemus habitaſſe ĩ eo pectore. ſ. M. Fa. ꝓpter quam. ſ. pietatem tantus fulgor ampliſſimi honoris, q̃lis eſt triumphus, potuit extingui, q. d. haud dubie maxi.

OLIVERIVS.

HOC exẽplo. Germanis debellata erat a Druſo Tiberii Neronis fratre. q Germanicus dictus eſt, q paulopoſt equo ſup crus eius delapſo. xxx. die uitã cũ morte cõmutauit. Nero, q Ticinũ ad uiſẽdos parẽtes, Liuiã, & Octauiũ uenerat, & mõ Ligurũ uictor e ꝓuincia redierat, a fratre grauiter laborãte ꝑ nũcios accitus ad eũ tãta celeritate ꝑuenit, ut uix credi poſſet. nã breuiſſimo tẽporis ſpacio, utpote die ac nocte. cc. millia paſſuũ Alpes, Rhenũq; trãſgreſſus, uno tñ comite locorũ perito cõfeciſſe dr. q cũ extinctũ fratrẽ inueniſſet, corpus eius Romã uehi curauit, & ĩ tumulo C. Cæſ. ſepultus eſt, ĩ cuius funere laudes ab Auguſto Cæſ. eius uictrico ampliſſimæ dictæ ſunt Pli. li. vii. na. hiſt. nuper ĩngt Fonteio, & Viſpano cõſu. annos nouẽ genitũ puerũ a meridie ad ueſperũ. 85. millia paſſuũ cucurriſſe. cuius rei admiratio nõ ita demũ ſolida ꝑueniret, ſiq; cogitet nocte, ac die lõgiſſimũ iter uehiculis tribus, Tibe. Nero. emẽſum feſtinãtẽ ad Druſum fratrẽ ægrotãtẽ in Germania, in ea fuerũt. cc. millia paſſuũ. de puero Soli. aliter tradit, ꝯfeciſſe tñ. xlv. millia paſſuũ, q̃ uiſ ueriſimilius. Sue. in uita Tiberii, Tibe. inquit Druſum fratrẽ in Germania amiſit, cuius corpus pedibus toto itinere ꝓgrediẽs Romã uſq; ꝑuexit. Li. li. ult. Druſus ex fractura, equo ſup crus eius collapſo. 30. die q̃ id acciderat, mortuus eſt. corpus a Nerone fratre, q nũcio ualetudinis euocatus raptim accurrerat, Romã reuectum, & in C. Iulii tumulo cõditũ, laudatus eſt a Cæſ. Auguſto uictrico. Et ſupmis illius funeribus plures honores dedit. Claudiæ prius. Nã utrũq; genus a claudia gẽte trahebãt, ꝑtnũ a Tibe. Nerone, maternũ ab Appio pulchro, q ambo cæci Appii filii

Tiberii Cæſ. erga Druſum fratrem amor.

fuerunt, teſte Sueto. ergo cũ Liuiã Druſolinã Neronis, & Druſi matrẽ, Auguſtus Cæſar duxiſſet uxorẽ, & eius ꝑcibus ſibi Druſum, & Tiberiũ adoptaſſet, in gentẽ Iulia per adoptionẽ uenerunt, ſed prius de gente Claudia nati ex Tiberio Nerone Appii claudii cæci filio, & ex Liuia Appii pulchri filia. Vt cũ Ticini Fluminis. q ꝑterlabiᷓ Papiam, naſciᷓ ex lacu Latio teſte Strab. in fine q̃rti libri. Graui, & ꝑiculoſa, q̃a ſuꝑ crus eius, ut diximus delapſus fuerat equus. Fluctuare. in dubio eſſe. Ducẽtis millibus. in die, & nocte, ut q̃dã uolũt, tñ itineris cõfeciſſe uideᷓ ꝑpe incredibile. Modo deuictã. pauloãte deuicta barbaries erat a Ro. ergo adhuc illis erat infenſa, & inuiſa. Duce. ſ. itineris. Pericu. Quia barbariẽ modo uictã. Trãſit more ſuo, & Tiberio adulaᷓ Vale. cũ dicat, ꝙ numẽ pietatis cæleſteſq́ oẽs, & Iupiter oĩpotẽs illi ſemꝑ ĩ hoc labore affuiſſent, eũq́ incolumen cõſeruaſſent, ut eſſet qui Romanũ iperiũ pie ſanctéq́ regeret. Defectũ. deſtitutum. Pietatis numen. Cuius officio fungebatur. Proprio fato ſuo ꝓpinquior morti ſuæ, q̃ fratris officio, q̃a tam diu ſupereſſe non potuit quoad fratris officiũ ſuſciperet, ſed ante eius aduẽtũ expirauit. Vigore ſpi. Quia tũc eũ hæc iuberet, in exigua ſpe ſpiritũ trahebat.

Druſi mors.

DE QVODAM MILITE CN. POMPEII.

His ſcio equidem nullum aliud, q̃ Caſtoris, & Pollucis ſpecimen conſanguineæ charitatis conuenienter adiici poſſe, ſed omnis memoriæ clariſſimis imperatoribus profecto non erit ingratum, ſi militis ſumma erga fratrem ſuum pietas, huic voluminis parti adhæſerit: is nanq; in caſtris Cn. Pompei ſtipendia peragens, cum ſertorianũ militem acrius ſibi in aciem inſtantem cominus interemiſſet, iacẽtemq; ſpoliaret, vt fratrem germanum eſſe cognouit, multum, ac diu conuitio deos ob donum impiæ victoriæ inſecutus, prope caſtra tranſtulit, & precioſa veſte opertum, rogo impoſuit, ac deinde ſubiecta face, protinus eodem gladio, quo illũ interemerat, pectus ſuum tranſuerberauit: ſeq; ſuper corpus fratris proſtratum, cõmunibus flammis cremandum tradidit. Licebat ignorantiæ beneficio innocenti viuere: ſed vt ſua potius pietate, q̃ aliena venia vteretur, comes fraternæ neci non defuit.

Militis pietas, qui fratrem ignarus occiderat.

OLIVERIVS.

HIS ſcio equidẽ excuſat ſe Vale. ꝙ ꝓximũ exẽplũ Druſo, & Tib. nõ cuuueniat. nã exẽplũ Druſi, & Tibe. cõparari poſſet, & Pollucis, & Caſtoris pietati, dicit ergo ſequẽs pietatis exẽplum Druſi, Tiberiiq́ pietate nulla in re cõferri poſſe ut, cũ Caſtoris tñ, & Pollucis pietate cõparari merito poſſit, incõgrue igiᷓ ſubiungiᷓ ſed ęquo ferant animo Druſus, & Tibe. neceſſe eſt, q̃a nõ ſunt ꝑtermittẽdi, quamuis humilis cõditionis hoĩes. nã & poſteris grauiſſimũ erit, & ipſis quoq; Druſo & Tibe. ĩperatoribus clariſſimis periocundũ exemplũ Caſtoris, & Pollucis. Nota eſt fabula, ꝙ alter immortalis, mortalẽ fratrẽ ſuæ immortalitatis uoluit eſſe particiꝑẽ. Vñ Virgil. ſi fratrẽ pollux alternam morte redemit. Itq́, reditq́ uiã toties. ꝙ ideo fingiᷓ, ut ĩqt Serui. q̃a ſunt duę ſtellę, quarũ una cadẽte, altera oriᷓ. His nãq́. Quo tẽpore bella ciuilia geſta ſunt iter Põpe. & Sertorium forte ita accidit ut duorũ fratrũ alter Põp. alter ſe queretur Sertoriũ, eo forte animo, ut altera alteri faueret in uictoria. & ſic eorũ cõditio nõ omnino miſera foret. ſed aliter fortuna tulit. nã ꝯferta pugna alter alterum ignorans occidit. quod cũ inter ſpoliandum cognouiſſet ſe fratrẽ occidiſſe, fortuna grauiter incuſata, & corpore in caſtra delato, rogoq́ ſuperĩpoſito, ſeipſum trãsfixo pectore cõmunibus flammis cremandũ iniecit. Abreuiator lib. lxxix. Luc. Corne. Cinna cũ pernitioſas leges proferret, pulſus urbe a Cn. Octauio collega, cũ ſex tribunis plebis, imperioq́ abrogato, corruptũ Appii Claudii exercitũ in poteſtatẽ ſuã redegit, & bellum urbi intulit, accerſito Ca. Mario cũ aliis exulibus ex Africa, ĩ quo bello duo fratres, alter ex Põp. exercitu, alter ex Cinnæ ignorantes cõcurrerũt, & cũ uictor mortuũ ſpoliaret, agnito fratre, ingenti lamentatione ædita rogo ei extructo, ipſe ſupra rogũ ſe transfodit, & eodẽ igne cõſumptus eſt. aut ergo Vale. diſſentit a Liuio, aut fuerunt exempla ſimilia, alter in exercitu Cinnæ, alter Sertorii. aut quod melius eſt, quia coniuncti fuerunt Cinna, & Sertorius, ut nihil interſit, utrũ Cinnam dicat, an Sertorium. Multũ ac diu. Multũ ad quantitatem, diu ad tempus refertur. nam & multa in deos conuitia, & longo tempore iactauit. poſſumus aliquid facere multũ. & nõ diu, uerbi gratia ſi legerem chartam unam ab ortu ſolis uſq; ad occaſum, diu quidem ſed non multum, tam tanto ſpatio. x. atq; eo plures legi poſſent. Licebat ignorantiæ. Excuſat, ꝙ ignorans fecerit, ut fratris pietatem exaggeret.

ASCENSIVS.

HOC exẽplo &c. Vetuſtas. i. priſca ætas, aut uetuſtũ ſæculũ, ornatũ eſt hoc exẽplo. ſ. Fab. iam dicti, ſæculũ noſtrũ. i. ꝑſentis æui eſt ornatũ illo. ſ. exẽplo, ꝙ dicturus eſt, cui. ſ. ſæculo noſtro cõtingit itueri, fraternũ iugũ. i. iugationẽ, & parẽ ſocietatẽ gentis claudiæ prius. i. q fratres. ſ. Tibe. Nero. & Druſus Germanicus ante adoptionẽ factã ab Auguſto erãt de domo claudia, & nũc cõtingit intueri, &. i. etiã decus gentis Iuliæ, in quã per adoptionem aſciti erãt. Enim ꝓ q̃a, princeps, & parẽs noſter. i. urbis nrę, uidelicet Romæ, hoc eſt Tib Cæſar, habuit tñ amorẽ Druſi fratris inſitũ. ſ. a natura animo. ſ. ſuo, ut cũ ipſe Tib. cognouiſſet Ticini. i. in ea urbe an Ticinũ flu. q̃ nũc Papia diciᷓ quo. i. ad quã urbẽ, ipſe uictor hoſtiũ. ſ. Ligurũ uenerat ad cõplectendos parentes. ſ. Auguſtũ uitricũ, & Liuiã matrẽ, cũ inquã cognouiſſet Ticini, illũ. ſ. fratrẽ ſuũ Druſum, fluctuare. i. inter uitã, & mortẽ ancipitem uerſari, ualetudine graui, & periculoſa, quã ex lapſu de equo cõtraxerat, eripuit. i. ui exiliret protinus inde. i. e Ticino, attonitus metu. ſ. de ualetudine fratris, & quã. ſ. quantũ rapidũ, & ꝑceps iter corripuerit, uelut uno. i. cõtinuo ſpiritu, patet eo. i. ex eo ꝙ ipſe trãſgreſſus alpes. i. mõtes illos altiſſimos Italiã in ea parte a Germania dirimẽtes die, ac nocte. i. irregeto curſu, equo mutato ſubinde. i. per interualla, euaſit ducentis millibus paſſuũ per barbariã. i. barbarã Germanorũ, ut ipſe interpretatur terram, deuictã. ſ. a Druſo modo. i. pauloante, contentus ſolo Antabaglo duce. ſ. itineris. comite. i. comitante. unde quia uiã indicauit, dux erat, q̃a minor eo cui uiã monſtrauit, comes dicendus erat, ſed ſanctiſſimũ numen pietatis. ſ. in fratrẽ ſup. comitatũ eſt, & Dii fautores. i. adiutores eximiarũ uirtutũ ſup. comitati ſunt, & Iupiter cuſtos fidiſſimus imperii Ro. comitatus eſt tunc eum. ſ. Tib. principem, implicatum maximo labore, & periculo, & defectum. i. deſtitutum frequentia. i. a multitudine mortaliũ. ſ. hominum. Druſus quoq; quanquam erat iam propior. i. uicinior, fato ſuo. i. morti uicinæ, q̃ officio illius. i. in illũ, hoc eſt in fratrem ſuum Tiberium exhibendo, utpote collapſus uigore ſpiritus, & uiribus corporis, tamen iuſſit eo ipſo momẽto, quo uita, & mors deſtinguitur. i. in extremo uitæ ſuæ, legiones procedere obuiam fratri cum inſignibus ſuis, & præcepit. ſ. legionibus, ut ſup. Tiberius ſalutaretur. ſ. ab eis, imperator, uolens prætorium. i. habitaculum prætoris hoc eſt eius.

ASCENSIVS.

HIS ſcio, &c. Tranſit ad humilius exẽplũ cum deprecatione, ne ſibi uitio detur, & cũ obteſtatione diſſimilitudinis, unde adulatione ſolita Tibe. & Druſum Caſtori, & polluci in deos relatis cõparãdos cẽſet dicẽs. Equidẽ. i. ego certe, ſcio nullũ aliud ſpecimen. i. ſpecioſum approbamentũ charitatis cõſanguineæ. i. eorũ dẽ ſanguine genitorũ. q̃ Caſtoris, & pollucis, poſſe adiici cõuenieter. i. decẽter his. ſ. iã dictis pricipibus Ro. Tib. & Druſo, ſed ꝑfecto. i. reuera igratũ nõ erit pricipibus clariſſimis ois memoriæ. i. quos omniũ memoria cõplectitur, hoc eſt quorũ extat memoria, hoc eſt Tiberii, & Druſi, ſi ſumma pietas militis. ſ. Pompeiani erga fratrem ſuum adhæſerit. i. annixa ſit, huic parti uoluminis. Dixit ſummã pietatẽ militis in fratrem. Nãq; is. ſ. miles peragens ſtipendia. i. ære merens, in caſtris Cn. Pompeii. ſ. Magni, cum interemiſſet cominus, id eſt coniunctis manibus pugnantem militem Sertorianum, id eſt ſub Sertorio ſtipendia facientem, inſtantem ſibi in aciem, id eſt aut oculorũ, aut belli, ſed ſi de belli acie diceret, in acie acrius. i. multum ſtrenue, & ſpoliaret iacentem. i. proſtratum, ut. i. poſtquam cognouit eũ eſſe fratrem germanum,

DE PIETATE ERGA PATRIAM.

CAP. VI.

ARctiſſimis ſanguinis vinculis pietas ſatisfecit: reſtat nunc vt patriæ exhibeatur: cuius maieſtati, etiam illa, quæ deorum numinibus æquatur, autoritas parentum, vires ſuas ſubiecit: fraterna quoq; charitas æquo animo, ac libenter cedit, ſumma quidem cum ratione, quia euerſa domo, interdū Reip. ſtatus manere, poteſt: vrbis ruina, penates omnes ſecum trahat neceſſe eſt. Verum quid attiuet verbis iſta complecti: quorum tanta vis eſt, vt aliqui ſalutis ſuæ impendio teſtati ſint.

DE BRVTO PRIMO CONSVLE.

Brutus couſul primus cum Arunte Tarquinii Superbi filio regno expulſi in acie ita equo concurrit, vt pariter illatis haſtis, vterq; mortifero vulnere ictus exanimis proſterneretur, merito obiecerim Populo Romano libertatem ſuam magno ſtetiſſe.

DE CVRTIO ROMANO

Cum autem in mediam partem fori, vaſto ac repentiuo hiatu terra ſubſideret, reſpōſumq; eſſet; ea re illum tantummodo compleri poſſe, qua Po. Ro. plurimum valeret Curtius & animi, & generis nobiliſſimus adoleſcens, interpretatus vrbem noſtram virtute, armiſq; præcipue excellere, militaribus inſignibus ornatus, equum conſcendit, eumq; vehementer admotis calcaribus præcipitē in illud profundū egit: ſuper quem vniuerſi ciues honoris gratia certatim fruges iniecerunt, cōtinuoq; terra priſtinum habitum recuperauit: magna poſtea decora in foro Romano fulſerunt. Nullum tamen hodie pietatē Curtii erga patriam clarius obuerſatur exemplum, cui principatum gloriæ obtinenti, conſimile factum ſubnectam.

trem germanū, inſecutus multū, ac diu Deos conuitio. i. execratione, ob donū impiæ uictoriæ, q. ſ. ut fit in bellis ciuilibus, fratrē interemiſſet uictor eius, trāſtulit ſup. cadauer eius ꝓpe caſtra & īpoſuit rogo opertū. i. tectū ꝓcioſa ueſte, ac deinde face ſubiecta, ut cremaretur, trāſuerberauit, ꝓtinus eodē gladio, quo interemerat illū. ſ. fratrē ſuū pectus ſuum. i. ꝓprium, & tradidit ſeſe proſtratū ſuper corpus fratris, cremādū cōmunibus flāmis. licebat. i. licitum erat ipſi ignoranti uiuere beneficio ignorantiæ, qa ignorans fratrem eſſe eum interemerat, ſed ut uteretur potius ſua pietate, q̃ uenia. i. ignorantia aliena, nō defuit comes fraternę neci, qa ſtatim fratris neci ſuā ſubiecit.

OLIVERIVS.

ARCTISSIMIS ſanguinis uincu. de pietate dicturus erga patriā laudat eā per cōparationē, & ꝓbat hanc cæteris ꝓferendā, qa omnia inſeruata patria ſeruantur. nam euerſa familia in qua patres, & filii cōtinent ſtare poteſt patria, ſed euerſa patria, domus, & familia ſtare non pōt. Sanguinis uin. Filioꝶ ī parētibus. Et huic patriæ pietati, cedit paterna ſimul, & fraterna pietas. Illa quę deorum numinibus æquatur. Paterna pietas, q̃ ad æquat diuinę pietati, patrię cogit cedere. Impendio. dāno.

ASCENSIVS.

ARCTISSIMI &c. Prefatio eſt in exempla pietatis in patriā, quā docet magis neceſſariā, q̃ ī parētes, aut frēs, iōq; Cice. atteſtat, q oium charitates una in ſe cōplectatur, uultque, ubi patee patriam per tyrannidem occupaturus eſſet, aut tyranno, aut hoſti traditurus, nec a filio quouis pacto ab incepto conſilio reuocari poſſet, filiū potius ꝑ indiciū patris, ꝓ patrię cōſulere debere, q̃ cū ſalute patris, patriæ libertatem amittere. Primi huius loci uerbū quidā habēt arctiſſimis, q quidē magis quadret cū ablatiuo uinculis. ſed qa is ſyllabater continue poſita ſibilū pariat, alii legunt, & ita ſcriptum repperi, arctiſſimi ut ſit ordo, Pietas. i. narratio de pietate, aut pietas ipſa, ſatisfecit. ſ. in ſuperioribus exēplis, uinculis arctiſſimi ſanguinis, ut parentū & liberorū, inter quos eſt primū uinculū, & fratrum inter ſe, quorū docuit eſſe ꝓximum. Reſtat nunc, ut ſup. pietas exhibeatur patriæ. i. ut afferamus exēpla eorū, qui in patriā ſuā pii fuere, cuius. ſ. patriæ maieſtati, etiam illa autoritas parentū, quæ æquatur numinibus. i. diuinis potentiis deorū, (nō tñ ex æquo. Nam licet parentibus ſecundus poſt Deos debeatur honor, nō tamen æqualis. qa ſi parentes quippiā cōtra dei mandata iuſſerint, ſurda aure trāſeundi ſint, imo pie monēdi, ſe nisque iubere quod deus uetuerit, aut cōtra uetare, qđ deus iuſſerit. uerū in hoc quippiam ſimile eſt, q deos uenerationis gratia etiā patres uocauit gentilitas, ut nos Deū omniū creatorē patrē appellamus. Suntq; parentes cum deo in generatione liberorū cooperatores, quia uirtus diuina ad omnē operationē cōcurrit, & animas rationales ſola creat) ſubiecit uires ſuas, quia uult ut plus patriæ, q̃ ſibi tribuit, cuius, ſcilicet patrię maieſtati, charitas quoq; fraterna cedit æquo animo, ac libēter, quidem. i. & certe cum ſumma ratione, quia domo euerſa ſtatus reip. poteſt interdum manere, & ſup. neceſſe eſt ut ruina urbis. ſ. in quā eſt reſpu. trahat ſecū oēs penates. i. domos priuatas. Verū. i. ſed quid attinet. i. ad rem facit cōplecti iſta. i. iſtas res uerbis. i. docere patrię ſalutē parentū ſaluti ꝓferendā / quorū. i. quarum rerum tanta uis eſt, ut aliqui. i. nō pauci, Sic enim interdū accipitur, ut Eſt aliqd ſeſe unius dominū feciſſe lacertæ. i. non parū, ſed multū alioqui dicere potuiſſet quidam, teſtati ſint ſup. ea, impendio. i. impēſione ſalutis. i. uitæ ſuæ, quæ charior eſſe poſſet, q̃ parentū.

OLIVERIVS.

BRVTVS cōſul. Hæc hiſtoria ſuperius per trāſitū annotata fuit. nā cū ꝓpter Lucretiæ ſtuprū reges urbe Brutus eieciſſet illi primū fraude ī patriā redire tentarunt. q ubi obſtructū ſibi fraudis iter ītellexerūt, ad aptā uim, & Hetruſcorū auxilia cōfugerūt, qbus freti magno cū exercitu in fines Ro. irrupere. ꝓfectus eſt igit obuiā Brutus, quē cū Aruns regis filius cū cōſularibus fulgētē inſignibus ꝯſpexiſſet, accerrimo dolore, & ꝑcepti regni memoria excitus, & ipulſus, equo calcaribus adacto ruit in cōſulem, qđ ille aduertens nō minori animo in hoſtem fertur. tantoq; ipetu, & tam acri, nulla ipſius ꝓtegendi, ſed ſola hoſtis feriēdi cogitatione cōcurſum eſt, ut alterius ꝯfixi haſtis, ambo pariter cōſternerentur, ſupq; occiſum ſua manu Aruntē, ipſe mutuo uulnere Brutus expirauit. & ut Flori utar uerbo, quaſi cōſul adulterum (ut ille ait) ſeu uerius adulteri fratrē regno pulſum, uita quoq; pelleret, & eū ad iferos ſeqret. funus conſul i rebus omnibus præclarū, ſed nulla re magis q̃ q eū matronæ oēs ut parentē anno integro luxerunt. Merito obi. iure iquit dixerim magno libertate ſibi cōſtitiſſe, qa autorem libertatis amiſit.

ASCENSIVS.

BRVTVS. ſ. Iunius primus conſul, concurrit equo in acie, ideſt in conflictu, cum Arunte filio Tarquinii Superbi, pulſi regno, id eſt Romanæ urbis (ob ſuperbiam, & Lucretiæ per filium eius uiolationem) ita id eſt tali modo, ut haſtis illatis pariter, id eſt pari impetu, uterq; ictus, ſcilicet ab altero, uulnere mortifero, proſterneretur exanimis, ideſt anima ſpoliatus, aut iam ſpoliandus. Brutus ſup. obiecerit merito Po. Ro. libertatem ſuam, hoc eſt Po. Ro. ſtetiſſe ſup. ſibi magno, ſcilicet precio, quia uitæ ſuæ impendio.

OLIVERIVS.

CVM aūt in C. Genitio, & L. Æmilio conſu. forū mediū Ro. ſiue motu terræ, ſeu qua ui alia dicit ſpecu uaſto in imenſam altitudinē fuiſſe collapſum, neq; eam uoraginē coniectu terræ, cū pro ſe quiſq; cogeret, expleri potuiſſe, niſi ea re qua Po. Ro. plurimū ualeret, uti uates canebant, ſi rēpub. Ro. perpetuam eſſe uellent. tum M. Curtium iuuenē bello egregium caſtigaſſe ferunt dubitantes, an ullum magis Ro. bonum eſſet, q̃ arma, uirtuſq;. ſilentio deinde facto, tēpla Deorū immortaliū, quæ foro imminebant, Capitoliumq; intuentem, & manus nunc in cælū, nunc in patentes terræ hiatus ad Deos manus porrigētē ſe deuouiſſe, equo deinde q̃ poterat ornatiſſimo inſidentē, armatū ſe in ſpecū immiſiſſe, donaq;, ac fruges ſuper eū a multitudine cōgeſtas, la

Bruti charitas erga patriam.

Curtii pietas in patriam.

DE GENITIO CIPPO PRÆTORE.

Genitio Cippo Prætori paludato portam egredienti, noui, & inauditi generis prodigium incidit. Nãq; in capite eius ſubito veluti cornua emerſerũt reſponſumq; eſt eum regem fore, ſi in vrbem reuertiſſet. Quod ne accideret, voluntarium, ac perpetuũ ſibimet indixit exilium. Dignam pietatem, quæ quod ad ſolidam gloriam attinet, ſeptẽ regibus præferatur: cuius teſtandæ rei gr̃a capitis effigies ærea portæ, qua exceſſerat, incluſa eſt: dictaq; Rauduſculana, ꝙ olim rauda ara dicebatur.

DE ÆLIO PRÆTORE.

Genitius laudis huius ſucceſſionem Aelio Prætori tradidit, cui ius dicẽti, cum in capite picus con ſediſſet, aruſpexq; affirmaſſet, conſeruato eo fore domus ipſius ſtatum feliciſſimum, Reipu. miſerrimum: occiſo, in contrarium vtrumq; ceſſurum: eueſtigio picum morſu ſuo in conſpectu ſenatus necauit: decem & ſeptem militum familiam, eximiæ fortitudinis viros Cannenſi prælio amiſit: Reſp procedente tempore ad ſummũ imperii faſtigium exceſſit. Hæc nimirum exempla, Sylla & Marius, & Cinna tanquam ſtulta irriſerunt.

DE PVBLIO DECIO.

Publius Decius, qui conſulatum in familiã ſuam primus intulit, cum Latino bello Romanam aciem inclinatam pene iam, & proſtratam videret, caput ſuum pro ſalute Reipublicæ deuouit, ac protinus cõcitato equo, in medium hoſtium agmen, patriæ ſalutem, ſibi mortẽ petens, irrupit: factaq; ingẽti ſtrage, plurimis telis obrutus, ſuper corruit: ex cuius vulneribus, & ſanguine inſperata victoria emerſit.

eumq; Curtiũ, nõ ab antiquo illo T. Tacii milite Curtio Metio, ſed ab hoc appellatũ. Illud ꝓf. in illã uoraginẽ. Magna po. Extollit hãc rẽ, multa inq̃ pclara exẽpla cõmemorari poſſent in foro ædita, nullũ tñ cũ Curtii facto cõferẽdũ. Multa poſtea. multa ꝑterea egregia facinora in foro ædita fuere, nullũ tñ Genitii facto cõparãdũ. Subſideret. Inclinata eſſet. Admotis. appropinquatis, & ſubditis calcaribus, de hoc Curtio Petra. Vñ ego uos moneo nobis uirtute uel armis nil melius tribuiſſe Deos, hęc ſumma ꝑfecto. Hęc uere Romana bona, & ſi ſumma repoſcũt, Arma, uirumq; dabo. ſic Curtium loquentem iducit Petrar. Liui. quoq; nullum magis Romanum bonum, quam arma, uirtuſq;.

ASCENSIVS.

CVM autem terra ſubſideret. i. ad imum tẽderet, & abſiſſum faceret in mediã partẽ fori. ſ. Romani, hiatu. i. apertura & uoragine, ac ſpecu uaſto. i. ualde amplo, ita ut ipleri nequiret, ac repẽtino. i. ſubito orto, & ita magis horrendo, ne reliquũ urbis abſorberet, & reſpõſum eſſet. ſ. a uatibus ſup. hiatũ illũ poſſe cõpleri tñmõ. i. dũtaxat ea re, qua P. R ualeret pluſ rimũ, Curtius adoleſcẽs, & animi, & generis nobiliſſimi (Sũt qui nobiliſſimus legãt, ſed inſolita fieret cõſtructio, nõ enĩ dr̃ nobiliſſimus animi, ſed animo) interpretatus urbẽ noſtrã. ſ. Romã, excellere ꝑcipue uirtute, & armis. i. arma totũ equitũ, ornatus inſignibus militaribus, cõſcendit equũ, & egit. i. ui ĩpulit ſecũ in illud ꝓfundũ, eũ. ſ. equũ ꝑcipitẽ. i. in caput cadẽtẽ, & hoc calcaribus admotis uehemẽter, aut ſint ablatiui inſtrumentales, egit eũ ꝑcipitẽ calcaribus &c. Sup quẽ. ſ. Curtiũ uniuerſi ciues iniecerũt certatim. i. quaſi cũ certamine qs primus, aut plurimũ iniiceret, fruges gratia honoris, & cõtinuo terra recuperauit priſtinũ habitũ. i. priorẽ diſpoſitionẽ, qa ſpecus ille partim oppletus, & partim coitione terræ clauſus eſt. magna decora. i. ornamẽta, ut ſtatuæ equeſtres fulſerũt poſtea in foro Ro. tñ nullũ exẽplũ obſeruatur. i. ueneratur hodie clarius pietate Curtii erga patriam, cui. ſ. Curtio, aut Curtii exemplo, obtinenti principatum gloriæ, ego ſubnectam factum conſimile. i. cõſimilis charitatis in patriam.

OLIVERIVS.

GENITIO Cippo. Hoc exẽplũ ꝑcedenti dicit eſſe cõſimile, & ꝓbat. nã Cippus iſte cũ per portã, q̃ Randuſculana dr̃, egreſſurus eſſet, in trãſeũdo exorta ſunt cornua tãtæ magnitudinis, ut egredi nõ poſſet. cõſulto oraculo, cognouit ſe futurũ regẽ ſi reuerteret in urbẽ, maluit in exiliũ uolũtariũ ꝓficiſci, q̃ patriã ſuã libertate priuari. Veluti cor. Bñ ueluti cornua, qa nõ reuera cornua fuerãt, ſed ꝓpter dæmonũ illuſiones cornua eſſe uidebant, de qbus Ouid. Cornuaq; auratis mirã referẽtia formã Hoſtilibus iſculpũt iõgũ mãſura p æuũ. Solidã. uerã, & nõ adũbratã.

Cippi pietas erga patriam.

ASCENSIVS.

GENITIO &c. Ordo eſt. Prodigium noui, & inauditi generis incidit Genitio Cippo, ſi cognominato, Prætori. ſ. Ro. paludato. i. ueſte imperatoris proficiſcẽtis in bellum ornato, egredienti portam. ſ. urbis, q̃ deinde Randuſculana dicta eſt. Naq; ſup. res q̃dam ueluti cornua, emerſerunt. i. extiterunt, ſubito in capite eius, reſpõſumq; eſt. ſ. a uatibus, aut oraculis deorum, de ſignificatione ꝓdigii iterrogatorũ eũ fore. i. futurũ eſſe regẽ, ſi reuertiſſet in urbẽ. Quod ne accideret. i. ne rex fieret, & ita libertatẽ patriæ opprimeret ipſe indixit ſibi exiliũ uolũtariũ, ac ꝑpetuũ. Dignã. i. o dignã, aut dignã ſup. cẽſeo pietatem, q̃ q. i. quãtũ ꝑtinet ad ſolidã. i. ſyncerã, & uerã gloriã preferat ſeptẽ regibus. i. quotquot Romæ regnarũt. Cuius rei teſtandæ. i. atteſtãdæ, & teſtificandæ gratia, effigies capitis ærea, i. ex ære facta incluſa eſt portæ quam. ſ. Genitius exceſſerat & dicta eſt. ſ. porta: Randuſculana, ꝙ quia ara dicebatur olim rauda.

THEOPHILVS.

EMERSERVNT. Vetuſta exẽplaria habẽt eruperunt, aut erepſerũt. Randuſculana &c. Cincius de uerbis priſcis ait, Aes infectum Ruduſculũ appellari, ꝙ omnis materia nondũ formata rudis dicat. Inde Ruduſculana quodq; idẽ eſt Ruduſculana porta, ꝙ rudis & impoſita ſit relicta, uel ꝙ Raudo ſit. i. ære functa. le. Pomp.

OLIVERIVS.

GENITIVS lau. nec hoc paruũ fuit erga patriam pietatis idiciũ. cũ Ælius Prætor nõ modo ſuã ſed uniuerſę familię & generis icolumitatẽ ꝑtiæ ſaluti poſtpoſuit, q malult picũ, q ſibi ius dicẽti in uertice cõſœderateo fato, ut capto, & occiſo, eius domus grauiſſimã ꝑnicię, reſp. uero nõ paruã cõſecutura eſſet felicitatẽ, necare cũ exitio ſuo, q̃ eũ ꝯſeruare cũ reip. detrimẽto, picus eſt ſpẽs auis, q̃ roſtro arbores ꝑforat. Fr. lib. 4. c. v. Ælius igt Prætor Vrba. cũ ei ius dicẽti picus i capite cõſediſſet, & aruſpices reſpõdiſſẽt, dimiſſa aue hoſtiũ uictoriã fore, necata. P. R. ſuperiorẽ, auẽ occidit, q̃ nr̃o exercitu uicẽte, ipſe cũ. 14. Ælius ex eadẽ familia in ꝑlio occiſus eſt: hũc qdã nõ Æliũ, ſed Ieliũ fuiſſe & Ielios nõ Ælios ꝑiſſe credũt. Decẽ & ſe. Frõ. dicit tñmõ. 14. fuiſſe. Vtrũq;. ſ. & ſibi male, & reip. bñ ceſſurũ. Reſp. qa Afr. poſtea Car. P. R. tributariẽ fecit. Sylla. M. & Cinna. Hi enim iperii auidi fuerũt, uñ Cæſ. cũ audiſſet Syllã depoſuiſſe dictaturã priuatus ut altum dormiret. Sylla igt neſciuit literas.

ASCENSIVS.

GENITIVS. ſ. Cippus, de quo ꝑximo loco dictũ eſt, tradidit ſucceſſionẽ huius laudis. ſ. fugiẽdi regni Aelio Prætori, cui dicẽti ius. i. iudicãdi populo, cũ picus. ſ. auis in tutela Martis credita, cõſediſſet. i. qeẽ cepiſſet in capite, & aruſpex affirmaſſet, eo. ſ. pico cõſeruato, ſtatum domus ipſius feliciſſimũ, & ſup. ſtatũ reipub. miſerrimum, & ſup. eo occiſo, utrũq; ceſſurũ in cõtrariũ. i. ſtatũ ipſius fore infeliciſſimũ, & reip. feliciſſimũ, necauit eueſtigio. i. ſtatim, ubi ſtetit, non mutato ueſtigio, picum morſu ſuo, in cõſpectu ſenatus. & ſup. amiſit deinde in ꝑlio Cannenſi cum Hanni. cõmiſſo, familiã. x. & vii. militũ, appoſitorie, uiros eximiæ fortitudinis, & ſup. poſt illã cladẽ, Reſp. exceſſit tempore ꝓcedente. i. ſucceſſum tẽporis. ad ſummũ faſtigiũ. i. culmen iperii. Nimirũ. i. haud dubie, Syl. & Mari. & Cinna, qui poſtea rẽpub. oppreſſerũt, & ciues Ro. ꝓſcrip. irriſerũt hęc exẽpla tãquã ſtulta. addidiſſet ut Cic. Cæſ. ſed propter Tibe. qui illi ſucceſſit, omiſit.

OLIVERIVS.

PVBLIVS Decius. tres fuere Decii, qui pro repub. ſe deuouere, teſte Cice. ut ſup. dixi in cap. de ſomniis, pater bello Latino, & Gallico. filius bello Hetruſco. nepos bello Pyrrhi, quod geſſit

Decii pietas ꝓ ſalute patriæ.

DE FILIO P. DECII.

Vnicum talis imperatoris ſpecimen eſſet, niſi animo ſuo reſpondentem filium genuiſſet. Is nanq; in quarto conſulatu patris exemplum ſecutus, deuotione ſimili, æque ſtrenua pugna, conſentaneo exitu labantes, perditaſq; vires vrbis noſtræ correxit. Itaq; dignoſci arduum eſt, Vtrum Romana ciuitas vtilius habuerit Decios, an miſerit: quoniã vita eorũ ne vinceretur obſtitit, mors fecit vt vinceret.

DE SCIPIONE AFRI. SVPERIORE.

Non eſt extinctus pro Repub. ſuperior *Scipio* Africanus, ſed admirabili virtute ne Reſpub. extingueretur, prouidit: ſiquidem cum afflicta Cannenſi clade vrbs noſtra, nihil aliud q̃ præda victoris eſſe Hannibalis videretur: ideoq; reliquiæ pſtrati exercitus deſerendæ Italiæ, autore Quinto Metello, con ſilium agitarent: tribunus militum admodũ iuuenis, ſtricto gladio mortem vnicuiq; minitando, iurare omnes nunquam ſe relicturos patriam coegit: pietatemq; non ſolum ipſe pleniſſimam exhibuit, ſed etiam ex pectoribus aliorum abeuntẽ reuocauit.

quod geſſit pro Tarentinis. ſed de patre tantum, & filio Valer. mentionem facit. Cic. autem lib I. Tuſc. dicit ſi mors timeretur, non cũ Latinis pater Decius decertans, cũ Hetruſcis filius, Pyrrhi nepos ſe hoſtiliũ telis obieciſſet. Idẽ lib ii. de finibus bonorũ, & malorũ. pari ratione in lib. de natu. deorũ, & diuinatione.

ASCENSIVS.

PVBLIVS Decius, q primus intulit conſulatũ in familiã ſuã, cum uideret bello Latino. i. quod cũ Latinis gerebatur, aciẽ Romanã iã pene inclinatã ac proſtratã deuouit. i. uoto, & ſolẽnibus uerbis addici fecit inferis caput ſuũ, & ita uitã ſuã, p ſalute reip. ac ꝓtinus. i. illico facta deuotione, equo concitato, irrupit in mediũ agmẽ hoſtiũ, petẽs patriæ ſalutẽ, & ſibi mortẽ. & ingẽtẽ ſtragẽ. ſ. hoſtiũ facta. ſ. illa irruptione, priuſquã caderet obrutus plurimis telis ſupcorruit. ſ. ſuper ſtragẽ a ſe factã, & uim telorũ in ſe immiſſã. ex cuius uulneribus & ſanguine, emerſit. i. exorta eſt uictoria inſperata. ſ. prius.

OLIVERIVS.

Dec. P. D. fil. pro patria ſe deuouit. VNICVM talis imperatoris ſpecimẽ. de patre huius Decii in cap. de ſomniis dictũ eſt. Nũc de filio, qui ꝯſul cũ Q. Fabio collega aduerſus Gallos, Sãniteſq; ꝓfecti, cũ ad cluſium duxiſſent exercitum, ibiq; diu incerto Marte pugnatũ eſſet, eadẽ uia qua pater, uictoriã Ro. peperit. nam Fab dexterũ cornu aduerſus Sãnites, Decius ſiniſtrum aduerſus Gallos, quorũ prima prælia, plus q̃ uirorum, poſtrema minus q̃ fœminarũ erant, forte tenebant. in id tẽpus igi

Callorũ prælia. tur quo ulciſci ſolebat hoſtis, q̃ integerrimas uires potuit militi ſuo Fab. ſeruauit. Decius uero, & ætate, & uigore animi ferocior, quãtũcũq; uirium primo certamine effudit. & q̃a lentior uidebatur pedeſtris pugna, equitatũ in pugnã cõcitauit, & ipſe iuuenũ turmæ immiſtus, proceres iuuentutis in hoſtem, ut ſecũ impetum faciant, conciuit. duplicẽ illorũ gloriã fore, ſi ab leuo cornu, & ab equitatu uictoria incipiat. bis auerterunt Gallicũ equitatũ, ſed nouũ pugnæ genus cõterruit Ro. eſſedis, carriſq; ſuperſtans armatus hoſtis ingẽti ſonitu equorũ rotarũq; uenit. inſolitus eius tumultus Romanorũ terruit equos, ita uictorẽ equitatũ ueluti limphaticus pauor diſſipat. Decius ubi ſuos terga dãtes uidit, primo reuocare fruſtra conatus. deinde ubi nulla ratiõe perculſos ſuſtinere poſſe uidit, patrẽ Deciũ noĩe cõpellans, quid ultra moror inquit, familiare fatum, datũ noſtro generi, ut luendis periculis publicis piacula ſimus, iã ego mecũ hoſtiũ legiones mactandas tellur, ac Diis manibus dabo. hæc locutus a ſacerdote ſolenni deuotionis imprecatione facta, in cõfertiſſimos hoſtes ſubditus calcaribus equo incurrit, ubi magna prius hoſtiũ cæde facta, glorioſe caſus, tandẽ occubuit. cuius mors nõ, ut aliorum, terrori, ſed audaciæ Ro. fuit, q̃ inſtaurata pugna, pauloante uictores Gallos inſecuti, ad. xxv. millia ceciderunt, & . viii. millia cœperunt. Æq; ſtre. i. æqualiter forti. Itaq; di. ar. Siquis diligentius cogitare uoluerit, utrũ mors, an uita Deciorũ reipu. magis profuerit, non facile dignoſci poterit. nam uiuẽtes Decii nõ paſſi ſunt patriam ſuperari, morientes uero ſpecioſam uictoriã illi peperunt. Vtilius. Quia multas ſunt conſecuti uictorias. Amiſerit. quia patriam ſaluarunt, ſe pro illa deuouendo.

ASCENSIVS.

VNICVM talis imperatoris ſpecimen. Mirabili artificio, atq; inuentione connectit exempla inuento ſemper nouo contextus filo. Ordo autem eſt. Specimen. i. ſpectabile approbamẽtum charitatis in patriam, talis imperatoris, ſcilicet Decii, eſſet unicum. i. ſingulare, niſi generaſſet filium reſpondentem animo ſuo. i. eiuſdem charitatis in patriam. Conſtat tamen nepotẽ eorũ æmulũ fuiſſe tertium, qui ſe pro patria deuouit. Nãq; is. ſ. filius ſecutus in quarto cõſulatu exẽplũ patris, correxit. i. inſtaurauit, & ad priſtinũ robur direxit, uires urbis noſtræ, hoc eſt militũ Ro. labentes, & pditas, deuotione. i. addictione ſui p uotũ, & uerba ſolẽnia, morti & inferis, ſimili. ſ. deuotione paternæ, pugna æq; ſtrenua, ut erat paterna, & ſup. exitu. ſ. fine uitæ æq; ſup. conſentaneo. qd' genus uirtutis martyres pro religione chriſtiana obierũt (& q̃a eo animo unuſquiſq; fideliũ in Chriſtũ, & fidẽ, eſſe debet, ut ſe ꝓ eo, & ea, morte deuoueat, inde effectũ puto, primitiuæ eccleſiæ ꝓceres ſe Chriſto deuotos dicerẽt. ſicut apud Iuue. accipitur uocabulum. Quã tibi deditus eſſem, deuotuſq; cliẽs &c. Sequẽtes aũt uocabuli, nõ plane accipiẽtes deuotionẽ ꝓ intima affectione, accipiebant effectũ pro cã nã illa charitas, & intimus amor deuotos facit. nõ ẽ ergo ineptũ, nec barbarũ uocabulũ, ſed nõ recte intellectũ ſaltem a cõpluribus, ſicut indulgẽtia, q̃ eſt inclinatio uehemẽs aut in rẽ, aut in pſonã, unde q uino, aut ſomno, aut ueneri inhiat illi indulgere dicit', & qui nimia facilitate liberis ignoſcit & eorum deſyderia ſequitur, eis indulgere dicitur, atq; ita mollis illa educatio liberorũ, & facilitas ad ueniã, & quæcunq; nimia in eos affectio, ſeu inclinatio, indulgentia dicitur. Et q̃a dñs nobis ignoſcit deus pro modica cõtritione, & pœnitentia culpaq; clementer remittitur, quodammodo indulget, chriſtianæ pietatis profeſſores, indulgẽtiã pro remiſſione illa facili, & ut ita dicam indulgenti acceperunt, non tam inepte, q̃ ab ineptioribus taxantur. ſed hæc ſint tranſeuntes annotata) Itaq;. i. & ita arduum. i. difficile eſt, ſicut ardua ſcãdere, aut expugnare, dignoſci. i. diſcerni utrum Romana ciuitas habuerit utilius Decios duces, an amiſerit. Quoniam uita eorum obſtitit, ne. ſ. ciuitas Romana uinceretur, & mors eorum effecit, ut ſup. ipſa uinceret, facta deuotione. in qua quãta fuerit dæmonum illuſio pulchre docet Sabel. in Rapſodia ſua hunc locum recitans.

OLIVERIVS.

NON eſt extin. poſt Cannenſem cladẽ, cum ad quatuor millia hominũ Cannuſiũ cõfugiſſent, ne omnino errantes ſine duce forent, imperii ſummã ad P. Scip. admodũ adoleſcẽtẽ ſummo conſenſu deferunt. cui dum ſumma rerũ inter paucos conſultanti nunciatur, nequicquã illũ cõſultare, perditã ſpem eſſe, deſperatã, cõploratãq; rẽpub. Iuuenes quoſdã, quorũ principe L. Cæcilio Metel. mare, ac naues ſpectare, ut deſerta Italia ad regnũ aliquod confugiãt. quod malum præterquã q atrox ſuper tot clades, etiã nouũ, cũ ſtupore, ac miraculo turbidos deficit, & qui aderant conſiliũ aduocandum cenſebant. negat cõſilii rem eſſe Scip. iuuenis fatalis dux illius belli, audendũ, atq; agendum nõ conſultandum in tanto malo ait. irent ſecum extemplo armati, qui rempub. ſaluam eſſe uelint. pergit ire, ſequentibus paucis ubi res agebatur, & cum iuuenum, de quibus allatum fuerat, conſilium inueniſſet, ſtricto ſuper eorum capita gladio, ex mei animi ſententia inquit iuro, q ego rempub. non deſeram, nec alium ciuem Ro. deſerere patiar. ſi ſciens fallo, tum me Iup. optimus maximus domum, familiam, remq; meam, ut leo peſſimo afficiat. in hæc uerba iurent omnes expoſtulo, qui non iurarit ſe hunc gladiũ ſtrictum eſſe ſciat. haud ſecus pauidi, q̃ ſi uictorem Hannibalem cernerent, iurant omnes, cuſtodiendoſq; ſemet ipſos contra Hannibal. Scip. tradunt. Autore. Q. Metello. Q. [illegible] dicebat fieri non poſſe, ut e tantis malis emergere [illegible] tria. Abeuntem. Quia de repub. & patria [illegible] omnis eius tuendæ pietas ex eorum pectoribus [illegible]

ASCENSIVS.

NON eſt &c. Miro gradu ꝑgredit̃, ut uehemētiorē charitatē priorē mutaſſe ſciatur dicēs, Scipio Africanus ſuperior nō eſt extinctus. i. occiſus ꝓ repub. ſ. Romana, ſed ꝓuidit. i. cauit admirabili uirtute. ſ. ſua, ne reſpu. extingueret̃. ſ. ab Hannibale. Siquidē cum urbs nr̃a. ſ. Romana, Afflicta clade Cannēſi. i. apud Cānas uicū Apuliæ accepta nihil aliđ uideret̃ eſſe q̃ ꝑda Hāni. uictoris, & iō reliquiæ exercitus proſtrati. i. q̃ ſuperant cladi, agitarēt. Q. Metello autore, cōſiliū Italiæ deſerēdę, Scip. ſup. tribunus militū admodum iuuenis coegit mīitando gladio ſtricto. i. euaginato, unicuiq;. ſ. q de patria deſerēda cōſentiret, aut ulterius ageret, mortem. i. necem præſentē, oēs iurauere, ſe nunquā relicturos patriā, & ipſe nō ſolū exhibuit. ſ. patriæ pietatem pleniſſimā. ſed etiā reuocauit. ſ. pietatē patriæ abeuntem ex pectoribus aliorum.

OLIVERIVS.

AGE ut a ſingulis ad uniuerſos. Diximus inq̃t de ſingulis dicamus de uniueſis ciuibus. nā ſecūdo bel. Pu. cū Hānibal multas, & grauiſſimas clades alias Romanis intuliſſet, ſic breui exhauſtū eſt erariū, ut nō modo nō ſcribi exercitus, ſed ne fieri q̃dē Diis imortalibus ſacrificia poſſent, tū publicani pecuniā affatim erogaturos polliciti, cēſores adierunt hortātes, nō aliter oīa locarēt, q̃ ſi reip. pecuniæ ſupeſſent. Itē cū tot cladibus cōſumpta iuuētute, cogeret̃ deficiētibus ciuibus ſeruos cōſcribere. Sēpronius Grac. magnū conſcripſit exercitū, q Volones dicti ſunt, ꝙ uolōtaria, & nō coacta ſtipēdia facerēt, quorū opera uictoriā ex hoſtibus nō mediocrē cōſecutus eſt. nā cū integrū annum operā ſuā reipu. ſtrenue, fortiterq; nauaſſent, libertatē tacite depoſcebant, quaſi ſuorū laborū præmiū. qđ cū ſenſiſſet Grac. ſuper ea re literas ad ſenatum dedit, qui ſibi ꝑmiſit facere ꝙ reipub. fore uideret̃. hic aduocata cōcione, & lectis literis, eos oēs ſe libertate donaturū pollicitus eſt, quicūq; poſtero die ſignis collatis caput hoſtis ad ſe retuliſſet, quæ res magis uictoriæ impedimento fuit q̃ momēto. nā ut qu ſq; hoſtē imp gre occiderat, primū caput ægre inter turbā & tumultū abſcindendo terebat tēpus, deinde occupata dextra tenendo caput, fortiſſimus quiſq; pugnator eſſe deſierat. quod ubi tribuni militū Graccho nunciarunt, ſignum dari propere iuſſit, capita abiicerent, & hoſtē inuaderent, quo fuſo libertatem omnibus eſſe daturū. quo audito reintegrata pugna tanto ardore, & animis in hoſtes incurſum eſt, ut uim eorū nō ſuſtinentes Pœni, oēs ferme, uel cæſi, uel capti fuerint. nā ex triginta millibus, uix duo millia, & minor pars equitū cū ipſo duce euaſerūt. poſt tātā igit̃ uictoriā ſeruos omnes Sēpronius liberos eſſe iuſſit. rurſus in ea temporis difficultate nulla ætas, nullus ſexus, nullus ordo, nec hominum conditio a pietatis officio uacarūt, ut in litera uidere poſſumus. Aditos. Ad quos ultro iuerunt.

Volones cur dicti

ASCENSIVS.

AGE (adhortandi uox) ut ego trāſgrediar. i. tranſeam a ſingulis. ſ. in patriam piis ad uniuerſos. Affert autem ſimul ſex exēpla. Primum de publicanis. Secūdum de dominis ſeruorū. Tertium de equitibus, & centurionibus. Quartū de uniuerſis ciuibus eiuſdem tēporis. Quintum, de iis, qui tempore Veientani belli fuerūt, & ſextū de iis, qui urbe a Gallis capta. de primo dicit ſic. Quantū, & quā æquali amore patriæ ciuitas. ſ. Romana flagrauit. i. arſit, ſup. aliquādo, q. d. maximo. Nā cū. i. quādo ærarium exhauſtū ſecundo bel. Pun. ne quidē. i. nō ſaltem ſufficeret cultui deorū, publicani. i. qui publicam, aut publice pecuniā tractabant, ut ſunt uectigaliū, & īpoſitionū collectores, nūmularii, campſores, & trapezitæ, hortati ſūt cēſores aditos. ſ. a ſe hoc eſt poſtquā eos adierant, ut locarēt. i. cōducerēt ad uſum belli oīa. tanquam reſpu. abundaret pecunia, & polliciti ſunt ſe præſtituros cuncta. nec petituros ullum aſſem, niſi bello cōfecto. i. peracto. De ſecūdo ſic.

DE PVBLICANIS.

Age vt a ſingulis ad vniuerſos trāſgrediar, quanto, & q̃ æquali amore patriæ tota ciuitas flagrauit: nam cum ſecundo Punico bello exhauſtum ærarium, ne deorum quidem cultui ſufficeret: publicani vltro aditos cenſores hortati ſunt, vt omnia ſic locarent, tanquā Reſpub. pecunia abūdaret, ſeq; præſtituros cuncta, nec vllum aſſem, niſi bello confecto, petituros polliciti ſunt.

DE DOMINIS SERVORVM, EQVITIBVS, ET CENTVRIONIBVS.

Domini quoq; eorum ſeruorum, quos Sempronius Gracchus ob inſignem pugnā Beneuenti manumiſerat, precia ab imperatore exigere ſuperſederunt. In caſtris etiam nō eques, non centurio ſtipēdium ſibi dare deſiderauit: viri, ac fœminæ, quicq̄d auri, argentiue habuerunt, item pueri inſignia ingenuitatis ad ſuſtentandam tēporis difficultatem contulerunt: ac neq; beneficio ſenatus, qui muneribus his functos, tributi onere liberauerat, quiſquam vti voluit, ſed inſuper his omnes promptiſſimis animis præſtiterunt. Non ignorabant enim captis Veiis, cum decimarum nomine, quas Camillus vouerat, aurū Apollini Delphico mitti oporteret, neq; emendi eius facultas, eſſet, matronas ornamenta ſua in ærarium retuliſſe. Similiterq; audierant, mille pondo auri, quæ Gallis pro obſidione Capitolii promiſſa debebantur, earum cultu expleta. Itaq; & proprio ingenio, & exemplo vetuſtatis admoniti, nulla ſibi in re ceſſandum exiſtimauerunt.

OLIVERIVS.

IMPENDIVM. Stipendium ab impēdēdo dictū. inſignia prætextā, & bullam aurea, q̃ ſignificabāt eos nobiles eſſe. atq; patritios. Nō ignorabāt enim. Dicit eos ſumpſiſſe exemplū a maioribus ſuis, & pulchro utitur colore, nā cū dicit, eos non ignorare facta maiorū, pietatem maiorū cōmemorat. nam cum Camillus Veios obſideret, decimā ꝑdæ ſi urbe potiretur, uouit Apollini, ſed cū direpta urbe difficile foret a militibus prædā accipere uotū de publico ſoluendū fuit. ad hanc igitur congerendam pecuniam cū exhauſtum eſſet ærariū, matronæ ornamēta cōtulerūt. pari ratione in obſidione Capitolii, cum deſperato Camilli aliquādo ſpe ſua tardioris aduentu, & auxilio, cū Gallis mille pondo auri pro redēptione pepigerunt. quod cū in publico deeſſet aurū, ex quo ſumma pactæ mercedis conficeretur, a matronis collatum acceperunt, & ob eam cauſam illis honor additus eſt, ut earum ſicut uirorum poſt mortem ſolemnis laudatio foret.

Impēdiū

Matronarū liberalitas i reſpub.

Itaq;. Ergo ſecundi Punici belli temporibus naturali, & innata pietate homines præditi, & exemplis his maiorum adducti, omnia erogare, & pati pro ſalute patriæ non dubitauerunt.

ASCENSIVS.

DOMINI quoq; eorū ſeruorū, quos Sempronius Grac. manu miſerat ob inſignē pugnā Beneuēti. i. apud beneuētū æditā, ut Oliue. late proſequitur, ſuperſederunt. i. omiſerunt exigere ab imperatore precia. ſ. ſeruorū, quos emerant. De tertio dicit ſic. In caſtris etiam nō eques non centurio. i. nemo habens unde uiueret, deſiderauit ſtipēdiū dari ſibi. de quarto ſic. Viri, ac fœminæ cōtulerūt q̄cquid auri argentiue habuerūt. item pueri contulerunt inſignia ingenuitatis ſup. ſuæ uidelicet bullas aureas, & crepūdia ad ſuſtentandā difficultatē tēporis, ac neq; quiſquā uoluit uti bñficio ſenatus, q liberauerat functos his muneribus. ſ. publicis, onere tributi. ſ. pendendi ad īpēdiū belli, ſed inſup. i. ultro oēs ꝑſtiterūt id. ſ. tributū animis prōptiſſimis. De q̄nto, qđ quaſi ꝓ exemplo a quartus īſpectū dicit, faciebant ſup. tunc id. prōptiſſimis animis. Enim pro quia, ipſi non ignorabant, cū. i. quando, Veiis captis. ſ. a Camillo, oporteret aurū mitti Apollini Delphico, nomine decimarum. ſ. prædæ, quas Camillus uouerat, neq; facultas eſſet eius. ſ. tanti auri emēdi, matronas retuliſſe ſua ornamenta, ut inaures, fibulas, aurum crinale, monilia, & ſimilia in ærarium. i. theſaurum publicū. De ſexto ſic. Similiterq; audierant, mille pondo. i. libras auri, quę debebant̃ Gallis, promiſſa pro obſidione Capitolij ſup. leuāda, expleta ſup. eſſe. i. ad plenum

ad plenum pondus, ac numerum perducta, cultu .i. ex ornatu earum .ſ. matronarũ. Itaq; .i. & ita Roma. ſup. tẽpore ſecundi Punici belli admonitu, & .i. ſimul proprio ingenio ad ſubueniendum patriæ propenſo, & exemplo uetuſtatis, nulla .i. non ulla, non exiſtimarũt ceſſandũ eſſe ſibi ulla re, quæ reipub. uſui foret.

bat, in cædem ſuam (Valla diceret ſui, ſed obſeruatum eſt a doctioribus cædem & necem ſuam pro ſui dici) cuius interitu effectum eſt, ne Athenæ occiderent, quia cognita eius cæde ſtatim hoſtes oraculo territi aufugere.

OLIVERIVS.

¶ AT exter. eiuſ. Ad externa tranſit, & Codri regis Atheni. primũ ꝓponit exẽplũ. cũ Dorienſes cum Athenien. de finibus agrorũ bella gererent, ꝑmerẽturq; Athe. ut hoſtibus reſiſtere nõ poſſent, ſuis uiribus diffidẽtes, ad diuinã opem cõfugerũt, legatos ad cõſulendum Apollinẽ Delphicum miſerũt, qui reſpõſum retulere, non aliter bellũ finiri, & patriã obſidione liberari poſſe, q̃ ſi Codrus occideret ab hoſtibus. qđ oraculũ ad hoſtes quoq; puenit. Itaq; a Dorienſibus edictũ eſt, ne qs Codrũ regẽ uulneraret. ille uero, ut fato ſuo patriæ ſuccurreret, ſumpto militari ſagulo, & ſignorũ faſce, cũ falce tanquã ignotus ꝓfectus caſtra hoſtiũ petiit, & quẽ primũ obuiã habuit, grauiter increpuit. orta deide cõtẽtiõe, multis illũ cõuitiis onerãs in ſui cædẽ ꝓuocauit. nã iratus miles, illũ, ignarus qs nã eſſet occidit. quo facto paulopoſt Dorienſes uicti, ex Attica regione ceſſerũt. atq; ita Athenienſ. uirtute ducis ꝓ ſalute patriæ morti ſe offerentis, bello liberanſ. Diffidẽtia hu. Quia & ſuis uiribus diffidebãt, & aliorũ auxilia deſperabãt. Attica. regio inter Achaiã, & Macedoniã poſita eſt, q̃ maximæ Græciæ nomẽ obtinet. dicta primũ ab Atti filia Græci regis ſucceſſoris Cecropis, a quo Græci denominati ſunt. Cõtrariis. ſ. Dorienſibus. Perambulãtiũ. Hic Val. diſſẽtit a Iuſtino. Globo. multitudini, eſt. n. globus multitudo ĩ orbẽ collecta, globus quoq; dicit̃ ſpiſſitudo, & aceruus, unde Virgil. Flammarũ globos. dicitur, & lumen & rotũditas, unde globus lunaris.

Globus quid.

EXTERNA.

DE CODRO REGE ATHENIENSIVM.

At externa eiuſdem propoſiti exempla attingam. Rex Athenienſium Codrus, cum ingenti hoſtium exercitu Attica regio debilitata ferro, igniq; vaſtaretur, diffidentia humani auxilii ad Apollinis Delphici oraculũ cõfugit, perq; legatos ſciſcitatus eſt, quonam modo illud tam graue bellũ diſcuti poſſet. Reſpondit Deus, ita illi finem fore, ſi ipſe hoſtili manu occidiſſet. Quod quidẽ nõ ſolũ totis Athenienſium caſtris, ſed etiam contrariis percrebuit. Eoq; factum eſt, vt ediceretur, nequis Codri corpus vulneraret. Id poſtquam cognouit, depoſitis iſignibus imperii, familiarẽ cultũ induit, ac pabulantiũ hoſtium globo ſeſe obiecit: vnumq; ex his falce ꝑcuſſum, in cædem ſuam compulit: cuius interitu ne Athenæ occiderent, effectum eſt.

DE THRASYBVLO.

Ab eodem fonte pietatis Thraſybuli quoq; animus manauit: is, cum Athenienſiũ vrbẽ triginta tyrannorum teterrima dominatione liberare cuperet, paruaq; manu maximæ rei molem aggrederetur, & quidã e conſciis dixiſſet: quãtas tandem tibi Athenæ, per te libertatem conſecutæ, gratias debebunt? Reſpondit: Dii faciãt, vt quantas ipſe illis debeo, videar retuliſſe. Quem affectum inclytum deſtructæ tyrannidis opus laude cumulauit.

DE THEMISTOCLE.

Themiſtocles autẽ, quẽ virtus ſua victorem, iniuria patriæ imperatorẽ Perſarũ fecerat, vt ſe ab ea oppugnanda abſtineret, inſtituto ſacrificio, exceptum patera tauri ſanguinem hauſit: & ante ipſam aram, quaſi quædam pietatis clara victima concidit: quo quidem tam memorabili eius exceſſu, ne Græciæ altero Themiſtocle opus eſſet, effectum eſt.

OLIVERIVS.

¶ AB eodem fonte. Quomodo Thraſybulus a triginta tyrãnis patriã liberauit, ſupra pro oſtẽdimus in cap. de moderatione ubi eius pietatẽ pariter, & moderationẽ cognoſcere potuimus. is uero nõ ſolum in uindicãda patria pietatem oſtendit, uerũetiã his uerbis, quæ ſequunſ. nam cum iterrogatus eſſet, quantũ exiſtimaret Athenas ſibi debere, q̃ ſuo beneficio libertatẽ eſſent conſecutæ, reſpondit, uere dii faxint, ut quãtas illis debeo, uidear retuliſſet. Teterrima. Turpiſſima, nam tetrũ dicimus nigrũ obſcurũ, horrẽdũ. Virg. Lauit improba teter ora cruor. Cumulauit. auxit, nam ſicut dicimus menſurã cumulatam, quæ fuerit ad ſummũ uſq; plena, ſic & gratiam dicimus cumulatam.

ASCENSIVS.

¶ AB eodẽ &c. animus quoq; Thraſybuli Athe. manauit ab eodẽ forte pietatis. ſ. in patriã. Is. ſ. Thraſybulus, cũ cuperet liberare urbẽ Athe. Teterrima .i. turpiſſima dominatione triginta tyrãnorũ, illi ab Lacedæmõis ipoſitorũ, & aggrederet manu parua .i. paruis copiis, & auxiliariis, molẽ .i. pondus, aut difficultatẽ rei maximæ, & qdam e cõſciis dixiſſet, quantas tãdem gratias, Athenæ cõſecutæ partæ libertatem, debebunt tibi? Reſpõdit, Dii faciãt, ut uidear retuliſſe illis ſup. tantas gratias, quantas ipſe .i. ego debeo illis, quia qlibet patriæ primum debet. Quem affectũ .i. bonam uoluntatem, inclytũ opus tyrannidis deſtructæ cumulauit, id eſt auxit laude.

OLIVERIVS.

¶ THEMISTOCLES autem. Themiſto. ab ingrata patria pulſus, ut in ca. de ingratitu. diximus, ab hoſtes, quos paucis ante annis ingenti, ac prope incredibili uictoria ſuperauerat Xerxem. ſ. Perſarũ regẽ confugere coactus eſt, nullo conſeruatæ Græciæ loco excipere illũ audente, q edictum eſſet, ſi qs eum ſuſcepiſſet, pari & ipſe multaretur exilio. cum igitur ad Xerxem ueniſſet, quẽ tãto artificio debellauerat, ut ſe magis a Themiſtocle cõſeruatũ, q̃ ſuperatũ fuiſſe crederet, petiit ſibi anni ſpatiũ dari, quo Perſica linguam addiſceret. quo facto, ſic perfecte locutus eſt, ut non Athenis, ſed in Perſide natus uideretur. hic deide regi pollicitus eſt, totã Græciã eius adiecturũ iperio. quare illi rex quinq;, uel ut alii dicũt ſeptẽ ciuitates dono dedit. magna inſuper illi ſtipendia de publico dari iuſſit. poſtea uero cum ſoluendæ fidei tẽpus appetiiſſet, & res iã ꝓmiſſa repeteret, Themiſto. nefas eſſe ducens prodere patriam, cum uideret ſe non aliter, & pariter fidem, & patriã poſſe ſeruare, mortem ipſe ſibi conſciuit. nam facto ſacrificio taurinũ ſanguinẽ ueneno permiſtũ incũctanter exhauſit, & ita periit. ergo magna pietas fuit, ut mori maluerit, q̃ perdere patriã, aut illi bellum inferre. Victorem. Quia apud Salamina Perſarũ regem ſuperauit. Imperatorem.

Temiſtoclis erga patriam pietas.

ASCENSIVS.

¶ ATTINGAM exẽpla eiuſdẽ ꝓpoſiti. ſ. moriẽdi ꝓ patria, ac ſubueniẽdi patriæ. Codrus rex Athe. cũ Attica regio debellata .i. uicta ĩgẽti exercitu hoſtiũ uaſtaret̃ ferro, & igni, cõfugit ad oraculũ .i. uaticiniũ, & reſponſum de exitu belli Apollinis Delphici .i. apud Delphos reſpõſa dãtis, diffidẽtia .i. ꝓpter diffidẽtiã auxilii humani. & ſciſcitatus eſt ꝑ legatos, quonã modo illud bellũ tã graue poſſet diſcuti .i. de collo deiici. Deus rñdit, finẽ fore .i. futurũ eſſe, illi. ſ. bello, ita .i. hoc pacto utpote ſi ipſe occidiſſet .i. mortuus caderet manu hoſtili. Quod. ſ. oraculũ, aut rñſum, ꝑcrebuit .i. diuulgatũ eſt nõ ſolũ i totis caſtris Atheniẽ. ſed etiã in caſtris cõtrariis .i. hoſtilibus. Eoq; .ſ. ꝓpter id, factũ eſt, ut ediceretur. ſ. ĩ caſtris hoſtilibus, ne quis uiolaret corpus Codri. Poſtquã ſup. Codrus cognouit. id .i. illud edictũ, depoſitis inſignibus imperii induit cultũ familiarẽ .i. militis gregarii, ac obiecit ſe globo .i. collectioni cuidã hoſtiũ palantium, id eſt uagantium ſine ordine, & compulit. ſ. propter iram unum ex his. ſ. hoſtibus percuſſum falce, quã tanquã frumentator, aut fœniſeca in manu tenebat.

cum patria pulſus ad regem confugit, & ab eo conſtitutus eſt imperator. Altero themi. op. Quia ſi, ut regi permiſerat, Perſas duxiſſet in Græciam, Athenæ alterum optaſſent Themi. qui rurſus deuincerat Perſas.

fratres Carthago Philenos Nunc colit extinctos, numerumq; auxiſſe Deorum Exiſtima, ac gemini uenerantur numinis aras. Hi patriæ uitæ cupidi ſi forte negaſſent, Plura Tyreneo cecidiſſent millia campo.

ASCENSIVS.

THEMISTOCLES autē quē uirtus ſua fecerat uictorē Perſarū, & quē iniuria patriæ fecerat Iperatorē Perſarū, ut abſtineret ſe ab ea. ſ. patria ſua Athenis oppugnanda, ſacrificio inſtituto, hauſit ſanguinē tauri exceptū patera. i. uaſe patente, quo libauerat, & cōcidit ante ipſam arā quaſi. i. tanquā quædā clara uictima pietatis. quo quidē tam memorabili exceſſu eius, effectum eſt, ne opus eſſet Græciæ altero Themiſtocle. i. imperatore tā ualido, ut fuerat Themiſto. ad reſiſtendū Perſis, qa Perſæ ab inſtituto deſtiterunt. tantā uirtutē, ac charitatē eius in patriā ſtupentes, ueritiq; cōplures eſſe apud Athenas tales in patriā animos.

OLIVERIVS.

SEQVITVR eiuſdē. Cū de finibus agrorū inter ſe Cartha. & Cyrenēſes diu bella geſſiſſēt, & utriq; multis cladibus afflicti eſſent, nouā dirimendi belli rationē inierūt. nam per inducias ſpōſionē faciunt, ut certo die legati domo proficiſcerētur, quo in loco inter ſe obuii fuiſſent, is cōis utriuſq; populi finis haberetur. igiť Carthā. duos fratres miſſi, quibus nomen Philenes erat maturauere iter pergere, Cyrenenſes tardius iere. id ſecordia ne, an caſu acciderit parū cōſtat. cæterū ſolet in illis locis tēpeſtas non ſecus atq; in mari retinere homines. poſtquā Cyrenēſes aliquātopoſteriores ſe eſſe uidēt, & ob rē correptā domi pœnas metuunt, criminari Carthaginiēſes ante tēpus domo digreſſos, cōturbare rem, deniq; oia malebāt, q̄ uicti abirēt. ſed cum pene aliā cōditionē æquā quęrerent Cyrenēſes, optionē faciūt Carthaginiēſibus, ut uel illi, quo fines populo ſuo peterent, ibi uiui obruerētur, uel eadē cōditione ſeſe, quē in locum uellent, pceſſuros, dimitterēt. Phileni cōditione pbata, ſeq; uitāq; ſuā reip. cōdonauere, itaq; uiui obruti ſunt, Carthaginiēſes in eo loco Philenis fratribus aras cōſecrauere, aliosq; illis honores domi cōſtituerūt, de qbus Strab. in fine ultimi libri mētionē facit. De margine. De finibus, & extremitate agrorū. Cōſilio nō rńdit. Quia cōſiliū fuit durā illis cōditionē imponere. ſ. mortis, ſperātes illos nō accepturos. ſed res aliter euenit, q̄ eorū cōſiliū fuerat, nā ultro ſe p patria deuouerūt, & obruēda corpora obtulerūt. Vbi ſunt ſupbæ? Nunc cōparatione exaggerat hoꝝ iuuenū laudē, dicit enim quāuis magna quōdā, & pp̄otens fuerit Carthago, & copiis militū cæteras gentes excelleret, tn̄ illa oia perierūt, horū aūt florida, ſtabilis, & æterna pmanſit. Inclyti portus. Glorioſi portus, q penitus ſublatus, & funditus euerſus eſt. Claſſis terribilis. Præſertim Sicilia, & Hiſpania tota deleta eſt. Tot exercitus. Aſdrubalis. Magonis, Giſgonis, Amilcaris, & Hanibalis. Vbi in. Quaſi dicat oia iſta euerſa, & penitus deleta ſunt. Duobus Scipio. ſ. ſuperiori, & inferiori, nam prior tributariā fecit, poſterior funditus euertit Carthā. At Phileno. Nunc ſuam adaptat cōparationem. Nihil eſt igitur. Nihil eſt inquit, quod humano ingenio, & operi cōparari poſſit æternū, & imortale, niſi uirtus. Mortali animo. Quantū ad ingeniū. Ac manu. Quātū ad uires. Quæri p acqri. De his Petrar. Tūc acres uixere uiri, quos inter amorē, iſignis priæ

DE DVOBVS PHILENIS FRATRIBVS CARTHAGINIENSIBVS.

Sequitur eiuſdem generis exemplū: Cum inter Carthhginem, & Cyrenas de margine agri pertinaciſſima cōtentio eſſet, ad vltimum placuit vtriq; eodem tēpore iuuenes mitti, & locum in quē ii conueniſſent, finem ambobus haberi populus: verum hoc pactum duo fratres Carthaginienſes nomine Phileni, perfidia præcurrere, citra conſtitutam horā maturato greſſu in longius promotis terminus: quod cum intellexiſſent Cyrenenſium iuuenes, diu de fallacia eorum queſti, poſtremo acerbitate conditionis iniuriam diſcutere conati ſunt: dixerunt namq;, ſic eum finem ratū fore, ſi Phileni viuos ſe ibi obrui paſſi eſſent: ſed conſilio euentus non reſpondit: illi enim nulla interpoſita mora, corpora ſua his terra operienda tradiderunt: qui quoniam patriæ, q̄ vitæ ſuæ longiores terminos eſſe maluerunt, bene iacēt, manibus, & oſſibus ſuis Punico dilatato imperio. Vbi ſunt ſuperbæ Carthaginis alta mœnia? vbi maritima gloria inclyti portus? vbi cūctis littoribus terribilis claſſis? vbi tot exercitus? vbi tātus equitatus? vbi immenſo Africæ ſpacio non contenti ſpiritus? omnia iſta duobus Scipionibus fortuna partita eſt. At Philenorum egregii facti memoriam, ne patriæ qdē iteritus extinxit: nihil eſt igiť excepta Virtute, qđ mortalia animo, ac manu, imortale quæri poſſit.

ASCENSIVS.

SEQVITVR exēplū ſup. aliud, & alterius gentis eiuſdē generis. i. charitatis in patriā. Cū. i. quo tēpore cōtentio. i. diſceptatio etiā animorū, ptinaciſſima qa obſtinatiſſimis animis, eſſet inter Cartha. & Cyrenas, duas potētiſſimas urbes Africæ, de marginę. i. limite, & extremitate agri. ſ. intermedii finiendi, placuit ſup. utriſq; ad ultimū. i. demū poſtquā ambæ partes defeſſę erant, mittere utrinq;. i. ab utraq; urbe, iuuenes eodē tēpore. ſ. exire incipiētes, & locū in quē ii. ſ. iuuenes cōueniſſent. i. cōgreſſum feciſſent (notauit locutionē Valla docēs, ex eo cōuenio cū accuſatiuo, & aduerbio ad locū cōſtrui, uñ nō dices, cū Raudēſi, ubi aut in quo loco cōuenitis, ſed quo aut in quē &c., haberi. i. habēdū eſſe ambobus populis finē. ſ. ditionis. Verū. i. ſed, duo frēs Carth. noīe Phileni pcurrerūt. i. pcurrēdo uitiauerūt hoc pactū. i. hāc cōuētionē pfidia. i. nō ſeruata, ſed uiolata fide, Greſſu. i. egreſſu, aut curſu maturato. i. feſtinato, citra. i. ante horā ꝯſtitutā, terminis pmotis. i. extēſis in longius. ſ. q̄ æquū erat. qđ cū iuuenes Cyrenēſiū. i. a Cyrenē. emiſſi itellexiſſent, queſti. i. cōqueſti diu de fallacia eorū. ſ. Philenoꝝ, conati ſunt poſtremo diſcutere. i. diſſoluere iniuriā. ſ. ſibi, & ſuis illatā, acerbitate cōditionis. ſ. q̄ pp̄oſuerūt eligendā. Nāq; p qa, ipſi dixerūt, eū finē. ſ. ditionis, ad quē Carth. puenerant, fore. i. futurū eſſe, ratū. i. approbatū ſic. i. tali ꝯditione, ſi Phileni paſſi eſſent ſe obrui ibi uiuos. Sed euētus nō rńdit cōſilio eorū, putabāt. n. Philenos eā cōditionē nequaquā accepturos. Cōſiliū aūt fuit, ut retro cederēt, & ibi Cyrenē. obruerent, qa mori parati erant cū gloria, timētes ſibi mortē ignominioſam paratā domi, ob tarditatē, aut ſi fines přiæ, illuc uſq; extēdi uellēt, illic obruerētur. Enim p qa, illi. ſ. Phileni. nulla mora iterpoſita, tradiderūt his. ſ. Cyrenēſibus corpa ſua operiēda. i. obruēda terra. q. ſ. Phileni, qa maluerūt terminos eſſe longiores přiæ ſuæ, quā uitæ ſuæ iacēt bene. i. feliciter, iperio Punico dilatato manibus, & oſſibus ſuis. Vbi ſunt ſup. mō alta mœnia Carthaginis ſupbæ. ſ. quondā? Vbi ſup. ſunt portus inclyti gloria maritima. ſ. rerū in mari geſtarū? Vbi ſup. eſt nūc claſſis Carthaginiēſiū terribilis cūctis littoribus? Vbi ſup. ſunt tot exercitus? Vbi ſup. eſt tātus eqtatus, quātus olim fuit? Vbi ſup. ſunt ſpiritus. i. animi Cartha. nō cōtēti. ſ. quondā, imenſo ſpatio Africæ, qa etiā Italiā ſuæ ditiōis adiicere moliebātur? Reſpōſio. Fortuna partita eſt oia iſta duobus Scipionibus. ſ. maiori, q Carthaginē tributariā fecit, & minori, q eā diruit. At ne qdē. i. nō etiam interitus patrię extinxit memoriā egregii facti Philenorū. Nihil eſt igiť excepta uirtute, qđ pōt quæri. i. acquiri imortales. i. æternū, animo. i. animoſitate, ac manu. mortali dico animo. i. animoſitate, qa animus pro mente, & anima rationali immortalis eſt.

OLIVERIVS.

ARISTOTELES uero. Ariſtoteles patria iam euerſa a Philippo, ut quidam dicunt, ut alii ab Alexandro, ut inſtauraretur obtinuit, legeſq;, & formam reipub. ipſe deſcripſit, qua poſtmodum ea ciuitas uſa eſt. fuit ergo pius erga patriam,

& cum

& cum eſſet Athenis, & iam ætate confectus, abſens diligentiſſimā patriæ curā ſuſcepit, qui nō prius deſtitit, q̃ a rege ut inſtauraretur prudentia ſua obtinuit. quare illū ciues ob hæc merita tanto in honore habuere, ut feſtos dies, & ludos quotannis, eo uiuente, faciendos publice dedicarunt. Feſta autē Ariſtotelia nuncupata fuere. Quod uero nonnulli dicunt, uſum hoc uaframento fuiſſe, ut iuranti Alexandro ſe illi oīa negaturū, quæ cunq; pro patria petiiſſet, poſtulaſſe, ut patriam perderet, & Alexan. coactū fuiſſe illam conſeruare, ga ſaluo iure iurando, aliter nō poſſet. id fecit Anaximenes Lāpſacus pro lampſaco patria, & non Ariſtoteles, ut dicturus eſt Vale. in .c. de uafre dictis & factis. Pro ſalute patrię. Quę ſtagyra dicebatur. Ita urbs nō. i. magis noſcitur reſtitutam ab Ariſto. q̃ ab Alexandro euerſam. ut alii dicūt a Philippo ergo plus laudis, & meruit Ariſto. in reſtituenda patria, q̃ Alexāder in euertēda. ordo igitur eſt, urbs proſtrata, & euerſa nō tā notū opus Alexan. q̃ reſtituta notū eſt opus Ariſto. Plu. in uita Alexā. de hac euerſione, & reſtitutione ſic inquit. Philip. acceſſit, cūctorū illuſtriſſimum, & clariſſimū, atq; doctiſſimum philoſophorū Ariſto. ad eruditionē Alexan. pulchra quidē illi pro ipſius dignitate diſciplinæ precia cōſtituens. euerſa.n.a ſe Ariſt. urbem ſtagyrā, exędificauit, ciueſq; cū diſſipatos, tum ſeruatos reſtituit. Laertius uero in uita Ariſtote. hunc inquit tradūt in Macedonia apud Philip. uixiſſe, atq; ab eo Alexan. filiū erudiendū accepiſſe. Petiiſſeq; inſtaurari ſolum patrium a Philippo euerſum, id ubi imperaſſet, dediſſe eis leges. Pli. natu. hiſt. libr. ſeptimo cū Thebas raperet, Ariſto. philoſophi patriā condidit, tantę q; rerum claritatis tam benignum teſtimoniū miſcuit.

etiam mirificorum exemplorum. ſ. eorū, qui primos illos imitati ſunt, ſubſcripſerit. i. aſſenſum præbuerit (ſicut qui nomina ſua inſtrumento aſcribunt, in illo contentis aſſenſum præbuiſſe conuincuntur) clariſſimis legibus naturæ. i. quas natura præſcripſit de charitate patriæ.

THEOPHILVS.

¶ SVBSCRIPSIT ubertas, anti. codi. habent clara mundo ſubſcripta teſtantur.

DE ARISTOTELE.

Iuuenili ardore plena hæc pietas: Ariſtoteles vero ſupremę vitæ reliquias ſenilibus, ac rugoſis membris in ſummo literarum otio vix cuſtodiens, adeo valenter pro ſalute patriæ incubuit, vt eam ab hoſtibus armis ſolo æquatam, in lectulo Athenienſi iacens, & quidem Macedonum manibus, quibus abiecta erat, eriperet. Ita vrbs non tam ſtrata, atq; euerſa Alexandri, q̃ reſtituta Ariſtotelis notum eſt opus. Patet ergo q̃ benignę, quamq; profuſæ pietatis erga patriam omnium ordinum, omnis ætatis homines extiterint. ſanctiſſimiſq; naturę legibus mirificorum etiam exēplorum clara mundo ſubſcripſerit vbertas.

DE PARENTVM AMORE, ET INDVLGENTIA IN LIBEROS. CAPVT. VII.

Sed nunc vela pii affectus, & placidi, parentū erga liberos indulgētia, ſalubriq; aura prouecta, gratam ſuauitatis ſecum dotem afferat. Fabius Rutilianus quinque cōſulatibus, ſumma cum gloria peractis, omnibuſq; & virtutibus, & vitæ meritis ſtipendiis, legatus ire Fabio Gurgiti filio ad bellum difficile, & periculoſum conficiendū, grauatus nō eſt, pene ipſo per ſe duntaxat animo ſine corpore militaturus: vtpote propter vltimam ſenectutem lectuli otio, q̃ labori preliorū habilior. Idē triūphantis currū equo inſidens, ſequi, quem ipſe paruulū triumphus ſuis geſtauerat, in maxima voluptate poſuit: nec acceſſor glorioſæ illius pompæ, ſed autor ſpectatus eſt.

ASCENSIVS.

¶ IVVENILI &c. Hæc pietas. ſ. Philenorum eſt ſup. plena ardore iuuenili, & ita præmaturo. uero pro ſed, Ariſto. ſ. philoſophus ſtagyrites, uix cum. ſ. difficultate cuſtodiēs reliquias ſupremæ. i. extremæ uitæ ſuæ ſup. in membris ſenilibus, ac rugoſis, in ſummo otio literarum, qui Athenis philoſophabatur, incubuit, .i. innixus eſt adeo ualēter pro ſalute. i. cōſeruatione, aut inſtauratione patriæ. ſ. ſtagyræ ut ipſe iacens in lectulo Athe. in quo præ ſenio recubabat, eriperet manibus equitum Macedonum, quibus erat abiecta. ſ. in direptionem, eam æquandam ſolo ab hoſtibus. ſ. Macedonibus, armis .i. per arma, aut legatur ab hoſtilibus armis. ita. i. & ſic urbs .ſ. Stagyra, non eſt tam notum .i. nobile opus Ale. ſ. uiatoris ſtrata atq; euerſa. i. ꝙ ſterni, & euerti potuit, quia capta erat (aut ſi reuera euerſa fuit, ſequamur poſteriorem explanationem illius pro ſalute, ut ſit non pro conſeruatione, ſed pro inſtauratione, aut reparatione, ut etiam Oliue. interpretatur. Sed tunc occurrit quomodo eripuerit te Macedonum manibus, ſi iam euerſa ab eis fuerit. Quocirca dicam ut occepi, euerſam dici poſſe, quia euerti potuit, & reſtitutam, quia ab euerſione præſeruatam, niſi Laertii, & aliorum qui reuera eam euerſam uoluerunt, obſtet autoritas) q̃. ſ. eſt notum opus Ariſto. reſtituta. ſ. ciuibus ſuis. patet ergo (Epilogus quidā eſt, & concluſio capituli) q̃. id eſt quantum benignę, quamq;, id eſt & quantum etiam profuſæ pietatis homines omnium ordinum, & omnis ætatis extiterint erga patriā, ſcilicet ſuam, quamq; ubertas, id eſt fœcunditas

OLIVERIVS.

SED nunc uela. poſtq̃ de pietate erga patriam dixit. Nūc de parentum indulgentia dicturus pulchra utitur tranſlatione a nautis ſumpta. primum autē exemplum eſt Fabii Rutiliani. cum Fabius gurges conſul aduerſus Samnites male pugnaſſet, & ſenatus de remouendo illo ab exercitu cogitaret. Fab. Ruti. eius pater deprecatus eſt hanc filii ignominiam, & eo maxime ſenatū moueri, ꝙ iturum ſe filio legatum pollicitus eſt, idq; præſtitit eius conſilio, & opera filius conſ. adiutus, cæſis Sānitibus triumphauit. Vela. tranſlatio, ut dixi, a nautis ſumpta. Gratā do. Munus gratioſum. Aura. Fauore. Quinque conſ. Rem magis auget, nam quo patrem honoratiorē fuiſſe oſtēdit, eo clementiorem demonſtrat, ꝙ ſe filii imperio ſubmittere, & militiæ laboribus dedere non dubitauerit, quo tēpore quietem eius uita depoſcebat. Quē ip paruu. Diximus, ꝙ inſtitutm fuit apud maiores nequis inter conſulem, & proximum lictorem intercederet præter paruulum filium.

ASCENSIVS.

¶ SED tunc & cęt. Tranſit ad amorem parentum in liberos, quem poſt ſuperiores ponit, nō ꝙ minor ſit, ſed quia magis naturalis eſt, & ideo minus difficilis, & minore ꝓcio dignus uſq; adeo, ut in lege diuina non ſit cautum, ut parentes liberos diligant, ſed contra, ueruntamen, quia ut Apoſtolus dicit, id eſt Timo. v. Si quis ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior: certum eſt curam liberorum eſſe homini neceſſariam ad ſalutem. Eſt autem in principio uerſus integer. forſan ex antiquorum poetarū depromptus, ſi ſic legatur. Sed nunc uela pii affectus, placidiq; parentū. Quo modo ab autore poſitum patem, aut in paucis immutatum, ne uerſus eſſe iudicetur. Ordo autem eſt. Sed indulgentia .i. facilis & mollis inclinatio parentum erga liberos afferat nunc uela .i. proſperam nauigationem affectus pii, & placidi, & ipſa aduecta ſalubri aura (Ventis enim & uelis fit facilis, & copioſa nauigatio) afferat ſecum dotem ſuauitatis gratam, ſcilicet legentibus. Fabius Rutilianus, quinq; conſulatibus peractis, cum ſumma gloria, & omnibus uirtutibus, & omnibus ſtipendiis uitæ meritis, id eſt acquiſitis ab eo, non eſt grauatus ire legatus tanquam miniſter Fab. Gurgiti filio, ſcilicet ſuo ad conficiendum id eſt finiendum, bellum difficile, & periculoſum, militaturus per, id eſt ſe quantum poſſet abſq; alterius ſubſidio, pene, id eſt quaſi ipſo animo ſine corpore, utpote habilior, id eſt aptior otio lectuli, id eſt ut in lectulo recubet, q̃ labori præliorum, propter ultimam, id eſt extremam ſenectutem. Idem ſcilicet Fab. Ruti. inſidens ęquo, poſuit, id eſt collocauit in maxima uoluptate ſequi currum triūphantis ſcilicet filii ſui Fabii Gurgitis, quem ipſe geſtauerat, ſcilicet in ulnis paruulum in triumphis ſuis. Nec ſpectatus eſt acceſſor, ſcilicet tanquam ſocius, aut particeps illius pompæ glo-

rioſæ, q̃ ſcilicet filius in triumpho duxit, ſed autor, ideſt augmentator, non enim cum filio aut proximus illi ingreſſus eſt, ſed poſt illum. contemnere uitam, & opes, quorum poſterius minus, & tamen deo dignum. unde Maronianum illud, quod Seneca iuſte æſtimauit, Aude hoſpes contemnere opes, & te quoque dignũ Finge deo, uel ideo. q᷑ id eſt quia ipſe non ceſſit ſupple ei, cui totus orbis terrarum ſuccubuerat, uidelicet Iulio Cæſari.

OLIVERIVS.

¶NON tam ſpecioſa. Ceſetus eques Ro. tres filios habuit, quorum unus cum eſſet trib. ple. Cæſarem iniuria laceſſiuerat, Nam cum ludi celebrarentur, M. Anto. perſonam accepit, ut quidam tradunt, & inter ſaltationem coronam capiti Cæſaris impoſuit, cui rei pauci admodum, qui ad ipſum uenerant applauſerunt, reliqui mæſti cõticuere omnes quod ubi ſenſit Cæſar id. ſcilicet diſplicuiſſe populo, coronã abiecit, & populus lætatus eſt. tunc Cæſar dixiſſe fertur, cupere ſe mori, q᷑ tantam populi inuidiam cõtraxiſſet. peractis deinde ludis, Ceſetus & Marullus trib. ple. Cæſarem affectati regni poſtularunt. Cæſar igitur iam rerum potitus, Ceſetũ iuſſit exhæredare filium ſibi admodum inuiſum, reliquos ſe multis honoribus, & bonis affectu rum, pollicitus. Cui Ceſetus ſe prius omnes amiſſurum, q̃ ex his abdicaturum reſpõdit. qua indulgentia ſe pariter, & filium ſeruauit, nam Cæſar ut clementiſſimus erat, affectioni paternæ facile ceſſit. Non tam ſpecioſa. Quia Fabius uir patricius fuit hic equeſtris ordinis. Abdicare. Patrimonio priuare, & a bonis repellere. eſt enim abdicare filium a bonis expellere dum uiuit pater, exhæredare uero poſt mortẽ. Diuini principis. Non ſine adulatione hoc dicit, quamuis inquit Cæſar clementia, & benignitate præſtaret, ut hunc hominem ita reſpondentem facile tulerit, Ceſetus tamẽ æſtimandus eſt rem maiorem auſum fuiſſe, q̃ humano ingenio conueniret, cui enim totus terrarũ orbis parebat, ipſe non ceſſit, tantum ualuit paterna indulgentia.

DE CESETO ROMANO.

Non tam Ceſeti ſpecioſa equitis Romani ſors patria, ſed par indulgentia, qui a Cæſare omnium iam externorum, & domeſticorum hoſtium victore: cum abdicare filium ſuum iuberetur, q᷑ is Trib. pleb. cum Marullo collega, inuidiam ei tanquam regnum affectanti fecerat: in hunc modum reſpondere ſuſtinuit: Celerius tu mihi Cæſar omnes filios meos eripies, q̃ ex his ego vnum nota pellam mea. Habebat autem duos præterea optimæ indolis filios, quibus Cæſar ſe incremẽta benignæ dignitatis largiturum pollicebatur. Hunc patrem tametſi ſumma diuini principis clementia tutum præſtitit, quis tamen non humano ingenio maius auſum putet, quod cui totus orbis terrarum ſuccubuerat, non ceſſit?

DE OCTAVIO BALBO.

Sed neſcio an Octauius Balbus concitatioris, & ardentioris erga filium beneuolentiæ fuerit. Proſcriptus a triumuiris, cum domo poſtico clam eſſet egreſſus, iamq; fugæ expeditum initium haberet: poſtq̃ intus filium trucidari falſo clamore viciniæ accepit, ei ſe neci, quam euaſerat obtulit, occidendumq; militibus tradidit. Pluris nimirum illud momentum, quo illi præter ſpem videre filium incolumen contigerat, q̃ ſalutem ſuam æſtimans: miſeros adoleſcentis oculos, quibus amantiſſimum ſui patrem ipſius opera ſic expirantem, intueri neceſſe fuit.

DE SELEVCO REGE.

Cæterum vt ad iucundiora cognitu veniamus, Seleuci regis filius Antiochus nouercæ Stratonices infando amore correptus, memor quam improbis faci-

OLIVERIVS.

¶SED neſcio an Octauius. patet hiſtoria per ſe. fuit autem hoc confecto bello ciuili, quod contra Brutum, & Caſſium Cæſaris interfectores geſtum eſt. cum debellatis reipublicæ peſtibus, Octauianus, Antonius & Lepidus Romanum inter ſe imperium ſortiti, ſuos quiſq; inimicos proſcripſerunt. hic Balbus proſcriptus, cum ab inimicorum manibus per poſticum eſſet elapſus, audita uicinorum uoce filii eius fortunam deplorantium, exiſtimans iam filium ab inimicis interceptum, cogi fugientis pœnas dare parentis, rediit in tectum, ubi ante oculos filii, quã præter ſpem oſtendit incolumen, crudeliter trucidatus eſt. Poſtico. poſteriore parte domus, unde Satyrus, poſtico falle clientem. Pluris illud momentum. Ac ſi diceret pater magis lætatus eſt incolumitate filii, quam ſi euaſiſſet.

ASCENSIVS.

¶NON tam &c. Ordo eſt. Sors patria, id eſt quam in patria ſortitus eſt, aut q̃ pater aſſecutus eſt Ceſeti equitis Romani nõ ſupple eſt tam ſpecioſa, ut Fabii Rutiliani, ſed ſupple eſt pari indulgẽtia in filium, qui cum iuberetur a Cæſ. uictore iam omnium hoſtium externorum & domeſticorum, Abdicare, id eſt in uita ſua a ſe alienare, & quodammodo proſcribere filium, ſcilicet ſuum unum e tribus, q᷑. i. quia is. ſ. filius eius ens ſup. tribunus plebis cum Marullo collega fecerat ei inuidiam, ſcilicet populi, aut negocium, & moleſtiam, tanquam affectanti regnum, eo q᷑ coronam capiti eius impoſuerat Antonius, ſuſtinuit ſupple filium, id eſt conſeruauit, & protexit, reſpondendo in hunc modum, o Cæſar tu eripies mihi facilius omnes filios meos, quam ego pellam unum ex his, ſcilicet filiis meis, nota mea, id eſt ut dicunt ſigneto meo, & ita familia, ac protectione mea. Tracta metaphora a dominis pecudum, qui ſuas tantiſper dum ducunt nota ſua ſignant. Habebat, ſcilicet Ceſetus præterea, id eſt præter eum, quẽ poſtulauerat ad uindictam Cæſar, duos filios optimæ indolis, quibus Cæſar pollicebatur (Si tertium abdicaſſet) ſe largiturum benigne incrementa dignitatis. Quis non putet hunc, id eſt huiuſmodi patrem tametſi, id eſt quanquam ſumma clementia principis diuini, ſcilicet Cæſaris præſtitit tutũ, tñ quia ſic illi reſpõdit, auſum eſſe ſupple quicquam maius humano ingenio, quod eſt

ASCENSIVS.

¶SED neſcio, an Octauius Balbus fuerit beneuolentiæ cõcitatioris, & ardentioris erga filium. Nam ſupple aut utpote qui proſcriptos, id eſt propoſita tabula in qua ſcripto declaratus erat, poſſe impune occidi ubicunq; occurrerit a triumuiris, ſcilicet Augu. Antonio, & Lepido, qui inter ſe imperium partiti erant (de quibus Iuue. In tabulam Syllæ ſi dicant diſcipuli tres) cum eſſet egreſſus domo, ſcilicet ſua, clam, ideſt ignoratibus id perſecutoribus eius, poſtico, id eſt per hoſtium poſterius, & haberet iam initium fugæ expeditum, ideſt cum iam eſſet ita progreſſus, ut uideretur poſſe libere effugere, poſtquã accepit falſo clamore uiciniæ filium ſcilicet ſuum trucidari intus id eſt in domo ſua, quam dereliquerat, obtulit, ſe ei neci, quam euaſerat, & tradidit occidendũ militibus, ſcilicet a triumuiris ad hoc miſſis. æſtimans nimirum, id eſt haud dubie pluris, ideſt maiori precio, illud momentum, ſcilicet temporis, quo contigerat illi præter ſpem uidere filium, ſcilicet ſuum incolumen, quam ſalutem ſuam, id eſt conſeruationem uitæ propriæ. Miſeros, ſubaudit o quod non expreſſit ne uehementius exclamaret, o igitur miſeros oculos adoleſcentis, quibus neceſſe fuit intueri patrem amantiſſimum ſui, ſcilicet oculorum adoleſcentis, ſed a parte totum accipiendo ipſius adoleſcentis, expirantem, id eſt efflantem animam ſic opera, id eſt ſpontanea reuerſione ipſius, ſcilicet patris, aut ſi uis intelligere ipſius adoleſcentis, dic, opera, id eſt occaſione eius, ſed ſic dixiſſe ſua, unde priorem ſequar explanationem.

Balbus ſalutẽ filii ꝓpriæ ſaluti præpoſuit

OLIVERIVS.

¶CAETERVM ut ad iocundiora. Seleucus ſuperinduxit Antiocho filio Stratonicem nouercam uirginem formoſiſſimã & ætatis flore integerrimam, cuius amore filius captus, cum impium pectoris uulnus, ingenuo illum deterrente pudore indicare non auderet, inualeſcente in dies magis, atq; magis pudoris

flammati

bus arderet, impium pictoris vulnus pia diſſimulatione contegebat. Itaq; diuerſi iiſdem viſceribus affectus, ac medullis incluſi, ſumma cupiditas, & maxima verecundia, ad vltimam tabem corpus eius redegerunt. Iacebat ipſe Antiochus in lectulo, moribundo ſimilis: lamentabantur neceſſarii: pater mœrore proſtratus, de obitu vnici filii, deq; ſua miſerrima orbitate cogitabat: totius domus funebris magis, q̃ regius erat vultus. Sed hanc triſtitiæ nubem Leptini mathematici, vel, vt quidam tradunt, Eraſiſtrati medici prouidentia diſcuſſit: iuxta enim Antiochum ſedens, vt eum ad introitum Stratonices rubore perfundi, & ſpiritu increbreſce, eaq; egrediente pallere, & excitatiorem anhelitum ſubinde recuperare animaduertit, curioſiore obſeruatione ad ipſam veritatẽ penetrauit. Intrante enim Stratonice, & rurſus abeunte, brachium adoleſcentis diſſimulanter apprehendendo modo vegetiore, modo languidiore pulſu venarum competit, cuius morbi æger eſſet: Protinuſque id Seleuco expoſuit. Qui chariſſimam ſibi coniugem filio ſuo cedere non dubitauit: quod in amorem incidiſſet, fortunę acceptum referens: quod diſſimulare eum vſq; ad mortem paratus eſſet, ipſius pudori imputans. Subiiciatur animis Senex, Rex, amans, iam patebit, q̃ multa, quamq; difficilia paterni affectus indulgentia ſuperauit.

ſlammati pectoris igne, qui quo magis tegitur, tectus magis æſtuatur, in grauiſſimam ualetudinem incidit, quam ſine dubio non euaſiſſet. ſic enim indies ad ultimam tabem redigebatur eius corpus, niſi Leptini mathematici, uel ut Appianus dicit, Eraſiſtrati medici prouidentia fuiſſet huius morbi cauſa deprehenſa. Cum enim iuxta adoleſcentem grauiter laborantem ſederet medicus, & curioſius omnes illius geſtus, uultus, & totius corporis diligentiſſime ſeruaret, tandem cognouit, ꝙ intrante Stratonice thalamũ mutabatur eius uultus totuſq; rubore ſuffundebatur, ſpiritus uegetior fiebat, diſcedente uero illa pallidior, languidiorq; reddebatur. ex quo facile medicus intellexit, latentem morbi cauſam, qui cum indicaſſet patri, hac in filium, de cuius ſalute deſperabat, indulgentia uſus eſt, ut commoda ſua incolumitati filii poſt poneret, uxoremq; Stratonicem, quam incredibiliter amabat, filio in matrimonium traderet. Improbis facibus. Nefando amore, aut inſatiabili. Impium. Quod erat ad iniuriam patris. Proſtratus. ad terram deiectus Afflictus. Magis funebris, q̃ regius. Quia regius uultus hilaris eſſe conſueuit. Leptini mathematici. Mathematicus dicitur, qui diſciplinarum penitus eſt Geometriæ, Arithmeticæ, Muſicæ, & Aſtrologiæ, quæ omnes in demonſtratione conſiſtũt. nam in præceptis, & arte uerſantur reliquę ſcilicet grammatica, rhetorica, dialectica. Vel ut quidã. Nam Plutarch. Eraſiſtratum fuiſſe dicit, iuxta enim Antiochum iacens. Vt poſtquam. Increbreſcere. Denſiorem fieri. Excitatiorem. Liberiorem. Modo uegetiorem Quia increbreſcebat. Protinus. Secundum Plutarchum nec poſt ſpacium quidem trium dierum id aperuit patri, timens ne regi faceret iniuriam, ex quo dicitur hac arte uſus, ut non reginæ, ſed ſuę ipſius fingeret uxoris amore correptum adoleſcentem, ut inde ſenſim regis perciperet animum, nam cum dixiſſet illum nouo, morbo implicitum ui nimia ſcilicet amoris, quo niſi expleretur, ſanari, non poſſe. & eius quidem mulieris amore correptum eſſe, quam conſequi haud potuiſſet, admiratus Seleucus dixiſſe fertur, nonne uniuerſæ impero Aſiæ, & pro ſuperſtite filio dare omnia poſſum? ſolum quæ mulier hæc eſſet efflagitabat. cui Eraſiſtratus meam inquit uxorem deperit. tum rex miris pollicitationibus rogabat, ut illam in coniugium filio daret, cui tantum regnum debebatur. cui reſpondens Eraſiſtratus, an tu inquit, quanquam eius parens, ſi uxorem tuam cuperet, Antiochus illam ultro daturus eſſes? tum Seleucus, teſtans, deos omnes ſine cunctatione ſe daturum læte reſpondit. quod cum non ficte regem effari Eraſiſtratus cognouiſſet, paſſionem filii, & rem omnem patri aperuit, quemadmodum id deprehendiſſet, declarauit Seleucus gaudio elatus unicum opus ſupereſſe ſibi arbitratus eſt, quo pacto id filio perſuadendum eſſet, quo pacto & uxori tandem exercitu conuocato rem aperiens, clariſſimam uxorem filio etiam inuito, coniugem dedit. quod magnificum, & regale ab omnibus exiſtimatum fuit, ac magnificentius quiddã & ſapientius adoleſcentis amor, atque ad amorem eius inſignis moderatio. Fortunæ acceptum referens, ideſt fortunæ attribui debere. Senex rex. Qui natura zelotipus eſſe conſueuit.

ASCENSIVS.

CAETERVM ideſt ſed ut ueniamus ad iucundiora cognitu, ideſt dum cognoſcuntur, aut ad cognoſcendum, Antiochus filius Seleuci regis, ſcilicet totius Aſiæ correptus infando amore Stratonices (proprium eſt) nouercæ ſcilicet ſuæ, id eſt uxoris paternæ, memor, id eſt ſecum reputans q̃ id eſt quantum. Improbis id eſt improbandis facibus, ſcilicet amoris arderet, contegebat pia diſſimulatione impium uulnus pectoris, id eſt amorem illum. Itaq;, id eſt & ita diuerſi affectus, ideſt diuerſæ paſſiones, incluſi iiſdem uiſceribus, ac medullis, uidelicet ſumma cupiditas, & maxima uerecundia, redegerunt corpus eius ad ultimam tabem, id eſt corruptionem per exhauſtionem ſucci, & lentam cõſumptionem ſanguinis. ipſe itaq; Antiochus filius Seleuci iacebat, in lectulo ſimilis moribundo, ideſt iamiamq; morituro (quo exemplo Valla contenderet in bundus non ſignificare ſimilitudinem, alioqui dixiſſet, moribundus) neceſſarii, id eſt conſanguinei, & affines lamentabantur, pater, ſcilicet Seleucus ꝓſtratus, mœrore, cogitabat de obitu unici filii ſui, & de miſera orbitate ſua, id eſt carentia, aut priuatione liberorum, & uultus, id eſt aſpectus totius domus, id eſt familiæ erat magis funebris, id eſt lugubris, & quaſi funere occupatus, quã regius. i. ipſius regis, licet eſſet mœſtiſſimus, aut potius quam, regius, ideſt regalis, hoc eſt quam domũ regiã in qua hilares eſſe ſolẽt, deceret. Sed prouidentia, id eſt prouida ſolertia, Leptini mathematici, id eſt aſtrologi, uel ut quidam tradunt, Eraſiſtrati medici, diſcuſſit, id eſt diſpulit hanc nubẽ triſtitiæ. Enim pro quia ipſe ſedens iuxta Antiochum, ut id eſt poſtquam animaduertit eũ, ſcilicet Antiochum perfundi rubore, & increbreſcere ſpiritu, id eſt habere ſpiritum ardentiorem, & pulſum frequentiorem ad introitum Stratonices, id eſt quoties Stratonice introibat, & ea regrediente pallere, & recuperare ſubinde, id eſt per interualla anhelitũ, id eſt ut dicunt flatũ, excitatiorẽ. i. commotiorẽ, penetrauit. i. peruenit curioſa ſcilicet diligenti obſeruatione ad ipſam ueritatem, id eſt ueram cauſam morbi. Enim pro quia Stratonice intrante, & rurſus abeunte comperit, cuius morbi eſſet æger, quia amoris apprehendendo diſſimulanter, id eſt quaſi aliud ageret, Brachium adoleſcentis, modo, id eſt interdum, ſcilicet ea intrante, uegetiore pulſu, ſcilicet arteriarum brachii, modo, ſcilicet ea egrediente, languidiore, id eſt infirmiore. Et expoſuit protinus Seleuco, id ſcilicet amorem filii eius in uxorem eius. Alii dicunt nõ ſtatim indicaſſe, ſed mira ſolertia, ſimulando uidelicet ipſum captum eſſe amore uxoris ſuæ, hoc eſt medici, ut Oliuerius diligenter recitat. Qui ſcilicet Seleucus, non dubitauit cedere, ideſt concedere filio ſuo coniugem cariſſimam referens acceptum, ideſt imputans fortunæ, ꝙ ſcilicet filius incidiſſet in amorem, ſcilicet nouercæ ſuæ, & imputans, id eſt attribuens pudori, id eſt uerecundiæ ipſius, ſcilicet filii ꝙ paratus eſſet diſſimulare eum ſcilicet amorem uſq; ad mortem, etiam incluſam quantum in eo fuit. Subiiciatur animis, ſcilicet legentium, aut audientium iſta, ſenex, qui natura querulus, & moroſus ac zelotipus eſt, & rei charæ tenaciſſimus, rex, qui quæ amat conſeruare poteſt, ſi habet ea, & ſi non habet rapere, & ſupple amans in quo maxima uis eſt, & ſupple patebit iam q̃ multa, & q̃ difficilia indulgentia, id eſt uehemens in filium inclinatio affectus paterni, ſuperauit, id eſt uicit, quaſi dicat maxima, & difficillima.

THEOPHILVS.

EXCITATIOREM. Scribe exercitatiorem ex antiquis exemplaribus, id eſt magis fatigatum.

OLIVERIVS.

AT Seleucus quidem uxore. Plutar. in uita Pompeii, deuicto Mithridate apud Euphratem, ſpoliatoq; caſtris prouincias compoſuit, munera diſtribuit, cum multi ad eum principes, & rerum domini, regeſq; barbari. xii. ueniſſent Ariobarzanes Cappadociæ, Nicomedes Bithyniæ, qui regno a Mithridate Pōti rege pulſi fuerant, hos primum Lælius Cornelius Sylla in ſuū quemq; regnum reduxerat, quibus iterum ab eodē rege pulſis Pōp. cum Mithridatem mori tandē coegiſſet Ariobarzanem reſtitutum appellari iuſſit, qui regnū filio ceſſit præſente Pomp. In cornu ſcribæ. in parte ubi erat ſcriba itelligimus illic exercitum fuiſſe, qui ſtruebatur in cornua. Humiliorem. uiliorē q̄ deceret filium regis. Corruit. ad terram decidit. Comicæ. Iocundæ, & urbanę. Tragicę. Seueræ & rigidæ, & eſt continuatio, color rhetoricus.

ASCENSIVS.

AT id eſt ſed Seleucus quidem ceſſit filio ſuo uxore, id eſt de poſſeſſione uxoris (prius autem uxorē dixit. unde i utroq; caſu id dicere licet) Ariobarzanes rex Cappa. ceſſit filio ſuo regno .i. de regno Cappad. in conſpectu Cnei Pomp. Cuius, .ſ. Pomp. cum ipſe .ſ. Ariobarzanes conſcendiſſet tribunal .i. ſedem prætoriam, & inuitatus ab eo .ſ. Pomp. ſediſſet in ſella curuli, quam primi magiſtratus tantum utebātur, poſtquā conſpexit filiū ſuū obtinentē in cornu ſcribæ .i. in ea parte exercitus, ubi ſcriba locū habebat locū humiliorē .i. inferiorē fortuna ſua .i. q̄ filium regis deceret, non ſuſtinuit .i. non eſt paſſus intueri eum collocatum infra ſe .i. in loco inferiore q̄ ipſe, ſed deſcendit protinus ſella .ſ. curuli, & trāſtulit diadema .i. inſigne regni, cui corona ſupponi ſolebat, in caput eius .ſ. filii ſui, hoc eſt declarauit eum regē, & cœpit hortari eum, ut tranſiret eo, ideſt in eum locum unde ipſe ſurrexerat. Lachrymæ exciderunt iuueni, & ſupp. corpus eius corruit, & diadema eſt dilapſum .ſ. e capite eius, nec potuit progredi ſup. eo uidelicet in ſellam curulem, quo fuerat iuſſus .ſ. a patre progredi. quodq; .i. & quod excedit pene, id eſt quaſi fidem ueritatis, is .ſ. pater qui deponebat regnum, erat lætus, & ſupple is, uidelicet filius, cui regnum dabatur erat triſtis. nec tam egregiū, quia maxime pium certamen, habuiſſet finē, niſi autoritas Pompeii affuiſſet uoluntati patriæ .i. niſi Pompeius comprobaſſet, & quodammodo iuſſiſſet factū patris. Enim pro quia, Pomp. ſup. .i. ſimul appellauit filium regem, & iuſſit ſumere diadema, & coegit ſupple eum conſidere, id eſt ſimul cum patre ſedere, In ſella curuli. Comicæ &c. Breuis præfatio, & paraſceue eſt ad ſequentē narrationem, cui quæ uenuſte ſubaudiuntur uerba, inepte quidam adiecerunt, ueriores enim textus id tantum habent quod nos propoſuimus, Cuius ordo eſt. Hi patres .ſ. iam dicti ſupple fuerunt, aut ſunt, lenitatis .i. mititatis, & tranquillitatis, comicæ, .i. qualem habent patris in comœdiis, illi, ſcilicet qui ſequentur, aut de quibus proxime dicemus ſupple fuerunt, aſperitatis .i. rigiditatis tragicæ .i. tragœdia dignæ.

THEOPHILVS.

CORNV ſcribæ. inter commentarienſes, & corniculários, quos alio nomine dictos accenſos, autor eſt Aſconius. eorum, qui Corniculo merebant ſubſellium cornu uocabatur.

DE ARIOBARZANE REGE CAPPADOCIÆ.

At Seleucus quidem vxore, Ariobarzanes filio ſuo Cappadociæ regno ceſſit in conſpectu Cn. Pompei, cuius cum ipſe tribunal cōſcendiſſet, inuitatuſq; ab eo in curuli ſella ſediſſet, poſtquam filium in cornu ſcribæ humiliorem fortuna ſua locum obtinentē conſpexit, non ſuſtinuit infra ſe collocatum intueri: ſed protinus ſella deſcendit, & diadema in caput eius tranſtulit: hortariq; cœpit, vt eo tranſiret, vnde ipſe ſurrexerat. Exciderunt lachrymæ iuueni, cohorruit corpus, delapſum diadema eſt, nec quo iuſſus erat, progredi potuit: quodq; pene fidem veritatis excedit, lætus erat qui regnum deponebat: triſtis, cui dabatur: nec vllum finem tam egregium certamen habuiſſet, niſi patriæ voluntati autoritas Pompeii affuiſſet: Filium enim & regem appellauit, & diadema ſumere iuſſit, & in curuli ſella conſidere coegit. Comicæ lenitatis hi patres, tragicæ aſperitatis illi.

DE PARENTVM SEVERITATE ADVERSVS LIBEROS. CAPVT VIII.

DE LVCIO BRVTO.

BRutus par gloria Romulo, quia ille vrbem: hic libertatem Romanam condidit: filios ſuos, Tarquinii dominationē a ſe expulſam reducentes, ſummum imperium obtinens, comprehenſos, proq; tribunali virgis cæſos & ad palum religatos ſecuri percuti iuſſit. Exuit patrem vt conſulē ageret, orbuſq; viuere, q̄ publicæ vindictæ deeſſe maluit.

OLIVERIVS.

BRVTVS gloria par Romulo. De ſeueritate parentum, cap. viii. cuius exemplum primum eſt Iunii Bruti, qui filios duos uirgis cædi, & ſecuri percuti iuſſit, q cum illis ſenſerant, qui Tarquinios reges ab ipſo paucis ante diebus exactos in regnum reſtituere parabant nā paulopoſt libertatem a populo partam, id quod minime timebatur, per dolum, & proditionē eſt propemodū amiſſa. aliquot enim adoleſcentes nobili genere nati, quorum in regno libido ſolutior fuerat, aſſueti more regio uiuere, grauiter ferentes, æquato iure omnium libertatē & aliorum in ſuam uertiſſe ſeruitutē, de reſtituendis regibus conſilia quærebāt. interea legati a regibus ſuperueniunt ſine mentione redditus, bona tantū repetentes, cum quibus de recipiendis clam nocte regibus in urbem colloquuntur, hi adoleſcentes. uitelliis, aquiliiſq; fratribus primo commiſſa res fuit. uitelliorum ſoror conſuli nupta Bruto erat, iamq; eo matrimonio adoleſcentes erāt liberi Titus Tiberiuſq;, eoſq; in ſocietatē conſilii auunculi aſſumūt, literę de re tanta legatis dantur ad regis fidei pignus, quæ manifeſtum facinus fecerūt. nam indicata re per uitelliorum ſeruum, qui exceperat eorum conſilia, comprehenſis legatis literarū cura in primis habita eſt, ne interciderent, proditores capti, ſumptumq; ſupplicium cōſpectius, q pœnę capiundę miniſterium pater de liberis conſul impoſuit. & qui ſpectator erat amouēdus, eum ipſum fortuna exactorem ſupplicii dedit. ſtabant ad palum deligati nobiliſſimi iuuenes, ſed a cęteris uelut ab ignotis capitibus conſulis liberi omnium in ſe conuerterunt oculos, miſerabantq; non pœnę magis homines, quā ſceleris, quo pœnam meriti eſſent, illos eo potiſſimum anno patriam liberatam, patrem liberatorem, conſulatum ortum ex domo Iunia, patres, plebemq; quicquid hominum deorumq; Ro. eſſet induxiſſe animum, ut ſuperbo quondam regi, tum infeſto exuli proderent. Itaq; miſſi lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos uirgis cędunt, ſecuriq; feriunt, cum inter omne tempus pater, uultuſq;, & os eius ſpectaculo eſſet, eminente primo animo inter publicæ pœnæ miniſterio, ſecundum pœnam nocentium, ut in utramque partem arcendis ſceleribus exemplum nobile eſſet. Filios ſuos. Titum, & Tiberium. Reducentes. Reducere uolentes. Virg. Quos ego ſum toties iam dedignata maritos, Non qui eſſent mariti, ſed qui eſſe uolebant. Exuit patrem depoſuit amorem, & affectum paternum. Vt conſulem ageret. Quia conſulatus adminiſtratio exigebat, ut ſupplicium de his ſumeret, qui libertatem opprimere uoluerant.

ASCENSIVS.

BRVTVS .ſ. Iunius par, id eſt æqualis Romulo, gloria .i. quantum ad gloriam, quia ille .ſ. Roma. condidit urbem Romæ, ſcilicet Brutus condidit libertatem Romanā, obtinens ſummum imperium, quia conſulare, iuſſit filios ſuos reducentes, id eſt reducere uolentes, & coniuratos ad hoc dominationem, ideſt ſuperbum

ſuperbum regnum Tarquini.ſ.ſuperbi expulſi a ſe, comprehenſos.i.captos, & cæſus uirgis, pro tribunali.i. ante tribunal & religatos ad palum.i.ſtipitẽ, percuti ſecuri.i. decollari. & ita Brut. exuit patrem.i.paternum affectum, ut ageret conſulem.i. ut debite fungeretur officio conſulari, & maluit uiuere orbus.i. ſine liberis, q̃ deeſſe uindictæ pub.

modi cognitio mãdaretur, & domi cognita cauſa filium damnauit abdicauitq;, ac ne funeri quidem eius, cum ſuſpendio uitam finiſſet uoluit intereſſe. ſedenſq; domi, poteſtatem conſultãtibus ex inſtituto fecit. hanc hiſtoriam Cic. per tranſitum tangit. li.iii. de finibus bonorum & malorum. Raræ digni. quę raris hominibus contigit, ut oibus rei. muneribus perfunctus eſſet. Amplíſſimi ord. ſenatorii. Peregerat Torquatus. exaggerat hanc ſeueritatem Val ſatis inquit fuerat damnaſſe filium, & abdicatum a ſe coegiſſe laqueo uitam finire. Seueritas hęc magna, ſed illa maior, q; ne funeri quidem uoluerit intereſſe, omnibuſq; illo eo die conſultantibus uacauerit. Illius imperioſi tor. Quia ut diximus in.c. de diſ. mili. filium, qui contra eius præceptũ eum hoſte confixerat, & uictoriam ex illo reportauerat, uirgis cædi, & ſecuri percuti iuſſit. Imago poſita. In atriis ſolebãt ueteres maiorum ſuorum, qui gloria, & rebus geſtis claruiſſent, imagines collocare. Iu. Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ Atria, nobilitas ſola eſt atq; unica uirtus. maiorum igitur ſuorum imaginibus ſæpe ad uirtutes, & rerum gerendarum gloria incendebantur, ut illorum imitatione clariores fierent.

Torquati ſeueritas cõtra filium.

OLIVERIVS.

HVIVS æmulatus. Spurius Caſſius in agraria largitione ambitioſus in ſocios fuerat, cum ipſo conſule cum Proculo uirginio lex Agraria primum promulgata fuit, nunq̃ deinde ſine maximis motibus exagitata. ager Hernicus adeptus hoc autore, inter latinos, plebemq; diuiſus eſt, adiectũq; huic muneri aliquantũ agri, qui a patribus poſſidebatur. hac largitione ſuſpectus iam ſenatui populoq; cœpit eſſe q; pernitioſas libertati opes ſtrueret, & ideo ciuibus iam uilior factus, ut alio munere ſibi reconciliaret ciuiũ animos, iubere pro ſiculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. id uero nõ ſecus q̃ pręſentẽ mercedẽ regni aſpernata plebs eſt, hũc ergo ubi magiſtratu abiit, damnatum, necatumq; conſtat. ſunt, qui patrem autorem eius ſupplicii ferãt, cũ cognita domi cauſa uerberaſſe, ac necaſſe, peculiumq; ſibi cereri conſecraſſe, ſignũ inde factũ eſſe, & inſcriptum, ex Caſſia familia datũ inuenio apud quoſdam autores, idq; pprius fidei eſt, a q̃ſtoribus Cęſone Fabio, & L. Val. diem dictam per duellionis damnatum, populi iudicio direptas publice ędes, q̃ ſententiam ſequitur Dion. Alicar. quia dicit, q; ſi pater iudex fuiſſet, & punitor. neq; domus direpta, neq; bona publicata, q̃ a Ro. nihil eſſet poſſeſſorium proprium, patribus uiuentibus, & id pecunię, & corpora filiorum cum de eis uolũt diſponere traduntur patribus. Addidit præterea agitatum etiam fuiſſe de interficiẽdis filiis Caſſii, ſed crudelem nimis uiſam eam ſententiam. Peculium, ſcilicet caſtrenſe, quod alienari poterat, quia ad patrem non pertinebat.

DE CASSIO.

Huius æmulatus exemplum Caſſius: filium, qui Trib. Ple. Agrariam legem primus tulerat, multiſq; aliis rebus populariter animos hominum amore ſui deuinctos tenebat, poſtq̃ illam poteſtatem depoſuit, adhibito propinquorum, & amicorũ cõſilio, affectati regni crimine domi damnauit: verberibuſq; affectũ, necari iuſſit, ac peculium eius Cereri conſecrauit.

DE MANLIO TORQVATO.

Titus autem Manlius Torquatus, propter egregia multa raræ dignitatis, iuris quoq; ciuilis, & ſacrorũ pontificaliũ peritiſſimus, in conſimili facto ne conſilio quidẽ neceſſariorũ indigere ſe credidit. Nã cum ad ſenatum Macedonia de filio eius Decio Syllano, qui eam prouinciam obtinuerat, querelas per legatos detuliſſet, a P.C. petiit, neq̃d ante de ea re ſtatuerẽt, q̃ ipſe Macedonum, filiiq; ſui cauſam inſpexiſſet: ſummo deinde tum ampliſſimi ordinis, tũ etiam eorum, qui queſtũ venerant, cõſenſu, cognitione ſuſcepta domi cõſedit, ſoluſq; vtriq; parti per totũ biduũ vacauit ac tertio die pleniſſime, diligentiſſimeq; auditis teſtibus, ita pronũciauit: cũ Syllanũ filium meũ pecunias a ſociis accepiſſe mihi probatũ ſit. & Reip. eum & domo mea indignũ iudico, protinuſq; e conſpectu meo abire iubeo. Tam triſti patris ſentẽtia percuſſus Syllanus, lucem vlterius intueri non ſuſtinuit, ſuſpendioq; ſe proxima nocte conſumpſit. Peregerat iam Torquatus ſeueri & religioſi iudicis partes, ſatisfactum erat Reip. habebat vltionẽ Macedonia, potuit tam verecundo obitu filii, patris inflecti rigor. At ille neq; adoleſcentis exequiis interfuit, & cum maxime funus eius duceretur, conſulere ſe volentibus, vacuas aures accommodauit. Videbat.n. ſe in eo atrio conſediſſe, in quo illius imperioſi Torquati ſeueritate conſpicua imago poſita erat. Prudentiſſimoq; viro ſuccurrebat, effigies maiorũ ſuorum cum titulis ſuis idcirco in prima ædium parte poni ſolere, vt eorum virtutes poſteri nõ ſolũ legerent, ſed etiã imitarẽtur.

ASCENSIVS.

TITVS autem Man. Tor. exiſtens ſup. uir raræ.i. excellentis dignitatis ꝑpter multa egregia.i. excellentia facta & dicta, .ſ. eius, periſſimus quoq; iuris ciuilis, & ſacrorum pontificalium.i. quæ ad ius pontificium pertinebãt, ac pertinent, nec quidem.i. non ſaltem credidit ſe indigere, cõſilio neceſſariorum.i. conſanguineorum, & affinium in facto conſimili.ſ. de damnatione filii. Nam cum Mace.i. prouincia illa quę pauloante regnũ fuerat, retuliſſet per legatos ad ſenatum querelas de filio eius, .ſ. Titi Man. Decio Syllano .ſ. appellato, petiit.ſ. Manl. pater, a patribus cõſcriptis, ne quid ſtatuerent de ea re, anteq̃ ipſe inſpexiſſet cauſam Macedonum, & filii ſui, hoc eſt illorũ accuſationem, & huius purgationem. deinde cognitione.i. inſitione de iure utriuſq; patris ſuſcepta.ſ. a Tito patre ſummo conſenſu. tum, .i. ſimul ampliſſimi ordinis uidelicet ſenatorii, cum etiam eorũ, qui uenerant queſtum.i. ad querendum de filio eius hoc eſt legatorum Macedoniæ, conſedit domi, & uacauit.i. ut dicunt audientiã dedit, ſolus.i. cum ſolus eſſet, utriq; parti per totum biduum, ac pronunciauit tertio die teſtibus auditis, pleniſſime, & diligentiſſime, ita.i. in hanc formam uerborum. Cum probatum.ſ. teſtibus, ſit mihi, Syllanum filium meũ accepiſſe pecunias a ſociis, ego iudico eum indignum & rep. & domo mea, & iubeo ſup. eũ abire protinus e conſpectu meo. Syllanus percuſſus.i. attonitus iam triſti ſententia patris, non ſuſtinuit.i. non ualuit, intueri ulterius lucem.i. diutius uiuere, & conſumpſit.i. peremit ſe ſuſpendio nocte proxima. Torqua. peregerat.i. plene egerat, & impleuerat iam partes.i. debitum officium iudicis ſeueri.i. ſequentis uerum, & religioſi.i. anxie ſeruantis iuſiurandum, quo iudices obligari ſolent, & ſatisfactum erat reip. & Macedonia habebat ultionem, & rigor.i. rigiditas patris poterat inflecti.i. mitigari obitu filii uer-

ASCENSIVS.

HVIVS &c. Caſſius.ſ. Spurius ęmula. exẽ. huius.ſ. Bruti damnauit domi.ſ. ſuæ crimine regni affectati, & hoc propinquorum & amicorum conſilio adhibito, filium.ſ. ſuum, qui trib. ple.i. cũ fuiſſet tri. pleb. tulerat primus (nam poſtea multi conati ſunt eã ferre) legem Agrariam.i. de agro quem P. Ro. bello acquiſiuerat æquis portionibus diuidendo, & tenebat animos hoium deuinctos.i. obnoxios amore ſui multis aliis rebus populariter ſup. factis.i. in fauorem aut gratiam populi. damnauit dico, poſtquam depoſuit illam poteſtatem.ſ. tribunitiam, & iuſſit eum affectum uerberibus.i. cæſum necari.i. percuti ſecuri. Et conſecrauit, id eſt tanq̃ ſacrum addixit Cereri peculium eius, id eſt quod proprium & extra patriam poteſtatem, utpote caſtrenſe poſſederat.

OLIVERIVS.

TITVS autem Manlius. cum Mace. legati Romam conqueſtum ueniſſent de Iulio Syllano pretore, q; acceptis pecuniis prouinciam ſpoliaſſet, & ſena. de querelis eorum uellet cognoſcere. Ti. Manlius Tor. Syllani pater petiit, imperauitq;, ut ſibi huiuſ

recundo.i.qui obiecerat præ uerecūdia.at.i.ſed ille.ſ.ſeueriſſimus, pater neq; interfuit exeqis adoleſcētis, & cū funus eius duceret maxime.i.p̄cipue, aut p̄cipua pōpa.tunc ſup.qa iureco.erat, acs cōmodauit uolētibus cōſulere.i.conſiliū petere ſe, aures ſuas ua cuas.i. nullo negocio occupatas. (Videbitur fortaſſis noſtrorū dūtaxat inſtitutorū gnaris nouū, hoiem q ſe ſuſpenderit ſolēniter

generationem filii uiſſoris effecti. Enim pro quia filius admoueſ batur recordatione.i.per recordationem iuuentę ſuę.i.diſciplinę q̄ a patre in iuuēta accepit, q̄lis filius eſſet, aut habēdus, qa fortis & p̄bus aut ſpernēdus, quia meticuloſus, & improbus, aut dege ner. quo nuncio accepto, iuuenis coactus eſt uti gladio fortius aduerſus ſemetipſum, q̄ uſus fuerat aduerſus hoſtes, qa in ſe gla diū cōuertit ſeſe occidēdo, quē ab hoſtibus auerterat fugiēdo.

DE MARCO SCAVRO.

Marcus vero Scaurus lumē, ac decus patriæ, cum apud Atheſim flumen impetu Cimbrorum Ro. equites pulſi, deſerto cōſule Catulo, pauidi vrbem repeterent, cōſternationis eorū participi filio ſuo miſit, qui diceret ſe libentius in acie eius interfecti oſſibus occurſurū, q̄ ipſum tam deformis fugæ reum viſurum. Itaq; ſiquid modo reliquum in pectore verecūdiæ ſupereſſet, cōſpectū degenerati patris vitaturū: recordatione.n. iuuētæ ſuæ, qualis M. Scauro aut habendus, aut ſpernendus eſſet filius, admonebatur: quo nūtio accepto, iuuenis coactus eſt fortius aduerſus ſemetipſum gladio vti, q̄ aduerſus hoſtes vſus fuerat.

DE AVLO FVLVIO.

Nec minus animoſe Aulus Ful. vir ſenatorii ordinis, euntem filium in aciem retraxit, q̄ Scaurus e prælio fugientem increpuit. Nanq; iuuenē & ingenio, & literis, & forma inter æquales nitentē, prauo conſilio amicitiam Catilinę ſecutū, inq; caſtra eius temerario impetu ruentē in medio itinere abſtractū. ſupplicio mortis affecit: prefatus, nō ſe Catilinæ illū aduerſus patriā, ſed patriæ aduerſus Catilinā genuiſſe. Licuit donec ciuilis belli rabies p̄teriret, iclusum arcere: verū illud cauti patris narraretur opus, hoc ſeueri refertur. Sed vt hanc incitatam, & aſperā ſeueritatē mitiores relatu patrum mores clementiæ ſuæ miſtura temperent: exactæ pœnæ conceſſa venia iungatur.

DE PARENTVM MODERATIONE ADVERSVS SVSCEPTOS LIBEROS. CAPVT IX.

DE LVCIO GELLIO.

LVcius Gellius, omnibus honoribus ad cenſuram vſq; defunctus, cum crimina grauiſſima de filio in nouercā, commiſſum ſtuprum, & parricidium cogitatum, propemodū explorata haberet, nō tamē ad vindictā procurrit cōtinuo, ſed pene vniuerſo Senatu adhibito in conſiliū, expoſitis ſuſpitionibus, defendēdi ſe adoleſcenti poteſtatē fecit. Inſpectaq; diligentiſſime cauſa, abſoluit eum tum conſilii, tum etiā ſententia ſua: quod ſi impetu iræ abſtractus ſæuire feſtinaſſet, admiſiſſet magis ſcelus, q̄ vindicaſſet.

ad rogū, aut ad ſepulturā efferri. ſed norit huiuſmodi glorioſum fuiſſe apud Ro. illos ethnicos, morte a ſe ſibi illata, dedecus aut uitare, aut finire. de qua re lōge ſanctius nūc Ro. cōſtituit eccleſia. Affert autem eāꝫ curtā rigidus p̄ſtiterit Tor. diſcēs) Videbat.n. ſe cōſediſſe in illo atrio ſ. Priſcorū Tor. in quo imago illius Tor. impioſi (qui .ſ. imp̄ator. ac conſul filiū ſecuri p̄cutere iuſſit, q̄ cōtra intermiſſionē ſuā ac impiū In abſentia ſua in hoſtē egreſſus, etiā feliciter pugnā cōmiſiſſet, & ita miro cōpēdio illius quoq; ſeueritatē in filiū p̄tractat) erat poſita conſpicua.i. euidēti ſeueritate, Et ſuccurrebat uiro prudentiſſimo, effigies maiorū ſuorū (meo iudicio uacat, ſuorū nā gn̄alis ſentētia eſt) cū titulis ſuis.i. ſuorū p̄clarorū geſtorū ſolere poni in prima parte ædiū. idcirco.i. ad eū finē, ut poſteri nō ſolū legerēt, ſed etiā imitarenſ uirtutes eorū.

OLIVERIVS.

Cimbri ¶MARCVS uero Sca. Cimbri Germanorum populi, q linguaGallica latrones dicunſ teſte Feſto, nūc uero nos Flamingos dicimus. cū in Italiā ſupatis alpibus deſcēdere tentarent, Q. Catulū p̄cōſul, q fauces alpiū obſederat, & pulſus ad flumē Atheſim caſtellū ęditū inſederat, reliqueratq;, ab alpibus fuderūt, atq; fugarunt, & explicata uirtute ſua fugientē procōſulē, exercitūq; p̄ſecuti in Italiā traiecerunt. iūctis deinde Catuli, & C. Marii exercitibus p̄lio, uicti ſunt ab eis: in quo p̄lio cæſa tradūtur hoium. cxl. millia. capta. xl. i ea igiſ pugna, q̄ apud Atheſim, cū Cimbris cōmiſſa fuit eqtes R. Cimbrorū impetu pulſi Cat. p̄cōſulē deſeruerūt, & urbē pauidi repetierūt. Inter fugientes, erat & filius M. Sca. qui ubi accepit fugiētes, aduētare, illi obuiam miſit, q nūciaret ſe libētius occurſurū oſſibus eius in acie caſi, q̄ ipſum tā turpiter fugientē admiſſurū. quo audito filius p̄ dolore ſibi mortē cōſciuit. Cōſternationis. perturbationis, & formidinis. Aut ha. Si probus. Aut ſpernēdus. Si uilis.

ASCENSIVS.

¶MARCVS uero Sca. lu. ac decus patriæ cū equites R. pulſi impetu Cimbrorū apud Atheſim flumē repeterēt pauidi urbē.ſ. Romā, & hoc Catu. p̄cōſule deſerto, miſit ſup. nuncios, q dicerēt filio ſuo p̄ticipi.i. cōſorti cōſternationis eorū.i. q ob cōſimilē cōſternationē cū aliis fugerat, ſe.ſ. Scau. patrē occurſurū libentius oſſibus eius.ſ. filii interfecti in acie.i. fortiter dimicādo, q̄ uiſurū ipſū reū tā deformis fugæ. Itaq; ſup. dicere iuſſit, ſi mō quid .i. aliqd reliquū uerecundiæ.i. pudoris ſupeſſet in pectore.ſ. filii, filium ſup. uitaturum eſſe conſpectum patris degenerati.i. per de

OLIVERIVS.

¶NEC mi. animoſe. Salu. bello Cati. fuere inqt cōplures, qui ad Cati. ab initio profecti ſunt: in his erat Ful. ſenatorii hois filius, quē retractū ex itinere parēs necari iuſſit. Ingenio, & lit. & for. ſignificat illū & ai, & corpis dotibus a natura fuiſſe donatū, qbus patri charior eſſe potuerit. Licuit. donec potuiſſet p̄ filiū in carcere incluſum retinere, dū Cati. furor extinguereſ tur, qđ ſi feciſſet, non ſeueri ſed cauti nomen fuiſſet aſſecutus. Sed ut hanc. patrū inqt ſeueritas dura nimis, & aſpera eſt aliq̄ moderatione lenienda eorū, q mites fuerūt, & ita ad ca. de mode. patrū hac breui p̄fatione trāſit. Clemē. miſt. Trāſlatio ſum pta ab aqua, quæ ualidiori infuſa uino, illud mitius reddit.

ASCENSIVS.

¶NEC Au. Ful. uir ſena. or. retra. mi. aioſe ſi. euntē i aciē.ſ. cōiuratorū in patriā, q̄ Sca. increpauit filiū fugientē e p̄lio. Nā affecit ſupplicio mortis iuuenē .ſ. filiū ſuū nitētē.i. fulgentē inter æq̄les.i. coętaneos ſuos igenio & lrīs, & forma ſecutū prauo cōſilio amicitiā Cati.ſ. pricipis cōiurationis, & ruentē temerario impetu in caſtra eius.ſ. Cati abſtractū.ſ. ab incepto medio itinere. Præfatus.i. p̄locutus anteq̄ eū ſupplicio mortis afficeret ſe nō genuiſſe illū.ſ. filiū ſuū Cati. aduerſus patriā, ſed patrię aduerſus Cati. Licuiſſet.i. licitum fuiſſet arcere.i. conſtringere, & p̄hibere ab exercitu Cati. incluſum carcer, dōec rabies ciuilis belli p̄teriret. Verū illud opus.ſ. tenētus tātiſper, dū rabies belli ſedareſ, filiū in carcer, narrareſ opus patris cauti.i. calidi, & prouidi, hoc.ſ. qđ fecit filiū occidēdo, refertur.i. recitat opus ſup. patris ſeueri. Sed ut &c. Breuis eſt p̄fatio in narratione de moderatione parentū aduerſus ſuſceptos liberos, in qua dicenda dictis quodammodo comparat, quocirca quidam ſuperiori annexam habent hanc partem, q̄ malui ſegregare. Ordo autem eius eſt. Sed ut mores patrum mitiores, id eſt leniores, & minus aſperi, relatu, id eſt dum referuntur, aut ad referendum temperent, miſtura clementiæ ſuæ, hanc incitatam, id eſt impetuoſam & aſperam ſeueritatem, ſcilicet patrum, de qua iam locutus eſt, uenia conceſſa, ſcilicet a parentibus, iungatur pœnæ exactæ, id eſt nimis exquiſitæ, hoc eſt narretur poſt eam.

OLIVERIVS.

LVCIVS Gellius, omnibus honoribus. Gellius cum pro exploratō haberet filium rem habuiſſe cum nouerca, & eū ea de cæde patris conſilia tractaſſe, non ad ſumendum de filio Gellii moderatio in filium.

ſupplicium

DE QVINTO HORTENSIO.

Quinti autem Hortenſii, qui ſuis temporibus ornamentum Romanæ eloquentiæ fuit, admirabilis in filio patientia extitit. Cum enim eouſq; impietatem eius ſuſpectam, & nequitiã inuiſam haberet, vt Meſſalam ſuæ ſororis filium, hæredem habiturus, ambitus reum defendens iudicibus diceret, ſi illum damnaſſent, nihil ſibi præter oſculum nepotum, in quibus acquieſceret, ſuperfuturum: hac. ſ. ſentẽtia, quam etiam editæ orationi inſeruit, filium potius in tormẽto animi, q̃ in voluptatibus reponens: tamen ne naturæ ordinem confunderet, non nepotes, ſed filium hę redem reliquit, moderate vſus affectibus ſuis: quia & viuus moribus eius verum teſtimonium, & mortuus ſanguini honorem debitum reddidit.

DE FVLVIO.

Idem fecit clari generis, magnæq; dignitatis vir Fuluius, ſed in filio aliquantum tetriore. Nam cum auxilium ſenatus imploraſſet, vt ſuſpectus in parricidio, & ob id latens per triumuirum conquireretur, ac iuſſu patrum C. comprehenſus eſſet, non ſolum eũ non notauit, ſed etiam decedens, dominum omnium eſſe voluit: quem genuerat hæredem inſtituens, non quem fuerat expertus.

DE QVODAM PATRE IGNOTO.

Magnorum virorum clementibus actis ignoti patris nouæ atq; inuſitatæ rationis conſilium adiiciam: qui cum a filio necti ſibi inſidias comperiſſet, nec

ſupplicium ſtatim ira percitus cucurrit, ſed conſulto ſenatu filio dicendæ cauſæ poteſtatem fecit, qui purgatis, quæ ſibi obiiciebantur, & cognita diligentiſſime cauſa tanquam innocens abſolutus eſt, nam hunc Cicero. defendit, cuius adhuc extat oratio.

Ad cen. defun. iol honores, & magiſtratus habuerat, ut ad cenſuram uenire potuerit. Inſpecta cauſa. conſiderata, examinata cauſa. Quod ſi impetu. Laudat huius patris maturitatem, qui noluerit temere in filiũ animaduertere, ſed cauſam prius diligenter cognoſcere, nam ſi nimia ira percitus filium occidiſſet, ſcelus potius commiſiſſet, q̃ ſuam iniuriã uindicaſſet.

ASCENSIVS.

LVCIVS Gel. defun. ideſt per ordinem functus, omnibus honoribus, id eſt magiſtratibus, ad quos per gradus aſcẽdebatur, uſq; ad cenſuram, ita ut nihil ei reſtaret expetendum præter cenſuram, cum haberet crimina grauiſſima, id eſt criminationes grauiſſimorum ſcelerum de filio, uidelicet ſtuprũ commiſſum in nouercam, & parricidium cogitatum, id eſt animo conceptum, ut liberius, patre occiſo, nouerca abuteretur, haberet dico ea crimina propemodum, id eſt quaſi exploratа, id eſt comperta, non tamen procurrit cõtinuo ad uindictam, ſed pene uniuerſo ſenatu adhibito in cõſilium, & ſupple ſuſpitionibus, ſcilicet de ſcelere filii expoſitis, fecit adoleſcenti, ſcilicet filio poteſtatem defendendi ſe, & ea diligentiſſime inſpecta, abſoluit eum, ſcilicet ab omni ſuſpitione, & punitione, tanquam innocentem, tum, id eſt ſimul ſententia, ideſt iudicio conſilii, ſcilicet adhibiti hoc eſt fere uniuerſi ſenatus, tum etiam ſententia ſua, id eſt proprio iudicio. Quam ſi ipſe Lu. abſtractus, ſcilicet ab uſu rationis impetu iræ feſtinaſſet ſæuire, ſcilicet in filium, ipſe admiſiſſet magis ſcelus, quia innocentem ob ſuſpitionem licet uehementem occidiſſet, quam uendicaſſet, quia nullum erat.

OLIVERIVS.

Hortenſii patientia contra filium.

QVINTI autem Hortenſii. De hoc diximus in capitu. de his, qui a patribus degenerauerunt, cum filium & impietatis nomine ſuſpectum, quippe qui de patris nece cogitaſſe diceretur, & nequitia perditum haberet, ut illum merito inuiſum odio proſequeretur adeo, ut eum Meſſala ſororis filius ambitus, reus factus eſſet, illum defendens Hortenſius diceret, ſi illum damnaſſent iudices, non habiturum præter oſculum nepotum, in quibus conquieſceret. quibus uerbis innuebat, ſe non alium filium habere præter Meſſalam, quem hæredem ſuum forte iam animo conſtituerat, hac tamen in filium moderatione uſus eſt, ut moriens ei bona reliquerit. Reum. Meſſalam. Tormentis. moleſtiis, & ſolicitudinibus, cum nullam filii faceret mentionem in conſolatione, in his quę ſibi moleſta erant, eum reponebat. Quam in uo. Quia nullam de filio habiturus eſſet uoluptatem, propter eius turpiſſimam uitam. Naturæ ordinẽ confunderet. Exhęre. filium, & ſubſtituendo nepotes hæredes.

ASCENSIVS.

QVINTI &c. Ordo eſt. Autem, id eſt ſed patientia Quin. Hor. qui fuit ſuis temporibus ornamentum eloquentiæ Romanæ extitit admirabilis in filio. Cum enim ipſe Hor. haberet impietatem eius, ſcilicet filii ſui ſuſpectam, & nequitiam id eſt libidinem eius inuiſam couſq;, ut habiturus Meſſalam filium ſororis ſuæ hæredem, defendens, id eſt Meſſalam, reum ambitus, id eſt petiti magiſtratus per largitionem, aut alias malas artes crimine, diceret iudicibus, ſi ſcilicet iudices damnaſſent illum, ſcilicet Meſſalam, niſi ſuperfuturum, ſcilicet eſſe, id eſt reliquum fore ſibi præter oſculum nepotem, id eſt liberorum filii, in quibus acquieſceret, id eſt animum contentum haberet, ſcilicet reponens, ideſt colloquens hac ſententia, q̃ etiã inſeruit orationi æditæ, ſcilicet a ſe filium potius in tormento, id eſt cruciatu animi, quam in uoluptatibus. tamẽ ne confunderet ordinem naturæ, quo filii patribus ſuccedũt, non reliquit nepotes ſup. hæredes ꝓximos, ſed filium hæredem, uſus affectibus ſuis moderate, qa & uiuus reddidit uerũ teſtimonium moribus eius, ideſt filii ſui, teſtatus eos ſibi maxime diſplicere, & mortuus reddidit ſanguini, id eſt ſatu ſuo genito honorem debitum.

OLIVERIVS.

IDEM fecit. Ful. Flaccus primus omnium tranſalpinos Ligures bello domuit. miſſus in auxilium Maſilienſibus aduerſus ſallanios Gallos, qui populabantur fines Maſſilienſium, cum diu, multumq; clauderẽt ſaltus deciates. mox ubi eburiates incognitas tãdem latebras eorum ignibus ſepſit. Fuluius, in plana Bebius deduxit, poſthumius ita exarmauit, ut uix reliquerit ferrum, quo terram colerẽt. hic igitur Fuluius, qui Ligures domuit, Ambeaciam deuicit. Cephaleniã, & Zachinthum ſubegit, filium habuit tãtæ impietatis, atq; nequitiæ, ut cædem ſibi machinari non dubitauerit. quod ubi intellexit Fuluius, ſenatus auxilium implorauit. ſenatus filium comprehendi, & per triumuiros inquiſitioni adhiberi iuſſit. quem in crimine deprehenſum in patris poteſtatem, qui de illo meritas pœnas exigeret, tradi uoluit. pater ea moderatione uſus eſt, ut nõ modo filium non notauerit, ſed illum etiam decedens hæredem reliquerit. Per triumuiri. Triumuiri præerant rebus capitalibus. Tetriore. Crudeliore.

ASCENSIVS.

IDEM fecit Fuluius, ſcilicet Flaccus uir clari generis, & magnæ dignitatis, fecit idem, ideſt conſimile illi, quod Hor. fecerat, ſed fecit ſup. id in filio tetriore, id eſt turpiore, aut diriore aliquanto. nam cum imploraſſet auxilium ſenatus, ut, ſcilicet filius ſuſpectus in parricidio, id eſt ꝙ ipſum Fuluium patrem ſuum occidere pararet, & latens, id eſt occultans ſeſe ob id, conquireretur per triumuirum, cuius erat criminis conuictos in carcerem trahere, & ſupplicium de eis ſumere. ac, ſcilicet filius eſſet comprehenſus, id eſt captus iuſſu patrum conſcriptorum. Fuluius ſupple non ſolum non notauit, ſcilicet infamia filium, ſed etiam decedens, id eſt moriens hoc eſt poſtea cum moreretur, uoluit eſſe dominum omnium, ſcilicet rerum ſuarum, inſtituens hæredem, quem genuerat, id eſt habendo reſpectum, ꝙ eum genuerat, & non quem fuerat expertus, id eſt non habendo reſpectum, ꝙ eum expertus fuerat in ſe parricidium paraſſe.

OLIVERIVS.

Patris clementia erga impiũ filium

MAGNORVM uirorum. poſt illuſtrium uirorum exempla dicit ſe de patre quodam dicturum, cuius nomen propter ignobilitatem ad poſteros non peruenit, qui nimia, & prope incredi

bili manſuetudine, & moderatione in filium uſus fuiſſe uidetur. cum enim ſatis exploratum haberet parare ſibi necis inſidias a filio, nullo modo ſibi perſuadere poterat tantum ſceleris, & impietatis in uerum filium cadere poſſe. Itaq; uxorem in ſecretum adducit, eam ſuppliciter orat, ne ſe tanto tempore celet, quod ſuſpicabatur. aperiat nunc demum, ex ſe filium conceperit, an ex alio ſubdititium habeat, quæ cum iureiurãdo affirmaſſet ex eo uere natum eſſe, tum filium in deſertum locũ adduxit, gladium quē ſecum attulerat nudatum tradidit, iugulum præbuit dicens, non tibi ueneno, non latrone, nõ alia ui ad meã necem opus eſt, en tibi iugulũ aperio, ſi plusq̃ uelles tibi ſupereſſe uideor. quibus uerbis correptus filius uim magnam paternæ pietatis pectore concepit ut qui antea patris mortē quæreret, eius poſtea uitam incredibiliter deſideraret, ab eo excogitati parricidii ueniã peteret, ac precaretur ne ſuus amor in illum uilior eſſe uideretur, ꝙ a pœnitentia ortus eſſet. Ignoti patris. pro ignobilis patris, cuius nomen ignoratur. Inducere animum. ſibi perſuadere. Verum ſanguinem. Filium ex ſuo ſanguine natum. Aſſeueratione. perſeueranti affirmatione. Seductam uxorem. Aliquo modo deceptam uxorem. Subieciſſet, ſi filius ſibi ſubdititius eſſet, quales multæ ſteriles habere conſueuerunt. Non paulatim. ſed magno impetu. Magna admiratio, ꝙ qui parricidiũ cogitabat, tam ſubito animi motu, omnem exuerit crudelitatem. Exupera me. interfice me o pater. Solitudinem ſanguinem meliorem. Oſtendit rem admonitione dignam ut quem non ſanguis, non penates, nõ alimenta a parricidio deterrere potuerant, ſolitudo ſyluę ferrum ſubito reuocarit. Solitudinem dixerim meliorē, hoc eſt loca deſerta, in quē filium deduxerat. Penatibus. domeſticis ædibus.

rat ſecum occultum. i. abſconditum ſub ueſte ac præbuit iugulum feriendum, affirmans, nec opus eſſe ei ueneno, nec latrone, .i. graſſatore, & obſeſſore uiarum, aut malo ſatellite, qui latro quaſi latero a latere dictus eſt. ad peragēdum parricidium. Quo facto. ſ. patris, cogitatio recta .i. iuſta exiſtimatio de pietate patri debita, occupauit. i. inuaſit pectus iuuenis (more ſuo, quem adoleſcentem uocauit etiam iuuenem dicit) non paulatim. i. ſucceſſiue, ſed magno impetu, & cõtinuo gladio abiecto, inquit, tu pater uiue, & ſi es tam obſequens. i. tam ſequens uotum filii, ut patiaris hoc precari filio, .i. filiũ, ut precari paſſiue ſignificet, exupera. ſ. in uita quoq;. i. etiam me. i. uiue diutius, quam ego uicturus ſum, quaſi dicat propter patrimonium ſtruxi tibi inſidias, at nũc uelim te etiã poſt me uicturum, & nunquã id poſſideam. Sed tamen quæſo, ne amor meus erga te ſit eo uilior, ꝙ oritur a pœnitentia. Speciosa deprecatio, qua quilibet, ad Deum per pœnitentiam cõuerſus uti poteſt, unde modeſte exclamat autor ſubticēdo o, ut ſit. O ſolitudinem (uel uidetis, aut iudico, aut quid ſimile ſolitudinem) meliorem ſanguine. i. naturali inclinatione, quia qui prius per naturam, patrem non obſeruauit, nunc propter ea, quę in ſolitudine acciderũt, eum amare incipit, & ſup. o ſyluas pacatiores. i. magis conciliatiuas pacis. penatibus. ſ. paternis, & ferrũ. i. gladium a patre oblatum, blandius. i. efficacius ad conciliandam beneuolentiã, alimentis. ſ. a patre benigne præbitis filio porrigendo iugulum felicius. i. meliorē uitę exitum ſortitum, quam uitæ dare filio per generationē. Commemoratis &c. Paraſceue eſt, ac præfatio ad ſequens caput. Ordo autem patet.

inducere in animum poſſet, vt verum ſanguinem ad hoc ſceleris progreſſum crederet: Seductam vxorem ſuſpicans, ſuppliciter rogauit, ne ſe vlterius celaret, ſiue illum adoleſcentem ſubieciſſet, ſiue ex alio concepiſſet: aſſeueratione deinde eius, & iureiurando ſe nil tale debere ſuſpicari, perſuaſus in locum deſertum filio perducto, gladium, quem ſecum occultum attulerat, tradidit, ac iugulum feriendum præbuit, nec veneno, nec latrone ei ad peragendum parricidium opus eſſe affirmans: quo facto non paulatim, ſed magno impetu recta cogitatio pectus iuuenis occupauit. Continuoq; abiecto gladio, tu vero, inquit, pater viue: & ſi tam obſequens es, vt hoc precari filio permittas, me quoq; exupera. Sed tantum quæſo, ne meus erga te amor eo ſit vilior, quod a pœnitentia oritur: ſolitudinem ſanguine meliorem, pacatioreſq; penatibus ſyluas, & alimentis blandius ferrum, ac mortis oblatæ, q̃ datę vitæ felicius beneficiũ. Commemoratis patribus, qui iniurias filiorum patienter exceperunt, referamus eos, qui mortes æquo animo tolerarunt.

DE PARENTIBVS QVI OBITVM FILIORVM FORTI ANIMO TVLERVNT. CAPVT X.

DE HORATIO PVLVILLO.

HOratius Puluillus, cum in capitolio Ioui Opt. Max. ædem pontifex dedicaret, interq; nuncupationem ſolennium verborum poſtem tenens, mortuum eſſe filium ſuum audiſſet, neq; manum a poſte remouit, ne tanti templi dedicationem interrumperet, neq; vultum a publica religione ad priuatum dolorem reflexit, ne patris magis quam pontificis partes egiſſe videretur.

ASCENSIVS.

FMAGNORVM &c. Subiungit exemplum ignoti patris, quod externorum uice fungi poteſt dicēs. Ego adiiciam clementibus actis. ſ. priuatis in filios (Ex hoc autem autore puto Vallam motum. ut acta potius q̃ actus Apoſtolorum ſe dicere uelle ſcripſerit) conſilium patris ignoti .i. obſcuri aut nullius nominis notæ, atq; pro & inuſitatæ rationis. Qui. ſ. pater cum comperiſſet inſidias necis .i. ſtrui ſibi a filio, nec poſſet inducere in animum. i. & nõ poſſet ſibi perſuadere, ut crederet uerum ſanguinem. i. uere a ſe genitum, pro greſſum ſup. eſſe ad hoc ſceleris. ſ. in patrem ſi uerus eſſet. Ipſe ſuſpicans .ſ. ex adulterio conceptum, rogauit ſuppliciter uxorem ſeductam. i. ſeorſum ab arbitris deductam, hoc eſt in locum ſecretum, ne celaret ſe ulterius, ſiue ſubieciſſet. i. ſubdititium pro uero ſibi ſub oculos ieciſſet, illum adoleſcentem .i. qui tunc adoleſcens erat, cum hoc ſupplicaret. ſiue concepiſſet ſup. eum ex alio deinde ipſe perſuaſus, aſſeueratione. i. affirmatione ueri, & iureiurando eius. ſ. uxoris, ipſum ſup. nil tale debere ſuſpicari, tradidit filio perducto in locum deſertum. i. ſolitudinem. (Eſt autem exemplum ſpectatæ breuitatis, in narrando) gladium, quem attule-

OLIVERIVS.

HORATIVS Pul. Ho. Puluillo & Val. Publicola cõſulibus dedicanda erat in capitolio Iouis ædes, ſortiti ſunt inter ſe, conſulum uter dedicaret. Hor. forte euenit. Valer. ad Velentē bellum profectus ægrius q̃ dignum erat, tulerunt. Vale. neceſſarii dedicationem tam inclyti templi Ho. dari. Id omnibus modis impedire conati, poſtquam alia fruſtra tentata erant, poſtem iam tenenti conſuli, fœdum inter precationem Deum nuncium incutiunt mortuum eius filium eſſe, funeſtamq; familiam, dedicare illud templum non poſſe. num crediderit factũ an tantũ roboris in animo fuerit, nec traditur certũ, nec facilis eſt interpretatio nihil aliud ad eum nuncium a propoſito uerſus dicēs, q̃ ut cadauer efferri iuberet, tenēs poſtē p̄cationem peragit, & dedicat templum. Inter nũ ſo. ue. Verbis nominatim exprimendis. nã ab initio ſuæ deductionis dæmones illi, & humani generis prę uaricatores hanc opinionē induxerant, ut ſe deos facerent. Mortuum eſſe fil. Hanc uocem ab inimicis publicole iactatam ferunt ut Horatium a dedicando tēplo auerterent, quod ægre ferebãt, ſortē obtigiſſe dedicãdi. Dedicationē int. Hoc quoq; ſeruat noſtra religio, ut ſi orationem intermiſeris, non ualet, & præcipue dum formalia dicuntur, ut uerbi gratia, in Baptiſmate ſi dixeris, ego te, extingue candelam illam, & poſtea baptizo, nihil ualet.

Aſcenſius.

DE ÆMILIO PAVLO.

Clarum exemplum, nec minus tamen illuſtre, quod ſequitur, Æmilius Paulus nunc feliciſſimi, nunc miſerrimi patris clariſſima repreſentatio, ex quatuor filiis formæ inſignis, egrægia indolis duos iure adoptionis in Corneliam, Fabiamq; gentem tranſlatos, ſibi ipſe denegauit: duos ei fortnna abſtulit: Quorum alter triumphum patris funere ſuo quartum ante diem præceſſit, alter in triumphali curru conſpectus, poſt diem tertium expirauit. Itaq; qui ad donandos vſq; liberos abundauerat, in orbitate ſubito deſtitutus eſt: quem caſum quo robore animi ſuſtinuerit, oratione, quam de rebus a ſe geſtis apud populum habuit, hanc, adiiciendo clauſulam, nulli ambiguum reliquit. Cum in maximo prouentu felicitatis veſtræ Quirites timerem, nequid mali fortuna molirentur, Iouem Opti. Max. Iunonemq; reginam, & Mineruā peccatus ſum, vt ſi aduerſi quid Populo Romano immineret, totum in meā domum conuerteretur. Quapropter bene habet ſe res: annuendo enim votis meis id egerunt, vt vos potius meū caſum doleatis, q̃ ego veſtrum ingemiſcerem. Vno etiam, nunc domeſtico exemplo adiecto, in alienis luctibus orationi meæ vagari permittam.

DE QVINTO MARTIO REGE.

Quintus Martius Rex, ſuperioris Catonis in cōſulatu collega, filiū ſumptæ pietatis, magnæ ſpei, & quæ non parua calamitatis acceſſio fuit, vnicum amiſit. Cumq; ſe obitu eius ſubrutum, & euerſum videret, ita dolorem altitudine conſilii coercuit, vt a rogo iuuenis protinus curiam peteret: ſenatumq;, quem eo die lege habere oportebat, euocaret: ꝙ niſi fortiter mœrorem ferre ſciſſet, vnius diei lucē inter calamitoſum patrem & ſtrenuū conſulem, neutra in parte ceſſante officio, partiri non potuiſſet.

ASCENSIVS.

HORATIVS Pul. cum ipſe Pontifex dedicaret Ioui Opti. Max. i. ſummo deorum bonorū ſecundū Gentiliū fidē ædem .i. fanū in Capitolio. i. arce Tarpeia, & tenens poſtem. i. partē ligneam ędis, inter nuncupationē. i. prolationem ſolennium uerborum, ad conſecrationē. ſ. pertinentium, & quæ mutare nefas erat, audiſſet filiū ſuū eſſe mortuū, neq; remouit manū a poſte, ne interrūperet dedicationē tanti templi, neq; flexit uultū a publica religione, q̃ exigebat, aut uultū haberet cum grauitate hilarē in re tam feſtiua, ad dolorē priuatū. ſ. de morte filii, ne uideretur egiſſe magis partes .i. munia, aut officia patris, q̃ Pontificis, imo ſolū dixiſſe fertur, cadauer eſto, aut efferatur.

OLIVERIVS.

ÆMILIVS Pau. L. Æmilius Paulus, eius Pauli filius, q apud Cānas cecidit, primo cōſulatu, quē, ut inquit Plini. de ui. illu. poſt tres repulſas adeptus erat, de Liguribus triūphauit. Iterum conſul Perſem Philippi filiū, & Macædoniæ regē apud Samothracas cepit, & uictū fleuit, & ſibi aſſidere iuſſit, ac demū in triūphū duxit. hic igitur cū filiorū prole felix eſſe uideretur, qppe qui egregiæ indolis, eximiæq; uirtutis quatuor haberet, cū duos i alienas familias, per adoptionem tranſtuliſſet, alterum. ſ. in Corneliā, qui Scipio Æmilianus dictus eſt, alterū in Fabiam, reliquorū orbitate paulopoſt uiſus eſt miſer, & infelix. nam intra paucos dies amiſit utrunq;, alterum uidelicet quarto die ante triūphū Macedonicū, alterū tertio poſt triumphū, quorū iacturam tam æquo animo tuliſſe fertur, ut ꝓgreſſus ad populum in concione, fortunæ gratias egerit, deoſq; precatus fuerit, ut ſi quid diri reipub. immineret, ſua eſſet calamitate deciſum. uel ut alii tradunt, hanc precationem fecit, antequā ad bellū proficiſceretur, ꝙ ſi diis Pop. Ro. felicitas nimia eſſe uideretur, q̃ propter aduerſi aliquid inſtaret reipub. ſuæ, id totum in ſe, ſuamq; familiā conuerteret, prior ſibi publica, q̃ priuata charitas fuit. Nunc fe. turba filiorū dicit, quos quatuor habebat. Nunc miſer. Illorum orbitate. quos intra breuiſſimum tempus amiſit. Poſt ter. di. Tertio die poſt triumphū. Hanc adiiciendo clauſulā. Claudēdo orationem ſuam his uerbis, nam clauſula eſt finis orationis. Maximo prouentu. maximo ſucceſſu, nam prouinciam totam Macedoniam conſilio, & armis ſubegerat, regē Perſam ceperat, & in triumphum duxerat. Iouem optimū. Optimū Iouem dicebāt antiqui quia bonorū datorem eſſe uolebant. Annuendo. Cōſentiendo. In alienis luct. In funeribus externis.

ASCENSIVS.

CLARVM exemplum. ſup. eſt quod dictū eſt. nec tamen id quod ſequitur eſt ſup. minus illuſtre, Paulus Æmil. Macedo. ſ. agnominatus, ens ſup. clariſſima. i. euidentiſſima repreſentatio q. d. ſpeculum, nunc. i. uno tēpore patris feliciſſimi, & nunc, id eſt paulopoſt patris miſerrimi, denegauit ipſe .i. ſua ſponte ſibi duos ſup. filios ex quatuor filiis inſignis .i. præſtantis formæ ſup. & indolis egregiæ. i. non uulgaris (quos dum habuit feliciſſimus pater dicebatur) tranſpoſitos iure adoptionis in gentem Corne. & Fabiam, & fortuna, id eſt mors inopinata, abſtulit duos. & ita cum nullū haberet & prius tot, & tam bonos, ac ſpectatos habuerit, infeliciſſimus pater dici meruit. Quorum. ſ. duorum filiorum, quos fortuna abſtulit alter præceſſit funere ſuo. i. pompa funebri ſibi, dū ad rogū, aut ſepulturā efferretur inſtructo, triumphū patris ante quartū diem. i. quarto die antequam pater triumpharet, eleuatus eſt, alter. i. reliquus duorū conſpectus in triūphali curru. ſ. patris expirauit, poſt diem tertium. i. tertio die poſt triūphum patris. Itaq;. i. & ita, ipſe ſup. qui abundauerat. ſ. liberis, uſq; ad donandos liberos, quia duos in alienā familiam per adoptionē dederat, deſtitutus eſt. i. derelictus a filiis ſubito in orbitate. i. priuatione liberorum. Quem caſum. ſ. orbitatis, quo. i. quanto robore. i. uirtute animi ſuſtinuerit reliquit nulli ambiguum, oratione, quā habuit apud populum de rebus geſtis a ſe adiiciendo, hanc clauſulam. i. particulam, aut ſententiam cæteris dictis. o Quirites cum ego timerem in maximo prouentu felicicitatis ueſtrę (hoc autem dicto ſignificat prudentiam ſuam, qui in rebus tam lætis acerbum aliquem timebat caſum. Nam fortuna nulli eſt perpetuo bona, unde laudat Seneca Philippi Macedonum regis prudentiam, qui cum uno die tres lætiſſimos accepiſſet nuncios, Deos præcatus eſt, ut pro tantis bonis modicum inferrent ſupplicii cum itaq; timerem (inquit) ne fortuna moliretur quid mali, præcatus ſum Iouem Optimum Maximū, Iunonemq; reginam, & Mineruam, qui tres in Capitolio colebantur & magni Dii habebantur, ut ſi quid aduerſi imminerent Po. Ro. id ſup. totum conuerteretur in domum meā, non dicit cōuerterent q̃ſi non a Diis illis, ſed aut a fortuna, aut ab hominibus mala inferrentur. Quapropter res ſe bene habet, nam ſup. Dii annuendo uotis meis egerunt id, ut uos doleatis potius caſum meū. i. orbitatis meę q̃ ego ingemiſcerē ueſtrū. ſ. caſum. Ego permittam. i. concedam orationi meæ uagari in luctibus alienis. i. externarum gentium. uno etiam. i. adhuc exemplo domeſtico adiecto. ſ. ſuperioribus ante externa.

Fortun nulli pp luo bon

OLIVERIVS.

QVINTVS Martius Rex. Hic Rex appellabatur, quia ſacrificiorum Rex eſſet, nam poſt exactos Reges, cum quędam publica ſacra per ipſos reges factitata fuiſſent, ne urbi deſyderiū regum eſſet, Regem ſacrificulum creant, ac ſacerdotium Pontifici ſubiecere, ne additus nomini honos aliqd libertati, cuius tūc prima erat cura, officeret, & ne ſacra illa defererentur, q̃ a regibus fieri conſueuerant. & ut regii nominis, quod Romanis fuit ſemper inuiſum leniretur aſperitas, uiſq; pariter minueretur, ſacrificulum, hoc eſt regulum ſacrorum appellarunt. hic ergo uix unicum filium ad ſepulturam comitatus fuerat, cum rediit in ſenatum ad ea peragenda quæ reipub. neceſſaria forent.

Marſius nati obitum fortiter tolerauit

Quod niſi fortiter mœrorem . non potuiſſet, inquit unum diem, & filio & reipub. cōmunicare, niſi dediciſſet, fortiter ferre dolorē. Calamitoſum pa. proſequendo funus filii. Strenuū conſul. Vocando ſenatū in curia. poſſent, & alia multa Romanorum exēpla, qui filiorū mortē fortiter, ſapienterq; tulerunt in mediū proferri, niſi multū uideretur domeſticis exēplis immorari. Nā Fabius Maximus, & Cato nō fuerunt huius laudis expertes, quos Cic. lib. iiii. epſa. laudando commemorat. Cornelia quoq; Gracchorum mater filiorum cædem fœmineo, & impatienti dolore, ſed ſupra q̄ de fœmina credi poſſit, fortiter tuliſſe dicitur.

ASCENSIVS.

QVINTVS Mart. Rex .ſ. dictus q̄ ſacrificulorum rex eſſet, collega Catonis ſuperioris .i. maioris in conſulatu, amiſit filiū ſummę pietatis .ſ. in patrē magnæ ſpei .ſ. future uirtutis, & quæ acceſſio fuit .i. & q̄ res fuit additio, & augmentatio calamitatis non parua, immo magna, amiſit filiū unicū (unde etiā grauē luctū ſcriptura ſancta ſignificare uolens lugentis unicū ꝓponit) cūq; .i. & cū uideret ſe ſubrutum, & euerſum, & quodāmodo uictū dolore, obitu .i. ꝓpter obitū eius, coercuit dolorē altitudine cōſilia, ita ut peteret curiam protinus a rogo iuuenis .i. quo filii cadauer urendum curauerat, & euocaret .i. e domibus priuatis expreſſa uoce l curiā uocaret, ſenatum, quē oportebat habere eo die lege .i. per legē, aut ex lege. Qui niſi ſciſſet ferre .i. paſſi merorē fortiter, nō potuiſſet partiri, id eſt diuidere, aut diſtinguere lucē unius diei inter patrē calamitoſo ſum .i. diem, quo funus filii peregerat, & cōſulem ſtrenuum .i. diem, quo conſulis partes exequeretur officio ceſſante in neutra parte licet utrunq; nō feciſſet uno die.

EXTERNA.

DE PERICLE PRINCIPE ATHENIENSIVM. *lib. 4. de abst. et continentia pag. 100*

Princeps Athenienſiū Pericles intra quatriduū duobus mirificis adoleſcentibus filiis ſpoliatus, his ipſis diebus, & vultu priſtinum habitum retinente, & oratione nulla ex parte infractiore concionatus eſt, Ille vero caput quoq; ſolito more coronatum gerere ſuſtinuit, vt nihil ex vetere ritu propter domeſticum vulnus detraheret: non ſine cauſa igitur tāti roboris animus ad Olympii Iouis cognomē aſcēdit.

DE XENOPHONTE.

Xenophon autem, quod ad Socraticam diſciplinam attinet, proximus a Platone felicis, ac beatæ facundiæ gradus, cum ſolenne ſacrificium peragerer, e duobus filiis maiorem natu nomine Gryllū, apud Mantineam in prælio cecidiſſe cognouit: nec ideo inſtitutum deorum cultum omittēdum putauit, ſed tantummodo coronam deponere contentus fuit quā ipſam, percunctatus quonā modo occidiſſet, vt audiuit fortiſſime pugnantem interiiſſe, capiti repoſuit: numina quibus ſacrificabat teſtatus, maiorem ſe ex virtute filii voluptatem, q̄ ex morte amaritudinem ſentire. Alius remouiſſet hoſtiam, abieciſſet altaria, lachrymis reſperſa thura diſieciſſet: Xenophontis cor pia religione immobile ſtetit, & animos in conſilio prudentiæ ſtabilis manſit, ac dolori ſuccumbere ipſa clade, quæ nuntiata erat, triſtius duxit.

OLIVERIVS.

PRINCEPS Athenienſium Pericles. coronatus incedebat, & Iupiter Olympius appellabatur, tantū licentiæ habuit uir ille, tantū apud populū gratiæ. nec mirū, nam Lacedæmonii agrorū populationibus fracti, quas Periclis, & Sophoclis ductu paſſi fuerant, in annos .xxx. pacem pepigerunt, rupto deinde intra .xxv. annos fœdere cum contemptu deorum, hominumq; fines atticos populantur, & ne prædam potiuſquā pugnā expetiſſe uiderentur hoſtes ad prælium prouocant. ſed Athenienſes conſilio Periclis ducis ſapientiſſimi, populationis iniuriam differunt in tempus ultionis, ſuperuacuāq; pugnā exiſtimantes, cum uici ſci hoſtem ſine periculo poſſent. deinde interiectis diebus naues conſcendunt, & nihil ſentientibus Lacedæmoniis, totam Spartam depredantur, multoq; plura auferunt, q̄ amiſerant, prorſus ut in cōparatione damnorum longe plus fuerit ultio, q̄ iniuria. clara quidem hæc Periclis expeditio habita, ſed multo clarior priuatio patrimonii, qua contentus fuit. huius enim agros in populatione intactos reliquerant hoſtes, ſperantes ſe illi acquirere poſſe, aut periculum ex inuidia, aut proditionis ſuſpitione infamiā. quod ante proſpiciens Pericles, & futurum populo prædixerat, & ad inuidiæ impetum declinandum, agros ipſos dono reipu. dederat, atq; ita unde periculum quæſitū fuerat, ibi maximam gloriam inuenit. non minorem uero ex iactura filiorum duorum, quos diebus quatuor amiſit, quorū deſyderiū tam fortiter tulit, ut coronatus more ſolito ad populum conſtanti uoce concionatus fuerit. Olympi. Iouis cognomen. Nam uirtute ſua meruit appellari Iupiter Olympius, res enim maximas geſſit, & humanos caſus uirtute inferiores duxit.

Periclis fortitudo in tolleranda filiorū morte

ASCENSIVS.

PRINCEPS &c. Primum eſt externorum exemplum. Ordo autem eſt. Pericles princeps Athe. ſpoliatus .i. orbatus intra quatriduū .i. ſpaciū quatuor dierū. (Signēt hanc locutionē imperiti Latini ſermonis, qui cū debeant dicere intra duos menſes, infra duos menſes dicūt) duobus filiis, adoleſcentibus mirificis .i. mira facientibus, aut ut uero ſimile erat mira facturis, aut mira naturæ induſtria, & dei dono factis (nā in ficus tam actionem quā paſſionem important) concionatus eſt .i. ſermonē habuit ad populum his ipſis diebus .i. quibus ille ſpoliabatur, & .i. ſimul, uultu retinente ſuum habitum .i. diſpoſitionem priſtinam, & oratione nulla .i. non ulla non infractiore .i. debilius prolata ulla ex parte. Vero pro ſed ille .ſ. talia paſſus, unde emphaſim habet uox, ille ſuſtinuit .i. paſſus fuit gerere caput coronatū more ſolito, ita ſup. ut nihil detraheret .i. diminueret ex ueteri ritu .ſ. publico, propter uulnus domeſticū. Igitur qa tam uiriliter humanos caſus ſuperauit, animus ſup. eius tanti roboris .i. ſoliditatis l uirtute aſcēdit, non ſine cauſa .i. merito ad cognomē Iouis Olympii, ita ut Iupiter Olympius uulgo diceretur.

OLIVERIVS.

XENOPHONTIS autē Xenophon Philoſophus, & dux inſignis fuit Grylli Athenienſis filius, homo uerecūdus, & ſpecioſus ſupra q̄ dici poſſit, moratuſq;, & probus atq; oībus gratus, Socratis diſcipulus, & Plato, ęmulus, teſte Gel. qui lib. viii. ca. iii. dicit, q̄ Xenophon, & Plato Socraticę amenitatis lumina certari, æmulariq; inter ſe exiſtimati ſunt. hic primus omnium philoſophorum ſcripſit hiſtoriam. fuit enim ut diximus dux ſtrenuus, ex ultimis Babiloniæ finibus exercitum reduxit incolumen aſperis, & difficillimis itineribus per infeſtiſſimas gentes, & barbaras. huic igitur ſacrificanti cum nunciatum eſſet, alterum ex filiis maiorem natu in acie cecidiſſe, nihil motus, ſacrificare perſeuerauerit, coronam tantum depoſuit, quam cognito mortis genere, q̄ ſcilicet fortiter pugnando filius occubuiſſet, capiti repoſuit, plus ex uirtute filii delectationis, q̄ ex morte doloris concepiſſe ſignificās.

Xenophontis cōſtātia in morte filii

Proximos a Platone, ſecundus a Platone, cōſtat, enim in Socratica diſciplina primum laudis locum obtinuiſſe Platonem, ſecundum uero Xenophontem, Plato eloquentia ſuperior, Xenophon grauitate melior, qui & ipſe multa ſermonis ſuauitate polluit, tanta inter ſe æmulatione certarunt, ut cum uterque multa ſcripſerit, neuter tamen alterius mentionem faciat in operibus ſuis, præceptorem tantum in Dialogis diſputantem introducunt. Apud Mantineam. Nota eſt hiſtoria quomodo auxiliantibus Athenienſi. Thebani duce Epaminūda bellum indixere Lacedemoniis, & apud leutras, & Mantineam in capi. de fortitudine diximus feliciter pugnatum eſt, attamen uictoria apud Mantineam parta non omnino fuit incrementa, multi ex uictoribus cecidere, inter quos dux ipſe Epaminundas, & Xenophontis filius, de quo nunc diximus.

Aſcenſius

ASCENSIVS.

XENOPHON autem. facundiæ felicis, ac beatæ, Proximus.i.ſecundus a Platone, id eſt poſt Platone primæ facundiæ, quod.i.quantum, aut quæ res attinet ad diſciplinam Socraticam, cuius præcipuus imitator Plat. proximus Xenophon, cum peregeret, ſcilicet Athenis ſacrificium ſolenne cognouit e duobus filiis maiorem natu, id eſt ſeniorem cecidiſſe, id eſt mortem oppetiiſſe in p̄lio.i. in conflictu apud Mantineam cum Thebanis aduerſus Lacedæmonios. nec putauit ideo .i. propter mortem filii, cultum deorum inſtitutum, id eſt inceptum, omittendum ſup. eſſe. Sed fuit contentus deponere tantummodo coronam, qua coronatus ſacra obibat, quam .ſ. coronam, ipſe percunctatus .i. poſtquam interrogauerat, quonam modo occidiſſet, ut .i. poſtquã audiuit ſup. filium interiiſſe pugnantem fortiſſime, repoſuit capiti .i. in caput ſuum, teſtatus .i. in teſtimonium ueritatis aduocans numina, quibus ſacrificabat ſentire maiorem uoluptatem, ſcilicet honeſtam animi, ex uirtute.i. fortitudine filii, qui ita ceciderat, q̃ amaritudinem.ſ. doloris ex morte ſcilicet eius. Alius, ſcilicet mortem filii cognoſcens remouiſſent hoſtiam ſcilicet Diis offerendam, abieciſſet altaria, id eſt ornatum eorum, deleeiſſet thura reſperſa lachrymis. Cor Xenophontis ſtetit immobile; ſcilicet non motum ſup. a pia religione, & animus ſup. eius manſit ſtabilis in conſilio prudentiæ, ac duxit, id eſt iudicauit triſtius ſup. eſſe, id eſt peius & magis dolendum ſuccumbere dolori, id eſt uinci a dolore, ipſa clade, id eſt q̃ eſſet ipſa clades, ſcilicet filii, quæ erat nunciata.

THEOPHILVS.

FELICIS, ac beatæ facundiæ. Vetuſta exemplaria ſtatim habent gradus. ut ſit proximus, felicis, ac beatæ facundiæ gradus.

OLIVERIVS.

NEC Anaxagoras. Hic Clazomenius fuit Egeſibulo patre natus, Anaximenis auditor, philoſophus ſuo tempore inclytus, nam gloria, opibus, & animo clariſſimus, qui patrimoniũ omne ſuis ſponte conceſſit, & ſe ad rerum naturam ſpeculandam conferens, rem omnem priuatam & publicam neglexerat, eratq; .xx. anno. a tranſitu Xerxis, uixitq; .lxxii. hic cuidam dicenti, q̊ non patriæ ſibi cura eſſet, immo inquit ſumma mihi patriæ cura eſt, & digitum extendebat in cælum, ut illam ueram patriam eſſe oſtenderet. item alteri filii mortem nunciãti reſpondit, ſciebam illum ex me natum eſſe mortalem. pari ratione Cicero in quæſtionibus Tuſculanis hunc dicit cuidã interroganti, an uellet ante obitum in patriam reportari, reſpondiſſe id non eſſe neceſſe, q̊ undiq; ad inferos tantundem uiæ eſſet. accuſatus q̊ ſolem candentem laminam eſſe diceret, quaſi falſos deos colerent, ab Athenienſibus in carcere ueneno necatus eſt.

Supprimendus. tacendus.

Has uoces laudat hanc animi conſtantiam, & fortitudinẽ cum in aliis, tum in Philoſophis cognitam, qui optimis præceptis imbuti ſapienter omnes caſus ferebant, ſapientius reſpondebat de filiorum morte quæſiti, quia intelligerent a natura uitæ ſimul, & interitus legem eſſe datam.

Anax- gorę f- titudo obitu u-

DE ANAXAGORA.

Ne Anaxagoras quidem ſupprimendus eſt. Audita namq; morte filii, nihil inquit, mihi inexpectatum, aut nouum nuntias: Ego enim illum ex me natũ ſciebam eſſe mortalẽ. has voces vtiliſſimis præceptis imbuta virtus mittit: quas, ſiquis efficaciter auribus perceperit, non ignorabit, ita liberos procreandos, vt meminerit his a rerum natura, & accipiendi ſpiritus, & reddendi eodem momento temporis legem dici: atq; ut mori neminem ſolere, qui non vixerit: ita nec viuere aliquem quidem poſſe, qui non ſit moriturus.

ASCENSIVS.

NEC quidem Anaxagoras eſt ſupprimendus.i. ſuppreſſa uoce, aut ſtylo tacendus, aut prætereundus, nanq; audita morte filii inquit.ſ. ei, qui nunciabat, tu nihil.i. non aliquid, non nuncias mihi aliquid inexpectatum, id eſt quod non expectaram prius, aut nouum. Enim pro quia, ego ſciebam illum .ſ. filium natum ex me ſcilicet uiro mortali, eſſe mortalem. Virtus, ſcilicet naturalis (nam eius naturam ſupra docuit optimam magiſtram) imbuta.i. a teneris annis inſtituta, & quaſi inſtincta, utiliſſimis præceptis mittit.i. emittit huiuſmodi uoces.i. quales ui ri prudentes iam dicti emiſerunt, quas.ſ. uoces ſiquis perceperit auribus efficaciter, id eſt cum efficacia non ignorabit liberos eſſe procreandos, ita ut meminerit legem, & id eſt ſimul accipiendi ſpiritus.ſ. uitalis, & reddendi dici. iis.ſ. liberis eodem momento temporis a natura rerum .ſ. parente, quia eodem momento, quo uiuere incipiunt, deſinere uiuere poſſent. Atq; meminerit, ut id eſt quemadmodum neminem ſolere mori, qui nõ uixerit, ita nec quidem, id eſt non etiam aliquem poſſe uiuere, qui non ſit moriturus. Quod & ſcriptura ſancta confirmat. Nam ſtatutum eſt omnibus ſemel mori.

Libri Quinti Finis.

OLIVERIVS.

VNDE &c. Liber Sextus, cuius capitulum primum eſt de Pudicitia quam laudando facit auditores attentos. Ordo autem eſt, o Pudicitia unde inuocem &c. Firmamētum. quia Pudicitia confirmat decus uirorum, & fœminarum Priſca religione. quia ab Aſcanio morem ſeruandi ignis æterni acceperc Rom. nam Veſtales perpetuam uirginitatem ſeruabant. Tu capitoline, id eſt matrimonium ſeruas incolumen, nam Iuno dicebatur præeſſe coniugiis. Virgi. Iunoni ante omnes cui uincla iugalia curæ. rurſus, & pronuba Iuno. To palatii columen. Hic aperta nimis utitur adulatione, cum Iuliam dicat fuiſſe pudicam, quam impudiciſſimam fuiſſe conſtat adeo ut cum ſimiles patri filios procrearet, omneſq; admirarentur, quærentibus ex ea multis quid ita filios patri ſimiles produceret, cū ſe multis ſubiiceret, reſpondere ſolitam dicunt, nauis ſuam, niſi plena uectorem non admitto. de hac Iuue. Cum tot abortiuis fœcundam Iulia uuluam Solueret, & patruo ſimiles effunderet offas. fuit autem Iulia Auguſti Cæſa. filia, & uxor Tib. Auguſtos. Cæſarianos. Tui numinis reſpe. flos, re uera ita eſt. nam ſi duo iuuenes æqualis formæ fuerint, quorum alter pudicus, alter impudicus extiterit, pudicus ille pulchritudinis florem diutius ſeruabit, impudicus uero primo quoq; tempore denigreſcet, quia libido corpus eneruat, & defectum reddit, atq; deforme. Matronalis ſtola matris familias ueſtis, nam matrona dicitur principis, & ſenatorii hominis uxor, non autem plebeia. Stola. Veſtis quæ conuenit fœminis, ſicut toga uiris. Igitur quandoquidem es adeo præcioſa.

ASCENSIVS.

VNDE &c. In huius ſexti prohœmio de Pudicitia locuturus eam more ſuo extollit dicens cum admiratione o Pudicitia præcipuum firmamentum, id eſt corroboramentum ad fugam uitiorum, & complexum uirtutum pariter uirorum, ac fœminarum, unde, id eſt e quo ſacello, inuocem, id eſt inuocare debeam te? quaſi dicat, neſcio. Enim pro quia, tu incolis focos Veſtæ ſcilicet deæ conſecratos religione priſca, id eſt prioris ſeculi. q. d. antiquiſſima, & tu incubas puluinaribus, id eſt lectiſterniis Iunonis capitolinæ, & tu celebras columen palatii, uidelicet penates auguſtos, id eſt auguſto conſecratos, utpote imperato. Rom. & ſanctiſſimum torum genialem, id eſt quo liberis generandis opera datur Iuliæ ſcilicet uxoris Tiber. cuius turpitudinem adulatione tegere parat, aut certe eum de ea uirtute, quam non habet, laudat, tacite ut eam acquirat admonet. Ingenuus enim uultus rubore perfunditur, dum immeritas audit de ſe laudes, celebras dicit aſſidua ſtatione, bene ſtatione, quaſi illic non portum, aut perpetuam ſedem, ſed ſtationem duntaxat habere noſcatur. Inſignia puerilis ætatis ſunt munita tuo præſidio, & flos iuuentæ, id eſt iuuenilis ætatis permanet ſyncerus, id eſt integer & inuiolatus reſpectu tui numinis. Stola matronalis cenſetur, ſcilicet digna. quæ pudicis tribuatur, te cuſtode, id eſt cuſtodiente. Igitur ades, id eſt adſis, hoc eſt aduenias huc o Pudicitia, & cognoſce, ſcilicet per ſequentia exempla ſup. ea quæ tu uoluiſti fieri. quæ, id eſt tuo præſidio, aut numine, & iuſſu facta ſunt.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

De Pudicitia Valerius uerba facturus, diuinum eius inuocat numen, ſimulq; & q̄ late pateat, & quantopere uirginibus, cōiugatis, pueris, iuuenibus, ac denique matronis neceſſarium ſit, oſtendit, Atque. Huc ades o Pudicitia, quæ uirgineum Veſtæ templum inhabitas. Quæ in capitolio ſacram Iunonis ædem incolis. Quæ caſtiſſimum Iuliæ torum in auguſtis penatibus frequentas. Quæ iuuentæ florem incorruptum ſeruas. Quæ matronis ſtolam, caſtitatis ſignum, tribuis. Huc ades inquam, & tua exempla contemplare.

VALERII MAXIMI LIBER SEXTVS

DE PVDICITIA.

CAPVT I.

VNDE TE virorum pariter, ac fœminarum præcipuum firmamentum Pudicitia inuocem: tu enim priſca religione conſecratos focos Veſtæ incolis: Tu capitolinæ Iunonis puluinaribus incubas: Tu palatii columen auguſtos penates, ſanctiſſimumq; Iuliæ genialem torum aſſidua ſtatione celebras. Tuo præſidio puerilis ætatis inſignia munita, ſunt. Tui numinis reſpectus ſyncerus iuuentæ flos permanet. Te cuſtode matronalis ſtola cenſetur. Ades igitur, & cognoſce, quæ fieri ipſa voluiſti.

DE LVCRETIA.

Dux Romane pudicitiæ Lucretia, cuius virilis animus, maligno errore fortunæ, muliebre corpus ſortitus eſt. A Sex. Tarquinii regis ſuperbi filio per vim ſtuprum pati coacta, cum grauiſſimis verbis iniuriam ſuam in concilio neceſſariorum deplorafſet, ferro ſe, quod veſte tectū attulerat, interemit. Cauſamq; tam animoſo interitu, imperium conſulare, pro regio permutandi Populo Romano præbuit: atq; hanc illatam iniuriam non tulit.

OLIVERIVS.

DVX Romanæ. Orta in caſtris inter potentes adoleſcentes contentione quadam de uxorum Pudicitia, cum ſuam quiſq; laudaret, Collatinus, qui cum his erat, non uerbis opus eſſe dixit, id breui ſciri poſſe, qualis unaquæq; foret, ſi ſumptis equis inuiſerent eas, id demum ſpectatiſſimum unicuique fore, quod inopinato uiri aduentu occurrit. probato cōſilio, citatis equis, omnes aduolant Romam, inde Collatiam, ubi Lucretiam haud quanquam ut regias nurus, quas in conuiuio, luxuque cum æqualibus uiderant tempus terentes, ſed deditam lanæ inter lugubrantes ancillas in medio ædium ſedentem inueniunt. muliebris certaminis laus, penes Lucretiam fuit. Inuitatus comitibus omnibus a marito, Sextum Tarqui. mala libido Lucretiæ ſtuprandæ capit, tum forma, tum ſpectata caſtitas incitat. paucis diebus interiectis poſtquam redierunt in caſtra, Sextus Tarqui. inſcio Collatino, cum comite uno Collatiam uenit: ubi exceptus benigne ab ignaris conſilii, cum poſt cœnam in hoſpitale cubiculum ductus eſſet, amore ardens, poſtquam ſatis tuta circa ſe, ſopitiq; omnes uidebantur, ſtricto gladio ad dormientem Lucretiam uenit. ſiniſtraq; manu mulieris pectore oppreſſo tace Lucretia inquit, Sextus Tarquin. ſum, ferrum in manu eſt morieris, ſi emiſeris uocem. cum pauida e ſomno mulier prope mortem imminentem uideret, tū Tarqui. fateri amorem, orare, miſcere precibus minas, uerſare in omnes partes muliebrem animum. ubi obſtinatam uidebat, & ne mortis quidem metu inclinari, addidit ad metum dedecus cum mortua iugulatum ſeruum nudum poſiturum ait, ut in ſordido adulterio necata dicatur. quo terrore cum uiciſſet obſtinatam Pudicitiam, uelut uictrix libido, profectuſq; inde Tarqui. ferox, expugnato decore muliebri, Lucretia mœſta tanto malo, accitis quamprimum patre, uiroq;, qui cum ſingulis amicis ueniunt in cubiculo ſedens lachrymabunda, quærenti uiro,

Lucretię Pudicitia

uiro, ſatin ſaluæ res eſſent, minime, inquit, quid enim ſalui mulieri eſſe poteſt amiſſa pudicitia? ueſtigia uiri alieni Collatine in lecto ſunt tuo. cæterum corpus eſt tantum uiolatum, animus inſons, mors teſtis, ſed date dexteras, fidemq; haud impune adultero fore. Sextus eſt Tarquinius, qui hoſtis pro hoſpite. priori nocte armatus, mihi, ſibiq;, ſi uos uiri eſtis, peſtiferum hinc abſtulit gaudium. dant ordine omnes fidem, conſolantur ægram animi, auertendo noxam a coacta in autorem delicti, mentem peccare, non corpus, & unde conſilium abfuerit, culpam abeſſe. uos, inquit uideritis, quid illi debeatur, ego me, etſi peccato abſoluo, ſupplicio non libero, nec ulla deinde impudica Lucretiæ exemplo uiuet, cultrum, quē ſub ueſte abditū habebat, in corde figit, prolapſaq; in uulnus moribunda cecidit. Diony. In hac hiſtoria multum diſſentit a Liuio. non enim contentionem de uxoribus inter potentes in caſtris adoleſcentes ortam, nec Sextum Tarqui. ad id ipſum ſtuprandæ Lucretiæ gratia Collatiam ueniſſe, ueluti furioſa quadam libidine agitatum, ut tradit Liuius, ſed a patre collatiam miſſum ad quædam illic regia negocia peragēda, hoſpitio deinde a Lucretia benigne ſuſceptum, quippe regis filium, & uiri cognatum, erat autem ex gente Tarquinia Collatinus, ingreſſum nocte cubiculū extorſiſſe ab obſtinata Lucretia ſtupri neceſſitatem. quæ ne infamis moreretur, corpus eius libidini ſubiecit. orta deinde luce, cum ille abiiſſet Lucretiam dicit ſumpto uehiculo Romam ad patrem properaſſe, & ad eius genua prouolutam, ſuppliciter rogaſſe, ut quoſcunq; poſſet amicos, & cognatos quamprimum euocaret, quibus accitis, rem omnem expoſuiſſe ſibi deinde mortem intuliſſe. quo facto Valerium in caſtra miſſum nuncium ad Collatinum, qui re audita cum Iunio Bruto Romam ueniſſe, & de eiiciendis regibus conſilium iniiſſe dicitur. Errore fortunę. uidetur erraſſe fortuna, quæ tam uirilem animum fœmineo corpore incluſerit, ac ſi diceret, ſi ei forte uirile corpus contigiſſet, multo maiora facturafuiſſet. In concilio neceſſariorum, uiri Collatini patris Tricipitini, Publii Vale. & Iunii Bruti. Cauſam permutandi imperium. Quia propter huius ſtuprum exacti ſunt reges, annui magiſtratus, & conſulare imperium factum, mutatuſq; eſt rei pub. ſtatus. De Lucretia beatus Augu. ſi adultera, cur laudatur, ſi pudica, cur occiditur?

ASCENSIVS.

¶ DVX Romanæ pudicitiæ Lucretia, aut quia prima, cuius pudicitia explorata, cum ante conſules fuerit, aut quia præcipua (diuus tamen Augu. de ciuitate dei conuincit eam non uere fuiſſe pudicam, quia pluris famam, q̃ pudicitiam fecit. potuit enim pudica interfici, licet id uulgus ignoret, at Deus, & conſcientia ſciat, ꝙ ſatis ſit. ideoq; merito illi Suſannam præfert in pudicitiæ conſeruatione. Quinetiam docet non prudenter, nec laudabiliter ſeipſam intereniſſe, nam ſi ſe interemit, ꝙ ſe adulteram ſenſit, eo ꝙ animum quoq; corruptum habebat, immerito laudatur ut pudica, ſin pudica manſerit, cur occiditur? adde ꝙ etiam ſi impudica, & ſua culpa adultera facta eſſet, non tamen ſe occidere decenter poterat, ſed aliter gentibus perſuaſum) Cuius, ſcilicet Lucretiæ animus uirilis, ſortitus eſt maligno errore fortunæ corpus muliebre, quia cum uiriliter egerit, uirile corpus habere meruerit, coacta pati ſtuprum pertum, quod tamen morte uitare potuit. A ſexto (Sunt qui Aruntem dicant) filio Tarquinii regis. ſ. Romanorum Superbi, ſcilicet nomine, & re, cum, id eſt poſtquam deploraſſet grauiſſimis uerbis iniuriam ſuam .i. ſibi illatam (unde paſſiue accipitur, quaſi pro ſui.) Coram concilio. i. cetu neceſſariorum, ut Collatino, & Bruto, &c. interemit ferro, quod attulerat tectum ueſte, hoc autem eſt principale uerbum cui omnia ſupponuntur, ut ſit Lucretia. Dux &c. Coacta &c. Cū deploraſſet &c. Interemit &c. & præbuit tam animoſo interitu Po. Ro. cauſam permutandi. i. mutando accipiendi imperium conſulare pro regio. ſ. imperio, atq; ſ. Po. Ro. non tulit hanc iniuriam illatam.

DE VIRGINIO VIRO PLEBEIO.

Virginius Plebeii generis, ſed patricii vir ſpiritus, ne probro contaminaretur domus ſua, proprio ſanguini non pepercit. Nam cum Appius Claudius decemuir, filiæ eius uirgini ſtuprum, poteſtatiſq; viribus fretus, pertinacius expeteret, deductam in forum puellam occidit: pudicæq; interemptor, q̃ corruptæ pater eſſe maluit.

OLIVERIVS.

¶ VIRGINIVS Plebeii. Fuit poſt aliquot annos par in urbe nefas a libidine eorum, haud minus fœdo euentu, q̃ quod per ſtuprum, cędemq; Lucretiæ, urbe, regnoq; Tarquinios expulerat. cum enim a conſulibus ad decemuiros tranſlatum eſſet imperium, ex decemuiris unum Appium Claudium plebeię uirginis ſtuprandæ libido, uelut rabies quædam inceſſit. hæc Lucii cuiuſdam Virginii filia, & Licinio Tribunitio uiro deſponſata erat, quam Appius amore inſaniēs, precio, ac prece, ſpeq; pellicere adortus, poſtquam omnia pudore ſepta inuenit, ad crudelē, ſuperbamq; uim animum conuertit. Marco Claudio clienti negocium dedit, ut uirginem in ſeruitutem aſſereret, neq; cederet ſecundum libertatem poſcentibus uindicias. hic ergo uirgini in forum ad literarum ludum uenienti manum iniecit, ſuam ſeruam, e ſerua natam appellans, concurſu amicorum ad clamorem nutricis Quiritium fidem implorantis facto, liberatur, in ius tamen rapitur, ad Appiiq; tribunal perducitur, qui ex eo compoſito puellam Marco Claudio poſcenti, & ſeruam aſſerenti ſuā adiudicauit. interea Publius Numicorius puellæ auus, & ſponſus Licinius interueniūt, puellam a ui, magis q̃ a iudicio tuentur. Iamq; graui ſeditione orta, certamen inſtare uidebatur. tū Appius libertatis uindicias, iudiciumq; puellę in ſequentē diem, datis ſponſoribus pronunciat. Interea pater perpropere accitur e caſtris, q audito filiæ periculo, acceptoq; cōmeatu ad urbē properat, filiæ ad tēpus adeſt. nam cum Appius ſequenti die in tribunal aſcendiſſet, puellæq; uindicias ſecundū ſeruitutē decreuiſſet, tanta quidē uis amentiæ ueri, q̃ amoris eius mentem peruerterat. Tum Virginius in Appiū manus intentas Licinio, inquit Appi, non tibi filiā deſpondi, & ad nuptias, non explendā tui corporis libidinē educaui, ſi placet tibi pecudum, ferarūq; ritu promiſcue in cōcubitus ruere nō paſſuros hoc ciues Romanos ſpero. cūq; iam ui ageretur in puellā, iamq; x. uiri potentiæ reſiſti nō poſſent, Virginius ubi nihil uſquā uidit auxilii pœnitentiā ſimulans q̃ſo, inquit Appi, primū ignoſce patrio dolori, ſiquidem inclemētius in te ſum inuectus, deinde ſinas hic corā uirgine nutricē percūctari, quid hoc rei ſit, ut ſi falſo dictus pater ſum ęquiore hinc animo diſcedā. data uenia, ſeducit filiā, ac nutricem prope Cloacinam ad tabernas, quibus tunc nouis erat nomen, atq; ibi ab lanio cultro arrepto hoc te, inquit uno, quo poſſum filia, in libertatem uendico, pectus deinde puellę transfixit, & ſpectans ad tribunal, Te, inquit Appii, tuumq; caput hoc ſanguine conſecro, deinde ſe in caſtra proripuit. hinc ſeditione facta ac plebis ſeceſſione a patribus, coacti ſunt decē uiri ſe abdicare magiſtratu, creataq; eſt tribunitia poteſtas, & reddita plebi, ſumptum quoq; eſt de decemuiris ſuppliciū per tribunos plebis. hoc autē factū fuit anno .lx. poſt libertatē inceptam teſte Cice. lib. de finib. bono. & ma. Probro, ſtupro, atq; flagitio. De hac Virginia a pře cæſa Seneca in Tragœdia, quæ dicitur Octauia ſic breuiter tradit, Vltiq; tuos ſunt bene manes uirgo dextera cæſa parētis, ut ſeruitium paterere graue, & improba ferret pręmia uictrix, dira libido.

ASCENSIVS.

¶ VIRGINIVS uir generis Plebeii. ſed ſpiritus. i. animi patricii. i. patricio ſanguine digni, ne domus ſua contaminaretur ꝓbro. i. dedecore ſtupri illati filiæ ab Appio Claudio, nō pepercit ꝓprio ſanguini q̃a cultro lanii. i. carnificis ab eius ſcāno arrepto. Virginiā filiam interemit. Nam cū Appius Cla. decemuir. i. unus ex. x. uiris, qui ut leges allatas in debitā formā redigerent, conſulari fungebantur poteſtate, nec eam deponere uolebant, expeteret pertinacius, quia primum precibus, & pollicitis, deinde minis, & demum fraude graſſatus, ſtuprum filiæ eius uirginis, fretus. i. confiſus uiribus poteſtatis. ſ. decēuiratus, occidit puellam deductam in forū, & aſſertam in ſeruitutem a Marc. Claudio (ut Oliue. recitat) & maluit eſſe interemptor ſup. filiæ pudicæ, q̃ pater corruptæ id eſt ſtupratæ, licet per uim, in qua re etiā errauit, quia uera pudicitia in animo conſiſtit.

OLIVERIVS.

NEC alio robore. Faunus Saturninus Pontii pœdagogus eius filiã per dolũ uitiauerat. Põtius id ubi cognouit, & pædagogũ, & filiã pari pœna multauit, nã utrũq; necauit. maluitq; acerbũ filiæ funus ꝓsequi, q̃ turpes eius nuptias celebrare. Sceleratum ſeruum. Perfidum pædagogum, qui filiæ uitium intulerat.

corum conſpectum fugiens in urbem redire noluerit. Splendidiſſime. cum ſumma laude, & gloria. Conſummatis. Emeritis, nam omnibus honoribus perfunctus fuerat.

ASCENSIVS.

QVINTVS uero Fabius Maximus Saruilianus honoribus.i. magiſtratibus omnibus, quos geſſerat. ſ. per ordinẽ, ſplendidiſſime.i. cũ ſumma laude cõſummatis.i. cõpletis, & emeritis, quia altius aſcendere nõ poterat, grauitate dictaturæ exegit pœnas a filio, caſtitatis dubię.i. q̃a rumor erat eũ amiſiſſe pudicitiã, & muliebria paſſum, & pependit.i. perſoluit ſup. pœnas punito. ſ. filio uitando conſpectum patriæ.i. urbis Romę ſeceſſu uoluntario.i. exilio ſpõte aſſumpto aut fuga potius a conſpectu ciuium.

DE PONTIO AVFIDIANO.

Nec alio robore animi prædirus fuit Pontius Aufidianus, eques Ro. qui poſtquam comperit filiæ ſuæ virginitatem a pœdagogo proditam Faunio Saturnio, non contentus ſceleratum ſeruum affeciſſe ſupplicio, etiam ipſam puellam necauit. Ita ne turpes eius nuptias celebraret, acerbas exequias duxit,

DE P. MEVIO.

Quid Publius Meuſus, q̃ ſeuerum pudicitiæ cuſtodem egit? In libertum namq; gratum admodum ſibi animaduertit, quia eum nubilis iam ætatis filiæ ſuæ oſculum dediſſe cognouerat, præſertim cum non libidine, ſed errore lapſus videri poſſet. Cæterum amaritudine pœnæ, teneris adhuc puellæ ſenſibus, caſtitatis diſciplinam ingenerari magni æſtimauit. Eiq; tam triſti exemplo præcepit, vt non ſolum virginitatem illibatam, ſed etiam oſcula ad virum ſyncera perferret.

DE QVINTO FABIO MAXIMO SERVILIANO.

Quintus vero Fabius Maximus Seruilianus honoribus, quos ſplendidiſſime geſſerat, cenſuræ grauitate conſummatis, exegit pœnas a filio dubio caſtitatis, & punito pependit, voluntario ſeceſſu conſpectum patriæ vitando.

DE P. ATTILIO PHILISCO.

Dicerem Cenſorium virum nimis acerbum extitiſſe, niſi Publium Attilium Philiſcum in pueritia corpore quæſtum a domino facere coactum, tam ſeuerum poſtea patrem cernerem. Filiam enim ſuam, eo ꝙ ſtupri ſe crimine coinquinauerat, interemit. Quam ſanctam igitur in ciuitate noſtra pudicitiam fuiſſe exiſtimare debemus, in qua etiam inſtitores libidinis, tam ſeueros eius iudices euaſiſſe animaduertimus? Sequitur excellentis nominis, ac memorabilis facti exemplum.

ASCENSIVS.

NEC.i. & non, & Pontius Aufidianus eques Romanus fuit ꝓditus.i. prę cæteris a deo, & natura donatus, non alio.i. eodem robore animi, quo.ſ. Virginius, q̃ poſtquã comperit uirginitatẽ filiæ ſuæ, proditã.i. proſtitutã, & iniquo precio uẽditã Faunio Saturnino, a pædagogo.i. eius ductore in ludũ literarium (Oliu. intelligit Fauniũ Saturninũ eſſe pædagogũ, ut ſic dicat ꝓditã.i. uulgatam. ego, q̃a ſeparat interponendo ꝓditã, credã Saturniũ eſſe diuitis, & ciuis Romani, q̃ eius pudicitiam a pædagogo emerat nomẽ) nõ contentus affeciſſe ſupplicio ſeruũ ſceleratũ.ſ. pędagogũ illũ, necauit etiã ipſam puellã, & ita duxit acerbas exequias, ne celebraret turpes nuptias eius.ſ. cum corruptore, quia potuiſſet Saturninum cogere quã uitiarat, ducere.

OLIVERIVS.

Meruli crudelitas ꝓ filię pudore

QVID P. Meuius. Meuius acer pudicitiæ cuſtos, libertũ, quem unice diligebat, propter allatum uel errore, uel malitia filiæ iam nubili oſculum nulla erroris habita ratione, occidit. Voluit enim ut in ea ætate diſceret filia tã rigido exẽplo caſtitatẽ eſſe ſeruãdã, adeo ut nõ ſolum corpus intactum, ſed oſcula quoq; illibata ꝑferret ad uirum. Errore ductus. Quod in teneris annis eã oſculari fortaſſe ſolitus fuiſſet, ea nũc conſuetudine deceptus ſimplex oſculũ puellę dediſſet. Illibatam uirginitatẽ. Intactam, & inuiolatam uidelicet integram.

ASCENSIVS.

QVID Publius Meuius? ſup. egit, quã.i. quãtum ſeuerũ cuſtodẽ pudicitiæ egit? q.d. maxime ſeuerũ. Quia animaduertit in libertũ admodũ gratũ.i. morte eũ puniuit, quia cognouerat eum dediſſe oſculũ filiæ ſuæ ætatis iam nubilis, præſertim cum libertus ille poſſet uideri lapſus.i. peccaſſe, non libidine, quia caſta poſſunt eſſe oſcula, ſed errore.ſ. malæ conſuetudinis, putando etiam nubilem poſſe oſculari, quam paruulam oſculatus fuerat. Cæterum.i. ſed pater ſup. æſtimauit magni diſciplinã caſtitatis ingenerari ſenſibus puellæ, annis adhuc teneris, amaritudine pœnę.ſ. capitalis, & præcepit ei.ſ. filiæ ſuæ tam triſti.i. ſeuero exemplo, ut perferret ad uirum. non ſolum uirginitatem illibatam.i. intactam, ſed etiam oſcula ſyncera.i. pura, aut incorrupta.

OLIVERIVS.

QVINTVS Fabius Seruilianus. Hic omnibus honoribus emeritis in cenſura ſeueriſſimus, hic cum ſuſpectam haberet filii pudicitiam, illum occidit, deinde robore quodam confuſus, quod tam flagitioſum filium habuiſſet, ex urbe diſcedens uoluntarium ſibi exilium induxit, ita ut poſt hoc factum annis

OLIVERIVS.

DICEREM Cenſorium. Attilius Philiſcus a pueritia ſeruus ab hero coactus eſt fieri meritorius, & facere in tenera ætate corpore quæſtum. poſtea uero in libertatem aſſertus cum uxorem duxiſſet, & ex ea filiã ſuſcepiſſet, ubi primum cognouit ſtuprum admiſiſſe, eam occidit mirũ profecto, ꝙ qui fuiſſet turpitudini ſemper aſſecutus, turpitudinem in filia nõ pateretur. Quam ſanctam igitur. Intendit argumentum, ſi miniſtri libidinis, inquit, tam ſeueri uiolatæ pudicitiæ extiterũt, quales cæteros fuiſſe exiſtimamus? Inſtitores libi. Viles libidinis negociatores, qualis fuerat Philiſcus. Sequitur excellent. nominis.

ASCENSIVS.

DICEREM uirum Cenſorium. ſ. Fabium Seruilianũ extitiſſe nimis acerbum, niſi cernerem Publiũ Attiliũ Philiſcum, coactum a domino. ſ. Lenone facere quæſtum.i. eſſe ſcortum meritoriũ, corpore. ſ. ſuo i pueritia, antequã pubeſceret (unde merito in Roma. dicit Apoſtolus, ꝙ tradidit illos deus in paſſiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerũt naturalem uſum in eum, qui eſt contra naturam, ſimiliter autẽ & maſculi &c.) poſtea. ſ. quam libertate donatus, fuerat patrem tam ſeuerum. Enim pro quia, ipſe interemit filiam ſuam, eo ꝙ coinquinauerat ſe crimine ſtupri. Quam, id eſt quantum ſanctam igitur debemus exiſtimare pudicitiã fuiſſe in ciuitate noſtra, hoc eſt Romana, in qua animaduertimus etiam inſtitores libidinis, id eſt conciliatores, & patronos, ac negociatores, & quæſtum ex ea facere ſolitos, ut fecerat Philiſcus, euaſiſſe, ſcilicet effectos eſſe tandem tam ſeueros iudices, id eſt cenſores, & uindices eius? quaſi dicat niſi mirum ſanctiſſimam. Cum tamen ex eodem fonte minime ſanctam illis fuiſſe argumentari liceat, quippe ubi maſculi impune de corpore ſuo quæſtum fecerant. Sed autor diceret, aliud turpitudinem profeſſis licere, aliud legitimum torum profeſſos, ac profeſſuros profeſſuraſq; decere. Sequitur exemplum, id eſt ꝙ iam dicam eſt exemplum nominis excellentis, quia in magnum uirum animaduerſum eſt, ac facti memorabilis, id eſt digni memoria.

Oliuerius.

DE M. CLAVDIO MARCELLO ÆDILI, ET FILIO SVO.

Marcus Claudius Marcellus Aedilis curulis C. Scantinio Capitolino Trib.pleb.diem ad populum dixit,ꝙ filiū ſuum de ſtupro appellaſſet,eoq; aſſeuerante ſe cogi nō poſſe ut adeſſet,quia ſacroſanctā poteſtatē haberet, & ob id tribunitium auxiliū implorante, totum collegium tribunorū negauit ſe intercedere,quo minus pudicitiæ quæſtio perageretur. Citatus itaq; Scātinius reus, vno teſte qui tentatus erat,dānatus eſt:cōſtat iuuenē productū in roſtra,defixo in terram vultu,perſeueranter tacuiſſe,verecundoq; ſilentio plurimum in vltionem ſuam valuiſſe.

DE METELLO CELERE.

Metellus, quoq; Celer ſtuproſæ mentis acer punitor extitit, Cn.Sergio Silo promiſſorum matrifamiliæ nūmorum gratia diem ad populum dicendo, eumq; hoc vno crimine damnando: non enim factū tunc,ſed animus ī quæſtionē deductus eſt: pluſq; voluiſſe peccare nocuit,ꝗ non peccaſſe profuit.

DE TITO VETVRIO FILIO VETVRII.

Concionis hæc,illa curiæ grauitas. Titus Veturius filius eius Veturii,qui in conſulatu ſuo Samnitibus,ob turpiter ictum fœdus,deditus fuerat: cum propter domeſticam ruinam, & graue æs alienum Cælio Plotio nexum ſe dare adoleſcentulus admodum coactus eſſet,ſeruilibus ab eo uerberibus, quia ſtuprum pati noluerat,affectus, querelā ad conſules detulit:a qbus hac de re certior factus ſenatus, Plotium in carcerē duci iuſſit: in qualicunq; enim ſtatu poſitam Romano ſanguini pudicitiam tutā eſſe voluit. Et quid mirū ſi hoc vniuerſi P.C.cenſuerunt:

OLIVERIVS.

MARCVS Claudius Marcellus, hic ille Marcellus eſt, qui caeſo uiriliter Domaro Gallorum duce, opima reportauit, qui prius Hānib.apud Nolam uinci poſſe docuit, qui Syracuſas in Sicilia munitiſſimam urbem expugnauit,qui multa,atq; præclara pro repu.geſſit.cū igitur cōperiſſet Cn. Scantinium Capitoliū trib. pleb. de ſtupro cōpellaſſe filium ſuum, adoleſcentulum egregia forma, ſed pudicitia, atq; modeſtia magis ingenuū, die illi dixit ad populū. nam cū puer uni reſiſtendo ſcelerato tribuno nihil ꝓficere poſſe uideret, rem ad patrem detulit. Accuſatus igitur, tribunus beneficio magiſtratus ſe primum tueri conatus eſt, cū diceret cogi nō poſſe, ꝙ tribunitiam poteſtatē haberet, tribunorūq; auxiliū implorauit, quorū nullo intercedēte, dānatus in illo iudicio, nullus eſt teſtis adhibitus, ꝑter ipſum adoleſcentem, qui ꝓductus, & a iudicibus interrogatus, cū ingenuo pudore deterritus, nō auderet obſcœniſſimā rē īdicare, uultū in terra defixū, tacitus perſeueranter tenuit. quod ubi uiderūt iudices nihil ulterius inquirendum eſſe exiſtimantes, Scantinium dānauerunt. Sacroſanctā poteſtatem. tribunitiā. poteſtatē, quæ ſacroſancta ideo dicebatur, quia lex erat, q tribunum uiolaſſet, eius caput ſacrum foret. Vno te. Puero ipſo Marcelli filio. In ultionem ſuam. In tribuni damnationem.

Scantinii damnatio

ASCENSIVS.

CLAVDIVS Marcellus Ædilis curulis, dixit Caio Scātinio Capitolino.ſ. cognomēto, tribuno plebis.ſ.officio diē ad populum.i.ut ſe purgaret ſi poſſet corā populo, ꝙ appellaſſet.i.ſollicitaſſet filiū ſuum, uidelicet Marcelli, de ſtupro.ſ. illi inferendo. & eo.ſ.Scantinio aſſeuerāte, ſe nō poſſe cogi, ut adeſſet.ſ.ad cauſæ dictionē, quia haberet poteſtatē ſacroſanctam, uidelicet, tribunitiā, & implorāte ob id auxiliū tribunitiū.i.a cōtribunis ſuis præſidiū, totū collegiū tribunorū negauit ſe intercedere, quo minus.i.ut non, ut quæſtio.i.inquiſitio, pudicitiæ.i.de pudicitia uiolata, aut ſollicitata, perageretur.i.uſq; ad ſententiā ultimā ageretur. Itaq; Scantinius citatus reus.i. defenſurus ſe, damnatus eſt uno teſte, qui erat tentatus, licet nihil dixerit præ pudore, quia ipſe filius nihil dixit. nā cōſtat iuuenē deductū in roſtra, ubi uerba ad populū haberi ſolebāt, tacuiſſe ꝑſeuerāter, uultu defixo in terrā. & ualuiſſe plurimū in ultionē ſuā.i. quā pater de ſe fecit, ſilentio uerecundo, qa q tacet cōſentire uidetur. unde etiā uirgo illa in Eunucho Terentiana explorando, & tacēdo uitium ſibi illatū, indicabat.

OLIVERIVS.

METELLVS quoq; Cn. Sergius nummos matrifamilias promiſerat, tentans illius animū, ut precio mota ſibi morē gereret. matrona rē detulit ad magiſtratū, ille Sergiū, ꝙ pecuniā promiſiſſet, fœminā corrupturus, iudicio, dānauit, nō enim factū, ſed uolūtas punita eſt, nā qui ſemel animo ſuo mœchatus fuerit peccauit. Stuproſæ mentis. Libidinoſę uoluntatis. Sed animi. uidebant enim illi non defuiſſe uoluntatem, ſed facultatem. reum igitur fecit illum uoluntas, non peccatū. pluſq; illi nocuit uoluiſſe peccare, ꝗ profuit non peccaſſe, uel non potuiſſe.

ASCENSIVS.

METELLVS quoq; Celer extitit acer punitor mentis.i. affectionis ſtuproſæ.i. ſtupri inferendi plenæ, dicendo Cn. Sergio Silo diem ad populum, gratia nummorum promiſſorum.ſ. ab eo matrifamiliæ, & damnando eum hoc uno crimine. Enim pro quia, factum non eſt ſup. deductū in quæſtione.i. inquiſitione, atq; examine, ſed animus eſt deductus. & uoluiſſe peccare, promittendo.ſ. nummos, plus nocuit, ꝗ non peccaſſe.ſ. actu ipſo ꝓfuit. Non enim nō peccat in legem diuinā, quāuis forte ſecus ſit de humana, qui animum peccandi habet.

OLIVERIVS.

CONCIONIS hæc, illa curiæ T. Veturius filius eius. cū propter lōgū, & difficile bellū Samnitiū ſæpius tributū ciuitati eſſet imperatū, exhauſta tandē ciuitas ex fœneratoribus ſumere cogebatur. q uero grauiori ęre aſtricti, fœnus ſoluere non poterāt, nexi fœneratoribus dabantur, quibus tāto tēpore ſeruirēt, donec debitum omne perſoluiſſent. Inter hos igitur datus eſt Veturius nobilis adoleſcens conſularis uiri filius, quem C Plotius fœnerator, cui nexus datus fuerat, cū ui ſtuprare uoluiſſet, ac ille pertinaciſſime recuſaſſet, eum uerberibus multauit ſceleratus homo, ꝙ eius libidini obtemperare noluiſſet. hic igitur adoleſcēs uere nobilis, in ferō, prorupit, Plotiū accuſauit, quē ſenatus damnatū ī carcerē coniici iuſſit. In hac hiſto. Val diſſentit a Liu. nō enim Veturiū, ſed Publiū quendā nexū datū. nec C. Plotio, ſed L. Papyrio fœneratori fuiſſe dicit. Idq; factum eſſe ad deditionē caudinā. Mutatū.n. dicit eſſe ius ob unius fœneratoris libidinē, & crudelitatē inſignē. L. Papy. is fuit, cui cū ſenatus conſul. Pub. ob æs alienū paternū nexus datus eſſet, quę forma, ętaſq; miſericordiā elicere poterāt, ad libidinē, & contumeliam animum accenderunt, ut ætatis eius fructum aduenticium crederet datum. primo igitur pellicere adoleſcentem ſermone inceſto eſt conatus, deinde poſtquam aſpernabantur flagitiū aures, minis terrītare, atq; identidē admonere fortunæ ſuæ, poſtremo cum ingenuitatis magis, ꝗ præſentis cōditionis memorē uideret, nudari iubet, uerberaq; afferri, quibus laceratus iuuenis, cum ſe in publicum proripuiſſet, libidinem, crudelitatemq; conquerens fœneratoris, ingens uis hominum, cum ætatis miſeratione, tum indignitate iniuriæ accenſa, ſuæ conditionis, liberorumq; ſuorum reſpectu in forum, atq; inde agmine facto ad curiam concurrit, Et cum conſules tumultu repentino coacti ſenatum uocarent, Introeuntibus in curiam patribus, laceratum uirgis tergum procumbentis ad ſingulorum pedes oſtendebant. Victum eo die ob impotentem iniuriam unius ingens uinculum fidei, iuſſiq; conſules ferre ad populum, ne quis, niſi qui noxiam meruiſſet, donec pœnā lueret, in cōpedibus, aut ī neruo teneretur, pecuniæ crēditæ bona debitoris, nō corpus obnoxiū eſſe. Itaq; nexu ſoluti, cautūq; in poſterū, ne necterētur. Ob turpiter ictū fœdus. Nota eſt hiſtoria, quomodo apud furculas Caudinas clauſi, & obſeſſi fuere Ro. a Samnitibus. T. Veturio Caluino, & Spurio Poſthumio conſulibus, & ſub iugū miſſi icto fœdere cū

Veturiu
in cū q
ā ſtupr
interpe
lauerat

hoſtibus, ꝙ Po. Ro. non probauit, nec accepit. Sed autores fœderis turpis deditionis dedendos hoſtibus cẽſuit, ut populus religione ſolueretur. Domeſticam ru. Quia res familiaris perierat, pater grandi ęre alieno aſtrictus erat, ꝙ cum ſolueret nõ poſſet filius fœneratori in ſeruitutẽ dari paſſus eſt, quamdiu debitum ſeruitute perſolueret. damnatis, & tantum dicebantur. Triumuiri rerum capitalium. Cõmerciũ. Conſuetudine, ꝓprie cõmerciũ dicitur cõmutatio mercis, ponitur tñ ꝓ cõmutatione cuiuſcunq; rei, ut cõmerciũ literarũ, cõmerciũ linguę. Liui. de numa loquẽs, quo linguę cõmercio dixit. & ponitur pro cõſuetudine, ut hoc loco. Domeſticas & de ut ꝓ rebus bene geſtis cõcederet domi turpiter uiuere, ut ſupra dixit. qd ꝓdeſt foris eſſe ſtrenuũ, ſi domi male uixeris?

DE C. FESCENINO TRIVMVIRO.

Caius Feſcenninus Triumuir, C. Cornelium fortiſſimæ militiæ ſtipẽdia emeritum, uirtutiſq; nomine quater honore primipili ab imperatoribus donatũ, quod cum ingenuo adoleſcentulo ſtupri commercium habuiſſet, publicis vinculis onerauit: a quo appellati Tribuni, cũ de ſtupro nihil negaret, ſed ſponſionem ſe facere paratũ diceret, quod adoleſcens ille palam, atq; aperte corpore quæſtũ factitaſſet: interceſſionẽ ſuã iuterponere noluerũt. Itaq; Cornelius in carcere mori coactus eſt. non putarũt Trib. pleb. Rempub. noſtram cũ fortibus viris paciſci oportere, vt externis periculis domeſticas delitias emerent.

DE TRIBVNO PLEBIS, SIVE POPVLO ROMANO.

Libidinoſi Centurionis ſupplicium, Marci Lectorii Mergi Tribuni militaris, æque ſimilis fœdus exitus ſequitur: Cui Cominius Trib. pleb. diem ad populum dixit, ꝙ cornicul̃ariũ ſuum ſtupri cauſa appellaſſet. Nec ſuſtinuit eius rei ſentẽtiam Lectorius, ſed ſe ipſe ante iudicii tẽpus fuga prius ſubtraxit, deinde etiam morte ſe puniuit. Naturæ modũ expleuerat, fato tamen functus, uniuerſæ plebis ſententia crimine impudicitiæ damnatus eſt. Signa illũ militaria, ſacratæ aquilæ, & certiſſima Romani imperii cuſtos ſeuera caſtrorum diſciplina, vſq; ad inferos perſecuta eſt. Quoniam cuius virtutis magiſter eſſe debuerat, ſanctitatis corruptor tentabat exiſtere.

ASCENSIVS.

CONCIONIS &c. hæc grauitas. ſ. iã dicta, ſup. eſt, aut fuit concionis. i. totius populi, a qoo ſuperioribus dies dicta fuit, illa. ſ. quę ſequitur fuit ſup. grauitas curiæ. i. ipſius ſenatus. T. Veturius filius eius Veturii, q fuerat deditus. i. in poteſtatem datus, Samnitibus in cõſ. ſuo. i. cũ eſſet conſul, obfœdus ictũ turpiter. i. cum ſumma ignominia exercitus Ro. ad furcas caudinas ſub iugum miſſi, cũ ipſe adoleſcẽtulus admodũ. i. ualde. i. in prima parte adoleſcentiæ, coactus eſſet dare Cælio Plocio ſe nexum. i. in uincula, ut in cõpedibus opus faceret ipſi creditori, ꝓpter ruinam domeſticam, & grauæ es alienum. i. debitum cõtractum ex ære alieno, affectus ab eo. ſ. Plocio uerberibus ſeruilibus. i. ſeruo dignis, aut inferri ſuetis, qa noluerat pati ſtuprũ, detulit querelã ad conſules, a quibus. ſ. conſulibus, ſenatus factus certior. i. edoctus de hac re. ſ. de turpi ſæuitia Plocii, iuſſit Plocium duci in carcerẽ. Enim pro qa, ſenatus uoluit pudicitiam eſſe tutam ſanguini Ro. poſitã in qualicunq; ſtatu q. d. etiã in compedibus habito. Et quid mirum. Clauſula eſt continuatiua, & ita ad utrunq; exẽplũ pertinens, ſed potius ad ſequens, ſicut & illa concionis hoc, &c. Ordo eſt. Et quid mirum ſup. eſt, ſi uniuerſi patres conſcri. cenſuerunt hoc. ſ. pudicitiã Romanam in quocunq; ſtatu debere eſſe tutam, q. d. nihil. Cũ etiam unũ uirum id cenſuiſſe cõſtet. Nam Caius &c. Occurrit nunc, quod de ingratitudine dictũ eſt, facilius ignoſcẽdum ingratitudini totius ciuitatis, q̃ ſingulorũ. quo circa uidetur admirabilius totũ ſenatũ id cenſuiſſe, q̃ ſingulos, nam ſi totus ita cenſuit, uidetur cõſequens eſſe, ut ſinguli ita cenſuiſſe dicantur. ſed non cõtinuo, ſi unus, aut alter, ergo oẽs. Quo circa ſciemus difficilius eſſe interdum unum recte iudicare, q̃ multitudinẽ, qa unius iudiciũ facile ſubuerti poteſt, multorum nõ poteſt, dumodo illi multi ſapientes ſint. quocirca in iudicio patrũ conſcriptorũ licet unus, & alter nõ recte ſenſerit, qa potioris patris præualet ſentẽtia, totus tamẽ ordo recte iudicare facillime poteſt. in multitudine autem plebis, ubi pauci ſunt boni, & recte ſentientes, facilius eſt totã cõcionẽ errare, qa plures, meliores uincunt, q̃ ſingulos extra cõcionẽ. unde in cap. de ingratitudine potius multitudini ingratæ, q̃ ſingulis ignoſcẽdum cenſuit.

ASCENSIVS.

NAM igitur Caius Feſcenninus Triumuir Capitolinus (Multi textus hoc ultimũ non habẽt, ꝙ agnomen eſt ponendum, dicebatur ante Triumuir ſine epitheto poſt triumuir cũ epitheto ut ſi Triumuir Capitolinus. i. ad iſpiciẽdos libros Sybillinos creatus, uerum hic conijciendi in carcerẽ munus habuiſſe uidet᷑) onerauit catenis publicis C. Corneliũ emeritũ. i. uſq; ad remiſſionem meritũ, aut euidenter meritum, ſtipendia. i. ęra fortiſſimę militię, & donatum ab imperatoribus quater nomine. i. ratione, & titulo uirtutis, honore primipili. i. anteſignani, aut q primũ pilum ferret, ꝙ habuiſſet, commerciũ. i. conſuetudinẽ, aut cõuentionẽ, & pactũ ſtupri, cum adoleſcentulo ingenuo. A quo. ſ. C. Cornelio tribuni appellati. i. contra Triũuiri uiolentiam, ne. ſ. pateretur ciuem Romanũ in uincula conijci, cum ipſe nihil negaret de ſtupro. i. fateretur ſe ſtuprum cõmiſiſſe, ſed diceret, ſe paratum facere ſponſionem. i. cautionẽ ad omne damnũ reponendũ, ſi in ꝓbatione defecerit, ꝙ adoleſcens ille factitaſſet quæſtum. i. lucrum turpe corpore. ſ. ſuo libidini expoſito, ac proſtituto, palam, atq; aperte, & ita innueret, nullam illi a ſe iniuriam factã, tribuni noluerunt ponere interceſſionem ſuam. i. noluerunt eius incarcerationem impedire autoritate ſua. Nam licet quæſtum faciẽti iniurius non fuerit. Romano tamen ſanguini contumeliam intulit. Itaq;. i. & ita Cornelius coactus eſt mori in carcere. Enim pro quia tribuni plebis non putauerunt rẽpu. noſtram. i. Romanam oportere paciſci. i. pactum facere cũ uiris fortibus, qualis erat Cornelius iſte, ut. ſ. uiri fortes emerent delicias. i. turpem uoluptatem, ac libidinẽ cum ingenuis, dum domi eſſent, periculis externis, quæ obirent, dum belli eſſent. hoc eſt noluerunt tale pactum facere, ut permitterẽt eos, qui fortiter foris egerint, molliter, ac turpiter domi uiuant.

OLIVERIVS.

Cornel. mors ꝓ uiolato adoleſcentis pudore

CAIVS Feſcenninus. Feſcenninus Triumuir Cornelium ſtrenuũ militem, qui multa pro repu. fortiter geſſerat in uincula conjecerat, ꝙ cum ingenio adoleſcente ſtuprum commiſiſſet. ille factũ non negabat, ſed facti excuſationem afferebat, ꝙ ille adoleſcens publice quęſtũ ex corpore facere conſueuiſſet, idq; datis ſponſoribus ſe probaturũ affirmabat, & ꝓpterea nõ id ſibi fraudi eſſe debere. Imploratoq; fruſtra tribunorum auxilio, qa nemo intercedere uoluit in carcerẽ mori coactus eſt. Triumuiri. Triũuiri primo libris tantum Sybillinis præfuerunt, poſtea creati ſunt in deducendis colonis, poſtremo in ſumendo ſupplicio de

OLIVERIVS.

LIBIDINOSI Centurionis. hic notatur cornicularium ſignificare eum, qui in cornu militares excubias facit, ut quidam uolunt, ſed falluntur ſine dubio, nam Accenſus nomen erat ordinis, & promotionis in milites, ut nũc dicitur princeps, uel commẽtarienſis, aut cornicularius. Aſconius ita refert. Accenſi dicebãtur attributi decurionibus, hoc eſt miniſtri eorum, quaſi ad cenſum additi, quos nunc cõmentarienſes, & corniculãrios appellãt. Sed quia huius rei rationem nullam affert, ſunt, qui cenſent cõmentarienſes dictos, ꝙ cõminiſcerentur, hoc eſt fingerent aliquid, quia tanquam miniſtri erant. cornicularios autem eo ꝙ una cum ſuis decurionibus in cornibus acierũ ſtabãtur. Centurionis. Feſcennini, de quo ſupra diximus.

ASCENSIVS.

LIBIDINOSI &c. Ordo eſt. Exitus æq̃ fœdus uidelicet Marci Lectori Mergi tribuni militaris ſequitur ſupplicium cẽturionis

DE CAIO MARIO.

Hoc monuit C. Marium imperatorem, tum, cum Cluſium ſororis ſuæ filium Tribunum militum a Cælio Plotio manipulario milite iure cæſum pronunciauit: qa eū de ſtupro compellare auſus fuerat.

DE IMPVDICITIÆ PROPRIA AVTO. VINDICIBVS.

Sed vt eos quoque, qui in vindicanda pudicitia dolore ſuo publica lege vſi ſunt, ſtrictim percurram: Sempronius Muſica. C. Gallium deprehenſum in adulterio flagellis cæcidit: C. Menius L. Octauium ſimiliter deprehenſum neruis cōtudit: Carbo Actienus a Bibieno: Item Pontius a P. Cernio deprehēſi caſtrari ſunt: Cn. etiam Furius Broccum, quem deprehenderat, familiæ ſtuprandum obiecit: quibus iræ ſuæ indulſiſſe, fraudi non fuit.

EXTERNA.

DE HIPPONE FOEMINA.

Atq; vt domeſticis externa ſubnectā, Græca fœmina nomine Hippo, cum hoſtium claſſe eſſet excepta in mare ſe, vt pudicitiam morte tueretur, abiecit: cuius corpus Erechtheo littori appulſum, pxima vndis humus ſepulturæ mandatum, ad hoc tempus tumulo cōtegit: ſanctitatis vero gloriam æternæ traditam memoriæ Græcia laudibus ſuis celebrando, quotidie florentiorem effecit.

rionis libidinoſi, uidelicet Caii Cornelii in carcere extincti nonu Oliue. dicit Feſcenini, qui licet ſupplicium intulit, atq; ita forte dici poſſet ſupplicium eius actiuum, tamē qa non fuit libidinoſus, ſed punitor libidinis, unde de pudicitia eius exemplum ſuperius allatum, exponendum ex paſſiue de ſupplicio, ut dixi C. Cornelii, qui & primipilus, & centurio fuit) eius ſup. æque fœdus. i. turpis, ut exitus Cornelii, cui. ſ. Lectorio, Cominius tribunus plebis dixit diem ad populum, q appellaſſet. i. interpellaſſet, ut ſollicitaſſet cornicularium ſuum. i. commentarienſem militem cauſa ſtupri. Nec Lectorius ſuſtinuit. i. potis fuit expectare ſententiam eius rei, ideſt litis, aut accuſationis, ſed ipſe. i. ſua ſponte ſubtraxit ſe prius fuga ante tempus iudicii. deinde puniuit ſe etiā morte. Lectori' ſup. expleuerat modum. i. menſuram naturę, ideſt quantum per naturam in eum ſæuire permittebat, quia uſq; ad mortem, tamē ipſe functus fato. i. mortuus, damnatus eſt crimine ipudicitiæ, ſentētia plebis uniuerſæ. & ſi dicas quid illa defuncto obfuit/dicit, ſigna militaria, utpote aquilæ ſacratæ. ſ. Ioui, & ſeuera diſciplina caſtrorum. i. in caſtris exerceri ſolita, certiſſima cuſtos imperii Romani, perſecuta eſt illō uſq; ad inferos. quia iam uita defunctum. Quoniam ipſe tentabat exiſtere corruptor ſup. eius uirtutis, uidelicet cornicularii ſui, cuius debuerat eſſe magiſter. i. doctor uerbo, & exemplo.

OLIVERIVS.

HOC monuit Caium Marium. Hoc legitur in uita Marii. Cicero quoq; in oratione pro Milone huius exempli mētionem facit. Cum Cluſius C. Plotium ſtuprare uoluiſſet, tantæ obſcœnitatis ira commotus Plotius, Cluſium occidit. Ductus eſt in iudicium Plotius, tum prætor erat Marius qui Cluſium nepotem ſuum iure cęſum pronunciauit. Plut. dicit Marii nepotem C. Lucium fuiſſe nominatum, adoleſcentem uero Trebonium, quem Marius cognita cauſa non ſolum abſoluit, ſed admiratione uirtutis inſuper coronauit, tanquam pulcherrimum illis temporibus facinus ædidiſſet. Cice. in Milonianam pudicitiam inquit, cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu Caii Mari, propinquus eius imperatoris interfectus eſt ab eo, cui uim afferebat, facere enim probus adoleſcens periculoſe, q̄ perpeti turpiter maluit, atq; hunc ille ſummus uir ſcelere ſolutum periculo liberauit. Manipulario. Qui ſub eodem manipulo cum aliis militabat.

ASCENSIVS.

HOC. ſcilicet exemplum ſeueræ ultionis in impudicum monuit Caium Marium imperatorem, tum cum pronunciauit Cluſium filium ſororis ſuæ, & ſup. tribunum militum, cæſum iure a Cælio Plotio milite manipulario, quia auſus fuerat compellare, id eſt ſollicitare eum de ſtupro.

OLIVERIVS.

SED ut eos. Nonnullos per tranſitum tangit, qui ira perciti ſuo dolore uſi ſunt pro lege. In adulterio, ſcilicet cum uxore. Neruis, ut arbitror melius q̄ pernis. Stuprandum obiecit. hic ſcelus ſcelere uindicauit. Fraudi non fuit Pœne a pręcedente, q ſequitur.

ASCENSIVS.

SED ut percurram ſtrictim, ideſt paucis uerbis quoq;, ideſt, etiam eos, qui uſi ſunt dolore ſuo, id eſt uehementi zelo, prolege publica, ideſt loco legis publicæ, in pudicitia uindicanda; ideſt ulciſcendo eos, qui pudicitiam uiolarunt. Sempronius Muſca (alii habent Muſica) cæcidit flagellis Caium Gallium deprehenſum in adulterio, ſcilicet cum uxore Sempronii. Caius Menius contudit neruis, ideſt chordis ex neruis, aut ut alii legunt pernis, ideſt oſſibus pernarum, Lucium Octauium deprehēſum ſimiliter, ſcilicet in adulterio. Carbo actienus, itē Pontius deprehēſi, ſcilicet in adulterio, caſtrati ſunt. Carbo ſupple caſtratus a Bibieno, & Pontius a Puibio Cernio, alii habent Triuio. Cneus etiam Furius obiecit Broccum, quem deprehenderat, ſcilicet in adulterio uxoris, ſtuprādum familię (unde Hora. in ſermonum. Hic ſe præcipitem tecto dedit, ille flagellis, Ad mortē cæſus fugiēs hic decidit acrem Prædonum in turbam, dedit hic corpore nummos. Hunc periunxerunt calones, quinetiam illud Accidit, ut quidā teſtes caudamq; ſalacem, Demeteret ferro &c. ubi tāgit fere omnes quos hic autor. Nam & cæſos flagellis dicit & ſtupratos cum dicit. Hunc perlunxerunt, id eſt & caſtratos illic, caudamq; ſalacem, id eſt penem, aut mentulam demeteret ferro, &c. Quibus ſcilicet, qui deprehenſos propria autoritate puniuerunt, non fuit fraudi ideſt damno, aut detrimento indulſiſſe, id eſt nimium paruiſſe irę ſuæ. Vnde leges permittunt deprehenſos in adulterio, ſubito illo calore occidi.

THEOPHILVS.

NERVIS contudit. antiqui codices habent pernis, ut itelligas calcibus. Furius Broccum, locus eſt anceps aliquot enim uetuſta exemplaria contrauerſum ſcribunt Furium Brocchus, ut a Broccho Furius in adulterio deprehenſus, caſtratuſq; uideatur.

OLIVERIVS.

ATQVE ut externis. Hippo græca mulier, quibus parentibus incertum eſt, forma præcellens, capta a nautis cum pudicitiam ſuam periclitari ſenſiſſet, noctu, ſe præcipitem dedit in undas, morteq; pudica, q̄ impudica uiuere maluit. cadauer eius eiectum ab undis græci in erythreo littore, haud procul ab undis ſepulchro condiderunt, & ad hanc uſq; ætatem eius ſanctitas, & pudicitia æterna memoria celebratur. Erythreo. Mari rubro. nam ἐρυθρὸν rubrum dicitur. Æternæ. traditam memorię. Quia in hiſtoriis celebratur.

ASCENSIVS.

ATQVE ut externa ſubnectam domeſticis, ideſt Romanis exemplis externa ſubnectam, fœmina græca nomine Hippo, cum eſſet excepta, ideſt capta claſſe hoſtium. abiecit ſe in mare, ut tueretur, ideſt ſeruaret morte pudicitiam. cuius corpus appulſum littori Erechtheo, ideſt ad littus Erechtheum, Oliuenus legit Erythreo, ideſt maris rubri, quo ſi appelli potuit, uiderit ipſe, humus proxima undis. i. littoralis ora, contegit tumulo mandatum ſepulturæ ſupple uſq; ad hoc tempus. uero pro ſed Græcia effecit gloriam ſanctitatis traditam æternæ memoriæ florentiorem quotidie celebrando ſup. eam laudibus ſuis.

THEOPHILVS.

ERYTHREO. manuſcripti codices habent, Entreo littori appulſum. Ianus exiſtimabat Ænio caſtigandum, nec Hippo, ſed Archo legebat. Herodici Theſſalorum longe principis ea filia fuit uxor Paridis, quæ ſe præcipitem dedit in mare,

In mare, ne ſua pudicitia Philippo Demetri filio Macedonum re gi ludibrio foret. hiſtoriam refert belli Macedonici .x. Liuius ali ter quàm Valer. græcos & alios ſecutus eſt autores. Ænio. Nam res ad Ænum geſta, ut Liuius etiam tradit.

ſuæ, quam in Centurionem fecerat. Qui propterea iniurius erat, quod cuſtodiæ ſuæ datam, & precio ſtatuto redimendam uio lauerat. Quid aliud huius fœminæ quiſquam dicat, ideſt dicere meſito poſſit ueniſſe in poteſtatem hoſtium, quam corpus, quaſi dicat nihil. Nanque animus, neque potuit uinci, nec pudici tia ſupple eius potuit capi. aut potius utrunque referatur ad animum iuxta regulam Vallæ, quia præponitur ſequentibus particula, neque geminata, ut pudicitia ſit ablatiui caſus, ſic nec animus potuit capi, ideſt priuari pudicitia, ſicut oculis capti, qui uſu eorum priuati ſunt dicuntur.

DE ORGIAGONTIS VXORE REGVLI.

Vehementius hoc illud conſyderatius exemplū pudicitiæ. Exercitu & copiis Gallogræcorum a Cn. Manilio conſule in Olympo monte ex parte deletis, ex parte captis, Orgiagontis reguli vxor miræ pulchritudinis a Cēturione, cui cuſtodiēda tradita erat ſtuprum pati coacta: poſt quam ventum eſt in eum locum, in quem conſulis iuſſu Centurio, miſſo nuncio, neceſſarios mulieris precium, quo eam redimerent, afferre iuſſerat: aurum expendente Centurione, & in eius pondus animo, oculiſque intento, Gallo græcis lingua gentis ſuæ imperauit, vt eum occiderent: interiecti deinde caput abſciſſum manibus retinens ad cōiugem venit, abiectoque ante pedes eius, & iniuriæ, & vltionis ſuæ ordinem expoſuit. Huius fœminæ quid aliud quiſquam, quàm corpus in poteſtatem hoſtium veniſſe dicat? Nanque animus neque vinci, nec pudicitia capi potuit.

DE VXORIBVS THEVTONICORVM.

Theutonicorum vero coniuges Marium victorem orarunt, vt ab eo virginibus veſtalibus dono mitterentur, affirmantes æque ſe, atque illas virilis cōcubitus expertes futuras: eaque re non impetrata, laqueis ſibi nocte proxima ſpiritum eripuerunt. Dii melius, quod hunc animum viris earum in acie non dederunt. Nam ſi mulierum ſuarum virtutem imitari voluiſſent, incerta Theutonicæ victoriæ trophæa reddidiſſent.

OLIVERIVS.

VEHEMENTIVS hoc. Gallogræci reliquiæ fuerūt exercitus Brenni ducis, qui cū delecta Græcia in orientē duceret exercitū in media Aſia conſedit, & permiſta lingua utraque Gallica & Græca Gallogræci appellati ſunt. hi autem dicebātur inter auxilia regis Antio. fuiſſe, & Cn. Man. affirmauit a ſe uictos eſſe. nam ut lingua miſti molliori ſunt, ita quoque molliores facti, & inde uicti, & fugati. ſed Orgia. uxor capta, & cuidā Cēturioni tradita in cuſtodiā, cū propter eximiam pulchritudinem per uim eam ſtupraſſet occaſiōe ultionis expectata, uiolentiam ſuam fortiter ulta eſt. Fronti. Orgiagontis inquit regis uxor a Centurione ſtuprū paſſa memorabili exemplo cuſtodiam euaſit, reuulſumque militis caput ad maritū ſuum detulit. Pli. de uiris illuſt. inter captiuos, inquit uxor regis Orgiagontis Centurioni cuidam ī cuſtodia data eſt, a quo ui ſtuprata de iniuria tacuit, & poſt impetrata redemptione marito adulterum interfectū tradidit. Vehemētius quàm mori uoluit. Conſideratius. Quia expectauit occaſionē uindictæ. In eū locum. locus deputatus fuerat quo eius neceſſarii ad redimēdam uenirent. Huius fœminæ quid aliud. Si quis diligenter inſpexerit, quāto animi robore ulta ſit pudicitiā ſuam Orgiagontis, facile intelliget corpus, non animum capi, nec pudicitiam uiolari potuiſſe.

ASCENSIVS.

VEHEMENTIVS hoc. ideſt hoc ſcilicet iam dictum exemplum pudicitiæ ſcilicet mulieris Græcæ ſupple fuit uehementius, illud ſcilicet quod iam dicetur, ſupple fuit exemplum pudicitiæ conſideratius, ideſt temperātiore animo factum. Copiis .i. exercitibus Gallogræcorum, ideſt illorum populorum e Gallis ortorum, & in Græciæ parte, quam Brenno duce olim inuaſerant regnantium deletis ex parte, & captis ex parte a Cn. Manilio conſule, ſcilicet Romano in Olympo monte. Vxor Orgiagontis, ſeu Oriagontis, ut ſit uiri nomen, nam aliter dicam Oriagontis uxor Reguli, ſcilicet Gallogræcorum miræ pulchritudinis coacta pati ſtuprum a Centurione ſcilicet Romano, cui tradita erat cuſtodienda, poſtquam uentum eſt, ſcilicet ab ea & a Centurione, in eum locum, in quem Centurio, iuſſu, ideſt ex mandato conſulis, ſcilicet, Manlii iuſſerat, nuncio miſſo, ideſt per nunciū ad hoc miſſum neceſſarios, ideſt proximos ſanguine mulieris afferre precium, quo redimerent eam, Centurione expendente, ideſt pendendo exquirente pondus auri, & integro animo, & oculis in, ideſt ad pondus auri, quod allatum erat, mulier ſupple imperauit lingua gentis ſuæ, Gallogræcis, ut occiderent eum, ſcilicet Centurionem. deinde ipſa retinens manibus caput interfecti, ſcilicet Centurionis, Abſciſſum, ſcilicet a Gallogræcis uenit ad coniugem, ideſt maritum ſuum, & ſupple capite abiecto ante pedes eius, ſcilicet mariti expoſuit, id eſt declarauit ordinem, ideſt ſeriem, & omnem proceſſum, & ideſt ſimul iniuriæ ſuæ quā paſſa erat, & ultionis

THEOPHILVS.

ORTIAGONTIS. lege Plutar. de claris mulieribus, & Liuium de bello Macedonico libro octauo, quamuis inſcitia librarii poſt tot etiam cenſuras Orgiſgontis nomen uniuerſæ ſcriptum eſt.

OLIVERIVS.

THEVTONICOrum uero, Cimbri, Theutoni, ſenones, ab extremis Galliæ profugi, cum terras eorum inundaſſet oceanus nouas ſedes toto orbe quærebant. excluſi, & Gallia, & Hiſpania, cum in Italiam remigrarent, terram ad habitandū a ſenatu Populoque Romano petierunt. qua negata, quod nequiuerūt precibus armis petere conſtituunt. ſed eorum primum impetum Syllanus ſuſtinere non potuit, nec ſecundum Manilius nec tertiū Cæpio, omnes fugati, exutique caſtris ſunt. actumque fuiſſet de impe. Roma niſi Marius illo ſeculo contigiſſet, qui non auſus congredi ſtatim, militem tenuit in caſtris donec uicta rabies, & impetus, quem pro uirtute barbari habent, conſeneſceret quo facto illis facile ſuperauit. Nam cum tripartito agmine illi per alpes ferrentur, Marius mira celeritate occupatis cōpendiis præuenit hoſtem, prioreſque Theutonas aggreſſus eſt, cum quibus tanto ardore pugnatum eſt, ut cæedes hoſtium magis fuerit, quàm pugna, & uictor Roma. e cruento flumine nō plus aquæ biberit, quàm ſanguinis, ſublatis funditus Theutonicis, in Cimbros conuertitur. ſed non minor cum uxoribus illorum pugna, quàm cum ipſis fuit, cum obiectis undique plauſtris, atque carpentis altę deſuper, quaſi de turribus lanceis, contiſque pugnarēt perinde plus ſpecioſa mors earum fuit quàm pugna, nam cum miſſa ad Marium legatione libertatem, ac ſacerdotium non impetraſſent. Nam ſe ut ueſtales, uirgines pudicitiam perpetuo ſeruaturas profitebantur, ſuffocatis, eliſiſque paſſim infantibus ſuis, aut mutuis concidere uulneribus, aut uinculo e crinibus ſuis facto ab arboribus, iugiſque plauſtrorum pependerunt. Virilem dixerim, non muliebrem hunc animum fuiſſe. Qualem ſi earum uiri de ſe præſtitiſſent nūquam, Marius de illis triumphare potuiſſet. Theutonicorū Plorus dicit Cimbrorū fuiſſe uxores, & non Theutonicorū. Plu. quoque in uita Marii itidē dicit fuiſſe Cimbrorū non Theutonicorum, ſed aliter tradit hiſtoria. nā mulieres, inquit, quæ ad currus magno animo aſtabant fugientes, neci tradebant, quædam uiros, quædam fratres, quædā parentes, & filios infantes manibus, ſuffocantes ſub curribus deiiciebant, ſeipſas autē gladio iugulabāt. fama unam e ſummitate propugnaculi ſuſpēſam ligatis laqueo pedibus utrinque pepēdiſſe.

ASCENSIVS.

THEVTONI. Ordo eſt. Vero, ideſt ſed coniuges, ideſt uxores

uxores Theutonicorum, ſcilicet interemptorum a Mario, orauerunt Marium uictorem, ut mitterentur ab eo uirginibus ueſtalibus, ſcilicet Romam, affirmantes, ſe futuras expertes concubitus uirilis æque, ſcilicet diligenter, ac illas, ideſt ueſtales, & ea re .I. petitione honeſtiſſima nõ impetrata. (Miſerunt enim legatũ ad Marium, ut ſalua pudicitia, ſi nõ in patriam redire, ſaltem in ueſtæ clauſtra includi liceret. Marius autẽ ſuperbe reſpondit uictoris eſſe præſcribere legẽ, aut cõditionem deditionis uictis) eripuerunt ſibi nocte proxima, ſpiritum. i. anhelitum, laqueis, quia ſtrãgulauerunt primum filias, iniuriæ magis obnoxias. deinde ſibi matres, aut laqueo, aut gladio uitam præcluſerunt. Dii ſup. fecerunt (inquit autor) melius, ideſt benignius cũ Romano imperio, ꝙ non dederunt hũc, ideſt huiuſmodi, hoc eſt tam forte animũ etiam uiris in prælio. Nam ſi uiri uoluiſſent imitari uirtutẽ ſuarum mulierũ ipſi reddidiſſent trophæa uictoriæ Theutonicæ icerta ideſt dubia, quia forte Theutonici, aut Cimbri, qui re antea uicerant, uictores permãſiſſent. quod tamen, ne Romanæ uirtuti quicquam derogет, non audet afferere.

QVÆ LIBERE DICTA, AVT FACTA SVNT. CAPVT II.

Libertatem autem vehementis ſpiritus dictis pariter, & factis teſtatam, vt nõ inuitauerim, ita vltro venientem non excluſerim, quæ inter virtutem, vitiumq; poſita, ſi ſalubri modo ſe temperauit, laudem: ſi quo non debuit, profuderit, reprehenſionem meretur: ac vulgi ſic auribus gratior, q̃ ſapientiſſimi cuiuſq; animo probabilior eſt, vtpote frequentius aliena venia, q̃ ſua prouidentia tuta: ſed quia humanæ vitæ partes proſequi propoſitum eſt, noſtra fide æſtimatione propria referatur.

DE QVODAM PRIÑCIPE PRIVERNATVM.

Priuerno capto interfectiſq;, qui id oppidum ad rebellandum incitauerãt: ſenatus indignatione accenſus, conſilium agitabat, quidnam ſibi de reliquis quoq; Priuernatibus faciendum eſſet. Ancipiti igitur caſu eorum ſalus fluctuabat eodem tempore, & victoribus, & iratis ſubiecta. Cæterum cum auxiliũ vnicum in precibus reſtare animaduerterent, ingenui & Italici ſanguinis obliuiſci nõ potuerunt. Princeps enim eorum in curia interrogatus quam pœnam mereretur: Reſpondit, quam merentur, qui cũ ſe dignos libertate iudicarent, arma ſumpſerant exaſperatos. P. conſcriptorum animos, verbis inflammauerat. Sed Plautius conſul fauens Priuernatum cauſæ regreſſum animoſo eius dicto obtulit, quæſiuitq;, qualem cum eis pacem habituri Romani eſſent impunitate donata: at is conſtantiſſimo vultu, Si bonam dederitis, inquit, perpetuam: ſi malam, non diuturnam: qua voce perfectum eſt, vt victis non ſolum venia, ſed etiam ius, & beneficium noſtræ ciuitatis daretur: ſic in ſenatu Priuernas loqui auſus eſt.

OLIVERIVS.

Libertas dictorũ, factorumq;

LIBERTATEM autem. Dicturus de libertate loquendi pariter, & agendi, dicit eam non eſſe affectandam, ſed ſi ſe nobis obtulerit, nõ eſſe reſpuendam. Spiritus. Magni animi, quia libertas dicendi a magno animo proficiſcit. Inter uir. Si nimis fuerit. Et uitium. Si minima. Noſtra fide. Quia hiſtorici proprium eſt fideliter omnia narrare. Propria æſti. ut ſicut eſt, ita æſtimemus.

ASCENSIVS.

LIBERTATEM autem. Præfatio eſt de iis, quæ libere dicta, aut facta ſunt, de quibus non audet in uniuerſum pronunciare laudanda ne an uituperanda ſint, ꝙ alia laude, alia uituperio ſint digna. Ordo eſt. Autem ideſt ſed ut. i. quemadmodum ego nõ inuitauerim, ideſt nolim inuitaſſe, ut ueniat ad me diſcumbenda, quia anceps eſt eius laus, ita non excluſerim. i. nolim excluſiſſe ab hoc opere libertatem uehementis ſpiritus teſtatam, ideſt teſtificatam pariter dictis, ac factis uenientem. ſ. in has partes ultro, ideſt non requiſita a me. Quæ. ſ. libertas poſita inter uirtutem, & uitium, ſi temperauerit ſe modo ſalubriter, meretur laudem, ſi profuderit ſup. ſe eo, quo non debuit, meretur reprehenſionẽ. ac ſi gratior eſt ideſt plauſibilior eſt auribus uulgi, q̃ probabilior, ideſt probata (noue licet nam raro ponit pro re exceſſa comparatiuum. nam cõſuetius dicitur, ſum melior, q̃ diues, non q̃ diuitior, aut ditior) animo cuiuſq; ſapientiſſimi, hoc eſt plus gratiæ habet huiuſmodi libertas in animo uulgi, q̃ approbationis in animo ſapientis, nam periculoſe ſæpe fit, & iram potius, q̃ pacem conciliat. licet interdum ea feliciter quidam uſi ſint, unde addit utpote tuta frequentius uenia. aliena, id eſt eorum, in quos dicta, aut facta ſunt nimis libere, q̃ prouidentia ſua, ideſt propria. Sed quia propoſitum eſt, ſcilicet mihi in hoc opere proſequi partes, ideſt mores humanæ uitę, referatur, ideſt recenſeatur huiuſmodi libertas, fide, id eſt fidelitate in uera dicẽdo noſtra, ſcilicet qui hæc dicemus, & æſtimatione, ſcilicet de ualore eius an laudabilis an uero uituperabilis debeat dici propria. i. q̃ meruerit.

OLIVERIVS.

PRIVERNO capto. C. Plautius ſubegerat totum latium & præcipue Priuernates qui rebellauerant, ſumptoq; de autoribus ſupplicio de reliquis conſultabatur in ſenatu, & cum ipſa res per ſe anceps eſſet, pro ut cuiuſq; ingenium eſſet atrocius mitiuſue, ſuadentibus tamẽ icertiora omnia fecit unus ex Priuernatibus legatis, magis conditionis, in qua natus eſſet, q̃ præſentis neceſſitatis memor, qui iterrogatus a quodam triſtioris ſententiæ autore, q̃ pœnam mentos Priuernates cenſeret, eam inquit, q̃ merentur, qui ſe libertate dignos eſſe cenſent. cuius cum feroci reſponſo infeſtiores factos uideret conſul eos, qui Priuernatium cauſam impugnabant ut ipſe benigna interrogatione mitius reſponſum eliceret, quid ſi pœnam inquit, remittimus uobis qualem pacẽ uobiſcũ habituros ſperamus? ſi bona, inquit dederitis, & fidelem, perpetuam, ſi malã, haud diuturnam. tum uero minari, ne id ambigue Priuernatem quidam dicebant, & illis uocibus ad rebellãdum incitari populos pacatos. pars melior ſenatus ad meliora reſponſa trahere, & elicere uiri liberi uocem auditam, ac credi poſſe ullum populum, aut hominem deniq; in ea conditione, cuius eum pœniteat diutius, q̃ neceſſe ſit mãſurum. ibi pacem eſſe fidam, ubi uoluntarii pacati ſunt, neque eo loco, ubi ſeruitutem eſſe uelint, fidem ſperandam eſſe. in hanc ſententiam maxime cõſul ipſe inclinauit, animos identidem iam principis ſententiarum conſulares, uti exaudiri poſſet a pluribus, dicendo eos demum, qui nihil præterq̃ de libertate cogitant dignos eſſe, qui Romani fiant. itaq; & in ſenatu cauſam obtinuere, & ex autoritate patrum latum eſt ad populum, ut Priuernatibus ciuitas daretur. Ancipiti caſu. Dubia fortuna, quia alii perdẽdos, alii ſeruandos eſſe iudicabant, & quia Roma. uictores illis erant infenſi, arma ſumpſerant. Hoc dicit, ut maiorem oſtendat illorum fuiſſe libertatem. Regreſſum. Emendationem.

ASCENSIVS.

PRIVERNO oppido illo in latio capto, ſcilicet a C. Plautio, & ſupple eis, qui incitauerant id oppidum ad rebellandum interfectis, ſenatus accenſus indignatione agitabat conſilium, ideſt conſultabat, quidnam eſſet faciendum ſibi de reliquis quoq; Priuernatibus. Igitur eorum ſalus fluctuabat ancipiti caſu, quia in ſententia ſenatus, quæ tunc anceps erat, ſubiecta eodem tempore & uictoribus, qui poterant eos deſtruere, & iratis, qui uidebantur id debere uelle. Cæterum cum Priuernates animaduerterent, ideſt conſiderarent unicum auxilium, reſtare, ideſt reliquum eſſe in precibus, non potuerunt obliuiſci ingenui, & Italici ſanguinis, ideſt non potuerunt, quin ut ingenuos decet libere loquerentur, etiam ſi mor

riendum eſſet. Princeps enim eorum interrogatus in curia id eſt in ſenatu, ꝗ pœnam mererentur, ſcilicet Priuernates ob deſfectionem. Reſpondit ſupple eam, ꝗ mererentur ii ſupple qui cum iudicarent ſe dignos libertate, ſumpſerunt arma, ſcilicet ad defendendā libertatem, & ita ipſe inflammauerat, ſcilicet ad iram, animos patrum conſcriptorum exaſperatos, ſcilicet prius per iniuriam illatam. Sed Plautinus conſul fauens cauſæ Priuernatum, quia fere eorum, quos uicerant Rom. patroni fiebant obtulit dicto animoſo, id eſt nimis libero animo profectæ reſponſioni, regreſſum, id eſt quaſi reuocationem, & ita ſi uellet emendationem, per ſecundum reſponſum. ꝙ id eſt quia quæſiuit, qualem pacem Rom. habituri eſſent cum eis, ſcilicet Priuernatibus, impunitate donata id eſt ſi remiſerit ſenatus ei culpam. At, id eſt ſed is, id eſt princeps Priuernatum inquit, uultu conſtantiſſimo, perpetuam ſupple habituri eſſent pacē, ſi dederint bonam, & non diuturnam ſi dederint, malam Qua uoce, ſcilicet tam libera, & quæ ſenatum in admirationem traxit, perfectum eſt, ut non ſolum uenia daretur uictis, ſed etiam ius, & beneficiū noſtræ ciuitatis, quia ciuitate gratis donati ſunt, ut fideliꝰ amicitiam Po. Ro. ſeruarent. Sic in ſe, &c. Particula eſt cōtinuatiua, quæ potius ſequenti connectitur, ne clauſula una in duo capita ſcidatur. Ordo eſt. Priuernas .i. princeps Priuernatū auſus eſt loqui ſic in ſenatu.

OLIVERIVS.

LVCIVS uero Philippus Druſiana ſeditio grauis, & perniciosa prope ad interitum imperii proceſſit. Druſus .n. non tribunatus modo uiribus, ſed ipſius etiam ſena. autoritate, totiuſq; Italiæ conſenſu gracchanas leges aſſerere conatus, dum aliud captat ex alio, tantum conflauit incendium, ut ne prima illius flamma poſſet ſuſtineri Seruil. Cæpio equeſtrem ordinem, Liu. Druſus ſenatorium tuenda ſuſceperant. nam tum equites tantum opibus uolebant, ut interceptis uectigalibus depecularentur ſuo more remp. ſenatus exilio Met. damnatione Rutilii debilitatus, omnes decus maieſtatis amiſerat, nam iudicia a ſenatu ad equites tranſlata fuerant. Signa igitur, & Aquilæ & uexilla in foro, tanqꝫ in caſtris poſita, & in una urbe, quaſi in binis caſtris diſſidebatur. prior Cæpio in ſenatum impetu facto reos ambitus Scau. & Philip. principes nobilitatis elegit. his ut motibus reſiſteret Druſus plebem ad ſe gracchanis legibus, eoſdem ſocios ad plebem ſpe ciuitatis erexit, extat uox ipſius nihil ſe ad largitionem ulli reliquiſſe, niſi ſi quis, aut cœnum diuidere uellet, aut cælum. cum igitur Philip grauiter inuectus eſſet in ſenatu, ꝙ Druſo perniciosas leges promulganti non reſiſteret, eouſq; progreſſus eſt, ut diceret ſibi opus eſſe alio ſenatu, qui reip. melius conſuleret.

DE L. CRASSO.

Lucius vero Philippus conſul aduerſus eundem ordinem libertatem exercere non dubitauit: nam ſegnitiem pro roſtris exprobrās, alio ſibi ſ.natu opus eſſe dixit: tantumq; a penitentia dicti abfuit, vt etiā L. Craſſo ſummæ dignitatis, & eloquentiæ viro, id in Curia grauiter ferenti manum iniici iuberet. Ille reiecto lictore, non es, inquit, mihi Philippe conſul, quia nec ego tibi ſenator ſum.

DE P. SCIPIONE AFRICANO.

Quid? Philippum ab incurſu ſuo tutum libertas reliquit? immo & ſimiliter aggreſſa, & æque experta patientia eſt Cn. Carbo Trib. Ple. nuper ſepultæ Gracchanæ ſeditionis turbulētiſſimus vindex; idemque orientium ciuilium malorum fax ardentiſſima, Publium Africanum a Numantiæ ruinis ſummo cum gloriæ fulgore venientem, ab ipſa pene porta in roſtra productum, quid de Tiberii Gracchi morte, cuius ſororem in matrimonio habebat, ſentiret: interrogauit: vt autoritate clariſſimi viri, inchoato iam incendio multum incrementi adiiceret: quia non dubitabat, quin propter tam arctam affinitatem aliquid pro interfecti neceſſarii memoria miſerabiliter eſſet locuturus. At is iure eum cæſum videri reſpondit: cuius dicto cum concio tribunitio furore inſtincta violenter ſucclamaſſet, Taceāt inquit quibus Italia nouerca eſt: orto deinde murmure, non efficietis ait, vt ſolutos verear, quos alligatos adduxi. Vniuerſus populus iterū ab vno contumelioſe correptus erat. Quantus eſt honos virtutis? tacuit actutum: recens victoria ipſius Numantina, & patris Macedonica, deuictæq; Carthaginis ſpolia habita, ac duorum regum Syphacis & Perſæ ante triumphales currus catenatæ ceruices, tunc totius fori prementes ora clauſerunt: nec timori datum eſt ſilentium, ſed quia beneficio Aemiliæ, & Corneliæ gentis, multi metus vrbis, atq; Italiæ finiti erant. Plebs Romana libertatis Scipionis libera non fuit Quapropter minus mirari debemus, ꝙ ampliſſima Cn. Pompei autoritas toties cum libertate luctata eſt: nec ſine magna laude, quoniam omnis generis hominum licentiæ ludibrio ſe eſſe quieta fronte tulit.

quod dictum cum Liuius Craſſus ſummæ dignitatis, & eloquentiæ princeps grauiter ferret, quaſi inſolens, atq; ſuperbus oratione inuectus eſt in Philip. qui tantum ſenatum uituperaret. tum Philip. lictorem miſit in eum, quem Craſſus a ſe fortiter reiiciens, dixit, mihi conſul non eſt Philip. quando illi non ſum ſenator. nam dixerat Philip. mihi opus eſt alio ſenatu. & cū ingēs exorta eſſet altercatio inter Craſ. & Philip. iuſſit Philip. domo Craſſi pignora efferri. Craſ. ait ſe pignoribus nō deterreri, quominus diceret, ꝙ e rep foret, nec prius taciturū ꝗ ſpiritus deficeret. nā ut inquit Cic. in oratione. Craſſ. eo die orationem prope diuinam habuit in ſenatu contra Philip. tantaq; mentis agitatione cōcuſſus eſt, ut cum ſe domum recepiſſet febribus, & dolore laterum laborare cœperit, & die ſeptimo perierit.

ASCENSIVS.

LVCIVS uero Phi. con. non du. exer. lib. ſcilicet loquēdi aduerſus eundem ordinem ſcilicet ſenatorium. nam exprobrans, id eſt probro dans ei ſegnitiem, id eſt pigritiam pro roſtris, id eſt ante roſtra, hoc eſt in publica concione dixit opus eſſe ſibi alio ſenatu, & abfuit tantum a pœnitētia dicti, ut iuberet etiā manū iniici L. Craſſo uiro ſummæ dignitatis, & eloquentiæ ferenti id grauiter in curia. Ille, ſ. L. Craſſ. inquit .i. reſpondit æque libere, lictore, id eſt, miniſtro conſulis miſſo ad eum coniiciendum in uincula, reiecto, id eſt repulſo, o Phil. tu non es mihi conſul, id eſt non debeo tibi parere, ut conſuli meo, quia nec ego ſum tibi ſenator, id eſt qa nō honoras me, ut ſenatorē.

OLIVERIVS.

QVID Phi. ab incur. ſuo tu. Cn. Car. Hic amiciſſimus fuerat C. Grac. qui cum legem agrariam ferret a L. Opti. occiſus eſt. Hic ergo cum ſeditionem illā excitaret, quo tempus reuerſa Carth. deleta Numantia Pub. Africa. uictor redibat in urbem, illi obuiam proceſſit ad portam, & in forum produxit, ut eius autoritate cōfirmaretur odiū i patres, creſceretq; ſeditio, ꝗ ex morte Grac. concitauerat. nam Semproniā Gracchā C. & Tib. Grac. ſororem Afri. uxorem habebat. ſperabat ergo propter affinitatē grauius aliquid de Grac. morte dicturum, cum igitur protraxiſſet in forum, quæſiſſetq; ab eo, quid de Gracc. morte ſentiret, iure cæſum reſpondit. tum populus tumultuare cœpit. quod ille ſentiens, taceant, inquit, quibus Italia nouerca eſt. quo dicto cum multo magis tumultus excitaretur, non efficietis, inquit, ut eos uerear, quos uinctos ſolui. Pli. dicit, quos ſub corona uendidi. his uerbis populi furorem non metu quidē, ſed partim ſui, partim maiorū ſuorum gloria, & autoritate repreſſit. Turbulentiſſimus uind. Seditioſiſſimus ultor eorum qui ſeditionē Gracchanam excitauerant. P. Africanum. Qui propter hanc de

Graccho

Graccho ſententiam proxima nocte fuit interēptus in cubiculo ſuo, ut diximus in cap. de moderatio. Cuius ſororem, ſcilicet Semproniam. Incrementi multum. Multum. n. auxiſſet populi furorem ſua autoritate Scip. ſi Gracchum impie cæſum dixiſſet. Italia nouerca. Aut qui nō ueri ciues Itali forent, quippe captiui paulo ante in triumphum adducti, aut certe qui non aliter Italiam diligerent, ac ſi ſibi nouerca foret, hoc eſt qui nihilo plus amant Italiam, q̄ priuigni nouercā. Quos alligatos. Nā multos ex plebe Romana, qui in Carthaginienſium, & Numantinorū captiuitatem uenerant, liberauerat, & libertate donauerat. Quātus eſt honos uirtutis. Quaſi dicat ingens. Et tacuit. Adducit rationem quia dignitas fecit, ut æquo animo paterentur. Recens. Quia pauloante redierat deleta Numantia. Patris Pauli Æmilii, qui in familiā Scipionū per adoptionem trāſtulit. Syphacis. quē auus eius adoptiuus Africanus ſuperior ceperat. Perſæ. quem duxit in triumphum. Ceruices. ſuperbiam. Fori. populi, continens pro contento poſuit. Quapropter minus mirū. Si populus, inquit uniuerſus aliquādo ceſſit libertati Scipionis clariſſimorumq́ue uirorum, quid mirum ſi Pomp. patienter tulit libertatem loquendi contra ſeipſum? quod non ſine eius laude factum eſt. & ita multa exempla ponit eorum, qui contra Pompeiū libere ſunt locuti.

ASCENSIVS.

¶ QVID Phi. &c. Ordo eſt. Quid? ut ſit modus interrogandi, quid libertas ſupple aut fecit? reliquit Phi. tutum ab' ineur. ſuo, ideſt ne alter æque libere in eum inueheretur, quaſi dicat nunquid ideo Phi. quia libere locutus erat, non audiuit liberius reſpondentem? Immo inquit. & ideſt ſimul aggreſſa eſt, ideſt inuaſit, ſcilicet libertas ſenatoris, ſimiliter ſcilicet Phi. conſulem, & patientia eius ſup. experta, ideſt probata eſt æque, ideſt æqualiter audiendo libere reſpondentem conſulē. Sed ſup. aliter factū eſt in liberis dictis Scipionis. nam obmuteſcere fecit populum. Cn. Carbo trib. ple. turbulentiſſimus, ideſt pleniſſimus turbarum uindex, ideſt ultor & innouator ſeditionis Gracchanæ. ſepultæ, id eſt ſopitæ nuper, ideſt pauloante. idemq́ue fax ardentiſſima, ideſt uis maxime incētiua malorum ciuilium orientium, ſcilicet per murmur, & ſeditionem occultam, interrogauit Pub. Africanum, ſcilicet Scipionem uenientem cum ſummo fulgore gloriæ a ruinis, ideſt euerſione Numantiæ urbis præclaræ in Hiſpania productum in roſtra, ideſt locum concionis, pene ab ipſa porta, quaſi dicat, priuſquā ſe in ædes proprias recepiſſet, Quid ſentiret de morte Tiberii Gracchi cuius ſororem habebat in Matrimonio, ut adiiceret incendio iam inchoato multum incrementi, ideſt ardentiores furoris, autoritate clariſſimi uiri, uidelicet Scipionis, quia non dubitabat quin, ſcilicet Scipio eſſet locuturus aliquid miſerabiliter, ideſt ad commiſerationem faciēs, pro memoria neceſſarii, ideſt affinis interfecti, ſcilicet Tiberii Gracchi propter affinitatem tam arctam, quia interfecti ſororem duxerat ſibi coniugem. At ideſt ſed is, ſcilicet Scipio, reſpondit cōtra ſpem Carbonis, ſup. T. Gracchum uideri ſibi cæſum iure, id eſt merito eius. Cui dicto cū cōcio. i. tota multitudo, quæ coiuerat, inſtincta. i. inſtigata, furore tribunitio. i. Carbonis tribuni, ſuccclamaſſet. i. ſubſequēter inclamaſſet, uiolēter, Scipio ſup. inquit, Taceant ſup. fere omnes illi, qui ſucclamabant, quibus Italia eſt nouerca. i. non uera parens, quia quantū in eis fuit hoſti diripiēdam permiſiſſent, aut quia non ut Italicum nomen deceret pro patria libertate, ſed ſeditioſe pro fortium uirorum ſudore partis agris ipſi ignaui certarent. Deinde murmure orto, ſcilicet a concione negante Italiam ſibi nouercam. ait, ſcilicet Scipio, uos nō efficietis, ut uerear ſolutos, ideſt liberos effectos, & quaſi manumiſſos, quos adduxi, ſcilicet e ſeruitute Hiſpanica, alligatos, ſcilicet prius ab hoſtibus, aut quos adduxi ligatos, ideſt cum ligati prius eſſent timore, parumq́ue abfuit, quin ab hoſte ligarentur, ego hoſtium uictor reuerſus a curis & ab imminente ſeruitute liberaui, quod ideo dico, quia additur uniuerſus populus (non enim & uniuerſus, ſed pauci reſpectu aliorum reuera alligati fuerant) correptus erat iterum contumelioſe ab uno, unde exclamat autor. Quantus, ideſt o quantus eſt honos uirtutis. i. qui uirtuti fere impēditur, quaſi dicat maximus. Nam ſup. uniuerſus populus tacuit actutum, ideſt ſtatim, & cauſam addit, quia recens uictoria Numantina eius ſcilicet Scipionis, & uictoria Macedonica patris, ſcilicet eius, & ſpolia Carthaginis deuictæ, habita, ſcilicet a populo p Scipionē, ac ceruices duorum regum, ſcilicet Syphacis regis Aſiæ, & Perſæ regis Macedoniæ catenatæ ante currus trimphales, in quibus domus Cornelia trimpharat, pr[æ]mentes tunc ora totius cōcionis ſtātis in foro, clauſerunt ſup. ea. Nec ſilētium, ſcilicet totius populi, datum eſt, ideſt aſcriptum timori ſcilicet eius, ſed quia multi metu urbis, atq́ue Italiæ, erāt uniti beneficio gētis Æmiliæ, & Corneliæ ad quas Scipio attinebat, plebs Romana non fuit libera, ideſt immunis libertatis Scipionis aut ſi eſt libertati, ideſt quantum ad libertatem, ſeu reſpectu libertatis Scipionis. Non enim palam mutire auſa eſt. Quapropter nos debemus minus mirari, q̄ ampliſſima autoritas Cn. Pompeii (eſt autem paraſceue ad ſequentia exempla) ampliſſima, luctata eſt, ideſt certauit toties, cum libertate ſcilicet aliorum in ſe, nec ſine magna laude ſcilicet eius, quia tulit, ideſt paſſus eſt fronte quieta, ideſt minime commota ſe eſſe ludibrio, licentiæ hominum omnis generis, ut in ſequentibus declarat de quibuſdam.

DE CN. PISONE.

Cn. Piſo, cum Manilium Criſpum reum ageret, cumq́ue euidenter nocentem gratia Pompeii uideret eripi, iuuenili impetu, ac ſtudio ad accuſationē prouectus, multa, & grauia crimina præpotenti defenſore obiecit: interrogatus deinde ab eo, cur ſe quoq́ue non accuſaret, Da inquit, uades Reip. te, ſi poſtulatus fueris, ciuile bellum non excitaturū, iam de tuo prius, q̄ de Manilii capite in cōſilium iudices mittā: ita eodem iudicio duos ſuſtinuit reos: accuſatione Manilium, libertate Pompeium: & eorum alterum lege peregit, alterum profeſſione, qua ſolū poterat.

OLIVERIVS.

¶ CN. Piſo. Piſo Manilium Criſpum adulterii accuſauerat, Criſpus Pompeii amiciſſimus erat, & Pompe. gratia liberatur. quod, cum uidiſſet Piſo dixit eripi ſibi reum gratia Pōpeii. tum Pompeius cur inquit non me quoq́ue accuſas? at ille, da uades inquit non concitaturum bellum ciuile, & prius de capite tuo, q̄ de Mani. ſalute agetur. Hunc Maniliū Criſpum M. Varro. in commentariis ſuis a T. Antonio Milone in adulterio deprehenſum, fuiſſe ſcribit, nec prius dimiſſum, q̄ grandi pecunia multatum, loriſq́ue cæſum, quod Cice. quoq́ue teſtimonio confirmatur. qui, dicit bis ad iudiciū ſubſellia tractum extrema fortuna ſtetiſſe, & ita diſceſſiſſe, ut non ipſe innocens, ſed iudices peieraſſe exiſtimarentur. Si poſtulatus. Si accuſatus fuerit, nam poſtulari criminis in iudicio, eſt quempiā accuſari. Lege peregit. ſecūdum legē accuſando. Profeſſione. Quia profeſſus eſt ſe accuſaturū.

ASCENSIVS.

¶ CN. Piſo. cum ageret Manilium Criſpum reum, ideſt cum eius accuſator in iudicio eſſet, & uideret eum, ſcilicet Criſpum nocentem euidenter eripi ſcilicet a condemnatione, gratia ideſt per gratiam Pompeii, qui defenſor Manilii apud iudices pluri- Criſpus
mum ualebat. Piſo profectus ad accuſationem impetu, ac ſtu- adulterii
dio iuuenili, & ira nimis ardenti, obiecit defenſori præpotenti, reus
ideſt nimis potenti gratia ſua, multa, & grauia crimina, ſcilicet rei. deinde interrogatus ab eo ſcilicet Pomp cur non accuſaret quoq́ue ideſt etiam ſe ſcilicet Pompeium inquit, da reip uades, id eſt qui periculum obeant ſi ſecus feceris, te non excitaturum bellum ciuile, ſi fueris poſtulatus, id eſt in ius uocatus, ego iam, ſcilicet ubi uades dederis, mittam in conſilium iudicis de capite tuo, priuſquam de capite Manilii. Ita Piſo ſuſtinuit eodem iudicio, ideſt eadem lite duos reos, ſcilicet Manilium accuſatione, & Pompeium libertate. & peregit, id eſt ad condemnationem uſq́ue perduxit, alterum eorum, ſcilicet Manilium, lege, ideſt per legem, alterum ſcilicet Pompeium profeſſione, ideſt proteſtatione ſe id facturum, ſi poſſet, aut auderet. qua .ſ. profeſſione poterat ſolum id, ideſt duxtaxat Pompeium reum agere.

THEOPHILVS.

¶ AT qui. M. Varro ut eſt apud Gellium, non Manilium Sed hiſtoriæ autorem Saluſt. Criſpum ab Annio Milo. in adulterio deprehenſum, loriſq́ue cæſum ſcripſit.

Iuxta Padum ſe cõtuliſſet, iuſſu Põpeii a Geminio interficit, hic Brutus eius Bruti pater fuit, qui Cæſarem interfecit in ſenatu.
Vidi Cn. Carbonem. Plu. in uita Pomp. ſic tradit, ſimul ac Pomp. Strabo mortuus eſt, continuo Pomp. pro patre repetundarum ex præda Aſeulana reus fit, & eum deprehendiſſet ex libertis unum plurima ſibi excepiſſe Alexandrum nomine, iudicibus tradidit. hic dicebat retia uenatoria, & libellos quoſdam habere ex Aſeuli ſpoliis & hæc quidem a patre non aeceperat, Aſculo capto. ſed a miſera direpta domo a militibus Cinnanis, quo tempore urbem irruperant. patronos habuit cauſæ tum alios, tum etiam Carbonem, ut hic apparet, ſed e onſtantia ipſius plurimum iuuit, qua prætor Antiſtius, qui huic iudicio prçerat, mortuus in primis Antiſtiam filiam ei deſponſauit. hoc exemplum etiã in ca. de ingrati. diximus.
Et quiritatu. ciuitate hoc dicit quia Græcus fuerat. Vidi perpennam, de hoc perpenna multis in locis ſupra dictum eſt, qui ſertorio coniunctus, & illius magna inuidia commotus, coniuratione facta illum de medio ſuſtulit. nam Antonius unus eſt coniuratis Sertorium in conuiuio gladio tranſfixit. deinde Perpenna facilius a Pomp. ſuperatus & necatus eſt. Indemnati. Indicta cauſa.
Obducta. occluſa, & ſanata, eſt tranſlatio ſumpta a cicatrice bellorum Marii, & Syllæ.
Municipali. qui de Formiano municipio. Sed non patitur, quia indignum uidetur.

Pompeii: venio enim ab inferis L. Libonẽ accuſaturus: ſed dum illic moror, vidi cruentum Cn. Domitium Aenobarbum deflentem, ꝙ ſummo genere natus, integerrima vitæ, amãtiſſimus patriæ, in ipſo iuuentutis flore, tuo iuſſu eſſet occiſus. Vidi pari claritate conſpicuũ Brutũ ferro laceratum, querentẽ, id ſibi prius perfidia, deinde etiã crudelitate tua accidiſſe. Vidi Cn. Carbonẽ acerrimũ pueritiæ tuæ, bonorumq; patris tui defenſorem, in tertio cõſulatu cathenis, quas tu ei iniici iuſſeras, vinctũ, obteſtantẽ, te aduerſus omne fas, & nefas cum in ſummo eſſet ĩperio, a te equite Romano trucidatũ. Vidi eodẽ habitu, & quiriatu tuo prætoriũ virum Perpennã ſæuitiã tuã execrantẽ: omneſq; eos vna voce indignantes, quod indemnati ſub te adoleſcentulo carnifice occidiſſent. Obducta iam vetuſtis cicatricibus bellorũ ciuiliũ vaſtiſſima vulnera, municipali homini ſeruitutem paternã redolenti effrenatæ temeritatis, intolerabilis ſpiritus impune reuocare licuit. Itaq; eo tempore & fortiſſimũ erat Cn. Pompeio maledicere, & tutiſſimũ. ſed nõ patitur nos hoc longiore querela proſequi perſonæ inſequentis aliquanto ſors humilior.

DE DIPHILO TRAGOEDO.

Diphilus tragœdus, cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum verſum veniſſet: in quo hæc ſententia continetur: miſeria noſtra Magnus eſt: directis in Pompeium Magnum manibus pronuntiauit: reuocatusq; aliquoties a populo, ſine vlla cunctatione nimiæ illum, & intolerabilis potentiæ reum geſtu perſeueranter egit. eadem petulantia vſus eſt in ea quoque parte virtutem iſtam veniet tempus cum grauiter gemas.

ASCENSIVS.

¶ ÆLIVS Mantia, &c. Continuo affert libere in Pomp. dicta quæ ideo tot accumulaſſe uidetur, ut Tibe. Cæſari ea regratificetur. dum .n. libere in Pom. dicta recitat, tacite eius uitia commemorat, quę Tibe. nimirum ꝙ Cæſari eſſet ſucceſſor, non inultus audiebat, præſertim, cum quæ obiiciantur uera eſſe ſatis innuat. Sed hoc alii iudicent. Ordo eſt. Ælius mantia Formia .i. e formis oriundus, filius libertini .i. eius qui e ſeruo liber factus fuerat, & ſenectutis ultimæ, ut quæ quietem non iurgia fori expoſceret, accuſabat apud cenſores Lucium Libonem. in quo certamine cum Pom. magnus exprobrans, ideſt opprobrio dans ei, ſcilicet Ælio humilitatem .ſ. ſtatus, quia erat libertinæ quodammodo conditionis, & ætatem, quia ultra ſortem ſenectæ aeeuſationi inſiſtebat, dixiſſet illum remiſſum ab inferis ad accuſandum, ſcilicet quẽ libet. tunc autem Libonem, Inquit o Pom. tu non mentiris. uenio .n. ab inferis. ſ. recenſendo eos quos illuc miſerat Pomp. accuſator in Lucium Libonem. ſed dum moror illic. ſ. apud inferos per cõtemplationẽ, nõ .n. reuera, ſe apud inferos fuiſſe profitetur, ſed ut Pom. crimina ea occaſione enumeret fatetur ſe illinc ueniſſe, quod ut dixi, de contemplatione inferorum uerificari poteſt, uidi Cn. Do. Ænobarbum cruentum. ſ. uulneribus, Pom. iuſſu illatis, deflẽtem, ꝙ natus ſummo genere, uir ſup. aut habitus, uitæ integerrimæ, & amantiſſimus patriæ eſſet occiſus ſcilicet in Africa tuo iuſſu, in ipſo flore iuuẽtutis. Vidi Brutum .ſ. Decium Brutum patrem eius Bruti, qui Cæſarem Interemit, conſpicuum pari .i. æquali claritate. ſ. generis, & natalium, laceratum ferro, querentem .i. conquerentem id accidiſſe ſibi. ſ. ꝙ ferro laceratus eſſet, prius perfidia tua, quia fidei ſuę ſe, dum Mutinam dederet, cõmiſerat deinde etiam crudelitate tua, qua iuſſiſti eum a Geminio interfici, dũ ad caſtellũ quoddã proficiſceretur. Ego uidi Cn. Carbo. acerrimũ defenſorẽ pueritiæ tuæ, & bonorũ patris tui ut in capite de ingra. dictum eſt, uinctum in tertio cõſulatu tuo catenis, quas tu iuſſeras inilci, obteſtantẽ te .i. merita in te ſua. Aut cõtra te deos teſtantem. Et ſup. trucidatum aduerſus omne fas, & nefas .i. nulla habita ratione, an fas an nefas eſſet (alioqui .n. difficile eſſet in uno actu, niſi diuerſo reſpectu cõtra utrunq; facere) cũ eſſet in ſummo imperio a te equite Ro. & ita illum revereri merito debuiſſes. Vidi etiam Perpennã, uirũ prætorium execrantẽ ſæuitiam tuam, habitu, & quiritatu tuo .i. donatũ inſignib⁹, & ciuitate Ro. licet Grçcus eſſet, ut tu, aut quiritatu tuo .i. lamentatione, qua tu uti debebas, & repete uidi, aut audiui eos oẽs indignantes una uoce (unde potius audiſſe dicatur, niſi uidendi ſenſus Aug. autore ad oia obiecta referat, & ideo quia nõ eſt moris aliud uerbũ, ꝙ quod præmiſſum eſt, repetere, & pri⁹ dixit Vidi cruẽtum. uidi pari claritate, &c. puſtem idẽ repetendum ſub generali ſignificatione) ꝙ occidiſſent indẽnati .ſ. ſoleni iudicio hoc eſt idicta cauſa, ſub te adoleſcentulo carnifice. Licuit .i. ꝑmiſſum eſt, homini municipali quia Formiano, redolenti .i. referenti, & ex parte imitãti ſeruitutẽ paternam, hoc eſt illiberales mores qa parer eius ſeruituteſ ſeruaret, & ſup. homini temeritatis effrenatæ .i. profuſæ, & nullo freno uereeundiæ retentę, & ſpiritus .i. uehementię animi intolerabilis reuocare .i. renouare, aut refricare uaſtiſſima uulnera .i. maximas offenſas, & inimicitias bellorũ ciuilium obducta .i. ſopitas, cicatricib⁹ iam uetuſtis .i. longa a memoria abolitione, eſt .n. metaphora a uulneribus ſemel ſanatis, & deinde renouatis. Itaq; .i. & ita erat eo tempore. & .i. ſimul fortiſſimum maledicere Cn. Pom. & tutiſſimum, quia incredibili longanimitate omnia patiebatur. Sed ſors perſonæ inſequentis aliquanto humilior, ſcilicet ꝗ Ælii Mantiæ, non patitur. nos proſequi hoc ſcilicet conuitium Ælii in Pom. libere dictum, quia iuſtior futura eſt querela in libertatem tragœdi ſequentis.

THEOPHILVS.

¶ QVIRITATV. Quiritare eſt quiritum fidẽ, opemq; implorare, ut eſt apud Varronem. Cice. in epiſtola decima illi miſero quiritanti ciuis Ro. ſum reſponderet, abi nunc populi, fidem implora. inde Quiritatio, & Quiritatus pro flebili, indignaq; conqueſtione, Cæcilius Secundus epiſt. vi. Audires eiulatus fœminarũ, infantiũ Quiritatus, clamores uirorum. Eodẽ habitu, & Quiritatu. Cruentũ, & ferro laceratum, nec minus deflentem id ſibi accidiſſe crudelitate tua quam ſuperiores. Hæc Ianus.

OLIVERIVS.

¶ DIPHILVS tragœdus. hic tragœdiarum actor fuit, qui tragœdiam egit ludis theatralibus, in qua uerſus erant, in quibus continebantur hæc uerba miſeria noſtra Magnus eſt, ſcilicet Pomp. Item uirtutẽ iſtam ueniet tẽpus, cũ grauiter gemas. ꝙ cum Diphilus pronunciaret digitum extendebat in Pom. ex quo populus omnis plauſum dedit. De hoc Cic. ad Atticũ lib. ſexto epiſto. multa me ſollicitant. Diphilus inquit tragœdus Diphilus in Põpe. inuectus

in noſtrum Pomp. petulanter inuectus eſt, noſtra miſeria tu es magnus miles, coactus eſt dicere tandem, uirtutem iſtam ueniet tempus, cum grauiter gemas, totius theatri clamore dixit. Itemq; cætera, nam & eiuſmodi ſunt hi uerſus, uti ab inimicis Pomp. in tempus ſcripti eſſe uidebantur. Directis manibus in Pomp. Vt de ſe dictum illud intelligeret.

magiſtratum, prætorem. Cn. Carbone conſule iubente decretum fieri ſcilicet ab eo Pla. quo obſides, ſcilicet fidei conſeruandæ darentur ſibi, ſcilicet Carboni, nec obtemperauit, ideſt non obediuit ſummo imperio eius ſcilicet conſulis, nec ceſſit maximis uiribus eius atq; reſpondit etiam, ideſt inſuper dicenti ſcilicet conſuli ſe habere multos gladios, ſcilicet quos in illum poſſit diſtringere. Et ego ſup. habeo annos. ſ. multos tot legiones .i. quot conſuli parebant. obſtupuerunt intuẽtes tam robuſtas reliquias ſenectutis. Ita quoq; Carbonis qui habebat perquam .i. ualde exiguam materiam ſæuiendi .i. in quam ſæuitiam ſuam oſtendat ut pote ĩ tam paucos annos Caſtritii, ablatura .i. quæ eſſet ablatura, aut quæ poſſet auferre, paruulum tempus uitæ. ſ. quod reliquum erat, collapſa eſt ipſa .i. ſua ſponte in ſe .i. defecit, cũ non haberet obiectum, in quod exiret. Sane puto ſe ipſa duas eſſe uoces, ut ſe ſit accuſatiui caſus, & ipſa nominatiui, quomodo Cicero fere loquitur. nam compoſite diceret in ſe ipſam, niſi motum negemus ut ſit collapſa eſt .i. defecit in ſe ipſa.

DE MARCO CASTRITIO.

Marci etiam Caſtritii libertate inflammatus animus, qui dum Placentiæ magiſtratum gereret, Cn. Carbone cõſule iubente decretum fieri, quo ſibi obſides a Placentinis darentur, nec ſummo eius imperio obtemperauit, nec maximis viribus ceſſit: atque etiam dicenti multos ſe gladios habere, reſpondit, & ego annos. Obſtupuerunt tot legiones tam robuſtas ſenectutis reliquias intuentes: Carbonis quoq; ira, quia materiam ſæuiendi perquã exiguã habebat. paruulũ vitæ tẽpus ablatura, in ſeipſa collapſa eſt.

DE SERVIO GALBA.

Iam Seruii Galbæ temeritatis plena poſtulatio, q̃ diuum Iulium conſummatis victoriis, in foro ius dicentem, in hũc modum interpellare ſuſtinuit: C. Iuli Cæſar pro Cn. Pompeio magno quondam genero tuo in tertio eius conſulatu pecuniam ſpopondi, quo nomine nunc appellor. Quid agam? dependã? palam atq; aperte ei bonorum Pompeii venditionẽ exprobrando, Vt a tribunali ſummoueretur, meruerat: ſed ipſa illud manſuetudine mitius pectus, æs alienum Pompeii ex ſuo fiſco ſolui iuſſit.

DE CESELIO VIRO SAPIENTE.

Age Ceſelius vir iuris ciuilis ſcientia clarus, q̃ periculoſe contumax? nullius enim aut gratia, aut autoritate compelli potuit, vt de aliqua earum rerum, quas triumuiri dederant, formulam componeret. Hoc animi iudicio victoriæ eorum beneficia extra omnem ordinem legum ponens. Idem cum multa de temporibus Cæſaris liberius loqueretur, amiciq; ne id faceret monerent: duas res, quæ hominibus amatiſſime videntur, magnam ſibi licentiam præbere reſpondit, ſenectutem & orbitatem.

ASCENSIVS.

DIPHILVS tragœdus .i. actor tragœdiarum cũ ueniſſet inter actum .i. inter agendum, in ludis apollinaribus .i. Apollini fieri ſolitis, ad cũ uerſum, in quo continet̃ hęc ſententia, Miſeria noſtra eſt Magnus. ſ. miles. pronũciauit ſupple cum manibus, & præcipue indice, directis in Pomp. & reuocatus aliquoties a populo, ut. ſ. deſiſteret, aut potius, ut iterum pronunciaret. Nam reuocare duo inter ſe pene diuerſa ſignificat ob diuerſitatem rerum, quæ reuocantur. nam unũ ſignificat, quod eſt iterum uocare. quocirca ſi rem abolitam, & obductam reuocamus intelligitur eam innouare, & priſtino uigori reſtituere, ſuperiore exemplo, reuocare obducta uulnera. Sin uero res proſpere euntes reuocamus eas a proceſſu arcemus, ut reuocatio legum eſt, aut antiquarum inſtauratio aut nouarũ antiquatio, & ideo apud Virg. Æneid. primo, reuocato ſanguine teucri. Diximus non debere neceſſario dici nomen pro nomine poſitũ, cum ſanguis teucri reuocetur, & ſanguis dardani reparetur (hoc ergo loco poteſt tragœdus intelligi reuocatus ab incepto, ut deſiſtat a Pomp. ſugillatione, aut ſæpe uocatus ad eiuſdem uerſus pronunciationem, quod magis placet cum propter populi malignitatem. gaudet .n. principium uirorum criminationibus, tum uero quia dicit aliquoties. Nam non eſt ueroſimile, frequentem reuocatũ .i. Inhibitum ab incepto ſed ad eiuſdem pronunciationem uocatũ) e legit, ideſt geſtu & manum indicio notauit illum .ſ. Pomp. reum potentiæ nimiæ, & intolerabilis, & ſine ulla cunctatione .i. hæſitatione, aut formidine. Et ſup. idem uſus eſt eadem petulantia .i. petulanti prouocatione, quoq; ideſt etiam in ea parte ſcilicet tragœdiæ, uirtutem iſtam &c. q. d. populo oſtenſo Pom. o Romanæ ueniet tempus, cum grauiter gemas iſtam potentiam, ſcilicet nimiam Pom.

OLIVERIVS.

Carbo conſul MARCI etiam Caſtritii. Carbone conſule prætor erat Placentiæ M. Caſtritius, & conſul obſides petebat a Placentinis, nã partes Marii ſecuti fuerant, tum prætor cum conſuli reſiſteret, & ſibi minaretur conſul q̃ multos gladios haberet, quibus illum poſſet occidere, & reſpondit, & ſe multos annos habere. itidem Solon reſpondiſſe fertur Piſiſtrato tyranno, cum ex eo quæreret Piſiſtratus, qua tandem ſpe fretus ſibi tam audacter reſiſteret, ſenectute reſpondit teſte Cicero. lib. de ſenectute. Et ego annos. ac ſi diceret paruũ facio uitam meam in tam decrepita ætate.

ASCENSIVS.

MARCI &c. Ordo eſt. Animus etiam Marci Ca. prætoris Placentini inflammatus eſt libertate, qui dum gereret Placentię

OLIVERIVS.

IAM Seruii galbæ. Seruius galba ſpopõderat aliquãdo ꝑ Pom. cum deinde Cęſar oĩa tenens Pom. bona publicaſſet, petiit, nunquid ſibi pẽdendum eſſet e ſuo, diuenditis bonis oĩbus Põp. quo dicto, nihil aliud inferre uoluit q̃ illam uenditionem Cęſari exprobrare. Quo no. Qua cauſa. Fiſco Fiſc' ęrariũ ubi publica pecunia ſeruat̃.

ASCENSIVS.

IAM cõtinuatiua eſt particula. q. d. iam dicenda, aut notanda eſt, aut occurrit, poſtulatio .i. actio quodãmodo iniuriarũ Seruii Galbæ plena temeritatis .ſ. contra Cæſarem. q .i. quia ſuſtinuit .i. potis fuit, aut ualuit interpellare. ſ. ab incepto negocio, Diuum Iulium. ſ. Cæſarẽ, quem adulatorię diuũ dicit, dicentem ius .i. diiudicantẽ in foro, uictoriis conſummatis .i. cum iam monarchia potiretur in hunc modum .i. formam Interrogationis. C. Iuli Cæ. ego ſpopondi pecuniã pro Cn. Põp. magno quondã genero tuo, in tertio cõſulatu eius. ſ. cum tertium cõſulatum gereret, quo nomine .i. gratia cuius debiti, ego nunc appellor .i. uocor in ius, ut creditori ſatisfaciam. nam cum bona Pom. ad fiſcũ applicuerit Cæ. non erat, unde Pomp. hæredes ſatisfacerent. Quid agam .i. agere debeo. dependam. ſ. perſoluam de meo? ipſe ſupple exprobrãdo, ideſt opprobrio dando ei, ſcilicet Cæ. palam, ſcilicet omnibus & aperte, ideſt ſine ambagibus, aut palliatione uerborum, uenditionem bonorum Pomp. meruerat, ut ſummoueretur .i. expelleretur a tribunali, ideſt loco ubi Cæſar ius dicebat. ſed illud pectus .ſ. Cæſ. mitius ipſa manſuetudine .i. q̃ manſuetudo ipſa eſſet, iuſſit æs alienum .i. debitum Pomp. ſolui ex fiſco ſuo .i. ærario proprio.

OLIVERIVS.

AGE Caſellius uir. hic iuriſconſultus fuit, qui beneficia quędam acceperat a triumuiris. a quibus nec gratia, nec autoritate induci potuit, ut de illis beneficiis formulam aliquam componeret. ſunt q putant, quid uolebant triumuiri: ut diuenditis proſcriptorum Caſellius iuriſconſul.

ſcriptorū bonis:eorū aliquā formulā ęderet. Caſellius, qđ ut faceret, nunquam impelli potuit, ꝙ uidelicet exiſtimaret cūcta illorū beneficia longe remota eſſe a legum iudicio. rurſus cum libere nimis de temporibus loqueretur, ꝙ miſera eſſent, & ſub eo imperio calamitoſa, ſine dubio triumuirorum crudelitatem carpebat, idq; ne faceret cum admoneretur a ſuis, reſpondere ſolebat duo eſſe, quæ dicendi magnā præſtarēt audaciam, ſenectutē & orbitatem. De hoc Ceſellio Hor. in poeti. Recte concedi, conſultus iuris, & actor, Cauſarum mediocris abeſt uirtute diſerti, Meſalæ neſcit quantū Caſellius Aulus. Triumuiri. Octa. Antonius, & Lepidus. Formulam. Vt probaret improbanda. Extra or. Remota eſſe a iudicio legum.

ASCENSIVS.

FAGE (Adhortandi uox) Caſſelius (Sic ueriores codices habent, alii tamē Caſelius. alii quibus minus accedo, P. Caſelius nam aliter dictus eſt, quoq; quibus minime Paſeſius) uir clarus ſcientia iuris ciuilis, q̃.i. quantum periculoſe ſup. fuit cōtumax, quaſi dicat periculoſiſſime. Enim pro qa, nullius .i. nō ullius, nō potuit compelli, aut gratia, aut autoritate ullius, ut cōponeret formulā. ſ. inſtrumentalē, & ita ſcripto ſuo approbaret, de aliqua ſup. re earū rerum, quas triūuiri dederāt. ſ. redigendas in formulā. Ponens hoc iudicio animi, quo recuſauit formulā cōponere, beneficia uictoriæ eorū extra omnē ordinē legū. i. remota ab legitima actione. Idē cū loqueretur multa liberius .ſ. q̃ par eſſet de tēporibus Cæſaris, quibus. ſ. libertas Romana perierat, & ut Cic. q̃ſtus eſt, reſp. nulla erat, & amici monerent ſup. cū ne faceret id, reſpōdit duas res, quæ uidentur hominibus amariſſimæ, præbere ſibi magnam licentiam .ſ. libere loquendi, uidelicet ſenectutē, & orbitatē .i. carentiā liberorum.

OLIVERIVS.

FINSERIT ſe tantis. Mulier quadam, cuius nomē ꝓpter ignobilitatē nō ponitur, cū iniuſte damnata eſſet a Philippo rege, tum forte temulento, hoc eſt ebrio, prouocarē inquit ad Philippū regem, ſi ſobrius eſſet. qua uoce audita, cū in ſeipſum rediiſſet Philippus, diligētiusq; rē cōſideraſſet, mulierē liberauit. hoc modo ex libertate loquendi iuſtitiā, quā precibus obtinere nequiuerat, cōſecuta eſt. Oſcitanti. ex nimia crapula os ſępius aperienti. nam oſcitare ab ore citādo dicit̃. Ter. Nos inter oſcitātes opprimi. Excuſſit. Hæc mulieris uerba excuſſere Philippo temulentiā, ut q crapula erat mēte prope alienatus reſipiſceret, ſeq; ipſum agnoſceret. Extorſit. Quaſi per uim obtinuit. Ordo eſt. Præſidium a libertate potius, q̃ ab innocentia mutuatū, extorſit æquitatem, quam impetrare non poterat.

Oſcitare

ASCENSIVS.

FINSERIT. affert externa non minus lectu iucunda dicens. Mulier ſanguinis alienigeni utpote Macedonici, inſerit ſe tantis uiris. i. libertati tantorum uirorum. Quæ damnata immerenter, id eſt iniuſte, a Philippo rege, ſcilicet Macedoniæ, temulento. i. ebrio, & temeti. i. uini pleno, inquit prouocarem. i. uellē, ſi fas eſſet prouocare. ſ. a ſententia Philippi ebrii, ad Philippum .ſ. eundem, ſed ſobrium, id eſt ſeorſum ab ebrio. Mulier ſup. excuſſit ſup. Philippo oſcitanti. i. nauſeanti, & negligenter agenti

EXTERNA.

DE QVADAM MVLIERE.

Inſerit ſe tantis viris mulier alienigeni ſanguinis quæ a Philippo rege temulento immerenter damnata, prouocarem ad Phillippum, inquit, ſed ſobriū. Excuſſit crapulā oſcitāti, ac præſentia animi ebrium reſipiſcere, cauſaq; diligentius inſpecta iuſtiorem ſententiam ferre coegit. Igitur æquitatem, quā impetrare non potuerat, extorſit: ac potius præſidium a libertate, q̃ ab innocentia mutuauit.

DE QVADAM FOEMINA SYRACVSANA.

Iam illa non ſolum fortis, ſed etiam vrbana libertas, ſenectutis vltimæ quædam, Syracuſis omnibus Dioniſii tyrāni exitium, propter nimiam morū acerbitatem, & intolerabilia onera votis expetentibus, ſola quotidie matutino tempore deos vt incolumis, ac ſibi ſuperſtes eſſet, orabat. Quod vbi is cognouit, nō debitam ſibi admiratus beneuolentiā accerſit eam, & quid ita hoc, aut quo ſuo merito faceret, interrogauit. Tū illa, certa eſt, inquit, ratio propoſiti mei: puella enim cum grauem tyrannū haberemus, carere eo cupiebam: quo interfecto, aliquanto tetrior vitam occupauit: eius quoq; finiri dominationem magni æſtimabam: tertium te ſuperioribus importuniorem habere cœpimus rectorem. Itaq; timēs, ne ſi tu fueris abſumptus, deterior in locum tuum ſuccedat, caput meum pro tua ſalute deuoueo. Tam facetam audaciam Dionyſius punire erubuit.

crapulam, id eſt ingurgitationem uini, hoc eſt peruerſum iudiciū, ſeu paruū uſum rōnis ex crapula cōtractū, ac coegit ſup. eā pſentia animi. i. rōnis iā reuerſæ in ſedē ſuā, ipſum ebriū reſipiſcere. i. ſapiētiā priſtinā recipere, ac reſpicere. i. iterū cāam inſpicere (potius tamē legā reſipiſcere ꝓpter id, qđ ſequit̃) & ſup. coegit eū cauſa īſpecta diligētius, ferre ſententiā iuſtiorē. Igit̃ mulier extorſit. i. ui libertatis ſuæ ex Philippo extraxit æquitatē .i. æquā ſententiā, quā non poterat impetrare. ſ. ꝑ humilē ſupplicationē. ac mutuauit. i. quaſi mutuo accepit, præſidiū potius. i. potentius, a libertate. ſ. monendi regē & arguendi eū ebrietatis, q̃ ab inocētia. ſ. ſua.

THEOPHILVS.

FMVLIER quædā. Plut. in Dicteriis aliter. Cū Philippus inquit Macheræ cuiuſdā cauſam cognoſceret, a ſomno languidus, minus accurate quid iuris eſſet attendebat, itaq; ſecundū eius aduerſariū litē dedit. Tū clara uoce Machetas, Prouoco inquit. cui Philippus iratus, ad quē ſubiecit ille, Ad te rex, ſi uigilans operam mihi dederis. excuſſit a ſe ſomnum Philippus affectūq; iiuria Machetā cū cōperiſſet, acta qdem non fregit, ſed litis æſtimationē Machetæ pſoluit. hæc ille.

OLIVERIVS.

FIAM illā. Mulier Syracuſana Himera noīe, extremæ ſenectutis, nec humili loco nata Deos pro ſalute, & incolumitate Dionyſii tyranni ſæuiſſimi, cuius necē ferme omnes exoptabant, precari quotidie non deſinebat, quod cū audiſſet tyrannus, admiratus, quippe qui ſe omnibus inuiſum eſſe exiſtimabat, mulierē ad ſe iuſſit acciri, a qua cum huius ſuæ deuotionis cauſam diligenter quaſiſſet, illa ſatisfacere reſpōdit cum paruula eſſet, Syracuſis ſæuum imperitaſſe tyrannum, cuius mortem quotidie uidere cupiebat, quo tandem caſo alterum aliquanto deteriorem regnum occupaſſe, cuius imperium cum prope diem finiri miſerum in modum deſyderaret, illi tandem ſucceſſiſſe Dionyſium utroq; longe deteriorem, timens igitur ne mortuo Dionyſio deterior alter ſuccedat, ſe dicebat pro eius ſalute quotidie caput ſuum deuouere. tam facetam audaciam Diony. punire erubuit.

Mulier libertas in Dionyſiū

Syracuſis. Quæ Metropolis erat totius Siciliæ cuius rex Diony. erat. Quo interfecto. Scilicet a Dione.

ASCENSIVS.

FIAM (cōtinuatiua, ut ſæpe dixi particula eſt) illa libertas .ſ. quā dicturus eſt. (Et ſignandū in hoc autore per pronomen ille ſignificari, quod dicendum, ac futurū eſt, per hic, quod iam dictū, & quaſi in manibus eſt. Et reuera pronomen, ille, ex natura ſua ſignificat lōgius poſitū. i. aut prius dictū aut poſterius dicendū, cū, hic pſens notet) nō ſolum ſup. fuit fortis, ſed etiā urbana. Quædā ſup. mulier, aut fœmina, ultimæ. i. ſupremæ ſenectutis, orabat ſola Syracuſis. i. apud Syracuſas omnibus expetentibus uotis. i. per uota. i. cum oēs alii expeterent (niſi forte ſit Syracuſis ꝓ Syracuſanis expetētibus oibus uotis) exitium .i. mortem Dionyſii tyranni, propter nimiam acerbitatem morum, & intolerabilia onera, quæ. ſ. ſuis imponebat, orabat dico ſola quotidie tempore matutino (quod ad preces maxime idoneum omnis ætas, & natio ſemper iudicauit) Deos, ut ſup. Dionyſius eſſet incolumis, & ſuperſtes ſibi. ſ. anui oranti. Qđ. i. quā

rem ubi.i.poſquã is.ſ.Dionyſius cognouit admiratus beneuolentiam.ſ.mulieris, non debitã ſibi, acceſſiuit.i.uocatã uenire fecit ad ſe, eam.ſ.anum, & interrogauit, quid ita.i.cur faceret hoc.i.ita precaretur, aut quo merito ſuo.ſ.tyranni. Tum.i. tũc, illa.ſ.anus inquit.i.reſpõdit, ratio ꝓpoſiti mei eſt certa.i.firma, & uidens. Enim pro qa ego puella.i.cũ eſſem puella, cõ nos.ſ. Syracuſani haberemus tyrannũ grauem.i.moleſtũ, & intolerabilẽ, cupiebã carere eo. quo iterfecto, tyrãnus ſup. nouus, tetrior.i.crudelior eo aliquãto, occupauit arcem.ſ. Syracus.i.ut dicunt fortalitiũ, qđ qui habebat, ciuitatem ſubiectã ſibi tenebat, ego æſtimabã magni.i. magno precio, aut magni eſſe precii, dominationẽ.i.tyrannidẽ eius finiri, nos cœpimus.ſ.poſt mortem patris tui habere te rectorem importuniorẽ.i. petulantiorem, ac minus conuenientẽ libertati noſtræ ſuperioribus.i.prioribus duobus, Itaq;.i. & ita ego timens, ſi tu fueris abſumptus, ut ſup. aut ne, deterior.i. minus bonus, aut (hoc loco) peior, ſuccedat in locũ tuũ, deuoueo.i.diis uoueo, caput meum.i.ſalutẽ meã ꝓ ſalute tua. Diony. qui literatus erat, & nõ infaceto ingenio, erubuit punire audaciam tam facetam.

OLIVERIVS.

INTER has. Lyſimachus rex Macedoniæ Theodoro Philoſopho minitabat̃ mortẽ, Theodorus reſpondit, regem habere uim cantaridis, qa quo animo fuerit affectus, ita faciſſe homini mortem infert. quibus uerbis incenſus rex, cum illum cruci affigi iuſſiſſet, inquit amicis ſi mors iſta terribilis, nihil autẽ intereſt in terra, an in aere putreſcã. hoc idẽ refert Cice. lib. i. Tuſculanarũ quæſtionũ, dicit enim, quid Cyrenęum Theodorũ Philoſophum non ignobilem, nonne miramur? cui cum Lyſimachus rerũ potitus crucẽ minitaretur, iſtis quæſo inquit iſta horribilia minitare purpuratis tuis, Theodori qdem nihil intereſt humi ne, an ſublime putreſcat. Coniugium copulatio quædam animorũ, quia pares animos habuiſſe uidetur,

Cãtaris ſed impares exitus. Cantaridis. cãtaris uermis eſt perexiguus ſimilis araneæ, niger, atq; terrenus, qui eius dicitur eſſe naturæ, ut in quo affectu quẽpiã momorderit in eo ſemper perſiſtat uſq; ad mortẽ, ut ſi ridentẽ momorderit, ille ridens moriatur. Purpuratis. Famulis tuis, nam purpurati ſunt primores ciuitatis, q purpura iduti regibus aſſiſtere ſolẽt. Sublime in aere ſublatus.

ASCENSIVS.

INTER has &c. Pulchro contextu more ſuo progreditur autor dicens, Coniugium quaſi animoſi ſpiritus potuit eſſe inter has.ſ.proxime dictas mulieres, & Theod. Cyrenæum, coniugium (dicit) par uirtute ſed ſup. diſſimile felicitate.ſ. exitus, quia ſuperiores abſolutæ ſunt, Theodorus ultimum ſuppliciũ luit. Enim pro quia. Is.ſ. Theodo. inquit Lyſimacho minitanti ſibi.ſ. Theodo. mortem. Enimuero.i.profecto (& eſt ironicos dictum) res magnifica contigit tibi, quia aſſecutus es uim.i. uiolentiam, & potentiam necandorum hominum, Cantaridis.i.minimi illius uermiculi, ſed uenenati, remediũ tamen, ut quidam uolunt, in aliis habentis. quæ in ficubus deliteſcere ſolet. Cumq;.i. & cum tyrannus accenſus hoc dicto iuſſiſſet eum.ſ. Theodorũ, affigi cruci.i.ad crucẽ, ait, hæc.ſ.crux, aut mors in cruce, terribilis ſit purpuratis tuis.i.aulicis tuis purpura idutis, alii legunt ſi, ut ſit ordo, hæc crux ſup. ſit terribilis ſi ſup. infe-

DE THEODORO CYRENÆO.

Inter has, & Theodorum Cyrenæum quaſi animoſi ſpiritus coniugium eſſe potuit, virtute par, felicitate diſſimile. Is enim Lyſimacho regi mortem ſibi minitanti, enimuero, inquit, magnifica res tibi contigit, quia cantaridis vim aſſecutus es. Cumq; hoc dicto accenſus cruci eum adfigi iuſſiſſet, terribilis hæc (ait) ſit purpuratis tuis: mea quidem nihil intereſt, humi ne, an ſublime putreſcam.

DE SEVERITATE. CAP. III.

ARmet ſe duritia pectus neceſſe eſt, dũ horridæ, ac triſtis ſeueritatis acta narrantur, vt omni mitiori cogitatione ſepoſita, rebus auditu aſperis vacet. Ita enim diſtrictæ, & inexorabiles vindictę, & varia pœnarum genera in mediũ procurrent. Vtilia quidẽ legũ munimenta, ſed minime in placido, & qeto paginarũ numero reponẽda. Marcus Mãlius, vnde Gallos depulerat, inde ipſe ꝑcipitatus eſt: qa fortiter defenſã libertatẽ, nefarie opprimere conatus fuerat: cuius iuſtæ vltionis nimirũ hæc ꝑfatio fuit. Manlius eras mihi, cum præcipites agebas Senones: poſtquã imitari cœpiſti, vnus factus es ex Senonibus: huius ſupplicio æternę memoriæ nota iſerta eſt: propter illum enim lege ſanciri placuit, nequis patritius in arce, aut ĩ capitolio habitaret, qui domũ eo loci habuerat, vbi nunc ædem Monetæ videmus.

ratur purpuratis tuis. quidem, id eſt certe, ut de aliis nihil dicam, nihil intereſt mea, id eſt ad utilitatem, aut uoluntatem meam, an putreſcam humi, an ſublime, aut (ut potius legam) ſublimi, id eſt in alto, & ſupra limum terræ edito loco. Ideo autem potius dicam, quia aduerbia in tempore a tertiæ declinationis nominibus in i exeunt. & ſi dicas aduerbium eſſe, dicam aduerbia a nobis facta, ſi formam declinationi aptam habent, declinationem recipere, unde amani (ſecundum Seruium) dixit Plautus.

OLIVERIVS.

ARMET ſe duritia pectus. Hac breui præfatione oſtendit more ſuo quibus de rebus in hoc cap. dicturus ſit de ſeueritate hominum, q̃ in ſuos pariter, & alienos uſi ſunt, ut leges ſeruentur, ſtatus confirmentur. eſt enim ſeueritas medium inter crudelitatem, & animorum remiſſionem, ut nec iniuſte quicquam faciat, nec ulla ratione a uero deduci poſſit, unde & ſeueritas dicta eſt quaſi ſequens uerum, Seuerus enim eſt, qui nec prece, nec precio nec gratia moueri poteſt a recto. eſt igitur ſeueritas rigidiſſima norma iuſtitiæ qua ſublata, tollentur. & leges, hoc eſt euertentur. eſt igitur diligentiſſime ſeruanda. Diſtrictę. Rigidæ. Inexorabiles. Quæ precibus uinci non poſſint. Mãlius. unde capta urbe a Gallis, cum Capitolium obſideretur, nocte quadam Galli per aduerſam partem Capitolii ad ſummum propemodum euaſerant, proditi clangore anſerum, M. Manlii, opera e rupe deiecti ſunt. hic poſtea ſeditioſus factus in urbe, cum aduerſus patres, plebis animos uariis contentionibus irritaret, dictatoris ad idipſum creati iuſſu coniectus in carcerem, paulopoſt a plebe liberatur. quæ magna ex parte ueſte mutata, barba, capilloq; prolixo, obſeruata in ueſtibulo carceris refracturam ſe carcerem minitabatur, niſi primum educeretur Manlius. quo facto non ſeditio finita, ſed dux ſeditionis intolerabilior datus, qui cum obſtrictos ære alieno liberaret, nexos ſolueret, uenit in ſuſpitionem affectati regni, quare dies illi dicta eſt a tribunis, & damnatus, de ſaxo Tarpeio deiectus. locusq; ille in uno homine, & eximiæ gloriæ monumentum, & pœnæ ultimæ fuit addita mortuo nota. ſunt altera publica, quæ cum domus fuiſſet, ubi nunc ędes, atq; officina Monetæ eſt, latum ad populũ eſt, ne quis patricius in arce, aut Capitolio habitaret. gentilitia altera, q gentis Manliæ decreto cautum eſt, ne quis M. Manlius uocaretur. Pli. de ui. illu. Manlius inquit ob defenſum Capitoliũ Capitolinus dictus. xvi. annorum uoluntariũ militem ſe obtulit. xxxvii. militaribus donis a ſuis ducibus ornatus. xxiii. cicatrices in corpore habuit. capta urbe in Capitoliũ fugiendi autor fuit. quadam nocte clangore anſeris excitatus, Gallos aſcẽdẽtes deiecit. patronus a ciuibus appellatus, & frater. Donatus. domũ etiã in Capitolio publico accepit. qua ſupbia elatus, cũ a Senatu cõſumpſiſſe Gallicos theſauros argueretur, & adiectos propria pecunia liberaretq;, regni affectati acuſatus in carcerem coniectus, populi cõſenſu liberatus eſt, rurſus cum in eadem culpa, & grauius perſeueraret, reus factus, & ob conſpectum Capitolium ampliatus, alio deinde loco damnatus, de ſaxo Tarpeio ꝑcipitatus eſt, domus diruta, bona publicata, gentilitas eius Mãlii cognomine iurauit neq; poſtea Capitolinus uocaretur. Pli. quoq; maior lib. vii. natu.

Seuerus

uil.natu.hiſto. per tranſitũ huius meminit hiſtoriæ. Nota. in famia æternæ memoriæ. Monetæ. Iunonis Monetæ, templum fuit in Capitolio ſtructũ in area, ubi Manlii domus fuerat, dicta Moneta, q. ibi uox numinis audita foret, monentis aduentare Gallos. Ouid. Faſt. lib. vi. Arce quoq; in ſumma Iunonis, tẽpla Monetę. Ex uoto memorãt facta Camille tuo. Ante domus Manlii fuerat, qui Gallica quondam. A Capitolino repulit arma Ioue. Quam bene Dii magni pugna cecidiſſet in illa, Defenſor ſolii Iupiter alta tui. Vixit ut occideret damnatus crimina regni, Hunc illi titulum longa ſenecta dabat.

ASCENSIVS.

¶ ARMET &c. Locuturus de ſeueritate, & rigore iuſtitiæ facetam ꝓponit præfationẽ dicens. Neceſſe eſt ſup. ut pectus armet ſe duritia, dum. i. donec acta horridæ. i. aſperæ, & triſtis ſeueritatis narrantur, ut uacet rebus aſperis auditu, omni cogitatione mitiore ſepoſita. i. ſecluſa, & ſeorſum poſita. enim pro quia, uindictæ ita. i. & tam inſigniter diſtrictæ. i. rigidæ, & arctæ, & inexorabiles, & uaria genera pœnarũ procurrẽt. i. afferentur in mediũ. i. ad cõſpectum legentium. quidem. i. certe, utilia munimenta. i. utiles protectiones legũ, ſed minime. i. nequaquã reponenda in placido, & quieto numero paginarum. i. ſcripturarum. Sunt autem paginæ a pangendo dictæ, quaſi cõpactæ chartæ, aut tabellæ, in quibus ſcriptitabatur. Sane hac præfatione more ſuo (quem etiam poetæ obſeruant) autor futurę narrationis ꝓſcribit qualitatẽ. Manlius. ſ. Capitolinus (Et eſt primũ exemplũ) præcipitatus eſt inde uidelicet de rupe, ſeu arce Tarpeia, ſeu Capitolio, unde depulerat Gallos. ſ. Senones, iam capta reliqua urbe. ideo aũt præcipitatus eſt, q̃a conatus fuerat opprimere nefarie, libertatẽ. ſ. publicã, defenſam. ſ. contra Gallos fortiter. Cuius ultionis iuſtæ, hæc. i. huiuſmodi præfatio fuit, nimirum, id eſt ut facile eſt creditu. Tu (inquit reſpublica) eras mihi Manlius. i. tunc charus, cum agebas. i. deturbabas, Senones. ſ. Gallos præcipites. i. capite fere anteriore cadẽtes poſtquã tu cœpiſti imitari. ſ. Senones, hoc eſt inuadere libertatẽ Romanã, tu factus es mihi. i. reputaris, unus ex Senonibus. Nota. i. ſignum infamiæ, inſerta eſt memoriæ æternæ ſupplicio. i. de ſupplicio, aut propter ſuppliciũ huius. ſ. Manlii. placuit enim, ſcilicet patribus conſcriptis ſanciri. i. ſancte cauere, lege. ſ. lata, propter illum, uidelicet Mãlium. Ne quis patricius habitaret in arce. ſ. tarpeia, aut in Capitolio. Qui. ſ. Manlius habuerat domum eo loci, ubi nos uidemus nunc ædem, id eſt fanum Monetæ. ſ. Iunonis, a monendo de Gallorum aduentu dictæ.

OLIVERIVS.

¶ PAR indignatio. De Spurio Caſſio ſatis ſupra in capi. de patrum ſeueritate dictum eſt, qui affectati regni crimine damnatus, capitis ſupplicio affectus eſt. nec ſenatus hac pœna contentus, illius ædes dirui iuſſit, & in area telluris templum ædificari. non illi tres conſulatus, non uulnera, non duo ſpecioſiſſimi triumphi profuerunt, quo minus etiam poſt mortem hac nota ſignaretur, ut ædes ampliſſimi uiri in religionis uſum conuerterentur. Erupit. quaſi per uim egreſſa eſt. Triumphis. Bis de Samnitibus triumphauit.

ASCENSIVS.

¶ PAR, id eſt æqualis indignatio ciuitatis erupit aduerſus Spurium Caſſium, cui ſuſpitio dominationis, id eſt tyrannidis concupitæ, nocuit plus, q̃ tres magnifici conſulatus, & duo ſpecioſiſſimi triumphi profuerunt. Senatus enim Pop. Q. Ro. non contentus afficere eum ſupplicio capitali, id eſt illi uitam adimere, ſuperiecit interempto domum, id eſt domus diruptionem, ut puniretur quoq;, id eſt etiam ſtrage, id eſt euerſione, aut deſtructione penatum, id eſt larium, autem pro ſed, ſenatus ſup. Po. Q. Ro. fecit in ſolo, id eſt fundo, ubi ſteterat domus eius, ædem, id eſt fanum Veſtæ. Itaq;, id eſt & ita id, quod fuerat prius domicilium uiri potentiſſimi, uidelicet Spurii Caſſii, eſt nunc monumẽtum. i. perpetuũ teſtimoniũ ſeueritatis. i. rigoris iuſtitię religioſe. i. æxie obſeruatæ.

IN SPVRIVM CASSIVM.

Par indignatio aduerſus Spurium Caſſium erupit: cui plus ſuſpicio concupitæ dominationis nocuit, q̃ tres magnifici cõſulatus, ac duo ſpecioſiſſimi triumphi profuerunt. Senatus enim, Populuſq; Ro. non contentus capitali eum ſupplicio afficere, interempto domum ſuperiecit, vt penatium quoq; ſtrage puniretur: in ſolo autem ædem Telluris fecit. Itaq; quod prius domicilium potentiſſimi viri fuerat, nunc religioſe ſeueritatis monimentum eſt.

IN SPVRIVM MELIVM.

Eadem auſum Spurium Melium conſimili exitu patria multauit: area vero domus eius, quo iuſtitia ſupplicii notior ad poſteros perueniret, Aequimelii appellationem traxit.

IN FLACVM ET SATVRNINVM.

Quantum ergo odii aduerſus hoſtes libertatis inſitum animis antiqui haberent, parietum, ac tectorum, in quibus verſati fuerant, ruinis teſtabantur. Ideoq; & M. Flacci, & L. Saturnini ſeditioſiſſimorũ ciuium corporibus trucidatis, penates ab imis fundamentis eruti ſunt. Cæterum Flacciana area, cum diu penatibus vacua manſiſſet, a Qu. Catulo Cimbricis ſpoliis adornata eſt.

OLIVERIVS.

¶ EADEM auſum Spurium. Quomodo Spurium Melium peſtifera largitione regnum affectantem occiderit Seruilius Hala diximus in capitulo de ingratitudine. tunc Cincinnatus dictator hac ſeueritate uſus eſt, ut bona Melii quæſtoris q̃ primum uendere iuſſerit, & in publicum redigere. ædes ſolo adæquare. quod ut perpetuum rei monumentum eſſet, locum uoluit Æquimelium appellari. & L. Minutius boue aurata donatus eſt. Eadem auſum Melium. Plinius de uiris illuſt. L. Quintius Cincinnatus inquit dictator dictus, Spurium Melium regnum affectantem a Seruilio Hala magiſtro equitum occidi iuſſit, domum eius ſolo adęquauit. Vnde locus Æquimelii dicitur. Cicero quoq; in Catone maiore L. Quintii Cincinnati dictatoris iuſſu magiſter equitum C. Seruilius Hala Spurium regnum appetentem occupatum interemit. Æquimelii, id eſt area domus Melii ſolo adæquatæ.

ASCENSIVS.

¶ EADEM &c. Ordo eſt. Patria multauit, id eſt puniuit conſimili exitu, ſcilicet uitæ Spurium Melium auſum eadem, id eſt dominationem attentare. Vero id eſt ſed, area, id eſt ſpacioſa domus eius, id eſt ubi ſteterat domus eius, traxit appellationem Æquimelii, id eſt æquoris, ſeu planiciei factæ ex domo Melii, ſolo æquata, quo, id eſt ideo ut iuſtitia, id eſt ſeueritas ſupplicii, perueniret notior ad poſteros.

OLIVERIVS.

¶ QVANTVM ergo odii aduerſus hoſtes libertatis &c. Ideoq; & Mar. Flacci. Horum ſeditio diuerſis temporibus fuit, & ſuo loco notata. nam Caius Gracchus Tiberii frater Tri. ple. eloquentior fratre, poſt aliquot pernicioſas leges, cum Auentinum cum armata multitudine occupaſſet, a Lucio Opimio conſule e ſena. cõſul. ad arma uocato populo pulſus, & occiſus eſt. cũ eo Fuluius conſul, eiuſdem furoris ſocius, & ut ait Florus, inſultatum quoq; eſt mortis reliquiis & illud ſacroſanctum tribuni caput percuſſoribus auro penſatum. haud ita multo poſt Ca. Apuleius Saturninus, adiuuante Mario, & per milites Annio competitore tribunatus occiſo, tribunus per uim creatus, non minus uiolenter tribunatum geſſit, quam petierat. nam ut inquit Plinius de uiris illuſt. Lu. Apule. Saturninus Trib. ple. ſeditioſus, ut gratiam Marianorũ militum daret, legem tulit ut ueteranis agri iugera in Africa diuiderentur, intercedentem Bebium collegam. facta per populum lapidatione, ſummouit Glauciæ Prætori, q. is eo die, quo ipſe concionem habebat, uidiſcendo partem populi aduocaſſet, ſellam cõcidit, utq; magis popularis uideretur, quẽdam Libertini ordinis ſubornauit, qui ſe Saturnini ſeditio

IN TIBERIVM, ET CAIVM GRACCHOS.

Viguit in noſtra ciuitate Tiberii, & Caii Gracchorum ſumma nobilitas, ac ſpes ampliſſima: ſed quia ſtatum ciuitatis conati erāt cōuellere, inſepulta cadauera iacuerūt, ſupremuſq; humanæ cōditionis honos filiis Gracchi, & nepotibus Africani defuit: quinetiā familiares eorū, nequis Reipublicæ inimicis amicus eſſe vellet, de robore præcipitati ſunt.

DE P. MVTIO TRIB. PLEB.

Idem ſibi licere tam P. Mutius Trib. Pleb. q̃ Senatus, & Po. Ro. credidit, qui omnes collegas ſuos, qui duce Spurio Caſſio id egerāt, vt magiſtratibus non ſubrogatis, cōmunis libertas in dubium vocaretur, viuos cremauit. Nihil profecto hac ſeueritate fidentius: vnus enim Tribunus eam pœnam nouē collegis inferre auſus eſt: quā nouem tribuni ab vno collega exigere exhorruiſſent.

IN M. CLODIVM.

Libertatis adhuc cuſtos, & vindex ſeueritas, ſed pro dignitate etiam, ac pro diſciplina æque grauis M. enim Clodium Senatus Corſis, quia turpem cū his pacem fecerat, dedidit: quem ab hoſtibus non acceptum, in publica cuſtodia necari iuſſit. Semel læſa maieſtate imperii, quot modis iræ pertinax vindex: factum eius reſcidit, libertatem ademit, ſpiritū extinxit, corpus contumelia carceris, & deteſtanda gemoniarum ſcalarum nota fœdauit, atq; hic quidem ſenatus animaduerſionem meruerat.

Tiberii Grac. filium fingeret, ad hoc teſtimoniū Sēpronia inducta nec precibus, nec minis adduci potuit, ut dedecus familiæ cognoſceret. Saturninus Annio competitore interfecto Trib. Pleb. refectus, Siciliā, Achaiā, Macedoniā, nouis colonis deſtinauit, & aurū dolo, ac ſcelere Cepionis partū, ad emptionē agrorū conuertit. aqua & igni interdixit ei, q̄ leges ſuas nō iuraſſet. huic legi multi nobiles abrogantes cū tonuiſſent, clamauit, iam ingi niſi geſcitis, grādinabit. Metellus numidicus exulare q̃ iurare maluit. Saturninus tertio Tri. ple. refectus ut ſatellitē ſuū Glauciam Prætorē faceret, Anniū cōpetitorē eius in cāpo Martio necandū curauit. Marius ſena. conſul. quo cēſeretur, ne quid detrimēti reſp. caperet armatus, Saturninum, & Glauciā in Capitolium, pfectus obſedit, maximoq; æſtu, inciſis fiſtulis, in deditionē accepit. nec deditis fides eſt ſeruata, Glauciq; fracta ceruix, Apuleius cum in curiā fugiſſet, lapidibus, & tegulis deſup interfectus, caput eius Rubrius quidam ſenator per cōuiuia in ludibriū circūtulit. Cicero in oratiōe pro Rubrio A. Q. Catulo. Nā Q. Catulus una cum Mario cimbros deuicerat poſt uictoriā in area Flacciana trophæum ſtatuit, & hoſtium ſpolia ſuſpendit.

ASCENSIVS.

¶ QVANTVM &c. Paucis tangit conſimilem ſeueritatē in M. Flaccū, & L. Saturninū regni affectatores dicēs. Ergo antiqui. i. priſci Romani teſtabantur. i. oſtēdebant, quātū odii haberent inſitū animis. ſ. ſuis, aduerſus hoſtes. i. inuaſores libertatis. ſ. Romanæ, ruinis. i. dirutionibus, & euerſionibus Parietū, ac tectorum, in quibus. ſ. hoſtes libertatis fuerant uerſati. Ideoq;. i. & ideo, corporibus Marci Flacci, & Lucii Saturnini, ciuium ſeditioſiſſimorum trucidatis. i. truculēter interfectis, penates ſup. eorū. i. ædes, & lares, eruti. i. euerſi ſunt ab imis fundamentis. Cæterum area Flacciana. i. in qua ſteterat domus Flacci, cum manſiſſet diu uacua. i. nullo ædificio, aut ornamento occupata, adornata eſt a Quinto Catulo, ſpoliis cimbricis, id eſt ex manubiis ſpoliorum cimbris detractorum.

OLIVERIVS.

Gracchana ſeditio ¶ VIGVIT noſtra. De Gracchis ſeditioſiſſimis uiris l ca. de ſomniis diximus, cum rēp. pernicioſis legibus perturbantes, uariis tēporibus cæſi fuerunt, alter a Scip. Naſica, alter ab opimio cōſule. fuerūt aūt genere, & opibus nobiles filii Tibe. Gracchi, uiri patricii, & reip. amātiſſimi. nati ex Cornelia ſuperioris Scipio. filia, ergo ex patre Gracchorum erant, ex matre ex genere Cornelia. ſed illis, nec ſummi patris autoritas, nec Scipio. gloria pfuit, quo minus honore ſepulturæ carerent. Spes ampliſſima. Quia de his adhuc pueris ſpes maxima fuerat in urbe nō degeneraturos a patre. Nepotibus Africani. Quia ut dixi Corneliæ filii fuerūt, q̃ ſuperioris Africani filia fuerat. De robore. Robur locus erat in carcere unde maleficiorū genus pcipitabaẗ, ideo de robore præcipitari dicebatur, qđ ante robuſtis areis includebantur, ibiq; p aliquot dies ſeruati, atq; inde poſtea deprompti pcipitabantur.

ASCENSIVS.

¶ VIGVIT &c. Ordo eſt. Summa nobilitas, ac ſpes ampliſſima Tiberii & C. Gracchorum, uiguit in ciuitate noſtra, ſcilicet Romana, ſed quia conati erant conuellere, id eſt labefactare per ſeditionem, & legis agrariæ promulgationem, ſtatum. i. tranquillitatem, & incolumitatem ciuitatis. ſ. Romanæ, iacuerunt entes ſup. cadauera inſepulta, & ſupremus. i. ultimus honos conditionis humanæ, utpote ſepulturæ, qui fit nihil ſentientibus, unde etiam hoſtibus concedi ſolet, quia odium cum uita finiri debet, defuit filiis Grac. ſ. Tiberii optimi, & clariſſimi ciuis & nepotibus Afri. quia filii fuerunt Corneliæ filiæ ſuperioris Africani. Quinetiam. i. inſuper familiares eorum. ſ. Gracchorū, nequis uellet eſſe amicus inimicis reipub. præcipitati ſunt de robore. i. pcipitio illo in carcere, ut Oliuerius recitat, cum ſint qui dicant de robore animi. i. uetiti animi ſui Robūr gracchis impēdere, ſed priorē amplectar explanationem. cū dicendo, quinetiam, autor ſeueritatem ſenatus per familiarium pœnam augere uideatur.

OLIVERIVS.

¶ IDEM ſibi licere. Spur. Caſſius utpote uir callidus egit cū Trib. pleb. ne ſubrogarentur magiſtratus, ut reſp. magiſtratibus orbata, facilius opprimeretur. ſed huic tam nefariæ cōſultationi reſtitit unus ex tribunis, q ſumpto ſupplicio de Caſſio, collegas oēs ſuos tam impii facinoris autores, uiuos cremari iuſſit quāta eſſet Trib. Trib. pl. uiui cremati poteſtas in urbe Romana, licet multis l locis, & autoribus cognoſci poſſit nō minus tamē ex hoc exemplo, cū uno intercedente, cæteri reſiſtere non poſſent. qđ & Plut. i uita Gracchorū teſtaẗ. dicit enim, eſt aūt Trib. ple. maxima in prohibēdo poteſtas, uno enim prohibēte nihil alii, etiā ſi cōplures ſint efficere poſſūt. ergo Minutius Trib. ple. non ſibi minus poteſtatis ſumpſit in dānādis, plectēdiſq; collegis, q̃. S. P. Q. R. In puniēdis cōmemoratis ciuibus. Ecce quomodo plus potuit unus reſiſtēs. q̃ cæteri uolentes. Sciendū eſt nō licuiſſe Tri. ple. p diē integrū abeſſe Ro. Nō ſubrogatis magiſtratibus. Quia comitia ipedire nitebātur, ne cōſules, cæteriq; magiſtratus ſubſtituerent. Libertas cōis. i. reſp. Libertatis adhuc cuſtos. Diximus de ſeueritate, q̃ libertatē Ro. & defendit, & ulta eſt. Nūc dicēdū eſt de ea, q̃ uirorū diſciplinā in urbe ↄtinuit. Æq; grauis. nō minus ſeuera fuit q̃ in ſeruanda reip. autoritate, morumq; diſciplina adhibita eſt.

ASCENSIVS.

¶ IDEM &c. Recitat ſeueritatem unius Trib. ple. dicens, Tam Publius Mutius Trib. ple. q̃ ſenatus, & Po. Ro. credidit idem. i. eandem ſeueritatem in puniendo licere. i. licitum eſſe ſibi, qui. ſ. Mutius cremauit uiuos omnes collegas ſuos. i. reliquos Trib. ple. qui Spurio Caſſio duce. i. principali autore, egerat id, ut magiſtratibus non ſubrogatis. i. non ſuffectis, ſeu conſtitutis in locum magiſtratu defunctorum, libertas communis uocarentur in dubium, quia non eſſet, qui uolentem libertatem inuadere, reſiſteret. Profecto nihil ſup. eſt fidētius. i. cōfidētius, aut fiduciālius hac ſeueritate. ſ. Mutii, enim pro q̄ unus tribunus. ſ. ple. auſus eſt inferre eam pœnam, ſcilicet combuſtionis nouem collegis, id eſt contribunis, quam ipſi nouem tribunis exhorruiſſent exigere ab uno collega, intellige, niſi in libertatem peccaſſet. Nam cæteris paribus, non minus nouem, q̃ uni licuiſſet.

OLIVERIVS.

¶ MARCVM enim Clod. M. Clod. bellum geſſit in Corſis turpiter. Sardinia uero, & Corſica inſulæ ſunt inter. Siciliam & Hiſpaniam

& Hiſpaniã, gentiſſa faciunt Sardos, & Corſos, hoc geſtum fuit primo Punico bello. paſſus eſt cladem Mãcino ſimilẽ, & cũ deditus eſſet, nec receptus ab hoſtibus, poſt capitis ſupplıciũ unco tractus ad Gemonias ſcalas. Libertate. dedendo eũ hoſtibus. Spiritũ in carcere mori cogendo. Gemoniarũ ſcalarũ. locus eſt præceps ad quẽ per ſcalas deſcendebatur, ſed q̃ læſiſſet maieſtatẽ unco trahebatur ad eas ſcalas. dictę ſunt aũt Gemonię ſcalæ, a Gemonio quodam autore, de his ſcalis Suet. in morte Tiberii ubi dixit adeo lætatum fuiſſe populũ eius morte, ꝙ multi uncum ad Gemonias cadaueri minarentur. uel cente, ut alii dicunt duobus modis ſumebatur ſupplicium de nocentibus, aut enim ad palũ nudis corporibus alligati uirgis ad mortem uſq; cædebãtur, pleriq; ſecuri feriebantur aut ad ſcalas Gemonias unco trahebãtur, hoc eſt in proprio gutturi unco producebantur inhærenã, ubi poſtea pendentiũ crura frangebantur, & poſt modũ ſubiecto igni ardebantur. quod genus ſupplicii tetigit Iuue. Q uæ ſtantes ardent, & fixo gutture ſumant. Lęſa ma. Nõ ſatis inquit uiſum eſt ſenatui. M. Clau. uno tantũ afficere ſupplicio, quãuis ſemel tãtũ Po. Ro. maieſtatẽ læſiſſet, nã uariis modis de eo ſumptũ eſt ſupplicium. Læſa. propter fœdus turpiter ictum cum hoſtibus. Factum eius te. quia irritum fœdus eſſe iuſſit. & pacem non probauit. Lib. Quia uinctum ad hoſtes remiſit. Corpus ignominiæ. quia in carcere conſumptus eſt.

Gemoniæ ſcalæ

DE CORNELIO SCIPIONE.

Cn. autem Cornelius Scipio Hiſpali filius prius, q̃ mereri poſſet, expertus eſt nam cum ei Hiſpania puincia ſorte obueniſſet, ne illuc iret, decreuit adiecta cauſa, ꝙ recte facere neſciret. Itaq; Cornelius propter vitæ inhoneſtum actum ſine vllo prouinciali miniſterio, tamen repetundarum lege dãnatus eſt.

DE CAIO VATIENO.

Ne in C. quidem Vatieno, qui ſiniſtræ manus digitos ne bello Italico militaret, abſciderat, ſeueritas ſenatus ceſſauit: publicatis enim bonis eius, ipſum æternis vinculis puniendum cenſuit: effecitq;, vt quem honeſte ſpiritum profundere in acie noluerat, turpiter in catenis conſumeret.

DE M. CVRIO CONSVLE.

Id factum imitatus M. Curius conſul, cum delectum ſubitum educere coactus eſſet, & iuniorum nemo reſpondiſſet, coniectis in ſortem omnibus tribubus, Polliæ, quæ proxima exierat, primum nomen vrna extractum citari iuſſit: neq; eo reſpondente, bona adoleſcentis haſtæ ſubiecit. Quod vt illi nũciatum eſt, ad Conſulum tribunal cucurrit, collegiumq; Tribunorum appellauit. Tunc. M. Curius præfatus non opus eſſe eo ciue Reipublicæ, qui parere neſciret: & bona eius, & ipſum vendidit.

ASCENSIVS.

LIBERTATIS &c. ſeueritas. ſ. iuſtitiæ, fuit adhuc. i. ad hunc uſq; locum 1 oibus exẽplis, cuſtos, & uindex libertatis, ſed ſup. fuit æq; grauis, etiã ꝑ dignitate, ac ꝑ diſciplina, ſup. ſeruanda. Enim ꝑ q̃a, ſenatus dedidit, id eſt ad uoluntatem de eo faciendã dedit, Corſis. i. populis Corſicæ regionis inter Italiã, & Hiſpa. M. Clo. quia fecerat turpẽ pacẽ cum hoſtibus. quẽ ſ. Clod. non acceptũ ab hoſtibus (quia uoluerunt fœdus ſeruatũ, non eius qui ipſum percuſſerat necem) ſenatus iuſſit necari in publica cuſtodia. Et ita maieſtate imperii ſemel læſa, quot modis ſup. fuit uindex pertinax irę. ſ. ſuę in Clo. q. d. pluribus modis uindictã ſumpſit. Nam primo reſcidit. i. irritum fecit pactum eius. ſ. Clodii, deinde ademit ei libertatẽ, quia in ſeruitutem, aut necem eũ miſerat, tum extinxit ſpiritũ. ſ. in carcere, & fœdauit. i. deturpauit corpus. ſ. extincti ſpiritus, contumelia. i. ignominia carceris, & deteſtanda nota. ſ. Ignominię ſcalarum Gemoniarũ, unde ꝑcipitabãtur regni affectores ambitus conuicti. Atq; (clauſula eſt cõtinuatiua, quæ ſequẽti annecti poſſet) hic. ſ. Clodius, meruerat quidem. ſ. turpem pacem faciendo, animaduerſionem, id eſt iuſtam, licet ſeueram punitionem ſenatus.

OLIVERIVS.

CN autẽ Cornelius. Hic cũ ineptiſſimus eſſet, & flagitioſam duxiſſet adoleſcentiã, ſenatus eũ in prouinciam, quæ ſibi ſorte obtigerat, ire ꝓhibuit, ꝙ tantæ miniſtrationi minime uideretur idoneus, quippe qui nullum unquã de ſe uirtutis ſpecimen ædidiſſet, ſed turpiter ſemper uixiſſet, & ꝓpterea quaſi repetundarũ damnatus eſt. de hoc diximus in cap. de his, qui a patribus, degenerarunt. Tantummodo. ſ. ferme damnatus, eſt enim græca conſtructio, cũ non adminiſtrationẽ prouinciæ ſuſcepiſſet.

ASCENSIVS.

CN. autem Cor. Scipio filius Hiſpali, expertus eſt. ſ. animaduerſionem ſenatus, de qua in ſuperiori clauſula, cui hæc annexa eſt, locutus eſt. prius q̃ poſſet mereri ſup. eam. Nam cum Hiſpania prouincia obueniſſet, ſorte, ſcilicet ducta cum collega, ei. ſ. Cor. Scipiõi, ſenatus, ſup decreuit. i. decreto cauit, ne iret illuc. ſ. in Hiſpa. cauſa. ſ. decreti adiecta ꝙ. ſ. Scip. ille neſciret facere recte. Itaq;. i. ꝙ ita Cor. damnatus eſt, propter inhoneſtum actũ uitæ, tantum nõ. i. ferme, aut hoc ſolu dẽpto, ꝙ nõ repetundarũ. ſ. damnatus eſt, q̃a ſine ullo miniſterio prouinciali, & ideo q̃a in prouinciã ire non licuit, eã ſpoliare non potuit, quo circa repetundarũ reus agi non potuit, & hæc uerior eſt expoſitio, q̃ ut dicamus, repetũdarũ dãnatus, aut quaſi dãnatũ fuiſſe, cũ quaſi per iocum dicat autor, hoc ſolum boni aſſecutũ, ꝙ repetundarũ damnatus non ſit.

OLIVERIVS.

NE in C. Vatieno. De. Italico bello ſæpius dictum eſt, quod cum ſociis latini nominis geſtum eſt. C. ergo Vatienus, ne cogeretur ad hanc militiam proficiſci ſiniſtræ manus pollicem, ne arma ſuſtinere poſſet abſcidit quod ubi ſenatus reſciuit, illum perpetuis uinculis damnauit, & eius bona publicauit.

ASCENSIVS.

NE in Caium quidẽ &c. Ordo eſt. Ne quidem. i. non etiã, aut nõ ſaltẽ cũ exigua uideri poſſit culpa ſeueritas ſenatus ceſſauit i Ca. Vatieno q̃ ne militaret bello Italico, abſciderat digitos ſiniſtræ manus. cẽſuit enim ipſum puniendũ æternis uinculis, bonis. i. diuitiis eius publicatis. i. in fiſcum publicum redactis, & ſenatus ſup. effecit, ut Vatienus conſumaret turpiter in catenis ſpiritum, ſcilicet uitalem, quem noluerat profundere in acie, timore enim mortis ſe inhabilem ad bellum fecerat.

OLIVERIVS.

ID factum. Curius, cui Dentato cognomen erat, cum delectũ haberet aduerſus Pyrrhũ, quem in Italia e Sicilia reuerſum iterum uicit, & Italia pepulit, eius, qui citatus non reſponderat, bona ſubhaſtauit. nam Pyrrhus, ut ſæpe diximus a Tarentinis accitus aduerſus Romanos, cũ poſt aliquot clades ultro, citroq; datas, & acceptas, fuiſſet inuitatus a Siculis ad regnum Siciliæ, quod tum petebatur a Cartha. cum exercitu traiecit in Siciliam ſpe potiundæ prouinciæ, ſed cum res aliter ceſſiſſet, q̃ ille ſperauerat, rediit in Italiam. tunc conſul erat hic Mar Curius dentatus, qui coactus ſub tum habere delectum, & cum citati iuniores nomina dare recuſarent, ſorte educendos omnes eſſe duxit, quare cum polliam tribum in urnam conieciſſet, adoleſcẽs hic, de quo loquitur, primus eductus, & citatus, cum tacuiſſet, eius bona, ut diximus haſtæ ſubiecit, & ipſum pariter, adoleſcentem cum bonis omnibus uendidit, dicens non opus eſſe reipublicę tali ciue, qui ſuis magiſtratibus parere recuſet. Omnibus tribus. Q uæ. xxxv. fuerant de trib pollia ut diximus. ſupra lib. ii. Marcus Curius is dentati cognomen habuit. Pollię. nomen tribus.

ASCENSIVS.

ID &c. M. Curius conſul imitatus id factum. ſ. ſeuerũ ſenatus, cum coactus eſſet propter tumultum bellicum educere. ſ. in bellum, ſubitum delectum. i. milites per delectum conſcripſiſſet, & nemo iuniorum reſpondiſſet, ideſt nomen ſuum ad militiam dediſſet, omnibus tribubus coniectis in ſortem. i. in urnam ad ſortiendum de eis, iuſſit primum nomen Polliæ. ſ. tribus, quæ

exierat, pxima.i.prima q̃ urna mota, & ſorte ducta proxima erat extrahenti hoc eſt ſumma in urna extractum.ſ.a puero ali quo, aut rerũ ignaro urna.i.uaſculũ, in quod ſortes.i. ſingularũ tribuũ nomina æqualibus tabellis, aut chartis inſcripta cõiecta erant, citari.i.nominatim ad dandũ nomen uocari.neq; eo.i.& eo nõ reſpõdẽte ſubiecit haſtæ.i.ſectioni, aut auctioni, ſeu pub. uenditioni bona adoleſcentis.

Quod ut.i.poſtquam nunciatũ eſt illi.ſ.adoleſcenti, eucurrit ad tribunal conſulũ, & appellauit collegiũ tribunorũ.ſ. contra uiolentiã cõſulis. Tũc M.Cu.pfatus nõ opus eſſe eo ciue, q̃ parere neſciret, uẽdidit, &.i.ſimul ipſum, & bona eius.

DE LVCIO DOMITIO PRÆTORE.

Aeq; tenax propoſiti L. Domitius. Nam cum Siciliam Prætor regeret, & ad eum eximiæ magnitudinis aper allatus eſſet, adduci ad ſe paſtorem, cuius manu occiſus erat, iuſſit. Interrogatumq;, quomodo eam beſtiam confeciſſet, poſtquã cõperit vſum venabulo, crucifixit: quia ipſe ad exturbanda latrocinia, quibus prouincia vaſtabatur, nequis telum haberet edixerat Hoc aliquis in finem ſeueritatis, & ſæuitiæ ponendum dixerit, diſputatione enim vtroq; flecti poteſt. Cæterum ratio publici imperii Prętorem nimis aſperum exiſtimari non patitur. Sic ſe in viris puniendis ſeueritas exercuit. Sed ne in fœminis qui dem ſupplicio afficiendis ſegniorem ſe egit.

DE HORATIO.

Horatius poſt prælium trium Curiatium conditione pugnæ omnium Albanorum victor, cum ex illa clariſſima acie domũ repetens ſororem ſuam virginem Curiatii ſponſi mortem profuſus, q̃ illa ætas debebat, flentẽ vidiſſet, gladio, quo patriæ rem bene geſſerat, interemit: parũ pudicas ratus lachrymas, quæ prępropero amori dabãtur. Quem hoc nomine reum apud populum actum, pater defendit. Ita Paulo propenſior animus puellæ ad memoriam futuri viri, & fratrem ferocem vindicem, & vindictæ tam rigidum aſſenſorem patrem habuit.

OLIVERIVS.

Æq; tenax. Domitius Siciliæ Prætor erat, & edictum fecerat, nequis telum gereret, q̃ prouincia illa frequentia latronũ uexaretur. forte accidit, ut paſtor immenſæ magnitudinis aprũ occiderit, & illũ imperatori deferẽdũ curauerit. quo uiſo Prætor Domitius paſtorẽ ad ſe iuſſit acciri, cognitoq; aprũ uenabulo fuiſſe iterfectũ, paſtorẽ cruci iuſſit affigi, quia ſuũ non ſeruaſſet edictũ. Hoc aliquis.i.aliquis diffiniret ſeueritatem eſſe eius, qui ſequitur uerum, aliquis uero ſæuitiã, & .i.quod dixit finẽ. Hoc aliqs. Factum inquit Domitii ita poſitum inter ſeueritatẽ, atq; ſæuitiam, ut in utramq; partẽ trahi poſſit, nam ſi hoc perſona priuata feciſſet, ſæuitia exiſtimanda foret. Sed quia ratio publicæ maieſtatis Romanæ, & imperii non patitur, eum in puniendo uideri nimis aſperum, ſeueritas eſt appellanda. Vtroq;.in utramq; partem. Segniorem. Tardiorem. Egit ſe.ſcilicet ſeueritas.

Munus exitiale

ASCENSIVS.

Æq; &c. Lucius Domitius ſup. fuit æq; tenax.ſ.executor propoſiti, nam cum ipſe Prætor Romanus regeret Siciliam, & aper. .i.porcus Syluester eximiæ magnitudinis allatus eſſet ad eum, iuſſit paſtorem, cuius manu occiſus erat, adduci ad ſe, & crucifixit. interrogatũ qua ui confeciſſet, id eſt interemiſſet eam beſtiam.ſ.tam ingentem, poſtquam comperit eum uſum uenabulo, id eſt cuſpide uenatoria, crucifixit inquam quia ipſe.ſ. Prætor edixerat.i.publico edicto uetuerat ad latrocinia, quibus prouincia, ſcilicet Sicilia uaſtabatur exturbanda, id eſt ui pellenda ne quis haberet telum, id eſt arma inuaſiua, quibus a longe præſertim inuadere poſſent. Aliquis dixerit, id eſt dicere poſſit, hoc .ſ.factum Domitii, ponendum, ſup. eſſe in fine, id eſt confinio ſeueritatis, & ſæuitiæ, enim pro quia ipſum poteſt flecti diſputatione.i.argumentatione philoſophica, aut probabili utroq;.i. ad utrãq;, ſcilicet tam ad ſæuitiam, q̃ ad ſeueritatẽ. Cæterum, id eſt ſed ratio publici imperii, quo tunc fugebatur. & quia non ad ſui uindictam, ſed ad publicam utilitatem tale exemplum propoſuit, non patitur exiſtimari.i.iudicari nimis aſperum. Seueritas exercuit ſe ſic in uiris puniendis, ſed ne quidem .i. non etiã egit, id eſt geſſit ſe ſegniorem.ſ.pigriorem in fœminis afficiendis ſupplicio, quibus uerbis paraſceuem facit ad ſequentia.

OLIVERIVS.

HORATIVS poſt. Tullus Hoſtilius cum C. Cælio Albanorum rege bellum geſſit, in cuius mortui locum Metius Suffetius ſubſtitutus eſt dictator. cum igitur duce Cælio acies utrinque conſtitiſſent inſtructæ, placuit ut utrinq; deligerentur tergemini fratres, quorum unius pars uiciſſet, eius altera alteri pareret. quo facto, Horatius Roma. cæſis duobus fratribus ſuis, Curiatiis ipſe omnes interfecit. cum rediiſſet ouans trigemina ſpolia præ ſe gerens, ſoror uirgo, quæ deſponſata uni ex Curiatiis fuerat, illi obuiã ad portam Capenam fuit, cognitoq; ſuper humeros fratris paludamento ſponſi, quod ipſa fecerat, crines ſoluit, & flebiliter nomine ſponſum mortuum appellat. mouet feroci iuueni animum comploratio ſororis in uictoria ſua, tantoq; gaudio publico, ſtricto itaq; gladio ſimul uerbis increpans transfigit puellam, abi hinc cum immaturo amore inquit ad ſpõſum tuũ, oblita fratrum mortuorum, uiuiq; oblita patriæ, ſic eat quicunq; Rom. lugebit hoſtem. hinc deinde lege perduellionis damnatus eſt. erat autem lex horrendi criminis, dum duumuiri perduellionẽ iudicent, ſi a duũuiris prouocauerit, prouocationem certato. ſi uincerent, caput obnubito, infelici arbori reſte ſuſpendito, uerberato uel itra pomeriũ, uel extra pomeriũ, hac lege damnatus, cum ad populũ prouocaſſet, de prouocatione certatum eſt. moti homines in eo iudicio, maxime patre Hora. proclamante ſe filiam iure cæſam iudicare. ni ita eſſet, primo iure in filiũ ſe animaduerſurum fuiſſe. orabat deĩde ne ſe quẽ pauloante eũ egregia ſtirpe conſpexiſſent, orbum liberis facerent. additis deinde iuuenis laudibus, uictoriaq; parta, abſolutus eſt magis admiratione uirtutis, q̃ iure cauſæ. ſed ut cædes manifeſta aliquo piaculo lueret, iperatũ fuit pri, ut filiũ expiaret publica pecunia, is q̃buſdã piacularibus ſacrificiis factis, q̃ deĩde gẽti Horatiæ tradita ſunt, tranſmiſſo per uiam Tigillo, capite adopto, uelut ſubiugũ miſit iuuenẽ. Id hodie publice quoq; ſemp refectũ manet. ſororium Tigillũ uocãt. Conditione pugnæ. Quamuis tres tantũmodo uiciſſet, uicerat tamen omnes Albanos, ſancita inter ſe lege, atq; conditione, ut utraq; pars uiciſſet, altera illius pareret imperio. Præpropero amori. immaturo, & intempeſtiuo, quia ſponſa duntaxat erat. Propenſior. procliuior, ſors inquit quæ nimio plus, q̃ æquum erat in futurum maritũ inclinata eſſe uidebatur, quippe quæ occiſorum fratrum oblita, ſolum maritum lugeret, & fratrem acerrimum hoſtem uindicem, & patrem rigidum comprobatorem illius cædis, experta eſt. Vindicem .i. crudelem ultorem. Rigidum aſſenſorem. Aſperũ cõprobatorem eius cædis.

ASCENSIVS.

HORATIVS, ſcilicet unus e trigeminis Rom. qui cum totidem Curiatiis Albanis certamen iniuerant, ut Oliuerius ex Liuii lib.i. recitat, uictor omnium Albanorum, poſt prælium trium Curiatium, pro Curiatiorum conditione, id eſt ex conditione pugnæ, quia ea conditione certamen iniuerant, ut utra pars trigeminorum fratrum uiceret, ei reliqua pars tota pareret, cum repetens domum ex illa clariſſima acie, qua unus tris interfecerat, & patriæ libertatem pepererat, uidiſſet ſororem ſuam uirginem flentem profuſius, id eſt abundantius q̃ illa, ſcilicet puellaris ætas debebat, ſcilicet flere mortẽ Curiatii .ſ. unius e tribus, ſponſi, ſup. ſui, quia illi deſponſata erat, ſed non decebat tam profuſe ſponſum flere, cum uirgo eſſet. Nec ueneris mores, nec dulcia pignora noſcens, interemit ſup. eam gladio, quo bene geſſerat rem patriæ, quia eius libertatem conſeruauerat, & Albanum populum eidem ſubiecerat, ratus lachrymas parum pudicas, quæ dabantur amori præpropero, id eſt nimis feſtino, & nondum maturo. Quem, ſcilicet. Horatium

ntium reum hoc nomine.i.hac rõne cædis ſororię, pater defendit apud populũ. Ita.i.& ſic animus puellæ propenſior.i. procliuior, & inclinatior paulo.i.modico.ſ. ꝗ decebat ad memoriã futuri uiri.habuit fratrẽ ferocem uindicẽ, & patrem tam rigidũ aſſenſorem.i. approbatorẽ uindictæ.i. factæ per fratrẽ. Verũtamẽ de patre facile exiſtimari poteſt, eum non ſponte aſſenſum; quia ſi uiua adhuc fuiſſet, nũquã aſſenſum præbuiſſet, ut propter pias licet ſpontãeas lachrymas, occideret. uerũ ui coactũ, ne penitus orbus relinqueret, ꝗ cauſam etiã præcipuã populo obiecit, ut filio parceret, q amiſſis duobus fratribus, & interfecta ſorore, unicus ſupererat.

ptum eſt ſupplicium, qui noluerunt de illis illud ſpectare iudicium indignum exiſtimantes, in tam euidenti ſcelere publicam quæſtionem deſiderari. quare indemnatas ſuis manibus ſtrangularunt; iuſta profecto animaduerſio. Euidenti. Manifeſto ſcelere. Publicæ quæſtionis, id eſt inquiſitionis forenſis. Maturi uindi. Celeres, & feſtini.

DE SPVRIO POSTHVMIO ALBINO, ET QVINTO MARTIO PHILIPPO.

Conſimili ſeueritate Senatus poſtea vſus: Spurio poſthumio Albino, & Quito Martio Philippo conſulibus mandauit, vt de iis, quæ ſacris Bacchanalium inceſtu vſæ fuerant, inquirerent: a quibus cum multæ eſſent damnatæ, in omnes cognatas intra domos animaduerterũt, lateq; patẽs opprobrii deformitas, ſeueritate ſupplicii emendata eſt: qa quantum ruboris ciuitati noſtræ mulieres turpiter ſe gerẽdo incuſſerã, tantũ laudis grauiter punitæ attulerunt.

DE PVBLICIA ET LICINIA.

Publicia autem, quæ Poſthumium Albinum conſulem, item Licinia, quæ Claudium Aſellum viros ſuos veneno necauerant, propinquorum decreto ſtrangulatæ ſunt: non enim putauerunt ſeueriſſimi viri in tam euidenti ſcelere longũ publicæ quæſtionis tempus expectandum. Itaq; quarum innocentiũ defenſores fuiſſent, ſontium maturi vindices extiterunt: magno ſcelere horum ſeueritas ad exigendam vindictam concitata eſt.

DE EGNATIO METELLO.

Egnatii autem Metelli longe minore de cauſa, qui vxorem ꝙ vinum bibiſſet fuſte percuſſam interemit. Idq; factum non accuſatore tantũ, ſed etiã repreheuſore caruit: vnoquoq; exiſtimante, optimo illam exemplo violatæ ſobrietatis pœnas pepẽdiſſe: & ſane quæcunq; fœmina vini vſum imoderate appetit, & virtutibus oĩbus ianuam claudit, & delictis aperit.

DE C. SVLPITIO GALLO.

Horridum C. quoq; Sulpitii Galli maritale ſupplicium: nam vxorem dimiſit, ꝙ eam capite aperto foris verſatam cognouerat: abſciſſa ſententia, ſed tamen aliqua ratione munita. Lex enim, inquit, tibi meos tantũ præfinit oculos, quibus & formã tuam approbes, & placere deſideres: his decoris inſtrumẽta cõpara, his eſto ſpecioſa, horũ te certiori crede notitiæ: vlterior tuus cõſpectus ſupuacua irritatiõe acceſſitus, in ſuſpicione, & crimine hæreat neceſſe eſt.

OLIVERIVS.

Bacchanalia

¶ CONSIMILI ſeueritate. Liu. de bello Macedonico ſcribit, quomodo hæc Bacchanalia, hoc eſt ſacrificia Bacchi in urbem Romã, ſerpſerint. erant aũt eiuſmodi. mulieris uiris permiſſæ noctu per urbẽ uagabãtur furentes, & ſtupra multa committentes. & ꝓpter hoc nonnullæ, maritos ueneno necabant, ut liberius, & ea ſacra facerẽt, & libidini ſuæ ſatisfacerẽt, conſpiraſſeq; ſupra ſeptẽ millia uirorum, fœminarũq; dicebantur. ſenatus ergo tantã rei deformitatẽ, atq; periculũ exhorrens decreuit earũ inquiſitionem fieri, quæ turpiter his ſacris interfuiſſent, ex quo multæ punitæ ſunt, & ciuitatis opprobrium emendatum eſt. Intra domos. Priuatim matronæ ſunt in ſuis ædibus punitæ, nam mulieres damnatæ, & cognatis, aut in quorũ manu eſſent traditæ ſunt, ut ipſi in priuato animaduerterent in eas. ſi nemo erat Idoneus ſupplicii exactor, in publico animaduertebatur. Lateq; patens. Per totam ciuitatem.

ASCENSIVS.

¶ CONSIMILI &c. Senatus uſus poſtea ꝯſimili ſeueritate, mãdauit Spurio Poſthumio Albino, & Quito M. Philippo cõſulibus, ut inquirerẽt de iis ꝗ uſæ fuerant inceſtu.i.coitu uetito, qa in loco, tẽpore, & officio, quo tũc fungebant ſacro, ſup. in ſacris Bacchanalium .i. ſacrificiorũ Bacchi. a qbus .ſ. cõſulibus cum multę eſſent damnatæ, animaduerterunt in omnes cognatas, punierunt, & multauerunt morte cognatas ſuas, intra domos.ſ. ſuas, & ita in occulto, & deformitas opprobrii.i. turpitudinis, ꝗ poterat Romanis omnibus opprobrio dari patens late, quia plurimas attigerat, emendata eſt.i. correcta, ſeueritate ſupplicii, quia quantum ruboris, id eſt uerecundiæ mulieres incuſſerant noſtræ ciuitati. gerendo ſe turpiter, tantũ laudis attulerunt ciuitati noſtræ punitæ grauiter, non tamen ipſæ punitæ, ſed earum punitiones, ꝙ reuera crimina priuata nõ debent communitati, ut dicunt uitio dari, niſi diſſimulentur.

OLIVERIVS.

¶ PVBLICIA. Oſtendit nonnullas fuiſſe perditæ luxuriæ fœminas, quæ uiros ſuos ueneno necarunt ut liberius ea ſacra pro ſua libidine celebrarent, de quibus a propinquis ſumptum eſt ſupplicium, ...

ASCENSIVS.

¶ PVBLICIA autem. item Licinia, quæ necauerunt uiros ſuos ueneno, Publicia inquã, ꝗ ſup. necauit ueneno, Poſthumiu Albinũ cõſulẽ, item Licinia, ꝗ necauit ueneno Claudiũ Aſellũ, ſtrangulatæ ſunt.i. ſuffocatæ domi, decreto propinquorum. Enim pro quia, uiri ſeueriſſimi, uidelicet propinqui earum, non putauerunt lõgum tempus, quæſtionis.i. inquiſitionis, & ut dicunt informationis publicæ, expectandum ſup. eſſe in ſcelere tam euidente. Itaq; ipſi extiterunt uindices.i. ultores, maturi.i. feſtiui, aut tempeſtiui, ſontium.i. nocentium, quarum innocentium.i. ſi innocentes fuiſſent, ipſi fuiſſent defẽſores. Magno ſcelere. Tranſeundi ad ſequẽs exemplum occaſione præpoſita eſt clauſula, quæ ut contextus cohæreat, melius ſequenti annectitur. Ordo enim eſt. Seueritas horum.ſ. iam dictorum tam in Bacchidas, ꝗ in ueneficas, eſt excitata ad exigẽdã uindictã magno ſcelere, uidelicet inceſtus, & ueneficii.

OLIVERIVS.

¶ EGNATII autem. A. Gell. de noctibus atticis dicit non minus punitas fuiſſe mulieres a iudicibus, quæ uino uſæ eſſent, quam ſi adulterium commiſiſſent, unde ſuperius in capi. de inſtitutis Valer. dixit, olim Romanis fœminis uſus uini fuit ignotus. non eſt igiẽ accuſatus, nedum damnatus Metellus, qui uxorem iuſte necauerat, quod eam uinum bibiſſe deprehenderat. Ianuam claudit. Nam ubi nimio uino mens hominis oppreſſa fuerit, nihil altum, neq; magnificum ſuſpicere poteſt, uinum igitur immoderate ſumptum ad uitia præcipitem hominem trahit, retrahitq; a uirtutibus. — Egnatius Metellus

ASCENSIVS.

¶ AVTEM pro ſed ſeueritas ſup. Egnatii Metelli excitata ſup. eſt ad uindictam exigendam de cauſa longe minore. Qui interemit uxorem percuſſam fuſte.i. baculo, eo ꝙ bibiſſet uinũ. Et id factum eius non tantum caruit accuſatore, ſed etiam reprehenſore, unoquoq; exiſtimante, id eſt iudicante, ſcilicet illam uxorem eius pependiſſe, ideſt perſoluiſſe, & iuſte pœnas ſobrietatis uiolatæ, exemplo optimo.i. utiliſſimo aliis mulieribus ad fugiendum uinum. Et ſane, id eſt reuera quæcunq; fœmina appetit immoderate uſum uini, & id eſt ſimul claudit omnibus uirtutibus ianuam, id eſt aditum ad ſe, & aperit, ſcilicet ianuam delictis, ſcilicet omnibus.

OLIVERIVS.

¶ HORRIDVM. rigida nimis, & aſpera Sulpitii Galli ſeueritas in examinanda uxo. pudicitia fuit, qui nullam aliam ob — Sulpitii Galli ſeueritas in uxorem

DE Q. ANTISTIO VETERE.

Nec aliter ſenſit Quintus Antiſtius Vetus repudiando vxorem, ꝙ illam in publico cum quadam libertina vulgari ſecreto loquentem viderat: nam (vt ita dicam) incunabulis culpæ & nutrimentis, nõ ipſa cõmotus culpa, citeriorem delicto præbuit vltionem, vt potius caueret iniuriam, ꝗ vindicaret.

DE P. SEMPRONIO SOPHO.

Iungendus eſt his P. Sempronius Sophus, qui coniugem repudii nota affecit, nihil aliud, ꝗ ſe ignorante ludos auſam ſpectare. Ergo dum ſic olim fœminis occurritur, mens earum a delictis aberat. Cæterum & ſi Romanæ ſeueritatis exemplis, totus orbis terrarum inſtrui poteſt, tamen externa ſummatim cognoſcere faſtigio non ſit.

EXTERNA.

DE ARCHILOCHO POETA.

Lacedæmonii libros Archilochi e ciuitate ſua exportari iuſſerunt, ꝙ eorum parum verecundam, ac pudicam lectionem arbitrabãtur: noluerunt enim ea liberorum ſuorum animos imbui, ne plus moribus noceret, ꝗ ingeniis prodeſſet. Itaq; maximum Poetam, aut certe ſummo proximum, quia domum ſibi inuiſam obſcœnis maledictis lacerauerat, carminum exilio multarunt.

cauſam uxorem uelut impudicam repudiauit, ꝗ ꝙ detecto capite proceſſiſſet in pu. quaſi aliis placitura non ſibi, cum ſolis uiri oculis debeat approbari. Abſciſſa ſententia. græce dixit. ἀπότομος ἀπόφασις ſeuera ſententia, uel breuis, & conciſa. Lex enim inquit. Verba quibus maritus uti poterat ad uxorem. Meos tibi præfinit oculos. Lex inquit fœderis noſtri te tantũ mihi ſpectandam præbet, formãq; probãdam. His oculis. Meis ulterior, quã uir ꝓcedat.

ASCENSIVS.

¶HORRIDVM quoq; &c. Ordo eſt. Supplicium maritale. i. mariti in uxorem utpote, Caii Sulpitii Galli fuit, ſup. quoque. i. etiam horridum, id eſt aſperũ, & horrendum. Nam ipſe dimiſit uxorem, ꝙ cognouerat eam uerſatam in foris, id eſt extra domum capite aperto. i. nudato hoc eſt non coopertо. Sententia ſup. eius fuit abſciſſa. i. rigida, & dura. & ita breuis, nam res duræ uno ictu abſcinduntur, ſed tamen munita aliqua ratiõe inquit enim Sulpitius Gallus ad uxorem lex. ſ. ꝯiugibus lata pręfiniuit. i. præſcripto permiſit tibi tantum meos oculos, quibus approbes formam tuam, & quibus deſideres placere. compara his. ſ. oculis meis inſtrumenta decoris, eſto ſpecioſa, his. ſ. oculis meis. crede. i. cõmitte te certiori, & perſpectiori notitiæ, horum. ſ. oculorũ meorum, quibus, ut certe noſcant nudata apparere potes, neceſſe eſt, ut ſup. conſpectus tui. i. de te, ſeu quo tu conſpiciaris ulterior, ideſt ultro meũ ſeu oculorum meorum acceрſitus. i. quæſitus, aut in medium adductus, irritatione, id eſt tentatione uidentium ſuperuacua, id eſt qua tam uidens quam uiſa melius careat, hæreat, id eſt anceps uerſetur in ſuſpitione, & crimine.

OLIVERIVS.

¶NEC aliter Nihilo remiſſioris ſeueritatis, minoriſq; iudicii fuiſſe uidetur Q. Antiſtius qui diuortium dixit uxori, eamq; dimiſit, ꝙ cum impudica libertina clam fuiſſet locuta, argumentum inde ſumens, non honeſtæ pudicitiæ eam eſſe, quæ cũ impudica commertium haberet. maluit ergo iniuriam cauere, quam punire. Vulgari. Quæ corpus ſuum uulgauerat. Vt ita dicam. ſic enim dicere ſolemus, cum aliquid ni proprie dicitur. Nutrimentis. quæ ſunt mala colloquia. Citeriorem. ante delictum, quare antequam peccaret puniuit, neq; enim timebat commiſiſſe culpam, ſed committendi inire rationem.

ASCENSIVS.

¶NEC Quintus Antiſtius Vetus ſenſit aliter. ſ. quã Sulpitius Gallus, repudiando uxorem. ꝙ uiderat illam loquentem in publico, ſcilicet loco, ſecreto, id eſt quaſi in aurem cum quadam libertina uulgari, id eſt quæ corpus ſuũ uulgarat, aut ut lena uulgari libidini inſeruiebat. Nam ipſe Antiſtius cõmotus incunabulis. i. primis originibus, & nutrimentis. i. fomentis culpæ (ut ita dicam. i. ut modo liceat ſeminaria uitiorũ uocare eorum incunabula) & non cõmotus ipſa culpa, quam uxor nõdũ admiſerat, præbuit ultionẽ citeriorẽ delicto. i. priuſquam delictũ, ſeu peccatũ conſummatũ eſſet. Citra dicitur non uſq; ad, ut homo magnificus citra arrogantiã. i. non pertingens uſq; ad arrogantiã ut ipſe caueret. i. præfugeret iniuriam priuſquam illatã eſſet, potius ꝗ uindicaret. i. ulciſceretur eã iam illatã, aut cõmiſſam.

OLIVERIVS.

¶IVNGENDVS eſt his P. Semp. non alterius ſententiæ fuit P. Sempro. Sophus, qui leuiſſimæ culpæ gratia repudiauit uxorem, quia ſe ignaro ludorum ſpectaculis interfuiſſet. Nota. Ignominia, & macula. Nihil aliud, ſcilicet criminis. Dum ſic ſcilicet ſeueritate puniendi. Cæterum, & ſi Romanæ, quamuis inquit ciuitas Romana adeo exemplis abundet, ut totum terrarum orbem implere poſſit, non tamen faſtidire debemus externa ſubiungere.

ASCENSIVS.

¶IVNGENDVS &c. Publius Sẽpro. Sophus, quo nomine Græce ſapiens dicit, eſt iungendus his. ſ. ſeueris in cõiuges ſuas. Quia affecit coniugẽ nota, ideſt macula repudii, auſam nihil aliud, ꝗ ſpectare ludos, ſe. ſ. Sempro. marito ignorante. Ergo dum olim occurrebatur, ſic ideſt tam ſeuere fœminis. ſ. matrimonio locatis, mens earum aberat a delictis. Cæterum. i. ſed etſi. i. quãquam totus orbis terrarũ poteſt inſtrui exemplis ſeueritatis Romanę, tamen non ſit faſtidio cognoſcere ſummatim. i. collectim, & breuiter, externa. ſ. exempla ſeueritatis, & ita apto pede ad ea progreditur.

OLIVERIVS.

¶LACEDÆMONII libros. primum externæ ſeueritatis exemplũ eſt Lacedæmoniorum, qui Archilochi Poetæ libros, ut Vale. refert eiecerunt, ꝙ in his ſcriptis obſcœnitas, & turpitudo quædã rerũ, uerborũ eſſet. Plu. uero dixit non ſolũ libros, ſed ipſum quoque eiectum fuiſſe eadem hora, ꝗ primum acceperunt eum poetice ſcripſiſſe, melius eſſe amittere arma, ꝗ mori, ſic enĩ ait Aſpida, quæ circumpenit mihi Caſſippon alto, in luco ſamio poſſidet ille meã. At caruiſſe armis, ꝗ mortẽ occũbere præſtat. Aſpide procapta mox melior dabitur. Et cum Lacedæmones bellicoſi eſſent, indignati ſunt, ꝙ ea ſcripſiſſet quæ contra rei militaris dignitatem eſſe uidebantur, eumq; cum libris ſuis ciuitate eiecerunt. Ea. ſ. lectione. Aut ſum proxi. hoc dicit propter Homerum quem omnium maxime fuiſſe conſtat, hunc uero ſecundum. Domum inui. Nam ſicut apud Hora. legimus in poetica, ſcripſit in Lycambem ſocerum ſuum iambico carmine, quo tantum ualuit, ut eum ad laqueum compulerit, unde ait Archilochum proprio rabies armauit iambo. Ouid. in Ibidem, Poſt modo ſi perges in te mihi liber iambus, Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit. Domum, ſcilicet Lycambis, qui filiam Archilocho deſponderat, at eam paulopoſt denegatam alteri dederat. qua iniuria laceſſitus Archilochus, iambico carmine ſic luſit in eum, ut pre dolore uitam laqueo finire coegerit.

ASCENSIVS.

CAMILLO conſule circunſedente Phaliſcos urbem, & populum eius in Italia, magiſter Ludi .ſ. literarū .i. ſcholarum publicarum, qui etiam grammaticus dicitur, perduxit in caſtra Roma. plurimos, & nobiliſſimos pueros eductos inde .ſ. ex urbe Phaliſcorum, uelut .i. ſub prætextu deābulandi. quibus .ſ. nobiliſſimis pueris interceptis .i. dolo magiſtri eorum captus, non dubium erat .ſ. Ludi magiſtro, quin Phaliſci .ſ. populi. pertinacia .i. obſtinato ꝓpoſito belli gerendi depoſita .i. poſtquam eam depoſuiſſent, eſſent traditurι ſe imperatori noſtro .i. Ro. ſed ea re cognita .ſ. per Camil. ſenatus cenſuit, ut pueri cædentes uirgis magiſtrum .ſ. ſuum uinctum, remitterentur .ſ. cum eo in patriā .ſ. Phaliſcos. qua iuſtitia animi eorum .ſ. Phaliſcorum ſunt capti, quorum mœnia non poterant expugnari .ſ. ui. Nanq; Phaliſci uicti magis beneficio, q̄ armis aperuerunt Romanis portas, ſcilicet ſuas.

OLIVERIVS.

EADEM ciuitas. Phaliſci ſæpe a fide & officio in Romanos defecerant, bellaq; renouauerant. Luctatius igitur conſul cum eos tandem rurſus Romano ſubegiſſet imperio, ſęuire in illos mirum in modum cupiebat, ut meritas darent rebellionis pœnas. ſed ubi ſenatus intellexit illos ſe fidei cōſulis cōmiſiſſe, pœnam eis remittendam eſſe cenſuit, maluitq; iuſtitiæ habere rationem, q̄ ſuæ obſequi iræ. abbreuiator Liuij Phaliſci cum rebellaſſent, ſexto die domiti in deditionem uenerunt. Eutropius de Phaliſcis lib. iii. Q. inquit Luctatius, & A. Manlius conſules creati ſunt & bellum Phaliſcis intulere, quę ciuitas Italię opulenta eſt, quod ambo conſules intra ſex dies, q̄ uenerant tranſegerunt xv. millibus hominum occiſis, cæteris patria conceſſa, agro tamen ex medietate ſublato. Papyrio ſcriba conſulis qui iubente conſule deditionis formulam ſcripſerat Romanis. Et uictoriæ. quæ facit homines inſolentes. duo ſolent homines a iuſtitia reuocare, odium, & uictoria. quæ nunc non reuocarunt Popu. Roma.

ASCENSIVS.

EADEM ciuitas ſcilicet Phaliſcorum rebellando aliquoties, id eſt aliquantulum frequenter contuſa ſemper prælijs aduerſis coacta eſt tandem dedere ſe Q. Luctatio conſuli aduerſus q̄ ſcilicet ciuitatem Po. Ro. cupiens ſæuire, id eſt ſæuiter agere. poſtquam doctus eſt a Papyrio, cuius manu ſcripta erāt uerba deditionis .i. qua ſe prius dediderant Phaliſci, conſule iubente, id eſt iuſſu conſulis, alios qui poſſet putari fraude in ea formula ſcribenda uſum, Phaliſcos ſe commiſiſſe non poteſtati Romanorum ſed fidei, depoſuit placidamente omnem iram, quia nō uiſi erant fidem ſic fregiſſe, ſed a protectione Rom. ſic ſubduxiſſe, & Po. Ro. obſtitit pariter, & .i. ſimul uiribus odij .i. antiquæ æmulationis aſſuetis uinci non facile .i. difficile, & obſequio .i. ſecundo ſucceſſu uictoriæ quæ ſubminiſtrat promptiſſime .i. faciliſſime, & expeditiſſime, licentiā .ſ. ſæuiendi, & plus q̄ fas ſit agēdi obſtitit dico illis facibus irarum ne deeſſet iuſtitiæ ſuæ.

OLIVERIVS.

FIDEM cum P. Clau. conſul. Clau. Camerinos a ſe captos haſtæ ſubiecit, quos ſenatus redemit, quia id parum liquida fide ge. ab impera. parū liquida fide .i. non pura fide, nō ſyncera, ſiquidem illi ſe in fidē dederant imperatoris, ut arbitror. Clau. cōſul. Came. De Camerino oppido Picenæ prouinciæ adhærenti. Auſpicijs. poteſtate. Sub haſta publica tanq̄ mancipia uendidiſſet. Fines agri, quia ager ille uenit in poteſtatem Po. Ro. Parum liquida. parum ſyncera fide. quia cum eos in fidem accepiſſet, uendiderat. Sacraria. ubi ſacra continentur. Sacrificia. ut emerentur uictimæ. Promptiſſimo tenore. quia una eademq; ſedulitate iuſtitiæ fecerunt, ut prodeſſet Came. captos fuiſſe a Po. Rom. nam cum ſemel uenditi eſſent, poſtea redempti a Po. Ro. uiſi ſunt renaſci.

ASCENSIVS.

FIDEM .ſ. Po. Ro. cum P. Clau. cōſul uendidiſſet ſub haſta .ſ. more prędę militari plurimum offerēti, Came. populos illos Italiæ, captos ductu, uirtute, atq; auſpicijs ſuis .i. quos cœpit, cum dux eſſet i eo bello, quaſi dicat uirtute, & felicitate ſua & ſi .i. q̄q̄ animo aduertebat ærarium .i. fiſcum publicum auctum ſup. pecunia, & fines .i. limites imperij ſui, auctos agris .ſ. Came. tamē quia id .ſ. bellum, aut opus uendendi, uidebatur geſtum ab imperatore .ſ. P. Clau. fide parum liquida .i. pura & fraudis experti, quia eos in fidem acceperat, redemit .i. iterum emit, & libertati reſtituit ſup. Ca. ſic uenditos conquiſitos maxima cura, & aſſignauit his id eſt ſic redemptis locum in auentino gratia habitandi, ut illic habitarent, & reſtituit ꝑdia .ſ. imperio applicita, & tribuit etiam pecuniam .ſ. quæ ex præda ſupererat, non ad curiam .i. ad ædificia ſecularia, ut notis uerbis loquar, ſed ad ſacraria .i. repoſitoria ſacrorum ædificanda, & ad ſacrificia facienda. & effecit iuſtiſſimo tenore .i. perpetuo ductu iuſtitiæ ut ſupple Camerini poſſent lætari exitio ſuo, quia erant ſic renati, id eſt ad meliorem fortunā reſtituti. felicius enim deinceps in Auentino, quā in patria prius habita fuerunt. Hoc dicto ſubinfert autor clauſulam continuatiuam dicens ea ſupple quæ retuli, id eſt recitaui adhuc, id eſt ad hunc uſq; locum, manauerunt ſupple mœnibus noſtris, id eſt Romanis, & regionibus finitimis, id ſup. quod ſequitur manauit, id eſt diffuſum eſt per totum orbem terrarum.

DE EODEM SENATV, ET FABRICIO.

Timochares Ambracienſis Fabricio Coſ. pollicitus eſt ſe Pyrrhum veneno per filium ſuum, qui potionibus eius præerat, necaturum: ea res cum ad ſenatum delata eſſet, miſſis legatis Pyrrhum monuit, vt aduerſus huius generis inſidias cautius ſe gereret memor vrbem a filio Martis conditam, armis bella, non venenis gerere debere, Timocharis autem nomen ſuppreſſit: vtroque modo æquitatem amplexus, quia nec hoſtem malo exemplo tollere, nec eũ, qui bene mereri paratus, fuerat, prodere voluit.

DE QVATVOR TRIBVNIS PLEBIS.

Summa iuſtitia in quatuor quoque Trib. Ple. eodem tempore conſpecta eſt. Nam, cum Lucio Atracino, ſub quo duce aciem noſtram apud Ferruginẽ a Volſcis inclinatam cum cæteris equitibus correxerant, diem ad populum L. Hortenſius collega eorum dixiſſe, pro roſtris iurauerunt, in ſqualore ſe eſſe, quoad imperator ipſorum reus eſſet futurus. Non ſuſtinuerunt enim egregii iuuenes, cuius armati periculum vulneribus, & ſanguine ſuo defenderant, eius togati vltimum diſcrimẽ, poteſtatis inſignia retinentes, intueri: qua iuſtitia mota concio, actione Hortenſium deſiſtere coegit. Nec ſe etiam aliter eo facto, quod ſequitur exhibuit,

OLIVERIVS.

Fabricii æquitas erga Pyrrhum

¶ TIMOCHARES Ambracienſis. hiſtoria hæc diuerſo modo narratur. Gel. lib. iii. ca. viii. dum Pyrrhus, inquit rex in Italia foret, & ſemel, atque iterum cum Romanis feliciter pugnaſſet, ſatiſque agerētur Romani, quod pleraque Italia ad regem deſciuiſſet, cum Ambracienſis quiſpiam Timochares Pyrrhi regis amicus, ad Caiũ Fabriciũ cōſulem furtim uenit, ac præmiũ petiit, & ſi de præmio conueniret promiſit regem uenenis necare. idque ſibi facile factu eſſe dixit quoniã filii ſui pocula ĩ cōuiuio miniſtrarēt. eam rem Fabricius ad ſenatũ ſcripſit, ſenatus ad regē legatos miſit, mandauitque ut de Timocha. nihil proderent, ſed monerēt ut rex circunſpectius ageret, atque a proximorum inſidiis ſalutē tutaretur. hæc ita ſicut diximus in Vale. Antiatis hiſtoria ſcriptũ eſt. Quadrigarius autē lib. iii. non Timocharem, ſed Nitiã adiiſſe conſulem ſcribit, neque legatos a ſenatu miſſos, ſed a cōſulibus. Pyrrhũ uero Po. R. laudes, & gratias ſcripſiſſe, captiuoſque oēs quos tūc habuit, reſtituiſſe & reddidiſſe Romanis. cōſules tunc fuere C. Fabr. atque Æmi. literas, quas ad regē Pyrrhum ſuper ea re miſerunt, Claudius quadrigarius ſcripſit fuiſſe has. ix. conſules Ro. S. D. Pyrrho regi. Nos pro tuis iniuriis cōtinuo animo ſtrenue cōmoti, inimiciter tecum bellare ſtudemus, ſed cōmunis exēpli, & fidei gratia uiſum eſt, ut te ſaluum uelimus, ut eſſet, quē armis uincere poſſimus, ad nos uenit Nitias familiaris tuus, qui ſibi precium a nobis peteret, ſi te clam interemiſſet. id nos negauimus uelle. ne ue ob eã rē quicquã cōmodi expectaret. & ſimul uiſum eſt, ut te certiorem facere mus, ne quid eiuſmodi, ſi accidiſſet, noſtro conſilio ciuitates putarent factum, & quod nobis non placet precio, aut præmio, aut dolis pugnare, tu niſi caueas, iacebis. Pyrrhus rex conſulibus & Po. Ro. laudes, gratiaſque ſcripſit, captiuoſque omnes quos ſecum habebat, cōſulibus reſtituit, reddiditque. Vale. in hac hiſtoria imitatus Valeriũ antiatē. Cic. lib. offi. iii. cũ inquit rex Pyrrhus Po. Ro. bellũ ultro intuliſſet, cumque de imperio certamē eſſet cũ rege generoſo, atque potente, perfuga ab eo uenit in caſtra Fabr. eique eſt pollicitus, ſi præmiũ ei propoſuiſſet, ſe ut clam ueniſſet, ſic clam in Pyr. caſtra rediturum, & eum ueneno necaturum. hunc Fabr. reducendum curauit ad Pyrrhũ. idque eius factum a ſenatu laudatum eſt. Sen. ad Luci. epi. cxxiii. Fabri. inquit Pyrrhi regis aurũ repulit, maiuſque regno regias iudicauit opes poſſe contemnere. Idem medico Pyrrhi promittēti, uenenum ſe regi daturum, monuit Pyrrhum caueret inſidias. eiuſdem animi fuit auro nō uinci, auro non uincere. Plu. in uita Pyrrhi hoc modo tradit hiſto. Cum Fabri. conſulatum iniiſſet, ueniens quidam ad eum in caſtra epiſtolam detulit a medico regis perſcriptam, in qua pollicebatur ſe Pyrrhum ueneno necaturum, ſi præmium ſibi traderetur, abſque ullo diſcrimine bellum pro Rom. cōficienti. At Fabr. iniuriam hominis deteſtatus, & collega in eãdem ſententiã adducto, Pyrrhum ſtatim per literas monuit, ut inſidias medici caueret. literæ huiuſmodi fuere C. Fabri. & Quin. Æmi. conſules Pyrrho regi ſalutem. Neque amicorum, neque hoſtium fortunarum æſtimatores nos eſſe uideris. cognoſces enim cum hāc epiſto. ad nos miſſam perlegeris, te bonis quidē, ac iuſtis uiris bellum inferre, malis uero atque iniuſtis confidere. hæc autem nō tui gratia nota facimus tibi, ſed ne mors tua nobis calumniam afferat, quaſi uirtute nequiremus te ſuperare dolo contendiſſe.

Conſulũ literæ ad Pyrrhũ

Acceptis itaque Pyrrhus Fabri. literis medicoque conuicto, ac ſupplicio iuſte affecto, ad retributionem beneficii captiuos omnes gratis Fabri. Romaniſque reſtituit. Potionibus. quia ut diximus Timocharis filii pincernæ Pyrrhi regis erant, hoc eſt uini, & epularum prægustatores. A filio Martis. Romulo. Bene mereri. præſtare Popu. Romano beneficium. diſſentit a quadrigario Valerius, ſimiliter & Eutropius, qui & ipſe hanc narrat hiſtoriam. nam quadrigarius, & Eutropius dicunt proditorem fuiſſe nominatum. Vale. non fuiſſe, cuius ſententiæ & Antias Valę. fuit.

ASCENSIVS.

¶ TIMOCHARES. ſcilicet medicus, Ambracienſis, ſcilicet natione, pollicitus eſt Fabri. conſuli ſe necaturum Pyrrhum, ſcilicet regem Epirotarum, qui tunc pro Tarentinis contra Romanos bellum gerebat, ueneno per filium ſuum, qui præerat potionibus, ſcilicet diluendis Pyrrho ad conſeruandam ſoſpitatem. ea res cum eſſet delata per Fabricium ad ſenatum, legatis miſſis, monuit Pyrrhũ, ut gereret ſe cautius aduerſus huiuſmodi inſidias, monuit dico, memor urbem, ſcilicet Romam conditam a filio Martis, uidelicet Romulo, debere gerere bella armis, non ueneno. Autem pro ſed, ſenatus ſuppreſſit nomen Timocharis amplexus æquitatem utroque modo, quia nec uoluit tollere hoſtē exemplo, id eſt, malo pernitioſo futuro. ſi ſimili modo, poſteri uincere tentarent, nec prodere eum, qui paratus erat bene mereri, ſcilicet de Roma. licet non de Pyrrho, cui tamen plus debebat. unde indignus erat, qui uiueret, nec minus Pyrro prodendus, quam ludi magiſter Phaliſcis. unde autor pro arbitrio ſuo prius laudauit, qui illum prodiderunt, & nunc, qui hunc prodere noluerunt, cum par ſit ratio, & forte iuſtior Ludi magiſter, qui forte ut obſtinatos animo a periculo arceret, potentiſſimorum liberos in hoſtium poteſtatē traduxit. Sed nos textũ explanandũ, nō cenſendũ recepimus. Oliuer. etiã uariationē in hiſtoriis, quoties opus eſt, fideliter adnotat.

OLIVERIVS.

¶ SVMMA iuſtitia in quatuor quoque. Cũ Lucius Atracinius cũ exercitu miſſus eſſet aduerſus Volſcos, apud Ferruginem caſtra ponit. deinde cum placuiſſet pugnã cũ hoſte conferre, eductis utrinque copiis primo congreſſu Roma. pedem retulerunt. deinde cũ domũ rediiſſent Atracino dies dicta eſt a Luc. Horteſio eius collega, & tribuni teſtes adducti, qui ea iuſtitia uſi ſunt, ut iurarent ſe triſtes, & in mœrore poſitos eſſe, quod imperatorē ſuũ reũ futurũ uiderēt. Ferruginē. lacus eſt in Volſcis. Inclinatã. In fugã puerſam, uel quod pedē retuliſſet. Inſignia poteſtatis. Tribunitiã poteſtatē gerētes.

ASCENSIVS.

¶ SVMMA quoque iuſtitia conſpecta eſt uno tempore in quatuor trib. pleb. Nam cum L. Hortenſius collega eorum ideſt etiam tribu. pleb. dixiſſet diem ad populum L. Atracino, ſub quo duce ipſi tribuni correxerant cum cæteris equitibus aciem noſtram inclinatam, ideſt impulſam ad fugam, aut occaſum, a Volſcis apud Ferruginem, ſcilicet lacum, iurauerunt pro roſtris. i. ante roſtra, ſe eſſe. ſ. futuros in ſquallore, quoad. i. quadiu, Imperator ipſorũ futurus eſſet reus. Enim pro quia, ipſi egregiĩ iuuenes nō ſuſtinuerũt, intueri togati. i. domi, & in urbe retinentes inſignia poteſtatis. ſ. tribunitię, diſcrimen. i. periculũ ultimũ, uidelicet capitis eius. ſ. ducis ſui, cuius periculũ ipſi armati defenderunt

ſenderſit uulneribus, & ſanguine ſuo, obiiciendo uidelicet corpora ſua hoſtibus, produce ſuo. Qua iuſtitia .i. æquitate, concio .i. tota multitudo populi commota, coegit Hortenſium deſiſtere ab actione .ſ. cœpta contra Lu. Atracinū, nec ſup. concio, aut Po. Ro. exhibuit etiam ſe aliter .ſ. quam æquum erat ſentiendo eo facto, quod ſequitur. pulus abſoluit Claudium, & M. Pompilius remiſit Graccho dictionem cauſæ .i. ſui purgationem.

OLIVERIVS.

¶ MAGNAM laudem. Cotta Trib. ple. creditoribus ſuū debitū repoſcētibus ſoluere recuſabat, quia Trib. ple. in ius cogi poſſe negaret. collegiū tribunorū id præter æquitatem eſſe auſ-

DE TIBERIO GRACCHO, ET CAIO CLAVDIO.

Cum Tiberius Gracchus, & C. Claudius ob nimis ſeuere geſtam cenſuram, maiorem partem ciuitatis exaſperaſſent, diem his M. Pōpilius Tribunus perduellionis ad populū dixit, præter cōmunem conſternationē, priuata etiā ira accenſus, quia neceſſariū eius Rutiliū ex publico loco parietē demoliri iuſſerant: quo in iudicio primæ claſſis permultæ cēturiæ Claudiū aperte damnabant de Gracchi abſolutione vniuerſæ cōſentire videbātur: q; clara voce iurauit, ſi de collega ſuo grauius eſſet iudicatū, in factis ſe paribus, eandem cū illo pœnam exilii ſubiturum: eaq; iuſtitia tota illa tempeſtas ab vtriuſq; fortunis, & capite depulſa eſt. Claudiū enim populus abſoluit: Graccho cauſæ dictionem. M. Pompilius remiſit.

DE COLLEGIO TRIBVNORVM.

Magnam laudem & illud collegium Tribunorum tulit quod cū vnus ex eo L. Cotta fiducia ſacroſanctæ poteſtatis creditoribus ſuis ſatisfaceret nollet, decreuit, vt ſi neq; ſolueret pecuniam, neq; daret cum quo ſponſio fieret, appellantibus ſe creditoribus, auxilio futurum iniquum ratum, maieſtatem publicam, priuatæ perfidiæ obtentui eſſe. Itaq; Cottam in tribunatu quaſi in aliquo ſacrario latentem, tribunitia inde iuſtitia extraxit.

DE CN. DOMITIO TRIB. PLEB.

Cuius vt ad alium æquæ illuſtrem tranſgrediar, Cn. Domitius Tribunus Plebis M. Scaurū principem ciuitatis in iudiciū populi deuocauit, vt ſi fortuna aſpiraſſet, ruinam: ſin minus, certe ipſa obtrectatione ampliſſimi viri incrementū claritatis apprehenderet: cuius opprimēdi cum ſummo ſtudio flagraret, ſeruus Scauri ad eū noctu peruenit, inſtructum ſe eius accuſationē, multis, & grauibus dn̄i criminibus promittens: erat in eodē pectore inimicus & Domitius, & dn̄s, diuerſa æſtimatione nefarium iudicium perpendens: iuſtitia tamen vicit odiū: continuo enim & ſuis auribus obſeratis, & iudicis ore clauſo, duci eū ad Scaurū iuſſit: accuſatorē etiā reo ſuo, ne dicā diligendū, certe laudandū: quem populus tum propter alias virtutes, tum hoc nomine libentius, & Cos. & cenſorem, & Pont. Max. fecit.

OLIVERIVS.

¶ CVM Tiberi. Grac. Tiberius Gracchus, & C. Claudius collegæ fuerunt in cēſura, quā cum tetrice non minus exercuiſſent, ſibi populi inuidiam, & odiū contraxerant. erantq; iam infenſi populo, cū M. Pōpilius Trib. pleb. qui p̄ter publicū, priuato etiam in cenſores odio tenebatur, q; Rutilii neceſſarii ſui parietes, quos ædificiū cenſorum negligentia in publico per aliquot annos habuerat, euerti iuſſerant, diem illis dixit ad populū. in quo iudicio, cū primæ claſſis cēturiæ plane dānarent Claudium, cuius nomen, & gens plebi ſemper inuiſa fuit, & reliquæ Gracchum abſoluerēt, Gracchus ſi grauius, inquit in collegā meū quicquā ſtatueritis, ſcitote me cū illo uolūtarium exiliū ſubiturum. neq; enim æquū eſt, ut qui in eadē cauſa fuit, nō eodē quoq; iure cenſeatur. quo dicto, populus utrūq; abſoluit. Exaſperaſſent. Exacerbaſſent, irritaſſent. Perduelliōis. Erat, ut diximus, lex horrēdi criminis, & dicebatur perduellio, quod pertinaciter bellū reſtueret & erat quaſi capitale iudiciū. Demoliri. Euertere. Remiſit dictionē cauſæ. Non coegit cauſam dicere, hoc eſt ſe defendere, ſed ab ea re liberauit.

ASCENSIVS.

¶ CVM Tiberius Gracchus & C. Claudius exaſperaſſent .i. irritaſſent in ſe maiorē partem ciuitatis, ob .i. propter cenſuram geſtam nimis ſeuere M. Pompilius Trib. pleb. dixit his ad populū diem perduellionis .i. qua ſe purgarent de crimine p̄duellionis, cuius cōuicti, ut hoſtes condemnabātur. dixit in quam Pompilius illi diem, acceſus .ſ. p̄ter cōmunē conſternationem .ſ. totius populi, etiam ira priuata .i. ſibi propria, quia cenſores iuſſerant Rutilium neceſſariū eius .ſ. Pompilii demoliri parietē .ſ. domus ſuæ de loco publico. in quo iudicio permultæ cēturiæ primæ claſſis .ſ. ex quinq;, in quas Pop. Ro. diuiſus erat ſecundum rationē cenſus, dānabat aperte Claudiū, & uniuerſæ .ſ. centuriæ uidebantur conſentire de abſolutione Gracch .ſ. Tiberii, qui iurauit clara uoce, ſi iudicatum eſſet grauius de collega ſuo, ſe ſubiturū cum illo in factis paribus, eandē pœnā exilii. & tota illa tēpeſtas .i. ingruens cōmotio populi depulſa eſt a capite, & fortunis .i. bonis utriuſq; .ſ. tam Claudii, q̄ Gracchi ea iuſtitia .ſ. Grac. Enim pro quia, po-

cens, ut publica maieſtas tribunatus collegæ, priuatam perfidiā cōtegeret, Cottā ſatiſdare creditā pecunia coegerunt, nō illi quicquam ualuit ſacroſancta poteſtas aduerſus iuſtitiæ partes. Aliquo ſacrario. in aliquo templo, ubi tutus lateret unde extrahi non poſſet.

ASCENSIVS.

¶ MAGNAM &c. Ordo eſt Et, ideſt etiam illud collegium tribunorum tu. magnā laudē q; cum Lu. Cotta unus ex eo .ſ. collegio nollet ſoluere .i. ſatisfacere creditoribus ſuis fiducia ſacroſanctæ poteſtatis, ſcilicet tribunitiæ, & decreuit, ut ſi .ſ. Cotta neq; ſolueret pecuniā .ſ. debitam, neq; daret .i. exhiberet ſe ſup. illi, cum quo ſponſio fieret ſup. ſe, hoc eſt ipſum collegium futurum auxilio creditoribus appellantibus eum .ſ. collegam ſuum Cottā in ius. ratum .i. arbitratum .ſ. collegium, in: quū ſup. eſſe maieſtatem publicam .i. inuentā, ut populū cōtra potentiā paucorum defendat, eſſe perfidiæ priuatæ obtentui .i. ad obtinendum, quod uellet. Itaq; .i. & ita, iuſtitia tribunitia extraxit Cottam latentem in tribunatu, quaſi in aliquo ſacrario, extraxit dico eum inde.

THEOPHILVS.

¶ L. Cotta. Ianus Par. exiſtimabat hunc a Lucio notari per hæc .xi. ſat. carmina. Cotta ſenex Craſſi pater huius parcere magnus Tricho fuit nummos, ſoluere nulli lentus .i. facilis ex interpretatione Nonii Marcei Nā moroſus, & ad reddendū durus Tricho dicitur.

OLIVERIVS.

¶ CVIVS ut ad alium. Cn. Domitius M. Scaurū accuſauit. hic Domitius fuit, qui quarto cōſulatu Marii Pont. Max. populi ſuffragio creatus eſt. Scaurū autem accuſauit hac de cauſa. conſul cū Caſſio fuit, & cum eſſet Trib. pleb. iratus Scauro, q; eum in augurū collegio nō cooptauerat, diem ei dixit ad populum, & multā irrogauit, q; eius opa ſacra multa P.R. imminuta eſſe diceret. crimini etiam dabat ſacra publica P.R. Deum pœnatum, quæ Lauini fierent eius opera imperfecte fieri. eo igitur tp̄e, quo illū accuſaret, ſeruus Scauri ad eū uenerat, p̄mittēs ſe dn̄i ſui multa crimina idicaturū, q̄bus eū facilius poſſet opprimere. Domitius tāta fuit iuſtitia, ut nec illū audire uoluerit, ſed ultro etiam uinctū ad dn̄m remiſerit. Vt ſi for. duplicū cauſa fecit, ut uel ſi fortuna faueret, eū cōdenaret,

Domitii ęquitas erga Scaurum

ſin minus ſua ſalute opes augeret. Incrementū cla. qđ auſus eſſet tm̄ uirū accuſare, augebat dignitatē, & opes ſuas. Erat enim. exaggerat rem Vale. Inimicus, & domi. Nam in eo quod dicit Domitius uim maximā, ineſſe uoluit, nā magni ſpiritus fuit Domi. ergo nō unūquēq; inimicū eſſe uoluit, ſed acerrimū inimicū ſignificat. Nefariū. ſeruus nefarius fuit, qui domini ſui ſecreta prodere uoluit. Ponti. Maxi. ga quarto Martij cōſulatu, Pō ti. Max. cū Caſſio creatus eſt.

ASCENSIVS.

CVIVS. ſ. collegii Tribunitii (ut tranſgrediar ad aliū æq; illuſtrē. i. clarū.) C. Domitius Trib. plc. deuocauit in iudiciū populi M. Scaurū principē ciuitatis, ut ſi fortuna aſpiraſſet ita, ut eū cōuincere poſſet, apprehenderet ruinā. ſ. Scauri, ſi minus. i. ſi nō aſpiraſſet, apprehenderet. i. aſſequeretur, certe . i. ſaltem obtrectatiōe uiri clariſſimi incrementū claritatis. i. nobilitatis. i. clarior, & nobilior fieret, eo q; talē uirū auſus eēt i ius uocare. Cuius. ſ. Scauri opprimendi, cū. ſ. C. Domitius flagraret . i. arderet ſummo ſtudio, ſeruus Scauri peruenit ad eū nocte, pmittens ſe inſtructurum accuſationē. ſ. actiuā eius. ſ. Domitii, multis, & uariis criminibus domini . ſ. ſui Scauri. In eodē pectore . ſ. Domitii, erat. i. obſeruabat inimicus, & Domitius . i. ex una parte, qua uidelicet Scaurus cōdēnetur, uidebātur crimina ſerui admittēda, ſtabat Domitius, ut inimicus, & ut Domitius. i. nō uulgaris inimicus ſed acerrimus. ex altera, qua æquitas ſeruetur, uidebant crimina reiiciēda, & ſeruus iprobus ad dn̄m mittēdus, ſtabat dn̄s. ſ. Scaurus, hoc noīe cōtra ſeruū plurimū faciens, q; dn̄s eſſet: erat ergo Domitius & dn̄s in eodē pectore perpēdēs. i. ponderās, & æſtimās diuerſa æſtimatiōe inditiū nefariū. i. quod ſeruus nefarius facere uolebat, ga quādo Domitius ad odiū ſuū reſpiciebat, uolebat quauis uia Scauro nocere, quando uero animaduertebat, ſe nō debere uti iniquitate ſerui in dn̄m, reiecit indiciū eius. & ita tandē, iuſtitia uicit odiū. Enim, pro quia, Domitius iuſſit continuo eum. ſ. ſeruum duci ad Scaurū. ſ. dominum ſuum auribus ſuis . ſ. Domitii, qui id iuſſerat obſeratis. i. clauſis, ne audiret delationem ſerui contra dominum, & ore iudicis clauſo, quia non poterat iudicare de criminibus, quæ accuſator in reū nō intēderat. Accuſatorē. i. o accuſatorē. ſ. Domitiū, ne dicā. i. ut nō dicā eū diligendū reo ſuo. ſ. Scauro, quia difficile eſt ob talem æquitatē inimicū diligere, certe. i. ſaltem laudandū. Quem. ſ. accuſatorē, hoc eſt domitium populus fecit tum. i. pariter propter alias uirtutes ſup. eius, tum. i. pariter hoc nomine. i. hac ratione & hoc merito libentius, & conſulem, & cenſorem, & Pont. Max.

OLIVERIVS.

NEC aliter. Hoc exemplum ſimile eſt ſuperiori, nam L. Craſſus eum Cn. Carbonem accuſauerat, qui ut lib. iii. dictum eſt ca. vii. patrē etiam eiuſdem damnauerat. Sylla legatis a ſenatu miſſis reſponderat, ſe in ſenatus poteſtatem futurum, ſi ciues, qui pulſi a ciuitate ad ſe confugerant, reſtituerentur. quæ conditio cum ſenatu iuſta uideretur, per Carbonē, factionemq; eius, cui bellum utilius uidebatur, effectū eſt, ne conueniret. Itē Carbo cum ab Italię oppidis omnibus obſides exigere uellet, ut fidem eorum contra Syllā obligaret, conſenſu ſenatus phibitus eſt. hic igitur L. Craſſus cum diem Carboni dixiſſet ad populū eadem iuſtitia, qua Domitius uſus eſt, ut ſeruum, qui ad eum cum ſcrinio uenerat, in quo tabellæ continebātur, quibus Carbonē facile potuiſſet opprimere, uinctum cū ſcrinio ſignato ad Car. remiſerit. Quo pacto per interrogationem Vale. oſtendit magnā uim habere iuſtitiā, & argumentū facit a maiori ad minus.

Craſſi iuſtitia erga Carbonem

ASCENSIVS.

NEC aliter &c. Ordo eſt. Nec L. Craſſus geſſit ſe aliter in eodē experimento iuſtitię, nam ipſe detulerat. i. de occulto crimine accuſauerat, nomen Cn. Carbonis, animo infeſto. i. inimico, & ei uim paranti, & damnum inferre uolenti utpote inimiciſſimum ſibi, ſed tamen. i. nihilominus remiſit ad eū. ſ. Cn. Carbonem, ſcriniū. i. arculā eius, ſcilicet Carbo. allatum ad ſe a ſeruo. ſ. Carbo continens complura. ſ. ſcripta, quibus. ſ. Carbo poſſet comprimi inauditus, ſcilicet facile, remiſit dico ſcrinium illud ſignatū, ut erat . ſ. prius, cum ſeruo catenato, id eſt catenis uincto. Igitur quo pacto credimus, id eſt credere debemus iuſtitia uiguiſſe tunc (bene tunc, quia multū refrixit ardor ille iuſtitiæ) inter amicos, cum uideamus . ſ. iuſtitiā obtinuiſſe tatum uiriū . ſ. quantū iam oſtēſum quoq; . i. etiā iter accuſatores, & reos? quaſi dicat haud dubie maxime uiguiſſe credendum eſt.

DE LVCIO CRASSO.

Nec aliter ſe L. Craſſus in eodem iuſtitiæ experimento geſſit. Cn. Carbonis nomen infeſto animo vtpote inimiciſſimum ſibi detulerat: ſed tamen ſcriniū eius a ſeruo allatū ad ſe, complura continens, quibus facile opprimi poſſet: vt erat ſignatū, cū ſeruo catenato ad eū remiſit. Quo pacto igitur inter amicos viguiſſe tunc iuſtitiam credimus, cū inter accuſatores quoq; & reos, tantum viriū obtinuiſſe videamus.

DE L. SYLLA.

Iam L. Sylla non ſe tam incolumen, q̄ Sulpitium Rufum perditum voluit, tribunitio furore eius ſine vllo fine vexatus. Cæterum cum eum proſcriptum, & in villa latentem a ſeruo proditum comperiſſet, manumiſſum parricidam, vt fides edicti ſui extaret, præcipitari protinus e ſaxo Tarpeio, cum illo ſcelere parto Pileo iuſſit: victor alioqui inſolens, hoc imperio iuſtiſſimus.

OLIVERIVS.

IAM Lu. Sylla, nota eſt hiſtoria ſupra ſæpe notata, quomodo Sulpitius Rufus Trib. pleb. legem promulgauerat ad populum, ut prouincia Pōti. quæ ante demandata fuerat Syllæ, qui conſul erat, Mario traderetur, unde orta ſunt inter eos bella ciuilia. ſed deuictis Marianis partibus, cum inter cęteros hic Sulpitius proſcriptus eſſet, & in uilla lateret, a quodam ſeruo ſuo proditus eſt. Sylla uero ſanctiſſima iuſtitia uſus eſt, ut ſeruum pro edicto ſuo primo libertate donaret, deinde illum tanquam parricidam e Tarpeio ſaxo præcipitari iuſſit, ſicq; cæteris ſtatuit exemplum, ne quid tale in dominos ſuos audeant. laudat ergo hanc iuſtitiam in Sylla Vale. conſtat enim Syllam crudeliſſimum fuiſſe, in hoc uero iuſtiſſimus fuit. Tribunitio furore. Hic enim Sulpitius Trib. pleb. inauditæ ſuperbiæ, temeritatis fuit, qui trecentos ſecum milites haberet quaſi ſatellites, quos ut diximus, Antyſindicos appellabat, uidelicet contra Senatum. Parto pileo. parta libertate, nam raſo tantum capite pileum ſerui capere ſolebant, cum libertate donarentur.

ASCENSIVS.

IAM Lu. Sylla non uoluit, id eſt deſiderauit tam. i. tantopere ſe incolumen, quam. i. quantopere uoluit Sulpitium Rufum perditum, ſupple eſſe uexatus furore Tribunitio eius, ſcilicet Rufi, ſine ullo fine, id eſt modo, & ratione. cæterum eum compeiſſet eum proſcri. id eſt qui proſcriptus erat, & latentem in uilla, ſcilicet ſua, proditum a ſeruo, iuſſit parricidam, id eſt domini, & quaſi patris ſui occiſorem, manumiſſum, id eſt donatum libertate, ut fides edicti ſui extaret, quia edixerat, q; quicunq; ſeruus proſcriptum indicaret, libertatem aſſequeretur, præcipitari protinus. i. ſtatim, ut erat manumiſſus cum pileo, partu ſcelere, ſcilicet proditionis, quia dum manumittebantur raſo capite accipiebant pileum, ut alibi dictum eſt. exiſtens ſup. uictor inſolens, alioqui, id eſt in aliis factis ſuis, ſed ſup. iuſtiſſimus hoc imperio, quo ſeruum præcipitari iuſſerat.

EXTERNA.

DE PITTACO MITYLENÆO.

Verum ne alienigenæ iuſtitiæ obliti videamur, Pittacus Mityleneus, cuius aut meritis tātum ciues debuerunt, aut moribus crediderunt, vt ſuis ſuffra-

OLIVERIVS.

VERVM ne alienigenæ iuſti. &c. Quomodo Pittacus imperium adeptus fuerit diximus lib. iiii. cap. i. de moderatione. Cum igitur paſſus eſſet ſe tyrannū. i. regem creari a ciuibus ſuis, q; opera ſua opus eſſe ciuitati uideret, nā certabāt de Agletidis agri poſſeſſione, uel ut alii dicunt, de Sygæo promontorio,

giis tyrannidem deferrent, tandiu illud imperium ſuſtinuit, quãdiu bellum de Sygæo, cum Athenienſibus gerendum fuit: poſtquam autem pax victoria parta eſt, continuo reclamantibus Mitylenæis depoſuit, ne dominus ciuium vltra, q̃ Reip neceſſitas exegerat, permaneret: atq; etiam cum recuperati agri dimidia pars conſenſu omnium offerretur, auertit animum ab eo munere, deforme iudicans virtutis gloriam, magnitudine, prædæ minuere.

DE ARISTIDE ATHENIENSI.

Alterius nunc mihi prudentia referenda eſt, vt alterius repræſentari iuſtitia poſſit. Cum ſaluberrimo conſilio Themiſtocles migrare Athenienſes in claſſem coegiſſet, Xerxeq; rege, & copiis eius Græcia pulſis, ruinas patriæ in priſtinũ habitũ reformaret: & opes clandeſtinas molitionibus ad principatum Græciæ capeſſendum nutriret, in concione dixit habere ſe rem deliberatione ſua prouiſam, quam ſi fortuna ad effectum perduci paſſa eſſet, nihil maius, aut potentius Athenienſi populo futurum, ſed eam vulgari non oportere poſtulauitq;, vt aliquis ſibi, cui illam tacite exponeret, daretur: datus eſt Ariſtides. Is poſtquã cognouit cũ claſſem illam Lacedæmoniorũ, quæ tota apud Gytheum ſubducta erat, velle incendere, vt ea conſumpta, dominatio maris ipſis cederet, proceſſit ad ciues, & ipſis retulit, Themiſtoclem vt vtile conſilium, ita minime iuſtum animo voluere: eueſtigio vniuerſa concio quod æquum non videretur, nec expedire quidẽ proclamauit, ac protinus Themiſtoclem incepto iuſſit deſiſtere.

rio, Athenienſes & Mitilenæi poſtquam ductu, & auſpicio ſuo Athenien. uicti ſunt, ſicut ſuo loco diximus, tyrannidem depoſuit, præterea cum ex agro bello parto magno illi ſpacium traderent, poſſidendum, utpote dimidiam eius partem, ille conſtanti animo recuſauit, quod exiſtimaret magnitudine prædæ, gloriam bello partam minui. Meritis. ut ſibi tyrannidem traderet, aut quod de repub. tam bene merebatur ut tyrannide dignus uideretur. Acclamantibus. contra clamantibus, & renuentibus. Vltra q̃ neceſſitas exigeret. nã deuictis hoſtibus & parta uictoria, cũ operã patriæ ſuam minime neceſſariã uideret, imperium depoſuit.

ASCENSIVS.

¶ VERVM ne uideamur obliti iuſtitiæ alienigenæ, id eſt externarum gentium, Pittacus Mitylenæus, cuius aut meritis ciues debuerunt tantum, quia eos ab Athe. iugo liberauerat, aut crediderunt tantum moribus, quia inter ſapientes habitus eſt, & honeſte uixit, ut deferrent ſup. ei, ſuis ſuffragiis, .i. propria ſponte, & fauore, tyrannidem .i. imperium urbis ſuæ, ſuſtinuit. i. ſibi tenuit tandiu illud imperium, quamdiu bellum fuit gerendũ, cũ Athe. de Sygæo. i. de poſſeſſione Sygæi. ſ. promontorii. autem .i. ſed, poſtquam pax eſt parta. ſ. Mitylenæis, uictoria. i. per uictoriam habitantem cõtra Athe. ipſe continuo depoſuit. ſ. tyrãnidẽ, aut imperiũ, Mitylenæis reclamantibus. i. clamore, ſe id nolle atteſtantibus, ne permaneret dominus ciuium, ultra q̃ neceſſitas reipub. exegerat. atq; etiã cũ dimidia pars agri recuperati. ſ. ab Athe. in Sygæo, offerretur ſup. ei, conſenſu omniũ .ſ. Mitylenæorũ, Ipſe Pittacus auertit animum ab eo munere. iudicans deforme ſup. eſſe, diminuere gloriam uirtutis, magnitudine prædæ.

OLIVERIVS.

¶ ALTERIVS nũc mihi. de iuſtitia dicit Ariſtidis, quã ſupra tetigimus, q̃ poſtquam Xerxes e Græcia pulſus eſt conſilio, & ductu Themiſtoclis, mœnia quoq; urbis Athenien. tandem reſtituta ſunt, quę ſolo fuerant adæquata. Themi. illuc toto animo intentus erat, ut totius Græciæ imperium Athen. recuperarent. conuocata igitur concione dixit ſe habere conſilium reipub. ſaluberrimum, imperioq; Athenien. utiliſſimum, ſed illud ad exitum non deduci niſi occultetur. Athenien. reſponderunt, ut in conſilium, Ariſtidem admitteret, qui ſi probaret, exequeretur, tantum apud Athenien. Ariſtidis ualebat autoritas. qui cognito Themiſtoclis conſilio in concionem prodiit, & conſilium Themiſtoclis utile quidem eſſe dixit, ſed minime honeſtum. erat autem, ut Lacedæmoniorum claſſem incenderent, quæ erat in portu Gytheo. Athenien. ubi turpe Themiſtoclis eſſe conſilium uiderunt ſucclamarunt omnes non eſſe admittẽdum. tantum iuſtitiæ, & honeſtatis monumentum fuit apud populum illum, ut quanquam utiliſſimum uideretur, tamen quia inhoneſtum, reſpueretur. neq; enim dubium erat, quin Lacedæmoniis claſſe priuatis, totius Græciæ imperium Athenien. facile occupaſſent. Cice. officio lib. iii. Themiſto. inquit poſt uictoriam eius belli, quod cum Perſis fuit, dixit in concione ſe habere conſilium reipub. ſalutare, ſed id ſcire non opus eſſe. poſtulauitq; ut aliquem populus, daret, qui cum communicaret, datus eſt Ariſtides. huic, ille claſſem Lacedæmoni, quæ ſubducta eſſet ad Gytheum clam incendi poſſe dixit: quo facto frangi Lacedæmoniorum opes neceſſe eſſet. quod Ariſtides, cum audiuiſſet, in concionem magna expectatione uenit, dixitq; perutile, eſſe conſilium, quod Themiſto afferret, ſed minime honeſtum. itaq; Athenien. quod honeſtum non eſſet, id ne utile quidem putarunt, totamq; eam rem, quam ne audierant quidem, autore Ariſtide repudiarunt.

Athe. q̃d honeſtũ nõ eſt id nec utile putarunt

Alterius. ſcilicet Themiſtoclis, qui utile cõſilium inuenit. Alterius. Ariſtidis, qui faciẽdũ eſſe negauit. Maius. quãtum ad utilitatem. Potentius. quãtum ad imperium. Deducere. proprie eſt in mare ducere. Subducere. in portũ trahere.

ASCENSIVS.

¶ ALTERIVS. Ordo eſt. Prudentia alterius. ſ. uiri, utpote Themiſtoclis eſt referenda .i. recenſenda mihi. i. nunc, ut iuſtitia alterius .ſ. uiri, utpote Ariſtidis, & totius populi Athenien poſſit repræſentari. ſ. oculis legentium, aut auribus audientium iſta. Cum Themiſtocles dux Athenien. coegiſſet conſilio ſaluberrimo Athenien. migrare, id eſt derelicta urbe in naues quaſi habitatione transferre, & Xerxe rege, & copiis eius pulſis Græcia, id eſt poſtquam Xerxem cum copiis eius pepuliſſet e Græcia, reformaret ruinas patriæ, ſcilicet urbis Athenien. per Xerxem deſtructæ, & quaſi ſolo æquatæ, in habitum priſtinum, id eſt formam, & ſtatum priorem, & nutriret opes, id eſt facultates, molitionibus id eſt conatibus clandeſtinis, id eſt occultis, ad principatum Græciæ capeſſendum, id eſt inuadendum, dixit in concione, id eſt in oratione ad populum ſe habere rem prouiſam, id eſt excogitatam, ſua deliberatione, id eſt meditatione animi, quam ſcilicet rem, ſi fortuna paſſa eſſet perduci ad effectum, nihil ſup. eſſet, aut dixit, nihil eſſe futurum maius, aut potentius populo Athenien. ſed ſup. dixit non oportere. id eſt non conducere eam, ſcilicet rem uulgari, id eſt uulgo indicari, & poſtulauit, ut aliquis daretur ſibi, cui exponeret illam, ſcilicet rem, tacite, id eſt in ſecreto, hoc eſt occulte, non tamen tacendo, unde mire dixit tacite exponeret. Ariſtides, uir ille Athenien. prudens, & iuſtus, datus eſt Themiſtocli, ut ei conſilium ſuum communicaret. is ſcilicet Ariſtides poſtquam cognouit ſupple Themiſtoclem, uelle incendere claſſem illam, ſcilicet nobilem Lacedæmoniorum, quæ tota erat ſubducta, id eſt in littus tracta apud Gytheum, ſcilicet portum, ut ea. ſ. claſſe conſumpta, dominatio maris cederet ipſis, ſcilicet Athenien. proceſſit ad ciues, & retulit Themiſtoclem uoluere animo conſilium ut utile, ita minime iuſtum, & ita reuera non erat utile, quia inhoneſtum uidebatur. tamen quia imperium fuiſſet aucturum uniuerſa concio proclamauit eueſtigio id eſt prius quam Ariſtides, aut ipſi ueſtigium mutarent, id quod non uideretur æquum, id eſt iuſtum, nec quidem, id eſt non etiam expedire, id eſt utile eſſe, ac protinus iuſſit Themiſtoclem deſiſtere ab incepto, unde non minus iuſtus fuit totus populus, q̃ Ariſtides.

THEOPHILVS.

¶ GYTHEVM ſubducta erat. Gytheum maritimum oppidum naualeq; Lacedæmoniorum, de quo Lycophron. Cice. Pauſan. & Stephanus.

OLIVERIVS.

Zaleucus filio non pepercit

¶NIHIL illis etiã. Zaleucus Locrenſiũ princeps fuit, & legũlator, ſicut Solon Athe. Licurgus Lacedę. hic igitur leges cõpoſuit, quibus Locrenſes rẽpub. amplã, diuturnãq; habuere. ſed inter cæteras, & illã tulit ꝯtra adulteros, ut qui in adulterio deprehenſus eſſet, is utroq; priuaretur oculo. forte accidit ut eius filius in hoc crimine deprehẽderet, nam cũ quadã matre familias adulteriũ cõmiſerat, & cũ ciuitas filiũ liberare uellet honoris gratia, pater nunquã adduci potuit, ut filio pœnã remitteret. tandẽ inſtãtibus ciuibus, ut abſolueret, quandoquidẽ, inquit ita uultis, faciã, ut altero mihi, altero illi eruto oculo lex impleatur. quod etiam factum eſt, quæ profecto magna iuſtitia fuit. Eruto. euulſo. Inter miſericordẽ ne omnino crudelis eſſet in filium.

ASCENSIVS.

¶SED aliquãto. hic Charondas ciuitatẽ Tyrũ, cuius princeps erat, cũ aſſiduis ſeditionibus laborare uideret, ut ſæpiſſime in foro certaretur ad ſanguinẽ, legẽ tulit ne quis cũ ferro in concionem ꝓdiret, q̃ ſi quis feciſſet capitis pœna dãnaretur. forte accidit, ut hic in agros proficiſcẽs cinctus gladio eſſet, & cũ inde domum rediret ſubito, indicta concione cum ferro deſcenderet in cõcionẽ, nõ ſtudioſe, ſed oblitus ſe cũ telo eſſe. cũ igitur a proximo eſſet admonitus ſe ipſum interfecit, ne quid contra legẽ per ſe factũ eſſe uideretur, ſed ex omni parte iuſtitia ſeruaretur. Præfractior. aſperior. Abſciſior. ſeuerior, uel breuior ἀπὸ τομῶν dicunt Græci abſciſum dt, qđ repẽte fit ſine ullo reſpectu. Cõciões. Quia ſpe concionibus irrita, plebs uſq; ad ſãguinẽ certabat.

DE ZALEVCO LOCRENSI.

Nihil illis etiam iuſtitiæ exemplis fortius. Zaleucus vrbe Locrenſium a ſe ſaluberrimis, atq; vtiliſſimis legibus munita, cum filius eius adulterii crimine damnatus, ſecũdũ ius ab ipſo conſtitutum, vtroq; oculo carere deberet, ac tota ciuitas ĩ honorẽ patris neceſſitatẽ pœnæ adoleſcentulo remitteret, aliquandiu repugnauit: ad vltimũ ꝑcibus populi euictus, ſuo prius, deinde filii oculo eruto, vſum vtriq; videndi reliquit. Ita debitum ſupplici modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento, ſe inter miſericordem patrem, & iuſtum legiſlatorem partitus.

DE CHARONDA TYRIO.

Sed aliquanto Charondæ Tyrii præfractior, & abſciſſior iuſtitia, ad vim, & cruorem vſq; ſeditioſas conciones ciuiũ pacauerat, lege cauendo, vt ſi quis eas cum ferro intraſſet continuo interficeretur: interiecto deinde tempore ex longinquo rure gladio accinctus, domum repetens, ſubito indicta concione, ſicut erat, in eam proceſſit, ab eoq;, qui proxime conſtiterat, ſolutæ a ſe legis ſuæ monitus. Idem ego illam, inquit, ſanciam: ac protinus ferro, quod habebat, diſtricto incubuit: cumq; liceret culpam vel diſſimulare, vel errore defendere, pœnã tamen repræſentare maluit, ne qua fraus iuſtitiæ fieret.

DE FIDE PVBLICA. CAP. VI.

HVius imagine ante oculos poſita, venerabile fidei numen dexteram ſuam, certiſſimum ſalutis humanæ pignus oſtentat, quam ſemper in noſtra ciuitate viguiſſe, & omnes gentes ſenſerunt, & nos paucis exemplis recognoſcamus.

ASCENSIVS.

¶ZALEVCVS. is Locrenſis ex Thurio fuit (ut eſt apud Suidam) Pitagoricæ familiæ philoſophus, & legũlator, q ꝑ patria pugnans interiit. Immo ſeruus, ac paſtor, ubi liberaliter inſtitutus cũ ciuibus ſuis leges dedit. in q̃bus, & hoc ſanxit ut i n publicum mulieribus egredi liceret, ingenuę quidẽ cũ una ancilla in alba ueſte, cæteris autẽ in florida, ac uerſicolori. Charondę Tyrii, Ariſto. Politicorũ. ii. Legũlatores, inquit extiterũt Zaleucus Locris, Epizephiriis, & Charõdas Catanẽſis eius ciuibus, aliiſq; chalcidici generis urbibus circa Italiam Siciliãq;. Stephanus etiã, qui gẽtibus apud græcos ſcripſit. Ex catana fuit Charõdas, inquit, unus ex iis, q reges Athenis condiderũt, ut mirũ ſit, unde Vale. eũ uocet Thuriũ, niſi memoriola lapſum dicamus, ut q̃ Zaleuci primo fuit, eã Charõdę tribuerit. aut Thurius uerbũ librarius ex ſuperiore capite trãſpoſuit huc incõmode. Nã Vale. ita ſcriptũ relinquere potuit. Zaleucus Thurius urbe Locrẽſiũ. Suidas enim de Zaleuco. Locrenſis inq̃t ex Thurio fuit. aut certe de Charondæ patria nõ cõuenit inter auctores, & aliquis Thuriũ fuiſſe ſcripſit id, qđ alicubi Parrhaſius legiſſe nõ meminit. Hermippus de Legũlatoribus lib. vii. refert, apud Athenas Charondæ leges ad menſem cauſi ſolitas. Nihil etiam fortius ſup. eſt illis. ſ. ſequentibus exemplis iuſtitiæ. Seleucus, uel (ut alii ſcripſerũt) Zaleucus (ſed idem de eodẽ lib. i. de ſimulata religione, quod caput nuper inuẽtũ eſt. Sele. ſcripſerũt) urbe Locren. in Græcia (ut opinor) potius q̃ in Brutiis (nam ſunt locriozolę apud Epicnemios, & opũtios, in Græcia, & etiã in Brutiis Italiæ) munita a ſe. i. cũ ipſam muniuiſſet, ſaluberrimis, atq; iuſtiſſimis legibus, cum filius eius damnatus crimine adulterii, deberet carere utroq; oculo ſecundũ ius conſtitutũ ab ipſo. ſ. Seleu. ac tota ciuitas remitteret adoleſcentulo neceſſitatẽ pœnæ in honorem patris, ipſe ſup. repugnauit. i. reſtitit uotis populi aliquandiu. ad ultimum euictus precibus populi precantis, ne. ſ. filium excæcaret, ſuo. ſ. patris oculo eruto prius, deinde oculo filii eruto, reliquit utriq;. i. & ſibi, & filio uſum uidendi, & ſup. ita reddidit legi modum. i. metrum, & menſuram ſupplicii debiti, quia præfinitũ, partitus admirabili temperamento æquitatis ſe inter patrem miſericordem, & legiſlatorem iuſtum.

ASCENSIVS.

¶SED iuſtitia Charondæ. ſ. principis Tyrii. i. Tyri urbis in Phœnicia, ſup. fuit ꝑfractior. i. aſperior, & rigidior, q̃a res rigida prius frangitur q̃ flectitur, & abſciſſior. i. breuior, & quaſi minus deliberato animo facta (nam qui aliquid ſubito diſſoluere uolunt, abſcindunt illud, ut retiacula nauis & ueſtiũ ſuturas, unde Cato potius diſſuẽdam, q̃ abſcindẽdã cenſuit nõ æquã amicitiã, quę exempla adduco, ut uim metaphoræ, minus periti itelligãt) is ſup. aut qui Charondas, pacauerat conciones ciuiũ ſeditioſas uſq; ad uim, & ad cruorem, cauẽdo lege, ut ſi quis intraſſet eas. ſ. conciones, cũ ferro. i. armis ſaltem inuaſiuis, interficeretur continuo. deinde tempore interiecto, repetẽs domum ex lõginquo rure accinctus gladio concione. i. cõuocatione populi indicta, ſubito ꝓceſſit in eam, ſicut erat. ſ. accinctus gladio. & monitus ab eo, qui, ꝓxime conſtiterat legis ſuæ ſolutę a ſe. i. q̃ legẽ ſuã ſoluiſſet, inquit, ego idẽ ſanciã. i. ſanguine meo firmã, & ſanctã efficiã, illam. ſ. legẽ, ac incubuit ꝓtinus ferro, quod habebat. i. gladio ſuo. cũq; liceret ſup. ei, uel diſſimulare culpam. i. negando ſe culpam admiſiſſe, quia lator legis non uidetur ſub lege teneri, uel defendere. i. purgare errore. i. propter errorem ſuũ, quia non dedita opera e domo accinctus gladio proceſſerat, ſed rure ut accinctus erat in cõcionem uenerat, maluit tamen repreſentare. i. exhibere populo, & perſoluere pœnam. ſ. tranſgreſſionis, ne qua fraus fieret iuſtitiæ.

OLIVERIVS.

HVIVS imagine. tranſiturus ad capitulum ſequens Vale. ne hoc abrupte facere uideatur, quaſi præfatur. dicit enim iuſtitiam fidei dexteram porrigere, ut ſibi ſuccurrat, & recte. nam ut, inquit Tullius, fides eſt totius iuſtitiæ fundamentum.

Humanæ ſalutis. Quia ſine fide, humana generis ſocietas ſtare non poſſet.

ASCENSIVS.

¶HVIVS imagine ante oculos poſita, præfatio eſt in exempla fidei publicæ. Ordo autem eſt. Imagine huius, ſcilicet iam dictæ uirtutis, utpote iuſtitiæ, poſita ante oculos, ſcilicet legentium, aut contemplantium, uenerabile numen fidei oſtentat dexteram ſuam, id eſt ſibi dicata, appoſitorie certiſſimum

pignus ſalutis humanæ. ideo autem oſtentat, quia ſecundum Cic. lib. i. officio. fides eſt fundamentū iuſtitiæ, & ideo ubi iuſtitia, illic etiam fides eſt, quam. ſ. fidem &c. i. ſimul omnes gentes ſenſerūt, & nos recognoſcamus. i. atteſtemur paucis exemplis, uiguiſſe. i. q ipſa uiguerit ſemp in ciuitate nr̄a, hoc eſt Roma.

deductus eſſet Amilcar Pœnorū dux, & cū Romanis pacē deſideraret, nō audebat ſe cōſulū fidei committere, ueritus ne quaſi Scip. arte deceperant, eadem & ipſe caperetur. Sed Hāno alter eorū dux meliori de fide Ro. opinione ductus, pceſſit audacius, & cū cōſulibus de pace agere cœpit. tunc unus ex Tri. mil. dixit, non aliā illi fidē eſſe ſeruandā, quā illi Cor. ſeruauerāt. cui cōſules Idicto ſilētio Hannonem ſecurū eſſe iuſſerūt. mira pfecto fides, & omni laude pdicāda. Abbreuiator Li. de hoc Scip. ſic breuiter tradit. Cn. Cor. cōſul à Claſſe Punica circūuētus, & p fraudē uelut in colloquiū euocatus, captus eſt Cor. Aſi. hic eſt, q claſſe Punica merſa, clariſſimū inde triūphum egit. Cor. Aſi. quare dictus ſit Cor. Aſi. Macro. ſat. lib. i. facile declarat. dicit enī Aſinæ cognomētū Cornelius datū eſt, qa princeps Cor. gentis empto fūdo, ſeu filia data marito, cum ſponſores ab eo ſolemniter poſcerentur, Aſinam cū pecuniæ onere produxit in forū, quaſi pro ſpōſoribus pſens pignus. Fractis. uictis. Claros i. ac ſi diceret uictoria quidem Ro. imperatores claros reddiderat fides uero multo clariores.

DE SENATV PO. Q. RO.

Cum Ptolemæus Rex tutorem Po. Ro. filio reliquiſſet, Senatus M. Aemiliū Lepidū Pont. Max. bis Cos. ad pueri tutelā gerendam Alexandriā miſit, ampliſſimiq́; & integerrimi viri ſanctitatem Reipub. vſibus, & ſacris comparatam, externæ procurationi vacare voluit, ne fides ciuitatis noſtræ fruſtra petita exiſtimaretur: cuius beneficio regia incunabula conſeruata pariter, ac decorata, incertum Ptolemæum reddiderunt, patris ne fortuna magis an tutoris maieſtate gloriari deberet.

DE CIVITATE ROMANA.

Speciosa quoq́; illa Romana fides: ingenti Pœnorum claſſe circa Siciliam deducta, duces eius fractis animis conſilia petendæ pacis agitabant. Quorum dux Amilcar ire ſe ad conſules negabat audere, ne eodem modo catenæ ſibi iniicerentur, quo ab ipſis Cornelio Aſinæ conſuli fuerant iniectæ. Hanno autem certior Romani animi æſtimator, nihil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorū tetēdit: apud quos cum de belli fine ageret, & Tribunus militū ei dixiſſet, poſſe illi merito euenire, qđ Cornelio accidiſſet, vterq́; Cos. Tribuno tacere iuſſo, iſto te, inqt metu Hanno fides ciuitatis noſtræ liberat: claros illos fecerat tantū hoſtiū ducem vincere potuiſſe, ſed multo clariores fecit noluiſſe.

DE EODEM SENATV.

Aduerſus eoſdem hoſtes parem fidem in iure legationis tuēdo Patres C. exhibuere. M. enim Aemilio Lepido, L. Flaminio Coss. L. Minutium, & L. Manilium Carthaginienſium legatis, qa manus his intulerant, per feciales reddendos curauerunt. Sed tūc Senatus nō eos quibus hoc pſtabatur, aſpexit.

OLIVERIVS.

CVM Ptole. de fide pub. P. R. loquit̄ erga Ptolemæū regē Ægypti, nā Ægypti reges oēs Ptole. ſunt appellati. Ptole. moriens filiū in tutela P. R. religt, qđ poſtquā ad eorū aures puenit, ne fides aliqua ex parte deeſſet, Sena. miſit Alexandriam Q. Æmiliū Lepidū principē ciuitatis, & eundē optimū uirū, qui tunc Pont. Max. q bis antea cōſul, qui princeps ſenatus quinquies fuerat, q tutor Pu. eſſet. & maluit ſenatus, ut reſp. tanto uiro careret, quāquā eo plurimum indigeret q̄ pu. fides deeſſet, tn̄ ualuit apud Po. ſanctiſſima fides, ut maluerit hominē, in quo animo ſanctitatis exepla aſpici poſſent, alienā q̄ ſuæ reipub. curā, adminiſtrationemq́; ſuſcipere. Iuſti. q de hac tutela mētionē lib. xxx. facit, non a rege tutorem relictū Po. fuiſſe dicit, ſed poſt Regis mortē ab Alexādrinis Ro. miſſos fuiſſe lega. qui orarent P. R. ut tutelam pupilli ſuſciperēt. regnūq́; tuerent̄ Ægy. qđ iam Phili. & Antio. facta inter ſe pactione, diuiſiſſe dicebātur. gratā legationē fuiſſe Ro. cauſam belli qrentibus aduerſus Phili. qui inſidiatus tēporibus Pun. bel. fuerat. miſſos igitur fuiſſe legatos dicit, qui nunciarent Antioco, atq́; Phil. ut a regno Ægypti abſtinerent, miſſum & Mar. Æmil. le. in Ægyptū, qui tutorio noīe regnū pupilli adminiſtraret, qui profectus, bello deinde quod aduerſus Antio. duce Scip. geſtū eſt, magnū ad uictoriā momentū dediſſe fertur. Comparatam. quia reipu. utilitatibus iſeruiebat. Et ſacris. quia Pon. Max. ſacra publica faciebat. Cuius beneficio. non minorem ſplendorem & gloriam ab hac tutela Ptole. accepit, q̄ a genere paterno.

Romanorū fides in Ptole.

ASCENSIVS.

CVM Ptole. ſ. rex Ægypti reliquiſſet Po. Ro. tutorē filio ſuo, ſenatus. ſ. Ro. miſit M. Æmiliū Lepi. Pont. Max. & bis conſulē, Alexandriā. i. in eā urbē Ægypti, ubi regia erat, ad gerendā tutelā pueri. & uoluit ſanctitatē uiri ampliſſimi, & integerrimi cōparatā. i. acquiſitā uſibus reipu. & ſacris, qa etiā Pontifex magnus erat, uacare. i. operā plenā dare, & intentā eſſe procurationi externæ, ne fides ciuitatis noſtræ hoc eſt Ro. uideretur petita fruſtra. ſ. a Pto. patre. Cuius. ſ. M. Æmilii beneficio cunabula regia. i. primordia uitæ regis, & filii regis, conſeruata pariter, ac decorata, reddiderunt Pto. i. filiū incertū ne. i. an deberet gloriari magis fortuna. i. regno patris, an in maieſtate tutoris. ſ. Æmilii.

OLIVERIVS.

SPECIOSA quoq́. cum primo Pu. bel. Cor. Scip. Aſina præfectus claſſis, in Sicilia foret, ad colloquium a Cartha. uocatus eſt, qui data fide cōfidēter proceſſit. illi uero ſimulato colloquio milites paratos habuere, qui deprehenſum Scip. in catenis ducerent poſt aliquod tempus eodem bello, cū in anguſtias

Scipio fraude captus

ASCENSIVS.

SPECIOSA &c. Illa. ſ. ſequens fides Ro. i. Romanæ ciuitatis eſt ſup. quoq́; i. etiā ſpecioſa. Ingenti. i. ualde magna claſſe Pœnorū. i. Carthaginiē. deducta circa Siciliam, duces eius. ſ. claſſis animis fractis. i. habētes animos fractos, & deſperātes de uictoria, agitabāt conſilia pacis petendæ. Quorū. ſ. Pœnorū Amilcar dux. i. priceps. negabat ſe audere ire ad cōſules. ſ. Ro. ne catenæ iniicerentur ſibi eodē modo, quo fuerāt iniectæ Cor. Aſi. cōſuli. ſ. Romano, ab ipſis. ſ. Pœnis Hāno aūt certior æſtimator. i. cēſor animi Ro. ratus nihil tale timēdū, tetēdit ad colloquiū eorū. ſ. cōſulū Ro. cū maxima fiducia. apud quos. ſ. cōſules, cū ageret de fine belli. i. de bello finiēdo, & Trib. mil dixiſſet ei. id ſup. qđ accidiſſet Cor. ſ. Aſi. poſſe euenire merito illi. ſ. Hānoni, hoc eſt, ut in uincula cōiiceretur, uterq́; cōſul tribuno iuſſo tacere. i. poſt q̄ iuſſerat tribunū tacere, inqt, o Hāno fides ciuitatis nr̄æ liberat. i. ſoluit te iſto metu. ſ. quo timebat in uincula conilci, ob dictū tribuni militū, nā prius nō timere dictus eſt. Potuiſſe uincere, qa in poteſtate ſua habebāt, tātū ducē hoſtiū, uidelicet Hānonē, fecerat illos. ſ. cōſules claros, ſed noluiſſe uincere, aut uincire eū, fecit illos multos clariores.

THEOPHILVS.

VINCERE. Ianus Parrhaſius arbitrabatur a Valerio ſcriptum uincire. Nam uoluiſſe uincere Ro. abſurdum foret intelligere, legas igitur uincire. i. catenas iniicere.

OLIVERIVS.

ADVERSVS eoſdem ho. pa. M. Æmilii Lep. legati Carthaginien. Romam uenerant pacem a ſenatu, populoq́; petentes. forte ita accidit, ut altercatio, orta eſſet inter legatos, & L. Minutium, ac C. Manilium, & eouſq́; proceſſit eorum contentio, ut Minutius, & Manilius legatos pulſarent. nam illi pacem petebant, hi dandam eſſe negabāt: quippe fœdifragis. quod ubi cognouit Senatus eos legatis dandos eſſe cenſuit dariq́; fecit.

Cartha. legati pulſati

iure legationis.ut legati tuti ſint, & inuiolati ſecũdum ius gẽtium. Manus his attulerant.pulſauerant. Non eos .q. d. ſenatus non reſpexit quid mererentur Carthaginienſes, qui toties fœdera frangerent, ſed ius gentium eſſe ſeruandũ, fidemq́ publicã.

A S C E N S I V S.

ADVERSVS &c. Patres conſcripti, exhibuere parẽ fidẽ in iure legationis tuẽdo.i. ꝓtegẽdo, aduerſus eoſdẽ hoſtes, uidelicet Pœnos, aut Carthaginiẽ. Enim.i. q̃a M. Æmilio Lepido, & L. Flaminio cõſulibus .i. quo tẽpore ii eſſent cõſules, ipſi p̃res cõſcripti curauerunt Luciũ Minutiũ, & Luciũ Manliũ reddẽdos .i. dandos, ut reuacet, aut potius legatur dedẽdos.i. in poteſtatẽ dandos, ꝑ feciales.ſ. ſacerdotes, qui fœderibus feriendis, & bellis legitime indicendis præerant, legatis Carthaginiẽſiũ, q̃a ipſi itulerant his.ſ. legatis manus.i. eos uiolenter pulſauerant. Sed ſenatus aſpexit tũc ſe.i. q̃d ſe deceret, aut fide ſuã, nõ eos, uidelicet fœdi fragos Pœnos, quibus hoc ꝓſtabatur, q̃a indigni erãt, q̃bus tanta fides ſeruaret.

DE SVPERIORE AFRICANO.

Huius exemplũ Superior Africanus ſecutus, cum onuſtã multis, & illuſtribus Carthaginienſiũ viris nauem in ſuam poteſtatẽ redegiſſet, iuiolatam dimiſit. quia ſe legatos ad eum miſſos dicebant: tametſi manifeſtũ erat, illos vitandi præſentis periculi gratia falſum legationis nomẽ amplecti, vt Romani iperatoris potius decepta fides, q̃ fruſtra iplorata indicaretur.

DE SENATV PO.Q.RO.

Repræſentemus etiam illud ſenatus nullo modo prætermittendum opus: legatos ab vrbe Apollonia Romam miſſos, Qu. Fabius Cn. Apronius ædiles orta cõtentione pulſauerunt: quod vbi cõperit, continuo eos per feciales legatis dedidit, queſtoremq́ cum his Brunduſiũ ire cuſſit, ne quã in itinere a cognatis deditorũ iniuriã acciperent. Illam curiã mortaliũ quis conciliũ, an non templũ fidei dixerit? quã vt ciuitas noſtra ſemper benignã præſtitit, ita etiam in ſociorũ quoq́ animis conſtantem recognouit.

E X T E R N A.

Poſt duorum in Hiſpania Scipionum, totidemq́ Romani ſanguinis exercituũ miſerabilem ſtragem, Saguntini victricibus Hannibalis armis intra mœnia vrbis ſuæ cõpulſi, cum vim Punicam vlterius nequirent arcere, collatis in forum, quæ vnicuiq́ erant chariſſima, atq́ vndiq́ circundatis, accenſiſq́ ignis nutrimentis, ne a ſocietate noſtra deficerent, publico, & communi rogo ſemetipſos ſuperiecerunt. Crediderim tunc ipſam fidem humana negotia ſpeculantem, mœſtum geſſiſſe vultum, perſeuerantiſſimum ſui cultum iniquæ fortunæ iudicio tam acerbo exitu damnatum, cernentem.

O L I V E R I V S.

HVIVS exẽplũ. hoc fuit ſecũdo bel. Pun. cũ ſuperior Africanus fatalis dux, utráq́ ſubegiſſet Hiſpaniã, cœpit Carthaginienſiũ nauem clariſſimorũ hominũ plenã. illi ne in captiuitatẽ uenirent, legatos publice miſſos ad imperatorẽ Roma. ſe eſſe ſimularunt, quã fidẽ illis Africanus ꝓſtitit, ut omnes incolumes, & inuiolati redirent ad ſuos. maluit imperator Ro. ſuam fidem fraude petitã, q̃ fruſtra imploratam.

A S C E N S I V S.

HVIVS &c. ſic melius, q̃ cuius, nam de eo quod in manibus habẽt, loquit̃ fere ꝑ pronomen hic. Ordo autem eſt. Africanus.ſ. Scipio, ſupior .i. maior ſecutus exẽplum huius .ſ. dicti facti ſenatus, cũ redigiſſet in ſuã poteſtatẽ, nauẽ onuſtã i. honorifice onuſtã, multis & illuſtribus uiris Cartha. dimiſit ſup. eam inuiolatam, quia dicebant ſe miſſos legatos ad eum tametſi manifeſtum erat, illos amplecti falſum nomen legationis gratia periculi præſentis, ſcilicet tunc uitandi, ut fides imperatoris Roma. iudicaretur potius decepta per fraudem Punicam, quam implorata fruſtra.i. in uanum.

O L I V E R I V S.

REPRÆSENTEMVS. hoc exẽplũ par eſt ſuperiori. nã hi Romani duo, q̃ legatos Apolloniatum, orta inter eos rixa pulſaſſent, dediti ſunt eis, & miſſus eſt queſtor cum auxilio, ne cognati uim aliquam inferrent. Repræſentemus. in mediũ ꝓferamus. Apollonia. facit ſuum gentile hic, & hæc Apolloniatis, unde abuerbiator, cũ legatos Apolloniatum dixit ad ſenatum miſſos quidam iuuenes pulſaſſent, dediti Apolloniatibus ſunt. ſed quidam dicunt, q̃ latioe facit Apollonianus ra. nũ. A cognatis. ſi forte cognati eorum uoluiſſent e manibus legatorum eripere. Illam cu. ſi quis curiam diligentius conſideret, non potius fidei templum dicet, q̃ mortalium refugium.

Apollonia. Apollonatis

A S C E N S I V S.

REPRÆSENTEMVS, etiam illud opus.ſ. factum, aut exemplum ſenatus nullo modo prætermittendum. Q. Fabius, & Cneus Opronius, ſeu ut alii textus habent Sempronius, ædiles, pulſauerunt legatos miſſos Romam ab urbe Apollonia, quę eſt aut in Põto, aut in Epiro, aut in Creta, aut in Syria, aut Thracia, in omnibus enim illis regionibus reperit̃ eo nomine urbs. ſed putem de Pontica urbe loqui. contentione orta.ſ. inter ædiles, & legatos, quod.ſ. factũ ædiliũ, ubi.ſ. Senatus cõperit, dedidit.i. in poteſtatẽ dedit ꝯtinuo eos legatos per feciales .i. fœderũ, ut dixi feriendorũ, & bellorũ legitime indicendorũ officiales, & iuſſit quæſtorem .ſ. urbis Romæ, ire cum his.ſ. legatis Brunduſiũ.i. in illud uſq́ oppidum littorale, ne .ſ. legati acciperẽt, quã.i. aliquã iniuriã in itinere a cognatis deditorũ. Dixerit.i. nũquid dixerit.ſ. merito: quis.i. aliquis illam.ſ. tam fidã curiã.ſ. Romanã, conciliũ .i. cœtum mortaliũ, an non dixerit ſup. potius templũ fidei? q.d. multo iuſtius templum fidei. Quam ſup. fidẽ, ut.i. quẽadmodũ ciuitas noſtra.i. Romana, præſtitit ſemꝑ benignã, ita recognouit eam conſtantem quoq́, id eſt etiam in animis ſociorum, utpote Saguntinorum, & Petilinorũ, de quibus ſequentia ſunt exempla, atq́ hoc dicto paraſceuẽ fecit.

O L I V E R I V S.

POST duorum. Nunc ad externa tranſit exempla, & primo de Saguntinis, qui in fide Ro. pertinaciter conſtiterunt. Saguntum oppidũ eſt opulentiſſimum in Hiſpaniæ finibus poſitum circa flumen Iberũ, quod fuit quõdam terminus imperii Po. Ro. & Cartha. cauſaq́ ſecũdi Pun. bel. nam cum Hannib. oppidum illud circũſediſſet, Saguntini Romam legatos auxilia petentes miſerunt. qui cũ tardius remitterẽtur, nec ſe diutius defendere poſſent, ad eam pertinaciã uenerunt, ut in foro conſtructo ingenti rogo, impoſitiſq́ rebus ſuis omnibus flammas, ſubiicerent, deinde ſeipſos in rogum conicerent, ne a fide deficerent. Duorum Scipionum.i. uidelicet Cn. & P. Scipionũ, quorũ alter.ſ. P. Scipio eius Scipionis pater fuit, qui deinde Africanus dictus eſt. hi duo, ut ſupra diximus, Hiſpaniam in poteſtatem Po. Ro. diu tenuerant, ſed tãdem per Magonẽ quendã, Celtiberi quorum pars maior erat in exercitu Roma, illecebris, & pecunia corrupti defecerũt a Rom. Ro. uero exercitus externis auxiliis deſtituti ſe in tutiora loca receperunt, & clitellis, atq́ impedimentis uallo facto a Pœnis, quibus erant longe uiribus inferiores diu obſeſſi, tãdem capti, cæſiq́ ſunt. L. uero Marci. Tribunus mili. collectis reliquiis, exercitus, & nocte ſequenti uocatis ad concionem militibus, hortatus eſt, ut iprouiſo inuaderẽt hoſtes, nihil tale ꝓpter uictoriã metuentes, & inter concionandũ ſubita flamma ex eius capitis apice emicuit. quo ſigno motos milites ea nocte duxit ad hoſtiũ caſtra, quibus ex improuiſo captis, cæſiſq́ hoſtibus maiorẽ intulit cladem q̃ acceperant. Sed in hac hiſtoria Valerius diſſentit a Liuio. non enim poſt cæſos in Hiſpania Sciplones, Hannibal Sagũtum expugnauit, Sed antequã bellũ cũ Romanis ſuſciperet, ut Liuius tradit. & Cicero in Philippicis libro . xi. Et hoc belli principium, & cauſam fuiſſe dicit, quia cũ iam animo

Sagũtinorum fides erga Po. Ro.

agitaret

agitaret Hanni. inuadere, nullam aliam uiolandi fœderis honeſtiorē cauſā nō inuenit, q̄ ſi Saguntinos Ro. ſocietate cōiunctos adoriretur. Vim Punicam. Cum ui Punica coerciti eſſent nec iam cōmeatus uenire poſſet. Communi. Quia ipſis, & bonis ſuis cōmunis fuit. Crediderim. Quaſi per deploratiouem hoc dicit Vale. non dubitauerim fidē tunc, humana facta, conſiderātem, Saguntinorum caſum fuiſſe miſeratam tam conſtantes ſui numinis cultores, iniquo iudicio, fortuna ad necem adeo crudelem impulerit. Mœſtum. cū uideret tes hominū adeo fidelium, male uerſari.

ASCENSIVS.

POST miſerabilem ſtragem duorū Scipionū. ſ. Cn. & Publii in Hiſpania, & totidem .i. etiā duorū exercituū Ro. ſanguinis, Saguntini .i. ciues Sagunti urbis in Hiſpania, compulſi ſup. ab armis uictricibus Hānib. intra mœnia urbis ſuę, cū nequirent arcere .i. amouere a ſe ulterius uim .i. uiolētiā Punicā, collatis .i. cōportatis, aut congeſtis in foru. ſ. rerum uenaliū, his ſup q̄ erāt chariſſima unicuiq;, atq; nutrimentis .i. fomentis ignis. cōbuſtilibus circundatis undiq;, & accenſis ſuperiecerunt ipſi ſemet (ſic ſcript ī repperi, & puto uerā eſſe lectionem, cum ita fere Cice. loquatur, licet alii legant ſemetipſos.) Publico & cōmuni rogo .i. pyræ ardenti ne deſiſterēt. ſ. facta deditione, a ſocietate noſtra .i. Romana. Ego (ingt autor in admiratione fidei eorū) crediderim .i. uelim credere (ſed mire utiſ ea uoce, quaſi in ſignificatione futura, aut ſaltem præſenti, cum ſit p̄teriti temporis, ut dubitem, an legendum ſit credideris, a futuro credidero, aut crediderim, aut ſi fuiſſem crediciſſem) ipſam fidem ſ. deam ſpeculātem .ſ. deſuper negocia humana, geſſiſſe, tunc uultum mœſtum, cernentem .i. cernere perſeuerantiſſimū cultum ſui damnatū tam acerbo exitu, iudicio fortunæ iniquę.

OLIVERIVS.

FIDEM præſtando. hoc ſimile eſt ſuperiori. quam enim fidem Saguntini Romanis p̄ſtiterunt, eandē ſeruauerunt & Petilini, & dux Carthaginenſiū utriuſq; cauſa fuit. Petilini primo quidē cum obſiderentur ab Hannib. auxiliū petierunt, a Romanis. Po. Ro. q; pauloante Cānenſem cladē accepiſſent, p̄ſtare nō poſſe reſpōderūt, ſed illis p̄miſerūt, ut facerēt, quod ſibi maxime cōduceret. illi a Romano p̄ſidio deſtituti, omnē imbellē turbā, & inutilē ciuitate eiecerunt, quo difficilior eſſet p famē obſeſſio. quod illis conſilium, parum, uel nihil p̄fuit. omnis enim uis alia magis, quā fames illos expugnauit. abſumptis enim frugū alimētis, carniſq; ōis generis quadrupedū, poſtremo coriis, herbis, & radicibus, corticibuſq; teneris, & his quoq; ſtrictim ueſcebantur. maluerūt ergo fame cōſumi, q̄ a Romana fide deficere. Hānib. igiť. nō Petiliā, ſed fidum Petiliæ ſepulchrū expugnauit. Petilia. urbs Calabriæ, de qua meminit Virg. Paruo Philoctetæ ſubnixa Petilia muro. in quam Philoctetes Milibœus regnauit. teſte. Ser. at Strab. lib. vi. dicit eſſe Lucanorum Metropoli. Egeſta. euacuata urbe. Traherent. producerent, dilatarent. — *[margin: Petilinorū fides in Ro.]*

ASCENSIVS.

FIDEM &c. Petilini .ſ. ciues illis Petiliæ urbis Calabriæ meruerūt eundē honorē laudis. ſ. obſeruatā, fidē, præſtando .ſ. Ro. idē .i. eandē fidē, aut eundē exitum pro fide, quē Saguntini. Qui ſup. obſeſſi ab Hannib. q̄a noluerūt deficere .i. per defectionē deſiſtere, & recedere ab amicitia noſtra .i. Romana, miſerūt legatos ad ſenatū, implorātes auxiliū. ſ. ab eo cōtra Hānibalē. quibus nō potuit ſuccurri. ſ. a ſenatu (& eſt ſuccurri īperſonale uerbū) propter cladē recētē Cānenſem .i. pauloante a Romanis apud Cannas acceptā. cæterū .i. ſed, permiſſum eſt eis. ſ. Petilinis, ut facerēt, quod uideretur utiliſſimū incolumitati eorū. hoc eſt, ſi ita uideretur, ſeſe dederent Hānibali. Ergo liberū erat .i. in libera Petilinorū poteſtate amplecti gratiā Cartha. tū illi fœminis ſup. egeſtis .i. exportatis, & omni ętate imbelli egeſta .i. exportata urbe. ſ. ſua Petilia, quo .i. iō ut ipſi armati .i. q̄ in armis erāt & arma ferre poterāt, traherēt .i. p̄traherēt, & ſuſtinerent, famem. ſ. ex penuria cōmeatus, conſtiterunt pertinaciſſime in muris. & tota ciuitas eorū expirauit prius .i. ſpiritū emiſit, q̄ depoſuerit ex ulla parte reſpectū ſocietatis Romanæ. Itaq; .i. & ita contigit .i. cum difficultate datū eſt Hannibai capere non Petiliam, q̄a extinctis ciuibus Petilia eſſe quodāmodo deſierat, ſed ſepulchrum dum .i. propter fidem extinctæ Petiliæ, id eſt ciuitatis Petilinæ.

DE PETILINIS.

Idem præſtando, Petilini eundem laudis honorem meruerunt, ab Annibale, quia deficere a noſtra amicitia noluerunt, obſeſſi: legatos ad Senatum auxilium implorantes miſerunt, quibus propter recentem cladem Cannenſem ſuccurri non potuit. Cæterum permiſſum eſt eis, vt facerent, quod vtiliſſimum incolumitate eorum videretur. Liberū ergo erat Carthaginienſium gratiam amplecti. Illi tamen fœminis, omniq; ætate imbelli vrbe egeſta, quo tutius armati famem traherent, pertinaciſſime in muris conſtiterunt, expirauitq; prius eorum tota ciuitas, q̄ vlla ex parte Romanæ ſocietatis reſpectū depoſuerit. Itaq; Annibali non Petiliam, ſed fidum Petiliæ ſepulchrum capere contigit.

DE FIDE VXORVM ERGA VIROS. CAP. VII.

ATque vt vxoriam quoq; fidem attingamus: Tertia Aemilia Africani prioris vxor, mater Corneliæ matris C. & T. Gracchorum tantę fuit comitatis, & patientię, vt cum ſciret viro ſuo ancillulam ex ſuis gratam eſſe, diſſimulauerit: ne domitorē orbis Africanum, femina magnum virum impatientiæ reum ageret: tantumq; mens eius a vindicta abfuit, vt poſt mortem Africani manumiſſam ancillulam in matrimonium liberto ſuo daret.

OLIVERIVS.

ATQVE ut uxoriā quoque. Nunc tranſit ad cap. vii. in quo tractat exempla fidei, quā uxores p̄ſtitere maritis. Et primo de Tertia Æmilia, cuius tantā fidē fuiſſe dicit, ut cū eius uir Scipio ſuperior ancillæ ſuæ captus eſſet amore cū licentia illa frui permiſerit, ac poſt mortē Scip. ne id metu feciſſe exiſtimareť, manumiſſam illā liberto ſuo in matrimoniū cū magna dote dedit. Mr Cor. eā nobilē facit, ut eā magis exaggeret, quāuis uxor eēt Africani, & auia tātorū uirorū, tñ hoc fecit. ſunt q̄ dicāt hāc P. Æmilii, q̄ Perſen regē ſuperauit fuiſſe filiā, & Africani īferioris ſororē, ex q̄ nata fuit Sēprōia. Gracchorū igiť, q̄ & Corne. dicta ē. Plu. tñ dicit, P. Æmiliū duas tm̄ habuiſſe filias, & alterā Tuberoni Ælio. Alterā Catoni, Portii Catonis filio i matrimoniū dediſſe. Diſſimulauit. finxit ſe nō cognoſcere. Impatiētię. Q̄ d' amoris ipatiēs eēt. Tātæ c. ſuauitatis. Comitas uirtus ē īter duo extrema, iter ſeueritatē, & remiſſionē. Domitorē. q̄ duas Hiſpanias, Sardiniā, Siciliā, & Africā ſubegerat. Manumiſſam. in libertatem aſſertā. — *[margin: Tertia Scipiōis uxor Pellicem patiens]*

ASCENSIVS.

ATQVE. Tranſit ad fidem uxorū erga maritos, q̄ ſpecies quædā eſt, & quaſi mēbrū ſuperioris tituli, ſeu capitis, licet hic nouū fere ſubſtituāt, & ideo breuiore ſolito utiť præfatione ſtatim ſubnectens exēplū Tertiæ Æmiliæ dicēs. Atq; ut nos attingamus quoq; .i. etiā fidem uxoriam, Tertia Æmi. uxor Afri. ſ. Sci. prioris .i. ſuperioris, & mater Cor. mřis C. & Tib. Grac. fuit tantæ comitatis .i. lenitatis, & patientiæ. ſ. in tolerandis alienis amoribus ut cum ſciret ancillulā. ſ. unā ex ſuis eſſe gratā uiro ſuo, hoc eſt uirū conſueuiſſe cū ancilla, diſſimulauit .i. ſignificauit ſe neſcire, ne ipſa fœmina .i. cū eſſet fœmina, ageret magnū uirū. ſ. Afri. ſuperiorē maritū ſuū, domitorem orbis. ſ. pro bona parte, q̄a Hiſpanias, Sardiniam, Siciliam, & Afri. domuerat, reū īpatientiæ. ſ. amorū q̄a q̄ orbē terre uicerat, ab amoribus ancillulæ uictus erat, ita ut cū ea libētius, ac cū uxore rē hēret. & mens eius. ſ. uxoris, utpote Tertiæ Æmi. tm̄ abfuit a uindicta, ut daret Liberto ſuo ancillulam. ſ. illam manumiſſam poſt mortem Afri. i q̄ humanitate plus laudis meruit, quā i criminis mariti ſui diſſimulatione, q̄a niſi diſſimulaſſet, uir forte errorē correxiſſet.

OLIVERIVS.

QVINTVM Lucretiū. Nec Turia q̄dē p̄termittenda eſt, quæ Q. Lucretiū maritū ſuum a triūuiris p̄ſcriptū, & inter ipſos penates latentem, nō dubitauit cū ſuæ ſalutis diſcrimine, tutū & incolumen ſeruare. lex enim erat, quicūq; p̄ſcriptū occultaret, eadem pœna dānaretur a triūuiris. ſ. Auguſt. Anto. & Lepido. Magno periculo. Quia, ut dixi, pœna capitis afficiebatur qui p̄ſcriptū texiſſet, aut non indicaſſet. Camera. cubile arcuatum. Proſcripti. dicebantur quorum nomina in publico proſcribebantur, & quicunque ea uidiſſet, ius, faſq; eorū occidendorum habebat.

Proſcripti

ASCENSIVS.

QVINTVM Lucr. &c. Affert alterū exemplū uxoriæ charitatis, magis laudabile, q̄a in re magis p̄banda. Ordo autē eſt. Turia uxor. ſ. Q. Lucretii, p̄ſtitit Q. Lucretiū proſcriptū a triūuiris. ſ. Augu. Anto. & Lep. abditum. i. abſconſum, inter camerā, & teſtudinē. i. curuaturā ſuperiorem lecti, uulgo cælū uocant, & tectū. ſ. ſummū cubiculi. i. loci in quo erat cubile, hoc eſt inter tabulatū ſuperius, & lecti curuamē quod cęlū uocant, una ancilla conſcia. p̄ſtitit dico tutū ab exitio iminente, non ſine magno periculo ſuo (Valla diceret ſui) & egit id, fide ſingulari, ut cū cęteri proſcripti uix euaderent per ſummos cruciatus animi, & corporis, in regionibus alienis, & hoſtilibus, ille. ſ. Q. Lucre. retineret ſalutem in cubiculo. ſ. ſuo & in ſinu coniugis.

OLIVERIVS.

SVLPITIA. Lentulum Truſcelinorū uirum ſuū p̄ſcriptū a triūuiris Anto. Lepido, & Octa. ubi in Sicilia exulare p̄cepit, ſeruili ſumpta ueſte, & decepta matre, a qua diligēter ſeruabatur, conſcia quāto uiri amore flagraret, deceptiſq; cuſtodibus, cum duas tantū ancillas, & paucos ſeruulos ſecū duxiſſet, e ueſtigio ſecuta eſt, magnum igitur fidei documētum in uirum Sulpitia dedit.

ASCENSIVS.

SVLPITIA autē uxor Lentu. cum cuſtodiretur diligentiſſime a Iulia matre. ſ. ſua. ne proſequeretur in Siciliam Len. Cruſtelionem proſcriptū a triumui. ſ. iā dictis, nihilominus. i. quāuis obſeruata, peruenit ad eum fuga clādeſtina ueſte familiari. i. ut quidā dicunt quotidiana, qua domi in re familiari occupata uti ſolebat, cum duabus ancillis, & totidem ſeruis. nec recuſauit p̄ſcribere ſeipſam, ut fides ſua conſtaret. i. euidens eſſe in coniuge proſcripto. i. in proſcriptione coniugis. alter diceret in. i. erga coniugem proſcriptum.

ætate ſua præſtantiſſimi, quem Cic. in lib. de Oratore mirum in modū laudat. cū igitur inceſti accuſatus eſſet, ut in ca. de fiducia diximus, qui cū in prouinciā quæſtor deſignatus p̄ficiſceret, iamq; Brunduſiū uſq; p̄ueniſſet, certior factus per literas, Romā rediit, & cauſam ſuam egit. Seruus eius, qui criminis illius cōſcius erat (nā laternā illi dū uirginē peteret noctu p̄tuliſſe cōſtabat) nūquā cogi potuit ullo tormēto, ut id faſſeretur. adeo fidelis fuit. Quo. quāto. Hoc. tanto, nā ſerui ſolēt eſſe infideles, ſi ergo in eorū numero aliquis fidelis inueniatur, laudabilior erit, quia nō expectatur.

M. Anto. orator inceſti reus

DE TVRIA VXORE QVINTI LVCRETII.

Quintum Lucretium proſcriptum a trium viris vxor Turia inter cameram, & tectum cubiculi abditum, vna conſcia ancillula, ab imminente exitio, non ſine magno periculo ſuo, tutum præſtitit: ſingularīq; fide id egit. vt cum cæteri proſcripti in alienis, & hoſtilibus regionibus per ſummos animi, & corporis cruciatus vix euaderent, ille in cubiculo, & in coniugis ſinu ſalutem retineret.

DE SVLPITIA VXORE LENTVLI.

Sulpitia autem cum a matre Iulia diligentiſſime cuſtodiretur, ne Lentulū Cruſtelionem virum ſuum proſcriptum a triumuiris in Siciliam proſequeretur, nihilominus familiari veſte ſumpta, cum duabus ancillis, totidemq; ſeruis ad eum clandeſtina fuga peruenit. nec recuſauit ſeipſam proſcribere, vt ei fides ſua in coniuge proſcripto conſtaret.

DE FIDE SERVORVM ERGA DOMINOS. CAP. VIII.

Reſtat vt ſeruorū etiam erga dominos, quo minus expectatam, hoc laudabiliorem fidem referamus.

DE QVODAM SERVO M. ANTONII.

Marcus Antonius, auorum noſtrorū temporibus clariſſimus Orator, inceſti reus agebatur, cuius in iudicio accuſatores ſeruum in quæſtione perſeuerantiſſime poſtulabāt, q ab eo, cum ad ſtuprū iret, laternam prælatam cōtenderent: erat autē is etiam tū imberbis, & ſtabat corā, videbatq; rē ad ſuos cruciatus pertinere, nec tamē eos fugitauit. Ille vero, vt domū ventū eſt, Antonium hoc nomine vehementius cōfuſum, & ſolicitū vltro eſt hortatus, vt ſe iudicibus torquendū traderet, affirmans nullum ore ſuo verbū exiturū, quo cauſa eius lædeteur, ac promiſſi fidem mira patiētia præſtitit, plurimis etiā laceratus verberibus, eculeoq; impoſitus, candētibus etiam laminis vſtus, omnē vim accuſatoris, cuſtodita rei ſalute ſubuertit. Argui fortuna merito poteſt, q tam pium, & tam fortem ſpiritum ſeruilii nomine incluſit.

ASCENSIVS.

RESTAT. Breuiſſima quoq; p̄fatione, & paraſceue ad huc titulū utitur, eo q ſpecies, & membrū eſt capitis de fide. Nā fides ſeruoꝝ fides eſt. Ordo autem eſt. Reſtat. i. reliquum eſt, ut referamus etiā fidē. i. fidelitatē ſeruorū erga dominos, quo. i. quāto minus expectatā q̄a ſeruilis amor, coactus eſt, nullū aūt uioletū p̄petuū, hoc. i. tāto laudabiliorem.

OLIVERIVS.

MARCVS Anto. In q̄ſtione. i. tormento a p̄cedente. i. quod ſequitur, nam quæſtiones inquiſitiones dicūtur, quę a iudicibus fiūt, & q̄a p̄cedunt quęſtiones. i. interrogationes, deinde ſequūtur tormēta, ideo ponūtur pro tormētis. Laternā. a latendo dictā, q intus lateat ignis. Hoc noīe. hac cauſa. i. crimine. eſt autē metalepſis cū primū ad ultimū. nomē enim ſignificat cauſam, cauſa uero crimen. Eculeo. tormento. dicitur enim eculeus quaſi equi pullus, eſt autem ligneus & accutiſſimi dorſi. Candentibus. ignitis. Laminis. ſ. ferreis. Argui for. me. po. iure, inquit accuſari fortuna poſſe uidetur, quæ tam fortem, conſtantemq; animum in ſeruo concluſerit, merebatur enim ingenui corporis ſedem.

ASCENSIVS.

MARCVS Anto. nō triūuir, ſed orator clariſſimus, temporibus noſtrorū auorū agebatur reus inceſti. i. ſtupri cōmiſſi cum ueſtali, cuius. ſ. criminis, aut hominis, accuſatores poſtulabāt p̄ſeuerātiſſime in iudicio ſeruū ſ. Antonii, in quæſtione. i. inquiſitione uiolenta p tormenta facienda, q. i. q̄a accuſatores p̄tenderent. i. aſſeuerarent, & conuincere, contenderent, laternā prælatā, ab eo. ſ. ſeruo, cum. ſ. dominus eius M. Anto. iret ad ſtuprum. Autē pro ſed, is. ſ. ſeruus erat tum. i. tunc etiā imberbis, & ſtabat corā. i. in cōſpectu iudicū, & accuſatorū, & uidebat rem p̄tinere. i. ſpectare ad cruciatus ſuos. i. quos ſuſtinere deberet, nec tamē fugitauit eos. Ille uero, ut uētum eſt domum. ſ. a dn̄o, & ſeruo, horratus eſt ultro Antonium confuſum, & ſolicitum uehementius hoc noīe. i. hac cauſa, q audiuit ſeruū ad quęſtionē poſtulari, ut traderet iudicibus ſe. ſ. ſeruū torquendū, affirmans nullū uerbum

OLIVERIVS.

RESTAT ut ſeruorum erga. Octauū cap. de fide ſeruorum, quam erga dominos ſuos perſeueranter præſtiterūt. primum autem exemplum ſerui cuiuſdam M. Anton. oratoris

DE QVODAM SERVO CAII MARII.

Conſulē autem C. Mariū Prænestinæ obſidionis miſerabilē exitū ſortitū, cuniculi latebras fruſtra euadere conatum, leuiq; vulnere a Teleſino, cum quo mori deſtinauerat, perſtrictū, ſeruus ſuus vt Syllanæ crudelitatis expertem faceret gladio traiectū interemit, cum magna præmia ſibi propoſita videret, ſi eū victoribus tradidiſſet: cuiusdexterę tam oportunum miniſterium nihil eorum pietati cedit, a quibus ſalus dominorum protecta eſt: quia eo tempore Mario nō vita, ſed mors in beneficio repoſita erat.

DE PHILOCRATE SEV EVPORO SERVO GRACCHI.

Aeque illuſtre quod ſequitur C. Gracchus, ne in poteſtatem inimicorum deueniret, Philocrati ſeruo ſuo ceruices incidendas prębuit: quas tū celeri ictu abſcidiſſet, gladiū cruore domini madentē p ſua egit præcordia: Euporū alii hunc vocitatum exiſtimant: ego de nomine nihil diſputo, familiaris autē tantummodo fidei robur admiror, cuius ſi pſtantiā animi generoſus iuuenis imitatus foret, ſuo nō ſerui beneficio imminentia ſupplicia vitaſſet: nunc commiſit vt Philocratis, ꝗ Gracchi cadauer ſpecioſius iaceret.

uerbum exiturum ex ore ſuo, quo cauſa eius lęderetur. ac præſtitit mira patientia. i. tolerantia fidē. i. fidelem exhibitionem promiſſo, laceratus etiā plurimis uerberibus, & impoſitus eculeo. i. tortorio illi inſtrumento, in quod extendebantur, quaſi in aſperrimum dorſum equi, qui torquebant & uſtus etiam laminis cādentibus. i. ignitis, ſubuertit oēm uim accuſatoris, ſaluti rei. ſ. domini ſui cuſtodita. Fortuna poteſt argui. i. accuſari, & improbari merito, ꝙ incluſit. i. obfuſcauit. noie ſeruili, ſpiritum. i. animum tā piū, & tam fortem.

OLIVERIVS.

CONSVLEM autē. Hic Cn. Marius filius fuit eius Marii, qui bella ciuilia geſſit aduerſus Syllam, qui ſeptimo conſulatu ſuo mortuus eſt, deinde in filiū bella migrarūt, qui uictus a Sylla ſe Prænestæ recepit, ubi cū obſideretur, tentauit per cuniculos egredi, ꝙ cū nō poſſet, ꝗa cuſtodirent a Syllanis militibus a ſeruo ſuo ſe iuſſit occidi, ne in poteſtatē hoſtium ueniret. Plu. uero in uita Marii, illū dicit ſibi mortē intuliſſe. Sortitum. quia obſeſſa diu fuiſſet a Syllanis, tandem capta fuit crudeliterq; uexata. nam ut in ca. de crudelit. uidebimus, quinq; millia Prænestinorum crudeliter Sylla iuſſit occidi. Cuniculi. ſubterranei meatus a ſimilitudine animalis, qđ cauernis ſubterraneis delectatur. Cum quo mo. ſic. n. inter ſe cōuenerant, ut quando effugere non poſſent, ſimul morerentur. Perſtrictū. leuiter uulneratū, ne in hoſtiū manus deueniret. Cū ma. ſi. ꝗa occurrebat illud, ꝙ fideles eſt occidere dñm, reſpondet, ꝗa magna pmia propoſita fuerāt ei, ſi Marium uiuū uictoribus tradidiſſet. Cedit. uincitur.

ASCENSIVS.

CONSVLEM autem C. Marium ſortitum miſerabilē exitū, ꝗa captionē Prenestinę obſidionis conatū euadere latebras cuniculi. i. ductus ſubterranei, quo ſub terra exire ſperabat, fruſtra, quia agnitus, & deprehenſus a Syllanis eſt, & perſtrictū. i. ſauciatū quaſi in ſuperficie corporis leui. i. modico, & nō profundo uulnere, a Teleſino. ſ. ſocio fugæ, & itidē proſcripto, cū quo deſtinauerat mori. ſ. mutuis uulneribus. quia Marius Teleſinū lętaliter uulnerauerat eo pacto, ut ille ſic uulneratus, Mariū quoq; feriret. ille autē, uel ꝙ non ualuit iam deficientibus uiribus, aut ꝙ nefas putauit tantū uirū occidere, leuiter pſtrinxit pectus eius ferro. Seruus ſuus (pter hoc relatiuū antecedēs obliqui caſus ppoſui in ordine) interemit traiectū gladio, ut faceret expertē. i. immunē crudelitatis Syllanę, cū uideret magna præmia ppoſita ſibi, ꝗa libertatē, & æs ingēs, ſi tradidiſſet uictoribus eum. ſ. Ma. uiuū. ꝗa cadauer nō erat Ma. ſ. Marii. Cuius. ſ. ſerui miniſteriū dexterę tam opportunū. i. ſuo loco, & tēpore factū nihil cedit pietati eorū, a quibus ſalus dominorum eſt protecta, quia nō uita, ſed mors erat Mario repoſita beneficio. i. habita pro beneficio eo tempore.

OLIVERIVS.

AEQVE illuſtre quod. Mortuo Tiberio, ut in ca. de ſomniis diximus C. Gracchus uiſa per quietem fratris imagine dicentis, ꝗtum uellet cunctaret, omnino ſibi pereundū eſſe eodē quo ipſe exitio periiſſet, cœpit eadē uia graſſari in ſenatum, qua frater, per leges. ſ. tribunitias ſeditiones excitare. quare motus ſenatus, qđ id ad reipu. euerſionem quodammodo expectare uidebatur, decreuit, ut Opimius conſul uideret, ne quid reſpu. detrimēti caperet, quæ ſumma poteſtas in atroci negocio dabatur magiſtratui more Ro. ut poſſet exercitum parare, bellū gerere, coercere omnibus modis ſocios, atq; ciues, domi, militiæq; imperare conſulis ius eſt. itaq; Opimius conſ. cū armata manu C. Gracchū perſequitur. ille ſe in Auentinū montē cū multitudine armata recepit. Cōtra eū exercitu ducto, cæſoq; Fuluio eius collega fugā factā Gra. ſe in templū Dianę contulit, ibiq; ſibi manus uoluit inferre. Sed a Lici. & Pompo. fidiſſimis familiaribus prohibitus eſt. hortatuſq; inde quāprimū aufugere, quem corporibus ſuis tandiu ptexerūt fugientē quoad cæſi ſunt. ille ubi uidit ſe inimicorū manus euadere non poſſe, cum Philocrate ſeruo, qui cum eo ſolus fugiebat, in ſacrum deorū nemus ſe pripuerūt, ibiq; Philo. eum occidit, & ſup occiſum ſe quoq; interemptū proiecit. Aliter legitur in uita Gracchorū, nam utrumq; in manus inimicorū deueniſſe tradit Plu. & alterū a Scipione Naſica, alterum a L. Opimio fuiſſe cæſos, ut in. c. de ſomniis, & alibi diximus. Macro. uero de ſaturnalibus hunc ſeruum Euporum nominatum fuiſſe dicit, ꝗꝗ alii Philocratē dictū uelint, qui dum aliqua ſpes ſalutis affulſit, fidiſſimus comes dominū quacunq; potuit ratione tutatus eſt. ubi uidit iam deſperatū eſſe, & dominū occidiſſe, & ſuper cæſum ſciſſis pprio uulnere uiſceribus, animam effudiſſe dicitur. Euporum. Quem alii Philocratē appellant. Familiaris. quia in eius familia nutritus fuerat. ideo hanc ei fidem pſtitit. Cuius pręſtantiam. Dicit hunc Gracchum laudabiliorem futurum fuiſſe, ſi mortem ſibi conſciuiſſet, quā ſi a ſeruo beneficiū ſuſcepiſſet. Robur. pręſentē fortitudinē.

Euporum an Philocrates Grac. occiderit certū eſt

ASCENSIVS.

AEQVE &c. Exemplum ſupple aut factum ſerui, quod ſequitur eſt ſupple. æque, id eſt ęqualiter illuſtre, ſcilicet ut iam dictum. C. Gracchus, ne deueniret in poteſtatem inimicorum, ſcilicet L. Opimii, & aliorum nobilium præbuit Philocrati, quem Euporum Macro. dictum uult, ſeruo ſuo, ceruices, ſcilicet ſuas incidendas. quas cum ſeruus ille abſcidiſſet ictu celeri, priuſquā inimici aduenirent, egit per ſua præcordia, id eſt pectora uſq; ad penetralia cordis, gladium madentem. i. madefactū cruore domini. ſ. ſui Gracch. Alii æſtimāt hunc. ſ. ſeruum uocitatum Euporum, ego nihil diſputo de nomine. autem pro ſed admiror robur. i. firmitatem fidei tantūmodo familiaris. i. ſerui in familia eius educati. Cuius. ſ. ſerui præſtantiam animi, ſi iuuenis generoſus. ſ. Gracc. ipſe, foret. i. eſſet imitatus, ipſe uitaſſet ſupplicia imminētia beneficio ſuo, quia ſeipſum interemiſſet, ſicut ſeruus fecit, non ſerui, nunc. i. ex hac puſillanimitate, commiſit. ſ. Caius Gracchus, ut cadauer Philocratis. ſ. ſerui iaceret ſpecioſius. i. maioris æſtimationis, quam Gracchi. ſ. hominis nobiliſſimi. quia omnes, qui ſeruum inſontem ob amorē domini fortiter in gladium domini incubuiſſe uiderunt, generoſitatem animi eius laudauerunt, uituperantes uecordiam Gracchi, qui non a ſe ſed a ſeruo interfici ſuſtinuit. In qua Gracchi criminatione liberet mihi cum autore huius operis diſceptare. quærerem enim quare nō idem dederit uitio Mario tam robuſti animi uiro ſemper comperto, & ſexcentis aliis. qui aut ab inimicis, aut a ſeruis id beneficii miſerabilis exegerunt, ut ab illis non a ſe interempti caderent? Certe eam legem præſcripſit in pectoribus noſtris optimus maximus conditor noſter, qua cognoſceremus, ſolius naturæ iudicio nefas eſſe animam, quam depoſitariam a deo accepimus; noſtris manibus non repetitam eiicere. neque eſt ſanus animus cenſendus, qui non abhorreat ſibi manum inferre, cum tamen tanta poſſit eſſe calamitas, tantumque inſtare mali, ut mors ſit uita dulcior. Non eſt ergo tantopere damnandus Gracch. ſibi quod manum inferre non ſuſtinuerit, ſed qui a quocunque occidi meruerit, ſi modo meruit.

DE PINDARO SERVO CASSII.

Alia nobilitas: Alius furor: ſed fidei par exemplū Pindarus C. Caſſium Philippenſi prælio victum nuper ab eo manumiſſus, iuſſu ipſius obtruncatum, inſultationibus hoſtium ſubtraxit. Seq; e conſpectu hominum volūtaria morte abſtulit, ita vt ne corpus quidem eius abſumptū inueniretur. Quis deorum grauiſſimi ſceleris vltor illam dexteram, quæ in necem patriæ parentis exarſerat, tanto tempore alligauit, vt ſe tremebundam Pindari genibus ſubmitteret, ne publici parricidii, quas mœrebatur pœnas, arbitrio pii victoris exolueret! tu profecto, tu Diue Iuli cęleſtibus tuis vulneribus debitam exegiſti vindictam, perfidum erga te caput ſordidi auxilii ſupplex fieri cogendo, eo animi æſtu compulſum, vt neq; retinere vitam vellet, neq; finire manu ſua auderet.

DE SERVIS Cn. PLOTINI PLANCI, ET DE IPSO CNEO.

Adiunxit ſe his cladibus Cn. Plotinus Plancus Munacii Planci conſularis, & Cenſorii frater, qui cū a triumuiris proſcriptus in regione Salernitana lateret, delicatiore vitæ genere, & odore vnguenti, occultam ſalutis cuſtodiam detexit: iſtis enim veſtigiis, eorum qui miſerum proſequebantur ſagax inducta cura, abditum fugæ eius cubile odorata eſt: a quibus comprehenſi ſerui latentes, multūq; ac diu torti, negabant ſe ſcire vbi dominus eſſet. Non ſuſtinuit deinde Plancus tam fideles, tamq; boni exempli ſeruos vlterius cruciari: ſed proceſſit in mediū, iugulumq; gladiis militum obiecit. Quod certamen mutuę beneuolentiæ arduum dignoſci facit, vtrum dignior dominus fuerit, qui tam conſtantem ſeruorum fidem experiretur, an ſerui, qui tam iuſta domini miſericordia quæſtionis ſæuitia liberarentur.

OLIVERIVS.

ALIA nobilitas, alius furor, ſed fidei par exemplum Pindarus Caſſium. hoc idē Pindarus exhibuit Caſſio, quod Europus Grac. nam cum Caſſius & Brutus contra Antonium arma ſumpſiſſent pro reip. libertate tuenda (quanquam eis aduerſa fortuna contigerit) cūq; uaria uictoria pugnaſſent, tandē in campis Philippicis comparatis utrinq; copiis, extremo prælio dimicarunt, & in dextro cornu Octaui. in ſiniſtro uero Ant. item in dextro Brutus in ſiniſtro Caſſius erant. forte ita accidit, ut cōferta pugna Cæſar in dextro Caſſius in ſiniſtro cornu uincerentur. Sed nihil aliud Bruti, & Caſſii res deduxit in pernicié, q̄ ꝙ Brutus Caſſio ueluti uictor non tulit auxiliū, nec Caſ. Bru. ueluti uictum potuit expectare nam Bru. iam Cę. caſtra per milites ſuos capta diripuerat, cædemq; ingentem in illis fecerat ad duo enim millia Lacedæ. qui nuper in auxilium Caſ. uenerant præter caſtrorum præſidia, cæſa ſunt. Caſ. uero cum ſe in collem quendam recepiſſet unum e centurionibus ſuis nomine Tuncum exploratum cuncta dimittit. qui cū tardius rediret, exiſtimans Caſſius fuiſſe, illum ab hoſtibus interceptū hoſteſq; ex omni uictores eſſe, ignarus omnium quæ a Bru. facta fuerāt, deſperatis rebus omnibus, in tabernaculum ſeſe cōtulit, ex libertis unum nomine Pindarum ſecum trahens, quē ad eos caſus ſibi parauerat, obducta ueſte caput obtegens, iugulumq; enudans ſeſe illi feriē dum p̄buit auulſum ab humeris caput repertum eſt. At Pindarus poſt cædem hanc nemo hominum uidit. ex quo pleriſq; ſcrupulum dedit, ꝙ iniuſſus uirum interfeciſſet. Quis deorū grauiſſimi. Nihil tanta adulatione putridius. nam ad Tiberii aſſentationem hoc dicit, neſcire ſe, quis deorū Caſſii manus alligauerit, quæ pauloante in Cæ. necem exarſerant, nunc in ſeipſum tātopere elanguerint, ut ſibi morte inferre trepidarent. maluerit quoq; Caſ. ſerui beneficio, q̄ uirtute ſua parricidii pœnas euadere. Tu profecto iul. Pergit in aſſentatione ſua cum dicat, Cæ. numen grauiter ultum cędem, iniuriamq; ſuam, qui Caſſ. ſummæ autoritatis uirum a ſordido ſeruo ſupplicium fieri coegerit, ut ſibi mortem inferret, q̄ ipſe ſibi conficere non auderet. Exarſerat. incitata fuerat. Torpere. Langore. Animi æſtu. i. fluctuatione. Sordibus. quia implorauit auxilium ſerui.

ASCENSIVS.

ALIA nobilitas &c. Cum laude ſeruorum taxat puſillanimitatem dominorum, & pręcipue C. Caſ. dicēs. Alia nobilitas ſup. ſequitur ſuggillanda. Alius furor ſupple fuit in ea repertus, ſed exemplum fidei par, id eſt æqualis roboris Pin. ſubtraxit inſultationibus hoſtium. ſ. Aug. & Ant. C. Caſſium uictum prælio Philippenſi. i. iuxta Pharſaliam obtruncatum iuſſu ipſius. ſ. Caſ. manumiſſus. i. qui Pin. erat manumiſſus nuper. i. pauloante illud tēpus, & ita libertinę cōditionis, nō ſeruilis erat & abſtulit ſe. ſ. ipſum e cōſpectu hominum morte uoluntaria, ita ne quidem. i. ut non ſaltem corpus eius abſumptum inueniretur, qui a fortaſſis in puteum, aut uoraginem aliquam ſe dimiſit. Quis deorum ultor grauiſſimi ſceleris. ſ. parricidii, aut necis Cæ. (cui nimis abiecte adulatur in gratiam Tibe. Cæ. cui hoc opus dedicauit) alligauit tanto torpore illam dexteram. ſ. Caſ. quæ exarſerat in necem parentis patriæ. ſ. Iulii Cæſ. ut ſubmitteret ſe tremebundam genibus Pin. ne exolueret arbitrio pii uictoris, uidelicet Augu. pœnas publici parricidii, quas merebatur. Reſponderet, tu profecto Diue Iulii exegiſti uindictam debitam uulneribus tuis cæleſtibus. i. corpore cęlo debito excepit cogendo caput perfidum erga te. i. a pte tota, Caſ. ipſum fieri ſupplex. i. ſupplicem auxilii ſordidi. ſ. a liberto impendendi (Ol. legit ſordibus auxilii, ſunt qui legat ſordidis auxiliis. quarum lectionū nullā damno ſed primā amplector) compulſum eo æſtu. i. anguſtiatione animi ut neque uellet retinere uitam; neq; auderet finire manu ſua; quod certe plus decuiſſet, ſi uerum cenſorem nactum fuerit.

OLIVERIVS.

ADIVNXIT ſe cladibus Cn. Plotinus. Hic Plo. a triumuiris proſcriptus, cū in Salernitano agro deliteſceret eo trium uirorum carnifices miſſi qui diligenter illum inueſtigarent, & occiderent, latentes ſeruos deprehenderunt, quos tormentis adactos cogere non potuerunt ut dominum indicarēt, ſed ille miſeratione motus, ꝙ tam crudeliter lacerarentur, proceſſit in publicum, & ſe iugulandū præbuit. ſerui igitur, q̄tum in ipſis fuit dominum ſuum ab inimicis fideliter tutum prębuerunt. dicit tamen hunc ex deliciis fuiſſe detectum. nam quia delicatiore genere uitæ ſemper fuerat abuſus, ut corpus precioſiſſimis unguentis quotidie perfunderet, nunc perſecutores ueluti canes ſagaces unguētorū odore quia ad nares peruenerat tractos, ad locum mirifice ſpirantem perueniſſe, & latētes ſeruos inueniſſe. Pli. li. xiii. na. hiſt. Cn. inquit Plo. L. Plotini bis conſulis, cenſoriſue fratrem, proſcriptum a triumuiris Salernitana latebra, unguenti odore proditū conſtat, quo dedecore tota abſoluta proſcriptio eſt. Salernitana de Salerno. Eſt autem Salernum ciuitas Lucaniæ. Et odore un. Quo ſe perfundebat. Sagax. Solers & callida, & aſtuta. ſagaces canes odori ſequi dicuntur. Odorata eſt. odore perſenſit, more canum, qui ſagaces, id eſt boni ferarum indagatores naſci ſolent. Ordo autem eſt. ſagax cura eorum, qui miſeros proſequebantur, inducta iſtis ueſtigiis & odorata abditū cubile fugę eius. Torti. cruciati, tormento affecti. Multum. quantum ad magnitudinem ſupplicii. Diu. quantum ad temporis longitudinem. Quod cer. mu. be. dominus inquit, & ſerui de mutua beneuolentia inter ſe certaſſe uidentur, uter utros magis diligeret. ſed cum eorum fides miris laudibus efferāda ſit, non facile diiudicari poteſt feliciores ne fuerint ſerui, qui tam pium, & miſericordem dominum nacti ſunt, ut eorum ſuppliciis uitam poſtponere nō dubitauerit, moriq; maluerit, q̄ eos diutius torqueri: an dominus, qui tam conſtantem ſeruorum fidem in ſua, ſalute fuerit expertus. Arduum. difficile.

ASCENSIVS.

ADIVNXIT &c. Cn. Plotinus Plancus frater Munatii Planci conſularis, & cenſorius ſupple uiri, adiunxit ſe his, id eſt ſimilibus cladibus, Qui. ſ. Cn. Plo. cum. i. quādo ipſe proſcriptus a triumuiris. ſ. Augu. Ant. & Le. lateret in regione Salernitana detexit

DE QVODAM SERVO PANOPIONIS.

Quid vrbani Panopionis ſeruus, q̄ admirabilis fi dei? qui cum ad dominú proſcriptú occidendum do meſticorum indicio certiores factos milites in Reati nam villã veniſſe cognoſceret, cõmutata cú eo veſte, permutato etiã annulo, illú poſtico clã emiſit, ſe autẽ in cubiculú, ac lectulú recepit, & vt Panopionẽ occi diſſe paſſus eſt. Breuis huius facti narratio, ſed non parua materia laudationis. nã ſi quis ante oculos po nere velit ſubitum militum accurſum. cõuulſa ianuæ clauſtra, minacem vocem truces vultus, fulgentia ar ma, rem vera æſtimatione proſequetur: nec q̄ cito di citur aliquẽ pro alio mori voluiſſe, tã id ex facili etiã fieri potuiſſe arbitrabitur. Panopion autem quantú ſeruo deberet, amplum ei faciendo monimentum, ac teſtimonium pietatis grato titulo reddendo, confeſ ſus eſt. Contentus eſſem huius exemplis generis: niſi vnum me dicere admiratio facti cogeret.

DE SERVO ANTII RESTIONIS.

Antius Reſtio ꝓſcriptus a triũuiris, cũ omnes do meſticos circa raptim, & prædã occupatos videret, q̄ maxime poterat diſſimulata fuga ſe penatibus ſuis in tẽpeſta nocte ſubduxit: cuius furtiuũ egreſſum ſeruus ab eo vinculorũ pœna coercitus, inexpiabiliq; litera rũ nota per ſummã oris contumeliã iniuſtus, curioſis ſpeculatus oculis, atq; veſtigia huc, atq; illuc errantia beneuolo ſtudio ſubſecutus, lateri volũtarius comes arrepſit. Quo quidẽ tã exquiſito, tamq; ancipiti offi cio, perfectiſſimũ expectatæ pietatis cumulũ expleue rat. his .n. quorum felicior in domo ſtatus fuerat, lu cro intẽtis, ipſe, cũ nihil aliud, q̄ vmbra, & imago ſup pliciorũ ſuorũ maximũ ſibi eſſet emolumentũ eius, a quo tam grauiter punitus erat, ſalutem vendicauit: cumq; abunde foret iram remittere, adiecit etiã cha ritatẽ: nec hactenus beneuolẽtia ꝓceſſit, ſed in eo con ſeruãdo mira quoq; arte vſus eſt. nã vt ſenſit cupidos ſanguinis milites ſuperuenire, amoto dño rogũ ex truxit, eiq; egẽtẽ a ſe cõprehẽſum, & occiſum ſenẽ ſu periecit, interrogãtibus deinde militibus, vbinã eẽt Antius, manũ rogo intẽdens, illũ datis ſibi crudelita tis piaculis vri reſpõdit: quia veriſimilia loquebatur, habita eſt voci fides, quo euenit, vt Antius ſtatim quę rendæ incolumitatis occaſionem aſſequeretur.

deteꝛit .i. reuelauit cuſtodiam ſalutis ſuę occultam .i. latentem ge nere uitæ delicatiore, & pro .i. odore unguenti, quia in tanta ca lamitate ſe unguentis delibuere miſer non deſtitit. Enim .i. quia cura ſagax .i. ſolerti naſi, & odori ſequi, quaſi canum uenaticorũ eorum qui ſequebantur miſerum odorata eſt .i. odore perſenſit iſtis ueſtigiis .i. indiciis unguenti, cubile eius fugæ abditum .i. la tebras eius a quibus .ſ. perſecu toribus, ſerui latentes compre henſi, torti multum, ac diu ne gabãt ſe ſcire, ubi dominus .ſ. ſuus eſſet. Plancus nõ ſuſtinuit deinde ſeruos, tam fideles, & tã boni exempli cruciari ulterius, ſed proceſſit in medium, & ob iecit iugulum .ſ. ſuum gladiis militum. Quod certamen mu tuæ beneuolentiæ facit arduũ, .i. difficile dignoſci utrum do minus fuerit dignior, qui expe riretur tam conſtantem fidem ſeruorum, an ſerui ſupp. fuerint digniores, qui liberarentur ſæ uitia q̃ſtionis .i. inueſtigationis dñi ꝑ tormẽta, & cruciatus ma ximus, tã iuſte miſericordia do mini.

OLIVERIVS.

QVID urbani Panopionis Macrobius Saturnalium lib. I. hoc idem refert exemplum. Pa nopion proſcriptus, cum in rea tinam uillam delatus forte late ret, milites ad eum occidendũ miſſi ſunt. quod cum ſeruus cõ periſſet, & ueſtem cum domino commutauit, & annulum acce pit in cubiculũ, ac lectum aſcẽ dit, ac pro eo mortem ſubire non dubitauit. Poſtico. Poſtis cum latens oſtium in poſterio ri parte domus poſitum. Hora tius, poſtico falle clientẽ. Nec q̄ cito dicitur. Nõ ita eſt, inquit ut q̄ facile dicitur pro alio quiſ piam mori uoluiſſet, tam facile etiã potuiſſe creditur. nam niſi ſumma, & ineſtimabili fide pre ditus ſeruus iſte fuiſſet, poterat militum impetu, miniſq; deter reri, ut fugientẽ dñm indicaret. Titulo. Nã in ſepulchro iuſſit inſcribi titulum. hic poſitus ſer uus qui pro dño mori nõ dubi tauit.

ASCENSIVS.

QVID: modus eſt interro gandi. q. d. quid dicit lector, uel auditor, ſeruus Pan. Vrbani .ſ. dicti, q̄ .i. q̃tum admirabilis fi dei .i. fidelitatis in dominũ ſup. fuit. q. d. plurimum utpote, qui cũ cognoſceret milites .ſ. pro ſcribẽtium, factos certiores .i. edoctos indicio domeſticorũ .i. familiarium Pano. qui indicarãt ipſum eſſe in uilla ſua, ueniſſe in uillã reatinam ad occidendum dominum .ſ. Panopionem proſcriptum, ueſte commutata cum eo .ſ. domino ſuo, & annulo etiam permutato, emiſit illum .ſ. do minum ſuum, clam .ſ. militibus poſtico .i. per oſtium poſterius. cum milites anterius pulſarent. autem pro ſed, ſeruus recepit ſe .ſ. ipſum in cubiculum, ac lectulum .ſ. domini ſui tanq̄ in locum tutum, & paſſus eſt ſe occidi, ut Panopionem. Narratio huius fa cti eſt breuis, ſed materia laudationis eſt non parua .i. magna. Nam ſi quis uelit ponere ante oculos .ſ. mentis, accurſum militũ .ſ. terribilem, utpote animo interficiendi, clauſtra ianuę conuulſa .ſ. e cardine ſuo, uocem .ſ. militum minacem, uultus truces .i. truculentos, arma .ſ. diſtricta, fulgentia, tunc ſup. aut talis proſe queretur rem æſtimatione .i. ponde ratione uera .i. iuſta, nec arbi trabitur q̄ id eſt quantum cito dicitur aliquem uoluiſſe mori pro alio, id potuiſſe fieri etiam ex tam facili. Autẽ pro ſed Panopion confeſſus eſt, quantum deberet ſeruo, quia ſalutem ſuam, facien do ei monumentum amplum, ac reddendo titulo grato .i. inſcri ptione grati animi indice teſti monium pietatis, quia inſcri pſit in monumẽto, Hic poſitus qui pro domino ſeſe obtulit ho ſti. Sane quia tale monumentũ extruxit, certum eſt in urbem ad priſtinam dignitatem rediiſ ſe. unde non dicam a triumui ris proſcriptum, ſed aut a Sylla aut a Mario, aut ab alio cuius factio non diu ſtetit. Autor au tem ad ſequẽs exemplum apte inferendum ſubdit. Ego eſſem contentus exẽplis huius gene ris .ſ. de fide ſeruorũ, niſi admi ratio facti cogerent me dicere unum .ſ. exemplũ quod ſequit̃.

OLIVERIVS.

ANTIVS Reſtio. Hoc ẽt ſuperiori cõferri poteſt. Antius iſte Reſtio proſcriptus & ipſe a triumuiris, profugerat in uillã, ibiq; latebat. & cũ omnes eius domeſtici cognita proſcriptio ne, in diripienda illius domo eſ ſent intenti, unus tantummodo ſeruus qui grauibus pœnis, ab ipſo domino fuerat affectus. nam illũ ſæpiſſime uerberibus ceciderat, uultum etiam ipſius iniuſtum turpibus ſignis nota tum deformem reddiderat, ſe tamen illius fugæ fideliſſimum comitem præbuit, & dominum ab inſtanti morte liberauit. nã ubi ſenſit perſecutores adeſſe, inopem quendam ſenem occi dit, & ſtructo rogo ꝓ domino cremauit. quærentibus deinde militibus ubi nam eſſet Ant. ro gum oſtendens illic eſſe dixit. quibus ei credẽtibus, dominus tam fidelis ſerui beneficio tunc mortem euaſit, quod quidem eo uidetur admirabilius, ꝙ de illo tam peſſime meritus fuerat. magnum profecto pietatis & fidei documentũ hoc uno offi cio ſeruus ille pręſtitit. Macro. Saturnalium lib. I. autor huius hiſtoriæ multa fidelitatis ſeruo rum exempla cõmemorat. Cir ca ad rapinam. Id enim ſibi gra tum erat, ut ad prædam intenti non ſibi impedimento forent. Iniuſtus. Sugillatus candenti ferro, ne nota facile deleri poſſet. Ancipiti. Ambiguo, quia in eodẽ ſe periculo exponebat. Spe ctatæ. probatæ. Quo quidem tam exquiſito. Adimpleuerat in quit cumulatum pietatis officium, ſe fugæ comitem cum ſalutis diſcrimine præſtando. uerum hac re nõ contentus maiora fecit. His enim quorum felicior. Vere inq̄ pietatis cumulum expleue rat, comitando fugientem dominum. nam cæteri qui liberalius habiti fuerant a domino, melioriq; fortuna uſi, ad diripiendas illius opes ſe conuerterunt, hic qui domini ſuppliciorũ erat ima go, quippe ab illo ſæpius laceratus, eius ſalutem protexit, eamq; ſuum eſſe emolumentum uoluit. Emolumentum. utilitatem, & lucrum dictum, eo quod mentem molliat. His enim Cæteris. i.

ſeruis, qui liberalius habiti fuerant a domino diripiendis illius bonis intentis. Intendens. Digito demonſtrans rogum. Piaculis. Pœnis, & notis.

ASCENSIVS.

ANTIVS Reſtio proſcriptus .i. ſcripto publice propoſito, morti ubicunq; reperiatur addictus a triumuiris ſ. Aug. Anto. & Le. cum uideret omnes domeſticos occupatos circa rapinam & prædá (inimici hominis domeſtici eius) fuga diſſimulata, .i. occulta per diſſimulationem maxime q̃.i.quantum poterat, ſubduxit .i. clanculó ſubtraxit ſe penatibus ſuis.i.domui ſuæ nocte intempeſta.i. paulo ante mediá, qua nullius agendi opportuna tempeſtas eſt. cuius.ſ. Reſtio, egreſſum furtiuũ, id eſt occultum, ſeruus coercitus .i. cohibitus ab eo, pœna uinculorum, id eſt qui retentus fuerat in uinculis. Inuſtus .i. notatus, & defamatus per inuſtioné nota literarum, inexpiabili.i. indelebili. nam candéti ferro inſcripſerat fronti eius notam ignominiæ, utpote fur, furcifer fugitiuus, nequam ſeruus. aut q̃ ſimile, per ſummam contumeliã .i. deformitaté oris .i. faciei ſpeculatus oculis curioſis.i. diligẽtibus, atq; ſubſecutus beneuolo ſtudio ueſtigia .ſ. domini errantia, more errãtium ex induſtria reflexa, huc atq; illuc arrepſit.i. pedetétim aduenit comes uoluntarius lateri.ſ dñi. Quo quidé officio.i. benigno plusq̃ debito obſequio, tam exquiſito .ſ. ſingulari, & tam ancipiti .i. dubii euentus, quia ſi cum domino deprehenſus fuiſſet, cum illo pœnas luiſſet, ipſe ſeruus ex pleuerat perfectiſſimum cumulum pietatis. Enim pro quia his .ſ. domeſticis, & ſeruis aliis, quorum ſtatus fuerat felicior in domo .ſ. Reſtio. intentis.i. cum eſſent intét: lucro, ipſe cum nihil aliud, q̃ umbra, & imago ſuppliciorũ ſuorum.i. quæ prætulerat, eſſent ſibi maximum.i. præcipuum emolumentum .i. lucrum, quod a domino fuerat aſſecutus, nihil enim rapere uoluit, nec aliud a domino acceptum oſtendere poterat, præter oris deformationem, & uinculorum ueſtigia, uendicauit.i. procurauit, & ut ſibi debitam aſſeruit, ſalutem eius .ſ. domini ſui, a quo punitum erat ã grauiter. Cumq;.i. & cum foret abunde .i. plusq̃ ſatis remittere iram.ſ. ob contumeliam illatam, adiecit, &.i. etiam, charitatem .i. ſingularem dilectionem. Nec beneuolétia ſup. eius in dominum proceſſit, hactenus ſup. duntaxat.i. ſolum ad hanc uſq; beneficentiam, ſed uſus eſt, quoq;.i. etiam mira arte in conſeruando, ideſt domino ſuo. Nam ut.i. poſtq̃ ſenſit milites cupidos ſanguinis.ſ. domini ſui ſuperuenire.ſ. ad locum profugii, extraxit rogum.i. pyram domino amoto.ſ. prius.i. in locum aliquem ſecretiorem, obſtruſo, & ſuperiecit.i. deſuper iniecit, ei.ſ. rogo ſenem.ſ. aliquẽ egentem .i. mendicum, & pauperem comprehenſum, & occiſum a ſe. deinde militibus, qui iam aduenerant, interrogantibus ubi nam Antius.ſ. dominus eius eſſet, ipſe intendens manum rogo .i. in rogum, aut rogum uerſus, reſpondit illum uri ibi .i. in illo rogo piaculis.i. pœnis purgatricibus crudelitatis, dans ſibi.ſ. ſeruo crudelia a domino paſſo. Et ſup. quia loquebatur ueriſimilia, fides eſt habita uoci.i. dicto eius. Quo euenit, ut Antius aſſequeretur.i. obtineret ſtatum.i. paulopoſt cũ ſciret ſe non amplius quæri occaſionem incolumitatis.i. ſalutis quærendæ.ſ. per fugá maturam.

OLIVERIVS.

MVLTVM animis hominum. Valerius ſcripturus de mutatione morum, & fortunæ id agit, ut oſtendat cognitionem morum mutationis, atq; fortunæ nobis utilem eſſe, & ſic beneuolentiam captat a perſona, cum oſtendat ſe rem utilem eſſe,

DE MVTATIONE MORVM, ET FORTVNÆ. CAPVT IX.

MVltum animis hominũ, & fiducia adiicere, & ſolicitudinis detraheř poteſt morum, ac fortunę in clarisviris recognita mutatio, ſiue noſtros ſtatus, ſiue proximorum ingenia contẽplemur. Nam cũ aliorũ fortunas ſpectando ex conditione abiecta, atq; contempta claritatem emerſiſſe videamus, quid aberit, quin & ipſi meliora de nobis ſemper cogitemus, memores ſtultum eſſe, perpetuæ infelicitatis ſe damnare: ſpemq;, quæ etiá incerta ratione fouetur, interdum certam in deſperationem conuertere!

DE MANLIO TORQVATO FILIO LVCII MANLII TORQVATI.

Manlius autem Torquatus adeo hebetis, atq; obtuſi cordis inter initia iuuentæ exiſtimatus, vt a patre Manlio ampliſſimo viro, quia & domeſticis, & Rei pu. vſibus inutilis videbatur, rus relegatus, agreſti opere fatigaretur, poſtmodũ patrem reum iudiciali periculo liberauit: filium victorem, q̃ aduerſus imperium ſuum cum hoſte manum conſeruerat, ſecuri percuſſit patriam Latino tumultu feſſam, ſpecioſiſſimo triumpho recreauit. In hoc credo fortunæ nubilo contemptu adoleſcentiæ perfuſum, quo ſenectutis eius decus lucidius eniteſceret.

ſcripturum, & quia occurrebat illud, quod prodeſt ſcire mutationes morum, & fortunæ, dicit ex hoc id boni conſequimur, ut cũ aliorum fortunas uideremus eſſe mutatas, ut qui in ſordida, & abiecta conditione poſiti ad celſiorem dignitatis gradum euaſerunt, & nos quoq; de rebus noſtris melius ſperare poterimus. Fiducia adiicere. Cum uiderimus aliorum fortunas eſſe mutatas, non eſſe deſperandũ de nobis, aut de filiis noſtris, q̃ turpioris uitæ futuri ſint. Sollicitudinis. unum ſequitur ex altero. nam qui fiduciá ſumit, ideo ſollicitudiné deponit. Stultum eſſe. Cum uideamus ingẽ multos abiectæ, obſcuræq; cõditionis homines, mutata fortuna ad claritatis faſtigiũ euaſiſſe, ſtultum eſt de humili fortuna noſtra deſperare, & nos quaſi perpetuæ infelicitatis dãnare. Spem. ſpes eſt bonorum futurorum expectatio.

ASCENSIVS.

MVLTVM &c. Præfatio eſt in exempla mutationis morum, & fortunæ complectens commoditatem eiuſmodi contemplationis, ac lectionis. Ordo eſt. Mutatio morum, ac fortunæ recognita in claris uiris poteſt & .i. ſimul adiicere animis hominũ multum fiduciæ, & detrahere multum ſollicitudinis, ſiue cõtemplemur ſtatus noſtros .i. præſentis uitæ. hoc eſt tẽpore, quo hęc ſcripta ſunt, ſiue ingenia proximorum.ſ. ſtatui noſtro, hoc eſt pauloante defunctorum. nam cum nos ſpectãdo fortunas aliorum, uideamus .ſ. nonnullos emerſiſſe ex conditione.i. ſtatu uitę abiecta atq; contempta, in claritatem.i. ſplendorem rerum, & nominis, quid aberit, aut potius oberit, quin &.i. etiam ipſi .i. nos cogitemus ſemper meliora de nobis? memores ſup. entes.i. cum ſimus memores ſtultum eſſe damnare ſe perpetuæ infelicitatis, & conuertere ſpem, quæ fouetur interdum etiam ratione incerta.i. dubia in deſperationẽ certá.i. nõ dubiam, quod qui faciunt in ſpem nimium peccant. Eſt ergo bona ratio ad ſpem nos erigendi.

OLIVERIVS.

MANLIVS Tor. De hoc uero multis in locis carptim diximus, nunc etiam tota hiſtoria repetenda eſſet, ſed breuitatis gratia dicemus tantum, quæ neceſſaria ſunt. hic a pueritia ad adultam ætatem obtuſioris ingenii, tardioriſq; linguæ adeo fuiſſe dicitur, ut a L. patre imperioſo uiro, aſperioriſq; naturæ, fuerit ex urbe quodammodo relegatus, & rure iuſſus habitare, quaſi reipub. ciuis futurus ſemper inutilis. eius uero mores adeo immutati ſunt, ut & patri, & reip. utiliſſimus euaſerit. nam quomodo patri utilis fuerit, diximus in capit. de pietate. Idem mox cum Gallorum exercitus ſuper ripas amnis caſtra poſuiſſet, Romaniq; obuiam exiſſent, & Gallus magnitudine ſolita, ponte occupato prouocaret ad prælium, ſi quis eſſet uir fortis Romanorum. hæſitantibus aliis Dictatorem ſuum adiit, & obtenta pugnandi extra ordinem licentia, hoſtem exultantem more gentis, & armis aureis gloriantem, fortis ipſe magis, q̃ ornatus miles, & utilibus magis, q̃ fulgentibus armis, exanimi nihil amplius intulit ludibrii, q̃ ut torquem aureum unum duntaxat illi abſtulerit. hinc militari ſuorum gaudio, ac fauore ortum eſt Torquati nomen. coronã præter hæc auream dictator illi dono dedit, ob inſigne uirtutis. tantum deniq; momẽti in hoc duello fuit, ut nocte proxima clam Gallorum exercitus abſcederet. Vir hic magnus in primis, ut ait Cicero & qui indulgens in patrem. Idem acerbe ſeuerus in filium, quem, q̃ contra ſuum edictum prouocatus cum hoſte pugnaſſet, quamuis uictorem, iuſſit interfici. Bello latino,

quod

DE SCIPIONE AFRICANO SVPERIORE.

Scipio autem Africanus Superior, quem dii immortales naſci voluerunt, vt eſſet in quo virtus ſe per omnes numeros omnibus efficaciter oſtenderet, ſolutioris vitæ primos adoleſcentiæ annos egiſſe fertur, remotos quidem a luxuriæ crimine, ſed tamen Punicis trophæis, deuictæ Carthaginis, ceruicibus impoſito iugo teneriores.

DE C. VALERIO FLACCO.

C. quoq; Valerius Flaccus ſecundi Punici belli temporibus luxu perditam adoleſcentiam inchoauit: Cæterum a P. Licinio Pont. Max. flamen factus, quo facilius a vitiis recederet, ad curam ſacrum, & cerемoniarum conuerſo animo, vſus duce frugalitatis religione, q̃tum prius luxuriæ fuerat exemplum, tantū poſtea modeſtiæ, & ſanctitatis ſpecimen euaſit.

DE Q. FABIO MAXIMO.

Nihil Q. Fabio Maximo, qui Gallica victoria cognomē Allobrogici ſibimet, ac poſteris peperit, adoleſcentiæ magis infame, nil eodem ſene ornatius, aut ſpecioſius illo ſeculo noſtra ciuitas habuit.

quod tertio eius conſulatu geſtum eſt, quo fuſi cæſiq; latini fuere adeo ut uix pars quarta ſuperfuerit ubi ea conſulis uirtus fuit, ut ei conſtet, quacunq; in parte dux fuiſſet, eo inclinatura fuiſſet uictoria. Hebetis. rudis, negligentis, & prope uecordis. Obtuſi. tardi, & ſtupidi. Cordis. animi, & ingenii. In hoc fortunæ nubilo. Credo inquit ideo uoluiſſe fortunam huius adoleſcentiam obſcuriorem eſſe, ut ſenectus fieret illuſtrior. Relegatus. Quaſi exul in agris uiuebat, & raro commigrabat in urbem, ruſtico operi ſemper intētus.

ASCENSIVS.

MANLIVS autem Tor. ſcilicet filius L. Torqua. exiſtimatus inter initia iuuentæ, cordis adeo hebetis, atq; obtuſi, ut relegatus rus, id eſt ad opus ruſticum, a Manlio patre, ſcilicet eius uiro ampliſſimo, quia uidebatur inutilis uſibus domeſticis & reip. fatigaretur opera, id eſt operatione, & exercitio agreſti liberauit poſtmodū patrem reū periculo iudiciali. de quo ſupra habitum eſt. & Oli. iterum recitat. percuſſit ſecuri filium uictorem, quod conſeruerat manum, id prælium commiſerat cum hoſte aduerſus, id eſt contra imperium ſuum. Credo (inquit autor) perfuſum in hoc nubilo fortunæ contemptu adoleſcētiæ, id eſt quia eius adoleſcētis contemnebatur, & pro inſipienti habebatur quo, id eſt ideo ut decus, ſenectutis eius eniteſceret lucidius.

OLIVERIVS.

SCIPIO autem. De Afric. ſuperiore uarii ferunt ſcriptores. nam Vale. illum a primis adoleſcentię annis ſolutioris uitæ fuiſſe dicit, quod Au. Gel. ſimiliter ſentire uidetur in ea quæſtione, quam de Alexan. & Scip. continentia facit, in qua Scip. oſtendit Alexan. p̄ferendum, in fine tamē ita ſubiungit. Sed hanc utrāq; declamatiunculam ſuper Alexan. & Scipione celebrauerint, hi, quibus abunde ingenii, & ocii, & uerborum eſt, nos ſatis habebimus, quod ex hiſtoria eſt id dicere. Scipionem iſtum uero ne, an falſo incertum eſt fama tamen cum eſſet adoleſcens haud ſyncera fuiſſe, & propemodum conſtitiſſe, hoſce uerſus, a Cn. Næuio poeta in eum ſcriptos eſſe Etiam qui res magnas manu ſæpe geſſit glorioſa, cuius facta uiua nunc uigent, qui apud gentes ſolus præſtat, eum ſuus pater cum pallio uno ab amica abduxit. his ergo uerſibus credo adductum Valer. Antiatē aduerſus omnes ſcriptores, ſic de Scip. moribus ſenſiſſe. & puellam illam captiuā non redditam a Scip. ſed in deliciis, amoribuſq; ab eo uſurpatā: alii ferme omnes hunc in omni ætate continentiſſimum fuiſſe tradunt. Nam & idem Au. Gel. alio loco dicit hunc eodem, quo Alexan. oſtento natum diuinæ uirtutis fuiſſe. idq; res ab eo clariſſime geſtas plane teſtari. atq; in primis illud unum q̄ dum Badium Hiſpaniæ oppidum, munitiſſimum obſideret, dixit militibus ſuis ſibi in iure audiendo aſſiſtentibus ac poſcentibus quem in diem & locum dari uadimonia iuberet, oppidi arcem oſtendens, illic ſe poſtero die ius eſſe dicturum. Addit præterea, illum ab adoleſcētia noctis extremo, anteq̃ diluculaſcet, in capitolium uentitare ſolitum fuiſſe, & aperiri cellam Iouis ſibi iuſſiſſe, ibiq; ſolum diu demorari. idq; temporis in capitolium ingrediētem, canes ſemper in alio ſæuientes, neq; latrarent in eum, neq; incurrerent. Quid illud quod Liuius, Plu. cæteriq; omnes ferme ſcriptores tradunt, q̄ ab ipſa adoleſcētia ſaucium patrem e manibus hoſtium liberauit, q̄ in ipſo deinde iuuentutis flore, quo maxime libidinis feruet ætas, uirginem eximia ſpem, & pulchritudine captam ſponſo, cui depacta fuerat, intactam, inuiolatamq; reſtituit, ut in cap. de continentia diximus nō igitur eius adoleſcētia uidetur aliqua libidine uexata, in qua fuerę uirtutes prope diuinæ, quod & Plu affirmat. Numeros. Numeri uirtutū ſunt quatuor, quæ fundamenta dicuntur, Prudentia, Temperantia, Iuſtitia, Fortitudo. Solutioris. incontinentioris. Teneriores. Effæminatiores. Leuiores. eneruatiores, quæ conuenirent uictoris de Carth. patris, aut q̃ uictori conuenirent, quaſi dicat ſi quis uidiſſet teneros adoleſcentiæ Scip. annos nunquam ſpem tantam de ipſo ſumpſiſſet, ut illum Africa. domitorem futurū animo præſumeret.

Scip. a Næuio notatus.

ASCENSIVS.

SCIP. autē Africa. ſuperior, quem dii immortales uoluerūt naſci, ut eſſet ſup. ſi quis in quo uirtus oſtenderet ſe hominibus efficaciter per omnes numeros idest omnes partes eius hoc eſt complete fertur egiſſe primos annos adoleſcentiæ uitæ ſolutioris, id eſt pluſquam ſatis erat diſſolutæ, quidem, id eſt certe remotos a crimine luxuriæ, ſed teneriores, ideſt molliores, & ut alii legunt, leuiores. Trophæis punicis, id eſt quam quibus ſperari deberent Trophęa punica, & hoc iugo impoſito ceruicibus Carth. deuictæ hoc eſt licet non fuerit extremæ diſſolutionis in adoleſcentia, mollius tamen & diſſolutius uixit, q̃ Carthа. domitor futurus credi poſſet.

OLIVERIVS.

CAIVS quoq; Vale. etiam diſſolutior fuit, q̃ Scip. q̄ luxuriæ atque libidini deditus fuit, qui ſecūdi Pu. bel. temporibus conſul fuit, & Hannibalem ab urbe reiecit, teſte Plinio de uiris illuſtribus, qui ſit Hannibal, cum ad tertium ab urbe lapidem caſtra poſuiſſet, tempeſtatibus repulſus, primum a Fabio Max. fruſtratus deinde a Valerio Flac. repulſus, ĩta Grac. & Marcel. fugatus in Africam reuocatus, a Scip. ſuperatus eſt. Liuius tamen dicit non a Valerio, ſed a Ful. Flac. ab urbe fuiſſe repulſum. ſed Publius Licinius iritam corrupto adoleſcente egregiam indolē contemplatus, eum flaminem dialem creare nō dubitauit. ratus id futurum quod euenit, ut adiecta dignitate, mores, uitamq; mutaret. nam cum primum ad religionem adiecit animum, flatim mutatis moribus, adeo continens factus eſt, ut modeſtiæ, & ſanctitatis unicum ſpecimen uideretur. nec mirum, nam religio omnis eſt continentiæ, uirtutiſq; magiſtra. Duce frugalitatis religione. Nam religio non ſolum frugalitatis, ſed omnium uirtutum dux eſt atq; magiſtra.

ASCENSIVS.

CAIVS quoq; Valerius Flaccus inchoauit temporibus ſecundi be. pu. adoleſcentiam perditam luxu. id eſt ſuperabundanti uſu in uictu, ueſtitu, coitu, & cæteris uoluptatibus. Cæterum, id eſt ſed factus flamen, ſcilicet ſacerdos a publio Licinio pontifice maximo, quo, id eſt ideo ut recederet facilius a uitiis animo conuerſo ad curam ſacrorum & ceremoniarum uſus religione duce frugalitatis, id eſt temperantis uſus rerum, quantum exemplum luxuriæ fuerat prius tantum ſpecimen, id eſt ornamentum: & approbamentum modeſtiæ, ſanctitatis euaſit poſtea.

OLIVERIVS.

NIHIL Quin. Fabio Maximo. De hoc uiro dictum eſt lib. .iii. in capi. de his, qui a parentibus degenerauerunt, fuit autem eius adoleſcentia tam perditæ luxuriæ, ut Quintil. Pompeius prætor urbanus illi bonis paternis interdixerit, ne per luxum, atq; libidinem profunderet. nihil igitur eius adoleſcentia turpius, nihil prouectiori ætate ſpecioſius, ornatius ue fuit ſuo tempore in urbe Romana. mutatis enim moribus, ſtatuq; uitæ, cum ſe ad rem publicam contuliſſet magiſtratibus perfunctus: res clariſſimas geſſit, præſertim aduerſus allobroges, Bituitumq; auernorum regem, quos cum felici pugna ſuperaſſet. inde ſibi glorioſum, & immortale nomen reportauit. nam poſt illam uicto

DE Q. CATVLO.

Quis ignorat Q. Catuli autoritatem in maximo clariſſimorum virorum prouentu excelſum gradum obtinuiſſe: cuius ſi ſuperior ætas reuoluatur, multi luxus, multæ deliriæ reperirentur: quæ quidem ei impedimento non fuerunt, quo minus patriæ princeps exiſteret, nomenq; eius in capitolino faſtigio fulgeret ac ciuile bellum ingenti motu oriens ſepeliret.

DE LVCIO SYLLA.

Lucius vero Sylla vſq; ad quæſturæ ſuæ comitia vitam libidine, vino, ludicræ artis amore, perinquinatam perduxit. Quapropter C. Marium Cos. moleſte tuliſſe traditur, ꝙ ſibi aſperrimum in Africa bellum gerenti, tam delicatus quæſtor ſorte obueniſſet: eiuſdem virtus quaſi præruptis, & diſiectis nequitiæ, qua obſidebatur, clauſtris, catenas Iugurthæ manibus iniecit: Mithridatem compeſcuit: ſocialis belli luctus oppreſſit: Cinnæ dominationem fregit, eumq; in Africa, qui ſe quæſtorem faſtidierat, ipſam illam prouinciam proſcriptum, & exulem petere coegit: quæ tam diuerſa, tamq; inter ſe contraria, ſiquis apud animum ſuum attentiore comparatione expendere velit, duos in vno homine Syllas fuiſſe crediderit: turpem adoleſcentulum, & virum dicerem fortem, niſi ipſe ſe Felicem appellari maluiſſet.

tiam allobrogici cognomen ſortitus eſt. Præterea tam grata fuit illa uictoria Po. Ro. ut quo loco cæſi, captiq; fuiſſent hoſtes, ſenatus inſigne Trophæum ſtatui iuſſerit, turremq; ædificari, hoſtiũ ſpoliis ornatam, ad tantam rei memoriam. Gallica uictoria. quia allobroges, quod deuicit, populi ſunt Galliæ.

ASCENSIVS.

¶ NIHIL ſup. fuit, aut ciuitas noſtra nihil habuit magis infame Quin. Fab. Maximo, qui uictoria Gallica peperit ſibimet, & poſteris cognomen allobrogi, ut ſit genitiui caſus. Nã allobrox facit huius allobrogos, unde ſit nñs hic allobrogus, ſicut a genitiuo arabos hic arabus. neſcio tamen an potius legendum ſit allobrogici, nam uictores, non gentile nomen ſed denominatiuum aſſumpſerunt ut Africanus, Germanicus, Britanicus, & cætera, non apher Germanus Britanus &c. nihil dicit magis infame. Q. &c. adoleſcentię. i. cum eſſet adoleſcens & noſtra ciuitas, ideſt Romana nihil habuit illo ſeculo. i. quo ornatius, aut ſpecioſius eodem. ſ. Quinto Fabio ſene. i. cũ eſſet ſenex.

OLIVERIVS.

¶ QVIS ignorat Quin. Catuli. Q. Catulus, quamuis in adoleſcẽtia luxurioſus delicatuſq; fuerit, grandior tamen factus mutatis moribus, & mala uiuẽdi ratione, inter clariſſimos Romanæ urbis principes meruit ſua uirtute cenſeri. hic bellum ciuile a Læpido motum pene prius extinxit, q̃ ſuſcitatum arderet. conſul enim cum Læpido, cum nouarum rerum cupidus per inſolentiam Læpidus Syllæ acta reſcindere uellet, ex urbe illum Catulus eiecit, tanq̃ ſeditioſiſſimum hominem, qui ſtatum ciuitatis perturbare molíretur. nam ut inquit Florus, cum iure belli dictator Sylla proſcripſiſſet inimicos qui ſupererant, reuocante Læpido, quid aliud q̃ ad bellum uocabantur? Cum damnatorum bona, adiiciente Sylla, quamuis male capta iure tamen repetitio eorum proculdubio labectabat compoſitum ciuitatem. expediebat ergo quaſi ægre ſauciæq; reipu. requieſcere quocunq;, ne uulnera curatione ipſa reſcinderentur. ergo cum turbidis concionibus uelut claſſico ciuitatem terruiſſet, urbe pulſus, in hetruriam arma inde, & exercitum ubi admonuerat. ſed iam Miluium pontem, collemq; ianiculum Luctatius Catulus, Cn. Pompeius Syllanæ dominationis duces, atq; ſigniferi, alio exercitu inſederant. a quibus primo ſtatim impetu retro pulſus, hoſtiſq; a ſenatu iudicatus, incruenta fuga Hetruriam, inde Sardiniam receſſit ibi quoq; morbo, & pœnitentia interiit. uictores quod non temere alias ciuilibus bellis committere ſe audebant, pace contenti fuerunt. Ciuile bellum. nam iecit læpidum ſibi collegam in conſulatu, bella ciuilia ſuſcitantem. dum enim acta Syllæ reſcindere tentaret, ut proſcripti omnes, qui ſupereſſent reuocarentur in urbem, & ſua ſibi bona reſtituerentur, grauiſſimas ſeditiones excitabat, & quietum reip. ſtatum perturbabat. hunc igitur hoſtem patriæ a ſenatu iudicatum de medio ſuſtulit, moriq; coegit. de quo Lucanus. ut Catulo iacuit Lepidus.

ASCENSIVS.

¶ QVIS ignorat autoritatem Q. Catuli obtinuiſſe excelſum gradum in maximo prouentu, ideſt procreatione, & quaſi ſimul orto fructu clariſſimorum uirorum? quaſi dicat nemo, qui illum norit. Cuius, ſcilicet Q. Ca. ſi ætas ſuperior id eſt prior reuoluatur, id eſt memoria repetatur, multi luxus, & ſup. multæ delitiæ reperirentur ſup. in ea, aut in eo quæ, ſcilicet delitiæ, & luxus non fuerunt impedimento, quo minus, id eſt ut non exiſteret princeps patriæ, & nomen eius fulgeret in faſtigio, id eſt ſummo culmine capitolino, id eſt ipſius capitolii ſcriptum; ac ſepeliret, id eſt ſopiret, & opprimeret uirtute. ſ. ſua bellum ciuile oriens ingenti motu, ſcilicet excitato a Læpido, ut Oliue. recitat.

OLIVERIVS.

¶ LVCIVS uero Syl. Plu. in uita Syllæ dicit, illũ adeo in exercendis ſalibus natura ſtudioſum fuiſſe, ut ab ineunte ætate plurima cum ignominia, ſodalicia, cum mimis atq; ridiculis hominibus petulanter habuerit, poſtea uero q̃ in omnium rerũ dominatu conſtitutus eſt, e ſcena, ſpectaculiſq; impudentiſſimos cogens, inter potandum quotidianis concenationibus certabat. quæ cum grandiori iam ætate patraret, & dominantis dignitati probrum, & dedecus afferre uiderentur, multa negligenter omitebat quæ ſtudio, & induſtria indigebat. Conanti ſiquidem Syllę nullus circa ſeria uſus erat cum alio tempore impiger, & eximia ſeueritate foret, ut cum primum ſolatia & cõpotationes abiiceret, uno impetu rerum immutationem capeſceret. Verum ita mimis & ſaltatoribus manſuetus, ad omnem familiaritatẽ pro num ſe obnoxium ſubiiciebat, ut tã ſoluti moribus animi pręcipuã ad amores lenitatem & illecebras ſibi pepererit, a qbus nec prouectioribus quidem annis ſeſe reuocauit. Macrobium ſcenicum a iuuenilibus annis magno amore complexus, lõgus proſecutus eſt. eo indies ſecum floreſcente morbo; cum ab initio publicam quidem, cęterum locupletem mulierem quam Nicopoli appellabant, deperiret, deinde conſuetudine, & formæ gratia mirifice amatus eſſet ab ea, cum uita excederet, hæres eſt relictus. nouercæ quoq; hæreditatem eſt ſortitus. hæc Plutar. At Val. eum uita inquinata, libidine, & uinolentia plena, hiſtrioniam quoq; ob quęſtum exercuiſſe, dicit. ſed ea poſtmodum uitia in quæſtura depoſuiſſe. quod Plu. negat. qui ad prouectiores annos ea uſq; ſeruaſſe dicit. utcunq; ſit, conſtat eum egregia multa facinora edidiſſe, Iugurtha, conſilio & prudentia ſua in captiuitatem uenit, quamuis ductu, & auſpicio Marii uictus fuerit. Mithridatem ſæpius acie ſuperauit. ſocialis belli ſollicitudinem reip. ademit. tyrannidẽ Cinnæ & factiones compeſcuit. Marium patria eiecit, & proſcriptũ in Africam tranſire coegit. quis crediderit tam uaria, tamq; contraria ſimul extitiſſe? nam ſiquis diligenter Syllæ adoleſcentiam tot uitiis inquinatam & illius maturiorem ætatem, in quam tam præclara geſſit conſiderare uoluerit, duos in uno corpore Syllas fuiſſe comperiet. Ludicræ arti. propter hiſtrionicam, & ioculariam quæ gratia quęſtus exercuit. Præruptis cla. ne. nam uirtus eius indignata, ꝙ a flagitiis occuparetur clauſtra omnia nequitiæ perfregit, ut uires ſuas exerceret. Expendere. Examinare.

Sylla turpem egit adoleſcentiam

Catenas iniecit. Quia conſilio ſuo per Bocchum regem proditus Iugurtha, uinctus, cateniſq; oneratus in triumphum ductus fuit, Mithridatem compeſcuit, quem Capadocia, & Aſia pepulit, & ad Tigranem regem Armeniæ confugere coegit. Socialis bel. prudentia ſua excitatam ſocialis belli flammam extinxit cum ſocii latini nominis propter negatam ciuitatem a Druſo promiſſam, aduerſus Ro. arma ſumpſiſſent. Cinnæ do. qui patria pulſus ab octauio, cum ſe Mario coniunxiſſet, qui exul iam in Africa exercitum comparauerat non continendum repetiuit urbem, & eam per principum negligentiam cepit. q̃ oppreſſam Sylla a Mithridatis uictoria rediens, celerius q̃ credi poteſt liberauit, cæſis multis Cinnæ Marıiq; exercitibus. Virum for. Appellarem inquit illum uirum fortem, niſi felicem appellari maluiſſet.

DE SVBLIMITATE A STATV HVMILI. CAPVT X.

ATq;, vt nubilitatē beneficio pœnitētiæ ſeipſam admonuimus reſpicerē, ita altiora modo ſuo ſperare auxos ſubtexamus.

DE TITO AVFIDIO.

Titus Aufidius cum aſiatici publicani exiguam admodum particulam habuiſſet, poſtea totam Aſiam pro conſulari imperio obtinuit: nec indignati ſunt ſocii eius parere faſcibus, quem aliena tribunalia adulantem viderant: geſſit ſe etiam integerrime, ac ſplendidiſſime: miroq; id modo demonſtrauit, priſtinum quæſtum ſuæ fortunæ, præſens vero dignitatis incrementum, moribus ſuis imputari debere.

DE T. PVBLIO RVTILIO.

At Pub. Rutilius non publicanum in Sicilia egit, ſed operam publicanis dedit: idem vltimam inopiam ſuam autorato ſociis officio ſuſtentauit: ab hoc poſtmodum conſule leges vniuerſi Siculi acceperunt: acerbiſſimoq; prædonum, ac fugitiuorum bello liberati ſunt: portus ipſos, ſiquis modo mutis rebus ineſt ſenſus, tantam in eodem homine varietatem ſtatus admiratos arbitror. Quem enim diurnas capturas exigentem animaduerterant, eundem iura dantem, claſſeſq;, & exercitus regentem viderunt.

maluiſſet. nam in tabellis ad ſenatum ſemper hac præſcriptione uti ſolebat. Sylla felix ſenatui P. Q. R. ſalutem. unde Plin. lib. vii. na. hiſt. unus inquit hominum ad hoc æui felicis ſibi cognomē aſſeruauit L. Syl. ciuili nempe ſanguine ac patriæ oppugnatione adoptatus, & quibuſdā felicitatis inductus argumentis, ꝙ proſcribere tot millia ciuium ac trucidare potuiſſet. O praua interpretatio, & futuro tempore infelix, nō melioris ſortis tunc fuere pereuntes, quam qui miſerētur hodie cum Syllā nemo nō oderit. age nō exitus uitæ eius omnium proſcriptorum ab illo calamitate crudelior fuit erodente ſeipſo corpore, & ſupplicia ſibi gignente. quod ut diſſimulauerit, & ſupremo ſomno eius, cui mors quodammodo eſt, credamus ab uno illo inuidiam gloria uictā. hoc tamē nēpe felicitati ſuæ defuiſſe confeſſus eſt, ꝙ capitolium non dedicauiſſet. libr. xi. Sic intra hominem tineæ tricenum pedum aliquando, & plurium longitudine, iam carne exanimi uiuentiū quoq; hominū capillo. qua fœditate, & Sylla dictator, & alciſmā ex clariſſimis Grecię poetis obiere. ASCENSIVS. LVCIVS uero Sylla perduxit uſq; ad comitia. i. comitiones populi ad magiſtratus creādos quęſturę ſuę. i. quibus quæſturam obtinuit, uitā perinquinatam. i. ualde inquinatam libidine. ſ. uenerea, uino, & amore artis ludieræ. i. hiſtrionicæ, & iocularię, in qua quæſtum fecerat. Quapropter traditur. ſ. in hiſtoriis, aut annalibus Ro. Caiū Ma. conſulem tuliſſe. i. paſſum eſſe moleſte, ꝙ quæſtor delicatus obueniſſet ſorte ſibi gerenti bellum aſperrimum in Afri. Virtus eiuſdem. ſ. Syllæ quaſi clauſtris. i. uinculis nequitiæ. i. luxuriæ, & perditæ uitæ, qua obſidebatur præruptis, & diſiectis, iniecit manibus Iugurthæ. ſ. regis Numidiæ in quem Marius bellum gerebat catenas, quia uinctum ad conſulem perduxit. compeſcuit Mithridatem repreſſit luctus belli ſocialis. ſ. cum populo latini nominis. fregit dominationem Cinnę. i. tyrannidem affectatam a Cinna, & coegit eum. ſ. Marium qui faſtidierat. i. ſuperbe contempſerat ſe quæſtorem, quia nimis delicatus eſſet, petere illam ipſam prouinciam. ſ. Africam. proſcriptum, & exulem. Quæ. ſ. facta tam diuerſa, & tam contraria inter ſe, ſi quis uelit expendere. i. æſtimare, comparatione attētiore. i. ſatis attenta apud animū ſuum crediderit duos Syllas fuiſſe in uno homine, uidelicet adoleſcentulum turpem, & uirum, dicerem fortem, niſi ipſe maluiſſet ſe appellari felicem. OLIVERIVS.

ATQVE ut. hic utitur tranſgreſſione breuiter admonendo quibus de rebus dixerit, & de quibus dicturus ſit. Beneficio. quia poſtquam eos penituit ſuorum flagitiorum, meliora ſecuti ſunt modo, ſtatu, & conditione, quia cum in ſtatu humili eſſent, ad altiora uecti ſunt. ASCENSIVS.

ATQVE ut admonuimus nobilitatem, id eſt nobiles ipſos reſpicere ſeipſam, id eſt ſeipſos, ne deſperent de melioris uitæ aſſecutione, quamuis perditam duxerint uitam, beneficio pœnitentiæ. i. per pœnitentiam, & dolore de mala uita ante acta, ita ſubtexamus auſos ſperare altiora ſuo modo. i. menſura, aut moderatione debita. OLIVERIVS.

Aufidius ex publicano pcō ſul Aſiæ

TITVS Aufidius. magnæ fortunæ mutatio uiſa eſt in T. Aufi. qui abiectus publicanus, id eſt uectigalium redemptor, in Aſia paulopoſt creatus proconſul, prouinciam illam adminiſtrauerit, nec erubuerunt, neq; indignati ſunt Aſiatici homines eius parere imperio, quem paulo ante uiderant turpem quæſtum facientem, & aliorum magiſtratuum tribunalia cum aſſentatione maxima ambientem, uerum prouinciam tanta cum integritate & ſplendore rexit, ut omnes intelligerent culpa fortunæ factum eſſe, ut turpem quęſtum exerceret, ſua uero uirtute ad dignitatem perueniſſe. Publici. ſ. uectigalis, eſt. n. ſubſtantiue. Adulantem. cum actio etiam coniunxit, aſſentabatur autem illis in exigēdis uectigalibus ut eſſent, eripuit. Splendidiſſime. liberaliſſime, perculſis maieſtate. Queſtum. turpe lucrum publicanorum quæſtus apud maiores turpis ſemper fuit. Incrementum amplitudinem dignitatis qui ex publicano proconſul factus eſſet. ASCENSIVS.

TITVS Aufi. cum habuiſſet particulam publici. ſ. uectigalis Aſiatici. i. ꝙ Po. Ro. habebat in Aſia admodum. i. ualde exiguam. i. modicam, hoc eſt cum eſſet publicanus. i. publicę pecunię, ſeu uectigalis publici Ro. in Aſia debiti exactor pro modica parte, (Sunt qui publicani ſcribunt, ſed eorum lectio nō ſatis quadrat) ipſe obtinuit poſtea totam Aſiā imperio pro conſulari. Nec ſocii P. R. Aſiatici indignati ſunt parere faſcibus eius, hoc eſt imperio per faſces, & lictores deſignato, quē uiderant adulantem. i. palpitantem, & adulatorie ambientem tribunalia aliena. i. ſedētes pro tribunali prætores, aut proconſules Romanos in ea prouincia (More ſuo dat uerbo adulor, & eius participio accuſatiuum) Ipſe geſſit ſe etiā integerrime, ſine corruptione, ac ſplendidiſſime. i. ſine ullis ſordibus, & demonſtrauit miro modo id uidelicet, priſtinum. i. priorem quæſtum. i. acquiſitionem ſuam, ac lucrum, debere imputari fortunæ ſuæ. ſ. aduerſæ, ut quæ eum tam pauperem deſtituerat. uero pro ſed incrementum præſens, i. quod tunc erant præſens, quia procon. in Aſia eſſet, dignitatis, ſcilicet quam tunc aſſecutus fuerat. unde legi poſſet præſentis ubi eſt præſens debere imputari. i. acceptum ferri moribus ſuis, ſcilicet bonis quatenus per fortunam eos exercere poterat. OLIVERIVS.

AT Pub. Ru. T. Aufi. publicanus in prouincia factus procōſul, eandem poſtmodum rexit. at P. Ru. non publicanus, ſed ꝙ ſordidus eſt, publicanorum miniſter. i. inopem uitam ſordidiſſimo genere quæſtus ſuſtentauit. eo tamen illum mutata fortuna prouexit, ut primo conſul, deinde legumlator ex conſule fuerit. nam cum Siciliæ præeſſet, ex legatorum ſententia leges dicitur Siculis conſcripſiſſe, bellum ſeruile ſuſcitatum in Sicilia compeſcuiſſe, prouinciam a ſeruili impetu tutam, pacatamq; reddidiſſe. ſi res mutę, & inanimatę ſentire poſſent, ſiculi portus, urbiumq; mœnia tanta in homine uno ſtatus mutationem, fortunęq; uarietatem uehemēter admirarentur ut quem pauloante uidiſſent, quotidianum uictum locata opera miſerabiliter quæritantem, nunc claſſis præfectum, exercitus imperatorem & prouincię cōſulem præeſſe conſpicerent. De hoc Rut. dictum eſt in ca. de diſci. mi. rurſus in cap. de maie. Sed operam. quia miniſter fuit. Autorato. præſtito ex autoritate publicanorum. alii dicunt autoratum officium dici autoritate ſubſtitutum, ut ſi quis officio priuatus, in idem poſtea ſubſtitueretur. Sociis. Aſiaticis. Suſtētauit. quia ex hoc officio quotidianū ſibi uictum comparabat. Prædonum bel. ſ. bellum, quod Craſſus, & Enomaus gladiatores in Sicilia concitarunt, hic perfecit, & Siciliam liberauit. geſtum autem eſt apud liparas. Si quis modo mu. ſi res mutæ, & inanimatæ ſentire poſſent. Capturas. ut diuitias, nam ſubſtantiue poſitum, ſicut creatura, ita captura. Exercitus ec. Contra fugitiuos, ex quibus unus ad pileū, & libertatę ſeruos conuocauit.

ASCENSIVS.

FAT Pub. Ruti. non egit.i.ſe geſſit publicanum.i. publici æris redemptorē, aut collectorē, ſed dedit operā.i. inſeruiuit publicanis.i.ſuſtētauit ſummā inopiā ſuā, officio autorato.i.ab autoritate aliena dependēte, ſociis.ſ. R.imperii Aſiaticis uidelicet, hoc eſt, quia nō it alieno Pu. officiū exercens quotidianā mercedē recipiebat. Poſtmodū.i.deinde uniuerſi Siculi acceperunt leges.ſ. qbus poſtmodū uſi ſunt ab hoc.ſ.Ruti. cōſule.i.cum eſſet conſul, aut eius imperio parebāt, & liberati ſunt acerbiſſimo bello ꝑdonū, ac fugitiuorū. Ego arbitror portus ipſos (ſi modo, id eſt dū modo, qs.i. aliqs ſenſus ineſt rebus mutis) admiratos tantā uarietatē ſtatus in eodem hoīe. Enim pro qa, portus ſup. uiderunt.ſ.poſtea eundē, quem animaduerterāt.ſ.prius, hoc eſt quē animaduertiſſent ſi ſenſum habuiſſent, exigentē diurnas.i. quotidianas capturas.i. bucellas, ſicut exigit ex captura ſua piſcatores, dantē.ſ.poſtea iura,.i.leges, ut dictū eſt, & regentē claſſes, & exercitus.ſ. contra fugitiuos, & prædones.

DE PVBLIO VENTIDIO.

Huic tanto incremento maius adiiciam: Aſculo capto Cn. Pompei Magni pater P. Ventidium ætate puberem in triumpho ſuo populi oculis ſubiecit. Hic eſt Ventidius, qui poſtea Romæ ex Parthis, & per Parthos de Craſſi manibus in hoſtili ſolo miſerabiliter iacentibus, triumphum duxit: itaq; qui captiuus carcerem exhorruerat, uictor capitolium felicitate celebrauit. In eodem etiam illud eximium, quod eodem anno Prætor & conſul eſt factus.

DE VARIETATE CASVVM. CAP. XI.

DE L. LENTVLO.

CAſuum nunc contemplemur uarietatē: L. Lentulus cōſularis lege Cęcilia repetundarū crimine oppreſſus, Cēſor cum L. Cenſorino creatus eſt: quē quidē fortuna inter ornamenta, & dedecora alterna vice verſauit, cōſulatui illius damnationē, damnationi Cenſuram ſubiiciendo: & neq; bonis eum perpetuis frui, nec malis æternis ingemiſcere patiendo.

OLIVERIVS.

Vētidius fortunæ beneficio illuſtris

FHVIC tāto. de hoc Vēt. Gel. li. noctiū attica. xv. ita refert. In ſermonibus nuper fuit ſeniorū hoium, & eruditorū, multos in ueteri memoria altiſſimū dignitatis gradū aſcendiſſe ignobiliſſimos prius homines, & deſpectiſſimos, nihilq; adeo de quoq̃ tanta admiratio fuit, q̃ta fuerūt, quæ de Ventidio baſſo ſcripta fuerunt. Eum.n. picentē fuiſſe gñe & loco humili, & matrem eius a Pompeio Strab. Pompe. magni patre, bello ſociali, quo Aſculanos ſubegit captā cum ipſo eſſe. mox triumphante Pom. Strabone puerū inter cæteros ante currū imperatoris ſinu matris uectū eſſe. poſt cū adoleuiſſet uictum ſibi ægre quæſiſſe, eumq; ſordide inueniſſe. cōparatis .n. mulis, & uehiculis, magiſtratibus qui ſortiti prouincias, ſolēt prębenda pub. conduxit. iſto queſtu ſequutū fuiſſe C. Cæ. & cū eo profectū eſſe in Gallias. tum qa in ea ꝓuincia ſatis grauiter uerſatus eſſet, & deinceps ciuili bello mandata ſibi pleraq; impigre, ſtrenueq; feciſſet, nō modo in amicitiā Cęſ. ſed ex ea ad ampliſſimū quoq; ordinē perueniſſe, mox tribunū quoq; pleb. ac deinde prætorem creatū, atq; in eo tēpore iudicatū eſſe a ſenatu hoſtē cū M. Ant. poſt uero cū uictis partibus, nō priſtinam tantū dignitatē recuperaſſe, ſed pontificatū, ac deinde cōſulatū adeptū eſſe. eamq; rem tā intolerāter tuliſſe P. R. qui Ventidiū baſſum meminerat curandis mulis uectitaſſe, ut uulgo per uias urbis uerſiculis perſcriberet. Concurrite oēs augures aruſpices, portentū inuſitatū conflatū eſt recēs. nā mulos q fricabat ꝯſul factus ē. eundē baſſum Sue. Trang. ꝓpoſitum a M. Ant. ꝓuinciis orientalibus, parthoſq; in Syriam interrumpentes, tribus ab eo ꝓliis fuſos ſcribit, eumq; primū oium de Parthis triumphaſſe, & morte obita publico funere ſepultū eſſe Maſurius ſcribit, eū bis in triumphū ductū fuiſſe. Cic. hunc mulionē caſtrenſem ſuffraganeū appellabat, teſte Pli. lib. vii. De quo Iu. Si fortuna uolet fies de cōſule rethor, Si uolet hæc eadē fies de rethore cōſul. Ventidius quid .n. quid Tullius an aliud q̃ Sydus & occulti miranda potētia fati. Miſerabiliter. nā Arſacide rex Parthorū, Craſſi corpus, feris, & alitibus deuorādum iuſſit exponi.

ASCENSIVS.

FHVIC &c. Ego adiiciam huic tanto incremento.ſ. ſtatus maius ſup. incrementū. Aſculo capto.i. cū Aſculū oppidū Italiæ eēt captū, pr̄ Cn. Pōp. magni uidelicet Pō. Stra. ſubiecit oculis populi.ſ.R. Pub. Ventidiū puberē ætate in triūpho ſuo.ſ. de Aſculanis Hic.ſ. q in triūpho cōſpectus erat captus, eſt ſup. ille Ventidius, q poſtea duxit Romæ triumphum ex Parthis.ſ. deuictis, & per Parthos.i. per medios Parthorum, aut ſuper uentres, aut dorſa Parthorū, de manibus Craſſi.i. reliquiis aiæ ad corpus uſq; ad iuſtam ſedē gentiliū perſuaſionē, manētibus, & inde ad nos, aut illuc ab inferis manantibus (unde pria longa eſt) iacentibus miſerabiliter, quia ſine honore ſepulturę, aut iuſtarū exequiarum in ſolo.i. terra hoſtili. Itaq;.i. & ita, is ſup. qui captiuus, quia captus Aſculi a Pom. patre, exhorruerat carcerē.ſ. Ro. in quē poterat a uictore pertrahi, uictor.ſ. Parthorū, celebrauit.i. celebrius fecit capitoliū.i. arcē illā Ro. in quā triūphantes ingrediebant Ioui ſacrificaturi, felicitate.ſ. uictorię ſuę Illud eſt etiā eximiū.i. egregiū, & non uulgare, in eodē.ſ. Vēti. q factus eſt cōſul, & p̄tor eodē anno.

OLIVERIVS.

CASVVM nunc. Diximus de fortuna aduerſa mutata in ſecundā, nūc de caſibus dicamus. differt caſus a fortuna philoſophi ita dicunt, eorum quę fiunt, quædam nō ꝑ hoc quod intenta ſint, ut uerbi gratia, agricola fodit agrū, ut ſepulchrum faciat, & theſaurum inuenit, nō propter hoc, quod intentū ſit, neq; .n. agrū fodit, ut theſaurū iueniat, ſed ut ſepulchrū faciat. Itē eorū, quæ fiunt ꝑ hoc, q intēta ſint, alia fiunt a ꝓpoſito, alia a natura. a ꝓpoſito fiunt, q̄ ab uſu liberi arbitrii, a natura q̄cunq; a quodā in ſe ipſis principio continue moto accidūt ad aliquem finē. Rurſus q̄ fiunt a natura, quędā ſemper quædā nō ſemper ſed plerunq; ut ſol ſemper per obliquū zodiaci tranſit, plerunq; ut pluuiæ ex uapore terræ naſcant. ſed hoc notandū, eorum quæ fiunt quædam a propoſito, & quædā a natura ꝓpoſitum q; eſt cauſa per ſe, caſus & fortuna ſunt cauſa per accidens. cauſam autem per accidens dico caſum, & fortunam, quia accidunt cauſę per ſe, ut quidam forum petit, ut carnes emat caſu lapidē offendit, & corruit, hic caſus eſt per accidens, quia accidit, ut caderet cauſa per ſe eſt, ut petat forum. Sed differt caſus a fortuna, quia fortuna eſt in habentibus propoſitum quibus bene, & male contingere poteſt non autem in re inanimata, ut ferro, & ligno, neq;.n. in his fortuna agit. Caſus uero eſſe poteſt etiam in non habentibus propoſitum, ut in brutis, & inanimatis, ut uerbi gratia. Equus celeriter, ſuperueniente nocte, ſe domum recipit, & a lupis ſeruatur, non autem ſe recepit, ut a lupis ſeruaretur, ſed q ita caſus tulit, & hoc in rebus mutis. in rebus autem inanimatis, ut tripos cecidit, & ſedem fecit, non ideo cecidit, ut ſedem faceret, ſed caſus ita tulit.

Caſuum nunc contemplemur uarietatem L. Lentulus Hic accuſatus repetundarum fuit. Spartacus, & chrixus, effractio Lentuli ludo gladiatores cum triginta, aut amplius eiuſdem fortunæ uiris erupere Capuam, ſeruiſq; ad uexillum uocatis, iuſtum exercitum fecerant. hi primo ad Veſuuium montem Claudium decepere, deinde conſularis quoq; aggreſſi Lentuli exercitum in Apennino cecidere. hic itaq; Lentulus lege a Cæcilio contra eum lata repetundarum damnatur. poſt damnationem cenſor creatur cū L. Cenſorio. Sed hic fortaſſe Lentulus eſt, ad quem Cicero pri. libri epiſt. ſcribit de reducendo rege Ptolemæo, quem repetundarum ex Cilicia, & Cypro accuſatum intelligimus. Nam Cato promulgationem tulit, ut ei prouincia abrogaretur, ut eſt apud Ciceronem ad atticum, qua promulgatione facta ueſtem mutauit. Lege Cæcilia. Quam tulerat Cęcilius, ab autoribus enim leges plerunq; dicebantur. Repetundarum. & de de repetundis dicimus. Quem qui. Credo inquit fortunam uoluiſſe hunc hominem alterna uice uerſare, ne ſecundis nimium fideret nec aduerſis omnino deſperaret, ſed amaris iocūda permiſceret.

ASCENSIVS.

FCASVVM nunc contemplemur uarietatem. Diſputat ſatis philoſophice de cauſis per ſe, & per accidens, item de fortuna, & caſu Oliuer. Sed autor ita exempla digeſſiſſe uidetur, ut in ſuperioribus cum ſtatu etiam mores mutatos dignoſcamus, aut fortunam tandem pro moribus arriſiſſe, aut aduerſam fuiſſe ſub caſuum autē mutabilitate ea reponat, quæ præter

ſpē,

ſpẽ,licet nõ ſemper præter meritũ acciderunt.uerũ unũ idemq; exẽplũ diuerſis reſpectibus:ſub diuerſis titulis reponi poteſt, ſed parui refert,dummodo ex eius recordatione memores ſimus, noſtrũ quoq; ſtatũ poſſe mutari.q; ſi recte fecerimus,Nemo confidat nimiũ ſecũdis, Nemo deſperet meliora lapſis. Sed ordo eſt. Contemplemur nunc.ſ. per ſequentia exempla, uarietatẽ caſuũ .ſ. de læta uita in triſtẽ,aut contra.Incipiẽs autem narrare dicit,Lucius Lentulus cõſularis .ſ. uir .i. qui aliquando conſul fuerat(ſic frequentius,quãquã etiã, dicatur, qui conſulatu dignus eſt)oppreſſus.i. condemnatus lege Cæcilia .i. per legẽ, quã Cæcilius tulerat, crimine .i. ob crimen repetundarum.ſ. rerum,aut pecuniarum ablatarum a prouincialibus, dũ prouinciã regeret,creatus eſt.ſ. poſtea cenſor cũ L. Cenſorio, id eſt qui prius cẽſuram geſſerat. Quem quidem.ſ. Lentulũ fortuna uerſauit .i. agitauit inter ornamẽta, & dedecora .i. opprobria & dehoneſtamenta uice alterna .i. nunc ornamentis,nunc dedecore eũ afficiẽs, ſubiiciendo, id eſt ſtatim addendo,cõſulatui,illius, in quo ornamentũ cõſiſtebat,damnationẽ, in qua dedecus patiebatur,& rurſus ſubiiciendo damnationi cenſuram,quæ honorificẽtiſſima erat,& neq; patiendo, eum frui perpetuis bonis, nec ingemiſcere malis perpetuis,id eſt continuis.

DE CN. CORNELIO SCIPIONE ASINA.

Iiſdem viribus vti voluit in Cn.Cornelio Scipione Aſina, qui Cos. a Pœnis apud Liparas captus, cum belli iure omnia perdidiſſet, lætiore ſubinde vultu eius adiutus,cuncta recuperauit:conſul etiam iterum creatus.Quis crederet illum a duodecim ſecuribus ad Carthaginienſium peruenire catenas? quis rurſus exiſtimaret a Punicis vinculis ad ſumma imperii peruenturum faſtigia? ſed tamẽ ex conſule captiuus,& ex captiuo conſul factus eſt.

DE CRASSO DICTO DIVITE.

Quid Craſſo?non ne pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit? ſed eidem poſtea inopia turpẽ decoctoris ſuperlationem iniunxit. Siquidem bona eius a creditoribus,quia ſolidũ præſtare nõ poterat, venierũt.Itaq; amara ſugillatione nõ caruit,cũ egẽs ambularet,diues ab occurrentibus ſalutabatur.

DE QVINTO CÆPIONE.

Craſſum caſus acerbitate.Q.Cæpio præcurrit:is nãq; præturę ſplendore,triumphi claritate,conſulatus decore, Maximi Pontificis ſacerdotio, vt ſenatus patronus diceretur,aſſecutus,in publicis vinculis ſpiritum depoſuit, corpuſq; eius funeſti carnificis manibus laceratum,in ſcalis gemoniis iacẽs, magno cũ horrore totius fori Romani conſpectũ eſt.

OLIVERIVS.

IISDEM uiribus. Scipio Aſina captus a pœnis hic collega erat Duelli cõſulis eius q apud Liparas,uicta,merſa, & fugata hoſtium claſſe,primum illud maritimum egit triũphũ. nam multo ante hanc uictoriam Cn. Corne. Scipio alter conſulũ, ut dixi, a claſſe Punica circũuentus,& per fraudẽ uelut in colloquiũ uocatus,& captus, primum fuit perfidiæ Punicæ documentũ.poſt captiuitatem uero a collega per uictoriam redemptus,cum oia iure belli perdidiſſet,tamen aſpirante fortuna,cuncta recuperauit, conſulq; iterum factus,cum imperio,& dignitate uixit. A duodecim ſecuribus. A conſulatu.eſt enim metonymia.

ASCENSIVS.

IISDEM &c. Fortuna ſup. uoluit uti iiſdem .i. conſimilibus uiribus in Cn.Corne.Scipio. Aſina qui conſul.i. cum eſſet conſul captus ſ. pœnis.i. Carthaginiẽ.apud Liparas inſulã unã ex æoliis,cũ perdidiſſet omnia iure belli, q̃a in hoſtiam poteſtatem uenit,deinde adiutus lætiore uultu eius.ſ. fortunæ,recuperauit cũcta,quia p collegæ uictoriam receptus eſt,creatus etiam iterũ conſul. Quis crederet illum.ſ. Aſinã peruenire.ſ. poſſe(ut quidã habent ſed uacat,nec uerbũ ab autore poſitũ,cũ utrũq; reſpiciat ad peruenturũ,ut ſit,peruẽturũ.ſ.fuiſſe priuſquam peruenerat,)a duodecim ſecuribus.i.faſcibus,a parto totũ,& a faſcibus duodecim.i.a conſulatu,eo q; ſolis conſulibus duodeni eſſent lictores,ac faſces, Ad catenas Carthaginienſium? q.d. nemo uero ſimiliter.cum tamen Regulo, & quibuſdam aliis idẽ, aut ſimile euenerit. Et quis exiſtimaret rurſus.i.econtrario ſup. cum peruenturũ ſup.fuiſſe a uinculis Punicis .i. Carthaginien. ad ſumma faſtigia imperii?q.d.nemo,cum uериſimilius foret eũ in carcere periturum,aut ad ſupplicia educendũ. Sed tamen.i.nihilominus, quanquam non erat ueriſimile, ipſe factus eſt ex conſule .i. poſtquã fuerat conſul captiuus, & ex captiuo,id eſt poſtquam fuerat captiuus,ſup.factus eſt conſul.

OLIVERIVS.

QVID Craſſo? Hic Craſſus diues appellatus eſt ob æris magnitudinem,redactus poſtea ad inopiã decoctor dictus eſt, hoc eſt deuorator,prodigus,uel ut alii dicũt ſaporum uenditor. Turpem ſuperlationem. Turpem Hiperbolem. Decoctoris. Venditoris ſalſamentorum. Sugillatione. nota,& ignominia. Solidum præſtare. ſoluere integrum. Diues ab occurrentibus. cum ſubſanatione, & deriſione quadam ſalutabant eũ dicentes, ſalue Craſſe diues.

Decoctor

ASCENSIVS.

QVID? nonne magnitudo pecuniæ dedit Craſſo nomen locupletis.i. habẽtis loculos plenos,hoc eſt diuitis pecuniarũ?ſed inopia imiſit eidẽ poſtea turpem ſuperlationem.i.ſuper alios, & per excellentiã denominationem decoctoris .i. eius.q in lautitiis, aut gula patrimonium ſuum abligurierat (in quo uocabulo nullo modo ſequar Oliuerũ,qui putet eum eſſe,qui ſalſamenta uendat, cũ ꝓprie ſit,qui coquendo, & uorando patrimoniũ abſumpſerit.)Siquidem .i. quoniã bona eius uenierunt .i. uẽdita ſunt a creditoribus, quia nõ poterat præſtare ſolidũ.i.integrũ debitũ. Itaq; ipſe nõ caruit .i. non imunis fuit a ſugillatione.i. irriſione cũ famæ denigratione amara.ſ. illi, qui eam in ſe dictam audierat. cum enim ipſe ambularet egens, ſalutabatur ab occurrentibus diues, dicentibus, ſcilicet per irriſionẽ,Salue Craſſe diues,aut beate.

OLIVERIVS.

CRASSVM caſus. Quintus Cæpio capitali iudicio affectus eſt, quia uidelicet culpa eius,amiſſis duobus exercitibus ſuo,& collegæ Manlii, caſtra etiam capta fuerant a Cimbris,teutoniciſq;,aduerſus quos miſſi fuerant imperatores.quæ grauiſſima fuit reip.clades, nam ſupra octoginta Romanorum millia cæſa fuiſſe dicuntur. hic antea Fabii ignominiam in Hiſpania correxerat, cæſo proditoribus uiriato,ut ante dictum eſt lib.iiii.ca.vii. de amicitia. Cicero Cæpionem etiam quęſtorem fuiſſe oſtendit in Rhetoricis lib.i. ca.vii. de conſtitutione coniecturali ubi dicit.cum Luci. Saturninus legem frumentariam de ſemiſſibus,& trientibus laturus eſſet.Cæpio,qui per id temporis quæſtor urbanus erat, docuit ſenatum &c. Splendore præturę.nam prætor, Fabii errorem correxit,quia a uiriato deceptus fuerat. Triumphi claritate. Quem de uiriato egit,Seruilius Cæpio, ut ait Aſconi. bellum in Sicilia geſſit,& de illa triumphauit,capta Olyntho, & Phaſelide,de tribus magnis eius terræ ciuitatibus. ſed Publium Seruilium Cæpionẽ dicit Quin. forſan in prænominibus error eſt, nam aliter uidetur a ſeipſo diſſentire Vale. in capitulo enim de amicitia Cæpionem dixit a Luci.Regino tribuno plebis carcere fuiſſe liberatũ & eius fugæ comitem factum,hic uero dicit in carcere fuiſſe conſumptum. ergo aut hunc intelligimus Q.Cæpionem, illum uero ſuperiorem P. Seruilium Cæpionem. bis eundem in uincula fuiſſe coniectum,& poſtremo cõſumptum, aut certe error eſt. Li.tamen dicit lib.xvii.C.Manilius & Q.Seruilio Cæpio proconſules uicti prælio, caſtriſq; exuti binis ſunt, octoginta millia militum occiſa, calonum, & lixarum quadraginta millia,ſecundum Po.Ro.iuſſionem, Cæpionis, cuius temeritatem clades accepta erat, damnati bona publicata ſunt proximoq; poſt regem Tarquinium imperium ei abrogatum.

Præcurrit.præuenit,ſuperat. Claritate triumphi qa triumphauit de uiriato ſugitiuorum duce. Conſulatus decore. q cũ C.Manlio cõſul fuerat,& aduerſus cimbros miſſos. Sacerdotio.quia Põt.Max.fuerat. Senatus pnus.qa partes ſenatus tuẽdas ſuſceperat, Inſcalis gemoniis.de his ſcalis dictũ eſt ſupra a gemitu,uel a gemonio ca:um autore denominatis.

Gemoniæ ſcalæ

tis in urbe multis ſceleribus,idibus Ianua.deceſſit. Fortunæ luctatio.Certamen fortunæ,qa uiſus eſt in ferendo fortunæ impetũ,certaſſe cu fortuna. Irrupit.quaſi dicat per uim ingreſſus,aſſidua,& importuna efflagitatione magiſtratuũ. Conſimilem notã.ignominiã repulſæ. Ambitus.q populo prace, & precio corrupiſſet. Iugurtham.numidiæ regẽ,quẽ prodidit Bocchus Marii eloquẽtia ductus, ut Ro.partes ſequeretur. Bina trophæa.Qui duas columnas erexerat iu urbe, cimbrorũ, & theutonicorũ ſpoliis ornatas. Proſcripto. Nã hoſtis patriæ a Sylla iudicatus eſt,ut ſupra uidimus. Quẽ ſi inter miſeros. Cic.i paradoxis. Marius mihi in rebus ſecũdis unus ex fortunatis hominibus, in aduerſis unus e ſummis uidebatur uiris.pari ratione. Luca.lib.ſecũdo. Ille fuit Mario uitæ modus omnia paſſo. Quæ peios fortuna poteſt, atq; omnibus uſo, Quæ melior.

DE CAIO MARIO CANDIDATO.

Iam C. Marius maximæ fortunæ luctatio eſt: omnes enim eius impetus tam corporis,q̃ animi robore fortiſſime ſuſtinuit: Arpinatibus honoribus iudicatus inferior, quæſturam Romæ petere auſus eſt:patientia deinde repulſarum, irruit magis in curiam,q̃ uenit.In tribunatus quoq;,& ædilitatis petitione conſimilem campi notam expertus:Præturæ candidatus ſupremo loco inhæſit, quam tamen non ſine periculo obtinuit:ambitus enim accuſatus,vix, atq; ægre abſolutionem a iudicibus impetrauit. Ex illo Maximo tam humili Arpinate,tam ignobili Romæ, tanquam faſtidiendo candidato, ille Marius euaſit,qui Africam ſubegit, Iugurtham regem ante currum egit, qui Theutonicorum, Cimbrorumq; exercitus deleuit, cuius bina trophæa in vrbe ſpectantur, cuius ſeptem in factis conſulatus leguntur, cui poſt exilium Conſulem creari,proſcriptoq; facere proſcriptionem contigit. Quid huius conditione inconſtantius, aut mutabilius? quem ſi inter miſeros poſueris, miſerrimus: inter felices feliciſſimus reperietur.

ASCENSIVS.

CRASSVM &c. Ordo eſt. Quintus Cæpio p̃currit .i. ſuperat acerbitate caſus Craſſum. Nãq; is .ſ. Cæpio aſſecutus.i.poſtquã obtinuerat,ſplẽdore p̃turæ,claritate triũphi,decore cõſulatus,ſacerdotio Põtificis Maximi(nã oẽs eos magiſtratus honorifice geſſerat) aſſecutus dico, ut diceretur patronus ſenatus, depoſuit ſpiritũ.i.expirauit in uinculis publicis,quia male cum cimbris pugnauerat,& corpus eius laceratũ funeſtis manibus carnificis .i. tortoris, qui ipſi uncum iniecit,ut ad ſcalas gemonias trahatur, iacens in ſcalis gemoniis,unde uiui præcipitari ſolebant,conſpectũ eſt cũ horrore .i.abominatiõe totius fori Romani.i.ciuium,qui in foro erãt.

OLIVERIVS.

IAM C. Mar. Hic Marii uita tota eſſet referẽda,ut planius cognoſci poſſet,quã uarios caſus,quãta & diſcrimina rerum paſſus fuerit,quãta rurſus fortunæ benignitate,& indulgentia uſus,ut modo felix,modo miſer In magna rerum uarietate ludus fortunæ merito dici poſſit.ſed quod ad rem iſtam pertinet Marius ex municipio Arpinati,cũ ſe Romam contuliſſet,ſic omnibus primo propter ignobilitatem contemptui fuit, ut Arpinatibus honoribus, nedum Romanis, indignus haberetur. Sæpius in petitione magiſtratuũ,& illorũ quidem minorum repulſam paſſus,in ſenatum irrupiſſe, magiſquã ueniſſe creditur, uixq; præturam obtinuit,pro qua etiã ambitus accuſatus extrema fortuna ſtetit.legatus metello in Africam miſſus egregie in illa ſe militia geſſit,cui ſacrificanti,cum magna,& alta ſibi portendi dixiſſet aruſpex, animũ ſtatim ad conſulatum adiecit, ad quẽ capiendũ p̃ter uetuſtatem familię, omnia abunde erant, induſtria,probitas militiæ, magna ſcientia, animus belli ingens, domi,modicus,libidinis,& diuitiarum uictor,tantũmodo gloriæ auidus.a quo petendo diſſuaſus,primum a Metello,deterreri non potuit.quo tandem impetrato,iugurthinũ bellum confecit,de iugurtha capto triũphauit,Gallos,cimbros,ſenones, qui Romanũ nomen extinguere conſtituerant, ad internitionem uſq; deleuit.orta deinde de prouincia Ponti ſeditione, urbe pulſus a Sylla,ut ſupra diximus,cum fugiens ſe Minturnas contuliſſet,in paludibus delituit,unde extractus,& in cuſtodiã datus, cum ſeruus cimber ad eum occidendũ miſſus,maieſtate deterritus:occidere nõ ſuſtinuiſſet,inde eductus, & in naui poſitus in Africam delatus eſt.ubi uaria fortuna uſus, tandem ex mauruſiis equites cõparauit, & exercitũ confecit non cõtemnendum, ex agris robuſtiſſimũ quẽq; deligens.impletiſq; .lx. nauibus ex ea uirorũ multitudine,Ro.uerſus nauigauit,ſe q; Cinnæ expulſo coniunxit.qui primo oſtiã,deinde ianiculũ,poſtremo urbem ipſam occuparunt.de inimicis ſuis grauiter ulti, proſcriptionẽ ipſi proſcripti grauiorem exercuerunt,multos Ro.principes de medio tollentes. quæ ubi Syllæ nũciata fuerũt, cõpoſitis rebus cũ Mithridate,properauit ad urbem cũ exercitu.& cæſis aliquot Marii,Cinnæq; exercitibus urbem cepit. Marius ubi uidit ſe arma Syllæ effugere non poſſe,domi celebrato cum amicis conuiuio,indicatoq; animi ſui cõſilio,ſibi mortem conſciuit. de quo Cic.lib.de natu. Deorum. Cur Marius inquit tam feliciter ſeptiẽs conſul domi ſuæ mortuus eſt? Liui.lib.lxxx. Marius ædi

Marius & felix & miſer.

ASCENSIVS.

IAM (cõtinuatiua eſt particula) Caius Marius.ſ. Arpinas eſt maxima luctatio.i. cõcertatio fortunę, utpote, q̃, ſæpe ab eo,& ſæpe cõtra eũ ſtetit, & ita ipſa, quaſi ſecũ luctari uidebatur. ſed tamen etiam cum Mario. (Eſt autẽ luctatio ſimilis illi in Buco. Maronis. Et certamen erat Coridõ cũ Thyrſide magnũ.unde potius legam maxima luctatio. q̃ luctatio maximæ fortunæ probat, q maxima fuerat luctatio fortunæ, enim pro quia,ipſe Marius ſuſtinuit omnes impetus eius .ſ. fortunæ, robore.i.uiribus tam corporis q̃ animi.Ipſe ſup. Marius. Iudicatus.ſ.ab arpinatibus, inferior honoribus, id eſt magiſtratibus arpinatibus, quia raro quiſpiam nouus emergit in patria,auſus eſt petere Romæ quæſturam,cum minimus honor Romæ, maior ſit maximo fere in municipiis.deinde irrupit,id eſt uiolenter ſe intruſit magis quam uenit in curiam,ſcilicet Ro.patientia,id eſt tolerantia repulſarum, quia licet frequentes pateretur repulſas,importunis tamen inſtantiis tandem admiſſus eſt, & quæſtor factus. & ipſe expertus quoq;,id eſt etiã cõſimilem notam, id eſt ignominioſam repulſam campi, ſcilicet Martii,in quo fiebant comitia,in petitione tribunatus, & ædilitatis, candidatus præturæ, id eſt ad obtinendam præturam inhæſit ſupple illi, ſuppremo loco,id eſt demum poſt plurimas preces, quam tamen præturã obtinuit non ſine periculo, ſcilicet capitis; enim, pro quia,ipſe accuſatus ambitus,id eſt crimine petiti magiſtratus malis artibus,impetrauit uix,atq; ægre abſolui a iudicibus. Ille ſcilicet nobiliſſimus Marius euaſit, id eſt effectus eſt ex illo Mario tam humili Arpini, id eſt cum eſſet in patria ſua, & ita aptior eſt lectio,q̃ ſi legatur Arpinate quia ſequitur,& tam ignobili Romæ, id eſt cum eſſet Romæ, tamq;, id eſt & tantum faſtidiendo,id eſt ſuperbe contemnendo,& abiecto candidato, id eſt petitore magiſtratuum, utpote tot paſſo repulſas, euaſit, dico ille Marius, qui ſubegit Africam,ſuffectus, ſcilicet in locum Metelli. non tamen honeſta ratione ut Salluſt. recte docet,qui egit Iugurtham regem,ſcilicet Numidiæ,ante currum, ſcilicet triumphalem ſuum. qui deleuit exercitus theutonicorum, cimbrorumq;, cuius bina trophæa,id eſt inſignia uictoriæ utpote ſpolia hoſtilia hoſtibus detracta, ut opinor Iugurthæ, & cimbris, ac theutonicis in urbe ſpectantur, cuius ſeptem conſulatus leguntur in faſtis, id eſt annalibus ſacris. cui contigit creari cõſulem poſt exilium.i.proſcriptionem primam a Sylla.& cui proſcripto, ſcilicet a Sylla contigit facere proſcriptionem .ſ. Syllæ,& Syllanorum. quid ſup. eſt inconſtantius, aut mutabilius cõditione.i.ſtatui uitę,huius.ſ.Marii?q.d.nihil. utpote, quem ſi tu poſueris inter miſeros, id eſt ſi conſideraueris

ris miſerias, & calamitates eius ſup. ipſe reperiretur miſerrimus & ſi poſueris inter felices .i. conſideraueris eius felicitatem, ipſe reperiretur feliciſſimus. unde utraq; fortuna illi immodica fuit.

OLIVERIVS.

Cæſa. ha bebrg.

¶ CAIVS autē Cæſar. Sylla deuictis Marianis partibus, Cæſ. qui per Iuliam eius amicā erat Mario ſumma neceſſitudine coniunctus: mortē machinabatur. Erat enim Cæſ. minor Marii cōſobrinus. ſed ab ea re ſæpius fuit Sylla ꝓhibitus a multis, q dicerent, iniquū eſſe tātæ indolis puerū innocenter occidere, quos ille dementes appellabat qui nō prouiderent, quod puer male præcinctus, mille Marios haberet in corpe. hæc igitur cū ad Cæſ. perlata forēt, urbe clā egreſſus, i ſabinis aliquādiu paſū gratus delituit poſtea a ſyllanis militibus, q per ea loca latitātes diſquirebāt, forte quadā deprehēſus a Cor. eorum duce duobus ſe talētis redemit. mox inde Aſiā petēs circa Pharmacuſam inſulā capitur a piratis, qbus ab eo .xl. talēta ꝓ redemptione poſcētibus ſubnſit. & .l. ſe daturū pollicitus. poſtmodū ſuis ad hāc expediēdā pecuniæ quātitatē dimiſſis, apud cilices, duo de quadraginta uerſatus dies, illis per iocū ſæpe crucem minatus eſt, cūq; allatis tandē pecuniis ab eis liberatus eſſet, paulopoſt inſtructis nauibus, e mileſiorum portu predones aggreditur, quos captos crucibus oēs affixit. Aditū in cęlū. Aſſentatur Valeri. morte ſuo. Cōſortibus diuinitatis. Quia Cæſar inter cæteros Deos cōnumeratus, diuinos honores cōſecutus eſt. Cæſ. laudes, Pli. lib. vii. de natu. hiſto. ſummatim perſtringit.

ASCENSIVS.

¶ CAIVS aūt Cæſ. ſ. Iul. cuius uirtutes ſtruxerunt ſibi aditū .i. acceſſum in cælū, petens Aſiā priuatus .i. ſine magiſtratu, iter Initia primæ iuuentutis ſup. ſuæ, exceptus .i. dolo captus a ꝑdonibus maritimis .i. piratis circa iſulā Pharmacuſam .ſ. nomine, redemit ſe .xl. talentis. Igitur fortuna uoluit clariſſimū ſydus mūdi, uidelicet Iul. cuius apparuiſſe credebantur, Augusto facienti ipſi ludos funebres, unde illud in Buco. Ecce dionei proceſſit Cæſ. aſtrum, rependi .i. æſtimari, aut redemi, parua ſumma utpote .l. talentorū, in myoparone .i. nauigio piratico. Quid eſt ergo, quod ꝗramur .i. conqueramur amplius de ea re, ſi .ſ. fortuna, ne quidem .i. nō ſaltē parcit conſortibus diuinitatis ſuę. ut Cæſ. in Deum poſtea aſſumpto, q. d. merito nihil. Sed numen cæleſte .ſ. Iu. Deus futurus, uindicauit .i. protexit ſe ab iniuria. enim pro quia ipſe affixit cōtinuo .i. paulopoſt crucibus, prædones .ſ. maritimos captos. Deinde parans tranſitū ad externa dicit. Nos cōmemorauimus noſtra .i. Romana exempla, ſtudio attento .i. diligēti, & quaſi affectuoſo. nunc .i. deinceps narrentur aliena .ſ. exēpla de mutatis moribus, & conditione uitæ, ac caſibus, animo remiſſiore .i. minus attento, & magis laxo, qa in noſtris narrādis magis afficit.

THEUPHILVS.

¶ PHARMACVSAM. Pharmacuſæ nō ꝓcul a Salamina duæ ſunt inſulæ. tertia redditur ad Miletū, nobilis Attali ex

DE CAIO CÆSARE.

Caius autem Cęſar, cuius virtutes aditum ſibi in cælum ſtruxerunt, inter primæ iuuētutis initia priuatus Aſiam petens, a maritimis prædonibus circa iſulam Pharmacuſſam, exceptus, quinquaginta ſe talentis redemit. Parua igitur ſumma clariſſimum mundi ſydus in piratico myoparone repēdi fortuna voluit. Quid eſt ergo quod amplius de ea re queramur, ſi ne conſortibus quidē diuinitatis ſuæ parcit? Sed cæleſte numē ſe ab iniuria vindicauit: cōtinuo .n. captos ꝑdones crucibus affixit. Attēto ſtudio noſtra cōmemorauimus, remiſſiore nūc animo aliena narrētur.

EXTERNA.

DE POLEMONE ATHENIENSI PHILOSOPHO.

Perditæ luxuriæ Athenis adoleſcens Polæmon, neq; illecebris eius tantūmodo, ſed etiā ipſa infamia gaudens, cū e conuiuio non poſt occaſum ſolis, ſed poſt ortum ſurrexiſſet, domumq; rediens Xenocratis Philoſophi patentē ianuam vidiſſet, vino grauis, vnguentis delibutus, ſertis capite redimito, pellucida veſte amictus, refertam turba doctorū hominum ſcholam eius intrauit, nec contentus tam deformi introitu, conſedit etiam, ut clariſſimum eloquium, & prudentiſſima præcepta temulentiæ laſciuiis eleuaret: orta deinde, ut par erat, omnium indignatione, Xenocrates vultum in eodem habitu cōtinuit, omiſſaq; re, quā differebat, de modeſtia, ac temperantia loqui cœpit. Cuius grauitate ſermonis reſipiſcere coactus Polæmon primum coronam capite detractam proiecit, paulopoſt brachium intra pallium reduxit, procedente tempore oris conuiualis hilaritatem depoſuit, ad vltimū totam luxuriam exuit, vniuſq; orationis ſaluberrima medicina ſanatus, ex infami ganeone, maximus philoſophus euaſit: peregrinatus eſt huius animus in nequitia, non habitauit.

de qua. Vale. & Sue. intelligunt. ſuperiora Stephanus.

OLIVERIVS.

¶ PERDITÆ lu. Polęmon Athe. philoſtrati filius pago aceſi oriundus. fuit adoleſcens adeo perditæ luxuriæ, ut teſte Laertio, pecunias circūferret, quo etiam ad oēs explendas uoluptates paratior, & inſtructior eſſet, eas itidem in uiis, & angiportis occulebat, in academia quoque iuxta colūnam quandā pecunia direpta, ab eo illic i uſus ſimiles recōdita. igitur cū forte ſuis cū ſodalibus cœnaſſet coronatus, & prio mane uſq; ad ſequētis diei occaſum in cœnādo tēpus triuiſſet, poſtea ebri⁹, & coronatus, ſcholā Xeno. irrupit, & legentē philoſophū ſedēs, attētis auribus cœpit audire. quod ubi uidit Xeno. omiſſa orōne quā cœperat, de pudicitia, & temperātia differere cœpit. uel ut alii dnt tunc forte illi ſermo erat de pudicitia, quē uiſo polæmone ardētius ꝓſecutus eſt. ex quo illud ſecutū eſſe dnt ut ipudēs adoleſcēs paulatim ſe colligeret diligenterq; ꝗlis eſſet cogitaret. & antequā ſchola egrederet, ſeipſum cōponeret. ex quo adeo imutatus ē, ut poſtea ſtudio, & iduſtria cæteros anteiret. ſic quoq; cūctos ſuparet in dies ꝓficiendo, ut tādē Xeno. in regēda ſchola ſuccederet. Perditę. Eo ꝙ ꝑdat, q eā ſequūtur, quaſi deteſtādæ. Illecebris, & infamia. Quæ ſeqbant ex luxuria, nā infamia tota nocte cōplectebatur. Nō po. oc. Significat ipſum ab oriēte ſole uſq; ad occidentē cōtinuaſſe cōuiuiū. Xenocratis. ſtoicus fuit ꝑſtantiſſimus, ut diximus in ca. de continentia, de quo apud Plu. cheroneſum legimus, cū eū forte uidiſſet Ageſilaus, diſputātē in gymnaſio, admodū ſenē, dr interrogaſſe, qs nā eſſet? Tūc qdā reſpōdit. Eſt unus ex his qui uirtutē quęrūt. Tū ille. Qñ uirtute ingt utetur, ſi eā nōdū inuenit? Reſipiſcere. Ad ſe redire. Brachiū in pal. Fuit iā cōcepti ſignum pudoris, exertū brachiū intra palliū reponere. Oris cō. Qualis eſſe ſolet cōuiuarū, q uultū exhilaratū uino habere cōſueuerūt. Exuit. Excuſſit, depoſuit. Ganeone. Cōtinens ꝓ cōtento, nā ganeo locus eſt, ubi lupæ .i. meretrices habitāt. q. d. ex infami lenone. Peregrina. Dīā oñdit, iter pegrinari, & habitare, peregrinat qui in alieno loco manet, habitat qui eſt in patria.

Xenocra tes philo ſophus

ASCENSIVS.

¶ PERDITÆ &c. Ordo eſt Polęmō (media breui)ens ſup. Athenis, adoleſcens luxuriæ pditæ .i. nihil ſecū boni habentis (nā ſunt q uitia ad aliqd utilitatis conuertūt, ut uinoſi ad mœſtitiā animi abiiciendā, mulieroſi, niſi penitus modū excedāt, ad euacuādā libidinē, aut ne rūpātur tētigine, cōtra quā tñ ſobrietas melius eſſet antidotū, aut ad multiplicationē prolis, auari ad rerū cumulū, & ſuorū ſæpe cōmoda, & ita de reliquis, de qbus Sene. li. vii. ep. Nullū ſine autoramēto malū, auaritia pecuniam promittit, luxuria uarias uoluptates, ambitio purpurā & plauſū, & ex hoc potētiā, & qcquid potentia poteſt, mercede te uitia ſollicitāt. hęc ille. Qñ igr uitia mercede carēt .i. nihil utilitatis ſe cūferre uident, ſed a penitus incōſiderato fiūt, tūc dñr pdita, qđ

DE THEMISTOCLE.

Piget Themiſtoclis adoleſcentiam attingere, ſiue patrem aſpiciam, abdicationis iniungentem notam, ſiue matrem ſuſpendio finire vitam propter filii turpitudinem coactam, cum omniū poſtea Graii ſanguinis virorum clariſſimus extiterit, mediumq; Europæ & Aſiæ vel ſpei vel deſperationis pignus fuerit: hæc enim ſalutis ſuæ patronum habuit, illa vadem victoriæ aſſumpſit.

DE CIMONE ATHENIENSI.

Cimonis vero incunabula opinione ſtultitiæ fuerunt referta: eiuſdē ſtultitiæ imperia ſalutaria Athenienſes ſenſerunt: itaq; coegit eos ſtuporis ſemetipſos damnare, qui eum ſtolidum crediderant.

pſixius expoſui, ut ſatisfaciā grāmaticis, qui dubitāt quomodo luxuria dicaſ pdita, cū magis pdat. pdit quidē. i. deſtruit ſubiectū ſuū, ſed tñ ſi ad nihil utilis eſt, ipſa quoq; perdita eſt, ut hoc loco uſi additur) neq; gaudēs tantū illecebris. i. irritamētis, & tetigine eius. ſ. luxuriæ, ſed ipſa infamia cum ſurrexiſſet e cōuiuio nō poſt occaſum ſolis, ſed poſt ortū, quia tota noctē in eo conſumpſerat, & rediens domū uidiſſet ianuā Xenocratis philoſophi patentē. i. apertā, intrauit ſcholā eius. ſ. Xenocra. refertā. i. plenā turba doctoꝝ hoium, (ergo turba etiā citra turbationē, multitudinē notat) grauis uino, delibutus. i. perfuſus unguētis, capite redimito. i. habēs caput redimitū ſertis, amictus ueſte perlucida. i. percuius me diū mēbra eius poſſent conſpici, nec cōtentus introitu tā deformi. i. inepto, & indecēti, qa ſic ornatus in lupanar, aut ganeā aptius ingreſſus fuiſſet, cōſedit. i. ſedē cepit etiā, ut eleuaret. i. diminueret in æſtimatione, aut deprimeret, & impediret clariſſimū eloquiū, & prudētiſſima præcepta. ſ. Xeno. laſciuiis. i. petulātiis, & temulētiæ. i. ebrietatis. Deinde indignatione omniū. ſ. auditorū orta, ut erat par. i. iuſtū, & æquum, Xeno. cōtinuit uultū in eodem habitu, & re, quā diſſerebat, omiſſa, cœpit loqui de modeſtia. i. moderato ſumptu faciēdo, & de temperātia contra libidinē. Cuius ſermonis grauitate Polemon coactus reſipiſcere. i. redire ad ſeniorē mentē, ſunt qui legāt reſpicere. ſ. uitā ſuā, aut mores ſuos, primo. i. p pricipio cōuerſionis ſuę proiecit coronā, quā multū potaturi, ut Bacchū immitterẽ, aſſumere ſolebāt, & ille nō depoſuerat, detractā capite. ſ ſuo, & reduxit paulopoſt brachiū intra palliū, qa in Græcia res acta eſt, ubi pallio utebanẽ, & depoſuit tēpore pcedente. i. ſucceſſiue, hilaritatē oris conuiualis. i. uultus, quē in conuiuio habuerat, & exuit ad ultimū. ſ. orationis Xeno. totā luxuriā, & ſanatus medicina ſaluberrima unius orationis, euaſit maximus philoſophus ex ganeone. i. meretricū conuictore, & lucrone. Animus huius. ſ. Polemonis eſt peregrinatus. i. tranſiuit in nequitia, non habitauit. i. non permanſit, nec contraxit habitum ſup. in ea.

THEOPHILVS.

¶ INFAMIA gaudens. nam rumor ille de ſe, luxuria diffluere, ei peregrinatus erat.

OLIVERIVS.

¶ PIGET The. Themiſtoclis mater filii turpitudinē nō tulit. Themi. Neoclis filius. huius uitia ineuntis adoleſcētię magnis fuerūt emēdata uirtutibus, adeo ut anteferaẽ, huic nemo, pauci pares putētur. ſed ab initio eſt ordiendū, p̄r eius Neocles genero ſus fuit. is uxorē Halicarnaſſiā ciuē duxit. ex qua natus Themi. q cū minus eſſet pbatus parētibus, ꝙ & liberius iuſto uiuebat, & rē familiarē negligebat, a p̄re exhæredatus eſt. q̄ re mr̄ percita nimio dolore, laqueo uitā finiuit, q̄ cōtumelia nō fregit eū, ſed erexit. nā cū iudicaſſet ſine ſumma induſtria nō poſſe eā infamiā extingui, totū ſe dedit reip. diligētius amicis, famęq; ſeruiens multū, in iudiciis priuatis uerſabaẽ, ſępe in cōcionē populi pdibat, nulla res maior ſine illo gerebaẽ, celeriterq; q̄ opus erat repe riebat. neq; minus i rebus gerēdis, q̄ excogitādis erat. & qđ prō ptus de inſtātibus (ut ait Thucidides) uerſſime iudicabat, & de futuris, callidiſſime coniſciebat. quo factū eſt, ut breui tpe illuſtraret. nā p patria res maximas, & clariſſimas geſſit, & i primus aduerſus Xerſen Perſarū regē, q cū terra, mariq; uniuerſæ Græciæ bellū iferret, cū tātis copiis eā iuaſit, quātas neq; antea, neq; poſtea habuit ųſquā, nō ſolū ſalus patrię. & totius Grecię, ſed etiā totius Europæ fuit. Mardoniū quoq; Xerxis iperatorē, q expugnato Olyntho i Bœotiā ſe cōtulerat, cōſilio Themi. conſtat a Græcis fuiſſe ſupatū. pari rōne mœnia urbis Athe. a Xerxe diruta, iuſtis Lacedæ huius prudētia fuiſſe reſtituta. Plu. tñ lōge aliter tradit, tā de mr̄e, q̄ de eius adoleſcētia. nā matrē eius, alios threiciā genere abrotanū nūcupatā, alios cariā, euterpē dictā, nōnullos etiā Halicarnaſſiā tradidiſſe ſcri. in eius uita. adoleſcentiam

Themiſtoclis mater laqueo ſe ſuſpendit

quoq; nō inter uitia, ſed inter uirtutes egiſſe. q̄ uero de repudiatione, & exhæredatione p̄ris, deq; uolūtario matris interitu dicta ſunt, cęteraq; ighominioſa, falſa, & ficta fuiſſe dicit. Abdicationis. Exhæredationis. Mediū pi. Cū exaſtrochizatus fuit a patria, hoc eſt i exiliū pulſus. Exaſtrocizatio eni ut ſupra diximus, erat quoddā exilii genus decēnale, nam in oſtraco, hoc eſt teſtula nomē eius ſcribebāt, quē exilii dānaſſent. Themi. ergo cū inuidia eouſq; laboraret, ut i exiliū mitteret, ſupplex cōfugit ad hoſtē Xerxē Perſarū regē, & ab eo ſpacium petiit unius anni, antequā cū eo loqueretur. hoc autē faciebat, ut Perſicā linguā diſceret. tranſacto uero anno, cōſilia cū rege cōmunicauit, q̄ illuc tēdebāt, ut regi ſpē potiūdę Grecię faceret. Mediū en. pi. uel ſpei. qñ fortiter p patria pugnauit. Vel deſperationis. qñ fugit ad hoſtē pugnaturus cōtra patriā. Patronū. Nā hic uniuerſam Græciā ex ipſis ppe manibus hoſtiū redemit: quotpe ad Salaminā cōtra Xerxē cū exercitu miſſus eſt. nam cū Xerxes Grǽciā cū inumeroſo, atq; icredibili exercitu inuaſiſſet, ut qui diceref totā ferme Aſiā duxiſſe in Europā q̄ iūgeret maria, ſterneret mōtes, flumina ſiccaret, Athe. cōſilio Themi. qui Apollinis oraculū interpretatus fuerat, nauibus, hoc eſt bello nauali pugnādū eſſe cū hoſte, uim ſuā oēm in claſſem cōiecerūt, eiq; Themi. pfecerūt q cū ad Salaminā occurriſſet Xerxi, illū bello nauali ſupauit, & i Aſiā cū paucis admodū refugere coegit, ut ſuperius mōſtratū eſt. Vadē uictō. Cū reg. ſpopōdit fore ut tota Græcia ſubigeretur, ſi ſuū uellet conſilium ſequi.

ASCENSIVS.

¶ PIGET ſup. me. i. tædio, aut miſeratione afficior, attingere adoleſcentiā Themi. ſ. Athe uiri poſtmodū clariſſimi ſiue aſpiciā patrē ſup. eius iniungentē. i. imprimentē filio, notā. i. infamiā abdicationis. i. excluſionis a cura, & bonis paternis in uitā, & poſt uitā p̄ris ſiue ſup. aſpiciā matrem ſup. eius coactā finire uitā ſuſpēdio ſui ppter turpitudinē filii. cū extiterit. i. euaſerit poſtea clariſſimus oium uiroꝝ ſanguinis graii. i. græcanici, & fuerit pignus. i. certificamētū (ut ita dicā) mediū. i. interpoſitū, aut mediās, Europę. i. regno, aut regni Græcorū & Aſię. i. regni Perſarū, uel ſpei. ſ. obtinēdi iperii etiā alieni, uel deſperationis. ſ. conſeruādi iperii ſui, qa tātiſper dū Athenis erat Græcis erat certā ſpes cōſeruandi iperii cōtra Perſas, & Perſis deſperatio eius potiūdi, & cōtra. dū i Aſia erat poſt exiliū, Perſis ſpes erat, & Græcis deſperatio, q̄ maior fuiſſet, niſi epoto ſanguine Taurino, ſibi ne patriæ obeſſet, uitā excluſiſſet. Enim p qa, hæc. ſ. Europa habuit eū. ſ. Themiſtoclē patronū. i. protectorē ſalutis ſuæ, illa. ſ. Aſia, aſſumpſit eū uadē. i. tanquam pignus, & certificatorē uictoriæ.

OLIVERIVS.

¶ CIMONIS uero. Cimonis incunabula opinione ſtultitiæ fuerūt referta, imperia uero ſalutaria q apud Strimonem Thracas fudit, oppidū amphipolim conſtituit, eoq; x. millia Athe. in Coloniā miſit. apud Micalē montē Cyproꝝ, & Phœnicū, ducētarū nauiū claſſem deuictā cepit. eodēq; die pari fortuna in terra uſus eſt, Scyro cōtumatiores dolopas expulit, tharſos opulētia ſua fretos primo aduentu fregit. & cū Xerxes bellū ex itegro aduerſus Athe. iſtituiſſet, uniuerſa Græcia hūc Cimonē ducē conſtituit iuuenē, cuius magnitudinē futurā pietatis opera pdiderūt. quippe patrē ob crimen peculatus in carcerē coniectū, ibiq; defunctū, trāſlatis in ſe uinculis ad ſepulturam redemit, ut diximus in ca. de ingratitu. uerum nec in bello iudiciū diligentium fefellit, ſiquidem non inferior uirtutibus patre Xerxem terreſtri, naualiq; prælio ſuperatū, trepidum ſe recipere in regnū coegit. Incunabula ętatis principia. Opinione ſtul. Quia omnes ſtultū opinabanẽ. Imperia ſal. qa ductu, & auſpiciis ſuis patriā nō ſolū defenderat, ſed etiā auxerat imperio. Stuporis dam. Damnabant ſe, & ſtupebant, ꝙ quē in adoleſcentia ſtultū crediderant, in maturiori ætate tāta prudentia præditū eſſe uiderent.

Aſcenſius.

Cimonis adoleſcētia hominum opinōe ſtulta

ASCENSIVS.

CIMONIS &c. Ordo eſt. Verū.i. ſed, incunabula.i. primordia uitę Cimonis, ciuis Athe. fuerunt referta opinione ſtultitiæ: & ſup. Athe. ſenſerūt imperia ſtultitiæ eiuſdem, quę nō erat habitus, ſed diſpoſitio quędā ad ſtultitiā ſalutaria .i. ad ſalutē reipu. facientia. Itaq;.i. & ita Cimō coegit eos damnare ſemetipſos ſtuporis .ſ. uitio correptos, qui crediderant eū ſtolidum.i. corrupto ſenſu.

DE ALCIBIADE.

Nanq; Alcibiadem quaſi duæ fortunæ partitæ ſunt, altera, quæ ei nobilitatem eximiam, abundantes diuitias, formam præſtantiſſimam, fauorem ciuium propenſum, ſumma imperia, præcipuas potentiæ vires, flagrantiſſimum ingenium aſſignaret. Altera quæ damnatinem, exilium, uenditionem bonorum, inopiam, odium patriæ, uiolentam mortem infligeret: nec aut hæc, aut illa vniuerſa, ſed uaria perplexa, freto, atq; æſtui ſimillima.

DE POLICRATE TIRANNO SAMIORAM.

Ad inuidiam vſq; Polycratis Samiorum tyranni abundantiſſimus bonis conſpicuus uitæ fulgor exceſſit: nec ſine cauſa: omnes enim conatus eius placido excipiebantur itinere: ſpes certū cupitæ rei fructum apprehendebat: vota nūcupabatur ſimul, & ſoluebantur: velle ac poſſe in ęquo poſitū erat: ſemel dūtaxat vultū mutauit, per quam breui triſtitiæ ſalebra ſuccuſſum: tunc cum admodum gratum ſibi annulū de induſtria in profundū, ne omnis incommodi expers eſſet, abiecit: quem tamē continuo recuperauit, capto piſce, qui eū deuorauerat. Sed hunc, cuius felicitas ſemper plenis velis proſperum curſum tenuit, Orontes Darii regis præfectus, in excelſiſſimo Micalenſis mōtis vertice cruci affixit: ex qua putres eius artus, & tabido cruore manantia membra, atq; illam læuam, cui Neptunus annulum piſcatoris manu reſtituerat, ſitu marcidam, Samos amara ſeruitute aliquandiu preſſa, liberis, ac lætis oculis aſpexit.

OLIVERIVS.

NANQVE Alcib. Alcibiades Clinię filius Athe. i hoc natura qd efficere poſſet uidetur experta, ut ait Prob. ſed fortuna nō minus, nihil excellētius, uel in uitiis, uel in uirtutibus, nihil mirabilius in uaria ſorte rerū bello pellopōeſiaco. huius conſilio Athe. bellū ſiculis, idixerūt, ad quod gerendū ipſe inter cęteros dux electus. & cum in ſpe eſſet bene adminiſtrandę prouincię, reus uiolatorū ſacrorū abſcēs efficitur, ꝙ uidelicet eius opera Hermæ Athenis deiectę eſſent, & domi ſuæ miniſteria fierēt. reuocatus ad cauſam dicēdā, primo Elidē, deinde Thebas uenit. ubi intellexit ſe capitis dānatū, & bona eius publicata eſſe, & Olympiadas ſacerdotes a po. coactos, ut ſe deuouerent, Lacedæmonē demigrauit. huius conſilio Lacedæ. cū Perſa rege amicitiā fecerūt. eiuſdēq; opera Ioniā a ſocietate Athe. auertūt. qbus rebus factū eſt, ut Lacedemonii, uim tantā ingenii metuentes, de īterficiēdo uiro ꝯſulerēt. ille ad Thiſaphernē ꝑfectum regis ſe cōtulit, cuius in amicitiā intimā breui ꝑuenit, cū Pyſandro pętore primū ꝑ colloquia de reditu mentionē fecit, deinde Thraſibulo ſanciēte ab exercitu recipitur, prætorq; fit apud Samiū poſt ſuffragente Theramene plebiſcito reſtituitur, pariq; abſens īperio ꝓficitur, ſimul cū Thraſibulo, & Theramene, qui Lacedæ. pauloante uictores pacē petere, coegerunt. redeuntes. magnis rebus geſtis a populo excipiuntur ingenti lętitia. ſed in Alcib. cōuertunť oēs, eū intuenť, laudant, admirātur bonis reſtitutis, reſacrari iubentur, pilęq; ille, in quibus deuotio inſcripta fuerat, in mare præcipitantur. ſed hæc Alcib. lætitia minus diuturna fuit, nā cū Thraſibulo, & Adimanto, quos collegas ſortitus erat, claſſe in Aſiā profectus, ꝙ apud Cymen minus ex ſententia rem geſſerat, in inuidiā recidit. abſenti ergo magiſtratus abrogať. ille Patarę caſtellis tribus munitis Thraciā introiuit, & tāꝓda, q̃ amicitiis regū magnus apud eos factus, Philodi prætori Athe. pollicetur, ſe ſi uellet coacturū Lyſandrū dimicare, qui bellū conſulto trahebat. Philodes glorię ſuę potius, q̃ ſaluti patriæ conſulens, poſtulata facere noluit. Diſcedens igitur Alcib. monuit, ut iniuxta hoſtē caſtra nautica haberet, ne immodeſtia militū, Lyſandro pugnādi occaſio daretur, quod ille negligens paulopoſt exercitū amiſit. uictis Athę. Alcib. ſe ſupra propontidē penitus abdidit in Thraciā. Thraces inſidiis factis illum quidē capere nō potuerūt, ea uero, quæ apportauerat, abſtulerut. ille ad Pharnabazum in Aſiam tranſit, q ei primū dedit in Phrygia caſtrū, ex quo. l. talēta uectigalis capiebat qui non patiens uictas Athenas ſeruire, cum amicitiā regis appeteret, gratiam cū illo ſe initurū uidebat, ſi apperuiſſet Cyrum fratrē, ei bellū parare Lacedæ iuuantibus. quod cū facere molirentur, Critias, cæteriq; Athe. tyrāni Lyſandro miſerunt, ſi ſuas res Athenis conſtitutas manere uellet, Alcibiadē tolleret, ꝙ etiam factum eſt, ut diximus in ca. de ſom. fuit autem Alcibiades teſte Probo, omnis ætatis ſuę multo formoſiſſimus, ad omnes res aptus, conſilis plenus, terra mariq; ſummus imperator, cuius tanta erat oris, atq; orationis commendatio, ut nemo ei dicendo poſſet reſiſtere. diues, cū tempus poſceret, laborioſus, patiēs, liberalis ſplendidus non minus in uita, q̃ in uictu, affabilis, blādus, tēporibus calidiſſime ſeruiēs. idē ſimulatq; ſe remittebat, ita luxurioſus, diſſolutus, libidinoſus, intēperās reperiebatur, ut oēs admirātur in uno homine tantā eſſe diſſimilitudinē, atq; diuerſam naturā. hic cū Athenis clariſſima ciuitate natus eſſet, oēs ſplēdore, ac dignitate uitę ſuperaſſe certū eſt. poſtquā īde pulſus Thebas uenit, adeo ſtudiis eorū inſeruiſſe dicunt, ut nemo eum labore, corporiſq; uiribus equipereť. omnes enim Bœotii magis firmitati corpis q̃ igenii acumini deſeruiunt. eūdē apud Lacedæ quorū moribus ſumma uirtus i patientia ponebatur, ut Cice. in Thuſ. oſtēdit. ſic duritiæ ſe dediſſe ferunt, ut parſimonia uictus, atq; cultus oēs Lacedæ. uinceret. fuiſſe apud Thracas hoies uinolētos, rebuſq; uenereis deditos, hos quoq;, cum apud illos eſſet, in his rebus anteceſiſſe affirmāt. ueniſſe deide ad Perſas, apud quos ſumma laus eēt, fortiter uenari luxurioſe uiuere, hoꝝ ſic imitatū cōſuetudine dicūt, ut illi ipſi eū in his maxime admirarenť, qbus effeciſſe, ut apud quoſcunq; eſſet, princeps habereť. q̃ cū ita ſint, ut ſplendore, & dignitate ciues ſuos, labore & uiribus corporis Thebanos, duritia ꝑſimoniaq; uiros Lacedæmonas, uinolentia Thracas, uenatu Perſas, luxurioſa uita populum utrūq; ſuperauit, nō facile diſcerni poteſt, maiori ne laude dignus, an reprehenſione fuerit. quantū eni admirādus eſt, ꝙ null. bono uirtute poſterior fuerit, tantum etiā deteſtādus, ꝙ improbis oibus malitia ſupior euaſerit. Nec aut hæc, aut il. uu. Nō ingi aut ſcdas, aut aduerſas rēs uno tpe, ſed diuerſis habuit. ut. n. mare, mō fluctibus agitať, hoc eſt tēpeſtate moueť, mō trāquillitate fruiť, ſic Alcibiades nūc ſecūdas, nūc aduerſas res expertus eſt.

Alcibiadis uita diſſimilis

ASCENSIVS.

NANQVE (particula eſt, qua i initio noui exēpli frequens utitur autor, q̃ſi duæ fortunę ꝑtitę ſunt.i. diuiſerunt ſibi Alcibiadē uirū illū Athe. Altera.ſ. fortuna, q̃ aſſignaret ei.ſ. Alcib. nobilitatē eximiā, diuitias abūdantes, formam præſtantiſſimam, fauorē ciuiū propenſum.i. multū inclinatū i ipſum, imperia ſūma, uires potētię ꝓcipuas, ingeniū flagrantiſſimū.i. ardentiſſimum. Altera.i. reliqua fortuna, q̃ infligeret.ſ. Alcibiadi, dānationem, exiliū, uenditionē bonorū, inopiā, odiū patrię.ſ. in eū, mortem uiolentā Nec hęc.ſ. aduerſa, aut illa.ſ. proſpera ſup. fuit, uniuerſa.i. una i omnibus, ſed ſup. fuit uaria, & ſup. ꝑplexa.i. quod dicit itricata ſimillima freto.i. feruori, atq; ęſtui.ſ. maris, nūc affluentis, & nūc refluētis. poteſt etia ꝑplexa cēſeri participiū, ut ſit, nec hæc, nec illa.i. neq; aduerſa, neq; ꝓſpera fortuna perplexa ſup. eſt.i. ad finē uſq; complexa. ſed perplexa eſt uaria exiſ, aut exiſtētia ſimillima freto, & ęſtui.

OLIVERIVS.

AD inui. hic Polycra. Samius tyran. fuit de quo Cice. lib. de fini. bon. & ma. Plin. etiam. & diuerſi Græci ſcriptores meminerunt, hic adeo fortunam habuit obſequioſam, ut omnia optata

Polycrates in oſ uita fortunatus.

conſequeret, & quicqd aggrederet, efficeret. fœdus forte feces rat cū Xāthippo, uel ut Herodotus tradit cū Amaſi Ægyptiorū rēge, qui cum audiſſet, nihil unquā ſibi aduerſi cōtigiſſe, ad mo derandā fortunæ inuidiā, Xantippi regis, ſiue Amaſis hortatu, annulū, quē chariſſimū habebat in maris profundū iecit, quem paulopoſt inopinate recuperauit, nam a piſcatoribus piſcis, qui annulum deuorauerat, paucis poſt diebus captus eſt, & tyranno donatus, in cuius uētre cō pertus annulus, illi ueluti a Neptuno reſtitutus traditur, q ſane annulus, teſte Pli. li. xxxvii. de natu. hiſto. Romam elatus, dono Au. in tēplo concordiæ cū aureis coronis eſt appēſus. ſed hic Polycrates cū aduerſus Darium Perſarū Regē exercitū duceret, ab Oronte illius præfecto acie fuſus, uel ut alii dicunt, per fraudē itercepius eſt. nā ad fœdus amicitiāq; iungēdam inuitatus, nihil doli aut inſidiarū ineſſe ſuſpicans, nec filiæ ſomnio deterritus, quæ nocte uiderat illum ſublatū, roreq; madentē, in die uero ſudantem, cū ad Orontem ueniſſet, captus in ſummo Micalenſis montis uertice ſuſpendi, & cruci affigi iuſſus eſt, ac relictus auibus dilacerandus, ut qui ubiq; feliciſſime in terra oixerat, aere miſerrime expiraret. de quo Strab. lib. xiiii. ſed Polycrates, & Siloſon fratres eo tēpore uixerūt, quorum alter, & fortuna, & opibus clarus fuit adeo, ut etiā mari dominaretur: maximum felicitatis argumentū ducunt, q annulo de induſtria in pelagus proiecto, gēma, & ſculptura precioſo, paulopoſt piſcator quidā piſcem eduxit qui eū deuorauerat, quo cæſo annulus inuentus eſt. quod cū Ægyptiorū rex intellexiſſet diuinitus locutū ferūt, q qui eius proſperitatis uteretur uita, clauderet fine non fortunato. quod & ita eſt factū. nam Perſarū Satrapę dolo captus, ſuſpenſuſq; eſt. huius autem annuli gemmam, ſardonicem fuiſſe dicit Plin. præfato lib. cuius gemmæ iactu ſe ab inuidia fortunæ redimi poſſe putabat, ſi hoc unū doluiſſet.

Placido itinere. Secundo curſu, & fortunæ ſucceſſu. Velle & poſſe in ęquo. ac ſi diceret, nō minus poterat, q̄ uolebat. Salebra. Aſperitate. Nā ſalebroſus locus aſperior, ſicut fragroſus aſperitate plenus. Plenis uelis. tranſlatio ſumpta a nauigantibus. Tabido. Marceſcente, hoc eſt marcido.

ASCENSIVS.

☞ AD inuidiam uſq; &c. Ordo eſt. Fulgor uitæ Polycratis tyranni Samiorum exceſſit conſpicuus, id eſt clarus bonis abundantiſſimis uſq; ad inuidiam, cū tantū alta petat liuor. Nec ſine cauſa ſup. inuidiam meruit, Enim pro qa, omnes conatus eius excipiebantur itinere placido. i. perueniebant ad proſperū euentum, aut effectum, ſpes ſupple eius, apprehendebat, certum fructum. i. utilitatē, aut utilem aſſecutionem rei cupitę. ſ. ab eo. uota ſupple eius, nuncupantur, id eſt nominatim, & expreſſa uoce diis fiebant, & ſoluebantur. ſ. ab eo ſimul, quia pro quibus uotū faciebat, ſtatim aſſequebatur, & ita uoti reus, ſtatim uota ſoluebat, uelle ac poſſe erat poſitum in æquo. i. æquali diſcrimine, fortuna ſup. mutauit duntaxat ſemel uultū ſup. ſuum, aut tyranni ſucceſſum ſalebra. i. aſperitate triſtitiæ breuis. i. non diu durātis, tunc. ſ. mutauit uultum cum ipſe Polycrates abiecit in profundū. ſ. maris de induſtria, id eſt data opera, annulū gratū ſibi admodum. i. ualde ne eſſet expers omnis incōmodi, quem. ſ. annulum, tamen. i. nihilo minus ipſe recuperauit continuo. i. illico poſt, piſce, qui deuorauerat eum. ſ. annulum, capto. ſed Orōtes præfectus Darii regis affixit cruci in excelſiſſimo uertice Micalenſis montis, hunc. ſ. Polycratem, cuius felicitas tenuit ſemper proſperū curſum, plenis uelis, id eſt maximo progreſſu, ut nauis proſpero uento, ueliſq; adiuta, ex qua ſcilicet cruce, Samos, ſcilicet inſula, id eſt populus eius, preſſa aliquā diu amara ſeruitute. ſ. Polycratis, aſpexit oculis liberis, ac lætis, artus eius putres, & mēbra manātia cruore tabido corrupta ſole, iuxta inſomniū filiæ eius, atq; aſpexit illam leuam. ſ. manū, in qua annuli geſtantur, cui. ſ. leuæ manui Neptunus. i. Deus maris, aut mare ipſum reſtituerat manu, id eſt per manum piſcatoris, qui piſcem ad tyrannum attulerat, marcidam, id eſt corruptam, & marceſcentem ſitu, id eſt immunda lanugine, & ſqualore ex imbre & puluere contracto.

DE DIONYSIO TYRANNO.

Dionyſius autem cum hæreditatis nomine a patre Syracuſanorum, ac pene totius Siciliæ tyrannidem accepiſſet, maximarum opum dominus, exercituum dux, rector claſſium, equitatu potens: propter inopiam, literas puerulos Corinthi docuit: eodemq; tempore, tanta mutatione maiores natu, nequis nimis fortunæ crederet, magiſter ludi factus ex tyranno, monuit.

OLIVERIVS.

☞ DIONISIVS &c. Hic filius fuit Dionyſii tyranni, qui pro ridiculo habuit Deos contemnere, & ſacrilegia cōmittere, ut in cap. de neg. relig. diximus. cum ergo flagitiis plenus eſſet, & crudelitate pluſquā credi poſſit, Syracuſani conſpiratione facta eū a ciuitate eiicere tētarūt. qui primo dubitarunt, an ſponte cederet, tandem creſcēte tumultu inter ciues conuenit, ut legati mitterētur, qui ſecū agerent, ut ſponte ciuitatem tyrannide liberaret, quos ille ſtatim ī carcerem coniici iuſſit. quo facto irati Syracuſani in eum facto impetu urbe expulerunt, q regio apparatu locros confugit, locrenſium arcem occupat, ſolitāq; ſibi ſæuitiā exercet, cōiuges principū ad ſtuprū rapit, aliaq; fœda cōmitit. cum rhegīnorū tyranni Leofronis bello præmerentur Locrenſes, uouerunt, ſi uictores forent, ut die feſto Veneris uirgines ſuas proſtituerent. quo uoto intermiſſo, cum aduerſa bella cū Lucanis gererent, in concionē eos Dionyſi. uocat, hortatur, uxores, filiaſq; ſuas in templum Veneris q̄ poſſint ornatiſſimas mittant, ex quibus centum ſorte ductæ uoto publico fungantur, religioniſq; gratia uno ſtent in lupanari menſe. omnibus ante iuratis, ne qs ullā contaminet. quæ res, ne uirginibus uoto ciuitate ſoluentibus fraudi eſſet, decretū facerent, ne qua uirgo nuberet, priuſquā illę maritis traderentur. probato cōſilio, quo ſuperſtitionis. & pudicitiæ uirginum cōſulebatur, certatim omnes fœminæ impenſius exornatæ in templum Veneris cōueniunt, quas omnes immiſſis militibus Dionyſi. ſpoliat, ornamentaq; matronarum in prædā ſuā uertit, quarūdam uiros ditiores interfecit, quaſdā ad prodēdas uirorū pecunias torquet. cō his artibus per annos ſex regnaſſet, conſpiratione locrorū ciuitate pulſus, in Siciliam redit. ibi Syracuſas ſecutis omnibus, poſt longam intercapedinem pacis, per conditionem recepit. qui cum ab ingenio ſuo diſcedere non poſſet, cū grauior, crudeliorq; ciuiati eſſet in dies, iterata cōſpiratione pellitur, qui demū Corinthū ſe recepit, ibiq; teſte Cice. lib. iii. Tuſcul. quæſtionū aperto ludo pueros docuit, ſicq; imperio carere non potuit dequo Ouid. lib. iii. de Ponto, Ille Syracuſa modo formidatus in urbe, Vix humili durā repulit arte famē. Cice. quoq; ad Papyrium pætum Dionyſi. inquit, Tyrannus cum Syracuſis expulſus eſſet, Corinthi dicitur ludum aperuiſſe, Iuſti. tamen dicit. quod hic Corinthi humillima quæq; tutiſſima exiſtimans, in ſordidiſſimum uitæ genus deſcendit, non contentus in publico uagari, ſed priuatē. nec conſpici in popinis, lupanaribuſq;, ſed totis diebus cum perditiſſimis quoq; de minimis rebus diſceptare, pannoſuſq;, & ſqualidus incedere, riſum libētius præbere, q̄ captare, in macello perſtare, quæ emere non poterat, oculis deuorare, nouiſſime ſe ludi magiſtrum profeſſus pueros in triuio docebat, ut aut a timentibus ſemper in publico uideretur, aut non a timentibus facilius contemneretur. Hæc quanquam in capite de neglecta religione dicta ſint, tamen quia ad eius fortunæ mutationem maxime pertinere uidebantur, eadem repetere non uiſum eſt incongruū neq; ſuperfluum. Tanta mutatione. Solon unus e ſeptem, nō ſunt diuitiis permutandæ uirtutes, ſtabiles enim ſunt, res autem hominum modo hic, modo ille poſſidet.

Dionyſius, & crudelitas

Locrēſes

ASCENSIVS.

☞ DIONYSIVS autē cum accepiſſet a patre, nomine. i. ſub titulo hæreditatis, Tyrannidem. i. denominationē Syracuſa. ac ipſe totius Siciliæ exiſtens dominus opū maximarū. dux exercituum, rector Claſſium, potens equitatu, id eſt habens in poteſtate equitatum magnum docuit, ſcilicet tandem exactus, Corinthi puerulos literas, quia factus eſt ludi magiſter, propter inopiam, ad quam redactus erat, & ipſe factus ludi magiſter, ex tyranno, id eſt rege monuit tanta mutatione, ſcilicet ſui maiores natu, id eſt ſeniores, eodem tempore, ſcilicet quo puerulos literas docuit, ne quis crederet nimis fortunę.

Oliuerius

DE SYPHACE REGE.

Sequitur hunc Siphax Rex, conſimilem fortunæ iniquitatem expertus, quem amicum hinc Roma per Scipionem, illinc Carthago per Haſdrubalem vltro petitum ad penates deos eius venerat. Cæterum eo claritatis euectus, vt validiſſimorum populorum non tantum arbiter, ſed & victor victoriæ exiſteret: parui temporis interiecta mora, catenatus a Lælio legato ad Scipionē imperatorem pertractus eſt: cuiuſq; dexteram regio inſidens ſolio arroganti manu attigerat, eius genibus ſupplex procubuit. Caduca nimirum & fragilia, puerilibuſq; conſentanea crepundiis ſunt iſta: quæ vires, atq; opes humanæ vocantur. Affluunt ſubito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt: ſed incertiſſimo flatu fortunæ, huc atq; illuc acta, quos in ſublime extulerunt, improuiſo recurſu deſtitutos in profundo cladium miſerabiliter immergunt, itaq; neq; debent exiſtimari, neq; dici bona, quæ inflictorum malorum amaritudinem, deſiderio ſui duplicant.

OLIVERIVS.

¶ SEQVITVR &c. Scipio cum agitaret animo Carthaginem inuadere cum exercitu, intelligebat ad uictoriam in Syphace Numidarū rege plurimū momenti eſſe repoſitum. Itaq; optimū ratus, hunc regem amicū facere Po. Ro. cum aliter non poſſet, magno etiam periculo rem aggreſſus eſt relictis enim caſtris, ipſe cum Lælio duabus quinqueremibus per hoſtilia loca ad regē profectus eſt. forte ita accidit, ut eo ipſo tēpe Haſdrubal a Scipiōe paulo ante pulſus Hiſpania, ſeptē triremibus ad eundem regem ſuum faceret curſum, & eadē hora uterq; imperator portum ingreditur, cū magno tamen Scipionis diſcrimine, nam parum abfuit, quin interciperetur ab hoſtibus. ſed quia prius q̄ Pœni anchoras molirentur, Ro. ſecundo uento portū tenuerunt, nō ſunt auſi hoſtes in regio portu tumultus aut pugnę quicquā ciere. ad regem igitur omnes profecti ſunt magnificū id Syphaci, nec erat aliter, uiſum, duorū potentiſſimorum in terris populorum duces, uno die ſuā pacē, amicitiamq; petentes ad ſe ueniſſe. & quoniam fors eos ſub uno tecto eſſe: atq; ad eoſdē penates uoluiſſet, cōtrahere eos ad colloquiū dirimendarū ſimultatū cauſa eſt conatus, Scipione abnuente, nam priuatum ſibi cum Pœno odiū nō eſſe, quod colloquendo finire. de rep. uero nihil cum hoſte, iniuſſu ſenatu, agere poſſe. illud magnopere tentante rege, ne alter hoſpitum excluſus menſa uideretur, ad eaſdem epulas uenire cum Haſdrubale Scipio non recuſauit, cœnatumq; ſimul apud regem eſt, eodem lecto Scipio, atq; Haſdrubal, quia ita cordi erat accubuerunt. tunc Scipio regem eloquentia ſua traxit in amicitiam Po. Ro. ſed paulopoſt ſolicitatus a Carthaginienſibus per nuptiarum occaſionem formoſiſſimæ fœminæ Haſdrubalis filię defecit a Romanis, & Carthaginienſium arma ſecutus breui tempore a Lælio, & Maſiniſſa captus ad Scipionem catenatus ductus eſt, quem Scipio deuictis Carthaginienſibus poſtea duxit in triumphum. unde Iuue. in ſat. Credo pudicitiam dicit. Tolle tuum precor Hannibalem, uictumq; Syphacem, in caſtris, & cum tota Carthagine migra. Caduca nimium. Hic Vale. diſputat de inanitate rerum humanarū, quas fluxas, & labiles dicit, nec uere noſtras appellari poſſe, quæ nobis auferri poſſunt, nam ſub fortunæ poteſtate poſitæ ſunt ſola uero animi bona noſtra ſunt, quæ nobis nec eripi, nec ſubripi poſſunt, neq; naufragio, nec incendio amitti, nec uim tempeſtatum, nec temporum perturbatione mutari, quibus qui præditi ſunt, ſoli ſunt diuites, ſoli enim poſſident res fructuoſas, & ſempiternas. Puerilibus conſentanea crepundiis. Sunt ludibria quędam, quæ pueris dono dari ſolent tunc, cum nutriuntur ab alumnis. omnia enim nutrimenta, & munuſcula, quæ dantur pueris, blandimenti, & ludi cauſa dantur, quibus humanę opes cōparantur, quæ hominibus tanquam ad ludum dari uidentur. Crepidis. Crepidas dicit calceos pueriles, pictos, & ornatos, nam ſpecioſi ſunt, ſed paulopoſt euaneſcunt. Incertiſſimo flatu. Ac ſi diceret. uentis ſimilia. duplici ratione bona noſtra dici non debent, quia ſi bona noſtra eſſent, perpetua, & ſtabilia eſſent, nec ulla ratione nobis eripi poſſent, nam quod noſtrū eſt, auferre nemo poteſt. præterea ſi bona eſſent, nunquā nocerent, nocent autem, non igitur bona. quod autem noceat manifeſtum eſt, nam multos legimus, & uidimus propter diuitias, & imperia crudeliter fuiſſe caſos.

ASCENSIVS.

¶ SEQVITVR &c. Syphax Rex. ſ. Numidarum, expertus conſimilem iniquitatem. i. inęqualitatem fortunæ (nō enim diceret fortunam iniquā, quæ aut tyrannum expulit, aut hoſtem Po. Ro. ſubiugandū dedit, alioqui Po. Ro. iniuſtitiæ argueret, ut qui ipſum cepit, & in carcere mori coegit. Sed iniquū dicitur, quod nō eſt ęquū. ęquū autem dicitur duplici de cauſa, aut qa planū eſt, hoc eſt æq; demiſſū, & æq; elatum, ut mare non tumēs, & campus planus, unde utrūq; æquor dicitur, & ideo æqua quaſi aqua, ablato edicta eſt. Altero modo dicitur æquū reſpectu iuſtitiæ diſtributiuæ, quod æquas. i. æq; magnas, ac debet, partes facit. & per cōtra q̄d dicit̄ iniquū, quod ſic nō eſt ęquū, aut q̄d eſt nimis anguſtū, ut ſpaciis excluſus iniqs &c.) ſequitur hunc. i. huius. ſ. iam dicti caſum. Quem. ſ. Syphacem Ro. uenerat ad deos penates. i. uſq; intima aulę. eius, petitum amicū. i. ut uelit eſſe amicus Po. Ro. hinc. i. ex una parte p̄ Scipionē. & Carthago uenerat petitū ultro amicū. ſ. ſibi, illinc. i. ex altera parte per Haſdrubalē. ſ. ducem ſuū ad Deos penates, quia ono tēpore duæ legationes dictæ in aula eius erāt. Cæterū. i. ſed ipſe euectus eo claritatis. i. ad eam uſq; claritatē, ut exiſteret non tantum arbiter ualidiſſimorum populorū. ſ. Roma. & Cartha. ſed. i. etiā uictor, qa ea pars cui ſuppetias tulit, uictrix ſaltem ad tempus erat. parua mora temporis interiecta, pertractus eſt catenatus a Læli. legato ad Scipionem imperatorem, & procubuit ſupplex genibus. i. ad genua eius. ſ. Scipionis, cuius dexteram (Cuius enim in duę ſunt particulę) ipſe inſidens ſolio regio, attigerat manu arroganti. Ex quibus cōcludit autor prudenter dicens. Iſta quæ uocantur, uires, atq; opes humanæ, ſunt caduca nimium, & frigida, & cōſentanea. i. conſona crepundiis. i. crepitaculis in collo puerorum ſuſpendi ſolitis, quæ bullæ ſimillima nihil præter uentum, & quendam crepitū facientia includūt, pueris tamen iocundiſſima. Oliuc. legit crepidis. i. calceamentis pulchris, quibus infantes delectantur prius quā uti norint, ſed quia crepidę philoſophorum potius, ac ſenum ſunt calceamenta, malim crepundia legere. Affluunt, id eſt affluenter ueniunt ſubito, & dilabuntur repente, id eſt rapide, & nullo. i. nō ullo, & ipſa non nixa. i. ſtabilita, aut firmata ullis radicibus ſtabilibus, & ſup. in nulla perſona conſiſtunt. hoc eſt neq; nixa ſunt neq; conſiſtunt, agit enim negatio in utrunq; ſequēs, ſed acta. i. impulſa incertiſſimo, quia īcōſtantiſſi. flatu. i. afflatu, & fauore fortunę, huc atq; illuc. i. modo ad hunc modo ad illum poſſeſſorem, immergunt miſerabiliter in profundo cladiū. i. calamitatum deſtitutos improuiſo recurſu. i. reflatu, & retractione fauoris. (Eſt autem metaphora a flatu uentorum ad nauem in mari) ſup. eos quos extulerant. ſ. prius in ſublime. i. in altum ſtatum proſperitatis. Itaq; . i. & ita ipſa. ſ. fortunæ bona dicta, neq; debent exiſtimari, neq; dici bona, quæ deſyderio ſui, ſcilicet cum aufugerint, duplicant amaritudinem malorum inflictorum.

THEOPHILVS.

¶ CREPVNDIIS. Ita qui uetuſti ſunt cod. habent, eaq; proprię infantium ludicra ornamenta.

Explicit Liber Sextus.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

Vt inconſtantis, aduerſæq; fortunæ in ſuperiore libro non pauca retulit exempla. Ita hac præfatiuncula proſperæ per quam pauca narrari poſſe affirmat. Quo liquet fortunam in infligendis quidem malis munificam, in dandis uero bonis perparcam eſſe, atq; tenacem. Quæ ſiquando innatæ oblita fuerit naturæ, atq; malignitatis, plurimis, maximis, & perpetuis ſuos fouet bonis.

VALERII MAXIMI LIBER SEPTIMVS

DE FELICITATE.

CAPVT I.

VOLVBILIS fortunæ complura exempla retulimus: conſtantis & propitię admodū pauca narrari poſſunt: quo patet, eā aduerſas res cupido animo infligere, ſecūdas parco tribuere: eadem ubi malignitatis obliuiſci ſibi imperauit, non ſolum plurima, ac maxima, ſed etiam perpetua bona congerit.

DE Q. METELLO.

Videamus ergo quot gradibus beneficiorum Q. Metellum a primo originis die, ad vltimum vſq; fati tempus nunquam ceſſante indulgentia, ad ſummum beatæ vitæ cumulū perduxerit: Naſci enim in vrbe terrarum principe voluit: parentes ei nobiliſſimos dedit: adiecit animi rariſſimas dotes, & corporis vires, vt ſufficere laboribus poſſet: vxorem pudicitia, & fœcunditate conſpicuam conciliauit. Conſulatus decus, imperatoriā poteſtatem, ſpecioſiſſimi triumphi prætextam largita eſt: fecit, vt eodem tempore tres filios conſulares, unum etiam cenſorium, duos triumphales, & quartum prætorium videret: vt tres filias nuptum daret, earumq; ſobolem ſinu ſuo exciperet: tot partus, tot incunabula, tot viriles togæ; tam multę nuptiales faces, honorum, imperiorum, omnis denique gratulationis ſumma abundantia, cum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla cauſa triſtitiæ. Cælum contemplare: vix tamen ibi talem ſtatum reperies: quoniam quidem luctus, & dolores, deorum quoq; pectoribus a maximis vatibus aſſignari videmus; hunc autem vitæ actum eius conſentaneus finis excepit: nam Q. Metellum vltimæ ſenectutis ſpatio defunctum, leniq; genere mortis inter oſcula, complexuſq; chariſſimorum pignorum extinctum, filii & generi humeris ſuis per vrbem latum rogo impoſuerunt.

OLIVERIVS.

VOLVBILIS fortunę. Hic ſeptimus liber eſt, in cuius principio utitur tranſitione. Multa inquit exēpla mutatæ fortunæ protulimus. Nunc uero ſtabilis, atq; ꝓpitiæ pauca admodum dici poſſunt. ex quo facile apparet, ꝙ prodiga ſit in pręſtādis aduerſis, quāq; tenax, & auara in proſperis erogandis. attamē illa ſuæ nōnunquā oblita nequitiæ, nō modo multa, & magna, ſed etiam ſtabilia quibuſdam hominibus bona largitur, ſed id facit admodū paucis, & ita duo tantū narrat exēpla unū domeſticū, & alterū externū. Sibi imperauit. Seipſam uicit, & coegit.

ASCENSIVS.

VOLVBILIS. Optimo pede, qa ex cōſimili fere argumēto, trāſit in principio huius. vii. lib. ad caput ſeu titulū de feli. de qua ſic præfatur. Nos retulimus. i. recitauimus & narrauimus cōplura. i. multa exempla fortunæ uolubilis. i. inſtabilis, ſed ſup. pauca admodum. i. ualde ſup. exempla fortunæ propitiæ. i. fauentis, & miſericorditer agentis, cōſtanter. i. ſine intermiſſione aduerſorum, poſſunt narrari. ſ. uere, quia pauciſſima ſunt. Quo. i. per quā diuerſitatem patet eam. ſ. fortunam infligere. ſ. hominibus res aduerſas, animo cupido. i. affectanti nocere, & tribuere ſup. res, ſecundas. i. proſperas, & lætas ſup. animo parco. i. tenaci. Eadem. ſ. fortuna, ubi, id eſt poſtquam, aut in quo homine imperauit ſibi. i. firmiter conſtituit, obliuiſci malignitatis. ſ. ſibi innatæ, congerit. ſ. in eos, in quos uult, non ſolum plurima, ac maxima bona, ſed etiā perpetua. i. non interrupta.

OLIVERIVS.

Metellus ad mortē uſq; felix

VIDEAMVS ergo quot gradibus beneficio. Q. Metellū. Pli. lib. vii. natu. hiſto. cōtra Valerii ſententiā, non ſolidam, neq; perfectā fuiſſe huius hominis felicitatē dicit, ſed omnino aliquo mœrore contaminatā. Nam huius quoq; Q. Metelli inqt, qui illa de patre dixerat filius, īter rara felicitatis humanæ exēpla numeratur. nam ꝑter honores ampliſſimos, cognomenq; Macedoniæ, a quatuor filiis illatus eſt rogo, uno prætore, tribus conſularibus, duobus triūphalibus, uno cenſorio, ꝙ ſingula quoq; paucis cōtigere. in ipſo tamē flore dignitatis ſuę, ab Catino Labeone, cui cognomē fuit Macerioni tribuno pleb. quem e ſenatu cenſor eiecerat, reuertens e campo meridiano tēpore, uacuo foro, & Capitolio, ad Tarpeium raptus, ut præcipitaretur cōuolāte quidē tam numeroſa illa cohorte, quæ patrē eū appellabat, ſed ut neceſſe erat, in ſubito tarda, & tāquā in exequias, dū reſiſtēdi, ſacroq; ſanctū repellendi ius non eſſet, uirtutis ſuæ opera, & cenſura periturus, ægre tribuno, q interce deret recepto a limine ipſo mortis reuocatus alieno beneficio poſtea uixit. bonis inde etiā cōſecratis a dominatu ſuo, tāquā parū eſſet fauciū certe intortarū, expreſſiq; per aures ſanguinis pœnam exactā eſſe, ꝙ omnino profecto magna ſunt infelicitatis argumēta. Addit ꝓterea ad hæc mala, Scipiōis Æmiliani inimicitiā, quæ nō parua illi potuit infelicitas eſſe, ꝙ ſceleratā Catini audaciam ſemper fecerit inultam. falſum igr̄ eſt ꝙ dicit Vale. a primo originis die ultimum uſq; fati tempus, nunquam ceſſante indulgētia, ad ſummū beatæ uitæ cumulū perduxerit. fuit autem hic Metellus quia deuicta Macedonia dictus eſt Macedonicus, cuius patrē fortunā magis indulgentem, & propitiā ſenſiſſe dicit Plin. eodem libro, niſi ꝙ orbam luminibus exegerit ſenectam amiſſis incendio, cum Palladiū raperet ex æde Veſtæ, memorabili cauſa, ſed euentu miſero, quo fit ut infelix quidē dici non debeat. nā illi dicit decem res maximas, optimas obtigiſſe, in quibus quærendis ſapientes ætatē exigerent, fuiſſe primarium bellatorem, optimum oratorem, fortiſſimum Imperatorem, eius auſpicio maximas res geſtas maximo honore, uſum ſumma ſapientia, ſummum ſenatorem habitū fuiſſe, pecuniā magnam bono modo inueniſſe, multos liberos reliquiſſe, & clariſſimū in ciuitate fuiſſe, ea denique contigiſſe, quæ nulli alii poſt cōditam Romam. Nam & Po. Ro. ei tribuit, ꝙ nulli alii a condito æuo, ut quoties in ſenatū iret, curru ueheretur ad curiam. feliciori igitur filio, niſi cæcitas obſtaret. Naſci in urbe terrarum principe. Quod non eſt paruæ felicitatis argumētum, quod Seriphius obiecit Themiſtocli clarū. ſ. eſſe propter patriā. Clariſſimas dotes. Quia ingenio plurimū ualebat, multis, & maximis uirtutibus ꝓditus erat. Vxorē. Cæciliā. Cōſulatus decus. cōſtat eū ſumma modeſtia, & gloria geſſiſſe cōſulatū. Imperatoriā po. Quo tēpore factus iperator aduerſus pſeudo

Metellus in liberorum cōplexibus expirauit

pſeudo Philippum. Tres filios. Quinq; filios habuiſſe dicit Vale. at Plin. tantummodo quatuor. quorum tres conſulares, alium triumphantem uidit, quem intelligimus fuiſſe Metellum pium. Idem Cicero ſentit, ſcilicet quatuor tantum fuiſſe libr. de finibus bonorum, & malorum, & ex tribus primis, unum fuiſſe non ſolum conſulem, ſed etiam cenſorem. Item libro Thuſculanarum quæſtionũ. Metellus inquit ille honoratus quatuor filiis, &c. & paulo infra, Metellũ inquit multi filii, & filiæ, & nepotes in rogum poſuerunt. beatus Auguſtinus Valerii ſequitur opinionem in libro de ciuitate Dei. Tres liberos. Vnus baleari cum bellum confecit, alter Dalmatiam ſubegit, tertius L. Metellus cum Cn. Domitio cenſor. xxxii. Ro. e ſenatu mouit. Cælum contemplare. ac ſi diceret. Ne dii quidem cæleſtes ſine aliqua triſtitia eſſe potuerũt ſi poetis credendum eſt, qui plerunq; Deos triſtes, & flentes inducunt. Æneі. primo, Triſtior, & lachrymis &c. rurſus indecimo, Audiit Alcides iuuenem, magnumq; ſub imo Corde premit gemitum, lachrimaſq; effudit inanes. Pectoribus dearũ. ut Iunonis, prio Ænei. A maximis uatibus. ut ab Home. & Marone, quorum autoritas maxima eſt apud omnes. Hunc uitæ actum eius conſentaneus finis. Occurrit quæſtioni, poſſet aliquis dicere, tametſi uitæ curſum felicem habuit, tamen deformi leto conſumptus eſt, non ita eſt inquit Vale. quam enim habuerat in uitæ fortunæ indulgentiam, eandem expertus eſt in morte. Nam in ſamiliarium ſuorum complexibus extinctus humeris filiorum, & generorum elatus, in rogum quoq; ab illis imponitur.

A S C E N S I V S.

¶VIDEAMVS ergo quot gradibus beneficiorum perduxerit Quintum Metellum a primo die originis ſup. ſuæ, uſq; ad ultimum tempus fati, id eſt mortis, ad ſummum cumulum uitæ beatæ, indulgentia, ſcilicet ſua hoc eſt fortunæ in Metellum nũquam ceſſante. Probat aſſumptum. Enim pro quia: Fortuna uoluit eum, ſcilicet Metellum naſci in urbe, ſcilicet Roma, principe terrarum, dedit ei nobiliſſimos parentes, adiecit ei dotes animi rariſſimas, ideſt excellentiſſimas, utpote uiuacitatem, & acrimoniam ingenii (perquam, quas accumulauit uirtutes, fortunæ nõ erant) & dedit uires corporis, ut poſſet ſufficere laboribus, & conciliauit, ideſt coniunxit illi per charitatem coniugalem, uxorem conſpicuam, ideſt claram, pudicitia, & fœcunditate, & largita eſt ei decus conſulatus, poteſtatem imperatoriam, prætextam id eſt ornamenta, & inſignem ueſtem, triumphi ſpecioſiſſimi, fecit, ſcilicet fortuna, ut Metel. uideret, eodem tempore tres filios conſulares, ideſt qui conſulatum geſſerant, & unum, ſcilicet ex tribus illis (unde male intelligit Oliue. qui quinq; numerat, cũ autor quartum dicit) etiam cenſorium, ideſt qui etiam cenſuram geſſerat, & quartum prætorium id eſt qui prætor fuerat, & ſupple fecit, ut daret nuptui, id eſt in matrimonium tres filias & exciperet, id eſt complecteretur ſinu ſuo, id eſt intra brachia, ſobolem, id eſt prolem earum ſcilicet filiarum. Tot partus ſupple fuerunt ei ex liberis (nam non poteſt conſtrui cum uerbo fecit, quia ſic eſſet accuſatiui caſus) tot incunabula ſupple fuerunt ei, togæ uiriles, ſcilicet nepotum qui eas acceperunt anno. xiiii. tam multæ faces nuptiales, quibus neptes nuptui datæ ſunt ſupple fuerunt, & abundantiam honorum, & imperiorum. demum ideſt ut uno uerbo dicatur, omnis gratulationis, ideſt felicitatis ſumma, qua illi gratulari poſſes ſup. fuit illi, cum interim nullum funus, nullus gemitus, & nulla cauſa triſtitiæ ſup. fuerit. Contemplare id eſt ſuſpice cælũ, uix reperies tum ibi talem ſtatum, id eſt tam felicem (quod Hyperbolicos dicit, nam aut ſtultis id dicit, aut fidẽ excedit ſententia, ſed tamen innititur argumento: meo quidem iudicio fragili poetico uidelicet figmento. non quod poetis fidẽ detraham, ſed quia non ſic intelligendos cenſeam. nam in Deorum dolore, & dearum lachrymis, Homerus, Virg. cæteriq; poetæ principum uirorum depingunt miſerias, aut naturales ſyderum influxus, aut certe rem talem eſſe, ut aut dolore, aut fluxus flere poſſent. ſi paſſionibus non ſubiacerent, quomodo in ſacris dictum eſt, angeli pacis amare flebant?) quoniam quidem nos uidemus luctus, & dolores aſſignari a maximis uatibus. i. poetis diuinis, ut Homero, & Virg. pectoribus quoque. i. etiam Deorum. autem pro ſed, hunc, id eſt huiuſmodi actũ. i. ductum uitæ, excepit finis eius, ſcilicet uitæ, conſentaneus ideſt concors actui eius ſcilicet uitæ. aut ſi intelligatur eius Metel. ſit ordo, finis Metel. conſentaneus excepit hunc actum uitæ. Nam filii, & generi, id eſt mariti filiarum, impoſuerunt rogo Quintum Metel. defunctum, ſcilicet uita, ſupple in ſpacio ultimæ ſenectutis, & extinctum leni, id eſt nõ aſpero genere mortis, utpote inter oſcula, & complexus pignorum, id eſt filiorum, & nepotum chariſſimorũ impoſuerunt inquam rogo latum, ideſt portatũ per urbẽ humeris ſuis, qa a filiis elatus eſt.

D E G Y G E.

Clara hæc felicitas: obſcurior illa, ſed diuino ſplẽdore præpoſita: cum enim Cyges regno Lydiæ, armis & diuitiis abundantiſſimo, inflatus animo Apollinem Pythium ſciſcitatum veniſſet, an aliquis mortalium ſe eſſet felicior: Deus ex abdito ſacrarii, ſpecu voce miſſa, Aglaum Pſophidium ei prætulit. Is erat Archadum pauperrimus, ſed ętate iam ſenior: terminos agelli ſui nunquam exceſſerat, paruuli ruris fructibus, ac voluptatibus contentus. Verum profecto beatæ vitæ finem Apollo non adumbratum, oraculi ſagacitate complexus eſt. Quo circa inſolenter fulgore fortunæ ſuæ glorianti reſpondit, magis ſe probare ſecuritate ridens tugurium, q̃ triſtem curis, & ſolicitudinibus aulam: paucaſq; glebas pauoris expertes, q̃ pinguiſſima Lydiæ arua metu referta: & vnum aut alterum iugum boum facilis tutelæ, q̃ exercitus & arma, & equitatum, voracibus impenſis oneroſum & vſus neceſſarii horreolum nulli nimis appetendum, q̃ theſauros omnium inſidiis, & cupiditatibus expoſitos. Ita Gyges dum ad ſtipulatorem vanę opinionis deum habere concupiſcit, vbinam ſolida, & ſyncera eſſet felicitas, didicit.

O L I V E R I V S.

¶CLARA hæc felicitas. Res iſta uario modo trahitur, & ſecundum ſabulam, & ſecundum hiſtoriam. Nam Cic. inducit hũc paſtorem fuiſſe libr. tertio Officiorum, dicit. n. hic ille Gyges inducitur a Plato. qui cum terra deceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus in illum hiatum deſcendit, æneumq; equum, ut ferunt fabulæ, animaduertit, cuius in lateribus fores eſſent, quibus apertis, hominis morti uidit corpus magnitudine inuſitata, annulum aureum in digito habens. quem ut detraxit, ipſe induit. erat autem regius paſtor. tum in concilium paſtorum ſe recepit, ubi cum palam eius annuli ad palmam conuerterat, a nullo uidebatur. ipſe autem omnia uidebat. idem rurſus uidebatur, cũ in locum annulum inuerterat. itaq; hac opportunitate annuli uſus, reginæ ſtuprum intulit, eaq; adiutrice regem dominum interemit, ſubſtulitq; quos ſibi obſtare arbitrabatur. nec in his quiſquam eum facinoribus potuit uidere, ſic repente annuli beneficio rex eſt ortus Lydiæ. Hiſtoria uero hoc modo ſe habet. Candaules rex Lydiæ fuit, qui uxorem habuit eximiæ pulchritudinis, quam omnibus prædicare ſolebat. non contentus, uoluptatum ſuarum tacita conſcientia, niſi etiam matrimonii reticenda publicaret, quaſi prorſus ſilentium eſſet damnum pulchritudinis. ad poſtremum, ut affirmationis ſuæ fidem faceret, nudam illam ſodali ſuo Gygi oſtendit. quo facto, & amicum ad adulterium uxoris ſollicitauit & hoſtem ſibi ſecit. uxorem quoq; ueluti alteri tradito amore a ſe alienauit. namq; breui poſt tempore cædes Candauli nuptiarum præmium fuit, et uxor mariti ſanguine dotata regnum uiri, & ſe pariter adultero tradidit. Hic igitur per adulterium regno potitus, cum ſuperbia quadam, & gloria ductus, ad Apollinis oraculum ueniſſet, a Deo ſciſcitatus eſt num quiſquam ſe feliciоr eſſet? qui Aglauũ Sophidiũ archadicum multo feliciorem eſſe reſpõdit. Solinus quid inquit ad titulum felicitatis attinet? nec dum repertus eſt qui felix cenſeri iure debuerit. nam Cornel. Sylla dictus potius felix q̃ fuit ſolum certe beatũ Corthina Aglauũ iudicauit, qui in anguſtiſſimo Archadię angulo paupens ſoli diues, nunquam paterni ceſpitis terminos inuenitur exceſſiſſe. Plin. duos dicit oraculo Apolli. feliciſſimos fuiſſe iudicatos lib. vii. de natura. hiſto. alterum Phedium

Gyges opinione ſua felix

quendam qui pro patria fortiter dimicans proxime occubuiſſet,
alterum aglauum hic, de quo dixurus. Abdito. intimo ſpecu.
Verum profecto beatæ. dicit Apollinem hoc uno reſponſo diſ
ſenſiſſe propoſito ſuo, quia perplexe loqui ſolebat. Adumbra-
tum. non apparentem, inuolutum, cæcum. Tugurium. Vilem
caſam ex ceſpite factam. unde Virgil. Pauperis, & tuguri conge
ſtum ceſpite culmen. Curis, &
ſollicitudinibus. unum eſt expo
ſitio alterius, id eſt curis, quę fa-
ciunt hominem eſſe ſollicitum.
Paucas glebas. exigua prędia
& iugera. Pauoris expertes.
Securitate plenas. Theſauros.
ubi Theſaurus fuerit, illuc om
nes animum intendunt, ſi forte
eum conſequi poſſent. Adſtis
pulatoré. affirmatoré, aſſertoré.

ASCENSIVS.

CLARA ſupple eſt hæc, ſci
licet iam dicta Quinti Metelli
felicitas, illa, ſcilicet quę dicetur
utpote Aglaui Pſophidi obſcu-
rior ſupple eſt, aut fuit, qa agri-
colæ, ſed præpoſita, ſcilicet feli-
citati Gygis, ſplendore diuino,
id eſt claritate ex oraculo, & te-
ſtimonio Apollinis. Enimpro
quia, cum, id eſt quando Gyges
inflatus animo, habens animű
inflatum, regno, id eſt propter
regnum Lydiæ, abundantiſſi-
mo. i. quod maxime abundat
armis, & diuitiis, ueniſſet, ſcili-
cet Delphos ſciſcitatum, id eſt
interrogatum ſciendi gratia, Apollinem Pythium, id eſt Pytho
nis interemptorem, an aliquis mortalium eſſet felicior ſe, Deus
prætulit ei Aglauum Pſophidiű, uoce miſſa, id eſt oraculo emiſ-
ſo, ex abdito, id eſt ſecreto, & occulto ſpecu, id eſt antro ſacrarii,
id eſt repoſitorii ſacrorum, aut loci ſacri. Is, ſcilicet Aglauus erat
pauperrimus Arcadum, ſed iam ſenior ætate, nunquam exceſ-
ſerat terminos agelli ſui, id eſt nunquam illis quicquam adie-
cerat, & in illis colendis ſemper uerſatus fuerat (non tamen
putem, eum ſemper in illis fuiſſe. nam ſic, nec in domum quis
dem ſe recepiſſet, aut in ędem Deorum) contentus fructibus, ac
uoluptatibus paruuli ruris. Profecto, id eſt certe Apollo comple
xus eſt ſagacitate oraculi, id eſt reſponſi dati Gygi, aut Gygæ, ue
rum finem, id eſt ueram diffinitionem uitæ beatæ non adumbra
tum, id eſt inuolutum erroris nebula. Quocirca Apollo reſpon
dit ſcilicet Gygi glorianti inſolenter, fulgore ſuæ fortunæ, ſe pro
bare, id eſt approbare magis, tugurium, id eſt caſam uilem ceſpi
te, aut ſimili re tectam, ridens, id eſt lætam & ad riſum inuitanté
ſecuritate, id eſt ob remotionem curarum. q̃ aulam, id eſt regiam
Gygis triſtem curis, & ſollicitudinibus, & paucas glebas, id eſt
terræ globulos, aut terras ipſas proſciſſas, expertes id eſt immus
nes pauoris, id eſt formidinis, quam pinguiſſima arua Lydiæ re
ferta metu, & unum, aut alterum, id eſt ſecűdum, iugum boum
facilis tutelæ, id eſt quod facile tueri poſſit, q̃ exercitus, & arma,
& æquitatum onoroſum impenſis uoracibus, & horeeolum, id
eſt paruum repoſitorium frugum, uſus neceſſarii, id eſt quantű
ſatis ſit ad uſum neceſſarium, quam theſauros expoſitos inſidiis
& cupiditatibus omnium. itaq; id eſt & ita Gyges, dum cupit
habere Deum, ſcilicet Apollinem adſtipulatorem, id eſt ſuffraga
torem, opinionis, ſcilicet de beatitudine ſua uanę, id eſt inanis &
mendacis, didicit, ſcilicet ab eo, ubi nam felicitas ſolida, & ſyn-
cera, id eſt ex omni parte plena eſſe, quæ tamen in terris non eſt.

THEOPHILVS.

PSOPHIDIVM. Pſophidium a Pſophide oppido Arcadię
de quo Pauſani. Stephanuſq;, & in Thebaide Papinius.

OLIVERIVS.

NVNC id genus felicitatis, quod totum in habitu animi.
Omnis uirtus eſt habitus animi, in naturæ modum ratio
ni conſentaneus. ut iuſtitia eſt habitus animi ſuum unicuiq; tri-
buens pro dignitate cuiuſq;.

SAPINTER DICTA AVT FACTA.

CAPVT II.

NVnc id genus felicitatis explicabo, qđ
totű in habitu animi eſt: nec votis peti-
tur, ſed in pectoribus ſapientia prędititis
natű, dictis, factiſq; prudétib⁹ eniteſcit.

DE APPIO CLAVDIO.

Appium Claudium crebro ſolitum dicere accepi
mus, negocium Populo Romano melius, quá ocium
committi: non q; ignoraret q̃ iucundus tranquillita-
tis ſtatus eſſet, ſed q; animaduerteret, præpotentia
imperia agitatione rerum, ad virturem capeſſendam
excitari, nimia quiete in deſidiam reſolui: & ſane ne-
gocium, nomine horridum, ciuitatis noſtræ mores
in ſuo ſtatu continuit, blande appellationis quies plu
rimis vitiis reſperſit.

DE SCIPIONE AFRICANO.

Scipio vero Africanus turpe eſſe aiebat in re mi-
litari dicere, non putaram: videlicet quia explorato,

ASCENSIVS.

NVNC id genus felicitatis explicabo, id eſt deinceps, expli-
cabo id genus felicitatis, quod eſt totum in habitu animi nec, id-
eſt & non petitur uotis, ſcilicet externis, ſed natum in pectoribus
præditis, id eſt præter cætera dotatis ſapientia eniteſcit dictis, &
factis ſapientibus.

OLIVERIVS.

APPIVM Claudium cre-
bro ſolitum dicere accepimus.
Tranſiturus ad cap. de ſapiéter
dictis, & factis, ſapiétiam dicit
eſſe ueram hominis felicitatem
quæ cæteris omnibus antepo-
nitur. quid enim felicius homi
ni eſſe poteſt ſapientia? quæ cũ-
ctos humanos caſus fortiter fe-
rédos, omnemq; fortuná docet
eſſe contemnendá? hæc autem
ſapientia in homine per ſapien-
ter facta, & dicta eniteſcit, pri-
mum aűt exemplum eſt illius
Appii Claudii qui cæcus in Se-
natum ductus eum de pace cũ
Pyrrho facienda conſularetur
in Senatu diſſuaſit non his eſſe
conditionibus faciendam, qui-
bus ille petebat. Hic igitur d icta
re ſolitus erat negocium Popu. Negociű p̄ſtat ocio
Roma. magis conuenire q̃ ociű
cuius rei Vale. rationem ſubiũ-
git, neq; enim ignorabat pacé,
& ocium hominibus eſſe iocũ-
dum, ſed ſummis imperiis ociű
eſſe pernicioſum, cű in deſidiá,
luxumq; ſenſim labuntur ho-
mines, qui ea gloria caeent, quam in armis negocium fortibus
uiris præſtare conſueuit. ex ocio nanq; opes, ex opibus luxus,
ex luxu auaritiam, uoluptates, libidines, & reliqua turpia pro-
ueniunt. id ita eſſe re ipſa compertum eſt. nam ocium uires Po.
Roma. contudit, cuius mores in bene uiuendi diſciplina nego-
cium continuerat. Præpotentia. Valde potentia, & magna. Et
ſane negocium. & re ipſa probatum eſt, q; negocium urbi noſtre
plurimum contulit. In ſuo ſtatu. quia ſemper diſciplina bene ui-
uendi ſtabilis fuit, dum ſe negociis dedidere Roma. Plurimis
uitiis. nam euerſa Caethagine, deleta Numantia, domita Aſia,
debellatis denique gentibus, quæ Romanos in armis, & nego-
cio continebant, urbs tota in luxum, & laſciuiam reſoluta eſt.
quod teſtatur Iuuena. his uerſibus. Nunc patimur longæ pa-
cis mala, ſæuior armis Luxuria incubuit, uictumque ulciſcitur
orbem. Nullum crimen abeſt, facinuſq; libidinis, ex quo Pau-
pertas Romana perit. rurſus in ſexta Saty. Præbebat caſtas hu-
milis fortuna latinas.

ASCENSIVS.

APPIVM Claudium crebro ſolitum dicere accepimus.
Nos accepimus, id eſt intelleximus, aut audiuimus. Appium
Claudium ſolitum dicere crebro, negocium, id eſt ſolicitam bel-
li occupationem committi Populo Romano melius, q̃ ocium,
id eſt carentiam negocii. non q; ipſe ignoraret, q̃ id eſt quâtum
iocundus eſſet ſtatus tranquillus, ſed q; animaduerteret imperia
præpotentia, id eſt præ cæteris potentia, excitari ad uirtutem ca
peſſendam, id eſt amplexandam agitatione, id eſt commotione
rerum, & ſupple reſolui in deſidiam, nimia quiete, id eſt per ni-
miam quietem. Et ſane id eſt certe, negocium horridum nomi-
ne, id eſt quod omnes abhorrent, continuit mores ciuitatis no-
ſtræ, in ſtatu ſuo, ſcilicet firmo, & ſolido, & quies appellationis
blandæ, id eſt quæ blanda eſt dum appellatur, & cuius nomen
plauſibile eſt, reſperſit, ſcilicet mores ciuitates noſtræ, plurimis
uitiis, ut Iuuena. Saty. ſexta late exequitur.

OLIVERIVS.

SCIPIO uero Africanus turpe eẽ aiebat i re militari dicer̃ &c. Scipiõis nõ ignare dicta
ſapiés dictũ qđ crebro uſurpat̃, ſolebat ſupior Scipio dicere, tur-
pe eſſe Imperatori dicere, nõ putará, ſicut & Vegetius de re mili
tari dicit p̄liorű delicta emédationé nõ recipiũt, cum pœna ſta-
tim ſequatur errorem. Excuſſio. diffinitio. ita Scipio inuehebat
his uerbis

& excuſſo conſilio, quæ ferro aguntur, adminiſtrari oportere arbitrabatur ſumma ratione: Inemendabilis enim eſt error, qui violentia Martis committitur. Idem negabat aliter cum hoſte confligi debere, q̃ aut ſi occaſio obueniſſet, aut neceſſitas incidiſſet: æque prudenter: nam & proſperam gerendæ rei facultatem omittere, maxima dementia eſt, & in anguſtias vtiq; pugnandi compulſum abſtinere ſe prælio, peſtiferæ ignauiæ affert exitium: eorumq;, qui iſta committunt, alter beneficio fortunæ vti, alter iniuriæ neſcit reſiſtere.

DE Q. METELLO.

Quinti quoq; Metelli tum grauis, tum etiam alta in ſenatu ſententia: qui deuicta Carthagine, neſcire ſe, illa victoria boni ne plus an mali Reip. attuliſſet, aſſeuerauit: quoniam vt pacem reſtituendo profuiſſet, ita Hannibalem ſubmouendo, nonnihil nocuiſſet: eius enim tranſitu in Italiam, dormientem populi Rom. virtutem excitatam, metuiq; debere, ne acri æmulo liberata, in eundem ſomnum reuolueretur: in ęquo igitur malorũ poſuit, vri tecta, vaſtari agros, exhauriri ærarium, & priſci roboris hebetari neruos.

DE LICINIO FIMBRIA CONSVLARI.

Quid illud factum Licinii Fimbriæ conſularis, q̃ ſapiens? a M. Luctatio Pinthia ſplẽdido equite Ro. iudex additus de ſponſione, quam is cum aduerſario ꝙ vir bonus eſſet, fecerat: nunquam id iudicium pronunciatione ſua finire voluit: ne aut probatum virũ, ſi contra eum iudicaſſet, fama ſpoliaret: aut iuraret eum virum bonum eſſe, cum ea res innumerabilibus laudibus contineatur, forenſibus hęc illa militaribus ſtipendiis prudentia exhibita eſt.

his uerbis, nihil in re militari agi oportere, quod non prius certo conſilio, & diffinito excogitatũ ſit. Inemendabilis. pro ſententia Vegetii, qui dicit, cum primum Imperator errat, ſtatim errorem ſequitur pœna, & nullus datur emendandi locus. Idem negabat. hoc quoq; Scipio dicere ſolebat, non eſſe cum hoſte conferendas manus, niſi urgente neceſſitate, aut offerente ſe occaſione, quod idem Vegetius affirmat, qui dicit occaſio plus ualet in prælio, q̃ uirtus. & in re militari, plus habet poteſtatis fortuna quã uirtus. Horat. in epiſtolis. Tu quãcũq; Deus tibi fortunauerit horam, Grata ſume manu, nec dulcia differ in annum. optime ergo præcipiebat Scipio. nam qui occaſionem gerendæ rei non expectauerit, demens eſſe comprobatur. arma etiam hoſtibus tradere neceſſitate cogente, ſolet aliquando peſtiferum eſſe.

ASCENSIVS.

SCIPIO uero Africanus ſcilicet ſuperior, aiebat eſſe turpe in re militari, pręcipue in imperatore, dicere, non putaram, uidelicet q̃a arbitrabatur oportere ea, quæ aguntur ferro, adminiſtrari conſilio explorato, & excuſſo, ſcilicet prius, id eſt diligenter examinato. Nam (ut dicit Salluſtius.) Priuſquam incipias conſulto, & ubi conſulueris mature opus eſt facto arbitrabat. dicit ſumma ratione. i. iuſtiſſima de cauſa. Enim pro quia, error qui committitur, id eſt creditur, aut obiicitur uiolentiæ Martis, id eſt belli, eſt inemendabilis. q̃a amiſſa uita aut tua, aut exercitus, fruſtra de ineundo prælio conſiliũ quęras. Idem, ſcilicet Scipio negabat æque prudenter ſupple quẽpiã debere ꝯfligere cũ hoſte aliter, q̃ ſi aut occaſio, ſcilicet rei bene gerendæ obueniſſet, aut neceſſitas incidiſſet, id eſt mea quidem ſententia (nam aliter capit Oliueri.) non minore prudentia utendum eſſe in prælio per occaſionem committendo, q̃ in neceſſario gerendo. Nã maxima dementia eſt omittere facultatem rei proſpere gerendæ, unde illud tritum. Fronte capillata poſt hæc occaſio calua eſt. Et ideo Lucan. Tolle moras, nocuit ſemper differre paratis. & cõpulſum utiq; in anguſtias, id eſt arctiſſimam neceſſitatẽ pugnandi, abſtinere ſe prælio, utpote quando hoſtis caſtra, aut urbem oppugnat, aut quando commeatus penuria per medios hoſtes frumentatum ire cogit, aut obſidionẽ diſſoluere, aut ubi uictis nulla ſpes eſſet ueniæ, affert ignauiæ peſtiferæ, id eſt pernicioſiſſimæ exitiũ, id eſt exterminium. Et etiam, qui committunt iſta, ſcilicet uitia non prudenter pugnandi, alter, ſcilicet qui occaſionem rei bene gerendæ prętermittit, neſcit uti beneficio fortunæ. & alter, ſcilicet qui neceſſitate compulſus non pugnat, & reſiſtit fortiter, & prudenter, neſcit reſiſtere iniuriæ, ſcilicet fortunæ, aut hoſtili, ſed potius fortunæ, nequid externi quæramus ubi plena eſt locutio.

OLIVERIVS.

Metelli grauis ſententia

Q VINTI quoq; Metelli. Q uintus Metellus poſt Hannibalem ex Italia pulſum, debellatamq; Carthaginem dicere ſolitus erat, neſcire ſe plus ne boni, an mali uictoria illa reip. attuliſſet. nam uirtus Romanorum, quam ſuo tranſitu in Italiam Hãnibal prope dormientem excitauerat, rurſus nimia quiete ad priſtinum torporem redigeretur. exiſtimabat enim nihilominus mali prouenturum Popu. Roma. ꝙ in ocio uiueret, q̃ ſi ferro, & flamma uaſtaretur Italia. Grauis. autoritate. Alta. ſapientiæ plena. In eundem ſomnum. in priſtinum torporem. In ęquo igitur malorum. exiſtimat non minus detrimenti ex ocio naſciturum, ſi uirtus Roma. langueſceret, q̃ ſi flamma, aut bello Italia uaſtaretur. In æquo. In equitate, & in pari malo.

ASCENSIVS.

Q VINTI quoq; Metelli tum grauis &c. Sẽtẽtia quoq; Quinti metelli i Senatu eſt ſupple, aut fuit, tum id eſt pariter grauis, tum id eſt pariter, alta, id eſt altiſona. qui Carthagine deuicta, aſſeuerauerit ſe neſcire ne, id eſt an illa uictoria eſſet allatura rei publicæ, ſcilicet Romanæ plus boni, id eſt commodi, an mali, id eſt incommodi, quoniam ut ſcilicet uictoria illa profuiſſet reſtituendo pacẽ, ita nocuiſſet nonnihil ſubmouendo, ſcilicet ab Italia Hannibalem. Enim pro quia, Metellus ſupple dicebat, uirtutem Popu. Roma. excitatam trãſitu eius, ſcilicet Hannibalis ex Hiſpania per Alpes in Italiam dormientem, id eſt torpentem ocio, & dicebat debere metui ne, ſcilicet Italia liberata æmulo, ſcilicet eiuſdem rei, utpote gloriæ, aut ſummi imperii ſtudioſo acri, id eſt ſtrenuo, utpote Hannibale, reuolueretur in eundem ſomnum, in quem, ſcilicet ante trãſitum eius inciderat. Igitur Metellus poſuit i æquo id eſt ęquali pondere, aut diſcrimine malorum, id eſt incommodum, tecta uri, ſcilicet ab hoſte, agros uaſtari, id eſt, uacuos cultoribus, & rebus ac uillis, hoc eſt uaſtos fieri, ærarium, id eſt repoſitorium pecuniæ publi. exhauriri, id eſt euacuari, expromendo omnem pecuniã ad uſum belli, hoc eſt pati omnia mala belli, & neruos roboris priſci, id eſt antiqua uirtutis hebetari, id eſt obtundi.

OLIVERIVS.

Q VID illud factum. M. Luctatius æques Romanus cum aduerſario ſpoponderat. ſe uirum bonum eſſe, tantæq; rei Licinium Fimbriam iudicem dederat. Fimbria noluit unquam de re tanta proferre ſententiam, ne aut probati uiri famam oſtenderet, aut falſo iuraret uirum bonum eſſe, cui aliqui deeſt. eum ad hoc, ut aliquis ſit bonus uir, tam multa requirantur, ut difficile ſit bonum uirum inuenire. Cicero de hoc Fimbria libro tertio de officiis. Fimbriam, inquit, conſularem audiebam a patre noſtro per iudicem M. Luctatio fuiſſe equiti Romano ſatis honeſto cum ſponſionem feciſſet, ꝙ uir bonus eſſet. itaq; ei dixiſſe Fimbriam ſe illam rem nunquam iudicaturum ne aut ſpoliaret fama probatum hominem, ſi contra iudicaſſet, aut ſtatuiſſe uideretur uirum bonum aliquem eſſe, cum ea res Inumerabilibus officiis contineatur, & laudibus. ſi enim uirum bonum ſecundum ſtoicos diffiniamus eſſe ſapientem, ſapientem autem, in qua nulla prorſus cadit ægritudo, nuſquam illum inueniemus. Innumerabilibus laudibus. non parum eſt uirum bonum eſſe, neceſſe eſt cunctis illum uirtutum muneris præditum eſſe, in quo ſi una ſola uirtus defuerit, uir bonus non erit, nec dici poterit, uel certe debebit.

Fimbriæ ſapienter factum

DE PAPYRIO CVRSORE CONSVLE.

Papyrius Curſor conſul cum Aquiloniam oppugnās prælium vellet committere. Pullariuſq; non proſperantibus auibus optimum ei auſpicium renunciaſſet: de fallacia illius factus certior, ſibi quidē &, exercitui bonum omen datum credidit, ac pugnā iniit. Cæterum mendacem ante ipſam aciem conſtituit: vt haberent dii, cuius capite, ſiquid iræ cōceperant, expiarent: directum eſt autē ſiue caſu, ſiue cæleſtis numinis prouidentia, quod primum econtraria parte miſſum erat telū, in ipſum pullarii pectus, eumq; exanimem proſtrauit: id vt cognouit conſul fidente animo & inuaſit Aquiloniam. & cepit. Tam cito animaduertit, quo pacto iniuria imperatoris vindicari deberet: quemadmodum violata religio expianda foret. qua ratione victoria apprehendi poſſet: egit virum ſeuerum, conſulem religioſum, imperatorem ſtrenuum, timoris modum, pœnæ genus, ſpei viam, vno mentis impetu rapiendo. Nunc ad ſenatus acta tranſgrediar.

DE SENATV.

Cum aduerſus Hānibalem ſenatus Claudiū Nerorem & L. Salinatorem Conſules mitteret, eoſq; vt virtutibus pares, ita inimicitiis acerrime iter ſe diſſidentes videret: ſummo ſtudio in gratiā reduxit, ne propter priuatas diſſenſiones, R emp. parum vtiliter adminiſtrarent: quia conſimili imperio vbi concordia non ineſt, maior aliena opera interpellādi, q̄ ſua edendi cupiditas naſcitur: vbi vero pertinax itercedit odium, alter alteri, q̄ vterq; contraiis caſtris certior hoſtis proficitur. Eoſdem ſenatus; cū ob nimis aſpere actam cenſuram a Cn. Bebio Tri. Ple. pro roſtris agerentur rei, cauſæ dictione decreto ſuo liberauit, vacuum omnis iudicii metu eum honorem reddendo, qui exigere deberet rationem, non reddere. Par illa ſapientia ſenatus, Tiberium Gracchum Tr. Ple. agrariam legem promulgare auſum morte multauit. Idem vt ſecundum legem eius per triumuiros ager populo viritim diuideretur egregie cenſuit. Si quidem grauiſſimæ ſeditionis eodem tempore & autorem, & cauſam ſubſtulit. Quam deinde ſe prudenter in rege Maſiniſſa geſſit: nam cum promptiſſima & fideliſſima eius opera aduerſus Carthaginienſes vſus eſſet, eumq; in dilatando regno auidiorem cerneret, legem ferri iuſſit, qua Maſiniſſæ ab imperio Po. Ro. ſolutam libertatem tribueret: quo facto tum optime meriti beneuolentiam retinuit, tum Mauritaniæ, & Numidiæ cæterarumq; illius tractus gentium nunquam fida pace quieſcentem feritatem, a valuis ſuis repulit. Tempus deficiet domeſtica nar-

ASCENSIVS.

¶ QVID illud factum Licinii Fimbriæ conſularis ſup. uiri, q̄ ideſt quantum ſapiens ſup. fuit / q. d. ſapientiſſimum. Nam ipſe additus iudex, ideſt ut eſſet iudex de ſponſione. i. depoſitione a M. Luctatio Pinthia equite Roma. ſplendido, id eſt clari nominis, quam, ſcilicet ſponſionem. i. depoſitionem, is, ſcilicet Luctatius fecerat cum aduerſario, q̄ eſſet uir bonus, ideſt qui Luctatius depoſuerat, q̄ iudicaretur uir bonus eſſe: & aduerſarius, q̄ non, & de ea controuerſia ſponſionē uterq; alteri fecerāt, nunq̄ uoluit, ſcilicet Fimbria finire id iudicium, ſcilicet arbitrarium pronunciatione ſua, ideſt pronunciando, q̄ aut uir bonus dicendus eſſet, aut q̄ non eſſet. ne aut ſpoliaret fama uirum ꝓbatum, ideſt approbatum, & habitum uirum bonum ſi iudicaſſet cōtra eum, aut ſupple ne iuraret eum, ſcilicet Luctatium eſſe uirum bonum, cum ea res contineatur laudibus innumerabilibus. Quia multa illi conſtare debent, qui uir bonus merebitur dici. Faciens autem paraſceuē ad ſequentia dicit, Hæc ſcilicet iam dicta prudentia, aut ſapientia in dictis, & factis exhibita eſt ſtipendiis forēſibus, ideſt uiris in foro iudiciali uerſari ſolitis. & ibidem ſtipendia facere, illa ſcilicet quæ ſequitur prudentia, eſt exhibita ſtipendiis militaribus, ideſt in caſtris.

OLIVERIVS.

¶ PAPYRIVS. Papyrius bellum contra Samnites gerebat, & cum acies inſtructę ſtetiſſent, iuſſit auſpicia capi. pulli reſpuerunt eſcas. pullarius, ne imperatorem perturbaret, auſpicium ſoliſtimum, ideſt optimū eſſe reſpondit. cui Papyrius credēs, ꝓliū cōmitti iuſſit. iterea quidem monuit imperatorem, ut uideret quid ageret, quoniam ſoliſtimum nunciatum a pullario falſum fuerit. tum Papyrius pro bono inquit habeo, & pullarium in prima acie conſtituit ubi cæſus mendacii pœnas dedit. nam quia prudens, & ſciēs mentitus fuerat, cæſus eſt uel caſu, uel diuina prouidentia, & ſic imperator potitus eſt uictoria. Tam cito animaduerterit. Laudat huius hominis prudētiam, atq; iudicium.

ASCENSIVS.

¶ PAPYRIVS curſor conſul, ſcilicet Roma. cum oppugnans Aquiloniam, ſcilicet urbem Samnitum, uellet cōmittere prælium, id eſt facere aſſaltū in urbem illam, & pullarius, id eſt auſpex obſeruator pullorū ad hoc nutritorum, renunciaſſet, ideſt perinde ac ſi a diis nūciatum per pullos. iterū illi nūciaſſet, auſpicium optimū, promittens optimum exitium, auibus nonproſperantibus, ideſt nihil proſperi promittentibus, unde falſus eſt renūciator, factus certior, ſcilicet per alios, qui aderant, de fallacia illius, ſcilicet pullarii, credidit bonum omen datum quidem, ideſt ſaltem ſibi, & exercitui licet non pullario. ex eo enim quod oportuit petentem auſpicia credere pronuncianti ea, putauit ea, quæ dixerat pullarius eſſe facienda, licet mentitus fuerat, & mendacium non exequenti, ſed inuenienti ob futurum, ac iniit pugnam. Cæterum, ideſt ſed, ipſe cōſtituit mēdacem, ſcilicet pullarium ante ipſam aciem, ut dii haberēt ſupple aliquem cuius capite, ideſt capitali punitione, expiarēt, id eſt purgarēt, & euacuarent ſupple iram ſuam, ſi conceperant quid, ideſt aliquid iræ. Autem pro ſed, primum telum, quod miſſurum erat e parte contraria, ideſt hoſtili directum eſt in ipſum pectus pullarii, ſiue caſu ſiue prouidentia numinis cæleſtis. Vt, id eſt poſtquam conſul, ſcilicet Papyrius cognouit id, ſcilicet pullarium luiſſe pœnas mendacii, &, ideſt ſimul inuaſit Aquloniā. ſ. urbem hoſtilem, animo fidēti, i. fiduciæ pleno, & cepit ſupple eam. Et ita ſup. ipſe animaduertit, id eſt conſiderauit, tam cito, quo pacto iniuria imperatoris, id eſt cōmiſſa in ſe imperatorem ob falſam proſperi euentus renunciationem quam niſi morte pullarii purgaſſet, in perniciem ſuam, exercituſq; ſui (ut illorum tum erat fides) ſenſiſſet, deberet uindicari, ideſt puniri, & quemadmodum religio uiolata per idē mendacium foret, ideſt eſſet expiāda, & qua ratione, id eſt quo facto piaculo deorū reconciliatione, uictoria poſſet apprehendi. Ipſe ſup. Papyrius egit uirū ſeuerum, quia mendaci non pepercit, egit cōſulem religioſum aut quia renunciationem licet falſam ſequi uoluit, aut quia tā religioſe, & ut diis placitū erat, expiauit. & egit imperatorem ſtrenuum, quia Aquilonia cæpit, rapiendo, ideſt celeriter amplexando modum id eſt moderationem timoris, quia timuit mēdacem pullarium ſequi, donec eum puniendum conſtitueret, & genus pœnæ, quia in deorum arbitrio poſitum, ut ſi innocentem cenſerent, ipſum a telis hoſtilibus defenderent, ſi nocentem, occidi permitterent. & uiam ſpei, quia cognito, q̄ dii iram ſuam in pullarium cōuertiſſent, ſpei plenus urbem expugnauit, uno impetu, ideſt impulſu mentis, ideſt rationis ea omnia decernentis. Facit autem breuem paraſceuem autor adsdens. ego tranſgrediar nunc. i. deinceps ad acta Senatus.

THEOPHILVS.

¶ AQVILLONIAM oppidum

rantem: quoniam imperium noſtrum non tam robore corporum, q̃ animorum vigore incrementum, ac tutelam ſui comprehendit: maiori itaq; ex parte Romana prudētia in admiratione tacita reponatur, alienigeniſq; huius generis exemplis detur aditus.

EXTERNA.

DE SOCRATE PHILOSOPHO.

Socrates humanæ ſapientiæ quaſi quoddam terreſtre oraculum, nihil vltra petendum a Diis im-

pidum Lucaniæ ex Ptolemæo, quod hodie quoq; paululum mutatis ut uulgo ſolet, ſyllabis, appellatur Lacydonia.

OLIVERIVS.

NVNC ad ſenatus. Hoc exemplum poſitum eſt ſupra in ca. de cenſura, & in cap. de reconciliatis, ubi graues inter Salinatorē, & Neronē inimicitias fuiſſe diximus, q̧ Li. accuſante Nerone damnatus eſſet a populo. quos deinde ſenatus octauo poſt dānationē anno, tempore ſecūdi Punici belli, cū iiſdem comitiis cōſul uterq; creatus eſſet, i gratiam ſummo ſtudio, & diligentia reduxit, ne illorum diſſenſione reſp. detrimenti quicquam caperet. ſapiens profecto factū. niſi enim depoſitis ſimultatibus communi conſilio rempublicam adminiſtraſſent, nunq̃ ſecuta fuiſſet illa uictoria ꝑpe incredibilis, qua cæſo Hannibalis fratre cum .lvi. millibus hoſtium, non modo Cannenſis clades, ſed etiam maior hoſtibus reddita fuit. Conſimili imperio. Optima ratio, cur diſſidētes inter ſe duces rem bene gerere nullo modo poſſent. Nam qui inter ſe odio laborant, magis ſtudent alter alterius interpellare facta, q̃ pręclarum quicq̃ edere, & ſe inuicem magis inſectantur q̃ hoſtes. Eoſdem. & hoc quoq; ſenatus factum laude dignum, qui eoſdem a cauſæ dictione liberauit, cum a Trib. Plebe accuſati eſſent q̧ cenſuram inter ſe rigidam nimis exercuiſſent. nam ſe inuicem cenſoria nota ſignarat, Nero Liuiū, quod a populo fuiſſet aliquando damnatus, Liuius Neronem, q̧ non uere in gratiā ſecum rediſſet. ſicut in cap. de cenſoria nota diximus. hanc igitur accuſationem ſenatus diſſoluit autoritate ſua. Vacuū omnis iudicii metu. Nam ſenatus decretum factum eſt, ne iudicio aliquo timerent ſe damnari poſſe cenſores, quo minus aliorum delicta punirent. nam ſi damnati fuiſſent, cæteri quidē ſegniores facti eſſent, iudicium metuentes, ex quo illud ſecutum eſſet, ut maior in urbe peccandi licentia naſceretur. præterea iniquum eſſe uidebatur, ut qui aliorū uitæ rationē exigerent, ſuæ ipſi uitæ ratione reddere cogerentur. Par illa ſapientia. Quomodo Tiberius Grac. a Scipione Naſica adhortante ſenatū, ut ſi rempublicā ſaluam eſſe uellet, ſecum iret in capitoliū, ſubſelliorum fragmentis cæſus fuerit, uidimus in capitulo de ſomniis. poſt huius uero mortē, ut plebis dolor leniretur, quæ grauiter, & periniquo animo Tiberii mortem ferebat agrariam legem, per quam cæſus fuerat non impugnauit, ſed permiſit, ut loco Tiberii alium eligerent ad agros diuidendos. electus autem Pub. Craſ. Gracchorū affinis, filiā enim Craſſi, Cn. Grac. uxorem habebat. quanq̃ tradit Cornelius nepos non Craſſi, ſed Bruti, qui de Luſitanis triumphauit filiā Ca. Graccho nuptam fuiſſe, plures tamen ita tradunt ut modo diximus. per hunc igitur plebi diuiſi ſunt agri. quanq̃ Valerius per triumuiros diuiſos fuiſſe dicat, ſed Plutarchus in uita Gracchorum ita refert. Autorem. Gracchū occidendo. Cauſam. Vt agri diuiderentur æqualiter cēſendo. Quā deinde ſe prudenter. Negari nō poteſt, hanc ſenatus prudentiam fuiſſe ſingularem. nam ut diximus ſupra in ca. de grati. tempore ſecundi Punici belli Scipio Africanus opera Maſiniſſæ fuerat in eo bello maxime uſus. Cum igitur ſenatus æquum eſſe iudicaret, ut tam benemerito regi beneficium aliquod prę̨ſtaret ſine incommodo: non ſolum ſocium Maſi. retinuit ſed etiam maiorem ab eo gratiam iniuit. Cum. n. ſenatus intelligeret, cupidum illum eſſe imperii dilatandi, decretum fecit, ut qui neq; ulli bellum inferre, nec cum ullo fœdus inire poterat iniuſſu ſenatus, is ab hoc iure fœderis abſolueret, liberecq; poſſet cum quibus uellet bellum gerere. quo facto gratiā benemerito regi non paruā retuliſſe uidetur. Solutā. ut eſſet in poteſtate, & arbitrio Maſiniſſæ quibus cum uellet belli, paciſue gerēdæ. Tempus defi. Si uoluero, inquit, cuncta ſenatus factam ſapiēter enarrare, tempus non ſufficeret. cū igitur tantū imperiū nō uiribus ſolum, ſed cōſilio, & ratione pepererit, partum auxerit, auctum conſeruauerit, ſatius eſt illius prudentiā tacita admiratione inuolui.

Nero claudius & Salinator ſimultates deposuerūt

Tiberii Gracchi interitus

ASCENSIVS.

CVM ſenatus mitteret, id eſt mittere uellet aduerſus Haſdrubalem in Italiam aduenientem, Claudium Neronem, & Liuium Salina. conſules, & uideret eos ut pares ſup. maxime uirtutibus, ita diſſidentes inter ſe acerrime inimicitiis, reduxit ſup. eos in gratiam. i. mutuam beneuolentiam ſummo ſtudio. i. conatu, ne adminiſtrarent parum utiliter remp. propter priuatas diſſenſiones. Quia maior cupiditas interpellandi. i. impediendi, alienā opera. i. præclara, q̃ ædendi. i. emittendi & producendi in lucem ſua. ſ. opera, naſcitur imperio cōſimili. i. pari, ubi concordia nō ineſt. uero. i. ſed, ubi odium pertinax. i. perpetuum in malitia perſeuerans illic ſupple aut tūc alter (dixiſſet ut opinor uterq; alteri, niſi additurus fuiſſet rurſus uterq;) proficiſcitur. ſ. in militiam, certior hoſtis alteri, quā uterq; ſupple proficiſcatur hoſtis caſtris contrariis, Quam rē graphice depinxit fabulator ille Phrygius Æſopus in apologo de inuido, & auaro. ubi cū auarus petiiſſet ab Ioue duplum ſibi dari quicquid inuidus petierit, inuidus magis ut alteri incommodet quam ſibi proſit, alterū oculorum ſibi erui orauit. Addit ſecundum ſenatus prudens factum dicens. Senatus liberauit eoſdem. ſ. iam dictos conſules decreto ſuo. i. interponendo decretum, dictione cauſæ. i. defenſione ſui, cum agerentur rei. i. cum dies illis dicta eſſet a Cn. Bebio Trib. pleb. pro roſtris. i. ante roſtra, hoc eſt ad populum ob cenſuram actam nimis aſpere, liberauit dico reddendo eum honorem, ſcilicet cenſorium, liberum metu omnis iudicii, qui deberet exigere rationem, ſcilicet geſtorum ab aliis, non reddere rationē geſtorum. ſ. a ſe. Par. &c. Affert tertiū exemplum eiuſdē dicens. Illa ſapientia ſenatus par. i. æqualis illi, quæ ſuperiora fecit, multauit morte Tiberium Grac. Trib. Plebem auſum promulgare, ideſt executioni mandare, legem agrariam. i. de diuidendis agris militia partis, æquis portionibus. & idem, ſcilicet ſenatus cenſuit egregie, ideſt excellenti prudentia, ut ager eius, ſcilicet Tib. Gracchi, diuideretur populo uiritim ideſt ęquis portionibus in ſingula capita, hoc eſt precciū eius, per triumuiros, id eſt rei iudicatæ executores, ſecūdum legem quam Gracchus promulgare uoluit, probat q̧ egregie id cenſuit. Siquidē. i. quoniam ipſe ſenatus ſuſtulit. i. de medio tulit eodem tempore, autorem ſeditionis grauiſſimæ uidelicet Gracchum, & cauſam, qua ut agri portionem haberet, populus ſeditionem mouit, & eam habuit. Secundum Oliuerium tamen ordo erit, ut ager. ſ. bello quæſitus, diuideretur ſecūdum legem eius. ſ. Gracchi. ſed id difficile ſit creditu. Quam deinde &c. Affert quartum eiuſdem prudentię facinus dicens. deinde q̃, ideſt quantum putas prudenter ſenatus ſup. geſſit ſe in Maſiniſſa rege, ſcilicet Numidię rq. d. prudentiſſime. nam cum ſenatus uſus eſſet opera. i. auxilio eius ſcilicet Maſiniſſæ, prōptiſſima, & fideliſſima aduerſus Carthaginiē. & cerneret eum. ſ. Maſiniſſam, auidiorem. i. nimis auidum in dilatando, ideſt extendendo regno, ſcilicet ſuo, iuſſit legem ferri, quæ tribueret, ſcilicet pro muneratione Maſiniſſæ libertatem ſolutam ab imperio Po. Romani. Quo facto ſenatus tum. i. ſimul retinuit beneuolentiam, ſcilicet Maſiniſſæ optime meriti, tum, ideſt ſimul repulit a ualuis ſuis, ideſt oſtiis, quæ quotidie, aut iudicium, aut opem poſtulantes, pulſitare ſolebant, feritatem Mauritaniæ, & Numidiæ, & cęterarū gentiū illius tractus nunq̃ quieſcentem pace fida. quia. n. non amplius habuerunt prouocationem ad ſenatum populumq; Romanū nō amplius moleſtiā attulerunt. Tranſiturus autē ad externa utitur tali paraſceue. Tēpus deficiet, ideſt non ſatis erit mihi narrandi domeſtica, ſcilicet exempla, quoniam imperiū noſtrum, id eſt Roma. comprehendit incrementum, ac tutelam conſeruationem ſui, non tam robore corporum, q̃ uigore animorum. itaq; prudentia Romana ponatur ex maiori parte in admiratione tacita, ideſt in pectore, non in ſcripto, aut uoce poſita, & additus detur exemplis alienigenis huius generis.

OLIVERIVS.

SOCRATES. Vale. Socratem quoddam quaſi terreſtre appellat oraculum, ad illud reſpiciens, q̧ cum templum Apollinis ingreſſus eſſet, ſic exceptus eſt a ſacerdote, ut diceret, Salue ſapientiſſime omnium. Solinus in cap. de homine, perfectam ſapientiam ſoli Socrati Delphicum oraculum adiudicauit. Cicero

Socratis dictum ſapientia plenum

mortalibus arbitrabatur, q̃ vt bona tribuerent: quia ii demum ſcirent, quid vnicuiq; eſſet vtile: nos autẽ plerunq; id votis expetere, quod non impetraſſe melius foret. Etenim denſiſſimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quam late patentẽ errorẽ cæcas pręcationes tuas ſpargis: diuitias appetis, quæ multis exitio fuerunt: honores concupiſcis, qui complures peſſundederunt: regna tecum ipſa voluis, quorum exitus ſæpenumero miſerabiles cernuntur: ſplendidis coniugiis iniicis manus, at hæc vt aliquando illuſtrant, ita nonnunquam funditus domos euertunt: deſine igitur ſtulta futuris malorum tuorum cauſis quaſi feliciſſimis rebus inhiare, teq; totum cęleſtium arbitrio permitte: quia qui tribuere bona ex facili ſolent, etiam eligere aptiſſima poſſunt. Idem expedita & compendiaria via eos ad gloriam peruenire dicebat, quid id agerent, vt quales videri vellẽt, tales etiã eſſent: qua quidem prędicatione aperte monebat, vt homines ipſam potius virtutem haurirent, q̃ vmbrã eius conſectarentur. Idem ab adoleſcẽtulo quodam conſultus vtrum vxorem duceret, an ſe omnino matrimonio abſtineret: Reſpondit, vtrum horum feciſſet, acturum pœnitentiam. hinc te, inquit, ſolitudo, hinc orbitas, hinc generis interitus, hinc hæres alienus excipiet: illinc perpetua ſolicitudo, cõtextus querelarum, dotis exprobratio, affinium graue ſupercilium, garrula ſocrus lingua, ſubſeſſor alieni matrimonii, incertus liberorum euentus. Non paſſus eſt iuuenem in contextu rerum aſperarum, quaſi læte materiæ facere delectum. Idem cum Athenienſium ſcelerata dementia triſtem de capite eius ſententiam tuliſſet, fortiq; animo, & conſtanti vultu potionem veneni e manu carnificis accepiſſet, admoto iam labris poculo, vxori Xantippe inter fletum, & lamentationem vociferanti innocentem eum perimi, quid ergo, inquit, nocenti mihi mori ſatius eſſe duxiſti? O immenſem illam ſapientiam, quæ ne ipſo quidem vitæ exceſſu obliuiſci ſui potuit.

quoq;, Socrates inquit, omnium ſapientiſſimus oraculo Apollinis adiudicatus. hic igitur dicere ſolitus erat, non debere homines præcipuum quicquam a diis immortalibus petere, niſi quæ illis nobis expedire putant. ſciunt enim ipſi quid nobis utile ſit. multis rationibus probat, homines plerunq; ea petere: quæ noxia ſunt, ut opes honores, imperia, hęc omnia cũ plerunq; poſſidẽtibus obſint, in bonorũ numero non ſunt ponenda. bonũ enim id ſolũ dicitur, qđ nemini nocet, quodq; nullo fortunæ impetu cõmouetur. Melius foret. cuius deinde pœniteat cum impetraueris. Etenim. probat ita eſſe. q.d. pcipites in multos errores tuę preces incurrunt cũ ea plerũq; petas, quæ tibi nocitura ſunt. Cæcas. temerarias, & incõſideratas. Diuitias ap. quaſi bona. ex hoc probant nõ eſſe bona, ꝙ multis exitio fuerint. Iniicis ma. appetis, & uẽdicas tibi. Illuſtrant. Si ſummo loco nata fuerint, & cum acceſſerint dotes, bona animi illuſtrant. Inhiare. auidiorem eſſe, & admirari a præcedente qđ ſequitur. nam ſolẽt ea quæ admirantur, aperto ore, fixiſq; oculis intueri. Teq; totum cæleſtium arbitrio permitte. Sine, inquit deos, quid ſit utile ſine uoto tribuere. hæc ſtulta, & certa uota Iuuena. his uerſibus carpit. Si uis conſilium permittas expendere diuis Quid conueniat nobis, rebuſque ſit utile noſtris. Nam pro iocundis aptiſſima quæque dabunt dii. Carior eſt illis homo, quã ſibi nos animorum. Impulſu, & cæca, magna cupidine ducti. Coniugiũ petimus, partumq; uxoris, at illis Notũ, qui pueri, qualiſq; futura ſit uxor. Idem expedita, & compendiaria. Breuiori. Cic. in officiis. Socra. inquit, præclare hanc uiã ad gloriã proximã, & quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis id ageret, ut qualis haberi uellet, talis eſſet. Idem ab adoleſcentulo. Socrates cũ ex eo quæreret quidem adoleſcens, nũquid uxorem duceret, ita reſpõdit, ut illum ambiguũ relinqueret ſicut in litera patet, ſed aliter reſpõdiſſe dicitur.

Vxor an ducenda ſit

Diogenes uſus dilemmate, id eſt cõplexione, quæ ex utraq; parte concludit, ſi inquit, pulchram communem, ſin autem turpẽ duxeris, penã. Theupraſtus quoq; idem ſenſiſſe uidetur, pulchra, inquit, cito adamatur, fœda facile contemnitur. difficile cuſtoditur, quod plures amant, moleſtum eſt poſſidere, quod nemo habere dignatur. minori tamen miſeria deformis habetur, q̃ formoſa ſeruatur quia nihil tutum, in quod totius populi uota ſuſpirant. Orbitas. Sine filiis nullos hæredes relinquens. Perpetua ſolicitudo. parãdi. ſ. ea, quæ uxori, & liberis neceſſaria ſunt, & teſte Theophraſto multa ſunt matronarum uſibus neceſſaria, quæ ab illis ſemper expetuntur, precioſæ ueſtes, aurum, gemmæ, ſumptus, ancillæ ſupplex, uaria lauticia. Exedra deaurata, aliæq; ſunt ſolicitudines, quæ ab uxoribus capiũtur, quas ille commemorat, ut per totã noctem garrulæ conqueſtiones, illa ornatior procedit in publicum, hæc honoratur ab omnibus, ego in conſpectu fœminarum miſella deſpicior, cur aſpiciebas uicinam? quid cum ancilla loquebaris? de foro adueniens, quid attuliſti? & mille alia eiuſmodi. Item pauperem alere difficile eſt, diuitem ferre tormentum. unde ait Socrates, contextus querelarum. Affinium graue ſupercilium. ſuperba uxor, ſuperbos daret affines, ſuumq; nobile genus tibi ſemper exprobrare ſolet. Iuuena. Tolle tuum precor humani ulctumq; ſiphacem. In caſtris, & cum tota Carthagine migra. de matrona loquitur, quæ ſuam marito generoſitatem iactare ſolet. Dotis exprobratio. ut illud Iuuen. Intolerabilius nil eſt quam fœmina diues. Garrula. ſocrus, rara erit inter uirum uxoremq; concordia uiuente ſocru, q̃ filiã docet, quomodo uirum ſibi reddat obnoxium. Iuuena. Deſperanda tibi ſalua concordia ſocru. Subſeſſor. inſidiator, ut Virgil. Subſedit adulter. & denique illud euenit in ducenda uxore, ꝙ Theophraſtus dicit ꝙ nulla ſcilicet eſt uxoris electio, ſed qualiſcunq; euenerit habenda eſt. ſi iracunda, ſi fatua, ſi deformis, ſi ſuperba, ſi fœtida, ſi impudica, quodcunque uitii eſt, poſt nuptias diſcimus.

Subſeſſor alieni matrimonii.

Incertus liberorum euẽtus. Quia, ut quidam ait, beatus eſt ille, qui felix fuerit in filios, incertum enim eſt, an filii tui probi, & uirtutis amantes pariter, & imitantes futuri ſint.
Cõtextu rerum. ordine rerũ.
Idem cum Athenienſium. Diximus ſupra quod Socrates, quod alienos deos introduceret, & quod adoleſcentes corrumperet, in carcerem coniectus .xi. iudicum ſententiis, ut legitur ĩ Phedone Platonis dãnatus fuerit, & cum ei poculum uenenatum (nam illum Athenien. honoris gratia, eo mortis genere honeſtiori necari uoluerunt) poculũ inquam eſſet oblatum, & coniunx eius Xantippe uociferaret, ac diceret, innocens moriturus es mi uir. tum ille, ſtatus ne putaſti me mori nocentem? Socrates in articulo mortis philoſophię memor, uxoris ſuæ dementiam notauit quæ quaſi doloris augumentum rem quæ ſibi conſolationẽ debebat afferre, lamentaretur. legitur in uita Socratis non Xantippem eius uxorem, ſed Apollodorum ea dixiſſe, quæ Valerius aſcribit uxori. De morte Socratis hæc habẽtur, Antyus quidam Athenis ſępe deriſus a Socrate propter eius ineptias, contra Socratem eum multos alios, tum Ariſtophanem poetam concitauit, qui grandi pecunia corruptus comœdiam ſcripſit in Socratem, in qua illum notabat quod nebulas coleret, & Athenienſibus religionibus detractaret, & quod præterea iuuenum mentes ſic imbueret, ut parentibus manus inferre pie, & officioſe poſſent. quę cum ad uulgi aures peruenerunt (nam in ſcena recitata eſt comœdia illa) ſic omnes in Socratem ira accenſi ſunt, ut poſtero die in iudicium tractus fuerit, & eum accuſauerunt tres, Antyus, Lycon, & Melytus, ꝙ ſcilicet iura uiolaret, quę ciuitas haberet, deos eſſe non exiſtimans, & alienos deos induceret, & quod cõtra ius, & fas iuuenes corrumperet. pro quo Plato orationem habuiſſe dicitur ad pręceptoris ſui defenſionem, qui non eſt auditus. quare Socrates non iudicio, ſed furore quodam damnatus, & in

carcerem

carcerem coniectus, paulopoſt publico ueneno necatus eſt. ſed poſt paucos dies pœnitentia ductus populus quamuis ſero, interfectum lugent, prædicant omnes illum ſanctitate pium, ac clariſſimarum omnium uirtutum uenerabilem extitiſſe. inducitur publicus mœror, clauduntur officinæ, & gymnaſia, fit ineptus in accuſatores, qui omnes ſupplicio affecti, & fugati fuerunt. Socrati uero ab Athenien. ærea ſtatua, Lyſippi opus, in celeberrimo loco poſita fuit. ſtetit Socrates in carcere. xxx. dies teſte Seneca epiſtola ad Lucilij lxxi. potuit, inquit, Sotrates abſtinentia finire uitam, & inuidia potius, quam ueneno mori. xxx. tamen dies in carcere, & expectatione mortis exegit. Celebrata impia ad eum, qui omnia de ſe pietatis documẽta dederat. Immenſam, ſcilicet dixerim. Sui, id eſt ſuæ ſapientiæ & fortitudinis.

Socrati ærea ſtatua erecta

DE SOLONE.

Age q̃ prudenter Solon neminem, dum adhuc viueret, beatũ dici debere arbitrabatur: quod ad vltimum vſq; fati diem ancipiti fortuuæ ſubiecti eſſemus. Felicitatis igitur humanæ appellationem rogus cõſumat, qui ſe incurſu malorum obiicit. Idem, cum ex amicis quendam grauiter mœrentem videret, in arcem perduxit, hortatuſq; eſt, vt per omnes ſubiectorum ædificiorum partes oculos circunferret: quod vt factum animaduertit, cogita nunc tecũ, inquit, quã multi luctus ſub his tectis & olim fuerint, hodieq; verſentur, inſequentibuſq; ſeculis ſint habituri, ac mitte mortalium incommoda tanquam propria deflere: qua conſulatione demonſtrauit vrbes eſſe humanarum cladium concepta miſerãda. Idem aiebat, ſi in vnum locum cuncti mala ſua contuliſſent, futurum, vt propria deportare domum, quam ex omni miſeriarum aceruo portionem ſuam ferre mallent: quo colligebat non oportere nos, quæ fortuito patiebamur, præcipuæ, & intolerabilis amaritudinis iudicare.

ASCENSIVS.

SOCRATES quaſi quoddam oraculũ, id eſt promptuarium prouidentiæ, & cognitionis diuinæ ad danda reſponſa de futuris, & rebus occultis, ac de uitæ ratione terreſtre, id eſt in terra conuerſatum (cum oraculum Apollinis cæleſte putet) ſapientiæ humanę, id eſt quatenus homini contingere poteſt, arbitrabatur nihil petendum a Diis immortalibus ultra, id eſt ulterius quam ut tribuerent, bona, ſcilicet uera, quia hi ſcilicet Dii demum, ideſt ſolummodo, (Tracta metaphora ab iis, qui aliquid quærunt, quod ſi uno duntaxat in loco inuenerint, dicunt, illic demum repertum, quod idem eſt, ac ſi dicant ſolummodo) ſcirent quid eſſe utile unicuiq;. autem pro ſed dicebat, aut arbitrabatur nos expetere plerunq;, ideſt frequenter aut fere uotis, ſcilicet noſtris, id quod foret melius non impetraſſe. Etenim, id eſt nam certe ſupple dicebat, omens mortalium inuoluta denſiſſimis tenebris in quam, id eſt in quãtum late patentem errorem, tu ſpargis prędicationes tuas cęcas, ideſt improuidas? tu appetis diuitias, quæ fuerunt multis exitio. Tu concupiſcis honores, qui peſſundederunt complures. Ipſa, id eſt tu uoluis tecum, id eſt meditaris, & amplecteris regna quorum exitus cernuntur ſæpenumero miſerabiles. Tu iniicis manus, id eſt affectanter inhias coniugiis ſplendidis, id eſt ſplendidarum fœminarum at, id eſt ſed hæc, ſcilicet ſplendida coniugia, ut, id eſt quemadmodum illuſtrant aliquando, ita euertunt, nonnunquã domos funditus. Igitur o mens ſtulta deſine inhiare, id eſt hianter intendere cauſis futuris tuorum malorum, quaſi, id eſt tanquam rebus feliciſſimis, & permitte totum arbitrio cæleſtium, hoc eſt Dei, quia ſcilicet Dii, qui ſolent tribuere bona ex facili, id eſt ſine grauamine. aut ſine difficultate poſſunt etiã eligere aptiſſime ſupple ea quæ ſint tribuenda. Idem ſcilicet Socrates, dicebat eos peruenire uia expedita, id eſt a nullo impedita, ac ita facili, & compendiaria, id eſt breui, qui agerent id, ut quales uellent uideri tales etiam eſſent. Qua quidem prædicatione monebat aperte, ut homines haurirent potius ipſam uirtutem, q̃ conſectarentur umbram, ideſt apparentiam eius. Idem, ſcilicet Socrates conſultus, id eſt petitus conſilium (unde ſciendum etiam paſſiue ſignificare) ab adoleſcentulo, utrum duceret uxorem, an abſtineret ſe omni matrimonio, Reſpondit ſupple, adoleſcentem illum acturum pœnitentiã utrum utrum, ideſt utrũcunq;: (Sunt qui legant utrum, ſed meo iudicio non recte. nam ſicut de tribus utpote an unam uxorem tantum, an plures, an nullam duceret, nõ recte dixens, quod horum feciſſet, ſed quodcunq;, &c. ita in hoc loco non recte dicatur utrum horum, utrumutrum, aut utrumcunq; ſi ſit in uſu, horum, ſcilicet duorum) nam inquit ſolitudo accipiet te hinc ex cælibatu: Et orbitas, id eſt priuatio prolis legitimæ excipiet te hinc, id eſt ex eodem, & interitus generis tui excipiet te hinc, id eſt ex eodem, & hæres alienus, qui tuis potietur, excipiet te hinc, id eſt ex eodem cælibatu. Et ſupple ſolicitudo perpetua, ſcilicet pro uxore, liberis, & re domeſtica, contextus, id eſt cumulus congeſtus, hoc eſt continua materia querelarum, cum ſemper aliquid ſit, quod diſpliceat in familia, exprobratio dotis, ſcilicet per uxorẽ, aut affines tuos, quæ & quicquid poſſederis doti acceptum ferent graue ſupercilium affinium putantium te indignum tali uxore, lingua ſocrus, id eſt matris uxoris tuæ garula, quia ut dicit Iuuenalis, Deſperanda tibi ſalua concordia ſocru. poteſt etiam dici ſocrus garula lingua, ideſt habẽs garulam linguam, ſubſeſſor alieni matrimonii, id eſt qui ſolicitet uxorem tuam de ſtupro, incertus euentus liberorum, quia neq; ſcit, qui uxorem ducit, an habiturus ſit liberos, nec ſi habuerit, quales futuri ſint, hæc inquit omnia excipiente te illinc, id eſt ex matrimonio, ſi contraxeris ipſum. Metellus autẽ apud Gellium libro primo docet, in matrimonio non poſſe iocunde, & ſine malo uiuere, ſed ſine matrimonio nequaquam. neceſſe eſt igitur pro honeſta conſeruatione generis humani matrimonium contrahi. ſed nulli nunc ea lex ſingulariter præfixa eſt. Ideo autem Socrates utriuſq; ſtatus miſerias iuueni illi propoſuit, ut reuocaret a falſa opinione. Credebat enim, eo quod eſſet liber, & diues, utrinq; late a ſe fieri poſſe. unde addit autor. Socrates ſupple non eſt paſſus, iuuenem facere delectum, id eſt electionem quaſi materiæ iatæ in contextu, ideſt ab utraque parte propoſitione, rerum aſperarum, quia aſperum eſt, & ducere, & non ducere uxorem. ſed non eſt domus ſine malo. Tentatio enim eſt uita hominis ſuper terram. Idem ſcilicet Socrates. cum dementia ſcelerata Athenien. tuliſſet triſtem ſententiam de capite eius, id eſt cum eum morti adiudicaſſet, & accepiſſet forti animo, & uultu conſtanti potionem uenenie manu carnificis, poculo admoto iam labris, inquit Xantippe uxori uociferanti inter fletum, & lamentationem, eum, ſcilicet Socratem maritum ſuum perimi innocentem, quid ergo, id eſt ſi ideo fles, quod innocens pereo, duxiſti, id eſt exiſtimaſti ſatius, id eſt melius, & eligibilius eſſe mihi mori nocenti? O (inquit Valerius) immenſa ſapientia, quæ ne ipſo quidem exceſſu uitæ potuit obliuiſci ſui.

OLIVERIVS.

AGE quam prudenter. Hoc in uita Solonis apud Plutar. legitur. cũ in Lydiam Sardos Crœſi regis rogatu Solon ſe recepiſſet, illi aurum, & argentum, omniaq; precioſiſſima, quibus rex ille abundabat, cum ambitione quadam oſtentauit, ſperans eo modo apud Solonem felicitatis nomen conſecutum. Cum igitur per multos dies apud Crœſum moratus eſſet, eiuſq; diuitias, & precioſa quæq; luſtraſſet, ac felicitatem cognouiſſet, Crœſus interrogauit, num quempiam ſe feliciorem unquam uidiſſet? cui Solon reſpondit. Talem ſiue Telum quendam Athenien. qui cum filiis pro patria fortiter pugnans interierat. tum Crœſus ubi ſe opinione fruſtratum eſſe cognouit, q̃ primum felicitatis locum non obtineret, rurſus quæſiuit ex eo, quis poſt Telum ſe beatior eſſet, Cleobin & Bytonem Solon eſſe dixit. qui cum graui peſtilentia omnia ferme iumenta periſſent, & eorum mater ad ſacra facienda curru uehenda foret, quia pedibus ire omnino religione prohibebatur, matris pietate, & pariter religione moti, collum ſubiecere iugo, & matrem ad templum ceruice traxerunt. illa deinde peractis ſacrificiis Iunonem orauit, ut filiis daret, quod optimum iudicaſſet, & ita ſequenti die mor-

tui in cubiculo inuicti ſunt, ex quo iudicatum eſt, mortem optiſmum eſſe omnium. tum Crœſus indignabundus, nonne beatus tibi uideor, inquit? cui reſpondit Solon. Immo felicem te iuſdico, beatum omnino negauerim. nam beatum dicimus, qui ad extremum diem in felicitate permanſerit. ita eſſe Crœſus ipſe documento maximo fuit, nam paulopoſt, hic bellum cum Cyro Perſarum rege forte gerēs, prima pugna uictus, atq; fugatus in Sardorum ciuitatem confugit. Cyrus perſecutus, expugnata urbe, eum uiuum cepit, & ingenti rogo impoſitum cremari uolebat, qui cum palo ſtaret alligatus, lignaq; circumponerentur magna uoce ter Solonem uocaſſe dicitur. quod cū Cyro delatum eſſet ab eo perſcunctari iuſſit, quid ita Solonē inuocaret. qui cum rem omnē explicaſſet, Cyrus ad ſe redīes, humanamq; conditionem excogitans, intellexit tale quidam ſibi quoq; accidere poſſe, quia ſub eiuſdem fortunæ poteſtate poſitus eſſet. & propter ea illum liberare conſtituit. itaq; iuſſit inde quam primum ammoueri, nec eum ſolum uita donauit, uerum etiam ſummo honore quo ad uixit apud ſe habuit. hoc modo Solon uſus eſt hac ſapienti oratione alterum ſeruaſſe ex regibus, alterū cautiorem, prudentioremque reddidiſſe. Neminem beatum. multi quidem felices ſunt ſed non beati. beatos dicimus, qui ad extremum uſque uitæ ſuæ diem in felicitate permanſerint. Ad ultimum uſque fati diem. unde Ouid. ſed ſcilicet ultima ſemper, Expectanda dies homini eſt, dicique beatus Ante obitum nemo ſuprema que funera debet. Rogus. mors. & reſpicit ad hiſtoriam ſupradictam. rogum dixit mortem, a præcedente, quod ſequitur. nam rogis ſemper imponebantur mortui apud maiores. Idem cum ex amicis quendam grauiter mœrentem. hoc idem in eius uita cōtinetur. Adoleſcens quidem familiaris Solonis, triſtis admodū erat, quod ei multa aduerſa contigiſſent. quod cum ſenſiſſet Solon conſolaturus adoleſcentem in eminentiorem urbis locum eduxit, iubetq; cunctas ſubiectas oculis domos percurrere, ſecumq; cogitare, quot malorū genera, quantiq; luctus ſub illic tectis eſſent, ac futura eſſent, nec exiſtimare uellet ſibi incōmoda ſoli tanquam propria accidiſſe. Incōmoda tanq̄ propria. Ouid. neque enim fortuna quærenda ſola tua eſt, Similes aliorum reſpice caſus Mitius iſta feres. Incommoda. humanos caſus. Conſepta. quaſi quædam ouilia, & clauſtra. Idem aiebat ſi in unum locum. hoc cum ſuperiori coniungit Plutar. quod ſeparatim narrat Vale. cum enim Solonis quidem familiaris admodum triſtis conſulationem non admitteret, Solon ne deſperatione grauius quicquam conſuleret, amicus ille, hoc conſulationis genus attulit. finge, inquit, animo omnia omnium mala in unum cumulum eſſe congeſta, nunquid tuam potius quā ęquā illorum malorum partem in domum deportabis? & hæc uerba cum diligentius conſideraſſet adoleſcens deſperatione depoſita, conſolationem admiſit. ſignificabat autem Solon, non quæ nobis accidunt propria iudicare, nec ea debere nos inconſolabiliter ferre. Contuliſſent. congeſſiſſent in cumulum. Fortuito. ſæuiente fortuna.

A S C E N S I V S.

¶ A G E (adhortandi uox, quaſi dicat diiudica mecum) quam id eſt quantum prudenter Solon Athenien. legumlator, arbitrabatur, neminem debere dici beatum, dum adhuc uiueret, quod, id eſt quia ſubiecti eſſemus fortunæ ancipiti uſque ad ultimum diem fati, id eſt mortis. Ergo rogus, ſcilicet quo mortuorum cadauera urebantur, aut ſepulchrum, conſumat, id eſt perficit appellationem felicitatis humanæ, qui, ſcilicet rogus, hoc eſt finis uitæ. ſiue per rogum, ſiue per ſepulturam ſignificandus, obiit ſe in curſu pro incurſui, aut legas incurſui malorum, id eſt ne mala aliqua incurrant, quia mors ultima linea rerum eſt. Idem ſcilicet Solon, cum uideret quendam ex amicis mœrentem grauiter, perduxit ſupple eum in arcem, id eſt ut dicunt in turrim, aut ſummam domum urbis, & hortatus eſt ſupple eum, ut circunferret oculos per omnes partes ædificiorum ſubiectorum id eſt uiſui. quod ut, id eſt poſtquam Solon animaduertit factum, ſcilicet ab amico ſuo, inquit cogita nunc tecum, quam multi luctus, & id eſt ſimul fuerunt olim, & uerſentur hodie ſub his tectis, & habituri, id eſt manſuri ſint in ſeculis ſequentibus, ac mitte, id eſt omitte deflere incommoda mortalium, id eſt quæ omnibus cōmunia ſunt, tanquam propria, id eſt tanquam eſſent tua unius, aut tibi ſoli. Qua conſulatione Solon ſupple demonſtrauit urbes eſſe conſepta, id eſt quaſi clauſtra quædam miſeranda cladiū humanarum, id eſt in quibus cum hominibus clades humanæ includantur, ut oues noctu in ſeptis ſuis cum paſtoribus. Idem ſcilicet Solon aiebat, ſi cuncti contuliſſent ſua mala, id eſt incommoda in unum locū, futurum ſupple eſſe, ut ſinguli mallent deportare domum ꝓpria, ſcilicet mala, hoc eſt incommoda, & miſerias, quam ferre domum ſupple ſuam portionem, id eſt quæ cuique contingeret, ſi æqualibus portionibus mala conduiderentur ex omni aceruo miſeriarum. (Quod ut de multis uerum eſſet, ita de omnibus uerum fore difficile eſt intelligere. nam qui grauiſſimum pondus miſeriarum afferret minus facta tali partitione referret. ueruntamen fortaſſe non multo tolerabilius. nam licet multum de miſeriis ſuis remitteret, & parum alienæ miſeriæ, reſpectu dimiſſæ aſſumeret, tamen quia iam nota mala mitius ferrentur, quam noua, & quibus nullam dedimus anſam, tolerabilius forte multas miſerias noſtras, quam paucas alienas nobis inditas ferremus.) Quo, ſcilicet dicto Solon colligebat, id eſt concludebat, nos non oportere iudicare ea, quæ patiamur fortuito ſupple eſſe amaritudinis præcipuæ, & intolerabilis.

D E B I A P R I E N E N S I.

Bias autem, cum patriam eius Prienen hoſtes inuaſiſſent, omnibus, quos modo ſæuitia belli incolumes abire paſſa fuerat, pręcioſarum rerum pondere onuſtis fugientibus, interrogatus quid ita nihil ex bonis ſuis ſecum ferret: Ego (inquit) vero bona mea mecum porto: pectore enim illa geſtabat, non humeris: non oculis viſenda, ſed æſtumanda animo: quæ domicilio mentis incluſa, nec mortalium nec deorum manibus labefactari queunt: & vt manentibus præſto ſunt, ita fugientes non deſerunt.

O L I V E R I V S.

¶ B I A S autem. Hoc exemplum, & Cicero ponit prima para. ubi arguit ab autoritate, diuitias appellari non debere, nec eſſe bona, quod cum aliorum, cum Biantis maxime teſtimonio probat, cum dicit. nec non ſæpe illum laudabo ſapientem Biantem, ut opinor, hoc ideo dixit, quia ſunt nonnulli, qui dicunt non Biantem, ſed Pittacum fuiſſe, qui nominatur inter ſeptem ſapientes. cuius cum patriam Prienen cepiſſet hoſtis, ceteriq; ita fugerent, ut multa de ſuis bonis aſportarent, cumq; eſſet admonitus a quodam, ut idem ipſe faceret, ego uero, inquit facio, nam omnia mea mecum porto. Ille hæc ludibria fortunæ, ne ſua quidem putauit, quæ & nos etiam appellamus bona. Onuſtis. preſſis, & oneratis, ſed inter oneratum, & honuſtum hoc intereſt, quod oneratus pro qualicunque pondere preſſus, onuſtus, cui onus ipſum honori eſt. & alterum quidem aſpiratur, uidelicet honuſtus, alterum, ſcilicet oneratus ſine aſpiratione exaratur. Omnia mea, ſcilicet uirtutes, quæ ſola bona ſunt, & ſua cuiuſque uere dici poſſunt, quæ nulla ratione poſſunt amitti, ut ſæpe dictum eſt. Labefactari. conquaſſari, corrumpi, ſubduci. Biantis dictum

A S C E N S I V S.

¶ B I A S autem cum hoſtes inuaſiſſent Prienen patriam eius, omnibus (quos modo ſæuitia belli paſſa fuerat abire, incolumes, id eſt ſaluos) fugientibus onuſtis pondere rerum precioſarum. interrogatus quid ita, id eſt cur nil ferret ſecum ex bonis ſuis, inquit, ego uero, id eſt pro certo, porto mecum bona mea. Enim pro quia, ipſe geſtabat ſupple bona ſua pectore non humeris, & non uiſenda oculis, ſed æſtimanda, id eſt appreciānda animo, quæ incluſa domicilio mentis, nec queunt labefactari manibus mortalium, nec Deorū propter liberum arbitrium. (de potentia tamen abſoluta, Deus bona animi auferre poſſet, ſed nollet, quia natura ipſius eſt boni augmentatiua) & ut, id eſt quemadmodum bona animi, hoc eſt uirtutes præſto, id eſt præſentes, & paratæ ſunt, manentibus id eſt perſiſtentibus in patria ſua, ita non deſerunt fugientes, ſcilicet iuſta de cauſa, quia alioqui uirtus cedere neſcit.

Oliuerius.

OLIVERIVS.

¶IAM Pla. breue Platonis dictũ, ſed ſapientia plenũ, q̃ tũ res humanas ſtabiles fore dixit, mũdũq; beatũ, ſi aut ſapiẽtes regerent aut regẽtes ſaperẽt. qđ Lactãtius diui. inſtitu. cõfirmat. dicit enĩ, Plato dixit beatas ciuitates fuiſſe futuras, ſi aut philoſophi regnarent, aut reges philoſopharent. Abſtricta. breuis, & pcĩſa,

potuit, ſi nunquam tacuerit, ubi loquendum fuit. Non enim aſtipulor illi uerſiculo hinc fortaſſis tracto. Nã nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum. cum canes muti tam acriter arguantur a propheta domini.

OLIVERIVS.

¶ARISTOPHANIS. hic ſcriptor comœdiarũ, qui in comœdia quadã Periclẽ Athe. ducẽ ex inferis excitatum ita loquẽtẽ introducit, non oportere in urbe nutriri Leonẽ. ſin autẽ ſit alitus, obſequi ei cõuenire. hic ſapiẽter monuit Athen. in comœdia, coercẽdos. ſ. eſſe nobiliſſimos adoleſcẽtes, ne nimia indulgẽtia inſolentiores facti, poſtmodũ fiant intolerabiles, quia ſtultũ, & inutile ſit quas uires ipſe nutrieris, eas nõ uelle pati. Otrectare. reſiſtere.

DE PLATONE PHILOSOPHO.

Iam Platonis verbis abſtricta, ſed ſenſu præualens ſententia, qui tum demum beatum terrarum orbem futurum prædicauit, cum aut ſapientes regnare, aut reges ſapere cœpiſſent.

DE QVODAM REGE.

Rex etiam ille ſubtilis iudcii, quem ferunt traditum ſibi diadema priuſquã capiti imponeret, retentum diu cõſyderaſſe, ac dixiſſe: O nobilem magis, q̃ felicem pannũ, quem ſiquis penitus cognoſcat q̃ multis ſolicitudinibus, & periculis, & miſeriis ſit refertus, ne humi quidem iacentem tollere vellet.

DE XENOCRATE PHILOSOPHO.

Quid Xenocratis Reſpõſum, q̃ laudabile? cum maledico ſermoni quorundam ſummo ſilentio intereſſet, vno ex his quærente cur ſolus linguã ſuam cohiberet, quia dixiſſe me, inquit, aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam.

DE ARISTOPHANE.

Ariſtophanis quoq; altioris eſt prudentiæ præceptum, qui in comœdia itroduxit remiſſum ab inferis Athenienſem Periclem, vaticinantẽ, non oportere in vrbe nutriri Leonem: ſinautem ſit alitus, obſequi ei conuenire. Monet enim, vt præcipuæ nobilitatis, & concitati ingenii iuuenes refrenẽtur, nimio vero fauore, ac pfuſa indulgentia paſti, quo minus potentiã obtineant, ne impediantur: quod ſtultum, & inutile ſit eas obtrectare vires, quas ipſe foueris.

DE THALETE PHILOSOPHO.

Mirifice etiam Thales, nam interrogatus, an facta hominum deos fallerent: nec cogitata, inquit: vt non ſolum manus, ſed etiam mentes puras habere vellemus, cum ſecretis cogitationibus noſtris cæleſte numen adeſſe credidiſſemus.

ASCENSIVS.

¶IAM (continuatiua eſt, ut iã ſæpe monuimus pticula) ſentẽtia Plato. abſtricta. i. abbreuiata uerbis, ſed pualẽs ſenſu. Qui. ſ. Plato pdicauit orbẽ terrarũ. i. mũdũ hunc futurũ tũ demũ beatũ, cum aut ſapiẽtes cœpiſſent regnare, aut reges ſapere.

OLIVERIVS.

¶REX etiã ille. De huius regis noĩe nulla fit apud Plu. mẽtio, nec apud alios quos ipſe legerim. Diadema. honor, & redimiculũ capitis eſt, a ligando dictũ. Nobilẽ. Quia reddit hoĩes claros. Q ua felicẽ. qa plus amaritudinis ſentiat, q̃ felicitatis. Humi tollere. ne dũ cum labore, & periculis.

ASCENSIVS.

¶REX &c. Ordo, ille etiã rex, cuius nomẽ ignorat, ſub. fuit ſubtilis iudicii, quẽ ferũt cõſideraſſe, diadema. i. iſigne capitis regii traditũ ſibi iſigne uideliſcet regiæ potẽtiæ retẽtũ diu. ſ. ĩ manibus, priuſquã iponeret capiti. ſ. ſuo, ac dixiſſe. O pannũ. (Eſt. n. faſcia q̃dã, cui corona ſuperiponebat apud Perſas) nobilẽ magis, q̃ felicẽ. i. faciẽtẽ potius hoĩem nobilẽ q̃ felicẽ. quem ſiqs cognoſcat penitus, q̃ multis ſolicitudinibus & periculis, & miſeriis ſit refertus, ne qdem. i. nõ ſaltem, aut non etiã uellet tollere. i. efferre eũ iacentem humi. i. ſup terrã.

OLIVERIVS.

¶QVID Xenocratis. huius philoſophi & alia, pter hoc rñſum, dicta ſapiẽter, multa legũtur, nã hoc in primis quaſi ſimile ſuperiori dictitare ſolebat, multa quidẽ audiẽda, pauca uero dicenda, qm̃ hominibus os unũ, & aures duas natura dediſſet. rurſus iniuriã illatã, infamẽ eſſe inferẽti, nõ patienti. Item cum incidiſſet in obtrectatorem, & maledicentem ab eo quamprimum fugiens ait, tu linguæ tuæ ſeruus es, ego uero mearum aurium dominus ſum. pari ratione, cum uidiſſet duci furem ad ſupplicium dixit, fures maiores trahunt ad ſupplicium minores.

ASCENSIVS.

¶QVID Xenocratis &c. ad leuandũ faſtidiũ legenti, uaria utitur ratione dicẽdi, nunc interrogatiue, nũc admiratiue, nũc cõtinuatiue, nũc ex abrupto, nũc citra omnẽ figurã rem explicãs. Hoc itaq; loco utitur modo interrogandi. Q uid ſup. dices, aut cẽſebis Reſponſum Xenocratis. ſ. Philoſophi, q̃. i. quãtum laudabile ſup. eſt? q. d. maxime laudabile eſſe. Cum Xenocrates intereſſet ſup. cum ſummo ſilentio ſermoni quorundam maledico. i. diffamatorio, aut detractorio, uno ex his. ſ. maledicis, quærente. i. cum unus quæreret, cur ſolus cohiberet linguam ſuã, inquit. i. reſpondit, quia pœnituit aliquando me dixiſſe. i. locutum fuiſſe, & nunquam pœnituit tacuiſſe. Q uod quidem recte dixiſſe

ASCENSIVS.

¶ARISTOPHANIS &c. Præceptũ quoq; Ariſtophanis antiquæ comediæ ſcriptoris, eſt prudentiæ altioris. i. præ cæteris altæ. Q ui introduxit ĩ comœdia. ſ. ueteri, Periclẽ Athe. remiſſum ab iferis uaticinantẽ, nõ oportere Leonẽ. i. uirũ ferocis ingenii, & præpotẽtẽ nutriri in urbe. ſ. Athe. ſin aũt. i. ſed ſi ſup. Leo ſit alitus. i. educatus, & nutritus cõuenire. i. cõueniẽs, & utile eſſe obſeq. i. inſeruire ei. enim pq̃ Ariſtophanes ſup. monet hoc dicto allegorico, ut iuuenes pcipuæ nobilitatis, & ingenii cõcitati. i. acris & ardẽtis, refrenent. ſ. ab ſeũte ætate eorũ. uero. i. ſed ne iuuenes ſup. paſti. i. educati, & aliti, nimio fauore, ac indulgẽtia. i. facilitate, & pmiſſione (ut dicũt) pprię uolũtatis, pfuſa. ſ. nimia, impediat, quominus. i. ut nõ obtineant potentiã. q. i. qa ſit ſtultum, & inutile, immo pniciosum obtrectare eas uires, quas ipſe foueris.

OLIVERIVS.

¶MIRIFICE. Thaletis ſententia non modo ſapiens, ſed etiã religioſa, & Chriana, q̃ homines nõ facere, ſed ne cogitare quidem turpe quicquam debeant. nã interrogatus an deũ fallerent facta mortalium ſed nec cogitata quidem reſpondit, quia deus omnia nouit, & humanæ mentis arcana, unde uerſus extãt in hãc ſentẽtiã. Cũ qd turpe facis ſi me pſente rubeſcis, Cur pſente deo, nõ magis ipſe rubes? Pacu. idem ſenſiſſe uidet, q ait, Iouis oculus omnia cernẽs, uidit & q̃ ciuitates interius gerũt. Manus. quantũ ad facta. Mentes. quantũ ad cogitata.

Deũ nec hoiũ facta, nec cogitata fallunt.

ASCENSIVS.

¶MIRIFICE etiam Thales. ſ. philoſophus mileſius unus e ſeptẽ, ſup. reſpõdit. Nã interrogatus, an facta hominũ fallerent. i. laterẽt deos inquit. i. reſpõdit, nec cogitata. i. ne cogitata qdẽ hominum fallunt deos, quia Deus ſcrutator eſt cordiũ. hoc aũt dixit, ut uellemus habere non ſolũ manus puras a turpi, & iniquo facto, ſed etiam mentes. ſ. puras a turpi, ac iniqua cogitatione, cum. ſ. ita ſit, q credidiſſemus. i. perſuaſum habuiſſemus, numẽ cæleſte. ſ. deũ adeſſe ſecretis cogitationibus noſtris. Ac ne qdẽ. i. nõ etiam, qđ ſequit ſup. dictũ eſt minus ſapiẽs, cũ tamẽ hoc ſit reuera ſapientiſſimũ, & quod magnam curam merito mortalibus iniiciat. non ſolum pure uiuendi, ſed etiam caſte cogitãdi

DE THEMISTOCLE.

Ac ne quod ſequitur quidē minus ſapiēs, vnicæ filiæ pr̄ Themiſtoclem cõſulebat, vtrū eā pauperi, ſed ornato: an locupleti, ſed parum probato collocaret. Cui is, malo, inquit, virum pecunia: q̄ pecuniam viro indigentem. Quo dicto ſtultū monuit, vt generum potius, q̄ diuitias generi legeret.

DE REGE PHILIPPO PATRE ALEXANDRI.

Age Philippi, q̄ probabilis epiſtola, in qua Alexādrum, quorundā Macedonum beneuolentiā largitione ad ſe attrahere conatū, ſic increpuit: Quæ te fili ratio in hanc tam vanam ſpem induxit, vt eos fideles tibi futuros exiſtimares, quos pecunia ad amorē tui cõpuliſſes: a charitate iſtud pſtat̄. At vero ante Philippus majore ex pte mercator Græciæ, q̄ victor.

DE ARISTOTELE PHILOSOPHO.

Ariſtoteles autem Caliſthenem auditorem ſuum ad Alexandrū mittens monuit, vt cum eo aut q̄ rariſſime, aut q̄ iucūdiſſime loqueretur: quo ſcilicet apud regias aures vel ſilentio tutior, vel ſermone eſſet acceptior. At ille dum Alexandrū Macedonem Perſica ſalutatione gaudentē obiurgat, & ad Macedonicos mores inuitum reuocare beneuole perſeuerat, ſpiritu carere iuſſus, ſeram neglecti ſalubris cõſilii pœnitētiā egit. Idem Ariſtoteles de ſemetipſo in neutrā partem loqui debere prædicabat: Quoniam laudare ſe, vani: vituperare, ſtulti eſſet. Eiuſdē eſt vtiliſſimum præceptum, vt voluptates abeuntes conſyderemus, quas quidē ſic oſtendendo minuit: feſſas eni pœnitentiæq; plenas animis noſtris ſubiecit, quominus cupidiæ repetantur.

OLIVERIUS.

VNICÆ filiæ. Sapiēter hoc Themiſtoclis dictū fuit, q cū a uiro quodā cõſuleret̄, nūqd filiā ſuā pauperi, ſed pbato, an diuiti, ſed inornato uiro locaret, rñdit, ſe malle uirū pecunia, q̄ pecuniā uiro indigētē. uoluit hoīs notare ſtultitiā, q dubitaret uirtutē pferre diuitiis. hoc idē Cic. lib. ii. offi. teſtat̄. dicit enim ſi res in cõtētionē ueniet, nimirū Themiſtocles autor adhibēdus, q cū cõſuleret̄, utrū bono uiro pauperi, an minime pbato diuiti filiā collocaret. ego, inqt malo uirū, q pecunia egeat, q̄ pecūiā q̄ uiro. Collocaret. nuptui daret. Legeret. p eligeret.

ASCENSIVS.

VNICÆ &c. Pr̄ unicę filię cõſulebat. i. petebat cõſiliū Themiſtoclis utrū collocaret. i. matrimonio cõiungeret, eā. ſ. filiā unicā pauperi. ſ. uiro, ſed ornato. ſ. prudētia & cæteris uirtutibus, an locupleti, ſed parū pbato. cui is. ſ. Them. inqt. i. rñdit. Ego malo. i. magis uolo uirū īdigētē pecunia, q̄ pecuniā īdigētē uiro. Quo dicto Them. monuit ſtultū. i. īprudētē patrē ut legeret. i. eligeret potius generū, q̄ diuitias gñi. Cęterū qa hoc cõſiliū ad mūdanā ptinere putabit̄ ſapiētiā, & ſuperius ad cæleſtē, uideat̄ hoc illo minus ſapiens, niſi hoc etiā ad cæleſtē faciat. Nā nõ parū cõperit ad cælos aditū q uirtutē pfert diuitiis, quas q cõtēnit, ſe deo dignū gerit. iuxta illud Maronis quod magni æſtimat Seneca, Aude hoſpes cõtēnere opes, & te quoq; dignum finge deo. Et reuera, ſi liceat ſanctis ſtabilire, (ut certe licet) Saluator noſter inter pręcipua ad cęlum compendia, & re & uerbo paupttatē docuit amplexandā.

OLIVERIUS.

AGE Philip. hoc etiā in uita Alexā. legit̄, q cū eſſet adoleſcēs, liberalitate q̄dā ductus, ut popularē factionē acqreret, muneribus ad ſe trahere conabat̄ principes Macedo. qd ubi itellexit pr̄, p literas admonuit filiū, amicos pecunia cõparatos, nūquā fideles eſſe cõſueuiſſe. ponit aūt ipſius uerba, qbus uſus eſt ad filiū ſapiēter quidem Phil. nā ſi amoris cauſam pecunia faceret, deficiente pecunia, in qua beneuolētia cõſiſtit, amor eſſe deſiſteret. Ci. offi. li. ii. pclare, inqt in epi. quadā Alexā. filiū Phi. accuſat, q largitione beneuolentiā Macedonū cõſectetur. Quæ te mala inquit, ratio in iſtā ſpē induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupiſſes? tu id agis, ut Maced. non te regem ſuū, ſed miniſtrum, & præbitorē putēt. qd ſordidū regi, melius etiā, q̄ largitionū corruptelam dixit eſſe. fit enim deterior qui accipit, atq; ad idem ſemper expectandum paratior. & ita quamuis Phi. ſentiret, Auus tñ Alexā. & ipſe Phi. nõ bello, ſed largitiõe magnā Gręcię partē obtinuit.

ASCENSIVS.

AGE, (adhortandi uox) q̄. i. quantū pbabilis. i. cõmēdabilis ſup. eſt aut fuit, epiſt. Phi. ſ. regis Macedo. patris Alexan. magni in qua. ſ. epi. Phi. ſup. increpuit. i. reprehendit Alexan. ſ. filium ſuum conatum attrahere ad ſe largitione. i. larga munerū, & pecuniarū collatione, beneuolētiā quorundam Mace. ſic. i. his uerbis. O fili quæ ratio induxit te in hāc tā uanā ſpē, ut exiſtimares eos futuros tibi fideles, quos compuliſſes pecunia ad amorem tui. i. ut te amarent? iſtud. ſ. amari, pſtatur a charitate. i. beneuola dilectione. At uero. i. ſed certe, aut pro uero Phi. auus. ſ. Alex. & ita pater Philip. ſup. fuit ex maiore parte mercator Græciæ, q̄ uictor. quia plus acquiſiuit per largitionem, q̄ per bella. Multi textus habent ante. ubi nos Oliuerium ſecuti auus legimus.

OLIVERIUS.

ARISTOTELES. hæc uerba ſunt Ariſt. admonentis Caliſt. quē ad Alexā. mittebat cū illū ipſe ſeq nõ poſſet, diſce in auribus regii, aut iocūda dicere, aut ſilētiū ſeruare. nā ſilētiū te tutiorē, iocūditas gratiorem faciet. qd tñ Caliſthenes nõ ſeruauit, nā cū Alexā. Perſas uiciſſet, & more gētis illius Macedo. ſuæ iā libertatis obliti Alexā. adorare cœpiſſent, Cali. id ut faceret, nūquā adduci potuit. ſed cū in cõuiuio Alexā. oibus adorātibus porrexiſſet, Caliſtheni qa nõ adorauerat nõ porrexit, qd grauiter ferēs tacitus nõ tulit, ſed Alexā. ultro uehementius reprehēdit, q omiſſis Macedo. moribus ſe Perſarū delitiis, laſciuiiſq; dediſſet. quo idignatus Alexā. obiecto illi falſo crimine, q Hermolai cõiurationis autor extitiſſet, in carcerē cõiici iuſſit, ubi pediculari morbo cõſumptus eſt. alii cruci affixū fuiſſe tradūt. Cares uero refert ſeptē mēſes in cõpedibus ſeruatū ob nimiā utinā cõcreto pedore ac ſordibus ſupremū diē obiiſſe. Iuſt. uero dicit, q cū trūcatis crudeliter manibus, abſciſſiſq; aurib⁹ ac naſo labiiſq;, deforme, ac miſerandum ſpectaculū oibus reddidit. inſuperq; iuſſit eū cū cane in cauea clauſum ad metū cæterorū circūferri, & tūc Lyſimacū miſeratione cõmotū uenenū ei remediū calamitatum dediſſe, ob q̄ rē idignatū Alexā. iuſſiſſe Lyſimacum obiici ferociſſimo Leoni deuorādū, quē Lyſimacū manu manipulo inuoluta, & in os eius imiſſa, erepta q; lingua necaſſe, cuius rei admiratione motū Alexā. eū liberaſſe ferūt. Sero pœnituit Caliſthenē. ſaluberrima pceptoris ſui pcepta cõtempſiſſe. nā ſi mortē geſſiſſet Alex. nūqua tā crudeles pœnas dediſſet. Idē de ſemetipſo. Negabat Ari. quē q̄ de ſemetipſo laudādo, aut uituperādo loq debere, cū alterum uani, alterū diceret ſtulti hominis eſſe. Eiuſdē utiſ pce. Pari rõne dicebat uoluptatis tūc fines diligenter conſiderādos, ut cū turpiſſimos, amariſſimoſq; nouerimus, non eas tantopere expetemus. ſunt enim uoluptatum fines amaritudine, præſentiaq; referri.

Caliſthenis mors

ASCENSIVS.

ARISTO. autē & c. monuit ut loqretur cū eo. ſ. Alexā. aut q̄ rariſſime, aut q̄ iocūdiſſime. ſ. i. ſcire licet, cur id fecerit, qa quo. i. ideo ut uel eſſet tutior apud aures regias ſilentio, & ita nihil dicēdo, quo regē offendat, uel eſſet acceptior ſermone. i. pter ſermonē iocūdū. At. i. ſed ille Caliſthe. dū obiurgat Alexā. Maced. i. qui eſſet Maced. & ita lõge abeſſe deberet ab adulatione Perſica, tñ gaudentē ſalutatione Perſica. i. q̄ fieret cū adoratione more Perſarū, & pſeuerat reuocare inuitū. ſ. Alexā. bñuole ad mores Maced. iuſſus carere ſpū. i. necatus, egit præſentiā ſerā. i. nimis tardam, cõſilii ſalubris quod Ariſt. dederat neglecti. ſ. a ſe. Idem Ariſto. prędicabat in neutram. i. nõ in alteram hoc eſt nõ debere ſup. quēquā loqui de ſeipſo in alterā partē. hoc eſt neq; bonā, neq; malam, qm̄ laudare ſe eſſet uani, & uituperare ſe ſtulti. Eiuſdem

ti. Eiuſdẽ.ſ. Ari. præceptũ utiliſſimũ eſt, ut cõſideremus uoluptates abeũtes.i.quales ſint, dũ abeũt a nobis ſatietate & nauſea captis. Quas.ſ.uoluptates quidẽ.i.certe, ipſe minuit.i. parui, aut minoris ęſtimandas docuit, oſtẽdẽdo.ſ.q̃d.in pfectu carũ. Enim p ga, ipſe ſubiecit animis nrĩs.i.cõſpiciendas obiecit uoluptates feſſas.i.nõ amplius nos afficere ualentes, & plenas penitentiæ. Trahit enim omnis uoluptas ſecũ pœnitentiã comitẽ, unde Flaccus i epiſtolis. Sperne uoluptatem, nocet empta dolore uoluptas, & de Venere ſolitũ aiunt Ariſto. dicere, q̄ omnis anima triſtetur poſt eam. Ideo autẽ hic monuit quo.i.ut uoluptates repetatur.i.iterum petantur minus cupide.

OLIVERIVS.

¶NEC parũ. Interrogatus Anaxagoras. q̄ſnã beatus eſſet, ſapiẽter rñdit, neminem ex his, quos felices eſſe putãt hoies, ſed hi, q̄ paruo contenti ſunt, quos uulgus miſeros & putat, & dicit, & felicitatẽ mẽtis intelligebat, nõ eã, q̃ in operibus aut dignitatibus falſo putabat. Nõ ambitioſæ. ut qui doctrinæ ſtudet, non ambitionis, ſed uirtutis cõſequẽdę ſciẽtię gratia ſtudet. In receſſu. hoc eſt in pectore, & ſui ipſius cõſcientia.

Btũs qui

ASCENSIVS.

¶NEC.i.& nõ & Anaxagoras .i.philoſophus, ingt, non parũ .i.multũ prudẽter cuidam interrogãti quiſnã eſſet beatus, Nemo ex iis quos tu exiſtimas eſſe felices, ſed tu reperies in eo numero.ſ.beatorũ, eũ qui credit ſe cõſtare ex miſeriis. Ille.ſ. uere beatus, nõ erit abũdãs diuitiis, & honoribus, ſed erit fidelis, ac ptinax.i.aſſiduus cultor, aut exigui ruris, aut doctrinæ nõ ambitioſę.i.nõ quęrẽtis honores populares, ens ſup.aut exiſtẽs beatior in receſſu.i.mentis.ſ.tacite, & apud ſe, q̃ in fronte.i.apparitione, & oſtẽtatione exteriori. aut in receſſu.i.fine uitæ, q̃ in fronte, id eſt principio, quia uirtutis merces in fine eſt, uoluptatis in principio, ut in litera Pythagoræ belliſſimæ deſcribit Maro.

OLIVERIVS.

¶DEMADIS. Hic orator fuit præſtantiſſimus tempore Demoſthenis. qui præneſtinæ orauit, & cum Athenis eſſet, atq; in ſenatu promulgatum foret, ut Alexander in numero deorum & pro filio Iouis haberetur, idq; Athenienſes ægre ferrent, & omnino recuſarent, in medium proceſſit, & dixit. uidete Athen. ne dum cælum cuſtoditis. terram amittatis.i. Alexan. iratus, uos perdat hic, ut legitur in uita Demoſthe. orator fuit Demoſthene maior. hunc Au. Gel. lib. xi. cap. dicit, accepiſſe a rege. x. talenta, ut taceret, quo tempore, inquit tragœdus ſibi gloriæ ducebat, talentum magnum ſibi ob unam fabulam datum eſſe, homo hic eloquentiſſimus ſuæ ciuitatis Demades ei reſpondiſſe dicitur, mirum tibi uidetur, ut tacerem. x. talenta a rege accepi.

ASCENSIVS.

¶DEMADIS. &c. Dictũ quoq; Demadis ſup. eſt ſapiens. Enim pro quia, inquit Atheni. nolẽtibus decernere.i.decreto attribuere, Alexã.ſ.magno, honores diuinos, uidete.i.proſpicite. ne dũ uos cuſtoditis cælũ.i.latriam deorũ immortalium, q̃ non uultis decernere Alexã. uiro mortali, ammittatis terrã.i.urbem, & ditiones in terris. Quod dictum autori quidem ſapiens uidet, ſed Chriſtiano homine penitus indignũ eſſet, qui potius uitam ne dũ terras ſuas amitteret, q̃ diuinos honores homini decerne

DE ANAXAGORA PHILOSOPHO.

Nec parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam, quiſnã eſſet beatus: nemo, inquit, ex iis, quos tu felices exiſtimas: ſed eum in eo numero reperies, qui a te ex miſeriis conſtare creditur: nõ erit ille diuitiis, & honoribus abundans: ſed aut; exigui ruris, aut nõ ambitioſæ doctrinæ fidelis, ac pertinax cultor: in receſſu, q̃ in fronte beatior.

DE DEMADE.

Demadis quoq; dictum ſapiens, nolentibus enim Athenieſibus diuinos honores Alexãdro decernere, videre (inquit) ne dũ cęlũ cuſtoditis, terrã amittatis.

DE ANACHARSI.

Quã porro ſubtiliter Anacharſis leges aranearũ telis cõparabat: nam vt illis infirmiora animalia retineri, valentiora trãſmitti: ita his humiles, & pauperes conſtringi, diuites & præpotentes non alligari.

DE AGESILAO.

Nihil etiam Ageſilai facto ſapientius: ſiquidem cum aduerſus rempu. Lacedæmoniorum conſpirationem ortam noctu cõperiſſet, leges Lycurgi continuo abrogauit, quæ de indemnatis ſupplicium ſumi vetabant: cõprehenſis autem, & interfectis ſontibus, eaſdem eueſtigio reſtituit: atq; vtrunq; ſimul prouidit, ne ſalutaris animaduerſio vel iniuſta eſſet, vel iure impediretur: itaq; vt ſemp eſſe poſſent, aliquando non fuerunt.

ret, niſi ad honorem dei referet. quomodo dictum eſt, nimis honorati ſunt amici tui deus &c.

OLIVERIVS.

¶QVAM porro. Hic Anacharſis, ut refert Ariſt. philoſophus fuit ex ſcientiarũ genere, ſapientiæ admirãdæ ut Cic. meminit li. ult. Tuſc. quæſt. immo affirmat Hero. lib. iii. hiſt. nominẽ e Scythis ſapiẽtẽ audiſſe pręter hũc unũ, quẽ ſapientiſſimũ fuiſſe teſtatur. ſed teſte Ioſepho. lib. ii. ad grãmaticũ. cũ e Græcia reuerteretur ad ſuos, & conaret ſuis inducere Græcorũ leges, a fratre in uenatione ſagitta percuſſus interiit dicens, ſe gratia eloqui, & diſciplinæ in Gręcia ſeruatũ, ob illa in patria perire. cũ igr̃ hic ex eo quęretur, cur nõ eſſent, ſibi ciues i Thracia, rñdit, q̄a nec uites, hoc eſt uinũ. Cõparabat hic leges telis aranearũ, quia quẽadmodum aranearũ telæ minuta aialia detinẽt, a maioribus dilacerãtur, ita quoq; leges homines pauperes, & miſeros deterrent, magnos, & ꝑpotentes nõ ita. Infirmiora. ut fucos. Præpotentes. ualde potentes, qui ciuicã conditionem excedunt.

ASCENSIVS.

¶QVAM &c. porro.i. ſed q̃ .i. quantũ ſubtiliter Anachar. philoſophus e Scythia, cõparabat telis aranearũ.i. quas araneæ texũt (Eſt enim telis datiuus a noiatiuo telæ telarũ) leges. Nã ſup. ait, aut uidemus, ut animalia. Infirmiora, ut muſcas, & culices retineri illis.ſ.telis, & ualẽtia.ſ.aialia. ut ueſpas, ſtelliones, mures, &c. trãſmitti illis.i.mitti trans illas, ita ſup. aiebat humiles, & pauperes cõſtringi his.ſ.legibus, & diuites ac præpotentes non alligari.

OLIVERIVS.

¶NIHIL etiam Ageſilai facti ſapiẽtius. Multũ diſſentit a Plut. Vale. nõ enim coniuratores deprehendiſſe Ageſilaum, ſed fugitiuos ex acie a capitis pœna liberaſſe dicit Plut. ſublatis tantiſper Licurgi legibus, dũ abſoluerent. qđ uidet ueriſimile eſſe. lex enim erat, ut ex acie fugientes capite punirent. Cũ igit̃ apud leutras, pugnatũ eſſet acri certamine, hunc a Thebanis, inde a Lacedæmoniis, & Thebani duce Epaminũda Lacedæmoniorũ exercitũ fudiſſent, atq; fugaſſent, omnes, qui ex acie fugerãt in iudiciũ ꝑtrahunt̃ ꝑ legẽq; capitis Pœnæ uidebant̃ obnoxii. tũc Euphori timẽtes ne ſi ſumpto de his oibus ſupplicio, nõ eſſent q̄ deinde patriã armis tutarent̃, cõſumpta.ſ. ex maiori parte iuuetute, Ageſilai ſup hac re ſententiã, iudiciũq; expectabãt, q̄ ſapiẽter, & legibus, & ſaluti patriæ cõſuluit. nõ enim inquit lator ero aliarum legũ cũ his, nec abrogare quicquam, nec addere, nec diminuere poſſim, ſed bene res ſe habebit, ſi omiſſis hodie Lycurgi legibus, cras illas ſeruauerimus. Conſpirationem. conſpiratio maiorum coniuratio. Abrogauit. euomit, ſubuertit. Vel iniuſta. ſi contra leges facta. Vel iure impediretur. ſi lege perfici non poſſet.

ASCENSIVS.

¶NIHIL etiam ſupp. eſt aut fuit, ſapientius facto Ageſi. regis, ſeu principis Lacedæmon. ſiquidem, id eſt quoniam cum comperiſſet conſpirationem ortam aduerſus rempub. Lacedæ. abrogauit continuo leges Lycurgi, quæ, ſcilicet leges uetabant ſupplicium ſumi de indemnatis, id eſt de quibus non eſſet ſolenniter lata ſententia, quam in tali diſcrimine præſertim ubi iudices in crimine ſunt, difficile eſſet ferre. Autem pro ſed, ſon

DE HANNONE.

Sed neſcio an Hānonis excellentiſſimæ prudentiæ conſilium: Magone enim Cānenſis pugnæ exitum ſenatui Pœnorum nunciante, inq; tanti ſucceſſus fidem annulos aureos trium modiorum menſuram explentes fundente, qui interfectis noſtris ciuibus detracti erant: quæſiuit, an aliquis ſociorum poſt tantam cladem a Romanis defeciſſet: atq; vt audiuit, neminē ad Hannibalem tranſiſſe, ſuaſit, vt protinus legati Romā, ꝑ quos de pace ageretur, mitterētur: cuius ſi ſenētia valuiſſet, neq; ſecūdo Punico bello deuicta Carthago, neq; tertio. deleta foret.

DE HERENNIO PONTIO SAMNITE.

Ne *Samnites* quidem paruas pœnas conſimilis erroris pependerunt, ꝙ Herēnii Pontii ſalutare conſilium neglexerunt: qui autoritate, & prudentia cæteros præſtās, ab exercitu, & duce eius filio ſuo conſultus, quidnā fieri de legionibus Romanis apud furcas caudinas incluſis deberet, inuiolatas dimittendas reſpondit. Poſtero die eadem de re interrogatus, deleri eas oportere dixit: vt aut maximo beneficio gratia hoſtiū emeretur, aut grauiſſima iactura vires confrigerentur: ſed improuidia temeritas victorum, dum vtrāq; partem ſpernit vtilitatis, ſub iugum miſſas in perniciem ſuam accendit. Multis, & magnis ſapientiæ exemplis paruulum adiiciam.

tibus cōprehenſis, & iterfectis. i. poſtq̄ fecerat eos cōprehenſos occidi, reſtituit. i. pmulgauit e ue ſtigio. i. ſtatim, eaſdē. ſ. leges Lycurgi. atq; ꝓuidit utriq; ſimul, ne animaduerſio ſalutaris. ſ. ad ſalutē reipub. ſpectās, eſſet uel iniuſta, ſi ſemper de indēnatis fieret, uel ipedireť iure, ſi ſemp leges ſeruaſſet. Itaq;. i. & ita ſup. leges Lycurgi aliqū nō fuerūt. ſ. modico illo tēpore, quo fuerant abrogatæ, ut poſſent eſſe ſemp ne penitus cū repub. interirēt ꝑ cōiurationē, q̄ ſtātibus legibus facile opprimi nō poterat.

OLIVERIVS.

SED neſcio. poſt Cannēſem pugnā cū Hānibal nunciū Carthaginem miſiſſet de rebus in Italia ꝓſpere geſtis, atq; is oīa diligenter & accurate expoſuiſſet in ſenatu, Hannibalē. ſ. cū ſex imperatoribus, quorū quatuor cōſules, duo dictatores, ac magiſtri equitū fuerāt, cum ſex ꝯſularibus exercitibus acie cōflixiſſe, occidiſſeq; ſupra. c. millia, cœpiſſe ſupra. l. millia hoſtiū, ex quatuor conſulibus duos occidiſſe, ex duobꝰ, ſaucium alterū, alterum toto amiſſo exercitu cū. l. hoībus effugiſſe. Magiſtrū equitū, qui cōſularis poteſtatis ſit, fuſū, fugatūq; Dictatorē, qa ſe in acie nūquā cōmiſerit, unicū haberi iperatorē, brutios, apulos, ſamnitū, & Lucanorū partē defeciſſe ad pœnos. Capuā, quæ cāpaniæ caput eſt, Hāni. eſſe. ad quarū rerū fidē maioreq; lętitiā effundi iuſſiſſe i ueſtibulo curię annulos aureos quos tātum modo ciuiū Romanorū fuiſſe dicebat. tātus autē erat aceruus, ut modios tres expleſſe dicat. tū interrogatus eſt Hāno Barchinæ factioni ſemp aduerſus nū demū pœniteret belli ſuſcepti aduerſus Ro. qđ Hānib. iuberet, nūquā ſe pœnituiſſe reſpōdit. neq; deſiturum pœnitere, atq; ſuū imperatorē accuſare, donec uiderit bellū illud aliqua tollerabili cōditione finitū. deinde cū interrogaſſet ex nūcio, qui apud Cānas ad internicionē iperii Ro. pugnatū eſſe dicebat, totáq; Italiā a Ro. defeciſſe, & nunqd ex Latini noīs populus defeciſſet, & ſiqs hō ex qnq; & xxx. tribubus ad Hannib. trāsfugiſſet, an Ro. legatos ad Hānib. de pace miſiſſent, aut ullā pacis mētionē feciſſent, cū hæc omnia negaſſet nūcius eſſe facta, bellū, inqt tā integrū habemus, q̄ habuimus, qua die Hānib. Italiam eſt igreſſus. quare cenſeo legatos de pace quā primū mittēdos, cū eā habituri ſimus cōditionibus nobis honeſtioribus quā illis. qđ ſi feciſſet, nec eo bello tributaria Po. Ro. facta fuiſſet, nec tertio funditus euerſa. Triū modiorū menſurā. Liui. lib. iii. decados ſecūdi Puni. bel. ad fidē inqt, deinde lætam rerū effundi iuſſit in ueſtibulo curiæ annulos aureos, q tātus aceruus fuit, ut metientibus uiſum fuerit, ſupra tres modios expleſſe. ſunt quidā autores fama tenui, q̄ ꝓpior eſt uero, haud plus fuiſſe modio. Pli. natu. hiſto. lib. xxxiii. ꝓmiſcui ſexus alterū ſecūdo Puni. Bel. neq; enim aliter potuiſſent trimodia illa annulorū Carthaginē ab Hānib. mitti. uñ extat planiſſimū exēplū dici hic modius, & hoc modiū, cū Li. dixerit tres modios. Pli. uero trimordia. Suaſit ꝓtinus ut legati de pace. Nouerat iſte Ro. ingenia, qa excitabātur cladibus.

ASCENSIVS.

SED neſcio, an cōſilium Hanno. ſ. principis Cartha. ſup. fuerit prudentiæ excellentiſſimæ, qa ſi ei obtemperatum fuiſſet, Carthago libera manſiſſet. Enim pro qa, Magone fautore Hannib. nunciante ſenatui Pœnorum exitum pugnæ Cannenſis. i. quam cladem illic Roma. accepiſſent, & fundente in fidem. i. credulitatem, aut approbationem tanti ſucceſſus annulos aureos explentes mēſurā triū modiorū, q detracti erant ciuibus noſtris. i. Ro. interfectis, quæſiuit, an aliquis ſociorū defeciſſet a Ro. poſt tātā cladem. atq; ut. i. poſtquā audiuit, neminē tranſfugiſſe ad Hānibalē, ſuaſit, ut legati mitterenť ꝓtinus Romā, per quos ageretur de pace. Cuius ſi ſentētia ualuiſſet. i. approbata fuiſſet, Carthago neq; foret uicta ſecūdo bel. Puni. in quo tributaria facta eſt a Scipione maiore, neq; deleta. ſ. a Scipio. Afri. minore tertio, ſcilicet bel. Puni.

OLIVERIVS.

NE Samnites. bello ſamnitico T. Veturius & Aulus Poſthumius cōſules cū exercitum duxiſſent in Samniū, Pontius Herēnius Samnitū iperator, milites decē paſtorum habitu mittit, pecoraq; diuerſos aliū alibi paſcere iubet, haud ꝓcul a Romanis ꝓſidiis, & cū inciderent in ꝓdatores, ut idē omnibus ſermo cōſtet legiones Sānitū in Apulia eſſe, Lucerinam omnibus copiis circunſedere, nec ꝓcul abeſſe, qn ui capiant. Iam etiam rumor iſte antea de Induſtria uulgatus uenerat ad Romanos, ſed fidem auxere captiui co maxime, ꝙ ſermo inter oēs congruebat, non erat dubiū, qn Romanus opem ferret Lucerinis bonis & fidelibus ſociis, ne ſimul Apulia, omnia ad præſentē terrorem deſiceret ea modo quia item cōſultatio fuit. nā duæ erāt uiæ altera ꝓter oram maris ſuperi longior ſed tutior, altera ꝑ caudinas furculas breuior ſed anguſtior, & periculoſior. Conſules ut maturius opem ferre poſſent ſociis ꝑ caudinas furculas iter facientes in locū ꝑ iniquū lapſi ſunt, uñ nec ꝓgredi, nec egredi poſſent. Sānites igitur cū exercitū Ro. inter mōtes incluſum haberēt, neſciebant in tā lætis rebus inire cōſiliū qd de Ro. incluſis faciendū eſſet. Itaq; uniuerſi Herenniū Pontiū iperatoris patrē per literas cōſulendū cenſuerūt. Iā is grauior annis nō militaribus ſolū, ſed ciuilibus quoq; obſceſſerat muneribus, in corpore tñ affecto uigebat uis animi, & cōſilii. Is ubi accepit ad furculas caudinas, iter duos ſaltus clauſos exercitus Romanos, cōſultus ab nuncio filii cenſuit, oēs inde quā primū inuiolatos dimittendos. q̄ ubi ſpreta ſententia eſt, remiſſo nūcio, iterū conſultus cenſuit, ad unū oēs iterficiendos. q̄ ubi tā diſcordia inter ſe ueluti ex ancipiti oraculo data rñſa ſunt, placuit ſenē in caſtra duci, & in conſiliū admitti. q adductus, uocatuſq; in conſilium, ita ferme locutus eſt ut nihil de ſententia ſua mutaret, cauſas tantum adduceret, priore ſe conſilio uſurum, ꝙ optimum duceret, cum potentiſſimo populo per ingens beneficiū perpetuam firmare pacem amicitiamq; altero conſilio ꝙ in multas ætates, qbus amiſſis duobus exercitibus, haud facile uires Ro. bellum inſtaurare poſſe tertium nullum conſilium eſſe. Cum filius, aliiq; principes percunctando exquirerent, qd ſi media uia cōſiliū caperetur, ut dimitterentur incolumes, & ut leges iure belli uictis imponerētur iſta, qdē ſentētia, inqt ea eſt, q̄ neq; amicos parrat, neq; inimicos tollit. Seruare modo, quos ignominia irritaueritis, ea eſt Romana gēs, q̄ uicta geſcere neſciat, uiuet ſemp in pectoribus illorū qcqd iſtuc pñs neceſſitas inuſſerit, neq; eos ante multiplices pœnas expetitas a nobis qeſcere ſinet. Furcu. ca. a caudino oppido dictas ſibi ꝓpinquo. In ꝑniciē ſuā, qa ut dictū eſt in ca. de Hu. Romani ſub iugū, & cū ſingulis ueſtimētis abire ꝑmiſſi, turpi fœdere icto, ſic irritati ſunt hac ignominia, ut deditis fœderis autoribus, & ab hoſte non receptis, reparatoq; exercitu, multo grauiorem acceperant, q̄ hoſtibus cladem intulerint.

Aſcenſius.

DE CRETENSIBVS.

Cretenſes cum acerbiſſima execratione aduerſus eos, quos vehementer oderunt, vti volūt, vt mala cōſuetudine delectentur, optant: modeſtoq; voti genere efficaciſſimum vltionis euentum reperiunt. inutiliter enim aliquid concupiſcere, & in eo perſeueranter morari, exitio ea dulcedo vicina eſt.

VAFRE DICTA, AVT FACTA

CAP. III.

EST aliud factorū, dictorumq; genus a ſapientia proximo deflexu, ad vafri nomen progreſſum: quod niſi fallacia vires aſſumpſerit, fidem propoſiti non inuenit: laudemq; occulto magis tramite, q̄ aperta via petit.

DE QVODAM ANTISTITE ROMANO.

Seruio Tullo regnante cuidam patrifamiliæ in agro Sabino præcipuæ magnitudinis, & eximiæ formæ vacca nata eſt, quā oraculorū certiſſimi autores in hoc a Diis Imortalibus éditam reſponderunt, vt quiſquis eam Auentinenſi Dianæ immolaſſet, eius patria totius terrarum orbis imperiū obtineret. Lætus eo dominus, bouem cum ſumma feſtinatione Romam actam, mactandā in Auentino ante aram Dianæ conſtituit, ſacrificio ſabinis regimen humani generis daturus: de qua re Antiſtes templi certior factus, religionem hoſpiti intulit, ne prius victimam cæderet, q̄ proxima ſe aqua abluiſſet: eoq; alueum Tyberis petente, vaccam ipſe immolauit, & vrbem noſtram tot ciuitatum, tot gentium dominam, pio ſacrificii furto reddidit.

DE IVNIO BRVTO.

Quo in genere acuminis in primis Iunius Brutus referendus: nam cum a rege Tarquinio auunculo ſuo omnē nobilitatis indolem excerpi, interq; cæteros etiam fratrem ſuum, q vegetioris ingenii

ASCENSIVS.

NEC quidē.i.& nō etiā, & Samnites.ſ. populi Italiæ pependerūt.i.pſoluerūt etiā nō paruas, imo magnas pœnas cōſimilis erroris, q.i. ga neglexerūt cōſilium ſalutare Herēnii Pōtii principis ſui, ſicut Cartha. Hānonis qui.ſ. Herennius pſtās.i. exuperās cæteros.ſ. Samnites autoritate, & prudentia, cōſultus ab exercitu, & filio ſuo duce eius.ſ. exercitus Sānitū, qd nā deberet fieri de legionibus Ro. incluſis apud furcas caudinas.i. anguſtias mōtiū q̄ inde exire nō poterāt, rñdit dimittēdas inuiolatas. Interrogat⁹ poſtero die de eadē re (nā prius cōſiliū nō placuit exercitui) dixit oportere.i. utile eſſe ſu. eas deleri, ut aut gra hoſtiū emeret, aut emeret maximo bñficio, ſi ſalui dimitterent, aut uires hoſtiū cōfringerentur grauiſſima iactura.i. amiſſione tot legionū. Sed temeritas uictoris improuida.i. nō puidens futura, dū ſpernit utraq; partē utilis cōſilii, accēdit in perniciē ſuā, ſu. legiones Ro. miſſas ſub iugum.i. haſtas treis, duas erectas, & unā tranſuerſam in formam patibuli. Ego adiiciam (inquit autor) multus, & magnis exemplis ſapientiæ, paruulum ſup. exemplum.i. minoris prudentiæ.

OLIVERIVS.

CRETENSES cū. Cretenſes optare, & iprecari ſolebāt his, quos maxime oderāt, ut mala ꝯſuetudine delectarent, & quotieſcūq; grauē ab aliquo populo iniuriā accepiſſet dicebant, utinā mala cōſuetudine delectemini, & ſub hac tā dulci, & leni iprecatione, ingens malū latebat. nā q uoluptate delectātur, ſeipſos cōficiūt. Oderāt. capitales hoſtes habebāt. Inutiliter enim. mala ꝯſuetudo nihil aliud eſt, niſi cū aliqd inutiliter concupiſcimus, & in eo perſeueranter imoramur. Efficaciſſimum. ualidiſſimum.

ASCENSIVS.

CRETENSES, cū uolunt uti acerbiſſima execratione.i. maledictione aduerſus eos, quos oderāt uehemēter, optāt.i. imprecant in eos, ut delectentur mala cōſuetudine, non ſunt tamen laudandi, q tali execratione utantur, ſed q agnoſcunt id, qd imprecant, uidelicet delectari mala cōſuetudine, unde ſequitur. peccatum irremiſſibile, uidelicet finalis in pœnitentia, eſſe grauiſſimum malorū, unde autor. & reperiunt efficaciſſimū euētū ultionis modeſto genere uoti.i. iprecationis: Eni. p ga cōcupiſcere aliquid inutiliter.i. pernitioſe, & morari, in eo perſeueranter, ea dulcedo eſt uicina exitio, quia ad exitium perducens.

OLIVERIVS.

EST aliud. Nūc de uaf. dictis, aut factis dicere icipit, & dicit hoc cū ſuperiore iūgēdū eſſe, ſed in hoc differre, qd hæc nō ſine dolo fieri poſſunt. eſt. n. uaf. dictū cū aliud dicimus, & aliud inuimus. A ſa. p ga a ſapiētia pcedit, ſed ſapiētiæ cōiecta eſt fallacia. Vaf. quaſi ualde afri dicit, nā ꝯſtat Afros callidiſſimos fuiſſe. Occulto do. uerſutia. Aperta uia. ſimplici uia, ac ſi diceret uirtute.

ASCENSIVS.

EST aliud ge. fa. & dictorū pgreſſum pximo deflexu.i. prima declinatione a ſapiētia, ad nomen uafri.i. aſtuti, aut uafre ſup. facti aut dicti. qd.ſ. genus, niſi aſſumpſerit uires fallaciæ.i. deceptionis, nō inuenit fidem.i. credulitatem, & propter fidem adhibitam, aſſecutionem ppoſiti.ſ. ſui hoc eſt nō aſſequitur, qd ptendit, & petit laudem magis occulto tramite.i. dolo, q̄ aperta uia.i. integra uirtute.

OLIVERIVS.

SERVIO Tul. re. Liui. ab urbe cō. Bos ingt in Sabinis nata cuidā pfiſa. dr miranda magnitudie, ac ſpē. Fixaq; p multas ætates cornua in ueſtibulo tēpli Dianæ, monumētū ei fuere miraculo. habita, ut erat, res pdigii loco eſt, & cecinere uates, cuius ciuitatis eā ciues Dianæ imolaſſent, ibi fore iperiū. Id certamē puenerat ad Antiſtitem fani Dianæ. Sabinus ut primū apta ſacrificio dies uiſa ē, bouē Romā actā deducit ad fanū Dianæ, & añ arā ſtatuit. Ibi Antiſtes Ro. cū eū magnitudo uictimę celebrata fama mouiſſet, memor rñſi, Sabinū ita alloquit. Quidnā tu hoſpes paras icaſtū ſacrificiū Dianę facere? ĩn tu añ uiuo pfunderis flumine, qd iſima ualle pfluit Tybe. religione tactus hoſpes, q oīa, ut pdigio rñderet euētus, cuperet rite facta, extēplo deſcēdit ad Tyberim. Interea Ro. imolat Dianę bouem. id mire gratū regi, ac ciuitati fuit. Editā natā. Auētineſi Dianæ, cui⁹ templum erat in Auenti monte. Religionem. metum religionis, ne Deā offenderet, ſi eā illotis manibus immolaret.

ASCENSIVS.

SERVIO Tul. re. ſ. Ro. uacca pcipuę magnitudinis, & eximiæ formę eſt nata in agro Sabi. cuidā prīfamilias, q̄ certiſſimi autores.i. iterpretes oraculorū rñderūt editā a Diis imortalibus i hoc.i. ad hūc finē aut. hoc fato, & portēto ut qſqs.i. qcūq; imolaſſet eā Dianę Auēt..i. q̄ Romæ in Auēt. colle ædē habebat, eius pria obtineret imperiū totius orbis terraę. Dominus.i. pr ille familias poſſeſſor uaccæ, lętus eo.ſ. oraculo, cōſtituit bouē.i. uaccā illā actā cū ſumma feſtinatione, aut qa cupidus erat talis euentus, aut ne oraculū aliis inoteſceret, & uacca ſibi priperetur, Ro. mactādā ante aram Dianæ in Auent.ſ. colle daturus.i. eo animo, ut daret Sabi. regimen generis humani ſacrificio.ſ. talis uaccæ. de qua re Antiſtes tēpli.i. primarius ſacerdos, factus certior.i. edoctus intulit hoſpiti.i. homini peregrino, religionē, metū, & ſcrupulū, ne cæderet.i. mactaret prius uictimam, q̄ abluiſſet ſe aqua amnis proximi, uidelicet Tyb. (quia putabāt aquā fluentem habere uim purgatiuā unde Æneas Æneid. ii. Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq; penates, Me bello ex tanto digreſſum, & cæde recēti Attractare nefas, donec me flumine uiuo Abluero) & eo.ſ. hoſpite, aut patrifamilias petente alueum Tybe. ipſe immolauit uaccam, & reddidit.i. effecit pio furto ſacrificii, urbem noſtram dominam tot ciuitatum, & tot gentium.

OLIVERIVS.

QVO in genere. Liu. lib. i. portentum inquit, terribile uiſum in regia, anguis ex columna lignea elapſus, cum terrorem, ac

fugā feciſſet, in regiam ipſius regis nō tam ſubito pauore pculit pectus, q̄ anxiis impleuit curis. Itaq; cū ad pub. pdigia hetruſci tm̄ uates adhiberent. hoc ueluti domeſtico exterritus uiſu, Delphos ad maxime i clytū i terris oraculū mittere ſtatuit. neq; reſpōſa ſortiū ulli alii cōmmittere auſus, duos filios per ignotas ea tēpeſtate terras, ignotiora maria in Græciam miſit. Titus, & Aruns profecti, cōmunes his additus L. Iunius Bru. Tarquinia ſorore regis natus iuuenis alius ingenio, q̄ cuius ſimulationē īduerat. Is cū priores ciuitatis, in quibus fratrē ſuū ab auunculo interfectū audiſſet, neq; animo ſuo quicquā Regi timēdū, neq; in fortuna cōcupiſcendū relinquere ſtatuit, cōtemptuq; tutū eſſe, ubi in iure parū pſidii eſſet iudicauit. ergo ex induſtria factus ad imitationē ſtultitiæ, cum ſe ſuaq; pdæ eſſe regi ſineret, Bru. quoque haud abnuit cognomen, ut ſub eius obtētu cognominis liberator ille P. R. animus latens aperiretur tēpore ſuo. Is cū a Tarqniis ductus Delphos ludibriū uerius, quā comes, aureū baculū i cluſum corneo cauato ad id baculo, tuliſſe donum Apollini dr̄, p ambages effigiē ingenii ſui ſimulās. quo poſtquā uētū eſt pfectis patris mādatis, cupido inceſſit animos iuuenū ſciſcitādi, ad quē eorū regnū Romanū eſſet uenturū. ex infimo ſpecu uocē reddită ferūt. Imperiū ſummū Romę hēbit, qui ueſtrū primus o iuuenes oſculū matri tulerit. Tarquinii, ut Sextus, q Romę relictus fuerat ignarus rñſi, expersq; imperii eſſet, rē ſumma ope taceri iubēt, ipſi iter ſe uter prior cū Romā rediſſent matri oſculū daret, ſorti pmittūt. Brutus alio ratus ſpectare Pythicā uocem, uelut ſi prolapſus cecidiſſet, terram oſculo contigit .ſ. q̄ ea communis mater omnium mortalium eſſet. Indolem excerpi. Incrementum uirtutis, hoc eſt omnes nobiles, uirtutis ſpecimen, & incrementū p ſe ferētes carpi, & ex aliis deligi ad mortē. Vegetioris ingē. magis uiuidi, & acutioris ingenii. Q ui an. om. ma. oſ. de. Ouid. faſtorū lib. ii. Conſulitur phœbus ſors eſt ita reddita, matri. Q ui dederit primus oſcula, uictor erit. Perinde atq; cap. prolapſus. i. tanquam ſi pede offenſo lapſus eſſet. In fa. in libris in quibus annua geſta deſcribebantur, & omnes magiſtratus.

culo cauato clam. i. occulte, neſcientibus id filiis regis, q̄a timebat, ne tutū nō eſſet ſibi uenerari numē cæleſte. i. Apollinis quē cæleſtiū deorū unū putabāt, liberalitate aperta. i. manifeſta. Deinde iuuenes. ſ. filii regis. mandatis patris peractis. i. poſtquā peregerāt mandata pris ſui Tarquinii, cōſuluerūt Apollinē qs. ſ. ex ipſis eſſet regnaturus Romæ. At. i. ſed is. ſ. Apollo reſpōdit ſummā poteſtatē urbis noſtrę futurā penes eū. i. i poteſtate eius, q dediſſet matri oſculū ante oēs .i. primus omniū. Tūc Brutus perinde atq; caſu plapſus, abiecit ſe. ſ. i terrā, de īduſtria. i. data opa, & oſculatus ē terrā exiſtimans ſup. eā cōmunē matrē omniū. Qđ. ſ. oſculū, ipreſſum telluri. i. terræ tam uafre. i. tam callide, ut nemo pciperet, tribuit urbi. ſ. Romæ, libertatē, & Bruto primum locū in faſtis. i. libris, in quorum capite cōſulū nomina ſcribebantur, ipſe autē primus conſulum fuit.

erat, interfectū animaduerteret: obtuſi ſe cordis eſſe ſimulauit, eaq; fallacia maximas virtutes ſuas texit. Profectus etiā Delphos cum Tarquinii filiis, quos is ad Apollinē Pythium muneribus, ſacrificiiſq; honorandū miſerat, aurum deo, nomine doni clam cauato baculo incluſum tulit: q̄a timebat, ne ſibi cæleſte numen aperta liberalitate venerari tutum non eſſet. Peractis deinde mandatis patris, Apollinē iuuenes conſuluerunt, quinā ex ipſis Romæ regnaturus videretur. At is penes eum ſummā vrbis noſtræ poteſtatem futuram reſpōdit, qui ante omnes matri oſculum dediſſet. Tunc Brutus, perinde atq; caſu prolapſus, de induſtria ſe abiecit, terrāq; cōmunem omnium matrem exiſtimans, oſculatus eſt: quod tam vafre telluri impreſſum oſculum, vrbi libertatem, Bruto primum in factis locum tribuit.

DE SCIPIONE SVPERIORE.

Scipio quoq; ſuperior præſidium calliditatis amplexus eſt. Ex Sicilia enim petens Africam, cum ex fortiſſimis peditibus Romanis trecentorū equitum numerū implere vellet, neq; tam ſubito poſſet eos inſtruere, quod temporis anguſtiæ negabant, ſagacitate cōſilii aſſecutus eſt. nanq; ex iis iuuenibus, quos ſecū ex tota Sicilia nobiliſſimos, & ditiſſimos, ſed inermes habebat, ad ſe vocatos trecentos ſpecioſa arma, & electos equos q̄ celerrime expedire iuſſit, velut eos continuo ſecum ad oppugnandū Carthaginē aducturus: qui cum imperio vt celeriter ita longinqui, & periculoſi belli reſpectu ſolicitis animis paruiſſent, remittere ſeſe Scipio illam expeditionem, ſi arma, & equos militibus ſuis tradere voluiſſent, edixit: rapuit conditionem imbellis, ac timida iuuentus, inſtrumentoq; ſuo cupide noſtris ceſſit. Ergo calliditas ducis prouidit, vt quod ſi protinus imperaretur, graue prius, deinde remiſſo militiæ metu maximum beneficium fieret. Quod ſequitur narrandum quoque eſt.

OLIVERIVS.

Scip. trecētos equtes Ro. ſine publica penſa armauit.

SCIPIO uero. Scip. poſtq̄ā i Siciliā uenit traiecturus in Afri. uolūtarios milites ordinauit, centuriauitq;. ex his ccc. iuuenes florentes ætate, & uiriū robore iermes circa ſe hēbat ignorātes, quē ad uſum neque cēturiati, neq; armati ſeruarent, tū ex totius Siciliæ uniuerſorū numero principes genere, & fortunis trecētos equites, q ſecū in Afri. traiicerēt elegit. diēq; his, qua eqs, armiſq; īſtructi, atq; armati adeſſēt, edixit. Grauis ea militia, pcul domo, terra mariq;, multos labores, magna picula allatura uidebat, neq; ipſos modo ſed paretes, & cognatos eorū ea cura augebat. ubi dies, quę dicta erat, aduenit, arma equoſq; oſtē derunt. Tū Sci. renūciari ſibi dixit quoſdā eqtes ſiculorū tāquā grauē, & durā horrere eā militiā. Si q inanimati eſſent, malle eos ſe iā tū fateri, q̄ poſtmodū q̄rētes ſegnes, atq; inutiles reip. eſſe expromerent. qđ ſentirēt cū bona uenia, ſe auditurū. tūc ex his unus auſus eſt dicere ſe prſus, ſi ſibi utrū uelit liberū eſſet, nolle militare. tum Sci. & q̄ñ igt adoleſcēs, qđ ſentires nō diſſimulaſti, uicariū tibi expedio iam, cui tu arma, & equū, cæteraq; inſtrumenta militiæ tradas, & tecū hinc ex tēplo domū ducas, exerceas docēdo, cureſ equo, armiſq;. læto ꝯditionē accipiēti, unū ex. ccc. quos inermes hēbat, tradit. ubi hoc modo exautoratū equitē cū gratia iperatoris uiderūt, ſe qſq; excuſare, & uicariū accipere, ita trecētis ſiculis Romani eqtes ſubſtituti ſunt ſine publica ipenſa. Expeditionē, illā militia, ad quā expediti milites ducebant. Ergo calliditas. Laudat Scipionis callidū cōſiliū q ſine ſociorū q̄rela exercitum inſtruxit opibus illorū, tāta calliditate, ut illi ſe beneficiū recepiſſe exiſtimarēt, qđ iperatū fuiſſet, grauiſſimū exiſtimaſſēt.

ASCENSIVS.

QVO &c. In quo genere acuminis. i. callidæ ſagacitatis & uaframēti, Iuni. Bru. exactor regū, & primus cōſul eſt referēdus. i. recēſendus in primis. i. iter primos. Nā eū aiaduerteret oēm īdolē. i. florē īgeniorū nobilitatis. i. nobiliū puerorū, excerpi. i. paulatim ad necē dari & e numero uiuētiū tolli a Tarqnio. ſ. Superbo rege. ſ. Romanorū auunculo ſuo, q̄a mřis fratre, & aiaduerteret etiā fratrē ſuū iterfectū. ſ. a Tarqnio iter cæteros, eo q erat ingenii uegetioris. i. minus torpentis, ſimulauit ſe eſſe cordis obtuſi. i. ingenii hebetis, & texit ea fallacia maximas uirtutes ſuas. Profectus etiam Delphos cū filiis Tarquinii, & Arūte quos idē .ſ. Tarqnius miſerat ad honorādū Apollinē Pythiū muneribus, & ſacrificiis, ipſe Bru. tulit deo noīe. i. rōne doni, aurū icluſū ba

ASCENSIVS.

SCIPIO quoq; ſuperior amplexus eſt præſidium, ideſt protectionem, & ſubſidium calliditatis. Enim. i. quia, ipſe petens. i. petere uolens Africam ex Sicilis, cum uellet implere numerum trecentorum equitū ex fortiſſimis peditibus Romanis, neq; poſſet inſtruere eos tam ſubito, aſſecutus eſt, id eſt obtinuit ſagacitate conſilii ſupple id, qđ anguſtiæ temporis negabant. Nāq;

iuſſit

DE Q. FABIO LABEONE.

Quintus Fabius Labeo arbiter a ſenatu finium conſtituendorum inter Nolanos, & Neapolitanos datus: cum in rem præſentem veniſſet, vtroſq; ſeparatim monuit, vt omiſſa cupiditate, regredi controuerſia, q̃ progredi malent: idq; cum vtraq; pars autoritate viri mota feciſſet, aliquantū vacui in medio agri relictum eſt: conſtitutis deinde finibus vt ipſi terminauerant, quicquid reliqui ſoli fuit, Po. Ro. adiudicauit. Cæterum & ſic circumuenti Nolani, ac Neapolitani queri nihil potuerunt, ſecundū ipſorū demonſtrationem dicta ſententia, improbo tamen præſtigiorum genere: nouū ciuitati noſtræ vectigal acceſſit. Eundem ferunt cum a rege Antiocho, quem bello ſuperauerat, ex fœdere icto, dimidiam partem nauium accipere deberet, medias omnes ſecuiſſe, vt eum tota claſſe priuaret.

DE MARCO ANTONIO.

Nam M. Antonio remittendum conuitium eſt: qui idcirco ſe aiebat nullam orationē ſcripſiſſe, vt ſi quid ſuperiore iudicio actum, ei quē poſtea defenſurus eſſet, nociturū foret, non dictū a ſe affirmare poſſet: qui facti vix prudentis, tolerabilē cauſam habuit: ꝓ periclinātiū enim capite, nō ſolū eloquentia ſua vti, ſed etiam verecundia abuti erat paratus.

DE SERTORIO.

*S*ertorius vero corporis robore, atq; animi conſilio, parem naturæ indulgentiam expertus: proſcriptione *S*yllana dux Luſitanorum fieri coactus, cum eos oratione flectere non poſſet, ne cum Romanis vniuerſa acie confligere vellent, vafro cōſilio ad ſuā ſententiam perduxit: duos enim in conſpectu eorū conſtituit equos, alterū validiſſimū, alterū infirmiſſimum: ac deinde validi caudam ab imbecillo ſene paulatim carpi, infirmi a iuuene eximiarū virium vniuerſam conuelli iuſſit: obtemperatum imperio eſt. *S*ed dum adoleſcentis dextra irrito ſe labore fatigat, ſenio confecta manus miniſterium executa eſt: tunc barbaræ concioni, quorſum ea res tenderet cognoſcere cupienti, ſubiecit: equi caudæ conſimilem eſſe noſtrū exercitū, cuius partes aliquis aggrediēs opprimere poſſit: vniuerſum conatus ꝓſternere, celerius tradiderit victoriā, q̃ occupauerit. Ita gēs barbara, & aſpera, & regi difficilis, in exitiū ſuū ruens, quā vtilitatem auribus reſpuerat, oculis peruidit.

iuſſit trecētos ex his iuuenibus, quos habebat ſecū ex tota Sicilia nobiliſſimos, & ditiſſimos, ſed inermes, qa nō aderant cauſa belli gerendi uocatos ad ſe expedire. i. acquirere q̃ celerrime. ſ. poſſent arma ſpecioſa, & equos electos uelut euecturus ſup. eſſet eos cōtinuo ſecū ad oppugnandā Carthaginē. Qui. ſ. trecēti iuuenes cū. i. poſtquā paruiſſent iperio. ſ. Scipio. ut celeriter, ita animis ſolicitis reſpectu. i. ex ꝯſideratione belli lōginqui, & periculoſi, Scip. edixit. i. palā ꝑ ꝓconē dixit, ſe remittere ſup. illis, illā expeditionē. i. profectionē militarē in Africā, ſi uoluiſſent tradere militibus ſuis hoc eſt Romanis, arma, & equos. iuuētus. ſ. ſicula ibellis. i. nō aſſueta bello, ac timida, rapuit. i. celeriter accepit conditionē. i. oblationē illā ſub cōditione & ceſſit cupide nris. i. Romanis militibus ſup. iſtrumento ſuo. i. quo bellū gerere poſſent, uidelicet armis, & eqs. Ergo calliditas ducis ꝓuidit, ut ſi qd̕ ſeperaretur ꝓtinus, prius graue fieret, deinde maximū bñficiū. i. haberet̕ loco maximi bñficii remiſſo (qd̕ uulgo diceret) relaxato metu militiæ, hoc eſt ſi Scipio ſtatim exegiſſet ab illis nobilibus, ut ſinguli arma, & equi talem militi Romano tribuerēt, uiſum fuiſſet pergraue illis, præſertim cū ſibi chariſſimos equos, & aptiſſima nimirū arma delegerint. ſed oñc, cum uiderent per ornamenta ſua, ſe a militiæ onere abſolui, loco maximi beneficii habuerunt ea dare. Quod ſequit̕ eſt quoq;. i. etiam narrandum licet non ſatis honeſtum.

OLIVERIVS.

QVOD ſequit̕. Hoc exēplū Cic. poſuit lib. i. de offi. ubi dicit. Nec noſter quidē ꝓbādus eſt, ſi uerū eſt Q. Fabiū Labeonē, ſeu quē alium nihil enim habeo ꝑter auditum, arbitrū Nolanis, & Neapolitanis, de finibus agri a ſenatu datū, cū ad locū ueniſſet, cū utriſq; ſeparatim locutū, ne cupide qd agerēt, nec appeterent, atq; ut regredi, q̃ ꝓgredi mallēt. Id cū utriq; feciſſent aliquātulū agri in medio relictū eſt. itaq; illoꝝ fines ſicut ipſi dixerāt terminauit, qd̕ erat in medio relictū, Po. Ro. adiudicauit. Narrādū ſed nō imitādū, qa ut inqt Cic. hoc eſt decipere, nō iudicare. quo circa i omni re fugiēda eſt talis ſolertia. Regredi, q̃ prog. Mallēt citra fines ſe cōtinere, q̃ ultra fines ꝓcedere. Pręſtigiorū genere. i. illuſionū, & deceptionū genere. Eūdē ferunt. nec illud minori calliditate fuit, q̄ cū Antiochū regē bello ſupaſſet, & coegiſſet pacē petere, iter cæteras pacis conditiones, illud adiecit, ut ſibi dimidias, quaſcunq; haberet naues, ex fœdere daret, qood ille nō recuſauit, ſperans mediam totius claſſis partem integrā in ſibi relictū. Fabius uero nō mediū nauium numerū, ſed ipſa corpora ſecari iuſſit, ut eum penitus claſſe priuaret.

ASCENSIVS.

QVINTVS Fabius Labeo datus arbiter a ſenatu finiū cōſtituendorū inter Nolanos, & Neapolitanos cū ueniſſet in rem ꝑſentē. i. ad locū ipſum, de quo controuerſia erat, monuit utroſq; ſeparatim, ut mallent regredi. i. diſcedere a cōtrouerſia. i. lite, q̃ ꝓgredi ſup. in eā, & hoc cupiditate habendi omiſſa. & cū utraq; pars mota autoritate uiri feciſſet id, aliquantulū agri uacui. i. carētis poſſeſſore relictū eſt in medio. deinde finibus. i. limitibus cōſtitutis ut. i. quēadmodum ipſi. ſ. de utraq; parte cōmiſſi terminauerant, adiudicauit Po. Ro. qcquid ſoli fuit reliqui. Cæterū. i. ſed, & ſi. i. quanquā Nolani, ac Neapolitani circūuenti. i. decepti fraude arbitri nihil potuerūt queri. i. conqueri, ſentētia dicta. i. eo q̄ ſententia eſſet dicta ſecūdū demōſtrationem ipſorū, tamen nouum. i. inuſitatū uectigal. i. pecuniæ acquiſitio ex agro alieno acceſſit ciuitati noſtræ genere ꝑſtigiorū. i. cautelæ deceptoriæ more ꝑſtigiatorū factę improbo. i. improbando, & deteſtando. Eundem &c. Ferūt. i. dicunt. ſ. uulgo, aut hiſtorici eundem. ſ. Q. Fabium Labeonem cū deberet accipere a rege Antio. quem ſuperauerat bello dimidiam partem nauiū ex fœdere icto. ſ. cū eo, ſecuiſſe omnes. ſ. naues medias, ut priuaret eum tota claſſe, quia dimidiatę naues inutiles erāt.

OLIVERIVS.

NAM M. An. hic fuit M. Anto. orator, q in cauſis dicendis nō maiori eloquētia, quā prudentia uti conſueuerat. nullam enim unquā e ſuis orationem ſcriptā edere uoluit. ut ſi quid forte dixiſſet in aliquo iudicio, quod in altera actione cōtradicendū eſſet, id ſibi ſemper integrum foret, quo poſſet obiicientibus negare illud dixiſſe. Periclitantium reorum.

ASCENSIVS.

NAM &c. Cōuitiū eſt remittendū M. Anto. ſ. oratori tam, uel qa morte ſatis ſupplicii luit, aut quia grauius meruit La. q aiebat ſe nullā orationē ſcripſiſſe, idcirco, ut ſi quid actū ſuperiore iudicio foret. i. eſſet nociturum ei, quē defenſurus eſſet poſtea, poſſet firmare nō dictū ſup. eſſe a ſe. qui uix. i. quaſi nullā habuit cauſam tolerabilē facti pudētis, ſed impudentis, ſunt tñ qui prudētis legāt. Enim pro quia, ipſe erat paratus, non ſolum uti ſua eloquētia, ſed etiam abuti uerecundia ſua (unde impudenter egit) pro capite periclitantium. & ita cū inter oratores clariſſimos reponatur. ſi orator ſit uir bonus dicendi peritus diffiniendus, ne orator quidem dicendus fuerit.

OLIVERIVS.

SERTORIVS uero. Hic tantis animi corporiſq; uiribus excelluit, ut eum cuiuis, & illis, qui clariſſimi habentur

bellorum duces, non ſolum conferre, ſed etiam præferre merito poſſis. Nam Phi. continentiorem in mulieres An. fideliorẽ in ſuos. Hanni. placabiliorem in hoſtes fuiſſe certiſſimi autores ſunt. ingenio autẽ nulli eorũ inferiorem, ſed fortuna omnibus ipſis, qua ſemper infeſta magis, quã hoſtibus uſus, ſe pertiia Metello, audacia Pom. fortuna Syllæ, potentia Po. Ro. exul & barbaris imperitãs adæquauit. Cũ alterũ oculũ amiſiſſet in bello, dictitare ſolebat, alios nõ ſemper uirtutis ſuæ teſtimonia ſecũ habere, ſed torques, & haſtas, & coronas, domi ſæpius relinquere, Sibi uero bellicæ laudis inſignia ꝯtinuo adeſſe. Poſt multa, & præclara pro reſpub. bello domiq; geſta facinora, Cinnanes tandẽ partes ſecutus ab Opimio cõſule pulſus eſt cum Cinna, qui deinde Mario coniuncti, eũ urbe capta Marius, & Cinna omnia crudelitatis exẽpla proderent Serto. ipſe nec trucidaſſe quẽquã ob irã, nec cõtumeliã intuliſſe cuiquã dicitur, ſed ea cõtinuo ĩprobaſſe, quæ illi ſœde, crudeliterq; exercebant, quin etiã ad quatuor ſeruorũ millia in ciuitate præter modũ ſæuientium ipſe trucidauit. pulſus iterũ a Sylla, ꝓfligatis Marianis partibus in Hiberiam cũ ſe recepiſſet uariis caſibus agitatus extrema pleruq; fortuna ſtetit. Ad Maruſios deinde delatus eo cõſilio, ut ad fortunatas inſulas uſq; ꝓfectus quietam ageret uitã, ꝑter opinionẽ incidit in bellũ, Cilicibus tũ forte Aſcaliũ, in Maruſiorum regnũ reducere conãtibus. quorum hoſtibus cũ auxilio fuiſſet, ductu, & auſpicio ſuo pulſis Cilicibus, obſeſſuq; Aſcalio, & Cæſo Pacciano, qui ad liberandũ Aſcaliũ miſſus fuerat a ſylla, multis deinde oppidis partim captis, partim in deditionẽ acceptis, magnum apud oẽs Sertorii nomen, & gloria fuit adeo ut a Luſitanis ultro acciret ad regnũ. quo qdẽ accepto, paratoq; ꝓ tẽpore, & illorũ opibus exercitu ſatis exiguo, quippe .xii. milliu militũ, aduerſus quatuor Ro. duces, & centũ ac .xxx. hominũ millia bene, feliciterq; pugnauit. Nam Coctã apud Mellariam nauali ꝓlio ſuperauit. Phidiã prætorẽ in Hiberia ꝓfligauit, & occidit. Domitiũ ꝓconſulem cum magna exercitus parte deleuit. Metellũ deniq; ipſum ætatis ſuæ uirũ ampliſſimũ ad eã neceſſitatẽ redegit, ut L. Loliũ ex prouincia Narbonenſi auxiliũ ſibi ferre cogerent, ut Pomp. Ma. ex urbe cum ſumma feſtinantia & exercitu mitteretur, quẽ ingenti arte ſæpe deluſum, & acie cũ Afranio aliquoties deuictũ, Sertorius demũ cõtriuiſſet, niſi a M. Perpenna, qui ſecũ arma cõiũxerat, per inuidiã cõiuratione facta in cœna fuiſſet interẽptus. hic igit cũ Luſitanos, quibus imperitabat, oratione inducere non poſſet, ne uellent cum Romanis uniuerſa acie decernere, contumaces enim imperatoris iuſſum non expectabant, ſed temere ferebantur in hoſtes id calliditate, & uafro conſilio perfecit. nam aduocata concione cũ duos equos in mediũ iuſſiſſet adduci. Alterum macie, ſenioq; confectum, alterũ fortẽ, & nitidũ macilento ualidũ iuuenẽ, forti ſenem imbecillẽ, & huic carptim illi uno impetu equorũ caudas euellere iuſſit. ꝙ cũ adoleſcens totis uiribus annixus fruſtra tentaſſet, ſenex paulatim ſetas euellendo caudã nudauit. Tũ Sertorius, uidetis, inquit cõmilitones ingeniũ plus poſſe q̃ uires, omnia nanq; uincit ſtudioſa ſedulitas. quo facto barbara gẽs ferox, & cõtumax imperatori facilis, & dicto parens facta eſt. Au. Gel. hũc alio uafro cõſilio uſum fuiſſe dicit lib. xv. ca. xxii. qđ & Plu. Affirmat ĩ uita Sertorii, illũ. ſ. candidã ceruã eximiæ pulchritudinis. & uiuaciſſimæ celeritatis a Luſitano quodam ſibi dono datam ita manſueſeciſſe, ut & uocantem exaudiret, & uadentem ſequeretur, aſſuetam quoq; os auribus eius interdum admouere, quaſi cũ eo loquentem, & arcani aliquid a numine nũciantẽ. Nã illã ſibi a Diana dono data ſimulabat, a qua tãquã ab ipſo numine doceret, qđ faciendũ, aut nõ faciendũ eſſet. quotieſcunq; hoſtes fines ingreſſos aut urbem aliquam cepiſſe occulte ꝑſenſerat, dictũ ſibi a cerua ſimulabat, ut copias in armis haberet. rurſus ſi uictoria aliqua ſuorum ducũ occulta nũciabatur, ceruã coronabat, & ab ea ſibi uictoriã denũciatã fuiſſe dicebat. hac ſimulatione barbaros feros, & indomitos facile dicto parẽtes eſſe fecit. literas quoq; cõpoſitas ꝓ ueris legebat, ſomnũ ſimulabat, & falſas religiones cõferebat. Robore cor. & animi cõ. qa pares illi natura corporis, & animi dotes cõceſſerat, ut & corporis uiribus, & animi cõſilio plurimũ ualeret. Cõfecta. conſumpta. Miniſterium ex. Opus perfecit. Quorſum tem. ad quem finẽ id feciſſet imperator. Oculis peruidit. ſubiecta ſimilitudine.

ASCENSIVS.

❡SERTORIVS uero expertus parẽ, quia utrobiq; ingentẽ indulgentiã .i. conceſſionẽ, & in ſe beneuolentiã naturæ ſu. in robore corporis, atq; ꝯſilio animi, coactus fieri dux Luſitanorũ in Hiſpaniis, proſcriptione Syllana, cum nõ poſſet flectere oratione .i. inducere eos. ſ. Luſitanos, ne .i. ut nõ uellent confligere cũ Romanis uniuerſa acie (qa ꝓſcriptus cõtra Romanos ſaltẽ cõtra Syllanos pugnauit, neq; auſus eſt cũ uniuerſis cõfligere, aut ſaltẽ nõ uiſum eſt cõmodum) ꝑduxit ſup. eos ad ſuã ſententiã cõſilio uafro .i. inuẽtione aſtuta. Enim pro qa cõſtituit in cõſpectu eorum duos equos alterũ ualidũ, & alteru infirmiſſimũ, ac deinde iuſſit caudã ualidi carpi .i. extrahi paulatim ab ſene. ſ. uiro, imbecillo .i. fragili, & iuſſit caudã infirmi, ſup. equi, cõuelli a iuuene eximiarum uirium, uniuerſam .i. ſimul totã. obtẽperatũ eſt. ſ. a ſene, & a iuuene imperio .i. mãdato Sertorii in conuellẽda cauda equina, modo quo iuſſerat. ſed dũ dextera. ſ. manus adoleſcẽns. ſ. robuſti, fatigat ſe labore irrito quia, non potuit caudam equi quantumuis fragilis uno tractu euellere, manus cõfecta ſenio .i. ipſius ſenis, executa eſt. ſ. paulatim, hoc eſt ſingulos pilos extrahendo, miniſterium. ſ. quod iuſſa fuerat exequi. Tunc Sertorius ſubiecit .i. continuo dixit concioni barbaræ .i. multitudini barbarorum cõuocatorum ad audiendum uerbum imperatoris, cognoſcere quorſum .i. ad quẽ finem ea res tenderet, dixit inquam exercitum noſtrum .i. Romanum eſſe ſimilem caudæ equi, cuius. ſ. exercitus Romani, aliqui aggrediẽs .i. inuadẽs partes poſſit opprimere ſup. eas ſed ſup. cõnatus .i. qui conaretur proſternere uniuerſum .i. ſimul totũ exercitum. ſ. Romanum, tradiderit. ſ. hoſti, celerius uictoriã, quã occupauerit ſup. eam. Ita .i. & ſic gens barbara .i. inculta moribus aſpera, & difficilis regi .i. ut regatur, ruens .i. lata ſine circumſpectione in exitiũ ſuũ ꝑuidit .i. uidendo cognouit oculis, utilitatẽ, quam reſpuerat auribus .i. dũ uerbis dũtaxat illi diſſuadebatur.

DE FABIO MAXIMO.

Fabius autem Maximus, cuius non dimicare, vincere fuit: cum præcipuæ fortitudinis Nolanum peditem dubia fide ſuſpectum, & ſtrenuæ operæ Lucanum equitem amore ſcorti deperditum in caſtris haberet: vt vtroq; potius bono milite vteretur, q̃ in vtrunque animaduerteret, alteri ſuſpicionem ſuam diſſimulauit, in alterum diſciplinam paululum a recto tenore deflexit: nanq; illum plene pro tribunali laudando, omniq; genere honoris proſequendo, animũ ſuum a Pœnis ad Romanos coegit reuocare: & hunc clam meretricem redimere paſſus, paratiſſimum pro nobis excurſorem reddidit.

OLIVERIVS.

❡FABIVS Ma. Hic cũ animaduertiſſet Nolanũ quẽdã fortiſſimũ militẽ, & genere ꝓſtantẽ defectionis a qbuſdã accuſari, nõ animaduerſione, ſed uafro cõſilio ſibi fidiſſimũ, & Romanæ partis ꝓpugnatorẽ acerrimũ reddidit. accito enim illo, nũc igr res eo malignitatis ꝑuenit, ut duces ad gratiã futurã ineũdã potius accuſentur, quã pro eorũ uirtute honores impartiant. deinde illum accuſauit, ꝙ nulla in re officiũ eius expoſceret. hæc cum dixiſſet accerrimo equo, aliiſq; muneribus illũ ornauit, effecitq;, ut qui antea ſuſpectus eſſet, nunc fideliſſimus & P. R. ſtudioſiſſimus efficeret. abſurdũ enim eſſe dicebat, equos, & canes uenaticos cura hominũ, & familiaritate, & uictu mãſueſcere, feritatẽq; deponere, hominibus uero imperãtes, nõ gratia, & manſuetudine rebelles animos ſibi cõciliare. aſperiora ꝓfecto, uiolẽtioraq; eſſe, quæ agricolæ faciũt de caprifico, ac piaſtro oleaſtroq;. nam has arbores in oleas, ficuſq;, ac piros domeſticas fouẽdo, blandiendoq; cõuertunt. alterum militẽ genere Lucanũ cohortum principes accuſauerant, ꝙ ex caſtris ſe ſurripiẽs ſæpius ex ordine diſceſſeras, hos Fa. interrogat qualem hunc hominem eſſe animaduertiſſent, approbantibus cũctis & eius res geſtas, ac uirtutibus extollentibus Fa. diligenter ſciſcitatus diſceſſus, & erroris cauſam, ubi cõperit hoiem ſcorti cuiuſdã amore correptũ, ſtatim curauit clam meretriculam illam cõprehẽdi, & ad ſe in caſtra ꝑduci, quo facto iuuenẽ ad ſe accitum benigne cõpellat, nõ

Fa. Max. Nolanũ militẽ q̃ arte infide retinuit.

te fugit

teſugit, inquit q̃ præter leges, & mores Romanos e caſtris noctu ſæpe diſceſſeris, ſed antea bonum te fuiſſe uirum haud oblitus ſum, errores igitur tui cum rebus a te bene geſtis recõpenſ. poſt hæc uero te in alijs rebus obſeruabo. educta deinde e tentorio mulierecula hæc inqt te in caſtris retinebit, niſi propter aliam improbitatem diſceſſeris: nã te huius amore e caſtris diſcedere ferebatur, eã deinde iuueni tradidit, & illũ fortiſſimum ſibi retinuit, & reip. utilem. Cuius non di.i.m.eſt, infinitus ſæpe p̃ re uerbi poniť. ut hoc loco nõ dimicare eſt uincere nulla dimicatio eſt uictoria. Contra uero etiã res uerbi ponitur pro infinito, ut cõſulto pro conſulere, facto pro facere. Diſciplinam deſic. q̃a p̃p̃ diſciplinã militiæ Romanę permiſit hunc in caſtris ſcortũ habere. Paratiſſimũ ex. expeditiſſimum bellatorem, nã excurſores dicuntur, qui i expeditionem aduerſus hoſtes ducuntur.

ASCENSIVS.

FABIVS autẽ Ma. cuius non di.i. abſtinere a pugna eſt uincere, ſic.n. hoc eſt cũctãdo Hãni. fregit, cũ haberet in caſtris.ſ. ſuis peditem .i. militem pedeſtrem Nolanum .i. e Nola oppido fortitudinis præcipuæ .i. egregiæ ſuſpectũ dubiæ fide, q̃a uidebatur ad Hãni. uelle trãſire, & equitem Lucanum .i. e Lucania operæ .i. operationis, militaris ſtrenuę .i. acris, & diligentis, deperditum amore ſcorti, id eſt meretriculę, ut uteretur utroq; potius bono milite, q̃ aladuerteret in utrunq; .i. iuſte puniret utrũq; diſſimulauit .i. diſſimulando abſcõdit alteri.ſ. Nolano, ſuſpitionẽ ſuã de perfidia illius, & defl.xit in alterũ .i. ad cõplacendũ alteri, uidelicet Lucano diſciplinam.ſ. militarem paululum a recto tenore.i.a rigore ſuo. Nanq; laudando illum.ſ. Nolanum, ſuſpectæ fidei, plene, id eſt, tanquam minime ſuſpectum, pro tribunali, id eſt cathedra imperatoria. & proſequẽdo.i. afficiendo eũ omni genere honoris coegit ſup. eum reuocare animum ſuum a Pœnis.ſ. Car. ad Rom. & paſſus hũc.ſ. equitem Lucanum redimere.ſ. a lenone, clam.i. in occulto meretricem reddidi ſup. eum excurſorem .ſ. in hoſtiles terras aut caſtra paratiſſimum.i. promptiſſimum pro nobis.

THEOPHILVS.

ATQVI Liuius, equitem nõ peditem Nolanum, nec a Fabio Max. ſed a Marcello reuocatum ſcribit ad ſanitatem.

OLIVERIVS.

VENIAM nunc ad eos. De his qui aſtutia ſibi ſalutem parauerant M. Voluſius a triumuiris proſcriptus, uafro conſilio & calliditate ingenij ſalutem ſuam protexit. nam ſumpto Iſiaci habitu mendicus factus incognitum ſe omnibus præbuit, quaſcunq; iter fecit, donec in caſtra Brutiana peruenit ſaluus, & incolumis. Aedilis.trib.ple. Hic locus corruptus eſſe ſolet, neq; enim tribunus, & ædilis quiſque uno tempore eſſe poterat, ſed ita credendum eſt, ut litera ſit ædilis plebeius. erant enim ædiles plebei & curules, q̃ inter utroſq; intereſſet. oſtendit idem Val. i. lib. de neglecta religione, ubi de Var. loquitur. Aſſumpto Iſiaci habitu. ſumpto habitu ſacerdotis Iſidis. erat autem habitus

Iſiaci ſacerdotes apud Ro. apud nos Cingari

mendicantis. nam Iſiaci ſacerdotes mendicantes per urbes, & uicos uagabantur, pollicentes de futura prædituros ſi daretur aſſis, & inde quæſtu faciebat hi uulgo nũc dicunť Cingari. ſunt autẽ Aegyptij, ergo habitu Iſiaci, id eſt habitu pauperrimi ſacerdotis. Stipem pecuniam mendicans. Quid illa neceſſitate.

DE M. VOLVSIO ÆDILE.

Veniam nunc ad eos, quibus ſalus aſtutia quæſita eſt. M. Voluſius ædilis plebis proſcriptus, aſſumpto Iſiaci habitu, per itinera, viaſq; publicas ſtipem petens, quiſnam reuera eſſet, occurrentes dignoſcere paſſus non eſt. eoq; fallaciæ genere tectus, in M. Bruti caſtra peruenit. Quid illa neceſſitate miſerius, que magiſtratum Po. Ro. abiecto honoris prætextu, alienigenę religionis obſcuratum inſignibus, per vrbem iuſſit incedere? ô nimis aut hi ſuæ vitæ, aut illi alienæ mortis cupidi, qui talia vel ipſi ſuſtinuerunt, vel alios perpeti coegerunt.

DE SATVRNINO VETVLIONE.

Aliquanto ſpecioſius ſententiis Saturnini Vetulionis in eodem genere caſus, ultimæ ſortis auxiliũ. Qui cum a triumuiris inter proſcriptos nomen ſuũ propoſitum audiſſet, continuo præturæ inſignia inuaſit: præcedentibuſq; in modum lictorum & apparitorum publicorum ſeruis ſubornatis, vehicula comprehẽdit, hoſpitia occupauit, obuios ſummouit, ac tam audaci vſurpatione imperii, in maxima luce denſiſſimas hoſtilibus oculis tenebras effudit. Idem vt Puteolos venit. perinde vt publicũ miniſterium agens, ſumma cũ licẽtia correptis nauibus in Siciliam certiſſimum tunc proſcriptorum profugium penetrauit. His vno adiecto leuioris notæ exẽplo, ad externa reuertar.

Hanc fortunam uel potius Voluſii neceſſitatem deplorat quæ, nihil ferme triſtius inuenire poſſit, quæ Voluſium coegit depoſitis Romani magiſtratus inſignibus Iſiaci, hoc eſt pauperrimi ſacerdotis, & mendicantis ſumere habitum. Abiecto honoris pretextu. Depoſito magiſtratus inſigni. Omnes autem hi. damnat Voluſium, & eos, qui uitæ nimium cupidi, omnem indignitatem, & turpitudinem uitæ gratia ſubire non dubitant, & eos qui alienæ mortis auidi hoĩes ad eã neceſſitatem impellũt ut ea ſuſtinere cogať. Suſtinuerũt, uitæ cupidi. Perpeti coe. alienæ mortis auidi.

ASCENSIVS.

VENIAM nunc ad eos quibus ſalus.i. conſeruatio uitę quęſita.i. inuẽta eſt aſtutia.i. per aſtutiã. M. Volu. ædilis plebeius, & ita non curulis, proſcriptus.i. a triumuiris, petens ſtipem.i. eleemoſynam habitu Iſiaci.i. ſacerdotis Iſidis per itinera, & uias, nõ eſt paſſus occurrẽtes dignoſcere reuera quiſnã eſſet, & tectus.i. protectus eo genere fallaciæ peruenit in caſtra M. Bruti. Quid miſerius ſup. fuit illa neceſſitate q̃.ſ. neceſſitas, iuſſit.i. uoluit, aut impulit, magiſtrat. Po. Ro. q̃a ædilem, prætextu honoris.i. inſigni magiſtratus abiecto, incedere obſcuratum inſignibus religionis alienigenę, q̃a ægyptiacæ q̃ d. nihil ſcita tacite damnat Voluſiũ Brutianas partes ſecutũ. Oẽs aũt hi, q̃ ipſi.ſ. in ſe ſuſtinuerũt talia.i. tam miſeriã ſubterfugiẽ, cupidi ſupple fuerũt ſuę uitę.ſ. cõſeruãdę plus; q̃ honoris, aut illi, q̃ alios coegerũt p̃peti talia, fuerunt cupidi mortis alienæ.

OLIVERIVS.

ALIQVANTO ſpeci. Hic Saturninus Vetulio honeſtiori ratione, longeq; a ſuperiori diuerſa ſuæ ſaluti conſuluit. proſcriptus .n. a triumuiris cũ ſe quæri ab inſectatoribus audiſſet, nõ mendici habitu, ſed magiſtratus inſignia audacter ſuſcepit. ſubornatiſq; ſeruis, eos tanq̃ apparitores, & lictores precedere iuſſit, ex quo factum eſt, ut per oẽs colonias, & municipia Romana publice ſuſceptus, uehicula publica, hoſpitia honorifica ubiq; conſequeretur. Puteolos quoq; delatus, non aliter ex Romana claſſe, quæ tũ ibi erat, ſibi neceſſarias naues delegit, q̃ ſi p̃tor, aut alius publicus magiſtratus extitiſſet. qua audacia in Siciliam tutus peruenit, quo cæteri p̃ſcripti confugiebant. Vetulionis. ad differentiam Saturnini apuleį de quo ſupra dictum eſt. Perinde ut publicũ miniſteriũ, tanq̃ publico officio fungens. Certiſſimũ p̃fugiũ. nam ibi tuti eſſe poterant p̃ſcripti. Leuioris notę. ignobilioris conditionis.

ASCENSIVS.

ALIQVANTO ſpe. ſen. aut ut alii legunt ſenſeris. quod ſi eſt legendũ, Ordo eſt. Tu ſenſeris auxiliũ Saturnini aliquanto ſpecioſius &c. Sic ſententiis ſic. Auxiliũ Saturnini Vetulionis in eodẽ genere caſus extremę ſortis.i. mortis euitãdę ſup. fuit ſpecioſius aliquãto.i. aliqua ex parte ſup. q̃ Voluſii ſententiis.i. ſecũdũ ſententias, & iudicia hoĩum. Qui cũ audiſſet nomẽ ſuum p̃poſitum inter p̃ſcriptos a triũuiris, inuaſit.i. uiolẽter accepit cõtinuo inſignia preturę, & ſeruis ſubornatis in modũ lictorũ, & apparitorũ.i. ſatellitũ publicorũ p̃cedẽtibus, cõprehẽdit.ſ. ubicunq; inuenerat, quaſi nomine publico uehicula, q̃bus ſarcinas ſuas euexit, & forte ſe, & ſuos. occupauit hoſpitia ſ. publica, ſummouit.i. de uia cedere fecit obuios ac effudit tã audaci uſurpatiõe imperii oculis hoſtilibus, tenebras denſiſſimas, in maxima luce.i. cũ incederet maxime cõſpicuus, & tanq̃ p̃tor Romanus ab illo

micis cum quærentibus non eſt agnitus. Idē. ſ. Saturninus. Vi uenit Puteolos, perinde ac .i. tanq̄ agēs publicū miniſterium. ſ. a remp. ptinens nauibus correptis eu ſumma licentia. i. pro libidine, quas uellet inuitis dñis, penetrauit in Siciliam certiſſimum tūc profugiū proſcriptorū. Quia autē multa domeſtica ſubiecit exēpla, ne multitudo faſtidiū pariat, dicit. Vno exēplo notę leuioris. i. minoris æſtimationis, ſicut ęs minore nota percuſſū adiecto his. ſ. iā dictis reuertar, pro eo, qđ ē uertar me ad externa.

Alexander Apollinis reſponſum, & fati neceſſitatem aperuiſſet, nō tibi prior ingt occurri o rex ſed Aſinus, q añ me actus precedebat. quo callido reſponſo ſe ab imminēti morte liberauit. nā hoc dicto delectatus Alexander, Aſinū occidi, & hoīem ſeruari iuſſit. Sorte monitus. i. oraculo. nā dupliciter dabantur reſponſa, aut uerbis, cū phœbus loquebať, & futura prędicebat, aut in folis palmę i qbus dicit Var. interdū notis, interdū ſcribebant ſermonibus. uñ Virgi. foliis ne tantū carmina mandes ipſa canas oro finē dedit ore loquendi. Adduceret. aſtringeret, deſtinaret. Oraculi pręceptū. reſpōſum Apollinis, qui ſuæ ſalutis cauſa id facere iuſſiſſet. Sūma in hoc. In hoc ingt exēplo calliditas, & māſuetudo apparuit, inſequēti uero, ſola Agaſonis regis Darii calliditas cognoſcitur. Egſone. Agaſone, & equorū miniſtro, ſiue ſtabulario.

EXTERNA.

DE AMORE CVISDAM PATRIS IN FILIVM.

Amantiſſimus quidam filii, cum eū inconceſſis ac periculoſis facibus accēſum, ac inſana cupiditate patet inhibere vellet, ſalubri cōſilio patriam indulgentiā tēperauit: petiit. n. vt prius q̄ ad eam quam diligebat iret, vulgari ac pmiſſa venere vteretur: cuius precibus obſecutus adoleſcēs, infelicis animi impetū ſacietate licētiis cōcubitus reſolutū, ad id quod nō licebat tardiorē, pigrioremq; afferēs, paulatim depoſuit.

DE QVODAM ASINARIO.

Cum Alexander Macedonū Rex ſorte monitus, vt eū qui ſibi porta egreſſo primus occurriſſet interfici iuberet, Aſinariū ſorte ſibi obuiā factū, ad mortem arripi imperauit, eoq; quærente quidnā ſe immerentē capitali ſupplicio, innocētemq; addiceret: cum ad excuſandum factum ſuū oraculi præceptū retuliſſet: Aſinarius ſi ita eſt (inquit) rex, aliū ſors huic morti deſtinauit: nam aſellus, quem ego ante me agebā, prior tibi occurrit. Delectatus Alexander & illius tā callido dicto, & qđ ab errore ipſe reuocatus erat, occaſionē in aliquāto viliore animali expiandæ religionis rapuit: ſumma in hoc cū calliditate manſuetudo: ſumma quoq; in alterius regis Equiſone calliditas.

DE DARIO REGE.

Sordida magnorū dominatione Perſidæ oppreſſa, Darius Rex adiutoribus eiuſdē dignitatis aſſumptis pactū cū præclari operis cōſortibus fecit, vt eqs inſidētes, Solis ortu, curſum in quendā locū dirigerēt, iiſq; regno potiretur, cuius equus in eo primus hinniſſet: cæterum maxime mercedis cōpetitoribus fortunæ beneficiū expectātibus, ſolus acumine Equiſonis ſui Ebaris proſperū exoptatæ rei effectum aſſecutus eſt: qui in equæ genitalē partem demiſſam mánum, cum ad eū locū vētum eſſet, naribus equi admouit: quo odore irritatus, ante omnes hinnitū edidit: auditoq; eo, ſex reliq ſummæ poteſtatis cōtinuo eqs delapſis, cādidati (vt eſt mos Perſarum) humi pſtratis corporibus Darium regem ſalutauerunt: quantū imperium, q̄ paruo interceptum eſt vaframento.

THEOPHILVS.

SENTENTIIS. Parthāſius exiſtimabat incōmode Sētētiis imperitia librarii ſcriptū p Sentii. Nā ſentii pnomen ī uſu ueterū fuiſſe ſatis īdicat. Sētius Gallus & Sentius Augurinus.

OLIVERIVS.

AMANTISSIMVS quidam. Pater quidā, cuius pp̄ter ignobilitatē nomē nō ponitur, cū ſenſiſſet filiū i ſano matronæ cuiuſdā amore detineri, uafro pſilio ab eo quaſi furore reuocauit. nam quoties ad matronam erat iturus, ab eo petebat ut prius uulgari, & publico ſcorto uteretur. qđ cum feciſſet adoleſcens extincta eius libido non facile matronæ blanditiis poſtea intendebatur, & ita filiū a periculoſo amore liberauit. Periculoſis facibus. Quia matronā amabat, ad quā non ſine periculo accedere poterat. Inhibere. cohercere. Reſolutū. quaſi obtuſum, refrenatum.

ASCENSIVS.

AMANTISSIMVS &c. Ordo eſt. Quidam pater amantiſſimus filii. ſ. ſui, cum uellet inhibere. i. retrahere eū accenſum facibus. i. amorū incōceſſis, & periculoſis quia cuiuſdam matronę, ab cupiditate inſana. i. temeraria aut uehemēti uſq; ad inſaniam, temperauit indulgentiam patriam conſilio ſalubri, quantū ad illius ſeculi errorem, quo minorem fornicationem, capitalem non cēſuerunt culpam. enim pp̄ q a pater petiit a filio ut priuſq̄ iret ad eā quam diligebat, uteretť uenere uulgari, ac permiſſa. i. coitu meretricio. cuius pcibus adoleſcens obſecutus, afferens impetū animi infelicis. i. infeliciter amātis reſolutū. i. retuſum & laxatū ſacietate cōcubitus licētis. i. tūc pmiſſi, & nunc quoq; ad euitādum maius malū a ſeculari iudice raro puniti, afferēs dico tardiorem & pigriorem id, quod non licebat, depoſuit ſup. eum paulatim.

ASCENSIVS.

CVM Alexander rex Macedonum monitus ſorte. i. uaticinio ſortilegorū, ut iuberet interfici eū, q occurriſſet primus ſibi egreſſo porta, imperaſſet Aſinariū. i. actorē aſini, factum obuiam ſorte. i. a caſu añ oēs. i. hoīes arripi ad mortē, & eo q̄rente qdnā adduceret capitali ſupplicio. i. morti ſe imerentē, & innocentē, Cūq; ſup. Alexā. retuliſſet p̄ceptū oraculi ad excuſandū factū ſuū, Aſinarius inquit o rex ſi ita eſt, ſors deſtinauit alium huic morti. Nā Aſellus, que ego agebam, ante me occurrit tibi prior. ſ. q̄ ego. Alex. delectatus & illius dicto tā callido, & q ipſe reuocatus erat ab errore. ſ. quo humanā hoſtiā immolare conſtituerat, rapuit occaſionē religionis expiandæ. i. placandæ, aut exoluendæ, in animali uiliori aliquāto (imo infinito, ſi p̄ciū animę humanę ęſtimes ualeri) Sūma māſuetudo. ſ. regis cū calliditate ſ. aſinarii, fuit in hoc. ſ. exēplo. ſumma quoq; calliditas fuit in Equiſone alterius regis, ſcilicet Darii.

OLIVERIVS.

SORDIDA ma. Occiſis magis, qui Perſarū regnū p dolū occupauerant, ut dictū eſt in c. de forti. magna quidem gloria recuperati regni principū fuit, ſed multo maior in eo, qđ cū de regno ambigerent, concordare potuerūt. erāt. n. uirtute, & nobilitate ita pares, ut difficilem populo electione æqualitas faceret. ipſi igitur uiā inuenerunt, qua de ſe iudicium religioni & fortunę cōmitterēt. pactiq; inter ſe ſunt, ut die ſtatuto oēs equos ante regiā primo mane pducerent & cuius equus inter ſolis ortum hinnitū primus ediddiſſet, is rex eſſet. nam & ſolē Perſæ unū Deū eſſet credunt, & equos eidē deo ſacratos eſſe ferūt. & erat inter cōiuratos Darius hidaſpi filius, cui de regno ſolicito, equi cuſtos ait, Si ea res uictoriam moderetur nihil negocii ſupereſſe per noctem. deinde equum pridie conſtitutam diē, ad eundē locū duxit, ibiq; equæ admouit, uel ut dicit Val. i equę genitalē partē demiſſam manū

OLIVERIVS.

CVM Alexander. Cum Alexāder ducturus eſſet exercitum in Perſas, conſuluit oraculum quem ſuſcepti belli euentum eſſet habiturus. felicem reſpōdit Apullo, ſi eum, qui primus ſibi porta egreſſo occurriſſet occidi iuſſiſſet. ſorte ita accidit ut Aſinarius quidam occurreret. quem cum ad cędem rapi imperaſſet, admiratus Aſinarius, qui ſe innocentem ſciret, & rei cauſam non intelligeret, quæſiuit ex Alexandro, qua gratia id faceret. cui cum

cum

DE BIA PRIENENSI.

Bias autem, cuius ſapientia diuturnior inter homines eſt q̃ patria Priene fuit, (ſi quidẽ hic etiam nũc ſpirat, illius perinde atq; extinctæ veſtigia tantũmodo extãt) ita aiebat, oportere homines in vſu amicitiæ verſari, vt meminiſſent eã ad grauiſſimas inimicitias poſſe cõuerti: quod quidẽ p̃ceptũ prima ſpecie nimis fortaſſe callidũ videaẽ inimicumq; ſimplicitati, qua p̃cipue familiaritas gaudet: ſed ſi altioribus animis cogitatio demiſſa fuerit, perquã vtile reperietur.

DE ANAXIMENE PRECEPTORE ALEXANDRI.

Lampaſcenæ vero vrbis ſalus vnius vaframenti beneficio conſtitit: nam cum ad excidiũ eius ſummo ſtudio Alexander ferretur, progreſſumq; extra mœnia Anaximenem præceptorem ſuum vidiſſet, quia manifeſtum erat, futurum, vt preces ſuas iræ eius opponeret, non facturum ſe quod petiſſet iurauit: tunc Anaximenes peto (inquit) vt Lampſacum diruas: hæc velocitas ſagacitatis oppidum vetuſta nobilitate inclytum exitio, cui deſtinatum erat, ſubtraxit.

eſſet ad eum locũ uentũ eſſet, equi naribus admouit: quo odore, uel uoluptate ueneris irritatus equus hinnitum ſtatim dedit, & ſignibus aliis. felix auſpicium domino primus emiſit. tanta moderatio cæteris fuit, ut audito auſpicio, confeſtim e quis diſiluerint, & Darium regem ſalutauerint. In expoſitione huius hiſtoriæ Iuſtinum ſolummodo ſum ſecutus in cap. de fortitudine, aliorum quoq; ſententiam inſerui. Perſide op. Perſarum regno occupato. Candadidati. ut pote competitores eiuſdem magiſtratibus, & iperii. Paruo uaframento. parua calliditate.

ASCENSIVS.

SORDIDA dominatione magorum, ſcilicet ignobilium quorũdam qui regnum occupauerãt, oppreſſa, ſcilicet: a Dario, & quibuſdam aliis nobilibus ſupple in Perſide, ſcilicet regione Perſarum, aut dominatione Perſidæ (a nominatiuo perſida qui factus ſit ab accuſatiuo perſida, a nominatiuo perſis perſidos deflexo) oppreſſa (non tamen dicam cum Oliuerio, Perſide oppreſſa, quia de liberata iam loquitur.) Darius rex, ſcilicet futurus aſſumptis adiutoribus eiuſdem dignitatis, ideſt aliis nobilibus qui ſecum magos oppreſſerãt, fecit cum conſortibus præclari operis, ideſt tyrannicidii, pactum, ſcilicet de regi noui creatione, ut ipſi inſidentes equis, ſupple in orto ſolis dirigerent curſum in quendam, ideſt certum locum & is potiretur regno, cuius equus hinniſſet, ideſt hinnitum emiſiſſet primus in eo, ſcilicet loco. Cæterum, ideſt ſed competitoribus maxime mercedis, hoc eſt tanti regni, expectantibus beneficium fortunæ, ut forte fortuna equus ſuus hinniret, nulla induſtria adhibita ſolus, ſcilicet Darius aſſecutus eſt proſperũ effectum rei optatæ, ideſt adoptionem regni propter hinnitum equi acumine, ideſt ſolerti induſtria, Ebaris Equiſonis ſui, ideſt actoris equorum ſuorum, qui admouit naribus equi, ſcilicet Darii, manum, ſcilicet ſuam, demiſſam, ſcilicet pauloante in partem genitalem, ideſt qua concipere ſolent equæ. quo odore equus Darii irritatus, ideſt prouocatus ad Venerem, & ita exhilaratus, ædidit hinnitum ante omnes, ſcilicet alios. & eo, ſcilicet hinnitu audito, reliqui ſex candidati, ideſt competitores ſummæ poteſtatis delapſi, ideſt ibi celeriter deſcendentes. cõtinuo equi, ſalutauerũt Darium regem corporibus proſtratis humi, ut eſt mos Perſarum, ſcilicet adorãdi regem. Quantum, ideſt o quantum imperium, q̃, ideſt quantum paruo uaframento, ideſt calliditate eſt interceptum, ideſt alius præceptum, aut inceptum, ideſt initium primo a Dario, quaſi dicat maximum minimo.

OLIVERIVS.

Bias Prienenſis BIAS autem. q̃ Bianti Vale. attribuit, Chiloni Plutar. aſſeribit. Chilon enim ut tradit Plutar. dicere ſolebat, ames eatenus, quaſi aliquando ſis odio forte habiturus. item hactenus oderis tanquam fortaſſe ſis amaturus, ac ſi diceret, non debemus eo uſq; amicum amare, ut ſi quid indignum, & turpe fecerit, uel iuſſerit, odiſſe nequeamus, & e cõtra, nec tantopere odiſſe, ut eũ in amicitiam noſtram, ſi neceſſe fuerit, recipere non poſſimus. non mirum hoc a Biante dictum, nam & Scipio, teſte Cice. lib. de amicitia dicere ſolebat, nihil difficilius eſſe, quam amicitiam uſq; ad extremum uitæ diem permanere. Laertius quoq; hoc Biantis dictum, non Chilonis fuiſſe affirmat. Cuius ſapientia diu. quia euerſa, & extincta patria eius, ſapientiæ nomine, & gloria ſtetit immortalis, qui ad noſtram uſq; ætatem peruenit quãuis ergo patria perierit, non tamen eius ſapientia potuit intercipi, aut aliquo modo perire. Inimicumq; ſimplici. quia qui ſimpliciter amat, amat uſq; in finem. Qua præcipue fa. gaudet. Nam uera amicitia ſimplicitate lætatur, & nulla ſimulatione, aut diſſimulatione eſt inuoluta, quales eſſe ſolent eorum, qui amicitias, & inimicitias non ex re ſed ex commodo ſuo metiũtur. Altior. animis cog. ſi diligentius hoc dictum excogitare uoluerit quiſpiam. Per q̃ utile, ideſt ualde utile. ne. ſcilicet tantum in amore progrediantur, ut ſi neceſſe fuerit gradum reuocare nequeamus.

ASCENSIVS.

BIAS autem cuius ſapientia fuit diuturnior inter homines, q̃ Priene patria ſup. eius. (Si quidem, hic ſcilicet Bias, aut hæc ſcilicet fama Biantis, aut Biæ utrum que. n. repperi, ſpirat, ideſt ſpiritum uitalẽ ducit, hoc eſt durat etiam nunc. i. adhuc, ueſtigia extant, tantum modo illius, ſcilicet patriæ eius perinde atque extinctæ) aiebat homines oportere uerſari i uſu amicitiæ ita, ut meminiſſent, id eſt memores ſint eam poſſe cõuerti ad grauiſſimas inimicitias. Quod quidem præceptũ uidetur fortaſſe prima ſpecie, ideſt inſpectione nimis callidũ & inimicum ſimplicitati, qua familiaritas gaudet præcipue, ſi cogitatio demiſſa fuerit animis altioribus, præceptũ ſup. reperietur perqua i. ualde utile.

OLIVERIVS.

LAMPSACENAE urbis. Hic quod Val. Anaximeni attribuit nonnulli Ariſt. tradũt, utroq;. n. præceptore Alexander eſt uſus. Anaximenes, ut inquit Vale. uel Ariſt. ut alii uolunt legatus Alexan. pro patria, quam euertere Alexander conſtituerat, cum ueniſſet ad eum, ſupplicaturus erat p̃ patria, Sed Alex. ratus id quod erat ſupplicatum eum ueniſſe pro patria, ne precibus a propoſito ſuo reuocari poſſet, iurauit ill. ſe negaturũ quicquid peteret. Anaximenes, ſiue Ariſtoteles petit, ut patriã perderet, quo dicto grauiter doluit Alexander q̃ animi ſui propoſitum exequi ſalua fide non poſſet. nam cum illi iuraſſet, omnia ſe negaturum iuſiurandum uiolare, & dictum reuocare non poterat. Anaximenis uafre dictum Lampſacenæ. Lampſacum proprium nomẽ eſt urbis, quod uero in cum deſinunt propria ita formant poſſeſſiua, ut Lemacum lemacenus, Leonicum leonicenus. Lampſacum lampſacenus. Iræ eius opponeret. Precibus obſiſteret iræ ſuæ.

ASCENSIVS.

LAMPSACENAE & cæt. Vero, ideſt ſed ſalus urbis Lampſacenæ, ideſt Lampſaci, (inueni tamen ſcriptum Lampſacenæ) conſtitit, ideſt conſeruata eſt beneficio, unius uaframenti, ideſt callidi inuenti. nam cum Alexander, ſcilicet magnus ferretur ſummo ſtudio, ad excidium, id eſt euerſionem eius, ſcilicet urbis, & uidiſſet Anaximenem præceptorem ſuum progreſſum extra mœnia, quia manifeſtum erat futurum, ut Anaximenes opponeret iræ eius, ſcilicet Alexandri preces ſuas, Alexand. iurauit, ſe non facturum, quod ſcilicet Anaximenes petiſſet. tunc Anaximenes inquit, peto ut diruas Lampſacum. Hæc uelocitas, ideſt ſolers inuentio ſagacitatis, ideſt ſagacis medii ſubtraxit oppidum inclytum uetuſta nobilitate exitio, cui erat deſtinatum. Si pro patria interceſſurum putauit Alexander non recte Ariſtoteli id attribuas, cui patria, non Lampſacum ſed Stagyra fuit.

THEOPHILVS.

LAMPSACENAE. non dubium, quin Anaximenes is fuerit, non ut alii ſuſpicantur, Ariſtoteles. Alexander enim cũ Lampſacum, quia Perſarum rebus ſtuderet, obſeſſam fundiτus excindere ſtatuiſſet, ab Anaximene hac arte, quam Valerius refert, eluſus eſt, ut Eliacorum ſecundo Pauſanias autor eſt, & Iulianus epiſtola quadam repetit.

OLIVERIVS.

Demoſthe. aſtuta defenſio

¶DEMOSTENIS. hic orator iſignis iniuriæ cuiuſdā mulieris cū maxima calliditate ſuccurrit. cum. n. hoſpites duo certam pecuniæ quantitatē apud eam certa lege depoſuiſſent, ut nō alteri ſine altero redderet, & eum alter ſimulata alterius morte rediſſet, omnemq́ pecuniam ſuſtuliſſet, ſuperuenit pauloposſt alter pecuniam repetens. mulier incerta quid ageret, cum non haberet, unde redderet, eo deſperationis redigit', ut de laqueo cogitaret. Demoſthenes hac eā calliditate liberauit, ut diceret, parata eſt mulier reddere depoſitum ea, quæ lege recepit ut utriſq; pariter reddat. niſi alter affuerit, ex lege reſtituere non poteſt. Squalore ob. immūdus & atra ueſte indutus barba, capilloq; pmiſſo. Hærebat. incerta erat, & fluctuabat. Iuuc. hæres & Chionem dubitas aita deducere ſella. Affulſit. apparuit.

ASCENSIVS.

¶DEMOSTENIS. &c. Ordo eſt. Succurſum eſt quoque mirifice cuidā ancillę aſtutia. i. callido cōſilio Demoſthenis. ſ. oratoris clariſſimi in Gręcia, quę acceperat pecuniam a duobus hoſpitibus nomine. i. ſub ratione depoſiti, ea conditione ut redderet illam. ſ. pecuniam ſimul utriſq;. quorum alter tēpore interiecto, obſitus ſqualore tanq̄ ſocio mortuo abſtulit. ſ. ancillæ deceptæ oēs nūmos. ſ. depoſitos ab utriſq; deinde alter ſuperuenit, & cœpit petere depoſitū. Miſera. ſ. ancilla, hęrebat. i. perplexa, & ſuſpenſa erat in maxima penuria. i. carentia, pariter & pecuniæ, quia oēm quā acceperat, alteri reddiderat, & propriam nō habebat, & defenſoris, quia paupercula erat, & ancilla. & cogitabat iā de laqueo, & ſuſpēdio. i. de ſe ſuſpendenda, & ſtrangulādā laqueo ſed Demoſthenes affuit opportūe ei patronus. i. defenſor, qui ut. i. poſtq̄ uenit in aduocationem. i. defenſionem ancillæ, inquit, mulier eſt parata ſe ſoluere fidē. i. fidelem promiſſionē depoſiti (forte melius legatur fide, ut ſit ſoluere ſe fide depoſiti) ſed non poteſt facere id, niſi adduxeris ſocium, quoniā ut ipſe. i. ut uociferaris. i. clamitas, hęc lex ē dicta. ſ. a uobis ī deponēda pecunia, ne pecunia numeret' alteri ſine altero.

ctus. Vltionem ſitienti. Damnationem eius cupienti in ultionem acceptę iniuriæ.

ASCENSIVS.

¶AC ne illud quidē ſup. factum eſt parum prudēter. Quidam Athenis. ſ. uir, inuiſus uniuerſo populo, dicturus apud eū. ſ. populū, cauſam. i. defenſurus ſe, aut purgaturus ſupple de crimine capitali, cœpit ſubito peteř maximū honorē, non ſup. ideo q̄ ſperaret ſe poſſe cōſequi illū. ſ. honorem. ſed ut hoīes haberēt ſup. materiā, ubi. i. ī qua, effunderent. i. euacuarēt pcurſum. i. primū excurſum iræ, qui ſolet eſſe acerrimus, & ideo ſi illi de capite ſuo ſententiā primā obieciſſent, male de ſe actū ſenſiſſet. Neq; ratio tam callidi cōſilii feſellit eū. Eñ pga, ipſe uexatus infeſto. i. moleſto, & uim inferēti clamore comitii. i. qui fiebat ī comitio, hoc ē ut uulgo dicūt in conuocatione ad magiſtratus eligendos, & crebris ſibilis. i. exibilationibus, & irriſionibus, q̄s plerę q; nationes ſibilādo faciūt totius cōcionis. i. populi cōuocati pſtrictus. i. cōtractus (nā honore dilatamus animū, & inceſſum, ptumelia pſtringimus & coarctamus) nota honoris denegati, ut plebs in repulſa tali oēm iram ſuam effunderet. expertus ē pauloposſt clemētiſſima ſuffragia eiuſdē plebis in diſcrimine. i. periculo uitę. ſ. ſuæ, quia iā exaturata erat ui in dicta repulſæ. Quod ſi obieciſſet ei. ſ. plebi ſitienti adhuc ultionem, periculū capitis ſui, aures. ſ. plebis, obſeratæ. i. clauſæ odio. i. propter odium, nullam. i. nō ullam non reciperent ullam partem defenſie nis. i. purgationis, Illa. ſ. quę ſequitur calliditas eſt ſimilis huic uaframēto. i. callido facto iam dicto.

DE DEMOSTENE.

Demoſthenis quoq; aſtutia mirifice cuidam ancillæ ſuccurſum eſt, quæ pecuniā depoſiti nomine a duobus hoſpitibus acceperat, ea cōditione, vt illum ſimul vtriſq; redderet: quorum alter interiecto tempore tanq̄ mortuo ſocio ſqualore obſitus, deceptæ omnes nummos abſtulit: ſuperuenit deinde alter, & depoſitum petere cœpit, hærebat miſera in maxima pariter & pecuniæ, & defenſionis penuria. Iamq; de laqueo, & ſuſpendio cogitabat: ſed oportunæ Demoſthenes ei patronus affuit: qui vt in aduocationem venit, mulier (inquit) parata eſt depoſiti ſe fidē ſoluere, ſed niſi ſocium adduxeris, id facere non poteſt quoniam vt ipſe vociferaris. hæc dicta eſt lex, ne pecunia alteri ſine altero numeretur.

DE QVODAM VIRO ATHENIENSI.

Ac ne illud quidē parum prudenter: quidā Athenis vniuerſo populo inuiſus, cauſam apud eum capitali crimine dicturus, maximū honorē ſubito petere cœpit, nō q̄ ſperaret ſe illum conſequi poſſe, ſed vt haberēt hoīes, vbi procurſum iræ, qui acerrimus eſſe ſolet, effunderent: neq; eū tam callidi conſilii ratio fefellit: comitii. n. clamore īfeſto, & crebris totius concionis ſibilis vexatus, nota etiam denegati honoris perſtrictus, eiuſdem plebis pauloposſt in diſcrimine vitæ clementiſſima ſuffragia expertus eſt. Quod ſi adhuc ei vltionē ſitiēti capitis ſui periculū obieciſſet, nullam partē defenſionis odio obſeratæ aures reciperent. Huic vaframento conſimilis illa caliditas.

DE HANNIBALE.

Hannibal ſuperior a Duillio conſule nauali pręlio victus, timenſq; claſſis amiſſæ pœnas dare, offenſam aſtutia mire auertit: nā ex illa infelici pugna priuſq̄ cladis nuncius domū perueniret, quendā ex amicis cōpoſitum, & ornatū, Carthaginem miſit, qui poſtq̄ ciuitatis eius curiam intrauit, cōſulit, inquit, vos Hānibal, cum dux Romanorum magnas ſecum maritimas trahens copias adueniret, an cum eo cōfligere debeat: acclamauit vniuerſus ſenatus, nō eſſe dubiū quin opporteret tum ille cōflixit, inquit, & ſuperatus eſt. Ita liberum his non reliquit id factum damnare quod ipſi fieri debuiſſe iudicauerant.

OLIVERIVS.

¶SVPERIOR Hannibal. Pli. de uiris illuſtri. diſſentit a Valc. & noie, & tempore, non enim Hannibalē, ſed Giſgonē, nec ſecūdo, ſed primo Pu. bel. fuiſſe dicit, hæc ſunt Plinii uerba. Duillius primo Pu. bel. dux contra Carthaginiē. miſſus, ubi uidit eos multum mari poſſe, claſſem magis ualidā, q̄ decorā fabrefecit, & manus ferreas in uſu habuit, quibus hoſtium naues apprehendit. qui uicti, & capti ſunt. Himiko dux claſſis Carthaginem fugit, & a ſenatu quæſiuit, quid faciendum cēſerent. omnibus ut pugnaret clamantibus, feci, inquit, & uictus ſum, & ſic pœnam crucis effugit. nam apud Pœnos dux re male geſta puniebatur. Duillio conceſſum eſt ut prelucente funali, & præcinente tibicine a cœna publice rediret. Superior. Hannibal. fuerūt ſecundum Valerium ſuperior, & inferior. Superior, qui primo Pu. bel. a Duillio conſule nauali prælio ſuperatus eſt, inferior, qui ſecundo grauiſſimam Romanis, & Italiæ cladem, ac pene ruinā rerū oīum intulit, ſed tandē a Scipione Africano ſupiore, & Italia pulſus, & acie, & Africa ſupatus. Amiſſæ claſſis pœnas. Quia capitale erat apud Pœnos, ſi quis iniuſſu ſenatu infeliciter pugnaſſet. Quendā ex amicis cōpoſitū unde quātum

OLIVERIVS.

¶AC ne illud quidem. Vafra ignoti cuiuſdam hominis in diſcrimine uitæ cogitatio, ut accuſatus, cum in capitali crimine ſibi cauſa dicenda foret, magiſtratum peteret maximum, tanquā præmium non poenam meruiſſet, hoc autem fecit, non quia ſperaret ſe potiturum magiſtratum, ſed ut populus haberet, ubi concitatæ in ſe iracundiæ impetum effunderet, quod etiam factum eſt. nam impudentiam eius omnes admirati conuitiis, & clamoribus exibilarūt, exploſeruntq; turpiter e foro. deinde cū ad dictionem cauſæ deſcendiſſet, populus qui tam turpiter illum e foro eieciſſet, miſericordia commotus, a capitali crimine liberauit. Nota. etiam den. infamia, & repulſæ ignominia affe

diſſentias

diſſentiat a Plinio. nã Plinius non miſiſſe quempiam, ſed ipſum profugiſſe ducem, Carthaginemq; petiiſſe, & a ſenatu quęſiſſe dicit, quid ſibi faciendum eſſet. Liberum non reliquit .i. integrum illi damnare factum, quod faciendum iudicarant.

unius.i.ſolius, uidelicet Fabii, immunem ab hoc genere iniuriæ Inſidioſa adumbratio.i.ſimulatio tecta, tanti beneficii eius .ſ. Hannibalis in Fabium profeciſſet aliquid .ſ. ad adimen dum Fabio imperium, aut ad cogendũ eum cõmittere prælium, niſi, & pietas.i.charitas in patriã, & in captiuos redimẽdos, & uafri.i. aſtuti mores Hannibalis, fuiſſent notiſſimi, urbi hoc eſt Romę.

DE EODEM.

Itidem Hannibal Fabium Maximum inuictam armorum ſuorum vim ſaluberrimis cunctationibus pugnæ ludificantem, vt aliqua ſuſpicione trahendi belli reſpergeret totius Italiæ agros ferro, atq; igni vaſtando, vnius eius fundum immunem ab hoc iniuriæ genere reliquit. Profeciſſet aliquid tãti beneficii inſidioſa adumbratio eius, niſi Romanæ vrbi, & Fabii pietas, & Hãnibalis vafri mores fuiſſent notiſſimi.

DE TVSCVLANIS.

Tuſculanis etiam acumine conſilii incolumitas parta eſt: cum enim crebris rebellationibus meruiſſent, vt eorum vrbem funditus Romani euertere vellent: atq; ad id exequendum Furius Camillus, maximus dux, validiſſimo inſtructus exercitu veniſſet vniuerſi ei togati obuiam proceſſerunt: cõmeatusq;, & cætera pacis munia benigniſſimæ præſtiterunt: armatum etiam intrare mœnia paſſi ſunt: nec vultu nec habitu mutato. qua conſtantia tranquillitatis nõ ſolum ad amicitiæ noſtræ ius, ſed etiam ad cõmunionem vſq; ciuitatis penetrauerunt, ſagaci hercule vſi ſimplicitate: quoniã aptius eſſe intellexerant, metum officiis diſſimulare, q̃ armis protegere.

ASCENSIVS.

HANNIBAL Carthaginien. dux uictus a Duillio cõſule .ſ. Romano, plio nauali.i. i naubus cõmiſſo, & timẽs dare.i. p ſoluere populo Carthaginienſi pœnas claſſis amiſſę.i. ob claſſem Carthaginiẽ. amiſſã, auertit.i. amouit a ſe offenſam.i. indignationẽ & irã Carthaginiẽ. offenſoq; mire.i. miro artificio. Nam prius quã nuncius cladis perueniret domũ ex illa infelici pugna.i. poſt illã infelicem pugnã, miſit Carthaginẽ quendã ex amicis cõpoſitũ, & ornatũ .i. Inſtructũ tali cautela, qualem iam dicet. qui poſtq̃ intrauit curiã.i. congregationem ſenatus & conſiliariorũ ciuitatis eius, hoc eſt Carthaginis inquit, Hãnibal cõſulit.i. cõſiliũ petit uos cum.i. quãdo ita ſit, q; dux Romanorũ, uidelicet Duillius aduenerit, trahens ſecũ magnas copias maritimas, an deberet confligere cũ eo. Vniuerſus ſenatus acclamauit non eſſe dubiũ, quin oporteret .ſ. eum confligere cum Romanis. Tu ille .ſ. ſubornatus, & inſtructus ad hoc, inquit, ipſe cõflixit, & ſuperatus eſt, ita.i. & ſic Hanni. nõ reliquit iis .ſ. Carthaginiẽ. ſenatoribus dãnare id factũ, quod ipſi iudicarant, debuiſſe fieri.

OLIVERIVS.

ITIDEM Hannibal Fabiũ. Liui. ſecundi Pu. bel. lib. ii. Acceſſerãt inquit, duę res ad augendã dictatoris inuidiã una fraude, ac dolo Hannibalis, qui cum a perfugis ei monſtratus ager dictatoris eſſet, omnibus circa ſolo equatis, ab eo uno, ferrum, ignemq;, & uim oẽm hoſtium abſtineri iuſſit, ut occulti alicuius pacti ea merces uideri poſſet. altera ipſius, facto primo forſitan dubio, quia non expectata in eo ſenatus autoritas eſt, ad extremum aut ambigue in maximã laudem uerſo in permutandis captiuis, q; ſicut primo Pu. bel. factum erat, cõuenerat inter duces Romanũ, Pœnumq;, ut quæ pars plus reciperet, q̃ daret, argenti pondo bina, & ſelibras in militẽ pręſtaret. ccxlvii. cum plures Romanus, q̃ Pœnus recepiſſet, argẽtumq; pro eis debitum ſæpe iactata in ſenatu re, quoniam non cõſoluiſſet patres, tardius erogaretur, inuiolatũ ab hoſte agrum miſſo Romã filio uẽdidit, fidemq; publicam impendio priuato exoluit. Frontinus uero Hannibal in Fabium, cui neq; uirtute, nec arte bellandi par erat, ut infamia reſpergeret, agris eius abſtinuit, cæteros populatus. Contra ille, ne ſuſpecta ciuibus fides eſſet, magnitudine animi effecit, publicatis poſſeſſionibus ſuis. hoc idem feciſſe Periclem tradit Iuſtinus. Item Hannibal .ſ. inferior, de quo ſupra dictum eſt. Saluberrimis cunctationibus. ut Ennius, unus qui nobis cunctando reſtituit rem. Immunem. Intactum, & expertem. Inſidioſa adumbratio. bene adumbratio, non enim erat beneficium, ſed umbra quædam beneficii, in quo latebant inſidiæ, ut uidelicet dictatorem populo ſuſpectum redderet. Et Fabii pietas. Qua uſus eſt in captiuos Romanos, ut agrum ſuum uenderet, illoſque redimeret.

Fab. cunctatione ſua reip. ſeruauit

ASCENSIVS.

ITIDEM ideſt, conſimiliter aut idem, ſcilicet Hannibal, ut reſpergeret aliqua ſuſpitione, ideſt mala occaſione (tanq̃ corruptus ſit ab hoſtibus) belli trahendi, ideſt protrahendi, & dilatandi, Fab. Maximum ludificantem, ideſt fruſtrantem ſaluberrimis cunctationibus, ideſt dilationibus, & Immorationibus pugnæ, inuictam uim armorum ſuorum, uaſtando ideſt, dum uaſtaret ferro, atq; igni agros totius Italiæ, reliquit fundum eius

OLIVERIVS.

TVSCVLANIS etiam. Tuſculani ſæpe defecerant a romanis, hanc iniuriam cum Romani ferre non poſſent, Camillum cum exercitu miſerunt qui agros uaſtaret, urbem funditus euerteret. Sed tuſculani calliditate conſilii uim Romanam eruerunt. intrãtibus enim eorum fines Ro. non demigratum eſt a propinquis itineris locis, non cultus agrorum intermiſſus patentibus urbis portis togati obuiam frequentes imperatoribus Romanis proceſſere, commeatus exercitui comiter in caſtra ex urbe, & ex agris deuehitur. Tum Camil. caſtris ante portas poſitis eadem ne forma pacis, quæ in agris oſtentaretur, etiam intra mœnia eſſet ſcire cupiens, ingreſſus urbem ubi patentes ianuas, & tabernis apertis ppoſita omnia in medio uidit, intentoſq; opifices ſuo quemq; operi, & ludos literarum ſtrepere diſcentium uocibus, & repletas ſemitas inter uulgus puerorũ, & mulierum huc, & illuc euntium, qua quemq; ſuorum uſum cauſa ferret, nihil uſquam non pauidis modo, ſed mirãtibus quidem ſimiles circunſpiciebat, oĩa inquirẽs oculis ubinam bellũ fuiſſet, adeo, nec amore rei uſquã, nec ablatæ ad tempus ueſtigiũ ullum erat, ſed ita oĩa conſtanti tranquillaq; pace, ut eo uix fama belli perlata uideri poſſet, Victus patientia hoſtium Camillus, ubi omnia uidit eſſe pacata, & in agris, & in urbe Tuſculanos ad ſenatũ ire iubet, ſenatui deinde ſcribit, quę uiderat. ſenatus Tuſculanos non ſolum amicitia & pace dignos iudicauit, ſed inſuper etiam ciuitate donauit. Tuſculanis. hoc oppidum a Tuſcis occupatum nomẽ accepit, unde originẽ habuere Catones, ubi & Cicero prędia habuiſſe fertur, a qbus Tuſculanę quęſtiones dictæ ſunt. Commeatus. Cibaria, & alimenta. Munia. Officia.

Camillus in Tuſc.

ASCENSIVS.

TVSCVLANIS &c. Incolumitas.i. conſeruatio uitæ, & patrię eſt parta.i. acquiſita etiam Tuſculanis.i. Tuſculi incolis, ac ciuibus, acumine.i. ſubtilitate cõſilii. cũ enim meruiſſent crebris rebellationibus, ut Romani uellent euertere funditus .i. a fundo uſq; urbẽ eorũ, atq; Furius Camil. maxi. dux inſtructus exercitu ualidiſſimo ueniſſet ad id.i. ad euertendum funditus eorũ urbem, ipſi Tuſculani proceſſerunt obuiam .ſ. Camil. & exercitui eius, togati, in ſignũ pacis, & ocii. uniuerſi.i. ſimul omnes, & præſtiterunt ei commeatus.i. ut dicũt uictualia, & munia.i. officia, & obſequia pacis, & paſſi ſunt etiã armatum intrare mœnia ſup. ſua, nec uultu, nec habitu, mutato. Qua conſtantia.i. conſtanti præ ſe latione, & oſtentatione tranquillitatis, ipſi Tuſculani penetrauerunt, non ſolum ad ius amicitiæ noſtræ, ſed etiam uſq; ad communionem ciuitatis noſtræ, quia tandẽ ciuitate donati ſunt. Hercule .ſ. ita me iuuãte, ut quod dico ſentio, ipſi uſi ſup. ſunt, aut penetrauerunt uſi ſimplicitate, ſcilicet in facto, ſagaci, ſcilicet in conſilio. Quoniam intel. eſſe aper, ideſt paratius, & facilius, aut legamus aptius, ideſt conuenientius diſſimulare metum, ideſt ſignificare ſe nihil de Ro. metuere officiis, ideſt per officia obſequioſa, q̃ protegere, ſcilicet ſe armis.

THEOPHILVS.

TVSCVLANIS. Tuſculum Verrius autumat inditum Tuſculo nomen ab aditu difficili, non a Tuſcis.

DE TVLLO DVCE VOLSCORVM.

At Volſcornm ducis Tulli execrabile conſilium qui ab bellū inferendum Romanis maxima cupiditate accenſus, cum aliquot aduerſis prælijs cōtuſos animos ſuorum, & ob id paci proniores animaduerteret, inſidioſa ratione quo volebat cōpulit: nam cū ſpectandorū ludorum gratia magna Volſcorū multitudo Romam cōueniſſet, Conſulibus dixit, vehementer ſe timere nequid hoſtile ſubito molierentur: monuitq̨, vt eſſent cautiores, & protinus ipſe vrbe egreſſus eſt. Quam rem Conſules ad ſenatum retulerunt, qui tametſi nulla ſuſpicio ſuberat, autoritate tamen Tulli cōmotus, vt ante noctem Volſci abirent, decreuit: qua cōtumelia irritati, facile impelli potuerunt ad rebellandum. Ita mendacium verſuti ducis, ſimulatione, beneuolentiæ inuolutum, duos ſimul populos fefellit: Romanum, vt inſontes notaret Volſcum, vt deceptis iraſceretur.

DE STRATAGEMATIS CAPVT IIII.

ILla vero calliditatis egregia, & ab omni prorſus reprehēſione procul remota, cuius opera, q̨a appellatione noſtra vix apte exprimi poſſunt: græca pronunciatione Stratagema dicantur.

DE TVLLO HOSTILIO.

Omnibus militaribus copiis Tullo Hoſtilio Fidenas agreſſo, quæ ſurgentis imperii noſtri incunabula crebris rebellationibus torpere paſſæ non ſunt, finitimiſq̨ trophæis, ac triumphis alitam virtutem eius, ſpes ſuas promouere vlterius docuerunt: Metius Suffecius dux Albanorum, dubiam & ſuſpectam ſemper ſocietatis ſuę fidem repente in ipſa acie detexit: detecto enim Romani exercitus latere, in pximo colle conſedit, pro adiutore ſpeculator pugnæ futurus, vt aut victis inſultaret, aut victores feſſos aggrederetur: non erat dubium quin ea res militū noſtrorum animos debilitatura eſſet, cum eodē tempore & hoſtes confligere, & auxilia deficere cerneret. Itaq̨ ne id fieret, Tullus prouidit: concitato.n. equo pugnantium globos præcurrit, prædicans ſuo iuſſu, receſſiſſe Metium, eumq̨, cum ipſe ſignum dediſſet, inuaſurum Fidenatium terga: quo imperatoriæ artis conſilio metum fiducia mutauit, proq̨ trepidatione, alacritate ſuorum pectora repleuit.

OLIVERIVS.

FAT Volſcorum ducis. Martius Coriolanus urbe pulſus ut dictum eſt, exulatum in Volſcos abiit, hoſpitio utebatur Accii Tulli Volſcorum principis, & Romanis ſemper infeſti. hi duo conſilia cōierunt de Ro. bello, ad quod haud facile credebant plebē ſuā impelli poſſe, ut toties infeliciter tentata arma caperet multis ſępe bellis, peſtilētia, poſtremo amiſſa iuuētute, fractos ſpiritus eſſe, arte agendum, in exoleto iam uetuſtate odio, ut recēter aliqua ira exacerbarentur animi. ludi forte ex inſtauratione magni Romę parabant, ad eos autore Accio Tullo uis magna Volſcorū uenit. priusq̄ committerētur, Tullus, ut domi cōpoſitū cū Martio fuerat, ad cōſules uenit, dicit eſſe, q̄ ſecreto agere de rep. uelit, remotis arbitris, inuitus inq̄t, quę iniquius ſit, de meis ciuib' loquor non tamē admiſſum quicq̄ ab his criminatū uenio, ſed cautū ne admittāt, nimio pluſquā uellem noſtrorū ingenia ſunt mobilia, multis id cladibus ſenſimus, quippe q̄ nō noſtro merito, ſed ueſtra patiētia ſumus incolumes. magna hic Volſcorū multitudo eſt, ludi ſunt, ſpectaculo intenta ciuitas erit memini q̄d per eandē occaſionem a Sabinorū iuuentute in hac urbe commiſſum ſit. horret animus, ne quid incōſulte, aut temere fiat, hæc ueſtra noſtraq̨ cauſa primū dicenda uobis cōſulibus ratus ſum, quod ad me attinet extemplo hinc domum abire in animo eſt, ne cuius facti, dictiq̨ cōtagione præſens uiolet. hæc locutus abiit. Conſules cū ad patres rē dubiā ſub autore certo detuliſſent, autor magis, ut fit, q̄ res ad pręcauendū, uel ex ſupuacuo mouit. factoq̨ ſenatuſcon. ut urbe excederent Volſci p̄cones dimittuntur, qui oēs proficiſci ante noctem iuberent. ingēs pauor primo diſcurrētes ad ſuas res tollendas in hoſpitia perculit, proficiſcentibus deinde indignatio abhorta, ut conſceleratos, contaminatoſq̨ ab ludis feſtis diebus cetu quodammodo hominū, deorumq̨ abactos cum ad propria continuato agmine irēt, progreſſus Tullus ad caput Ferentinum, ut quiſq̨ ueniret, priores eorū excipiens quęrēdo, īdignādoq̨, & eos ipſos ſedulo audientes ſe cum dare uerba, & p eos multitudinē aliā in ſubiectum uiæ campum deduxit, ibi in concionis modum orationem exorſus, oēs ad bellum, & arma concitauit, & q̨ ratione nunquam obtinuiſſet, arte, & calliditate conſecutus eſt. Spectandorum ludorū gratia. Qui inſtaurabant. cauſa uero renouandorum ludorum dicta eſt in cap. de ſomniis. Inſontes notaret. Innocens Volſcos ignominia afficeret. Decepus ſ. Ro. qui a Tullo fuerant decepu.

Accius Tullus aſtu Volſcos ad arma cōcitauit

Ludi inſtaurati

ASCENSIVS.

FAT cō. Tul. du. Vol. ſup. fuit execrabile. Quia accenſus maxima cupiditate ad inferendum Ro. bellū cum animaduerteret alos ſuorum contuſos. i. hebetatos, & cōfractos, aliquot prælijs aduerſis. i. infeliciter commiſſis, & ob id proniores. i. inclinatiores paci. i. ad pacē, ſup. q̄ ad bellū, cōpulit ſup. eos ratione inſidioſa eo, quo uolebat. i. ad belli gerēdū. Nam cum magna multitudo Volſcorū cōueniſſet Ro. gratia ludorū. ſ. publicorū ſpectandorum, Tul. ſup. dixit conſulibus ſe timere uehementer ne ſcilicet Volſci molirentur, ideſt cum molimine attentarent ſubito quid, ideſt aliquid hoſtile, & monuit, ſcilicet conſules, ut eſſent cautiores & ipſe egreſſus eſt protinus, ſcilicet poſtq̄ id dixerat urbe. ſ. Ro. Quam rem conſules retulerunt, ideſt ut dicunt, reportauerunt ad ſenatum, ideſt in conſultationem ſenatus. qui ſcilicet ſenatus tametſi nulla ſuſpicio ſuberat, tamē cōmotus autoritate Tulli, decreuit ut Volſci abirent ante noctem. Qua cōtumelia Volſci irritati, potuerūt īpelli facile ad rebellandū. Ita. i. & ſic mendaciū ducis uerſuti inuolutū ſimulatione beneuolentiæ feſellit ſimul duos populos. ſ. Ro. ut notaret. ſ. nota infidelitatis, & ignominię innocētes. ſ. Volſcos, & Volſcū. ſ. populū, ut iraſceretur deceptis. ſ. Ro. p̄ſertim ſenatui, fraude Tulli decepto.

OLIVERIVS.

ILla ue. cal. ſ. q̄ dicturus de aſtutia militari, q̄ a ſapientia pfecta oī pſus reprehēſione uacat, dicit, hoc nomē multu melius græco q̄ latino ſermone exprimi poſſe, & Stratagema appellari, q̄ſi conſiliū militare, ſτρατὸς enim græce exercitus ἄγω duco. Ab omni reprehēſione pcul remota. Hoc ió dicit, quia in ſuperiori uaframēto & calliditate non nihil fraudis ineſſe uidet̄. Stratagemata. Cōſilia uel aſtutię militares.

ASCENSIVS.

ILLA uero cal. dicturus eſt egregia ſup. eſt, & remota pcul ab omni reprehenſione, cuius opera, quia uix. i. cū difficultate poſſunt exprimi apte. i. conueniēter appellatiune noſtra. i. uocabulo Ro. dicantur Stratagemata. i. geſta, & conſilia militaria, gręce aūt ſcribit̄ ſτρατηγήματα. ſed quia noſtri ſecundā corripiunt, proferūt pro η e dicētes Stratagemata. Alii uero Stratogemata a ſτρατὸς quod eſt exercitus ſτρατεία uero expeditio.

OLIVERIVS.

OMNIBVS co. mi. Li. Fidenates Inquit colonia Ro. Veientibus ſociis conſilii aſſumptis, pacto tranſitionis Albanorum ad bellum atq̨ arma concitantur, cum Fidenæ aptæ diſciſſent. Tullus Metio exercituq̨ eius ab Alba accito, contra hoſtes ducit, ubi anienem tranſit ad confluentis collocat caſtra inter eum locum, & Fidenas Veientium exercitus tyberim tranſierat, hi & in acie prope flumen tenuere dextrum cornu in ſiniſtro Fidenates propius montes conſiſtant. Tullus aduerſus Veientem hoſtem dirigit ſuos. Albanos

banos contra regionem Fidenatum collocat. Albano non plus animi erat q̃ fidei, neq; manere, neq; tranſire apte auſus, ſenſim ad montes ſuccedit. Inde ubi ſatis ſubiiſſe ſeſe ratus eſt, erigi totā aciem fluctuāſq; animo, ut terreret, tempus explicat ordines. Conſilium erat, quo fortuna rem daret, eo inclinare uires mira culo primo eſſe Ro. q̃ proximi ſteterant, ut nudari latera ſua ſociorum digreſſu ſenſerūt, inde eques citatu equo nūciat regi abire Albanos. Tul. re trepida xii. uouit Salios, fanaq; pallori ac pauori, equitem clara increpans uoce, ut hoſtes exaudirēt redire in p̃lium iubet. nihil trepidatione opus eſſe, ſuo iuſſu circūduci Albanū exercitū, ut Fidenatiū nuda terga inuadāt. Idem imperat, ut haſtas equites erigere iubeat id factum magnę parti peditu Ro. conſpectū abeuntis Albani exercitus interſepſit q uiderant id quod ab rege auditū erat, rati eo acrius pugnāt, terror ad hoſtes tranſit, & audiuerant clara uoce dictum, & magna pars Fidenatū ut q coloni additi Ro. eſſent, latine ſciebāt. itaq; ſolliciti ne ex collibus decurſu Albanorū intercluderentur ab oppido, terga uertūt, Inſtat Tullus, fuſoq; Fidenatium cornu, in Veientē alieno pauore percuſſum ferociter redit. nec ill. tulere impetum, ſed ab ea flumen obiectū a tergo arcebat, quo poſtquam fuga inclinauit, alii arma fœde iactantes in aquam cæci ruebant, alii dum cunctantur in ripis inter fugæ, pugnæq; conſilium oppreſſi, non alia ante Ro. pugna atrocior fuit. Tum albanus exercitus ſpectator certaminis deductus in campos eſt. de Metio uero Suffetio eius duce crudele ſumptum eſt ſupplicium ut duabus quadrigis alligatus dilaceraretur. Torpere. pigreſcere, & languere. nam crebio Fidenates aduerſus Ro. rebellantes Romanam iuuētutem ocio torpeſcere non permittebant. Metius Suf. Qui tunc erat dictator Albanorum, de quo ſumptum fuit, ut dixi, crudele ſupplicium, cuius meminit Virgi. haud procul in Scitæ Metium in diuerſa quadrigę Diſtulerant. Detecto latere. Nam albani relictis Romanorum lateribus ſe in collem recepere. Vti uictis inſultarēt. Vt uictos Romanos per deriſionē inuaderent. Concitato. n. equo. Li. dicit, eū prius uouiſſe duodecim ſalios, fanaq; pallori, & pauori. Omnes Globos. Oēm multitudinē, & ordinem pugnantium.

ASCENSIVS.

OMNIBVS &c. Tul. Ho. rege illo Ro. aggreſſo .i. cū eſſet aggreſſus Fidenas oppidum Italiæ oibus copiis. ſ. militaribus, quæ. ſ. Fidenæ, paſſæ non ſunt. i. impediuerūt crebris rebellationibus incunabula. i. primordia imperii noſtri ſurgentis torpere .i. pigra eſſe, & ocio frigere, & docuerūt uirtutem eius. ſ. imperii Roma. alitā trophæis, ac triumphis finitimis. i. ex proximo loco partis, promouere. i. extēdere ſpes ſuas ulterius, Metius Suf. dux Albanorū detexit .i. manifeſtauit repēte i ipſa acie fidē ſocietatis ſuæ cū Ro. initę, ſemp dubiā & ſuſpectam. Enim pro quia, latere exercitus Ro. detecto. i. nudato, conſedit. i. locum cœpit in colle p̃ximo, futurus ſpeculator. i. obſeruator, & ſpectator pugnę, p̃ adiutore. i. ubi deberet eſſe adiutor, q̃ a ſocius, ut inſultaret uictis. ſ. Ro. ſi forte uincerent, aut aggrederet. ſ. eoſdē uictores, ſi forte uincerent, feſſus. ſ. ex pugna. Nō erat dubiū quin ea res eſſet debilitatura animos noſtrorū. i. Ro. militum, cum cernerēt eodē tempore, & hoſtes cōfligere. ſ. ſecū, & auxilia deficere. Itaq; Tullus p̃uidit, ne id fieret. i. ne animi ſuorū debilitarent. Enim p̃ quia, ipſe p̃currit. i. anteq̃ defectionē animaduerterēt, percurrit equo cōcitato. ſ. ad curſum. Globos. i. cuneos, aut cumulos ſuorum pugnantium. ſ. cū hoſte, p̃dicans Metium ſeceſſiſſe, ſ. in collem illu ſuo, iuſſu etenim cū ipſe dediſſet ſignū inuaſurū ſup. eſſe terga Fidenatiū. Quo cōſilio imperatoriæ artis. i quo Strategemate, mutauit metu fiducia. i. conuertit metum in fiduciam, & repleuit pectora ſuorum alacritate. ſ. inuadēdi hoſtē p trepidatione, quę prius inerat, aut q̃ infuiſſet. More autē ſuo narrat rē dūtaxat. quatenus ad p̃ſentem locū pertineat. nā quomodo Metius defectionis reus poſtea Hippolytus factus ſit ideſt ab equis diſtractus nō proſequit.

DE SEXTO TARQVINIO.

At ne continuo a noſtris regibus recedamus, Sextus Tarquinius Tarquinii filius indigne ferens q̃ patris viribus expugnari Gabii nequirent, valentiorem armis excogitauit rationē, qua interceptū id oppidum Romano imperio adiiceret. Subito nanq; ſe ad Gabios contulit, tanq̃ parentis ſęuitiā, & verbera, quæ voluntate ſua perpeſſus erat, fugiens: ac paulatim vniuſcuiſq; fictis, & cōpoſitis blanditiis alliciendo beneuolentiā, vt apud oēs plurimū poſſet conſecutus, familiarem ſuū ad patrem miſit, indicaturum quemadmodum cuncta in ſua manu haberet, & quæ ſiturum quidnam fieri vellet, iuuenili calliditati ſenilis aſtutia reſpondit. Siquidem re eximia delectatus Tarquinius, fidei autē nuncii parum credens, nihil reſpōdit, ſed ducto eo in hortū, maxima, & altiſſima papauerū capita baculo decuſſit: cognito adoleſcens ſilentio patris, ſimul ac facto, cauſam altius argumenti peruidit, nec ignorauit præcipi ſibi, vt excellētiſſimum quemq; Gabinorū, aut exilio ſummoueret, aut morte cōſumeret: ergo ſpoliatā bonis propugnatoribus ciuitatē tantū nō vinctis manibus ei tradidit.

OLIVERIVS.

AT ne ꝯtinuo. Tarquinius, ſuperbus cū Gabios urbē propinquā, & ualida ſępius aggreſſus, uirtute expugnare nō poſſet, ad fraudes, & dolos cōuerſus eſt. nā cū uelut depoſito bello, fundamentis tēpli faciēdis, aliiſq; urbanis opibus intentū ſe eē ſimularet, Sextus Tarqui. filius eius, qui minor ex tribus erat, transfugit ex cōpoſito ad Gabios, patris in ſe ſæuitiam intolerabilē conquerens, iā ab alienis in ſuos uertiſſe ſupbiā, & liberorū quoq; eum frequentię tędere, ut quā in curiā ſolitudinē fecerit, domi quoq; faciat ne q̃ ſtirpem, ne quē hæredē relinquat, ſe quidē inter tela & gladios patris elapſum, nihil uſquā ſibi tutū niſi apud hoſtē L. Tarquinii crediſſe. nam errarent manere iis bellū, quod depoſitum ſimuletur, & per occaſionem eū incautos inuaſurum. quod ſi apud eos ſupplicationibus locus non ſit, pererraturum omne latium, Volſcos quoq;, ſe inde equos, & hernicos petiturū, donec ad eos perueniat, qui a patrum crudeliſſimis, atq; impiis ſuppliciis tegere liberos ſciant, forſitan etiam ardoris aliquid ad bellum, armaq; ſe aduerſus ſuperbiſſimū regē ac ferociſſimū populū inuenturū, cū ſi nihil mouerent, incenſus ira porro inde habiturus uideret benigne a Ga. excipit. quos paulopoſt ad rebellandū incitat ipſe cum promptiſſimus iuuenū prędatu, atq; in expeditiones uadit, ut dictis, factiſq; omnibus ad fallendū inſtructis, uana expreſſa eſſet fides. Dux ad ultimū belli eligitur, ubi cum inſcia multitudine, quid ageretur prælia parua inter Romanos, Gabioſq; fierent, quibus plerunq; Gabinares ſuperior eſſet. tum certatim ſummi, infimiq; Gabinorum, Sex. Tarqui. dono deū ſibi ducem credere, apud milites uero obeundo pericula, & labores pariter prædam munifice largiendo, tanta charitate eſſe, ut non pater Tarquinius potentior Romæ q̃ filius Gabiis eſſet. ita poſtq̃ ſatis uirium collectum ad omnes conatus uidebat, tum ex ſuis unum ſuſcitatum Ro. ad patrem mittit, quid nam ſe facere uellet, quandoquidē, ut omnia unus Gabiis poſſet, ei dii dediſſent. hoc nuncio quia credo dubiæ fidei uidebatur, nihil uoce reſpōſum eſt. Rex uelut deliberabundus in hortum ædium tranſit ſequēte nūcio filii, ubi inambulans tacitus ſumma papauerū capita dicitur baculo decuſſiſſe, interrogando, expectandoq; reſpōſum, ira, ſeu odio, ſeu ſuperbia inſita ingenio, nullam eum uocem emiſiſſe. Sexto ubi quicquid uellet pater, quidue pręciperet tacitis ambagib9 patuit, priores ciuitatis criminādo, alios apud populū, alios ſua ipſorū inuidia importunos interemit, multi palam, quidā in quibus minus ſpecioſa criminatio erat futura, clā interiecti, patuit quibuſdā uolentibus fuga, aut in exilium acti ſunt, abſentiumq; bona iuxta interemptorum diuiſa fuere largitionis, inde prædæq; dulcedine priuati cōmoda ſenſus malorū publicorū adimi donec orba cōſilio, auxilioq; gabina res regi Romano ſine ulla dimicatione in manu tradit. Interceptū. Fraude captū. Verberaq;. Quia ſeipſum dedita opera tulerat uerbecari, cuius rei nulla prorſus mentionē facit Liui. Iuſti. uero hac eadem ſimulatione uſum fuiſſe Zopyrum unum de interfectoribus magorū, & principibus Darii Perſarū regis dicit, qui ut Zopyr9 Perſarū Babyloniam Perſarū imperio ſubiiceret, domi ſe uerberibus la

cerari toto corpore iuſſit, & titulo transfugæ Babyloniam profectus, hac eadem arte urbem, Imperium Dario prodidit. Iuuenili cal. ſenilis aſtutia reſpondit. Patris ſenis calliditas iuuenis filii aſtutiā adæquauit. nam pater tacens, quid ſibi uellet filio calli de ſatis indicauit. Fidei autem nuncii parum credens. Frontinus Tarqui. inquit ſuperbus gabinos interficiēdos arbitratus, quia hoc nemini uolebat commiſſum, nihil nūcio reſpondit qui ad eum a filio miſſus erat. tantū uirga eminentia papauerū capita cū forte in horto ambularet decuſſit. nūcius ſine reſpōſo reuerſus renūciauit adoleſcenti Tarqui. quid agentem patrem uidiſſet. ille intellexit, idem eſſe eminentibus faciendū. Cognito ſilentio patris. cū intellexiſſet, quid ſibi uellet pater ſilendo, quidue innueret decutiēdo papauerū capita. Cauſam. alterius argumenti. præuidit rem illā, quā pręſente nūcio pater fecerat ad illud ſpectare, neq; id fruſtra eum feciſſe, ſed latētem in eo cauſam exiſtere.

.ſ. ex nuncio, peruidit. i. perſpexit altius. i. pfundius cauſam argumenti. i. rationis utriuſq;. ſ. tam ſilentii q̄ facti, hoc eſt decuſſionis capitum ſummorū papauerum, nec ignorauit precipi. ſ. a patre p tale factū ſibi, aut ſummoueret exilio. i. expelleret occulte gabios, aut conſumeret. i. exterminaret morte excellentiſſimū quenq; gabinorū. Ergo quia hoc intellexit, & fecit, tradidit ei. ſ. patri ſuo ciuitatem ſpoliatam bonis ppugnatoribus. i. defenſoribus tantū nō manibus uinctis. i. hoc ſolo dempto, q nō erant illi manus uinctæ, aut ut Oli hoc uocabulū īterpretatur manibus ſup. ciuitatis tantum modo. i. ferme uinctis. quę ſententia ferme in unum recidit, quod tantū modo. i. uno duntaxat dempto fit, ferme fit.

ASCENSIVS.

FAT ne recedamus cōtinuo a regibus noſtris, Id eſt Stratagematis eorū. Sex. Tarqui. filius Tarquini. ſ. ſuperbi ultimi regū Ro. ferens indigne, q Gabii nequirent expugnari. i. pugna uici, & capi, uiribus patria. ſ. ſui, excogitauit rationem. i. ſubtilem uiam ualentiorem. ſ. ad expugnationē gabinorū armis. i. paternis. quæ ſ. ratione adiiceret imp. Ro. id oppidum interceptū. i. dolo captū. (Vbi ſignandi eſt autorē in eam ire ſententiam quā Maro Æneid. ii. ſic a iuuentute, ut minus imitādam, dictam affert. Dolus an uirtus quis in hoſte requirat Nā in præfatione dixit huiuſmodi calliditatē ab omni reprehēſione procul remotā, quod ſi uerū eſt, hic etiā ſine reprehenſione inimicos ſimulata amicitia dolo uincere potuit magna eſt adhibenda cautio inimico cōciliato, anteq̄ hoſti amicitiā ſimulāti fidem habeamus, ſic. n. Babylonii, ſic Troiani, ſic Gabii capti ſunt, quia hoſti crediderunt) nanq; ipſe Sextus contulit ſe ſubito ad Gabios tanq̄. ſ. eſſet fugiens ſæuitiā parentis. i. patris omnibus notam, & uerbera. i. uerberationes, aut inſtrumenta ipſa uerberandi, quæ perpeſſus erat ſua uoluntate, quia uibices aut ueſtigia uerberū oſtendit gabiis. ac alliciendo paulatim beneuolentiam uniuſcuiuſq;. ſ. gabinorum blanditiis fictis, & compoſitis. i. ſubornatis ad fraudem, cōſecutus. i. ubi obtinuit, ut poſſet plurimum apud omnes, miſit familiarem ſuum. i. a ſecretis ad patrem indicaturum, quemadmodum haberet cūcta in ſua manu. i. poteſtate, & quęſiturum. ſ. a patre, quidnam uellet fieri. ſ. ad expugnandos commode gabios. aſtutia ſenilis. i. ipſius Tarqui. patris, reſpondit. i. conſona fuit calliditati iuuenili. i. ipſius filii, Siquidem. i. quoniā Tarqui. ſ. pater delectatus re eximia. i. quā maxime exoptabat. autē pro ſed, parū credēs fidei nuncii, nihil reſpōdit, ſed eo ſeducto in hortū. i. poſtquā eū ſeduxerat in hortū, decuſſit. i. terrā percutiendo deiecit, baculo, ſcilicet quem manu tenebat maxima, & alti. ſ. ca. pa. i. illarum herbarum alte creſcentium, & quarū fructus ſoporem inducit. Adoleſcens. ſ. filius Tarqui. ſilētio patris. ſ. ſui ſimul ac facto cognito

DE ROMANIS.

Illud quoq; a maioribus, & conſilio prudenter, & exitu feliciter prouiſum: cum n. vrbe capta Galli capitolium obſiderent, ſolamq; potiendi eius ſpem in fame eorum repoſitam animaduerterent, perquam callido genere conſilii Romani vſi, vnico perſeuerātiæ irritamento victores ſpoliauerūt: panes enim iacere cōpluribus ex locis cœperunt. Quo ſpectaculo obſtupefacti, infinitamq; frumenti abundantiam noſtris ſupereſſe credētes, ad pactionem omitendæ obſidionis compulerunt. Miſertus eſt tunc profecto Iupiter Romanæ virtutis, præſidium ab aſtutia mutuātis, cum ſumma alimentorum inopia, proiici præſidia inopiæ cerneret: igitur vt vafro, ita periculoſo cōſilio ſalutarem exitum dedit. Idem Iupiter poſtea præſtantiſſimorū ducum noſtrorum ſagacibus conſiliis ppitius aſpirauit: nam cum alterum Italiæ latus Hannibal laceraret, alterum inuaſiſſet Aſdrubal, ne duorum fratrum iunctæ copiæ intolerabili onere feſſas ſimul res noſtras vrgerent, hinc Claudii Neronis vegetum conſilium, illinc Liuii Salinatoris inclyta prouidentia effecit. Nero enim compreſſo a ſe in Lucanis Hannibale præſentiā ſuam, quoniam ita ratio belli deſyderabat, mentitus hoſti, ad opem ferēdam collegæ per longū iter celeritate mira tetendit. Salinator in Vmbria apud Metaurū flumen pximo die dimicaturus, ſumma cū diſſimulatione Neronem caſtris noctu recepit: tribunos. n. a tribunis, cēturiones a cēturionibus, equites ab equitibus, pedites a peditibus, excipi iuſſit, ac ſine vlla tumultuatione, ſolo vix vnum exercitum capiente, alterum inſeruit: quo euenit, ne Aſdrubal cum duobus ſe conſulibus præliaturum prius ſciret, q̄ vtriuſq; virtute proſterneretur. Ita illa toto terrarū orbe infamis Punica calliditas, Romana eluſa prudentia, Hannibalē Neroni, Aſdrubalem Salinatori decipiendum tradidit.

OLIVERIVS.

FILLVD quoq;. Cum urbe a Gallis capta obſideretur capitolium, ante omnia obſidionis belliq; mala fames utrūq; exercitū urgebat, Gallos etiam peſtilētia uexabat. inducię cū Ro. factę, & colloquia pmiſſu imperatorum habita, in quibus cum identidem Galli famē obiicerent, eaq; neceſſitate ad deditionē uocarent, dicitur auertēdæ eius opinionis cauſa, multis locis panis de capitolio iactus eſſe in hoſtium ſtationes.

Vnico perſe. irri. Vnū erat inquit quod Gallos i obſidendis Ro. perſeuerare incitaret, q eos fame uincere poſſe ſperabant. nam armis, aut ui aliqua capi poſſe capitoliū deſperabāt q locus natura muniſſimus eſſet.

Miſertus eſt tūc Iupiter. Lact. firmianus diuinarū inſtitutionū li. i. eodem inquit tempore Ioui piſtori ara poſita eſt, q eos inquiete monuiſſet, ut ex oī frumento, quod habebāt panē cōficerēt, & in hoſtiū caſtra iactarent, eoq; facto ſoluta eſt obſidio deſperātibus Gallis inopia ſubigi poſſe Ro. Oui. quoque Faſt. libr. viii. Poſſe fame uinci ſpes excidit, hoſte repulſo. Candida piſtori, ponitur ara Ioui.

Præſidia inopiæ. Scilicet panes, quę præſidia erant inopię.

Idē Iup. Bel. Puni. ſecundo Liuio, & Nerone conſulibus, cum Hannibal Punicis armis magnam Italiæ partem occupaſſet, ac uires Ro. multis cladibus attriuiſſet, iamq; appareret paruis auctum copiis poſſe Roma. imperium opprimere, Aſdrubal eius frater in Italia cū ingentibus copiis deſcenderat, ut ſe fratri coniungeret Nero qui Han. erat oppoſitus, ubi conſilium cognouit Aſdru. interceptis his, qui ad Han. literas ferebant, non id tempus eſſe ratus, conſiliis ordinariis prouinciæ ſuæ quiſq; finibus per exercitus ſuos cum hoſte deſtinato, a ſenatu bellū gereret, audendū, atq; nouandū aliqd improuiſum, inopinatūq;. qd cœptū nō minorē apud ciues, q̄ apud hoſtes terrorē faceret ppetratū, in magnā lętitiā, ex magno metu uerteret. Cum igit cuperet Aſdrubalē eiuſq; copias anteq̄ Hānibali fratri iungeretur excindi, idcircoq; feſtinaret ſe Liuio Salinatori collegæ ſuo, cui bellū illud mandatū fuerat, parū fidens uiribus, quæ ſub ipſo erant adiungere, neq; tamen diſceſſum ſuum ab Hannib. cui oppoſitus erat intelligi uellet, mille eqtes delegit, p̄cepitq; legatis, quos relinquebat, ut eaſdē ſtatiōes & uigilię q̄ agerēt, totidē ignes arderēt, eadē facies caſtrorū ſeruaret, ne qd Han. ſuſpicatus, auderet Nero oppreſſit Aſdru.

aduerſus

aduerſus paucitatē relictorū. pnunciat occupare ſe in Lucanis pximā urbē, Punicūq; præſidiu uelle, ut ad iter parati eſſent. nocte pfectus, flexit in Picenū, deinde cū in umbriā occultis itineribus ueniſſet, nūcios pmiſit ad collegā, qui nūciarent eius aduentū, pcūctarenturq; clam an palā, interdiu an noctu uenire ſe uellet, iſdē, an aliis, conſidere caſtris nocte clam ingredi melius eſſe iudicauit. Teſſera pro caſtris. a Liui. conſule data erat, ut tribunus tribunum, cēturio centu. eques equitē, pedes peditē acciperet. neq; enim dilatari caſtra opus eſſe, ne hoſtis aduētū alterius cōſulis ſentiret, detractaturus pugnā, ſi cōſulū iūctas uires itelligeret. Igitur inſcium duplicatis aggreſſus copiis, Claudius Nero ſuperauit, & uelocius omni nuncio redit ad Hannibalē. Ita ex duobus callidiſſimis Pœnorū ducibus eodē conſilio alterū cælauit, alterū oppreſſit. Alterū Ita. la. Lucaniā regionē. Alterū bru. in umbria. Intollerabili one. feſſas. nam Hannibal uires Ro. multis cladibus attriuerat, rēpub. lōgo bello laſſauerat. Cōpreſſo Hāni. coercito, & in arctū deducto, præſentiam ſuā mentitus. nā adeo occulte caſtris diſceſſit, ut nō ſentiretur, & ideo illum in caſtris Hānibal ſemper eſſe credidit. Longū iter. nam longū erat interuallum e Lucania in bruttios. In um. Quæ regio nūc patrimoniū dicit. Apud flumē Metaurum. Metaurus fluuius eſt umbriæ defluens in Adriaticum ſinum haud longe a Fanenſi Colonia ſeno Galliam uerſus, clarus, & nobilitatus hac Liuii, & Neronis uictoria. Quo euenit, non prius Hannibal ſenſit Neronem e caſtris diſceſſiſſe ad opem collegæ ferendam, q̄ Nero caput Aſdrubalis in caſtra fratris conlici iuſſit. quo uiſo dixiſſe fertur tum demum cognoſcere, ſe Deos iratos Carthagi. eſſe.

Metaurus flu.

ASCENSIVS.

ILLVD quoq;. i. etiā qd' ſequit' eſt pūſum a maioribus. i. pgenitoribus Ro. &. i. ſimul prudenter conſilio. i. quantū ad cōſiliū, & feliciter. exitu. i. quantū ad euentū rei. Cū enim urbe capta Galli. ſ. Senones obſiderēt Capitoliū, & pſi animaduerterēt ſpē ponūdi eius. ſ. Capitolii, repoſitā ſolā, aut ſolū in fame eorū. ſ. maiorū Ro. illic inclūſorū, Ro. uſi perq̄ callido genere cōſilii, ſpoliauerūt uictores. ſ. Gallos urbis, pter Capitoliū expugnatores, unico. i. uno ſolo, irritamēto. i. puocamēto pſeuerātiæ, cœperūt enim iacere. i. deiicere panes ex cōpluribus locis. ſ. Capitolii. Quo ſpectaculo Ro. cōpulerūt Gallos, obſtupefactos, & credētes īfinitā abūdātiā frumēti ſupeſſe nobis. i. Ro. ad pactionē. i. ad faciēdū pacti. i. p certo pōdere auri, obſidionis omittēdæ. Iupiter pfecto eſt miſertus tūc uirtutis Ro. mutuātis. i. mutuo accipiētis, & quaſi mēdicātis pſidiū. i. ptectionē, & auxiliū ſalutis ab aſtutia. i. calliditate, cū ſ. Iupiter cerneret præſidia. i. remedia, aut ſuſtētacula. inopiæ alimētorū, hoc eſt panē, piici in ſumma inopia alimētorū. Igit' Iupiter dedit obſeſſis in Capitolio, exitū. i. finē obſeſſionis ſalutarē, cōſilio ut uafro. i. aſtuto, & callido, ita periculoſo, q̄a ſic qd' habuerūt alimēti diminuerāt, & ſi tūc Galli tā periti rei militaris fuiſſent, ut nūc ſunt, facile cautelā itellexiſſent, cum tñ Gandauenſes, & alii cōſimili longe poſt uſi dicantur. Idē Iup. q ſic Ro. miſeratus eſt tempore obſidionis Capitolinæ aſpirauit poſtea exiſtens ppitius, ſagacibus cōſiliis pſtantiſſimorū ducū noſtrorū, uidelicet Claudii Neronis, & Liuii Salinatoris. Nā cū Hannibal laceraset. i. uaſtaret alterum latus Italiæ, uidelicet Lucanicum, & Aſdrubal frater eius inuaſiſſet. Alterū. ſ. latus Italiæ uidelicet Bruttium, aut Bruttios ipſos, conſiliū uegetum. i. uiuacis ingenii Claudii Neronis, effecit hinc. i. ex una parte, utpote Lucanica, & inclyta prouidentia Liuii Salinatoris effecit illinc. i. ex altera parte, utpote Brutia, ne copiæ duorū fratrū. ſ. Hānibalis, & Aſdrubalis, urgerent ſimul res noſtras. i. Ro. feſſas intollērabili onere. Nero enim Hānibale cōpreſſu a ſe in Lucanis, mētitus. i. fingēs, & oſtentans hoſti pſentiam ſuā. i. ſe nō abiiſſe ab exercitu, quē ductitabat in Lucania. Tetendit mira celeritate ad ferendā opem. i. ſuppetias collegæ. ſ. ſuo Salinatori Salinator dimicaturus cū Aſdrubale apud Metaurū flumē in Vmbria recepit noctu Neronē caſtris. i. in caſtra ſua, ſup. cū ſumma diſſimulatione, iuſſit enim Tribunos. ſ. Neronis excipi a Tribunis. ſ. ſuis, Cēturiones Neronis a Centurionibus ſuis. equites ab equitibus, & pedites a peditibus, ac inſeruit alterū. i. ſecundū exercitum, ſolo uix capiēti unū exercitū. Quo euenit ne. i. ut nō, ut Hānibal nō ſciret prius ſe dimicaturū cū duobus cōſulibus q̄ pſterneret' uirtute utriuſq;. Ita. i. & ſic illa calliditas Punica Ifamis toto orbe terrarū, eiuſa prudētia Ro. tradidit Hannibalem decipiendum Neroni. i. a Nerone, & Aſdrubalem decipiendum Salinatori, aut tradidit Neroni, & Salinatori ſuum utriq; decipiendum.

DE QVINTO METELLO CONSVLE.

Memorabilis etiam conſilii Q. Metellus, qui cū proconſul bellum in Hiſpania aduerſus Celtiberos gereret, vrbemq; Trebiam caput eius gētis viribus expugnare non poſſet, intra pectus ſuum multum, ac diu conſiliis agitatis, viā reperit, qua propoſitum ad exitum perduceret: itinera magno impetu ingrediebatur, deinde alias, atq; alias regiones petebat: hos obſidebat montes, paulopoſt ad illos tranſgrediebatur: cum interim tam ſuis omnibus, q̄ ipſis hoſtibus ignota erat cauſa inopinatæ eius, ac ſubitæ fluctuationis. Interrogatus quoq; a quodam amiciſſimo ſibi, quid ita ſparſum, & incertum militiæ genus ſequeretur: abſiſte, inquit, iſtud quærere: nam ſi huius conſilii mei interiorem tunicam conſciam eſſe ſenſero, continuo eam cremari iubebo. Quorſum igitur ea diſſimulatio erupit? aut quem finem habuit? poſtquam vero, & exercitum ſuum ignorantia, & totam Celtiberiam errore implicauit, cum alio curſum direxiſſet, ſubito ad Trebiam reflexit, eamq; inopinatam, & attonitam oppreſſit: ergo niſi mentē ſuam dolos ſcrutari coegiſſet, ad vltimam ei ſenectutem apud mœnia Trebiæ armato ſedendum foret.

OLIVERIVS.

MEMORABILIS etiā Metel. qui Pius cognominatus eſt procōſul in Hiſpania bellū gerebat aduerſus Celtiberos, quorū urbē Metropolim, hoc eſt regionis caput Trebiam, cū ſæpius oppugnatam uiribus expugnare non poſſet, ad altiora conſilia ſe conuertit, ut quod uiribus non poſſet, ingenio, & arte conſequeretur. Itaq; urbem obſidione liberauit tanquam deſperatione ductus eam prorſus omittere uelle uideretur exercitum per diuerſa loca ducebat, tanquam incertus conſilii quid ageret, modo hanc, modo illam regionem, monteſq; petebat, nec ullo in loco diutius commorabatur. cuius cōſilii rationem cum nemo intelligeret unus e familiaribus ſuis interrogauit, quid ita ſparſum, & incertum militiæ genus ſequeretur. Cui Metel. ſi meam inquit tunicam interiorem conſilii mei, participem, aut conſciam eſſe intelligerem, igni quamprimum mandarem. hoc ſtratagemate factū eſt, ut cum & ſuos rerum ignorantia, & hoſtes ſummo errore implicaret. paulopoſt urbem incautam, & ſuo clandeſtino, ac inopinato aduentu oppreſſam caperet. Quin Metellus. qui pius cognominatus eſt: q̄a patris exiliū longis lachrymis proſecutus fuerit, nec ab his temperari potuerit, prius quam fuit in patriam reuocatus. Viam. rationem, Virg. Inueni Germana uiam gratare ſorori. Fluctuationis. erroris, & uagationis. Interiorem tunicam. ueſtem lineam quam uulgo camiſiam dicimus. Fronti. lib. i. cap. i. Metel. inquit pius in Hiſpania interrogatus quid poſtera die facturus eſſet, tunicam meam, ſi hoc eloqui poſſet, comburerem. Ergo niſi mentem ſuam dolos, ſcrutari. i. Niſi hanc aſtutiam excogitaſſet, in obſidione, apud Trebiam conſeruiſſet. Scrutari. inquirere.

Metellus pius.

ASCENSIVS.

MEMORABILIS &c. Ordo eſt. Q. Metellus pius, uidelicet ſup. fuit etiam cōſilii memorabilis. i. digni memoria. Qui cum eens ſup. procōſul gereret bellum in Hiſpania aduerſus Celtiberos, & non poſſet expugnare uiribus Contrebiam (quāquā ſunt qui Trebiam ſcribant) urbē caput eius gentis, conſiliis agitatis, multum, ac diu intra pectus ſuum. Reperit uiam, id eſt rationem, qua perduceret propoſitum ad exitum, id eſt qua Contrebiam caperet ipſe ingrediebatur, id eſt faciebat itinera magno īpetu, deīde petebat alias, atq; alias regiones, & obſidebat. i. occupabat modo. i. interdū hos mōtes, & trāſgrediebat' paulopoſt

ad alios.ſ.mõtes cũ interim cauſa inopinatæ, ac ſubitæ fluctua tionis eius erat, pro eſſet, ignota oibus tã ſuis, q̃ hoſtibus. Inter rogatusq̃ a quodã amiciſſimo ſibi, qd ita.i.cur ſequeref genus militiæ ſparſum, & incertũ, qa nuſquã cõſiſtebat, ingt obſiſte .i. deſine q̃rere.i pcũctari iſtud, nã ſi ego ſenſero tunicã meã inte riorẽ. q̃ camiſiã uocãt, cõſciã eſſe huius cõſilii mei, ego iubebo cõtinuo eã cremari. (igit̃ in quit Vale.q.d.dices forte ig̃ ẽ) quorſum erupit ea diſſimula tio, aut quẽ finẽ habuit? Reſpõ det poſtquã uero iplicauit, & .i.pariter exercitũ ſuũ ignorã tia, & totã Celtiberiã errore. qa putabat eũ timore nõ cõſiſte re in aliquo loco, cũ direxiſſet curſum alio.i.ad aliũ locũ refle xit ſup.eũ ſubito, ad contrebiã (ubi ꝑprio nomini oppidi dat præpoſitionem) & oppreſſit eã inopinatã, & attonitã. Ergo ni ſi Metellus coegiſſet mentem ſuam ſcrutari dolos, foret. i. fuiſſet ei armato ſedendum a pud mœnia. Contrebiæ, ſup. uſq̃ ad ultimam ſenectutem.

THEOPHILVS.

TREBIAM. Vale. alibi uocat Trebiam, ſed hæc autẽ copioſius, & diſtinctius a Par rhaſio dicentur in eum, qui de uiris illuſt. opuſculum Sueto nio tribuit imperitiſſime.

OLIVERIVS.

AGATHOCLES Syra. rex hic Siciliæ tyrãnus, quẽ ex hu mili, & ſordido loco ad regiã maieſtatẽ fortuna mira indul gẽtia ꝑuexerat, cũ a Pœnis du ce Hamilcare duobus ꝓliis ſu peratus itra Syracuſas obſide retur, uideretq̃ ſe lõge uiribus imparẽ & ad ferẽdã obſidionẽ minime paratũ, ſtatuit bellũ in Africã trãſferre, mira piorſus audacia, ut qbus in ſolo urbis ſuæ par nõ erat eorũ urbi bel lũ inferret, & q ſua tueri nõ po terat, impugnaret aliena, uiſ ctusq̃ uictoribus inſultaret. huius cõſilii nõ minus admi rabile ſilẽtiũ quã cõmẽtũ fuit, Po. hoc ſolũ ꝓfeſſus inueniſſe ſe uictoriæ uiã. animos illi tã tũ in breuẽ obſidionis patiens tia firmarẽt. cõſcripto deinde exercitu cũ duobus filiis adultis, nullo militũ ſciẽte, quo uehere tur, traiecit, in Africã, expoſito deinde in littore exercitu, cõſiliũ ſuũ oibus aperit. eoſq̃ ad bellũ, & certã uictoriã hortat̃. facta in agros ſubita excurſione, tũc ciã ꝓſternit, uillas, caſtellaq̃ icẽdit. cui cũ hãno dux Pœnorũ factus eẽt obuius prio ꝓlio uincit̃, & occidit̃. nã duo de ſiculis, tria millia de Pœnis cũ ipſo duce ceci dere, hac uictoria elatus Agathocles, urbes caſtellaq̃ expugnat ꝑdas igẽtes agit hoſtiũ multa millia trucidat, caſtra deidẽ qnto lapide a Carthagine ponit, ut dãna clariſſimarũ rerũ, uaſtitatẽq̃ agrorũ, & icẽdia uillarũ de muris ipſius urbis ſpecularent̃. dei nique breui effecit, ut tota pene ꝓuicia a Pœnis deficeret. iterato cũ Carth. bello duce Bomilcare, graui ꝓlio ſuꝑauit, cũ magno utriuſq̃ exercitus ſanguine. poſt hãc uictoriã, ꝓfligatis in Afri ca ebus, nihil actũ eẽe putãs. ſi amplius Syracuſæ obſiderẽtur, tradito exercitu filio ſuo recurrit in Siciliam, cuius aduẽtu oẽs Siciliæ urbes auditis rebus, quas in Africa geſſerat, certatim ei ſe tradũt, atq̃ ita pulſis a Sicilia Pœnis totius Iſulæ iperiũ occu pauit. Reuerſus deide in Africã cũ mutata fortuna cũcta aduer ſa ſibi eueniſſent, uictus, & in Siciliã redire coactus, cũ Pœnis pacem æqs cõditionibus fecit. Ex malo. par. Nam ꝓter Acradi nem munitiſſimum urbis locum occupauerunt urbem. Diſcu teret. Remoueret, euerteret.

ASCENSIVS.

AGATHOCLES ãt rex Syra. ſup. fuit callidus audacter. i. cũ audacia. Cũ.n. Carthaginiẽ. occupaſſent urbem eius ex maiore ꝑte, traiecit exercitũ ſuũ in Africã, ut diſcuterẽt metũ, quẽ pa tiebat̃ a Carth. metu quẽ illis iferebat, & uim illatã a Cartha. ſibi, ui illata a ſe in Cartha. nec ſup. fuit callidus, aut id fecit ſi ne effectu. i. cõſecutione ꝓpo ſiti. Nã Pœni ꝑculſi. i. attoniti, repẽtino, & ita iopinato aduẽ tu eius redemerũt libẽter icolu mitatẽ ſuã ſalute hoſtiũ (& pacti ſunt, ut Africa liberaret̃ armis ſiculis, & Sicilia liberaretur ar mis Punicis. i. Cartha. eodẽ tẽ pore. Notũ ẽ œ in u mutari, ut pœna pũio, Pœnus. Punicus, mœnia munio) Autẽ. i. ſed, ſi Agatocles perſeueraſſet tueri mœnia Syracuſarũ, illa. ſ. mœ nia dicta urgerent̃ malis. i. icõ modis belli, & reliqſſet Cartha gini bona. i. cõmoda pacis ſe curæ, nũc in ferẽdo. ſ. mala bel li, q̃ patiebat̃, dũ laceſſit. i. ue xat, aut laceratũ it opes alienas potius, q̃ tuet̃ ſuas. quo. i. q̃to æquiore. i. minus grauato ani mo deſeruit regnũ. ſ. ſuũ eo. i. tanto tutius recepit ſup. illud.

EXTERNA.

DE AGATHOCLE REGE SYRACVSARVM.

Agathocles autem Syracuſarum rex audacter callidus: cum enim vrbẽ eius maiore ex parte Carthaginienſes occupaſſent, exercitum ſuum in Africam traiecit: vt metum metu, vim vi diſcuteret: neq̃ ſine effectu: nam repentino eius aduentu perculſi Pœni, libenter incolumitatem ſuam ſalute hoſtium redemerunt: pactiq̃ ſunt, vt eodem tempore, & Africa Siculis, & Sicilia Punicis armis liberaretur. Agathocles autem Syracuſarum mœnia ſi tueri perſeueraſſet: illa belli malis vrgerẽtur: bona pacis fruenda, ſecuræ Carthagini reliquiſſet: nunc inſerendo, quæ patiebatur, dum alienas potius laceſſit opes, q̃ ſuas tuetur, quo æquiore animo regnum deſeruit, eo tutius recepit.

DE HANNIBALE.

Quid Hannibal Cannenſem Po. Ro. aciem ſpeculatus? non ne, prius q̃ ad dimicandum deſcenderet, cõpluribus aſtutiæ complicatam laqueis, ad tam miſerabilem perduxit exitum? ante omnia enim prouidit, vt & ſolem, & puluerem, qui ibi vento multus excitari ſolet, aduerſum haberet: deinde partem copiarum ſuarum, inter ipſum prælii tempus de induſtria fugere iuſſit, q̃ cum a reliquo exercitu abruptam legio Romana ſequeretur, trucidandam eam ab iis, quos in inſidiis collocauerat, curauit. Poſtremo quadringentos equites ſubornauit, qui ſimulata tranſitione petierunt Conſulem, a quo iuſſi more transfugarum depoſitis armis in vltimam pugnæ partem ſecedere, diſtrictis gladiis, quos inter tunicas, & loricas abdiderant, poplites pugnantium Romanorum ceciderunt: hæc fuit Punica fortitudo, dolis, & inſidiis, & fallacia inſtructa. Quæ nunc certiſſima circunuentæ virtutis noſtræ excuſatio eſt quoniam decepti magis, q̃ victi ſumus.

OLIVERIVS.

QVID Hãnibal? Frõ. lib. ii. ca. ii. Hãnibal ingt apud Cãnas cũ cõperiſſet Vulturnũ amnẽ ultra reliquorũ naturã flu minũ igẽtes auras mane ꝓfia re, q̃ arenarũ pulueris uerticẽ agerẽt, ſic direxit aciẽ, ut tota uis a tergo ſuis, Ro. lora, & o culos icideret. qb⁹ icõmodis mire hoſti aduerſantibus, illã memorabilẽ adept⁹ ẽ uictoriã. Li. nõ hoc ſolũ ſtratagemate, ſed aliis quoq̃ uſũ Hãni. fuiſ ſe dicit in Cãnẽſi pugna, qbus Ro. oppſſit magis, q̃ uicit. Nã & ſuis qbuſdã imperauit, ut cũ acceſa pugna uiderent̃ ſimula ta fuga Ro. legionẽ in inſidias dduceret, q̃ ab iternitionẽ uſq̃ deleta fuit. Et i ſiniſtro cornu Ro. ubi ſociorũ eqtes aduerſus Nu midas ſteterãt cõſertũ ꝓliũ ſegne primo & a Punica ceptũ frau de. qngẽti ferme equites Numidæ ꝓter cõſueta arma, telaq̃ gla dios occultos ſub loricis hñtes uſi ſunt ſpecie trãſfugarũ ad Ro ma. trãſire, q cũ a ſuis parmas poſt terga hñtes adeq̃ſſent, repẽte ex eqs deſiliũt, parmiſq̃, & iaculis ante pedes hoſtiũ ꝓiectis, in mediã aciẽ accepti, ductiq̃ ad ultimos cõſidere a tergo iubent̃, ac dũ ꝓliũ ab oi parte cõſerit̃, quieti manſere, poſtq̃ uero oium ocu los ai̇̃ſq̃ occupauerat certamẽ, tũ arreptis ſcutis, quę paſſim in ter aceruos cęſorũ corporũ ſtrata erãt, uerſam adoriuntur Ro. aciẽ, terga q̃ ferientes, ac poplites cædentes, ſtragẽ igẽtẽ dederũt, ac maiorẽ aliquãto pauorẽ, ac tumultũ fecerũt. Cõpluribus aſtu tiæ cõplicatã laqis. Trãſlatio ſumpta a feris, q̃ laqueis iplicãt̃, ſic & acies Roma. multis dolis q̃ſi laqueis capta, & cęſa fuit. Vẽto mul. exci. ſolet. aduerſum hẽret, qa Apulia uẽtis abũdat, & ꝓſer tim iapige. Abruptã legio Ro. per uim ſeparatam. Diſtrictis gladiis. Nudatis gladiis. Poplites. genua, partem pro toto, eſt autem poples flexura genuum. Circunuentæ. deceptæ.

Aſcenſius.

Vultur ſni flum. natura.

ASCENSIVS.

QVID ſup. fecit Hānibal ſpeculatus aciē P.R. Cānenſem.i. q̄ erat apud Cānas, nōne, pduxit ſup. eā ad tā miſerabilē exitū cō plicatā cōpluribus laqueis aſtutiæ priuſquā deſcēderet ad dimis cādū, q.d. utiq; enim ꝓ ga ipſe ꝓuidit ante oīa ut ſup. acies Ro. haberet & ſole & puluerē, q ſolet excitari, ibi multus uētis aduer ſum .i. obiectū oculis & toti fa ciei. deīde iuſſit partē copiarū ſuarū fugere de induſtria .i. ex cōpoſito, & data opa, iter ipſum tēpus pli .i. durāte adhuc cōflictu, quā .ſ. partē cū legio Ro. ſequeretur, abruptā a reliquo exercitu curauit ſup. legionē Ro. trucidandā ab his, quos collocauerat in inſidiis. Poſtremo ſubornauit quadringētos equites, q ſimulata trāſitione .ſ. ad Ro. petierūt cōſulē, ut .ſ. ab eo in fidē reciperent, a quo .ſ. conſule iuſſi ſecedere in ultimā partē pugnæ, armis depoſitis .ſ. prius, more transfugarū ceciderūt gladiis diſtrictis .i. nudatis, quos abdiderāt inter tunicas, & loricas .ſ. ſuas poplites .i. neruos, q in aduerſa pte genuū ſunt Ro. Pugnātiū ceciderūt. Hæc .i. hmōi fuit fortitudo Punica .i. Pœnorū, uidelicet inſtructa dolis, & inſidiis, & fallacia, quæ .ſ. fallacia, aut fallax fortitudo eſt nunc certiſſima excuſatio uirtutis noſtræ .i. Ro. circūuentæ .i. deceptæ per fraudem, qm̄ nos ſumus magis decepti, q̄ uicti.

THEOPHILVS.

COMPLICATAM laqueis. antiqui codices habent copulata. Nam copula, canum uinculum propriæ dicitur, ut ex Oui. didicimus, & Tibul.

DE REPVLSIS. CAP. V.

CAmpi quoq; repreſentata condicio, ambitioſam ingrediētes viam ad fortius ſuſtinendos parum proſperos comitiorum euentus vtiliter inſtruxerit: quia propoſitis ante oculos clariſſimorum virorum repulſis, vt non minore cum ſpe honoris, ita prudentiore cū animi iudicio petent meminerintq;, nefas non eſſe, aliquid ab omnibus vni negari, cum ſæpenumero ſinguli cunctorum uolontatibus reſiſtere fas eſſe duxerint: ſcientes etiā, patientia quæri debere, quod gratia impetrari nequierint.

DE QVINTO ÆLIO TVBERONE.

Quintus Ælius Tubero, a Qu. Fabio Maximo, epulum Po. Ro. nomine P. Africani patrui ſui dante, rogatus, vt triclinium ſterneret: lectulos Punicanos pellibus hædinis ſtatuit: & pro argenteis vaſis Samia expoſuit: cuius rei deformitas ſic omnes offendit, vt cum alioqui vir egregius haberetur, comitiiſq; Prætoriis canditatus in campum L. Paulo auo, & P. Africano auunculo nixus deſcendiſſet, repuſa inde abire notatus: nam vt priuatim ſemper continentiam probabant, ita publice maxima cura ſplendoris habita eſt: quocirca vrbs noſtra nō vnius conuiuii numerū, ſed totā ſe in illis pelliculis iacuiſſe credens, ruborem epuli, ſuffragiis ſuis vindicauit.

OLIVERIVS.

CAMPI quoq;. Dicturus de repulſis Vale. breui ꝑfatione docilitatē, & bñuolētiā quodāmō ſibi ꝯciliat, cū dicat huius regni cognitionē futurā utilē multis, magiſtratus & dignitates petituris, q ſi forte repulſam paſſi fuerint clariſſimorū hominū exēplis ſe cōſolari, ſuāq; indignitatē æquo animo ferre poterūt: diſcentq; patientia quærere, quod gratia obtinere nequiuerunt. Campi quoq;. in campo Martio, P.R. comitia habebant, creabanturq; magiſtratus, in quē cādidati deſcēdebāt. Cū ſępenu. ſin. q̄ſi intēdit argumētū, ſi uni licitū eſt cūctorū ſtudiis plerūq; reſiſtere, quanto magis omnibus unius uoluntati refragari.

ASCENSIVS.

CAMPI &c. cōditio quoq; cāpi .ſ. Martii .i. dubius euētus, & periculū repulſæ, qbus ſubiacet petitio honorū in cāpo Mar. repreſentata .ſ. oculis aut animis hoſum inſtruxerit .i. poſſit iſtruere igrediētes uiā ambitioſam .i. multū cupidā honorū, aduētus comitioꝝ .i. q fiūt in comitiis, parū ꝓſperos ſuſtinēdos fortius .i. maiore animi fortitudine. Quia repulſis clariſſimorū uirorū ꝓpoſitis añ oculos .ſ. ambitioſorū, ut .i. quēadmodū ipſi petēt .i. magiſtatū (niſi legēdū ſit honores, ubi eſt honoris) cū ſup. minore ſpe honoris .ſ. obtinēdi, ita petēt cū maiore iudicio ai .i. cautius. & meminerūt .i. erūt memores, nō eē nefas aliqd negari uni ab oībus .i. toto Po. cū ſinguli ſup. uiri dixerint ſæpenumero fas eē reſiſtere uolūtatibus cūctorū. ſciētes etiā id debere q̄ri .i. acqri patiētia, qđ nequiuerit .i. nō poterit. īpetrari gratia .i. cōplacētia populari.

OLIVERIVS.

QVINTVS Ælius Tubero. Cice. in oratione pro L. Murena, fuit inquit eodē ſtudio uir creditus apud patres noſtros, & honeſtus, & nobilis Q. Tubero. is cum epulū Q. Fab. Ma. P. Africani patrui ſui nomine P.R. daret, rogatus eſt a maximo, ut tricliniū ſterneret, cum eſſet Tubero eiuſdē Africani ſororis filius, atq; ille homo eruditiſſimus, ac ſtoicus ſtrauit pelliculis hædinis lectulos Punicanos, & expoſuit uaſa ſamia, quaſi uero eſſet Diogenes Cinicus mortuus, & non diuini hominis Africani, mors honeſtaretur. quem cum ſupremo eius die maximus laudaret, gratias egit Diis immortalibus, q̄ ille uir in hac repu. potiſſimū decus natus eēt. neceſſe eni fuiſſe ibi eſſe imperiū terrarū, ubi ille eſſet huius in mortē celebrāda grauiter tulit. Po. R. hāc peruerſam ſapiētiā Tuberonis. Itaq; homo integerrimus ciuis optimus, cū eſſet L. Pauli nepos P. Africani, ut dixi ſororis filius, his hedinis pelliculis ꝑtura deiectus eſt. Sene. ad Luciliū epiſtola .lxxxv. q̄ incipit, petis a me, circa finē. Tuberonis inquit ligneos lectos cū in publicū ſternerentur, hædinas pro ſtragulis pelles, & ante ipſius Iouis cellā appoſita cōuiuis uaſa fictilia, qd aliud q̄ paupertatem in Capitolio conſecrarat? & ut nullū aliud factū eius habeam, illū Catonibus inſeram. hic parum credimus cenſura fuit illa non cœna. O q̄ ignorant homines cupidi gloriæ, qd illa ſit, aut quemadmodum petenda. illo die P. R. multorum ſuppellectilem ſpectauit unde miratus eſt. omnium iſtorum aurum, & argentū fractum eſt, & uile æs cōflatum, at omnibus ſeculis Tubero. fictilia durabunt. Triclinium. cœnaculū & locus, ubi conuiuari antiqui cōſueuerūt, a tribus toris ſtratis, ut dictū eſt. Lectulos pu. paruos & humiles, & ſecūdū Sene. ligneos, nam huiuſmodi lecti ex Africa primum aduecti ſunt. Samia. terrena a Samo inſula, ubi primum facta fuerunt eiuſmodi fictilia. Quo circa &c. hanc inquit dignitatem non nobis tantum, qui interfuere conuiuio, ſed uniuerſæ ciuitati facta exiſtimarunt Rom. & propterea illum proximis comitiis repulſæ nota affecerunt.

Tubero repulſam paſſus

ASCENSIVS.

QVINTVS Ælius Tube. rogatus a Q. Fab. Ma. dante Po. Ro. epulū .i. ſolēne cōuiuiū, & quaſi parētationē, nomine .i. ratione P. Africani patrui ſui .ſ. defuncti, ut ſterneret .i. ornaret ſtragulis tricliniū .i. locum conuiuii, ſtrauit lectulos Punicanos .i. traductos a Punicis moribus, ubi ligneos habent, & leues, quales ſunt quos campanos, ſeu campeſtres Galli uocant, pellibus hædinis, quibus nihil fœdius, & abiectius, & expoſuit .ſ. cōuiuiis, aut in abacco poſuit ſamia ſup. uaſa .i. fictilia, pro argenteis uaſis. Cuius rei .i. apparatus deformitas oſtendit .ſ. P. R. ſic, ut cū .i. licet haberet alioqui .i. alio quouis modo, uir egregius, & deſcēdiſſet in campū .ſ. Martium, candidatus .i. candide ueſtitus more cōpetitorū ſup. in comitiis prætoriis .i. congregationibus po. pro eligendo prætore deſcendent dico, nixus .i. cōfiſus, & fretus L. Paulo auo & P. Afri. auunculo, quia erat eius ſororis filius, tamen ſup. abiret inde .i. e comitiis, aut cāpo Mar. notatus repulſa .i. ignominia repulſæ. Nam ut .i. quemadmodum Ro. ſup. probabant ſemper continentiam .i. a luxu repreſſionē, priuati .i. inſumptu priuato, ita maxima cura ſplendoris .i. ſplēdidi apparatus eſt habita publice .i. inſumptu publice faciendo. Quo circa .i. quapropter, urbs ſcilicet Ro. credens .i. exiſtimās non numerum unius conuiuii .ſ. priuati, ſed ſe totam iacuiſſe in illis pelliculis .ſ. hædinis, & ita tam ſordidis, uindicauit .i. ulta eſt ruborem epuli .ſ. ſordide iſtructi ſuffragiis ſuis Tubero .ſ. negatis. Eius tamen modicitas non offendit Senecam.

THEOPHILVS.

LECTVLOS Punicanos. uetera exēplaria legūt, Punicatos.

DE P. SCIPIONE NASICA.

P. Autem Scipio Naſica togatæ potentiæ clarum lumen, is, qui Cõſul. Iugurthæ bellũ indixit: qui matrem Idæam e Phrygiis ſedibus, ad noſtras aras, focosq; migrantem ſanctiſſimis manibus excepit: qui multas, & peſtiferas ſeditiones autoritatis ſuæ robore oppreſſit: quo principe ſenatus aliquot annos gloriatus eſt: cum ædilitatem curulem adoleſcens peteret, manumq; cuiuſdam ruſtico opere duratam, more candidatorum tenacius apprehendiſſet: ioci gratia interrogauit eum: num manibus ſolitus eſſet ambulare. Quod dictum a circonſtantibus exceptũ, ad populum manauit: cauſamq; repulſæ Scipioni attulit omnes nanq; ruſticæ tribus paupertatem ſibi ab eo exprobratam iudicantes: iram ſuam aduerſus contumelioſam eius urbanitatẽ diſtrinxerũt. Igitur ciuitas noſtra nobilium iuuenum ingenia ab inſolentia reuocando, magnos, & vtiles ciues fecit: honoribusq; non patiendo eos a ſcurris peti debitum autoritatis pondus adiecit.

DE LVCIO ÆMILIO PAVLO.

Nullus error talis in L. Aemilio P. conſpectus eſt: ſed tamen aliquoties fruſtra conſulatum petiit. Idemq; cum iam campum repulſis ſuis fatigaſſet: bis Cõſul & cenſor factus eſt. ampliſſimũ etiã dignitatis gradum abtinuit. cuius virtutem iniuriæ non fregerunt, ſed acuerunt: quoniam quidem nota ipſa accenſam cupiditatem ſummi honoris ardentiorem ad comitia detulit: ut populum, quem nobilitatis ſplendore, & animi bonis mouere non potuerat: pertinacia vinceret.

DE QVINTO CÆCILIO METELLO.

Q. autem Cæcilium Metellum, pauci, & mœſti amici conſulatus repulſa afflictum triſtitia, ac rubore plenum, domum reduxerunt. eundem de Pſeudo Philippo triumphantem vniuerſus ſenatus lætum & alacrem in Capitolium proſecutus eſt. Achaici etiam belli, cui ſummam manum L. Mumius adiecit: maxima pars ab hoc viro profligata eſt. ei ne ergo populus conſulatum negare potuit: cui mox duas clariſſimas prouincias aut daturus erat: aut debiturus Achaiam, & Macedoniam: & quidem hoc facto, meliore eo ciue vſus eſt. intellexit. n. q̃ induſtrie ſibi gerendus eſſet conſulatus: quem tanto labore impetrari ſenſerat.

OLIVERIVS.

PVBLIVS autem Scipio Naſica. Laudibus Scipionẽ extollit, ut magis mirũ eſſe uideat, integerrimũ uirũ totius Sena. iudicio optimũ iudicatũ, q peſtiferas ſeditiones autoritate ſua ſæpiſſime oppreſſiſſet, q lumẽ, & gloria ſenatus, & totius ciuitatis eſſe diceret, potuiſſe eiuſmodi repulſæ infamia notari ob dictũ, magis iocoſum q̃ graue, aut iniurioſum, ut calloſam ruſtici manũ, cãdidatus cũ pertractaſſet ex eo q̃reret manibus, ne ambularet. De hac repulſa Cic. in oratione ꝓ Planco, Auus inq̃t tuus P. Naſicę, tibi ædilitiã ꝑdicaret repulſam, quo ciue nemi nẽ ego ſtatuo in hac repub. fortiorẽ. Togatæ potẽtiæ clariſſimũ lumẽ, Totus ſenatus ſplẽdor eximius. Hic cõſul Iugurthæ bellũ indixit, Metellus deinde geſſit, Marius ↄfecit. Seditiones peſtiferas. Nã Tiberium Gracchũ ſeditioſiſſimũ hominẽ, ut ſupra dictũ eſt, propria manu interemit. Igi⁊ ciuitas noſtra. Fecit inquit ciuitas, ut quorũ iuuenũ laſciuiã repreſſiſſet eos ciues reip. utiles euaderẽt magiſtratus etiã ſuũ autoritatis pondus adiecit nõ ſuſtinẽdo ſe a ridiculis, peti. A ſcurris. a ridiculis hominibus.

ASCENSIVS.

PVBLIVS aũt Sci. Naſi. cla. lu. i. ſpecimen, potentiæ togatæ. i. in toga, & intra muros exercitæ, is, qui conſul indixit Iugurthæ regi Numidiæ bellũ propter iniquitatem eius in fratres, qui excepit ſanctiſſimis manibus, quia optimus ciuis a ſenatu iudicatus erat matrẽ Idæam. i. Cibelen Phrygiã, migrantem e ſedibus Phrygiis ad aras noſtras. i. Romanas, & ad focos ſup. noſtros. Qui oppreſſit robo. ſuę auto. mul. & peſti. ſe. & ꝑcipue Gracchanicam, quo principe. i. eo ꝙ eſſet princeps ſenatorum, qui talis erat, qualis Pariſius primus præſes dictus, ſenatus. ſ. Roma. gloriatus eſt, id eſt ſe iactauit aliquot annos, cum ipſe adoleſcens peteret ædilitatem curulem. i. digniorem, & cui ſella curulis aſſignaretur, & appreshendiſſet tenacius. i. preſſius more candidatorum. i. cõpetitorum, manum cuiuſdã ſ. ciuis Roma. duratam. i. calloſam factam opere ruſtico, interrogauit eũ gratia ioci, num. i. nũquid ſolitus eſſet ambulare manibus. i. ſup manus. Quod dictũ exceptũ. i. captum, & intellectum ab aſtantibus manauit. i. diuulgatum eſt ad populum, & attulit Scipioni cauſam repulſæ. Namq; omnes tribus ruſticæ iudicantes paupertatem exprobratam. i. opprobrio datam ſibi ab eo, diſtrinxerunt. i. exercuerunt, & uibrauerũt iram ſuã aduerſus urbanitatẽ eius. Igi⁊ ciuitas noſtra. i. Romana reuocãdo ingenia iuuenũ nobiliũ ab inſolentia. i. ſupbia proteruia, & petulantia, fecit ciues magnos, & utiles, & adiecit honoribus. i. magiſtratibus ſuis debitũ pondus autoritatis, nõ patiẽdo eos peti a ſcurris. i. a ſcurrili dicacitate utentibus. Verum importune uidetur autor accumulare præconia Scipionis eorum honorũ, quos poſtea aſſecutus eſt, niſi talem indolem in eo proluxiſſe putemus. aut ſignificare uelit, repulſam paſſum talẽ poſtea euaſiſſe.

THEOPHILVS.

SCVRRIS. aliquot exẽplaria habent a ſecuris.

OLIVERIVS.

NVLLVS error. Scipionis error potius fuit, q̃ iniuria q exiſtimauit illa ſe urbanitate, riſum potius ſe cõmoturũ, q̃ irã. At in Paulo Æmilio nullus error, & tamẽ repulſam ſæpius paſſus eſt, q̃ iniuria non illius animũ fregit, ut a repub. deſiſteret, aut a petitione magiſtratuũ deterre⁊, quinetiã multo magis accenſus in ſentẽtia pſtitit, ut conſtantia ſua cõſeque⁊, qđ gratia obtinere nequiuerat ex quo factum eſt ut bis cõſulatũ, & cẽſurã tãquã ab inuitis exturſerit, & ſenatus principatũ obtinuerit. Sed tñ aliquoties fruſtra. ter. ſ. ſecũdum Pli. de ui. illuſt. qui dicit primũ ↄſulatu, quẽ poſt tres repulſas adeptus erat, de Liguribus triũphauit. Cãpũ fatiga nã adeo iſtãs in petẽdo fuit, ut cũ populũ fatigaſſet, ipſe tñ in petendo perſiſteret. Cuius uir. iniu. nõ fre. Viri fortis eſt non iniuria frangi, nec de ſententia deici.

Pertinacia uince. Quem uirtutibus mouere non poterat, pertinacia ſuperaret.

Paulus Æmilius aliquoties repulſus

ASCENSIVS.

NVLLVS er. ta. qualis I Tuberone & Naſica fuit, conſpectus eſt i L. Æmilio Paulo, ſed tñ petiit aliquoties, q a ter fruſtra cõſulatũ. Et idẽ cu fatigaſſet iã. i. paulcante cãpũ. i. congreſſos I cãpũ martiũ, repulſis ſuis, & factus eſt bis conſul, & cẽſor, & obtinuit etiã ampliſſimũ gradũ dignitatis, qa cẽſor factus ẽ. Cuius uirtute iniuriæ. ſ. i repulſa illatæ, nõ fregerũt, ſed acuerũt. qm̃ qdẽ. i. qm̃ certe, ipſe nota. i. ſignũ infamiæ, (Turpe eni & ignominioſum erat repulſam pati, qa q eã patitur, aut arrogãs ut, ſi qđ non meruit petiit, aut ſtultus ſi ſe nõ norit) detulit ad comitia cupiditatẽ ſummi honoris, ut cõſulatus, accẽſam. ſ. prius, ardẽtiorẽ. ſ. poſtea, ut uinceret ꝑtinacia. ſ. pſeuerãtia obſtinata, populũ, quẽ nõ potuerat mouere. ſ. a ꝓpoſito denegãdi honoris, ſplẽdore nobilitatis. ſ. generis ſui, & bonis. i. dotibus animi, hoc eſt uirtutibus.

OLIVERIVS.

QVINTVM autem &c. pauci & mœſti. De hoc, Plin. Q. Metel. Cæci. a domita Macedonia Macedonicus, prætor, pſeudo Philippum, qui andriſcus dictus eſt uicit, inuiſus plebi ob nimiam ſeueritatem, & ideo poſt duas repulſas conſul, ægre factus, Arbachos in Hiſpania domuit, &c. hic igitur Macedoniã domuit,

domuit, & Achaiam oppreſſit, in petitione cõſulatus bis repul-ſus eſt. qđ mirũ quodãmodo uidet eſſe, ut cui duas clariſſimas ꝓuincias daturus eſſet, ei bis cõſulatũ denegaret populus qua tñ repulſa utilior reipub. factus eſt quẽ enim difficulter cõſulatũ fuerat cõſecutus, eũ deinde ſumma diligẽtia adminiſtrãdũ eſſe cẽſuit. De pſeudo Philippo. De falſo Philippo. i. q ſe falſo Philippi regis filiũ aſſeuerãs ex cõcubina natũ totã ferme Macedoniam multo fauore occupauerat. Achaici etiã belli maxima pars. Quod & Plinius teſtatur, Dicit enim L. Mumius, deleta Achaia, Achaicus aduerſus Corinthios miſſus, uictoriã alieno labore quæſitã, intercepit. nã cũ illos Metellus Macedonicus apud Heracleã fudiſſet, & duce Critolao priuaſſet, cũ lictoribus, & paucis eqtibus in Metelli caſtra ꝑperauit. Hoc facto. hac repulſa.

ASCENSIVS.

Q VINTVM &c. Autẽ, id eſt ſed amici pauci, & mœſti reduxerunt domum. ſ. eius, Quintũ Cæcilius, Metellum afflictũ triſtitia ac plenũ rubore, repulſa. i. ꝑpter repulſam. aut ſit afflictũ repulſa, & ſup. plenũ triſtitia, ac rubore. & ſenatus uniuerſus ꝓſecutus eſt eũdẽ. ſ. Cæcilũ Metellũ triũphantẽ de pſeudo Philippo. i. de eo qui ſe Philippi Macedonis filiũ noĩe Philippi mẽtitus fuerat, in Capitoliũ ducentẽ triumphũ ſuũ, in Capitoliũ dico lętũ, & alacrẽ. Maxima etiã pars Achaici belli, cui L. Mumius adiecit ſummam. i. ſupremã manũ, eſt ꝓfligata. i. profligando finita, ab hoc uiro. ſ. Cæcilio repulſam paſſo. Potuit ne ergo populus negare cõſulatũ ei, cui, aut daturus eſt, aut debiturus, mox. i. paulopoſt, duas prouincias clariſſimas, uidelicet Achaiã, & Macedoniã? Potuit ſup. & quidem. i. certe uſus eſt ſup. eo hoc facto. i. propter hoc factum, meliore ciue. Enim pro quia, ipſe Cæcilius intellexit, q̃ induſtrie conſulatus eſſet gerendus ſibi, quem ſenſerat impetrari, tanto labore.

DE LVCIO SYLLA.

Quid tam excellens, quid tam opulentum, q̃ Lu. Sylla? diuitias & imperia largitus eſt, leges vetuſtas abrogauit, nouas tulit: hic quoq; in eodem campo, cuius poſtea dominus extitit, repulſa Præturæ ſugillatus eſt; omnia loca petiti honoris, ſiquis modo deorum formam, & imaginem futuræ eius potentię Po. Ro. repreſentaſſet, impetraturus.

DE M. PORCIO CATONE.

Sed vt comitiorum maximum crimen referam, M. Porcius Cato plus moribus ſuis præturæ decoris adiecturus, q̃ prætexta eius ſplendoris ipſe laturus, conſequi illam a populo aliquãdo non potuit: proxima dementiæ ſuffragia, quæ quidem ſatis graues pœnas erroris ſui pependerunt: quoniam quem honorem Catoni negauerant, Vatinio dare coacti ſunt. Ergo ſi vere æſtimare volumus, non Catoni tunc prætura, ſed præturæ Cato negatus eſt.

DE NECESSITATE. CAP. VI.

ABominandæ quoq; neceſſitatis amariſſimæ leges, & truculẽtiſſima imperia, tũ vrbem noſtram, tum etiam exteras gentes multa nõ intellectu tantum, ſed etiã auditu grauia, perpeti coegerunt. Nam aliquot aduerſis præliis ſecundo Punico bello exhauſta militari iuuentute Romana, ſenatus autore. Tib. Graccho conſule cenſuit, vti publice ſerui aduerſus propulſandorum hoſtium impetum emerentur: eaq; de re per Tribunos plebis apud populũ lata rogatione, tres creati ſunt viri, qui quatuor & viginti millia ſeruorum cõparauerunt: adactoſq; iureiurando, ſtrenuã ſe, fortemq; operam daturos, quoad Pœni eſſent in Italia, datis armis in caſtra miſerunt. Ex Apulia etiam, & a Fidiculis ſeptuaginta, atq; ducẽti ad ſupplementum equitatus ſunt empti. Quanta violẽtia eſt caſus acerbi? Quæ ciuitas ad id tempus ingenuæ quoq; originis capite cenſos habere milites faſtidierat, eadem cellis ſeruilibus extracta corpora, & a paſtoralibus caſis collecta mancipia, velut præcipuum firmamentum, exercitui ſuo adiecit. Cedit ergo interdum generoſus ſpiritus vtilitati, & fortunæ viribus ſuccumbit: vbi niſi tutiora conſilia legeris, ſpecioſa ſequenti concidendum eſt.

OLIVERIVS.

Q VID tam excellens. ut de cæteris taceã quis præſtantior, quis potentior in urbe q̃ Sylla fuit? qui rempub. & imperium occupauit, tamen petitionem præturæ hac nota repulſę aliquando ſugillatus fuit a populo. Diuitias, & imperia largitus. nam occupata repub. proſcriptorum ciuium bona donauit, magiſtratus, & prouincias, atq; imperia pro ſua libidine dedit. Leges uetuſtas abrogauit. Suſtulit antiquas leges, quæ ſuis rationibus obſiſterent, & præſertim cum ciues maxime proſcriptos reuocauit. Sugillatus. notatus.

Syllę repulſa. Syllę dñatus

ASCENSIVS.

Q VID tam excellens, ſcilicet ingenio, & felicitate ſup. fuit, & quid tam opulentum, q̃. i. quantum L. Sylla? q. d. fere nihil in Romana ciuitate. quia largitus eſt, quibus uoluit diuitias, & imperia, & abrogauit, id eſt antiquauit leges uetuſtas, & tuliſſe nouas. Hic quoq; id eſt ipſe etiam cum eſſet talis ſugillatus eſt, id eſt diffamatus repulſa præturæ in eodem campo. ſ. martio, cuius ipſe extitit poſtea dominus, occupata. ſ. perpetua dictatura. ſugillatus dicit eſt, impetraturus, id eſt cum talis eſſet, qui poſſet impetrare omnia loca honoris petiti, ſi modo. i. dummodo quis, id eſt aliquis Deorum repreſentaſſet Po. Ro. formam, & imaginẽ potẽtię eius futurę.

OLIVERIVS.

SED ut comitiorum. Damnat ſtultitię Romanos, qui præturam Catoni uere philoſopho, denegauerint, a quo plus ſplendoris ille magiſtratus. q̃ a magiſtratu Cato gloriæ fuerat recepturus. ſed ſtultitiæ pœnas dediſſe dicit, cum magiſtratum illũ Vatinio poſtea dare coacti fuerint, homini multis flagitiis inuoluto, quia nemo præter hunc imprudentiſſimum Catonis grauitati ſe præferre, aut certe conferre auſus fuiſſet. Plus decoris. Nã ipſe dignitate ſua plus decoris addiderat patriæ, quam ipſe a patria receperat. Vatinio. Quem ambitus accuſatum Cice. defendit.

ASCENSIVS.

SED ut referam id eſt recitem, maximum crimen, id eſt erratum, aut peccatum comitiorum, ideſt eorum, qui in comitiis magiſtratus elegerant, M. Porcius Cato adiecturus ſuæ præturæ plus decoris, id eſt honoris moribus ſuis, ideſt per mores ſuos, q̃ ipſe laturus, ideſt aſportaturus ſup. erat prętexta, eius ſplendoris, ideſt prętoriæ dignitatis inſigni, non potuit aliquando conſequi eã ſcilicet præturam a populo. Proxima (intelligit o quod ne excandeſcat ſupprimit, nam Ordo eſt) o ſuffragia, id eſt uota, aut uoces populi, proxima dementiæ, quæ. ſ. ſuffragia quidem, id eſt certe, pependerunt ſatis graues pœnas erroris ſui, quoniam ſcilicet Romani coacti ſunt dare Vatinio homini ambitioſo ſup. eum honorem, quem negauerat Catoni. Ergo ſi uolumus æſtimare, id eſt cenſere rem uere, prætura non eſt negata Catoni, ſed Cato eſt negatus præturæ.

OLIVERIVS.

ABOMINANDÆ quoque. Cum ſuperiore coniungitur, non ſolum repulſa uiros præſtantes Romanos, ſed etiam neceſſitas tum Ro. tum cæteras gentes indigna multa, & fœda tam dictu, q̃ auditu perpeti coegit. Tum etiam exte. gentes. ideo dixit, quia in repulſis domeſtica tantum exempla narrauit. Nam ali. præ: Cum aſſiduis cladibus apud Trebiam, lacum Traſimenum, & Cannas acceptis, conſumpta eſſet Rom. iuuentus, ad eam neceſſitatem redactus eſt ſenatus, Populuſq; Romanus, ut octo millia ſeruorum, ex ergaſtulis emerent, cum libera capita deeſſent. nam ut tradit Liui. poſt cladem Cannenſem

M. Iunius dictator delectu edicto, iuniores ab annis decē & ſeptē, & quoſdā prętextatos ſcribit, quatuor ex his legiones, & mille equites effecti. Item ad ſocios, latinumq́ nomen, ad milites ex formula accipiēdos mittit. Arma, tela, alia parari iubet, & hoſtium ſpolia uetera detrahit templis porticibuſq́, & aliam formā noui delectus inopia liberorū capitum, ac neceſſitas dedit, octo millia ualidorū iuuenū ex ſeruitiis, prius ſciſcitates ſingulos, uellent ne militare empta publice arma uere Romani. hi omnes, ut paulo īfra dicit Volones ſunt appellati, eo quod uoluntate pugnarēt, & nō coacti. Quatuor & uiginti millia. Longe diſcrepat a Liuio in numero ſeruorū, nam tantum octo millia fuiſſe tradit Liuius, cui aſſentitur Macrobius Saturnaliū lib. primo, cum ait, ad Cannas uictis Romanis octo millia ſeruorū empta, militauerunt. Adactos iureiurādo. Sacramento militiæ aſtrictos, more iuſtæ legitimæq́ militiæ. Strenuam. prompta, & impigrā operam. Quanta uiolentia eſt caſus acerbi? Deplorat quodammodo caſum, & neceſſitatem Po. Ro. qui antea capite cenſos milites habere faſtidierat, nunc ex ergaſtulis, & paſtoralibus caſis, ſeruos educere coactus fuerit. Quāta uiolentia caſus? Conqueritur, & deteſtatur tantam neceſſitatem. Capite cenſos. Capite cenſi dicebantur, ut ſupra, qui in nullo cenſu habebant, ſed eorū capita ſolū cenſebantur, quia parū, uel nihil poſſiderent. E cellis. in quibus ſerui a dominis ſeruabantur, hos deinde ſeruos Sēpronius Gracchus, ꝓpter egregiā uictoriā ex autoritate ſenatus libertate donauit. Cedit ergo. plerūq́ nos inquit coegit neceſſitas utilitatē dignitati anteponere, & fortunæ libidini, ac uiribus obtemperare. nam niſi tutiora conſilia uir fortis elegerit, ſpecioſa ſequendo ſæpiſſime corruet. Concidendū. Cadendū, & ꝓruendū. oñ aliquando urgente fortuna præmittenda eſt dignitas, & tutiora conſilia ſequenda, quod niſi uir fortis fecerit, funditus cōcidet.

ASCENSIVS.

¶ ABOMINANDÆ &c. Allaturus exempla de neceſſitate, præfatur ſic. Leges amariſſimæ & imperia truculentiſſima, id eſt diriſſima, neceſſitatis abominandæ, id eſt quaſi mali ominis execrandæ, coegerunt quoq́ tum urbem .i. Romam, tum etiam gentes exteras (quarū non meminit in capite de repulſis) perpeti multa grauia nō tantū intellectu, ſed etiam auditu .i. dū intelligantur, & audiantur. Nam (probat quod præmiſſerat, leges uidelicet neceſſitatis coegiſſe aliquando Romanos) Roma exhauſtā. i. euacuata iuuentute militari, aliquot prælijs aduerſis .i. per aliquot prælia aduerſa, ſecūdo Puni. bel. Senatus Tiberio Graccho patre Caii, & Tiberii Gracchorū cōſule, autore, id eſt id approbante autoritate ſua, cenſuit. i. decreuit uti. i. ut ſerui emerentur publice. i. ære publico aduerſus, id eſt contra impetum hoſtiū propulſandorum. ſ. Pœnorum, & rogatione lata de ea per tribunos plebis apud populū, tres uiri creati ſunt, qui comparauerunt, quatuor & uiginti millia, ſeruorum (cum alii octo duntaxat miſſa dicant) & armis datis. i. poſtquā dederant eis arma, miſerunt in caſtra. ſ. Romana aduerſus Hannibalem, ſup. eos ſeruos adactos, ideſt aſtrictos iureiurando ſe daturos operam ſtrenuam. i. acrem, & fortem, quoad id eſt donec Pœni. ſ. Carthaginien. eſſent in Italia. Septuaginta etiam, & ducēti, hoc eſt ſupra ducentos (Secundum præceptum Laurentii Vallen. poſt centū minor numerus eſſet poſtponēdus, ut ſit ducenti & ſeptuaginta) empti ſunt ex Apulia, & a ſidiculis urbe Italię ad ſupplementum equitatus. Quanta. i. o quanta eſt uiolentia caſus acerbi. i. q̃ indigna cogit neceſſitas? Eadem ciuitas quæ faſtidierat. i. ſuperbe cōtempſerat, ſup. uſq́ ad id tēpus, habere milites, quæq́, id eſt etiam originis ingenuæ, id eſt nulla ſeruitute ſua, nec parentum ſuorum aſtrictæ, ecenſos capite, id eſt dummodo eſſent cenſi capite, id eſt præter caput nihil quod ad cenſum aſcriberetur attulerunt, ut erāt pauperrimi, quiq́ licet ingenui (quia uerebantur eos, qui nihil domi, pro quo dimicarent reliquerant, aut non tam ſtrenuam operam in bello nauaturos, aut etiam precio corrumpi poſſe, ut ad hoſtes tranſirent) adiecit exercitui ſuo, uelut præcipuum firmamentum mancipia extracta e cellis ſeruilibus, id eſt ex ergaſtulis, & collecta ex caſis paſtoralibus, ut ex Apulia, & ſidiculis empta. Ergo ſpiritus generoſus, cedit interdum utilitati, & ſuccumbit uiribus fortunæ, uidelicet ubi, id eſt quando, aut in quo ſtatu rerum, niſi legeris, id eſt elegeris, & amplexus fueris conſilia tutiora, ſed minus honeſta, concidēdū .i. cūtuis pereūdū ſit tibi, ſup. proſequēti ſpecioſa. i. honeſta.

DE CIVITATE ROMANA.

Cannenſis autem clades adeo vrbem noſtram vehementer contudit, vt opera M. Iunii dictaturam Reipub. adminiſtrantis ſpolia hoſtium affixa templis, deorum numini conſecrata, inſtrumenta militię futura conuellerent, ac prætextati pueri arma induerent: adiudicatorum etiam, & capitali crimine damnatorum, ſex millia conſcriberentur: quæ ſi per ſe aſpiciantur, aliquid ruboris habeant: ſin autem admotis neceſſitatis viribus ponderentur, ſæuitiæ temporis conuenientia præſidia videantur.

DE EADEM CIVITATE.

Propter eandem cladem Senatus Octacilio, qui Siciliam: Cornelio Mammulæ, qui Sardiniam pro prætores obtinebāt, querentibus q̀ neq́ ſtipendiū, neq́ frumentum claſſibus eorum, & exercitibus ſocii præberent: affirmantibus etiam ne habere quidem eos, vnde id præſtare poſſent, reſcripſit, ærarium longinquis expenſis non ſufficere: proinde, quo pacto tantæ inopiæ ſuccurrendum eſſet, ipſi viderent. His literis quid aliud, q̃ imperii ſui gubernacula e manibus abiecit: Siciliamq́, & Sardiniam, benigniſſimas vrbis noſtræ nutrices, gradus, & ſtabilimenta bellorum, tam multo ſudore, & ſanguine in poteſtatem redactas, paucis verbis, ita ſcilicet neceſſitate iubente, dimiſit.

OLIVERIVS.

¶ CANNENSIS clades. magna neceſſitas, quæ non patitur ætatis, nec religionis haberi rationem, qualis fuit poſt cānenſem cladem, quæ ut diximus, Romanos coegit, & prætextatus puberes ſcribere, & hoſtium ſpolia diis conſecrata e templis, porticibuſq́ detrahere. quin etiam nexos compluses, & capitali crimine damnatos, in uſum militiæ recipere. Et prætextati pueri. prætextati dicebantur, qui nondum ad. xvi. annum peruenerant, in quo depoſita prætexta, uirilem togam ſumebant. Addictorum. nexorum. Ponderetur. examinentur, librentur.

ASCENSIVS.

¶ CANNENSIS autem clades confudit urbem noſtram adeo uehementer, ut ſpolia hoſtium affixa templis Deorum, & conſecrata numini id eſt diuinitati eorū conuellerentur, ideſt abſtraherentur opera, id eſt per operam, & factum Marci Iunii adminiſtrantis dictaturam, id eſt ſummum magiſtratum reipub. conuellerentur dico futura inſtrumenta militiæ, ac ut ſup. pueri prætextati, id eſt nobiles, ſed qui nec dum quartumdecimū ætatis annum, quo uirilem togam acciperent, attigerant, & ſup. ut etiam ſex millia addictorum. ſ. morti, id eſt adiudicatorum, & pro id eſt damnatorum crimine capitali, ideſt propter crimen capitale, quæ. ſ. ſex millia damnatorum, ſi aſpiciantur. i. æſtimentur per ſe id eſt ſecluſo neceſſitatis reſpectu, habeant, id eſt habitura ſint, aliquid ruboris. i. uerecundiæ. ſin autem, id eſt ſed ſi ponderentur, id eſt æſtimentur uiribus neceſſitatis admotis, ipſa uideantur, præſidia conuenientia ſæuitiæ temporis.

OLIVERIVS.

¶ PROPTER ean. cla. Liui. decade ſecunda Puni. bel. libro iii. Per idem fere tempus literæ e Sicilia Sardiniaq́ Romam allatæ priores e Sicilia Octacilii proprætoris in ſenatu recitatæ ſunt L. Furium prætorem cum claſſe ex Africa Lilybæum ueniſſe, ipſum grauiter ictum ſaucium in diſcrimine eſſe uitæ ultimo. militiæ naualibus ſociis neq́ ſtipendium, neq́ frumentum ad diem dari, neq́ unde detur, eſſe. magnopere ſuadere ut quamprimum ea mittantur, ſibiq́ ſi ita uideatur ex nouis prætoribus

DE CASILINATIBVS.

Eadem Caſilinates obſidione Hannibalis clauſos, alimentorumq; facultate defectos, lora neceſſariis vinculorum vſibus ſubducta, eq; ſcutis detractas pelles feruenti reſolutas aqua, mandere voluiſti. Quid illis, ſi acerbitatē caſus intueare, miſerius: ſi cōſtantiam reſpicias, fidelius: q ne a Romanis deſciſcerēt, tali vti cibi genere ſuſtinuerunt, cū pinguiſſima arua ſua, fertiliſſimoſq; campos mœnibus ſuis ſubiectos intuerentur. Itaq; Campanæ vrbis, quæ Punicam feritatem delitiis ſuis cupida fouit, in propinquo ſitū Caſilinum moderatum virtute, clarum perſeuerantis amicitiæ pignore, impios oculos verberauit.

DE PRÆNESTINIS.

In illa obſidione & fide, cum trecenti Præneſtini permanerent: euenit, vt ex his quidam murem captum ducentis potius denariis vēdere, q̃ ipſe leniendæ famis gratia conſumere mallet. Sed credo deorum prouidentia effectum, vt & venditori, & emptori, quem vterq; merebatur, exitum attribuerit. Auaro enim fame conſumpto, manubiis ſordium ſuarum frui non licuit: æqui animi vir, ad ſalutarem impenſam faciendam, care quidem, verum neceſſarie comparato cibo vixit.

toribus ſucceſſorē mittant. eadēq; ferme de ſtipendio frumentoq; ab A. Cor. Māmula ꝓprætore ex Sardinia ſcripta reſponſum utriſq; nō eſſe unde mitteretur, iuſſiq; ipſi claſſibus, de exercitibus ſui cōſulerēt. Octacilius ad unicū ſubſidiū P.R. Hieronē, legatos cū miſiſſet, in ſtipendium quantū argēti opus fuit, & ſex menſiū frumentū accepit. Cornelio in Sardinia ciuitates ſociæ benigne contulerunt. Et Romæ quoq; ꝓpter penuriam argenti triumuiri mēſarii, rogatione Minutii trib. pleb. facti ſunt. Socii præ. Diſſentit a Liui. Vale. nam a ſociis benigniſſime erogatū ſtipendiū, & frumentū dicit Liui. ut ſupra oſtēdimus, nec dimiſiſſet tunc prouincias, ſed obtinuiſſet.

ASCENSIVS.

PROPTER &c. Senatus reſcripſit propter eādē cladem ſ. Cānen. pugnæ. Octacilio, & Cor. Mammulę, qui proprætores. i. foris prætoria poteſtate fungentes obtinebat, Octacilio inquā, qui prætor obtinebat Siciliā, & Māmulę, qui prætor obtinebat Sardiniā, querētibus. i. cōquerentibus, qđ ſocii. ſ. quibus præerāt neq; præberent ſtipendiū, neq; frumentū claſſibus, & exercitibus eorū, affirmantibus etiā eos. ſ. ſocios ne quidē. i. non etiā habere, unde poſſent ꝓ̄ſtare id. ſ. ſtipendiū & frumentū, reſcripſit inquā ærariū. ſ. Romanum. i. pecuniā publicā, nō ſufficere expenſis lōginquis. i. tādiu durantibus, proinde. i. ideoq; ipſi. ſ. ꝓprætores uiderent. i. diſpicerent, quo pacto ſuccurrendū eſſet tantæ inopiæ. Quid aliud ſup. fecit ſenatus his literis, q̃ abiecit ex manibus gubernacula ſui imperii? q.d. nihil, & dimiſit Siciliā, & Sardiniā benigniſſimas nutrices urbis noſtrę, hoc eſt Romæ, & gradus, & ſtabilimenta. i. ſuſtētacula bellorū: i. a quibus Romani ad ſuſtētanda onera belli iuuabātur, redactas tam multo ſudore, & ſanguine in poteſtatē. ſ. Romanā, dimiſit dicit, paucis uerbis. (ubi Antitheſis eſt) in multo ſudore, & paucis uerbis. ſ. id eſt ſcire licet quāobrem id fecerit, quia neceſſitate iubente ita. Neq; tamen amiſſas uult Vale. tunc eas prouincias, ſed amitti potuiſſe, quia dimiſſas auxilii, & cōſilii expertes.

OLIVERIVS.

EADEM Caſilinates. Caſilinū eo tēpore præneſtini habebāt, quos apud Cānas in caſtra ꝓficiſcentes nūcius acceptæ cladis Caſilini conuertit, qui paulopoſt cæſis oppidanis urbem occuparunt, cū paucis Romanis, latiniq; nominis. additur & præneſtina cohors eodē nūcio. Caſilinen cōpulſi penuria frumēti, nimiū etiā hominū uid[illegible] faciebat. Ad hāc urbē, uel ſi fieri poſſet, in deditionē accipiēdam, uel uiribus expugnandā, Hānibal partē exercitus miſit, qui oēs ab oppidanis eruptione facta turpiter fuſi, fugatiq; fuerūt. ita primis repulſis, dux alter Pœnorū Maharbal cū maiore robore uirorū miſſus, nec ipſe eruptionem cohortū Ro. ſuſtinuit. poſtremo Hanni. caſtris ante mœnia poſitis, paruā urbē paruūq; ꝓ̄ſidiū ſumma ui, atq; oībus copiis oppugnare parat. quod cū ſibi parū proceſſiſſet ad obſidionē conuerſus caſtra cōmuniuit, firmiſſimaq; præſidia ipoſuit ibi. longa obſidio oppidanos ꝓ̄ſidiūq; ad ultimā īopiæ adduxerat, quā tamē cōſilio, & calliditate Sēpronii ducis Romani, qui haud ꝓcul inde aberat aliquādiu tollerarunt, miſſis per Vulturnū amnē qui locum illū præter fluebat, doliis frumēto plenis. quare paulopoſt ab hoſtibus cognita, intercepta ſunt dolia, & omnis ſpes erepta. Nuces deinde fuſę a Romanis caſtris cum medio amne ad Caſilinum defluerent, e ratibus excipiebant. poſtremo ad id uentū inopię eſt, ut lora, detractaſq; ſcutis pelles, ubi feruida molliſſent aqua, mādere conarentur. nec muribus, alio ue animali abſtinerent, & omne herbarū, radicūq; genus aggeribus muri eruerēt. etiā cū hoſtes obaraſſent quicquid herbidi terreni extra murū erat, raparū ſemen iniecerunt, ut Hannibal eo, ne uſq; dū ea naſcantur ad Caſilinū ſeſſurus ſum exclamaret? quiq; nullam antea pactionē auribus admiſerat, tū demū ſecū agi eſt paſſus de redēptione liberorū capitum, ſeptūcies auri in ſingulos preciū conuenit, fide accepta ſeſe tradiderunt. Strab. in fi. v. lib. huius meminit obſidionis. dicit enim Romā uerſus, Caſilinū ſitum eſt ad flumē Vulturnum, in quo præneſtini milites quadraginta, & quingēti aduerſus Hānibalem uariis inſtructū copiis, tādiu obſidionē pertulere, ut inualeſcēte fame, mus dragmis ducentis uenūdaretur, & uēditor quidē, mortē oppetierit, emptor autē incolumis euaſerit. cū autē Hannibal eos rapas ꝓpe murū ſeminaſſe conſpiceret, tantā animorū tolerantiā admiratione proſecutus eſt, q; homines tandiu obſiſtere poſſe ſperarent, quo ad rapæ matureſcerent. itaq; paucis exceptis imortales illi uictores extitere omnes, niſi quos aut fames cōfecit, aut ꝓ̄lia. Defecti. Deſtituti, & euacuati. Reſolutas aqua. Mollitas atq; decoctas. Delitiis ſuis. Cōſtat Cāpanorū delitiis, Pœnorū exercitū ad id tēpus inuictū ſic eneruatū eſſe, ut uix militiæ labores ſuſtineret. ductus enim Capuam in hyberna, ſic ſe omnibus uoluptatibus īmerſit, ut quos nulla uis mali antea uicerat, poſtmodū omnia bona perdiderit. ſ. uoluptates imodicę, ut ſomnus, uinum, epulæ ſcorta, linea, conſuetudines, ocium, quæ omnia ſic eneruarunt corpora, & animos, ut magis deinde uictoriæ, q̃ præſentes currentur u res. Modo ra. quaſi deſolatum, atq; deſertū.

ASCENSIVS.

EADEM &c. Apoſtrophē facit ad neceſſitatē dicens, O neceſſitas tu eadē q̃ ſic Ro. coegiſti, ut iam dictū eſt, uoluiſti Caſilinates. i. icolas Caſilini oppidi i Cāpania Italiæ, clauſos poſt Cānēſem cladem obſidiōe Hānib. & defectos. i. deſtitutos facultate alimētorū, mādere lora. i. corrigias, ſubducta. i. ſubtracta neceſſariis uſibus uinculorū. i. qbus ſcuta uinciebāt, & alligabāt lateribus, aut ſiniſtris bellātiū, & pelles detractas e ſcutis reſolutas. i. mollificatas aq; feruēti. Si tu lector, quicūq; ſis ītueare acerbitatē caſus, qđ ſup ſit miſerius illis? q.d. nihil, ſi recipias cōſtātiā. ſ. illorū qđ ſup. ſit fidelius illis? q ne deſciſcerēt. i. deficerēt a Ro. ſuſtinuerūt uti tali gñe cibi, cū ītuerent pinguiſſima arua ſua, & fertiliſſimos cāpos ſubiectos mœnibus ſuis, q̃ uidelicet Tātalica ut pœna. Itaq;. i. & ita Caſili. ſitū i ꝓpinquo Cāpano urbis, moderatū. i. tēperatū ne deliciis Cāpanis affluerent, uirtute. ſ. abſtinētiæ, ac fortitudinis i ꝓferēda famę (Oli. legit mō rarū ſed nō addidiſſet autor uirtute, ſi ſic legēdū fuiſſet. uerū Oli. ſubinde laborat falſitate exēplarię, q̃ iterpiis curſū mirū i modū retardāt. ideoq; dāda ē uenia: ſi quā iuenerint lectionē ſecuti īterdū dormitēt) & clarū pignore amicitiæ ꝑſeuerātis, uerberauit. i. ꝑcuſſit dolore aut iuidię, aut ferę pœnitētiæ, ipſos oclos urbis Cāpanię. i. ipſius Capuę, q̃ cupida fouit delitiis ſuis feritatē Punicā. i. Pœnos feroces, q̃ tñ ab illis fracti ſunt.

OLIVERIVS.

IN illa obſidione. uis deteſtandæ auaritiæ, ita mentem omnem, & rationem homini plerunq; peruertit, ut pecuniam non dignitati ſolum, ſed ipſi quoq; uitæ præferre non dubitet, qua

DE CIVITATE ROMANA.

C. autem Mario & Cn. Carbone Conſulibus, bello ciuili cum L. Sylla diſſidentibus, quo tẽpore non reipu. victoria quærebatur, ſed præmium victoriæ res erat publica, ſenatus conſulto, aurea atq; argentea templorũ ornamenta, ne militibus ſtipendia deeſſent, conflata ſunt: digna enim cauſa erat, hi ne, an illi crudelitatẽ ſuam proſcriptione ciuiũ ſatiarent, vt Dii imortales ſpoliarentur: non ergo P. conſcriptorum voluntas, ſed teterrimæ neceſſitatis truculenta manus illi conſulto ſtylum ſuum impreſſit.

DE DIVO IVLIO.

Diui Iulii exercitus, id eſt inuicti ducis inuicta dextera cum armis Mundam clauſiſſet, aggeriq; extruendo materia deficeret: congerie hoſtilium cadauerum, quam deſiderauerat altitudinem, inſtruxit: eamq; tragulis, & pilis, quia roboreæ ſudes deerant, magiſtra nouæ mollitionis neceſſitate vſus vallauit.

DE DIVO AVGVSTO.

Atque vt diuinam filii mentionem, cæleſtis patris recordationi ſubnectã: cum effuſurus ſe in noſtras prouincias Parthorũ rex Phraates videretur, vicinæq; imperio eius regiones ſubita inducti tumultus denunciatione quaterẽtur: tanta in Boſphorano tractu commeatus penuria inceſſit, vt ſex millibus denariis ſingula vaſa olei, frumentiq; modiis totidem mancipia permutarentur: ſed amariſſimã tempeſtatem Auguſti cura, tutelæ tunc terrarum vacans, diſpulit.

ſis hic pneſtinus, qui in tantã rerũ penuria, ac fame captũ murẽ, cc. denariis uendere maluerit, q̃ famem lenire, uitãq; ꝓducere, imitatus illũ, de quo Lucanus, Nõ deeſt ꝓ auro ieiunus uẽditor auro, qua re factũ eſt, ut utrũq; pariter amitteret, uitam & pecuniã. Sordium ſuarũ. i. auaritiæ. & recte quidẽ ſordes auaritiã appellat, q̃a nihil hominẽ ſordidiorẽ eſſe facit auaritia, quæ malis uenenis imbuta, corpus animumq; uirilem effeminat.

ASCENSIVS.

¶ IN illa &c. Cũ trecẽti pneſtini. i. pneſtis oppidi ciues. qui poſt cladem Cãnenſem ſe Caſilinũ ut in ꝓximũ ſubterfugiũ receperant, permanerent in illa. ſ. iã dicta obſidione, & fide Caſilinatiũ euenit, ut quidã ex his. ſ. pneſtinis mallet potius (ubi alterũ aduerbiũ uacat, aut mallet accipitur pro uellet) uẽdere ducentis denariis murẽ captum. ſ. a ſe, q̃ ipſe cõſumere ſup. cum gratia famis leniẽdæ. Sed credo eff. eſt ꝓuidẽtia Deorũ, ut. ſ. mus ille attribuerit utriq; & uẽditori. ſ. auariſſimo, & emptori minime parco pecuniæ in ſumma fame extũ, quẽ uterq; merebaẽ. enim ꝓ q̃a nõ licuit auaro. ſ. uẽditori, cõſumpto fame frui manubiis. i. prætio quaſi ex prædæ portiõe ad ſe ꝑtinẽte ſuarũ ſordiũ. i. auaritiæ, qua plus pecuniã, q̃ uitam amauerat, & ſup. uir animi æq. i. iuſti, & parati ad faciẽdã impenſam ſalutarẽ uixit cibo. ſ. murino, cõparato q̃dem care, ſed neceſſarie. uñ dãnãdi ſunt, qui ad exquiſitã uoluptatẽ res prǽmaturas, aut raras inuẽtu, hoc ſolo noĩe chariſſime emũt q; chariſſime ſunt. ut ille q apud Iu. mullum ſex millibus emit.

OLIVERIVS.

Teplorũ ornamẽta cõflata ¶ CAIO autẽ Mario. Hoc legiẽ in uita Marii, q; cũ exhauſtũ eſſet ærariũ, nec eſſet unñ ſtipẽdia darenẽ militibus, tẽplorũ ornamẽta e ſenatuſcõſulto fuerũt in pecunia cõflata. quã rẽ Vale. ꝑ ironiã quodãmodo deteſtatur, cũ dicat, dignam cauſam fuiſſe, ut tẽpla Deorũ ſpoliarenẽ, quo ſuã crudelitatem explerẽt Marius, atq; Sylla. Conflata. in numiſma redacta, nam æs cõflatũ diciẽ in ſignatã pecuniã redactum æs graue, quod tantũmodo penſaẽ. Digna enim cauſa erat. Ironia eſt ſine dubio. Nõ patrum cõſcriptorũ uoluntate. Oſtẽdit inuitũ id feciſſe ſenatũ metu uictoris, q̃ illa iubebat. ergo excuſat quodãmõ ſenatũ, q̃ neceſſitate cõpulſus ſit id facere.

ASCENSIVS.

¶ CAIO autem Mario, & Cn. Carbone cõſulibus, bello ciuili diſſidentibus, cum L. Sylla, quo tempore non quærebatur. ſ. a Sylla, ut iactitabat uictoria reſpub. (quam glorioſæ obtinuit, ſed ea turpiter uſus eſt). i. ut reſpub. uinceret ſui oppreſſores, ſed reſpub. erat præmium uictoriæ, quia Sylla tyrannidæ rẽpu. occupauit, & perpetuã dictaturam inuaſit, ornamenta aurea, & argentea templorum ſunt conflata. i. fuſa, & ſignata in pecuniæ formam, ſenatuſconſulto, id eſt decreto ſuper ea re a ſenatu facto, ne ſtipendia deeſſent militibus. enim pro q̃a, cauſa erat digna (quod ironicos dicit) ut Dii immortales ſpoliarentur, ſ. diiicerentur ornamentis ſuis, ut. ſ. diſcerneretur ne. i. utrum, aut an hi. ſ. Syllani, An illi. ſ. Mariani ſatiarent crudelitatem ſuam proſcriptione ciuium, quia is erat exitus belli ab utriſq; prætentus, ad quem ſenatus non debebat tale ferre præſidiũ. Nõ ergo (uideẽ quibuſdam in ironia perſtare, q̃a ſi neutris opitulandum erat in tam peruerſa uoluntate, nulla erat reuera neceſſitas talis ſenatuſconſulti, quia potius debebant ſaluis ornamentis templorũ in manibus Marianæ factionis dimittere, q̃ in Syllanã Tyrannidẽ eo modo retrahere, ſed latuit cum animus Syllæ. ſperauitq; oppreſſis Marianis rẽpu. liberã fore, quo circa neceſſe uidebaẽ tũc quidẽ ſic Syllæ ſuppetias ferre, & ita in hac parte nulla eſt ironia, quæ ſi admitteret, nõ eſſet huius loci exemplũ, non enim reuera coactus eſſet ſenatus neceſſitate) uolũtas patrũ cõſcriptorũ impreſſit illi cõſulto. i. decreto ſtylũ. i. graphiũ ſuũ, hoc eſt non ſcripſit ipſum in tabellã ceratam, in qua olim ſcriptitabant, ſed manus truculenta, id eſt atrox neceſſitatis teterrimæ. quæ coegit futuro Tyranno ſuppetias ferre, impreſſit ſup. illi ſtylum ſuum.

OLIVERIVS.

¶ DIVI Iulii exercitus. hoc fuit bello, quod in Hiſpania geſſit Iu. Cæſ. aduerſus Cn. & Sextũ Põp. ubi primũ in ipſo oceani hoſtio Varus, Didiuſq; legati conflixere, cũ ſubito exorta tempeſtas claſſem utranq; ſubmerſit mox ab obſidiõẽs utrinq; diſcurriẽ omniũ poſtrema circãſedit munda, ubi anceps diu, & triſte prælium, nouiſſime illud inuſitatũ Cæſ. oculis nefas, poſt. xiiii. annos ꝓbata ueteranorũ manus retulit pedẽ. hic Cæſ. nihil reliq̃t inexpertũ in qua ꝑturbatiõe dicitur de extremis etiã cogitaſſe, cũ cohortes q̃dã per trãſuerſam aciem actæ, quas periclitantibus caſtris præſidiũ Labienus mittebat ſpeciem fugæ ꝓbuiſſent: hoc aut ipſe credidit, aut dux callidus attribuit in occaſionẽ, & quaſi in fugiẽtes inuectus, ſimul, & ſuorũ erexit animos, & hoſtes perculit. hec ꝓlio profugi cũ ſe Mundam recepiſſent, & Cæſ. ſtatim uictor obſideri imperaſſet, ex congeſtis cadaueribus agger factus eſt, quæ pilis, iaculiſq; confixa inter ſe tenebant. Mundam. oppidum Hiſpaniæ. Tragulis. telis Gallicis. Pilis. Romanis telis. Sudes. pali acuti ex utraq; parte, & in ſummitate exuſti. Virg. ſudibuſue præuſtis. Nouæ molli. Quaſi inuſitatæ munitionis.

ASCENSIVS.

¶ DIVI Iulii. Inhumanũ facinũ, ſed q̃a a Iulio Cæſa. commiſſum neceſſitate purgauit dicẽs. Exercitus diui Iulii. i. dextera. ſ. manus, aut fortitudo inuicti ducis inuicta, cũ clauſiſſet Mũdam oppidũ Hiſpaniæ, in qd̃ ſe hoſtes receperãt armis. ſ. armatis militibus, & materia deficeret aggere. i. ſepimẽto alte extruẽdo, inſtruxit altitudinẽ. ſ. aggeris, quẽ deſiderauerat cõgerie. i. ſtrage cõgeſtorũ cadauerũ hoſtiliũ, & uallauit. i. q̃ſi uallis ſepſit, & corroborauit eã. ſ. altitudinẽ tragulis. i. telis Gallicanis, & pilis. i. telis Ro. q̃a ſudes roboreæ. i. pali, aut ualli quernĩ deerant uſus neceſſitate magiſtra, nouæ. i. inſolitæ molitionis. i. laborioſæ circũuallationis.

OLIVERIVS.

¶ ATQVE ut diuinam. cum Phraates Parthorum rex prouincias Romanas bello petiturus eſſe uideretur, tunc Boſphoranam regionem iugens rerum penuria; & fames inceſſit, quæ Romanis quoq; inuaſit, quo tempore Cæſar Auguſtus in ſterilitate magna, ac difficili remedio, cum Venalitias, & Laniſtarum familias, peregrinoſq; omnes, exceptis medicis, & præceptoribus, partemq; ſeruitiorum urbe expuliſſet, ut tandem annona conualuit, impetum ſe cepiſſe ſcribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi, q; earum fiducia agrorum

ria agrorum cultura ceſſaret. neq; tamen perſeueraſſe quia certum haberet poſſe per ambitioné quandoq; reſtitui. atq; ita poſt hanc rem temperauit, ut non minorem oratorum, negociãtium q̃ populi rationem ducerent, hæc Sueto. Diuinam filii mentionem. Non poteſt Vale. ab aſſentatione diſcedere. Augu. enim ad huc uiuens diuinos honores obtinuit ut diximus, unde Horat.

EXTERNA.

DE CRETENSIBVS.

Cretenſibus nihil tale præſidii affulſit: qui obſidione Metelli ad vltimam vſq; penuriam compulſi ſua, iumentorumq; ſuorum vrina ſitim torſerunt, iuſtius dixerim, q̃ ſuſtentauerunt, quia dum vinci timent, id paſſi ſunt, quod eos ne victor quidem pati coegiſſet.

DE NVMANTINIS.

Numantini autem a Scipione vallo, & aggere circũdari, cũ omnia, quæ famẽ eorũ trahere poterãt, cõſumpſiſſent, ad vltimũ humanorũ corporũ dapibus vſi ſunt: quapropter capta iam vrbe cõplures inuenti ſunt: artus & mẽbra trucidatorũ corporũ ſinu ſuo geſtantes. Nulla eſt in his neceſſitatis excuſatio: namquibus mori licuit, ſic viuere neceſſe non fuit.

Præſentiq; tibi diuinos largimur honores. meruit aras, & flaminem, ut iurãdaſq; tuum per nomen ponimus aras. Fuit Auguſtus Iul. Cæſaris adoptiuus. In Boſphorano tractu. in regione eleſpontiata. ſunt autem Boſphori duo, unus thracius iuxta Bizantium hoc eſt Conſtantinopolim, alter in introitu paludis Meotidos, qui chimericus dicitur, de quo Ouid. lib. iii. triſtium. Boſphorus & Tanais ſuperãt, Scytięq; paludes, Vixq; ſatis noui, nomina pauca loci. Boſphorus a ferẽda bone dictus, uel a tranſitu bouis, ſiue ab anguſtis meatibus bonum peruiis.

Boſphori duo

ASCENSIVS.

ATQVE ut ſubnectam recordationis patris, ſcilicet adoptiui uidelicet Iulii Cæſaris cæleſtis, id eſt in cælum ob tyrannidem ut miſera mentis eſt adulatio tranſlati, mentionem filii, ſcilicet Auguſti Cæſaris a Iulio adoptati, diuinam, quia & ipſe in deorum numerum relatus credebatur, Cum Pharates rex Perſarum uideretur effuſurus ſe in prouincias noſtras, id eſt imperio Romano ſubiectas, & regiones uicinæ imperio eius quererentur, id eſt conquererentur, inducti ſubita denunciatione tumultus, id eſt tumultuarii belli, tanta penuria, id eſt difficultas acquirendi commeatus, id eſt uictualium inceſſit ſup. homines in tractu boſphorano, id eſt circa boſphoron, id eſt mare Anguſtum, ita ut bouem tranantem ferat, ut ſingula uaſa olei permutarentur ſex millibus denarium pro denariorum ſunt qui denariis legunt, quæ ſi uera eſt lectio, toleranda erit etiam locutio illa, duodecim millia ſignati, &c. Sane oportet intelligere uaſa olei tunc certæ fuiſſe menſuræ. nam tam magna poſſent dari, ut non ſit iniuſtum precium & mancipia, id eſt ſerui permutarentur totidem modiis frumenti, quot, ſcilicet ipſa erant, id eſt ut pro modio frumenti daretur ſeruus. Sed cura, id eſt diligentia Auguſti uacans, id eſt dans operam tunc tutelæ terrarum, cum nunc ſit in cælis, diſpulit, i. deſt dimouit tempeſtatem id eſt caritatem illam annonę amariſſimam. Quia uero non dicit quid per famem illam paſſus ſit Auguſtus, aridum ſatis, & minime pertinens eſt de neceſſitate ſaltem Auguſti exemplum.

OLIVERIVS.

CRETENSIBVS. Cretenſes fauiſſe Mithridati uidebantur, itaq; placuit iniuriam armis uendicare. prius inuaſit inſulam M. Ant. cum ingenti quidem uictoriæ ſpe, atq; fiducia adeo ut plures cathenas in nauibus q̃ arma portaret. Dedit itaq; pœnas uecordiæ ſuæ. nam pleraſq; naues interceperũt hoſtes, captiuaq; corpora religata uelis, ac funibus pependere ac ſic uelieãtes triũphantium in modum Cretenſes portibus ſuis remigrauerunt. Metel. deinde totam inſulam igni, ferroq; populatus, intra caſtella, & urbes redegit, coſq; longa obſidione compulit ad eam neceſſitatem, ut ſua, iumentorumq; ſuorum urina ſitim releuare coacti fuerint, & grauiora pati, quam uictor ſupplicia dediſſet. Obſidione me. q Metel. Mace. filius a deuicta Creta Creticus dictus eſt. Torſerunt. quaſi cum ſupplicio ſedarunt.

ASCENSIVS.

CRETENSIBVS &c. Nihil tale, id eſt talis præſidii affulſit Cretenſibus, qui compulſi obſidione, id eſt per obſidionem Metelli, ſcilicet Macedo. uſq; ad ultimam, id eſt extremam penuriam, ſcilicet cibi, & potus torſerunt quodã cruciatu ſedauerunt. Iuſtius dixerim, i. deſt quod iuſtius dixerim quam ſuſtentauerunt ſitim urina ſua, id eſt lotio a ſe facto, & ſuorum iumentorum. ideo autem torſiſſe potius dicendi ſunt. quia dum timent uinci, paſſi ſunt ſup. id quod ne uictor quidem coegiſſet eos pati.

OLIVERIVS.

NVMANTINI autem. Florus, Numantia, inquit, quãtum Carthaginis, Capuæ, corinthi opibus inferior, ita uirtutis nomine, & honore par omnibus, ſummumq;, ſi uires æſtimes, Hiſpaniæ decus, quippe qui ſine muro, ſine turribus, modice ædito in tumulo, apud flumen ſilara quatuor milium celtiberorũ & .xl. exercitũ uim per annos .xiiii. ſola ſuſtinuit. nec ſuſtinuit modo, ſed ſæuius aliq̃to percutit, pudẽdiſq; fœderibus affecit. Nouiſſime cũ inuictã eſſe cõſtaret, opus quoq; eo fuit, qui Carthaginẽ euerterat ne temere, ſi fateri liacet. nam nullius belli cauſa iniuſtior fuit, Segidenſes ſocios, & conſanguineos Romanorũ manibus elapſos exceperãt, habita pro eis deprecatio nihil ualuit. cumq; ſe ab omni bellorũ contagione remouerent, in legitimi fœderis precium iuſſi arma deponere, hoc ſic a barbaris acceptum, quaſi manus abſcinderentur. Itaq; ſtatim Magna uicto fortiſſimo duce ad arma conuerſi Pompeium prælio aggreſſi, fœdus tamẽ maluerunt, cum debellare potuiſſent. hoſtium deinde Mancinum, hunc quoq; aſſiduis cædibus ita ſubegerunt, ut ne oculos quidem aut uocẽ Numantini uiri quiſquam ſuſtineret. tamen cũ hoc quoq; fœdus maluerunt contenti armorum manibus, cum ad internecionem ſæuire potuiſſent. Sed non minus Numantini quam Gaudini illius fęderis flagrantes ignominia, ac pudore populi Romani dedecus quidem præſentis flagitii, deditione Mancini expiauit. cæterum duce Scipione Carthaginis incendiis ad excidia urbium imbuto, tandem etiam in ultionem excanduit, qui redacto prius in diſciplinam milite, hoſtibus commiſit aciẽ, effecit, quod nemo uiſurum ſe unquam ſperauerat, ut fugientes Numantinos quiſquam uideret, dedere etiam ſeſe uolebant, ſi toleranda uiris imperarentur. Sed cum Scipio ueram uellet, & ſine exceptione uictoriam eo neceſſitatum compulſi ſunt, primum ut deſtinata morte in prælium ruerent, cum ſe prius epulis quaſi inferiis impleuiſſent carnis ſemicrudæ, & celiæ, ſic uocant indigenæ ex frumento potionem. Intellectum ab imperatore conſilium, non eſt permiſſa pugna morituris, cum foſſa, atq; lorica, quatuorq; caſtris circundatos fames premeret, ab duce orantes prælium, ut tanquam uiros occiderent. ſed ubi non impetrarunt placuit eruptio, ſic conſerta manu plurimi occiſi. & cum urgeret fames aliquantiſper inde, hoc eſt ex cadaueribus uixere. nouiſſime conſilium fugæ ſedit, ſed hoc quoq; ruptis equorum cingulis, uxores ademere ſummo ſcelere per amorem, itaq; exitu deplorato in ultimam rabiem, furoremq; conuerſi, poſtremo mori hoc genere deſtinarunt. duces ſuos, ſeq;, patriamq; ferro, & ueneno ſubiecto undiq; igne peremerunt. Trahere. Producere, prolongare. Artus, & membra. Aut Ephexegeſis eſt, ut unum ſit expoſitio alterius, aut artus intelligimus membrorum coniunctiones, unde articuli, membra uero corporis pates, ut homeri, brachia. Nulla eſt in his neceſſitatis excuſatio. improbat hoc factum Valerius, q dicat crudelitatem potius fuiſſe, q̃ neceſſitatem. Neceſſitas autem duplex, aut ſine reſpectu, aut cũ reſpectu, ut qui natus eſt, neceſſe eſt ut moriatur, hic nullum eſt medium at uero cum reſpectu, ut hoc loco, Numantinis neceſſe fuit humanis carnibus ueſci, niſi uoluerunt in Scipionis uenire poteſtatem.

Numantiæ excidium

Celia potio ex frumento

Artus Membra

ASCENSIVS.

NVMANTINI autem qui populi ſunt in Hiſpania circundati a Scipione, ſcilicet Africano poſteriore, etiam Numantino a Numantia deuicta. uallo, id eſt ſepimento ex uallis dicto ſudibus, & aggere, i. deſt aggeſta, & circunducta terra. Et cum conſumpſiſſent omnia, quæ poterant trahere, id eſt protrahere, & extendere famem eorum, uſi ſunt ad ultimum dapibus corporum humanorum. Quapropter urbe ſcilicet eorum Numantia iam capta,

&

complures ſunt inuenti geſtantes ſinu ſuo artus, & membra corporum trucidatorum, id eſt truculenter occiſorum. Nulla excuſatio neceſſitatis eſt in his ſcilicet Numantinis. Nam quibus licuit mori ſup. illis, non fuit neceſſe ſic uiuere. Quod quidem uetiſſimum eſt. Nam ad conſeruandam uitam ne leue quidem peccatũ eſt committendum. Et ideo ut mala patiamur, cogi poſſumus; ut culpam incurramus, nõ poſſumus. Nam in morte uiolenta nulla eſt culpa, & ſi ad opus malum peragendũ compellamur, culpa ſit in compellente.

mata aleret diutius uiſcera ſua uiſceribus ſuis, id eſt carnibus ex ſe genitis, ipſa non dubitauit ſalire, id eſt ſale reſpergere infelices reliquias cadauerum. En. id eſt uide ſup. iuuentutem (& eſt figurata adhortatio uim negandi habens) quam aliquis hortaretur id eſt hortari deberet in acie, id eſt conſtaret in acie conflictura iamiam cum hoſte, ut dimicaret fortiter pro ſalute coniugem, & liberorum, quaſi dicat id fruſtra facturum, cum ipſa eos aſſumpſerit. Nimirum, id eſt haud dubie pœna, ſcilicet impietatis admiſſe in uxores, & liberos fuit magis petenda tanto duci q̃ tus erat Cn. Pomp. ex hoc id eſt tali hoſte, q̃ uictoria hoc eſt ardentius debebat eos oppugnare, ut de impiis ultionem ſumeret, q̃ ut de uictis a ſe gloriam ullã obtineret. quia uindicatus, ſcilicet hoſtis, id eſt ſumpta de eo uindicta, potuit afferre, ſcilicet uictori, plus libertatis (cum taſi populo tamẽq; impio uiuente nunq̃ libertas tuta eſſe poſſit) q̃ ipſe uictus poſſit afferre gloriæ uel quia non homines ſed monſtra hominum cenſeri debebant, uel quia nõ uirtute, ſed nefanda fame domiti eſſent. cũ ipſe hoſtis ſuperarit titulo feritatis omne genus ſerpentum ac ferarum comparatione ſui, id eſt ſi ad factum eorum comparentur. Nam pignora uitę, ideſt proles, ac propria generatio, quæ dulcia illis, ſcilicet ſerpentibus, & feris, ſunt illis chariora proprio ſpiritu, id eſt uita ea extiterunt Caliguritanis prandia, atq; cœnę, ideſt aſſiduus cibus.

DE CALIGVRITANIS.

Horum trucem pertinaciam in conſimili facinore Caliguritanorũ execrabilis impietas ſupergreſſa eſt: q̃ quo perſeuerãtius interẽpti Sertorii cineribus obſidionẽ Cn. Põpeii fruſtrãtes fidẽ præſtarẽt, quia nullum iam aliud in vrbe eorũ ſupererat animal, vxores ſuas, natoſq; ad vſum nefariæ dapis verterũt. Quoq; diutius armata iuuẽtus viſcera ſua viſceribus ſuis aleret, infelices cadauerũ reliquias ſalire nõ dubitauit. En quem aliquis in acie hortaretur, vt pro ſalute coniugum, & liberorum fortiter dimicaret. Ex hoc nimirum hoſte tanto duci pœna magis q̃ victoria petẽda fuit: quia plus vindicatus libertatis, q̃ victus gloriæ afferre potuit: cum omne ſerpentum, ac ferarum genus comparatione ſui titulo feritatis ſuperarit: nanq; illis dulcia vitæ pignora ꝓprio ſpiritu chariora ſunt, ea Caliguritanis prandia, atq; cœnæ extiterunt.

DE TESTAMENTIS, QVÆ RESCISSA SVNT. CAPVT VII.

VAcemus nũc negocio, quod actorũ hominis & ꝓcipuæ curæ, & vltimi eſt tẽporis: cõſideremuſq;, quæ teſtamẽta aut reſciſſa ſunt legitime facta, aut cũ merito reſcindi poſſent, rata mãſerũt, quæue ad alios, q̃ q expectabãt, honorẽ hæreditatis trãſtulerũt.

DE QVODAM MILITE.

Atq; ita, vt ea ordine, quo propoſui, exequar militantis cuiuſdam pater, cum de morte filii falſum e

OLIVERIVS.

HORVM trucem. Perpenna Sertoriũ, cui ſe coniunxerat cõiuratione facta inter epulas proditã interemit, ut in eius uita diximus. Pompe. deinde facile ſuperato Perpenna, Hiſpaniam totam armis ſubegit. in eo bello Caliguritanos Sertorii fideliſſimos ſocios, obſidione premebat. qui ut cineri Sertorii fidem ſeruarẽt, ad eam impietatem deſcenderunt, ut conſumptis omnibus ferme animalibus, liberos, & uxores occiderent, eorumq; carnibus ueſcerentur. quas etiã ut ſeruare diutius poſſent, ſale aſperſere. quod non ſolum impium, ſed deteſtãdum quoq; fuiſſe uidetur. In conſimili facinore. Veſcendi humanis carnibus. Nefariæ dapis. Deteſtandæ. nefarius dicitur is, qui nec cœtu dignus eſt, nec cui etiam far detur. Salire non dubitauit. Sale aſpergere. nam carni ne putreſcat, ſaltem quaſi animam datam dicit eſſe Chryſippus diutius enim ſeruatur caro ſalſa. En quam aliquis in acie hortaretur. Deteſtatur quodammodo rem iſtam Val. cũ dicat, Caliguritanos genus omne ferarum, atq; ſerpentum feritate ſuperaſſe. qui ne in poteſtate Pomp. deuenirent, liberis, & coniugibus ueſci maluerunt pro quorum ſalute exteri omnes populi, & nationes non ſolum fortiter dimicare, ſed extrema quęque pati non dubitant. nec ulla uehementior ab imperatoribus adhortatio fieri ſolet quam liberos, & coniuges dimicantium oculis ſubiicere. Ex hoc hoſte. Caliguritano. Duci Cn. Pomp. qui ex hoſte non uictoriam, ſed magis pœnam quęrere debuit. nam ſi hoſtem illum ultus fuiſſet, plus libertatis exultione, quam gloriæ ex uictoria conſecutus eſſet. neq; enim tale quicquam in obſidione facere quiſquam auſus fuiſſet, ſi de Caliguritanis ſupplicium ſumptum fuiſſet. Cum omnem ferarum, ac ſerpentum genus. uere inquam ſumendum fuerat ſupplicium magis, q̃ quærenda uictoria de his hoſtibus, qui omnem ferarum, & ſerpentum immanitatem ſuperarunt cũ natos uentri mandarint, pro quibus tutandis, ſerpentes, & feræ ſpiritum effundere non dubitant. Comparatione. Si quis ferarum, & ſerpentum feritatem cum horum immanitate comparauerit. Proprio ſpiritu chariora. Qui pro filiis mori non dubitãt certo tempore.

ASCENSIVS.

HORVM &c. Impietas execrabilis, id eſt cum execratione deteſtanda Caliguritanorum populorum in Hiſpania ſupergreſſa eſt. i. ſuperauit in conſimili facinore, trucem. i. atrocem pertinaciam horum. ſ. iam dictorum Numantinorum. Qui. ſ. Caliguritani quo. i. ut præſtarent perſeuerãtius. i. cum maiore perſeuerantia, cineribus Sertorii interempti. ſ. a Perpenna fidem. i. fidelitatem fruſtrantes. i. fruſtrando, aut dum fruſtrarentur obſidione Cn. Pomp. uerterũt uxores ſuas, & natos. i. filios ad uſum nefariæ dapis, quia nullum animal ſupererat, id eſt manſerat, aut relictum erat in urbe eorum. Quoq;, id eſt & quo iuuentus ar-

OLIVERIVS.

VACEMVS nunc negocio. agitur hoc cap. de teſtamentis quæ cum reſcindi poſſent, remanſerunt, & contra quæ rata uiderentur & legitime condita, reſciſſa fuerunt. Quod actorũ eſt hominis. Teſtamẽtis nõ ſolũ uoluntates, ſed hominum quoq; acta multa referuntur. Ergo actorum hominis. Actuum humanorum. Nam hoc negocium ad acta hominum ſpectat. Vltimi temporis. Quia in exitu uitæ, ut plurimum teſtamenta conduntur. Quæue aliud teſtamentorum genus. cum ſpe magna fruſtrati ſunt, qui ſe hæredes conſtitutos ſæpe credidere. nã per octo dies teſtamenta occluſa ſeruabantur. Ordine quo propoſui. Vt teſtamentorum exempla ponat eorum primo, quæ legitime facta reſciſſa fuerunt.

Teſtaměta rata aut reſciſſa

ASCENSIVS.

VACEMVS nunc, ideſt deinceps in proxima narratione, negocio, quod eſt, & id eſt ſimul præcipue curæ, & ultimi temporis actorum hominis, id eſt, quæ homo agit in hac uita hoc eſt teſtamento, ſeu ſupremæ uoluntati. Et conſyderemus, quæ teſtamenta, aut reſciſſa ſunt, id eſt reuocata, & pro nihilo habita, facta legitime, id eſt quamuis eſſent legitime facta, aut quæ manſerunt rata, id eſt firma, & ſtabilia cum poſſent reſcindi, id eſt diſſolui, & pro irritis haberi merito. ue pro uel, quæ teſtamenta tranſtulerunt honorem hęreditatis ad alios, q̃ qui expectabant ſupp. eam. atq; ut exequar, ideſt enarrem ea, ſcilicet genera teſtamentorum, ſup. eo ordine, quo propoſui.

OLIVERIVS.

MILITANTIS In litera per ſe ſatis patet hiſtoria nõ enim patris, neq; filii propter ignobilitatem nomen imponitur. Peractis ſtipendiis, Finita militia, hoc eſt confecto bello. Errore patris. Qui filium in acie cecidiſſe credebat. Impudentia amicorum. Qui bona uſurpauerant, nec pudebat eos excluſiſſe filium. In aduerſo corpore, ſcilicet hoſti oppoſito ſignificat illum non aufugiſſe.

caſtris nuncium accepiſſet, aliis hæredibus ſcriptis deceſſit: peractis deinde ſtipendiis, adoleſcens domum petit: errore patris, impudentia amicorum domum ſibi clauſam reperit. Quid enim illis inuerecundius? florem iuuentæ pro Repub. abſumpſerat maximos labores, & plurima pericula tolerauerat aduerſo corpore exceptas oſtendebat cicatrices & poſtulabat, ne auitos eius lares otioſa ipſi vrbi onera poſſiderent. Itaq; depoſitis armis, coactus eſt in foro togatam ingredi militiam acerbe: cum improbiſſimis enim hæredibus de paternis bonis apud centumuiros contendit: omnibuſq; non ſolum conſiliis, ſed etiam ſententiis ſuperior diſceſſit.

DE FILIO M. ANCI CARSEOLANI EQVITIS ROMANI.

Item M. Anci Carſeolani ſplendidiſſimi equitis Romani filius, a Suffenate auunculo ſuo adoptatus, teſtamentum naturalis patris, quo præteritus erat apud cētumuiros reſcidit, cum in eo Tullianus Pompeii magni familiaris, ipſo quidem Pompeio ſignatore, hæres ſcriptus eſſet: itaq; illi in iudicio plus cum excellentiſſimi viri gratia, q̄ cum parentis cineribus negocii fuit: cæterum quamuis vtraq; hæc aduerſus ſe nitebatur, tamen paterna bona obtinuit. Nam L. quidem Sextilius & P. Popilius, quos M. Ancus ſanguine ſibi coniunctos eadem ex parte, qua Tullianum hæredes fecerat, ſacramento cum adoleſcentulo cōtundere auſi non ſunt: tametſi præcipuis eo tempore magni viribus ad defendendas tabulas teſtamenti inuitari poterant: & ſi aliquantulum adiuuabat hæredes, ꝙ M. Anci filius in Suffenatis familiam, ac ſacra tranſierat, ſed actiſſimum inter homines procreationis vinculum, patris ſimul voluntatē, & principis autoritatem ſuperauit.

aufugiſſe. Cicatrices, obductorum uulnerum ſigna. Ocioſa urbi onera. ſignificat eos ignauos, & inutiles, qui patriæ ſuæ oneri magis, q̄ honori eſſent. Togatam militiam. Diſceptationem controuerſiam, ut in foro apud iudices de paternis, bonis, & hæreditate diſceptaret. Apud centumuiros. Erat centumuirale iudicium. nam ex.xxxv. tribubus, quot, ſcilicet erāt in urbe Rom. terni deligebātur ex unaquaq; iudices, & quamuis plures eſſent centum, tamen centumuirorum nomen retinuerunt. horum unus haſtam tenebat præcipuum iudiciorū ſignum, unde centumuiralis haſta legitur in Suetonio. Dicit enim Auguſtus actor, & aliarum rerū fuit in quis ne acta ſenatus publicarentur, ne magiſtratus diſpoſito honore ſtatim in prouincias mitterentur, ut pro conſulibus ad mulos, & tabernacula, quæ publice locari ſolebant, certa præmia conſtituerentur, ut cura ærarii a quæſtoribus urbanis ad prætorios ꝑtore ſue trāſiret, ut centumuiralem haſtam quam quæſtura functi ſolebant gerere decemuiri gererent. haſta enim ut ait Feſtus Pomp. ſignum præcipuum eſt, unde & haſtæ ſubiiciebant, quæ publice uenundabant centumuiraſia iudicia, idem dicit appellata eſſe a centumuiris, qui ex tribubus.xxx. & quinq;, ut diximus, quæ & curiæ ſunt dictæ diligebantur ad iudicandum, qui cētumuiri ſunt appellati.

ASCENSIVS.

MILITANTIS &c. Pater cuiuſdam militātis, id eſt in militia actu exiſtentis, cum accepiſſet ex caſtris falſum nuncium de morte filii deceſſit, id eſt mortuus eſt, aliis hęredibus ſcriptis, id eſt poſtquam alios ſcripſerat hæredes. Deinde ſtipendiis peractis, id eſt expleto tempore militię, unde ſtipendiū acceperat, adoleſcens petiit domum & ſup. reperit domū quæ patris fuerat, clauſam ſibi errore patris, qui ꝙ eum mortuum putarat, alios hæredes ſcripſerat, & ſup. impudentia amicorum, id eſt eorum, qui ſe patris amicos geſſerant, & propterea ab eo hæredes inſtituti erant, qui in hoc impudentes erant, ꝙ quæ pater per errorem fecerat, rata fore uolebant. Quid enim inuerecūdius illis, ſcilicet amicis ſaltem nomine? (Quia dicere poterat, Amici mei, & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt, &c.) Adoleſcens ſup. abſumpſerat, id eſt attriuerat florem iuuentæ. (Non ergo diſcernit, ut prius monui inter iuuentam, & adoleſcentiam) pro republica & tolerauerat maximos labores, & plurima pericula, & oſtendebat cicatrices, id eſt ueſtigia uulnerum, exceptas ſup. in pectore aduerſo, id eſt hoſtibus obiecto non in tergo, & poſtulauit, id eſt equiſſime petiit, ne ipſi onera ocioſa urbi, id eſt qui homines ocioſi erant onera ipſi urbi (quia abſumebant, & nihil lucrabantur. fruges, ut Flaccus dicit. conſumere nati) poſſiderent lares eius auitos, id eſt quos pater ab auo iure hæreditario, acceperat, & ita maior uis eſt poſtulationis, ꝙ auiti erant q̄ ſi paterni modo fuiſſent. qua enim lege pater eos acceperat, a patre ſuo debebat eos derelinquere filio, cum maior ſit unicuiq; libertas legandi a ſe parti. Itaq;. id eſt & ita, quia maxima illi fiebat iniuria, coactus eſt depoſitis armis, quibus accinctus eſt bello redierat, & nefas erat in iudicium prodire armatum, ingredi militiam togatam, id eſt litem, quæ eſt ſpecies militiæ, & concertatio quædam in foro, ſcilicet iudiciali, & contendit acerbe de bonis paternis apud centumuiros, id eſt iudices talium cauſarum acerbe dicit. Enim pro quia, cum hæredibus improbiſſimis. & diſceſſit ſuperior, id eſt potior in cauſa & uictor omnibus non ſolum conſiliis (quia prius q̄ ſententiā ferrent monuerant centumuiri amicos illos paternos, ut ab iniqua uendicatione hęreditatis alienæ deſiſterēt, ſed noluerunt conſiliis acquieſcere, unde addit) ſed etiā ſententiis, ſcilicet iudicum.

OLIVERIVS.

ITEM M. Annæi. Reſciſſionem huius teſtamenti difficiliorem faciebat autoritas Pōpeii, qui Tullianum ſibi familiaritate coniunctum, & hæredem teſtamento conſcriptum apud cētumuiros, & gratia, & opibus atq; etiam oratione defendebat plus ergo laboris fuit legitimo filio hæreditatem petenti, cum Pomp. autoritate certare, q̄ cū patris, qui eum teſtamento præterierat uoluntate contendere, utrunq; tamē ſua uirtute, & audatia ſuperauit. Nam L. Sextilium, & M. Popiliū cohæredes conſcriptos coegit, ut uel iurarent uerum, uel ſe iuraturū falſum, idq; probaturum, qui ſacramento cum adoleſcēte contendere nō ſunt auſi. Quo præteri. pater eum teſtamento præterierat, quia in aliā familiam tranſierat. Ipſo Pomp. ſignatore hoc magis mirum fuit teſtamētum fuiſſe reſciſſum, ꝙ eius ſignator fuerat Pompeius. Teſtamēta ſeptem teſtibus præſentibus cōdebātur, & eorū quiſq; ſuum teſtamento ſignum imprimebat, aperiri autem non licebat niſi octaua poſt mortē teſtatoris die. Hæc utraq;. patris uoluntas & Pompeii gratia. Sacramento contendere non ſunt auſi. Quod iniuria exhæredatus eſſet, ſic enim aſſerebat adoleſcens. petebat ergo, ut uel illi iurarent uerum, uel ſe iuraturū falſum idq; probaturum, hoc eſt teſtamētum non bene fuiſſe inſtitutum. Tranſierat in familiam. Per adoptionem. Et ſacra. Quia ſacris eius in quam familiam tranſibant iniuabantur.

M. An. F. teſtō ꝑteritꝰ

Signato teſtamentorum

ASCENSIVS.

ITEM filius M. Anci (alii Annæi ſcribūt) Carſeolani ſplendidiſſimi equitis Rom. adoptatus a Suffenate auunculo ſuo reſcidit, id eſt irritum fecit apud centumuiros teſtamentum patris naturalis, qui ipſum genuerat (ſed quia fratri adoptandum dederat, ipſum in teſtamento præterierat) quo, ſcilicet teſtamento erat præteritus, id eſt prætermiſſurus, & non inſcriptus ſaltem ex legitima portione hæres. Cum Tullianus familiaris Pomp. magni ſcriptus eſſet hæres in eo. ſ. teſtamento paterno, ipſo quidē Pompeio ſignante, id eſt ut dicunt notario. Itaq; plus negocii fuit illi, ſcilicet filio Marci, in iudicio cum gratia uiri excellētiſſimi, ſcilicet Pomp. qui apud iudices, & uniuerſum populum plurimum ualebat, q̄ cum cineribus parentis, id eſt plus illi obſtitit autoritas, & gratia Pompeii pro Tulliano familiari ſuo aduocantis, quam uoluntas ultima patris, qui ipſe prætermiſſo alium hæredem inſtituerat. Cęterum. i. ſed ipſe obtinuit, ſcilicet in iudicio bona paterna, q̄uis utraq; hæc, ſcilicet duo iam dicta, ſcilicet gratia Pōpeii, & ultima uoluntas patris nitebantur, id eſt militabant contra ſe.

(Si non eſſet contra ſe, ſed contra eum, inciperem ordinem ſic cæterum quanq̃ hæc &c. tamen. &c. Nunc uero cogimur. illud tamen prętermitterem, quod Valla alias quoq; prætermittẽdum docuit). Nam quidem L. Sextilius, & publius Popilius (q. d. ut ut taceam de Tulliano) quos Marcus Ancus (aut ut alii legunt Annæus) coniunctos ſibi ſanguine, id eſt eo ꝙ eſſent coniuncti ſibi ſanguine, fecerat hęredem, hoc eſt ex triente, non ſunt auſi contendere cum adoleſcentulo ſacramento, id eſt per ſacræ rei inuocationem iuramento, ſe ui delicet legitime inſtitutos, & filium merito, aut iuſte præteritum tametſi ipſi poterãt inuitari .i. allici, & incitari ad defendẽdas tabulas teſtamenti uiribus magni, ſcilicet Pompeii, præcipuis .i. quæ uires Magni erant præcipue eo tempore. & ſi, ideſt q̃q̃ etiam ſup. illud adiuuabat aliquantulum hęredes, ꝙ filius M. Anei tranſierat in infamiã. & ſacra, ſcilicet familiaria Suffenatis, & ita per adoptionem uidebatur a patre alienatus, & ab eo merito preteritus. Sed uinculũ, id eſt neceſſitudo procreationis, ideſt generationis arctiſſimum inter homines (quia pater, & filius quodammodo unũ ſunt uſq; adeo, ut poſſeſſio perfectionem iuris putetur in filio non addita, ſed continuata, iuxta illud, Mortuus eſt pater, & non eſt mortuus, ſimilem enim ſui reliquit, &c.) ſuperauit, ideſt uicit iudicio ſimul uoluntatem ſcilicet ſupremam patris, & autoritatem principis, ſcilicet ciuitatis Romanæ, uidelicet Cnæi Pomp. ab aduerſariis eius ſtantis. THEOPHILVS.

¶ SACRA. Gentilicia. quæ ſuæ cuiuſq; gentis erant propria, quemadmodum Fabiorũ de quibus Liuius in obſidione Capitolii. ea ſequebantur hæredem, inde illud Plau. Hęreditas te ſine ſacro.

OLIVERIVS.

¶ CAIVM autem tectium. Crudelis pater infantem filium legitime ſuſceptum hæreditate priuauerat, nulla intercedente exhæredandi, honeſta cauſa, neq; enim puer infans patrem offendere potuit. Auguſtus hanc patris iniquitatem non tulit. nam Tectiũ filium, ſic enim appellabatur ex Petronia matre legitime procreatum, paternis bonis ſuccedere iuſſit, quia Tectius pater animum paternum penitus exuiſſe uidebatur erga filium quẽ ex ea uxore procreauerat, quæ fuerat illi, quoad uixit ſemper matrimonio coniuncta. Caium autem Tectium. Antiqui filios ut plurimũ de nomine patrum appellabant. Patris patriæ animo uſus. laudat hoc decretum Val. animo inquit patre patriæ digno uſus eſt Auguſtus, qui ſe Tectio uerum patrem præſtitit, iniqui patris teſtamentum reſcindendo.

ASCENSIVS.

¶ CAIVM &c. Autem, id eſt ſed diuus Augu. ſcilicet Octauius inter deos etiam uiuens per adulationem deputatus iuſſit decreto ſuo C. Tec. exhæredatum a patre, ſcilicet ſuo infantem, id eſt cum adhuc eſſet infans natum Petronia matre, quam Tectius habuerat in matrimonio quoad uixit, non habiturus, ſcilicet eam, ſi adulterio pollutam putaſſet, iuſſit dico ire in bona paterna, uſus, ſcilicet in ea re animo, ideſt affectione patris patrię, quoniam Tectius abrogauit, id eſt exuerat nomen paternum, cum ſumma iniquitate in proprio filio procreato iure, id eſt legi

DE TECTIO FILIO TECTII.

C. autem Tectium infantem a patre exhæredatũ Petronia matre, quam Tectius quoad vixit in matrimonio habuerat, natum: diuus Auguſtus in bona paterna ire decreto ſuo iuſſit: patris patriæ animo vſus: quoniã Tectius in proprio iure procreato filio ſumma cum iniquitate paternum nomen abrogauerat.

DE SEPTICIA.

Septicia quoq; mater Trachalorum Ariminenſium filiis irata, in contumeliam eorum, cum iam parere non poſſet, Publio ſeni admodum nupſit: Teſtamento etiam vtroq; præterito: a quibus aditus diuus Auguſtus, & nuptias mulieris, & ſuprema iudicia improbauit: nam hæreditatem maternam filios habere iuſſit dotem: quia non creandorum liberorum cauſa coniugium intercesserat, virum retinere vetuit. Si ipſa ęquitas hac de re cognoſcere potuiſſet iuſtiuſne aut gratius pronunciaret? ſpernis quos genuiſti: nubis effœta: teſtamenti ordinem violento animo confundis: neq; erubeſcis ei totum patrimonium addicere, cuius polluto iam corpori marcidam ſenectutem tuam ſubſtrauiſti: ergo dum ſic te egeris, ad inferos vſq; cæleſti fulmine afflata es.

DE C. CALPHVRNIO PISONE.

Egregia quoq; C. Calphurnii Piſonis præfecti vrbis conſtitutio: cum enim ad eum Terentius ex octo filiis, quos in adoleſcentiam perduxerat, ab vno in adoptionem dato exhæredatum ſe quærelam detuliſſet: bonorum adoleſcentis poſſeſſionem ei dedit, hæredeſq; lege agere paſſus non eſt. Monuit profecto Piſonem patria maieſtas, donum vitæ, beneficium educationis: ſed aliquid etiam ipſum flexit circunſtantium liberorum numerus, ꝙ cum patre ſeptem fratres impie exhæredatos videbat.

ſimo matrimonio. OLIVERIVS.

¶ SEPTICIA quoq; matre. Septicia duos genuerat filios, quibus irata duplici onerauit iniuria, altera ꝙ iam anus Publio ſeni admodum nupſit; illoſq; deſtituit, altera ꝙ utrunq; teſtamento præterit. Auguſtus re cognita, & nuptias improbauit, & teſtamentum reſcindit, filios matris hæredes eſſe uoluit, quod ęquiſſimum fuit. Teſtamento pręterit. Quantum in ea fuit hęreditate priuauit. Extrema iudicia. Teſtamentum in quo ultimum hominis iudicium, & uoluntas continetur. Improbauit. damnauit, uituperauit. Non cauſa liberorum. Sed ira in filios. Si ipſa equitas. Laudat hoc iudicium Vale. dicens, nec ipſam quidem iuſtitiã, ſi id quip poſſet rectius, fuiſſe iudicaturam. Spernis quos genuiſti. Verba ponit, quibus æquitas uteretur aduerſus hanc mulierem, ſi loqui poſſet, uel ſunt Auguſti uerba mulierem iſtam dãnantia. Effœta. partu ex hauſta. Polluto corpori. Libidine inquinato qui alias uxores habuiſſet. Cæleſti ful. Si uero Auguſti iudicio, quod fulmen appellauit quia in terris. ut ſępe diximus, pro deo habitus & cultus eſt. ASCENSIVS.

¶ SEPTICIA quoq; mater Trachalorum Ariminenſiũ irata filiis iam dictis nupſit in contumeliam eorum .i. filiorũ ſuorum, cum iam non poſſet parere Publio admodũ ſeni, utroq; etiã præterito teſtamento, a quibus, ſcilicet duobus filiis eius diuus Au. aditus, ſcilicet ad auxilium contra iniuriam maternam ferendum improbauit & .i. ſimul nuptias mulieris, quia in fraudem filiorum nupſerat, & iudicia ſuprema, id eſt ultimã uoluntatem eius, quam improbauit, quia iniquam, & delyrantis anus eſſe cenſuit. Nam iuſſit filios habere hæreditatem maternam, & uetuit uirum retinere dotem (licet teſtamento id uoluerat mulier) quia coniugiũ non intercesserat cauſa liberorum creandorum. Si ipſa ęquitas potuiſſet cognoſcere, ideſt habere cognitionem, & ius iudicãdi de hac re, pronunciaret, ne iuſtius, aut gratius, uel ut alii legũt, grauius, q̃ ſup. Auguſt. quaſi dicat minime. Nam dicere potuit Aug. aut æquitas ipſa. Tu o mulier ſpernis, quos genuiſti, & nubis effœta, id eſt exhauſta omni fœcunditate, & confundis animo uiolento id eſt uehementer, in filios infeſto ordine teſtamenti, in quo filiis merito primi ſcriberentur a matre, neq; erubeſcis adiicere totum patrimonium, ſcilicet tuum ei. cuius corpori polluto, ſcilicet a ſitu, & obſcœnitate tua, tu ſubſtrauiſti ſenectutem tuam, id eſt te anum marcidam, ideſt carioſam, & corruptam. Ergo dum, ideſt quandoquidem tu egeris, ideſt geſſeris te ita, hoc eſt tam improbe, tu afflata es, id eſt proſtrata fulmine cæleſti, aut Auguſti, aut potius (quia Auguſti uerba ſunt) Iouis uſq; ad inferos.

OLIVERIVS.

¶ EGREGIA C. quoq; Cal. Calphurnius prætor impietatem filii cuiuſdam teſtamenti reſciſione correxit. Cum enim pater nomine Terentius qui filios octo produxerat, ex his unum in adoptionem dediſſet, is patri uelut iratus, quod abdicaſſet eum moriens, adhuc ſuperſtite patre, nec ipſum, nec fratrum quenquam reliquit hæredem. Calphurnius prætor audita patris cauſa, qui de impietate filii grauiter conquerebatur, irritum iuſſit illud eſſe teſtamentum.

DE GENVTIO QVODAM.

Quid Mamerci Aemilii Lepidi conſulis q̃ graue decretum? Genutius quidam, matris magnæ Gallus a Cn. Oreſte prætore vrbis impetrauerat, vt reſtitui ſe in bona Neniani iuberet, quorum poſſeſſionem ſecundum tabulas teſtamenti ab ipſo acceperat, appellatus Mamercus a Surdinio, cuius libertus Genutium hæredem fecerat: prætoriam iuriſditionem abrogauit, ꝙ diceret Genutium amputatis ſui ipſius ſponte genitalibus corporis partibus, neq; virorum, neq; mulierum numero haberi debere: conueniens Mamerco, conueniens principi ſenatus decretum, quo prouiſum eſt ne obſcœna Genutii præſentia, inquinataq; voce tribunalia magiſtratuum, ſub ſpecie periti iuris, polluerentur.

DE VETVLIO LENONE.

Multo Q. Metellus prætorem vrbanum ſeueriorem egit, q̃ Oreſtes geſſerat: qui Vetilio Lenoni iuueni bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas teſtamenti non dedit: quia vir nobiliſſimus & grauiſſimus, fori ac lupanaris ſeparandam conditionem exiſtimauit: Nec aũt factum illius comprobare voluit, qui fortunas ſuas in ſtabulum contaminatum proiecerat: aut huic tanquam integro ciui iura reddere, qui ſe ab omni honeſto vitæ genere abruperat.

teſtamentum. nam uoluit Calphurnius hoc iudicio teſtari quantum parentibus debeant filii, qui geniti, quiq; educati fuerint. Egregia conſtitutio. nobile iudicium. Produxerat. genuerat, & educauerat. Exhæredatum. hæreditate priuatum, quia moriens filius patrem non ſcripſerat hæredem. Lege agere hoc loco ſe legibus tueri, & hæreditatem ſecundum leges adire. Patria maieſtas. quia filius patri omnia debet, ne igitur paterna uiolaretur maieſtas, patrẽ hæredẽ eſſe iuſſit. Donũ uitę. quod a patre accepiſſet: quo nihil maius hominũ eſſe poteſt, niſi bñ eſſe. qḋ niſi naſceret cõſequi nõ poſſet. Beneficium educationis. ꝙ eum ad adoleſcẽtiam uſq; educaſſet. ASCENSIVS. ❡EGREGIA quoq; ſupp. fuit conſtitutio C. Cal. Piſonis pręfecti urbis hoc eſt Romę cũ enim. Terent. detuliſſet ad eum querelam, qua, ſcilicet querebatur ſe exhæredatum ab uno ex octo filiis, quos produxerat in adoleſcentiam, dato in adoptionem, ſcilicet in alienam familiã quæ forte illi erat ratio, ꝙ patrẽ exhæredauerat. (Nam notum eſt ſi filii ſine liberis decedãt, bona eorum ad parentes peruenire, & ſi parentes non habeant, ad fratres aut alios hęredes proximos, idq; etiã ab inteſtato,) & ideo Piſo dedit ei, ſcilicet Terentio patri poſſeſſionem bonorum adoleſcentis, & non eſt paſſus hæredes agere lege, quæ uult ultimas uoluntates debere ratas haberi profecto maieſtas patria, id eſt paterna, donum uitæ, quod filii ſecundum Deum a patre accipiunt, beneficiũ educationis monuit Piſonẽ ad iudicandum ſecundum patrem. Sed etiam aliud flexit, ſcilicet ipſum Piſonem in fauorem patris, uidelicet numerus liberorum circunſtantium, quos, ſcilicet pater ſecum in iudicium adduxerat, ꝙ uidebat ſeptem fratres exhæredatos impie cum patre.

THEOPHILVS.

❡PISONIS. Ianus Parrhaſius epiſtola quadam ſcriptum reliquit, hũc eſſe Piſonem, qui Tiberii principatu cuſtos pręfectuſq; fuit urbis, de quo Suetonius in Tiberio. Cum Pomponio Flac. & L. Piſone noctem continuam, ꝙ biduũ epulando, potandoq; conſumpſit. Fl. item Ioſeppus. Q. uoq; ad Piſonem duceretur, qui tum cuſtos erat urbis. Senec. epiſtolarum .xii. L. Piſo urbis cuſtos ebrius, ex quo ſemel factus fuit, maiorem partem noctis in conuiuio exigebat &c. Plin. na. hiſto. xiii. hunc ipſum Piſonem curatorem uocat urbis, unde ſatis conſtat urbis præfectũ cuſtodemq;, & curatorem eundem fuiſſe magiſtratum, ut ipſe Parrhaſius affirmauit in Papinii Syluula ad Rutilium Gallicum. proinde pronomen G. licet emendes L.

OLIVERIVS.

❡QVID Mamerci. Genutius quidam cybeles ſacerdos a liberto Surdonii cuiuſdam fuerat hæres teſtamento relictus Cn. Oreſtes prætor urbis teſtamentum illud probauerat, & Genutium hęredem adire iam iuſſerat, cum Surdinius indignitatem non ferẽns huius rei querelam ad Mamercum conſulem detulit, qui abrogata iuriſditione prætoria Surdinium hæredem eſſe uoluit. indignum & iniquum eſſe exiſtimans hominem, qui neq; ſe uirũ, neq; fœminam amputatis uirilibus præſtitiſſet, cuiuſpiam bonorum eſſe participẽ. quinetiam repulit illum a tribunali, ne fracta uoce, turpiq; præſentia pollueretur. Magnæ ma. Cybeles, quæ magna mater, hoc eſt deorum omnium mater dicebatur, cuius ſacerdotes Galli ſunt appellati, qui ſeipſos euirabant, Ouid. Faſt. l. iiii. Cur igitur Gallos, qui ſe excidere uocamus. huic etiã ludi erant conſtituti, quæ megaleſia uocabantur Ouid. in eo. lib. Inſtiteram quare primi megaleſia ludi Vrbe forent, noſtra, tum dea ſenſit enim. Gallus. ſacerdos magnæ matris euiratus. Neq; uir. ne. mu. Galli abſciſſis genitalibus nec inter fœminas connumerari poſſunt. non igitur hominum hæredes eſſe poſſunt, uel certe debent, cũ inter homines cenſeri non poſſe uideantur. Cõueniens. laudat Memerci iudicium. Inquinata uoce eſt, quia Galli rauca uoce loquebantur. Iuue. & fracta uoce loquendi.

ASCENSIVS.

❡QVID ſup. dicis q̃. i. quantum graue ſupple fuit decretum Mamerci Æmilii Lepidi conſulis? q. d. fuit nimirum grauiſſimum. Nam Genutius quidam Gallus, id eſt ſacerdos matris magnæ, ſcilicet Cybeles, impetrauerat a Cn. Oreſte prætore urbis, ut iuberet reſtitui in bona Neniani, quorum, ſcilicet bonorum poſſeſſionem acceperat ſecundum tabulas. i. inſtrumenta teſtamenti, ab ipſo ſcilicet Neniano. Mamercus appellatus. i. per appellationem, ut iudex aditus a Surdinio, cuius libertus fecerat Genutium hæredem, abrogauit, id eſt reuocauit, & antiquauit, ac improbauit iuriſditionem pręt oriam ꝙ diceret Genutium amputatis ſponte partibus genitalibus, id eſt uirilibus corporis ſui ipſius, neq; debere haberi in numero uirorũ, neq; in numero mulierum. Decretũ ſupple illud fuit, cõueniens Mamerco, & conueniens fuit principi ſenatus, ſcilicet eidem Mamerco. quo, ſcilicet decreto eſt prouiſum, id eſt cautum ne tribunalia magiſtratuum polluerentur ſub ſpecie periti iuris obſcœna, id eſt turpi præſentia, & inquinata uoce, quia effœminata, culpa ipſius Genutii, qui ſeſe caſtrauerat.

OLIVERIVS.

❡MVLTO Q. uin. Metel. Q. Metel. prętor urbanus grauiori ſeueritate uſus eſt in teſtamentorum iudiciis, q̃ Oreſtes. nam ille Gallum hæredem comprobauit, hic Lenonem ab hæreditate deiecit. nam iuuenis quidam Vetilium Lenonem hæredem conſtituerat, Metellus longe differre forum a lupanari exiſtimãs, ut in foro teſtamentum probaretur, in quo Leno ſcriptus eſſet hæres teſtatoris factum improbauit, qui bona ſua uoluiſſet Lenoni relinquere a meretricibus deuoranda, aut per ſummum luxum, atq; libidinem dependenda. Itaq; noluit Metel. teſtatoris uolũtatem comprobare, qui tam temere teſtatus eſſet, nec Lenoni ius reddere, qui ſe ab omni dignitate, & honeſtate abdicaſſet. Prætorem ur. nõ eſt ſuperfluum, ꝙ dixit urbanum, quia erant etiam prætores prouinciarum. Separandam fo. & lupa. conditi. Cum enim in foro a prætoribus teſtamenta probarentur, non illi dignum eſſe uidebatur, ut de Lenone hærede conſcripto ageretur in foro, cuius nomen in lupanaribus tantummodo celebraretur. ergo exiſtimauit longe forum lupanari differre. Qui fortunas ſuas in ſtabulum. quia Lenonem reliquerat hæredem, qui uiuebat in lupanari, quod reuera ſtabulum dici poteſt, quia loca fœtida, & immunda ſemper ſunt lupanaria. Tanquam integro ciui. non plene ciuis eſſe uidetur leno, qui contempto morali & honeſto uiuendi genere, ſe turpiſſimæ obſcœnitati, & quaſi ferinæ uitæ ſubiecerat.

ASCENSIVS.

❡MVLTO &c. Et. Q. Metellus egit, id eſt geſſit ſe prætorem urbanum multo ſeueriorẽ, q̃ Oreſtes, ſcilicet Cn. iam dictus geſſerat, qui non dedit Vetilio Lenoni, id eſt meretricum inſtitori, & ex eo quæſtu uictitanti, pſſeſſionem bonorum iuuenis, ſcilicet cuiuſdam defuncti, ſecundum tabulas, id eſt inſtrumenta legiti-

me conſcripta, teſtamenti, ſcilicet ipſius iuuenis, qui Lenonem hæredem reliquærat. Quia uir nobiliſſimus, & grauiſſimus uidelicet Metellus exiſtimauit conditionem fori, ſcilicet iudicialis & lupanaris, id eſt domus meretriciæ, ac proſtibuli eſſe ſeparandam, ita ut noncontinuo, qui primas partes in lupanari habebat, eaſdem in iudicio haberet. nec uoluit, aut comprobare factum illius, ſcilicet iuuenis defuncti, qui proiecerat fortunas, id eſt diuitias ſuas in ſtabulum contaminatum, id eſt proſtibulum, hoc eſt legauerat eas Lenoni, aut reddere huic, ſcilicet Lenoni, qui abruperat ſe ab omni genere uitæ honeſto iura. ſcilicet ciuitatis Rom. per quæ legitime hæredes conſtituti hæreditatem adhibant, tanq̃ ciui integro, id eſt tanq̃ eſſet ciuis incorruptus, cui hæreditas haud dubie reddenda fuiſſet.

OLIVERIVS.

HIS reſciſſorũ Narrat nũc Valerius de teſtamentis, q̃ rata manſerunt cum legitimas cauſas haberent cur ſcindi poſſent. Cum certe ex lege conſtat, furioſo, & inſano teſtari non licere. Cice. lib. i. ad Herennium, lex eſt, inquit, ſi quis furioſus & inſanus extiterit, agnatorum, gentiliũq; in eo pecuniaq; eius poteſtas eſto. Tuditanus ciuis Roma. multa furoris & inſaniæ teſtimonia dederat, quippe qui pecuniã populo diſſeminaſſet, qui togam, uel ſyrma per forũ traxiſſet, aliaq; multa dementię ſigna feciſſet. eius tamen teſtamentum, quo filium hæredem reliquit, cum iure reſcindi potuerit, ac T. Longus eius agnatus reſcindere tentarit, ratum permanſit. iudices enim non teſtatori, ſed teſtamẽti rationem habendam cenſuerunt, ꝙ eſſet filius hęres iure cõſtitutus. Populo nummos, id eſt pueros cõgregabat & illis nummos colligendos ſpargebat. Velut tragicam ueſtem. quæ tragico conueniret, nam longum ſyrma trahebat ab humeris demiſſum.

Haſtæ iudicio. Centumuirali iudicio. Ci. in oratione de lege Agraria contra Rullum dicit, primum cauſa Po. Rom. hęreditatem decemuiri iudicent, cum uos uolueritis de priuatis hęreditatibus centũuiros iudicare. ergo haſtę iudicio centumuirali iudicio. Quod ſcriptum eſt. magis teſtamenti, quam teſtatoris rationem habere uoluerunt.

menium T. Longus proximus ei, ſcilicet Tuditano ſanguine, conatus eſt, fruſtra, quia nihil effecit ſubuertere, id eſt irritum facere, iudicio haſtæ, id eſt centumuirali, qui bonorum poſſeſſiones cognoſcebant, & ſub haſta interdum uendentes pronunciabant. Enim pro quia centumuiri exiſtimauerunt, id eſt cenſuerũt magis inſpiciendum, quod ſcriptum eſſet in tabulis, ſcilicet teſtamentariis, quia iuſtum & equũ erat ut filius patri licet furioſo ſuccederet, q̃ quis ſcripſiſſet eas quia furioſus, cui teſtamenti faciendi ius nullum erat. Si autẽ teſtamentum reſciſſum fuiſſet, filium uelut ab inteſtato duntaxat ad partẽ hæreditatis admiſſus fuiſſet, & ita Lõgus cohęres fuiſſet.

OLIVERIVS.

VITA Tuditani demens, Ebuciæ autem. Aliud ponit teſtamentum, quod reſcindi facile potuit, & tamen ratũ permãſit. Ebucia uxor Agrippæ duas filias ex eo matrimonio ſuſceperat, uirtute, & probitate pares hæc moriens alterã ex iis teſtamento defraudauit, cum alteri cũcta ferme bona reliqſſet. hæc Pletonia dicebatur, illa Aphronia. cuius filiis nummos uiginti ex amplo pt̃imonio tantũmodo legauit. nec uoluit Aphronia, cum iure poſſet matris teſtamentum reſcindere. neq; enim matrem affecerat iniuria ulla, qua merito illã exhęredare debuerit, maluit ergo matris iniuriam æquo animo ferre, q̃ lege cum ſorore certare. Ebuciæ. q̃uis Ebucia, dum uixit, nulla dementia damnata fuerit. eius tamen teſtamentum uiſum eſt furore repletum cum nulla interueniente cauſa filiarum alteri ſuam hæreditatis partem teſtamento negauerit. Vllis alterius iniuriis, aut beneficiis. qd' ab altera iniuria, ab altera beneficia recepiſſet. q. d. ꝙ Aphronia illi aduerſa cõtumax q; fuiſſet, Pletonia uero ſemper obſequentiſſima. Sacramento contendere. nam potuit Aphronia apud centumuiros iurare ſe iniuſte exhæredatam a matre.

DE TESTAMENTIS, QVAE RATA MANSERVNT. CAPVT VIII.

HIs reſciſſorum teſtamẽtorum exemplis contenti, attingamus ea quæ rata manſerunt, cũ cauſas haberẽt, propter quas reſcindi poſſent. Quam certæ, q̃ etiam notę inſanię Tuditanus, vtpote qui populo nummos ſparſerit, togamq; velut tragicam veſtem in foro trahens, maximo cum hoĩum riſu conſpectus fuerit, ac multa his conſentanea fecerit, teſtamẽto filiũ inſtituit hæredẽ: quod T. Longus, ſanguine ei proximus, haſtę iudicio ſubuertere fruſtra conatus eſt: magis .n. centumuiri, quod ſcriptum eſſet in tabulis, q̃ quis eas ſcripſiſſet conſiderãdũ exiſtimauerũt.

DE EBVCIA VXORE L. MENENII AGRIPPAE.

Vita Tuditani demens, Ebuciæ autẽ, quæ L. Menenii Agrippæ vxor fuerat tabulæ teſtamenti plenæ furoris. nã cũ haberet duas ſimillimę probitatis filias Pletoniã, & Aphroniã, animi ſui potius inclinatione prouecta, q̃ vllis alterius iniuriis, aut officiis commota, Pletoniam tantummodo hæredem inſtituit: filiis etiã Aphroniæ ex admodũ amplo patrimonio viginti nummos legauit. Aphronia tum cum ſorore ſacramento contendere noluit, teſtamentumq; matris, patientia honorare, q̃ iudicio conuellere ſanctius eſſe duxit: eo ſe ipſam indigniorem iniuria oſtẽdens, quo eam æquiore animo ſuſtinebat.

DE QVINTO METELLO.

Minus mirandũ errorem muliebrẽ Q. Metellus fecit. Is nanq; plurimis, & celeberrimis eiuſdẽ nõis viris in vrbe noſtra vigentibus, Claudiorum etiã familia, quã arctiſſimo ſanguinis vinculo contigebat, florẽte: Carinatem ſolum hæredem reliquit: nec hoc teſtamentum eius quiſquam attentauit.

ASCENSIVS.

HIS &c. Præfatio eſt in alteram ſpeciem teſtamentorum, utpote quæ cum reſcindi poſſent, rata manſerunt. Ordo eſt. Nos contenti his, ſcilicet proxime dictis exemplis teſtamentorum reſciſſorum, id eſt improbatorum, & pro irritis iudicatorum, attingamus ea, ſcilicet teſtamenta, quæ manſerunt rata, cum haberent cauſas, propter quas poſſent reſcindi, id eſt infringi, & irrita cenſeri. Quam, id eſt quantum. q. d. o quantum, aut quantum putas certe q̃. i. quantum etiam notæ, id eſt manifeſtæ inſaniæ, id eſt dementiæ, ens ſup. Tuditanus, utpote, qui ſparſerit populo nummos, & qui fuerit conſpectus cum maximo riſu hominum trahens in foro, ſcilicet rerum uenalium togam, ſcilicet ſuam uelut ueſtem tragicam, id eſt ſyrma, ac fecerit multa, ſcilicet alia inſaniæ opera, conſentanea, id eſt conformia, his, ſcilicet dictis, inſtituit teſtamento filium, ſcilicet ſuum hæredem. quod, ſcilicet teſta-

ASCENSIVS.

VITA Tuditani ſup. fuit demens (cuius tamen teſtamentum fuit laudabile) autem pro ſed tabulæ teſtamenti Ebucię, quę fuerat uxor Lucii Menenii Agrippæ ſupple fuerunt plenæ furoris. Nam cum haberet duas filias ſimillimæ probitatis, id eſt in quibus erat maxima probitas, nec minor in una q̃ in reliqua, uidelicet Pleto. & Aphro. ipſa prouecta potius inclinatione. i. propenſione, ac affectione animi, q̃ commota ullis iniuriis alterius. ſ. Aphro. aut officiis alterius. ſ. Ple. inſtituit tantũmodo, Pleto. hęredẽ, & legauit filiis Aphro. xx. nũmos. ſ. tñmodo ex pt̃imonio admodũ. i. ualde amplo. Aphro. ſ. prætermiſſa, noluit tũc, aut tñ cõtendere cũ ſorore ſacramẽto. ſ. exigendo & dando apud centũuiros, apud quos ſi prætermiſſus iurauerit, ſe nulla culpa ſua prętermiſſum, & ſubſtitutus non auſus ſit contrariũ iurare, teſtamẽtum reſcindebatur. Et duxit eſſe ſanctius, aut ſatius honorare teſtamentũ matris patiẽtia, q̃ conuellere. i. infringere iudicio, oſtẽdens ſeipſam eo. i. tanto indigniorem iniuria, ſcilicet a matre illata, quo, id eſt quanto æquiore animo ſuſtinebat eam.

OLIVERIVS.

MINVS mirandũ errorem muliebrẽ Q. Metel. fecit. In quo uir

DE POMPEIO RHEGINO.

Item Pompeius Rheginus, vir tranſalpinæ regionis, cũ teſtamento fratris præteritus eſſet, & ad coarguendã iniquitatẽ eius, binas tabulas teſtamentorum ſuorum in comitio inciſas, habita vtriuſq; ordinis maxima frequentia, recitaſſet: in quibus magna ex parte hæres frater erat ſcriptus, prælegebaturq; ei centies & quinquagies ſeſtertiũ, multũ ac diu inter aſſentientes indignationi ſuæ amicos quæſtus, quod ad haſtæ judicium attinuit. cineres fratris quietos eſſe paſſus eſt: & erãt ab eo inſtituti hȩredes, neq; ſanguine Rhegino pares, neq; proximi: ſed & alieni, & humiles: vt non ſolum flagitioſum ſilentium, ſed etiam prælatio contumelioſa videri poſſet: æque felicis impunitatis, ſed neſcio an terrioris hæc delicti teſtamenta.

QVI ADVERSVS OPINIONES HOMINVM HÆREDES HABVERVNT. CAPVT IX.

DE Q. CÆCILIO, ET L. LVCVLLO.

QVintus Cæcilius L. Luculli promptiſſimo ſtudio, maximaq; liberalitate, & honeſtũ dignitatis gradũ, & ampliſſimum patrimonium conſecutus, cũ præ ſe ſemper tuliſſet, vnum illum ſibi eſſe hæredẽ moriens etiam anulos ei ſuos tradidiſſet, Pomponiũ Atticum teſtamento adoptauit, omniumq; bonorum reliquit hæredem: ſed fallacis, & inſidioſi cadauer P. R. ceruicibus reſte circundatũ, per viam traxit: itaq; nefarius homo filiũ quidẽ & hæredem habuit, quem voluit: funus autem, & exequias quales meruit.

uir clarus errauit in eo peccare mulierem non eſt mirum, error igitur Q. Me. facit errorem Ebuciæ multo leuiorem. nam cum multos uiros præſtantes, atq; clariſſimos tam Metellorũ, q̃ Claudiorum familia propinquos haberet, Metellus, quos iure, & merito ſibi hæredes ſubſtituere debuiſſet, omnibus prætermiſſis, ſolum Carinatem ſibi familiaritate coniunctum ſcripſit hæredem, nec quiſq̃ cognatorum & affinium teſtamentum illud reſcindere tẽtauit. Claudiorum. nam genus maternũ ducebat a gente claudia. Metellus enim ſuperior Claudiam duxit uxorem, ex qua natus eſt Q. Metel.

ASCENSIVS.

MINVS &c. Q. Met. fecit errorem mulierem, qui fuit in Ebucia minus mirandũ. Nanq; pro quia, is, ſcilicet Q. M. reliquit ſolum Carinatẽ hæredẽ .ſ. bonorum ſuorum & hoc pluri mis, & celerrimis uiris eiuſdem nominis, hoc eſt Met. uigentibus in urbe noſtra, familia etiã claudiorum, quem cõtingebat arctiſſimo uinculo ſanguinis, quia maternũ genus ex ea traxerat, florente .ſ. in urbe Ro. nec quiſq̃ attentauit .ſ. reſcindere, aut oppugnare hoc teſtamentũ eius.

THEOPHILVS.

EIVSDEM nominis Gẽtilibus & Metellis. Nam gentiles ſunt (ut Verrius ait) qui ſimili nomine appellantur. Cincius. Gentiles, inquit mihi ſunt qui nemo nomine appellantur.

OLIVERIVS.

ITEM Pomp. Rhegi. Hic ſatis habuit fratris iniquitatem oſtendiſſe iudicibus. cum enim frater infimę cõditionis homines ſe præterito, ſcripſiſſet hæredes, ipſe uero fratri maximam ſuorum bonorum portionẽ cõtra teſtamento legaſſet, in concionem prodit, fratris iniuriam expoſtulat, duas teſtamẽtorum ſuorum tabulas recitat, quibus fratrem ſcripſiſſet hæredem, centumuiralis haſtæ opem implorat, ne tanta a fratre afficiatur iniuria. cunq; iam centumuiri ad reſcindendum teſtamentum parati eſſe uiderentur, contentus fratris impietatem deſtrinxiſſe, teſtamentum ratum eſſe permiſit. Seſtertium teſte Var. duas libras continet & mediam. nam ita diffinit li. de lingua lati. dipundium & ſemis antiquum eſt ſeſtertium, & ueteris conſuetudinis, ut retro eradicarẽt, ita ut ſemiſquintus, ſemiſquartus, ſemiſtertius pronunciaret, a ſemiſtertius ſeſtertius dictus, hæc ille. ſed dicitur ſeſtertius & ſeſtertium, ſicut dipondius & dipondium. Ad haſtæ iudicium. Ad centumuirale iudicium, ſicut ſupradiximus, noluit fratris teſtamentum infringi. Neq; ſanguine pagano pares. tuſtam oſtendit conqueſtionem fratris, q; non ſolum alienos, ſed nec ruſtico quidem ſanguini comparandos homines fratrũ inſtituiſſet hæredes. Flagitioſum ſilentium. q; frater cum ſilentio pręterierit in teſtamento non mediocre flagitium commiſiſſe uidetur, ſed multo grauior fuiſſe contumeliam, q; illi ſordidos homines pręrulerit. Æque felicis. i. ęque rata manſerunt teſtamenta quæ ſequuntur, q̃uis delictum in his grauius commiſſum fuiſſe uideretur.

ASCENSIVS.

ITEM Pomp. Rhe. uir regionis tranſalpinæ. i. tranſalpes ortus, cum præteritus eſſet teſtamento fratris, & recitaſſet ad coarguendam. i. reprehendendam, & deteſtandam iniquitatem eius, .ſ. fratris ſui binas tabulas teſtamentorũ ſuorũ. i. quę ipſe Pomp. fecerat (nam uiri præſertim alienæ nationis, ne, ſi inteſtati morerentur, eorũ bona fiſco addiſcerẽtur, teſtamenta ſua ſani, & incolumes faciebant, & ſępe innouabant) inciſas in comitio. i. populi congregatione habitis, maxima frequentia utriuſq; ordinis, ſcilicet patricii, & plebei. in quibus, ſcilicet tabulis, frater, ſcilicet eius, a quo præteritus erat, erat ſcriptus hæres ex magna parte, & ſeſtertium centies, & quadragies prælegabatur, id eſt antecæteros ei legabatur hoc eſt anteq̃ alii hæredes quicq̃ acciperẽt, fratri centies, & quadragies ſeſtertium habendũ. (Eſt autẽ ſeſtertium ſingularis numeri, & accuſatiui caſus. Eaq; forma loquẽdi, ideo utitur autor, q; aliaut in eo uocabulo difficile ſit. Nam centum & quadraginta ſeſtertia, minus latine, licet ſatis grammatice diceret, & centum quadraginta ſeſtertium, ut ſit genitiui caſus minus grammatice dixiſſet, q; neutra ſyncopen non admittat) quæſtus, id eſt conqueſtus, multum, ac diu inter amicos aſſentiẽtes indignationi ſuæ, id eſt aſſerẽtes ipſum iuſtam habere indignationem in fratris ingratitudinem quod. i. q̃tum attinuit ad iudicium haſtæ, id eſt centumuirale, paſſus eſt cineres fratris eſſe quietos. i. noluit oppugnare uoluntatem ſupremam iam defuncti & id eſt & tamẽ (unde eleganter utitur particula) hæredes erant ab eo, ſcilicet fratre eius inſtituti, neq; pares ſanguini Rhegino, id eſt multo minus generoſi, q̃ Rhegini ipſi eſſent (unde non aſſentior Oliuerio legẽti pagano, id eſt ruſticano) neq; pximi ſup. eius, ſed & id eſt ſimul alieni, & humiles, id eſt abiecti uiri, ut nõ ſolum ſilentiũ ſup. eius, qui fratrem ſilentio prætererat, poſſet uideri flagitioſum, id eſt increpatione dignum ſed etiam prælatio, ſcilicet alienorum, & humilium poſſet uideri contumelioſa. Æque. paucis aditũ munit ad narrationem de teſtamẽtis, quæ aliis, q̃, qui ea ſperauerant, & meruerant, obuenerunt, quæ præfatio ideo perq̃ breuis eſt q; fere non diſtinctus titulus, ſed eiuſdem tituli tertium ſit membrum. Ordo eſt. Hæc ſcilicet quæ proxime dicam (cum alibi hæc demonſtrare ſolebat prætęrita, aut ſaltem in manibus habita) ſup. ſunt, aut fuerunt impunitatis, id eſt immunitatis a reſciſione æque felicis, ut ſcilicet prædicta, quia reſciſſa non ſunt, ſed neſcio an ſup. fuerint delicti tetriores, id eſt fœdioris, cum maior fuerit impudentia in ſequentium teſtamentorum conditionibus.

OLIVERIVS.

QVINTVS Cæ. L. Luculli. Q. ui Cæcilii teſtamẽtum fuiſ reſciſſione digniſſimũ, q; uir ingratiſſimus duplici Lucullum affeciſſet iniuria. & quod eum teſtamento præteriſſet, cui meritorum multitudine hæreditatem debuerat, & q; ludibrio, quodammodo habuiſſet illum ſibi futurum hæredem omnibus prędicando, ſuos inſuper anulos tanquam futuræ hæreditatis ſignũ offerendo, ac illum Po. Rom. qua potuit pœna ingratitudinis afflixit. nam eius cadauer unco gutturi infixo ad gemonias ſcalas per ora uulgi protrahi iuſſit, ut qualis meruerat exequias haberet. nam cum opes, & dignitates omnes Luculli opera, & liberalitate fuiſſet cõſecutus moriens deinde tanta ingratitudine uſus ut illius oblitus alium ſibi filium teſtamento adoptaſſet, qua non fuit pœna digniſſimus? Præ ſe tuliſſet. oſtendiſſet. eſt uero theſeſis. nam interpoſita eſt ſemper. Cę.ſ Lu cullũ pa rum n.e mor

ASCENSIVS.

QVINTVS. Cæcilius conſecutus promptiſſimo ſtudio, &

maxima liberalitate Lůc. Luculli, & id eſt ſimul, honeſtum gradum dignitatis, & ampliſſimum patrimonium, id eſt peculium, & poſſeſſionem rerum, cum ſemper tuliſſet præ ſe, id eſt geſtu & uultu, & uerbis, ac moribus ſignificaſſet, illum ſcilicet Lucullum unum, id eſt ſolum eſſe ſibi hęredem, & moriens tradidiſſet etiam ei, ſcilicet Lucullo annulos ſuos quibus ſignare contractus ſuos ſolebat adoptauit teſtamento, id eſt in filium, & hæredem aſſumpſit Pompo. Atticum, & reliquit ſup. eum hæredē omniū bonorum, ſcilicet ſuorum. Sed Po. Ro. traxit cadauer ſup. hominis fallacis, & inſidioſi, circundatum ceruicibus, ſcilicet eius teſte, id eſt fune, quo uiliſſima cadauera trahi ſolēt, per uiā ſcilicet pub. uolens ſignificare occultum fuiſſe furem. Itaq; .i. & ita homo nefarius habuit quidem filium, ſcilicet per adoptionem, & hæredem quem uoluit, quia Pompo. Atticum, autem .ſ. ſed habuit funus & exequias quales meruit hoc eſt ignominioſiſſimas.

DE TITO MARIO VRINATE.

Neq; aliis dignus fuit T. Marius Vrinas, qui ab infimo militiæ loco, beneficiis diui Auguſti imperatoris, ad ſummos caſtrenſes honores perductus, eorumq; vberrimis quæſtibus locuples factus, non ſolum cæteris vitæ temporibus ei ſe fortunas ſuas relinquere, a quo acceperat prædicauit: ſed etiam pridie, q̄ expiraret, idem illud ipſi Auguſto dixit: cū interim ne nomē qdē eius tabulis teſtamēti adiecerit.

DE L. VALERIO ET CORNELIO BALBO.

L. autem Valerius, cui cognomen Heptachordo fuit, togatum hoſtem Cornelium Balbum expertus, vtpote opera eius, & conſilio, compluribus priuatis vexatus litibus, ad vltimumq; ſubiecto accuſatore capitali crimine accuſatus: præteritis aduocatis, & patronis ſuis, ſolum hęredem reliquit: nimirum conſternatio animum eius tranſuerſum egit: amauit enim ſordes ſuas, & dilexit pericula, & damnationem votis expetiuit: autorem harum rerum beneuolentia, propulſatorem odio inſecutus.

DE TITO BARRVLO, ET LENTVLO.

T. Barrulus Lentulo Spintheri, cuius amantiſſimū animū; liberaliſſimāq; ſenſerat amicitiā, decedēs ſuos anulos, perinde atq; vnico hæredi tradidit, quē nulla ex parte hæredem relinquebat, quantum illo momento tēporis cōſcientia, ſi modo vires, quas habere creditur, poſſidet, a tetermino homine ſupplicium exegit: inter ipſam enim fallacis, & ingratę culpæ cogitationem ſpiritum poſuit, quaſi tortore aliquo mentem eius interius cruciante: q; animaduertebat e vita ad mortem tranſitum ſuum, & ſuperis diis inuiſum eſſe, & inferis deteſtabilem futurum.

OLIVERIVS.

¶ NEQVE aliis dignus. Qui pari crimine tenet, dignus pari pœnę cenſetur. T. igitur Marius Vrinas cum non alia ſit ingratitudine uſus erga diuum Auguſtum q̄ Cęcilius erga Lucullū, eaſdem exequias meruiſſe uidetur, quas Cæcilius habuit. locupletatus enim & ad militiæ ſommos honores Auguſti beneficio prouectus, Auguſtum tanq̄ alterum parētem ſibi futurum hæredem prædicabat. morbo quoq; implicitus pridie q̄ expiraret, illud idem affirmauit Auguſto moriens tamen nullam Auguſti mentionem fecit in teſtamento. Vrinas. patrium nomē, ut arpinas, Suffenas aliaque multa.

ASCENSIVS.

¶ NEQVE Tit. Marius Vrinas fuit dignus aliis, ſup. exequiis, q̄uis alias forte habuerit qui perductus beneficiis diui Auguſti Imperatoris ab infimo loco militiæ, id eſt militis gregarii ad ſummos honores caſtrenſes, id eſt quæ in caſtris contingere poterant, & factus locuples, id eſt diues uberrimis quæſtibus, id eſt lucris eorum, ſcilicet bonorum caſtrenſium non ſolum prædicauit cæteris temporibus uitæ ſuæ ſe relinquere fortunas ſuas ſup. ei uidelicet Auguſto, a quo acceperat, ſed etiam dicit illud idē ipſi Auguſto pridie, q̄ expiraret. Cum interim, id eſt nihilominus, ne quidem, id eſt non ſaltem adiecit tabulis teſtamenti nomen eius, ſcilicet Auguſti.

OLIVERIVS.

¶ LVCIVS autem Valer. Hic ſine dubio ui morbi ad inſaniā proxime acceſſerat, qui mentis conſternatione agitatus Cornelium Balbum hoſtem ſibi perpetuum, a quo fuerat a ſæpius indignitate oppugnatus, in uitę diſcrimen adductus moriens ſibi ſolum reliquit hæredem, amicis, cognatis, patronis, & aduocatis omnibus prætermiſſis. quid aliud de hoc homine iudicandum eſt, niſi ſumma inſania, & furore fuiſſe agitatum quo tempore teſtamētum condidit, qui amaſſe inimicum, odiſſe ſuos uſus eſt. Heptachordo. græcum eſt, habens in facie ſeptem porros. Togatum. ac ſi diceret forenſem. Suas ſordes. infamiam, ignominiam, & crimina ſua. Damnationem uotis expetiuit. uiſus eſt optaſſe damnationē, quā ope amicorū ſubterfugerat. Propulſatorē defenſorē & patronū.

ASCENSIVS.

¶ LVCIVS autem Valerius cui Heptachordo, id eſt ſeptem chordarum cognomen fuit, expertus Cornelium Balbum hoſtem togatum, id eſt in toga, hoc eſt urbe uerſatum, utpote uexatus opera, & conſilio eius compluribus litibus priuatis, & accuſatus ad ultimum, id eſt tandem crimine capitali, & hoc accuſatore ſubiecto .i. clanculum immiſſo, reliquit ſup. eū ſolū hæredē & hoc aduocatis, & patronis ſuis prætermiſſis. Nimirum, id eſt haud dubie id ita egit, quia cōſternatio, id eſt iudicii, & rationis perturbatio egit, id eſt impulit animum eius tranſuerſum .i. extra rectam uiam æquitatis & honeſti. Enim .p quia, ipſe Lu. āmauit ſordes ſuas id eſt turpitudinem uitæ, ac auaritiam, & dilexit pericula, (Sed qui amat periculum, peribit in illo) & expetiuit uotis damnationē. hæc autem ad increpationem dicit autor non q; ita eſſe ſignificare uelit. nam ſi ita fuiſſet, fruſtra aduocatos, & patronos ſibi quæſiuiſſet, ſed q; ueriſimile ſit, & effectu eius cum expetiuiſſe condemnationem utpote inſecutus autorem harum rerum, uidelicet Bal. beneuolentia, & propulſatores ut aduocatos, & patronos odio, quia eos prætériit in teſtamento ſuo.

OLIVERIVS.

¶ TITVS Barrulus Lentulo eadem ſpei deluſione fruſtratus eſt Lentulus Spinther, qui cum Barrulum ſumma beniuolentia, & pręcipua liberalitate dum uixit perpetuo fuiſſet complexus, merito ſuperauit illius futurum hæredem, cui Barrulus inſuper annulos ſuos decedēs, perinde ac unico hæredi tradiderat, & in teſtamēto nulla eius mentio facta, eiuſmodi homines ueluti iocabundi uita excedere uidebātur. Spintheri. cognomen eſt. Quantum illo momēto inuehitur in hunc teſtatorem ingratum Valer, cum dicat ſuæ ingratitudinis conſcientia, graues dediſſe pœnas in ipſo mortis articulo, cum ante oculos fallaciam ſuam, & ingratitudinem ſibi poſitam uideat, quæ nec a ſuperis probari nec ab inferis laudari ullo modo poſſit, eius igitur ſpiritus fallax & ingratus ſupplicio afficiatur neceſſe eſt. Conſcientia. nullum homini tormentum q̄ conſcientia maius. Cice. te tuorum ſcelerum conſcientia torquet. Item alibi a para. quid cum cupiditas dominatus exceſſit, & alius eſt dominus exortus peccatorum conſciētia timor q̄ eſt illa miſeria, q̄ dura ſeruitus. Iuuenalis. Et tacita ſudant præcordia culpa. Item alibi. Neq; enim conſiſtere mentem, crimina ſæua ſinunt. & intus palleat infelix maris habet conſcientia. Superis diis cœleſtibus quos relinquebat. Inferis. quos relinquebat.

Conſciētiæ graue tormētum

ASCENSIVS.

¶ TITVS Barrulus decedens, id eſt moriens tradidit Lentulo Spintheri (cuius ſenſerat animum amantiſſimum, ſcilicet ſui & amiciam liberaliſſimam) annulos ſuos, perinde atq;, id eſt tanquam unico hæredi, quem ex nulla parte relinquebat hæredem Quantum, id eſt o quantum ſupplicium conſcientia exegit a teterrimo homine, ſcilicet Barrulo illo momento temporis, ſcilicet quo deceſſit ſi modo id eſt dummodo uerum ſit, q; conſcientia poſſidet uires quas creditur habere. (Certū eſt autē nobis, eam uires

ſtres ſuas poſſidere, quia uermis damnatorum non extingue-tur.)Enim pro quia, ipſe poſuit .i. depoſuit ſpiritum .ſ. uitalem, aut animam ipſam, inter cogitatioē culpæ fallacis & integratæ.i.cōmiſſę per fallaciam, & ingratitudinē, quaſi aliquo tortore.i. carnifice cruciāte mentē eius interius, & .i. quia animaduertebat tranſitum ſuū ex uita ad mortem, & .i. ſimul, eſſe inuiſum diis ſuperis, in quorum tutela erat, dum uiueret, & futurū deteſtabilem inferis. ſ. Diis.

DE M. POPILIO.

M. vero Popilius ſenatorii ordinis Oppiū Gallum ab ineunte ætate familiariſſimum ſibi moriens pro vetuſto iure amicitiæ, & vultu benigno reſpexit, & uerbis magnum præ ſe amorē ferentibus proſecutus eſt: vnum etiam de multis, qui aſſidebant, vltimo complexu, & obſculo dignum iudicauit: ſuperq; anulos quoq; ſuos ei tradidit: videlicet neqd ex ea hæreditate, quam non erat aditurus, amitteret. Quos Oppius vir diligens, ſed morientis amici plēnum contumeliæ ludibrium, in locellum repoſitos, & à præſentibus aſſignatos, diligentiſſime hæredibus illius, exhæres ipſe reddidit. Quid hoc loco inhoneſtius? aut quid intempeſtiuius? ſenator Populi Ro. curia egreſſus, homo vitæ fructibus continuo cariturus, ſanctiſſima iura familiaritatis morte preſſis oculis, & ſpiritu ſupremos anhelitus reddente, ſcurruli luſu ſugillanda ſibi deſumpſit.

OLIVERIVS.

MARCVS uero Popilius. Non alio profecto ludibrio deluſus eſt Oppius Gallus a M. Popilio, q̃ omnes quorum ſupra meminimus. nam Popilius ex omnibus, qui ſibi morienti aſſidebāt, hunc unū hilari uultu ſemper aſpexit, benigniſſimis uerbis appellauit, arte complexus, & oſculatus anulos quaſi futuræ hæreditatis teſtes ei tradidit, & poſtmodum illum teſtamento præteriuit. Oppi. uero ubi ſe factum exhæredem eſſe cognouit, anulos non hæreditatis, ſed contumeliæ, ſummiq; ludibrii teſtes ueris hæredibus diligentiſſime reſtituit. Nequid ex ea hęreditate. iocatur Vale. cum dicat ut omnia conſequeretur ex ea hæreditate quam non erat habiturus. In locellum, In loculum. ac ſi diceret incruenam diminutiuum a loco loculus, inde locellus. Iuuena. Neq; enim loculis comitantibus itur Ad caſum tabulę, depoſita luditur arca. Plenum contumeliæ ludibrium. nihil aliud fuit illi anulos tradere, niſi eum ludificare, & afficere contumelia. Exhæres. hæreditatis expers. Quid hoc loco inhoneſtius. Damnat more ſuo Valerius huius hominis ludificationem, cum dicat Popilius, qui pauloante curiam reliquerat, in ſupremo ſuæ uitæ die iura amicitię ſcurruli obſcœnitate polluere non dubitauit, cum intelligeret, ſe paulopoſt uitæ fructibus cariturum. Inhoneſtius. turpius propter ingratitudinem, quam plane moriens declarauit. Intempeſtiuius. magis præter tempus, nam tempus illud, quo mortis inſtantis terrore perturbari debuerat, luſus non appetebat. Scurrili luſu. ioculario luſu, obſcœna ludificatione, turpi loco, a ſcurra dictus. nam ſcurra dicitur quaſi ſequens curiam, uidelicet meretricem.

ASCENSIVS.

MARCVS uero Popilius ſup. uir ordinis Sena. moriens, & .i. ſimul reſpexit uultu benigno, & proſecutus eſt .i. affatus uerbis præ ſe ferentibus .i. indicantibus magnū amorem, Oppium Gallū familiariſſimū ſibi ab ineunte ætate. i. a primordiis uitę reſpexit dico ſic, pro uetuſto iure amicitiæ, etiā iudicauit unū. i. ſolū Oppium dignū ultimo complexu, & oſculo de multis, qui aſſidebant. ſ. morienti. Superq; .i. inſup tradidit quoq; ei anulos ſuos, uidelicet, ne amitteret quid. i. aliquid ex ea hæreditate quā non erat aditurus, qa in anulis erant ſignata ut dicunt, & ita omnia obſignabant illis quibus traditi eſſent. Quos. ſ. anulos Oppius uir diligēs, ſed ludibriū amici morientis plenū contumeliæ, reddit hæredibus illius .i. quos ille hæredes inſtituerat, exiſtēs ipſe exheres. i. expers hæreditatis. (Quo loco non uere dicat ex hæredatus, cum nunquā fuerit hæres, niſi ſola ſpe) reddidit dico depoſitos i locellū. i. ſacculū, galli burſam uocant, & aſſignatos diligentiſſime a pñtibus. ſ. teſtibus ne arguatur, nō reddidiſſe. Quid inhoneſtius, aut quid intēpeſtiuius. i. minus ſuo tempore factum hoc loco, i. exemplo huius loci? q. d. nihil. Quia Sena. Po. Ro. ſ. Popilius egreſſus. ſ. pauloante curia, & homo cariturus. i. talis,)qui carere debebat, continuo, fructibus i. dulcedine, & uſu uitæ, Sunt qui legāt fluctibus, & reſpiciant ad incertitudinē pſentis uitæ, ſed quia uerbū careo de re amata fere dicitur, & plus facit ad ſententiā, q̀ iam cariturus erat fructibus. i. uſu uitę, & ita debebat ea bene uti, cū amplius non ſit illi tempus futurū, quo circa etiam recte nihil intēpeſtiuius dixit q̃ in articulo mortis ſcurrili luſu uacare, legam libentius, neq; tamen ſolus, fructibus)oculis ſup. eius preſſis. i. oppreſſis, & grauatis morte, & ſpiritu. i. anima reddente ſuppremos anhelitus, deſumpſit. i. ex propria petulantia, & malitia animi ſumpſit ſibi ſanctiſſima iura familiaritatis ſugillanda, id eſt ad irriſionem deformanda luſu ſcurrili, id eſt ſcurra non ſenatore digno.

EXPLICIT LIBER SEPTIMVS.

OLIVERIVS.

NVNC quoq;, ut equiore animo. Incipit octauus Liber, qui multarum, & uariarum rerum exépla cõtinet memoratu digna. primum autem eorum eſt qui infames uel abſoluti uel damnati fuerunt, & quibus cauſis id factum ſit, præter omnium opinionem, hoc autem ideo facit, ut inuidia laborantes, ſi damnati fuerint, memores id aliis quoq; contigiſſe, damnationem ſuam æquiori animo ferant. Ancipites mo. Dubios euentus. nam ſemp incertus, & dubius eſt euentus litis, & belli. Inuidia labo. qui aliis inuiſi ſunt, & odio habentur. M. Hora Hæc hiſt. in. c. de ſeueritate dicta eſt. conſtat autẽ Hora. a duumuiris lege perduellionis dánatú, & autore Tullo rege benigno legis interprete, facta prouocatione ad populũ. ab eo fuiſſe abſolutú, ſed eſt hiſto. tota repetenda. Ad po. prouo. iu. Quia lex erat, horrendi carminis. duumuiri perduellionem iudicẽt. ſi a duumuiris prouocauerit prouocatione certato, ſi uincent, caput obnubito, infelici arbori reſte ſuſpendito, uerberato uel intra pomeriú, uel extra pomeriũ. hac igitur lege damnatus Hora. prouocauit ad populũ, moti homines in eo iudicio maxime P. Hora. patre proclamante, ſe filiam iure cæſam iudicare, atq; ipſo filio paré animũ in omni periculo gerente abſoluerũt, & miſericordia patris cõmoti, ſed magis admiratiõe uirtutis, q̃ iure cauſę. Forti pu. quã meruerat ex cæde ſororis. Tantum c. Non minus glorię ex cæde ſororis, q̃ ex curiatiorũ uictoria conſequi potuit. Acrem ſe tunc pu. cu. In abſoluẽdo, inquit Hora. populus quãti facienda eſſet pudicitia declarauit. ſed in Galbę iudicio quod ſequit̃, mitem ſe iudicẽ plus æquo præbuiſſe uidetur. Pudicitiæ cu. q a iure cæſam Horatiá iudicauit, qua ipudica uideri poterat, cum imaturũ ſpõſi amoré tantopere lugeret, ut fratrũ, & patriæ obliuiſceret. Plus iuſto. i iudicio Galbe.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

Eot quoq; ad memoriam reuocat qui quanto odioſius habiti ſunt tanto conſtantius ſuſpectis iudiciorum fluctibus obſtitere. Hoc genus hominũ uel morti addictum uel abſolutum eſt. M. Horatium effrenatæ libidinis cupiditate flagrantem ſororem interfeciſſe aſſerit et regis Tulli arbitratu damnatus fuiſſe tandem totius populi ſuffragio in priſtinam libertatem reſtitutum cuius rei factum non minori laudi fore tribuendum cenſuit q̃ Curiatiorum rerũ potitus erat. Quare populus hanc ipſam pudicitiæ uirtutis partem diligentiſſime, & acerrime obſeruandam curauit.

VALERII MAXIMI LIBER OCTAVVS.

INFAMES REI QVIBVS EX CAVSIS ABSOLVTI AVT DAMNATI SVNT CAP. I.

DE M. HORATIO.

NVNC quoq;, vt æquiore animo ancipites iudiciorũ motus tolerentur, recordemur inuidia laborantes, quibus de cauſis, aut abſoluti ſunt, aut dãnati. M. Horatius interfectæ ſororis crimine a Tullo rege damnatus, ad populum prouocato iudicio abſolutus eſt: quorum alterũ atrocitas necis mouit, alterum cauſa flexit: quia immaturũ virginis amorem ſeuere magis, q̃ impie punitum exiſtimabat. Itaq; forti punitione liberata fratris dextera, tantum conſanguineo, quantum hoſtili cruore gloriæ haurire potuit: acrem ſe tunc pudicitiæ cuſtodem Populus Romanus, poſtea plus iuſto placidum iudicem præſtitit.

DE SERGIO GALBA.

Cum a Libone Tri. Ple. Sergius Galba pro roſtris vehementer increparetur, q; Luſitanorum magnam manum, interpoſita fide, Prætor in Heſpania interemiſſet, actioniq; tribunitiæ M. Cato vltimæ ſe

ASCENSIVS.

NVNC quoq; &c. Quaſi cõtinuato orationis filo a dánatis, & excuſſis præter ſpé ab hæreditate, tranſit ad abſolutos, ac dánatos ꝑter ſpem, conciliãs in ꝑfatione ſibi beneuolentiá auditoris ex lectionis cõmoditate, ac dicẽs. Nũc quoq; recordemur, quibus de cauſis laborãtes in inuidia ſunt, aut abſoluti aut damnati, ut motus accipites. i. dubii euentus iudiciorũ tollerentur. ſ. a nobis, aut a lectoribus ſic admonitis, animo æquiore q̃ ſi nõ ſint aliorũ exemplis quodãmodo cõfirmati. M. Hora. q Curiatios interemerat dánatus a Tullo rege crimine ſororis interfectæ, eo q; caſum ſponſi ſui iniquius ferret, abſolutus eſt. ſ. interceſſione paterna, & hoc iudicio ꝓuocato ad populũ. Quorũ alterũ. ſ. regem atrocitas necis. ſ. ſororis, mouit. ſ. ad damnandũ eum, & cauſa flexit alterum. i. populũ abſoluentẽ eũ, q a populus exiſtimabat amorem uirginis immaturũ, quia in ſpõſum nondum maritũ punitũ magis ſeuere q̃ impie. Itaq;. i. & ita dextera fratris liberata. i. fratre ipſo liberato forti punitiõe, hoc eſt tali, quã meruerat, potuit haurire tantũ gloriæ, ſup. ex cruore conſanguineo, quantũ ex cruore hoſtili, quia non minus glorioſum fuit ob uirtutem a tali crimine abſolutum euaſiſſe q̃ hoſtes proſtrauiſſe. Faciens autẽ paraſceuẽ ad ſequens exemplũ addit, P. R. præſtitit. i. exhibuit tũc ſe cuſtodẽ pudicitiæ acrẽ, quia uirginẽ iuſte cæſam cenſuit, eo q; immature ſpõſum impatiẽtius amaſſet, & ſup. præſtitit ſe poſtea iudicem placidum plus iuſto. i. q̃ iuſtum fuit.

OLIVERIVS.

CVM a Libo. &c. Ser. Gal. prætor in Hiſpania, ſumma perfidia uſus eſt in Luſitanos, nam trium ciuitatum, quas oppugnabat, conuocato populo, tanquam de commodis eius acturus, octo millia, in quibus flos iuuentutis conſiſtebat electa, & armis exuta, partim trucidauit, partim uendidit, cum illis pub. fidẽ dediſſet, qua freti uenerãt in eius poteſtatẽ. nã Luſitani Sertorianas partes ſecuti fuerant, aduerſus quos miſſus fuit hic Sergi. Galba, qui uiolata pub. fide maximã barbarorũ cladem magnitudine criminis ſuperauit. reus igitur factus a Libone Trib. Pleb. die dicta uenit in iudicium. ubi eum a tribuno perfidia damnaretur, eiuſq; damnationẽ Cato, cum nonagenarius eſſet, uehementi oratione iuuaret, ſe reum manifeſte confeſſus eſt. nihil enim pro ſe recuſans quippe ſupplicio dignum ſe iudicans, omiſſa ſui cauſa, paruulos eius filios & nepotem multis cum lachrymis populo commendabat. quæ res adeo cõmouit omnes, ut præter opinionẽ abſolueretur, qui omniũ cõſenſu periturus eſſe uidebatur. De hoc Gal. Quintili. de inſti. ora. lib. ii. Seruium inquit Galbam miſeratione ſola qua non ſuos modo liberos paruulos in concione produxerat, ſed Galli etiam Sulpitii filium ſuis ipſe manibus circũtulerat elapſum eſſe, aliorum monumentis, tum Catonis oratione teſtatum Cicer. lib. i. de orat. idem. Qu. Seruium Galbam, quem hominem probe meminiſſe ſe aiebat, pergrauiter reprehendere ſolebat, q; is Lu. Scribonio quæſtionem in eum ferentem populi miſericordiam concitaſſet, cum M. Cato Galbæ grauiſſimus, atq; acerbus inimicus, aſpere apud Po. Ro. uehementer eſſet locutus, quam orationem in originibus ſuis ipſe expoſuit. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, q; is Ca. Sulpi. Galli propinqui ſui Q. Pupilium filium ipſe pene in humeros ſuos extuliſſet, qui patris clariſſimi, & recordatione, & memoria fletum populo moueret, & duos filios ſuos paruos tutelæ & populi

Galba perfidus in Luſitãos

Cato Galbam accuſauit

neċtutis, oratione ſua, quam in Originibus retulit, ſubſcriberet: reus pro ſe iam nihil recuſans, paruulos liberos ſuos, & galli ſanguine coniunctum filiũ flens commendare cœpit, eoq; facto mitigata concione, qui omnium conſenſu periturus erat, pene nullum triſte ſuffragium habuit: miſericordia ergo illam quæſtionem, non æquitas texit: quoniam quæ innocentiæ tribui nequierat, abſolutio reſpectui puerorum data eſt. Conſentaneum quod ſequitur.

DE A. GABINIO.

A. Gabinius in maximo infamiæ ſuæ ardore ſuffragiis populi Memmio accuſatore ſubiectus, abruptæ eſſe ſpei videbatur, quoniam & accuſatio partes ſuas plene exhibebat, & defenſionis pręſidia inualida fide nitebantur: & qui iudicabant, ira perciti pœnam hominis cupido expectabãt. Igitur lictor, & carcer ante oculos, obuerſabãtur, cũ interim omnia iſta propitiæ fortunæ interuẽtu depulſa ſunt filius nãq; Gabinii Siſenna, conſternationis impulſu, ad pedes ſe Memmii ſupplex proſtrauit, inde aliquod fumentum procellæ petens, vnde totus impetus tempeſtatis eruperat: quem truci vultu a ſe victor inſolens repulſum, excuſſo e manu anulo humi iacere aliquãdiu paſſus eſt. Quod ſpectaculum fecit: vt Lælius Trib. Pleb. approbantibus cunctis Gabiniũ dimitti iuberet, ac documentũ daretur: neq; ſecundarum rerum prouẽtu inſolenter abuti, neq; aduerſis propere debilitari oportere: idq; proximo exemplo æque paret.

populi cõmendaſſet, ac ſe tanquã in promptum teſtamentũ faceret ſine libera, atq; tabulis P. R. tutorẽ inſtituere dixiſſet illorum urbitati. itaq; cũ inuidia, & odio populi tum Galba premeretur, hiſq; eũ tra gœdiis liberatũ ferebat. Quod item. apud Catonem ſcriptũ eſſe uideo, niſi pueris, & lachrimis uſus eſſet, pœnas eum daturũ fuiſſe. Hæc Rutilius ualde uituperabat, & huic humilitati dicebat, uel exilium fuiſſe, uel mortẽ anteponendam. Luſitanoꝝ. Luſitania pars eſt Hiſpaniæ, quæ nunc, ut quidã uolũt, portugallia dicitur. In ori re tu: In libro, qui inſcribitur de originibus. Mitigata con. Mitigato populo. nam tria ſignificat, populũ, orationẽ, & locũ. Illam quæſtionem. Inquiſitionem & cauſam, texit miſericordia, non æquitas.

ASCENSIVS.

¶ CVM Sergi. Gal. increparetur uehemẽter a Libo. Tri. Ple. pro roſtris .i. ante roſtra, unde ad populũ ſermo fieri ſolebat, ꝙ ipſe Galba prætor cum eſſet prætor in Hiſpania interemiſſet magnã manũ .i. multitudinẽ bellicã Luſitanorũ, fide interpoſita .i. quos in deditionẽ receperat, data fide de ſalute eorũ, & M. Cato ultimæ ſenectutis ſubſcriberet .i. aſtipulatur, & aſſenſum pberet actioni tribunitiæ .i. ipſius tribuni in Galbã, oratione ſua quã retulit .i. ſcriptã reliquit in origine .i. in opere, quod ſcribit de origine reꝝ Italicarũ, reus .ſ. Galba iam nihil .i. nullũ genus ſupplicii recuſans pro ſe flens cœpit commendare .ſ. populo paruulos ſuos, & filium galli .ſ. Sulpitii, cõiunctũ .ſ. ſibi ſanguine, quia nepotẽ ſuũ, & concione mitigata eo facto .i. tãta humiliatione Galbæ, is .ſ. Galba, qui periturus erat conſenſu omniũ, nullũ .i. non ullum, non habuit ullum ſuffragiũ .i. uotũ populi, triſte .i. faciens contra ſe. Ergo miſericordia, non æquitas texit illam quęſtionẽ .i. actionẽ per inquiſitionẽ, quoniam abſolutio, quæ nequiuerat tribui ĩnocẽtiæ data eſt reſpectui piorũ puerorũ. Iniq; tamen data uĩ, Nã miſericorditer agẽdo cũ pueris, ipſe actũ eſt cũ Luſitanis tam impie trucidatis, præſertim cum liberos eius alia uia iuuare poterant.

OLIVERIVS.

¶ CONSENTANEVM quod ſequitur. A. Gabinius in maximo ardore infamiæ fuit, corruptos uidelicet exercitu uel uerius uendito Ariobarzani, quo Ptolemæum reduxerat in regnũ, ut ſupradictũ eſt, ſed potius pecuniarũ repetundarũ hoc loco, nam de maieſtate, cuius eum Lẽtulus flaminis filius poſtulauerat, abſolutus eſt, ut ait Cice. ad Atti. & paulopoſt, eſt omnino graui fama hoc iudiciũ, ut uideatur reliquis iudiciis periturus. reliquis iudiciis dixit, uidelicet de ambitu, cuius eum Publium Syllã reum fecit in petitione conſulatus & repetundarũ, de quibus nõdum poſtulatus erat. hoc in prætura Syriæ factũ intelligamus, Nã de Syriis eſt ſenatus datus frequẽs, ut idem Cic. aut frequẽtes quaſi Syriaci publicani uehemẽter uexatus Gabinus exagitaret, tamẽ a Domitio publicani, ꝙ eum eſſent cum equis pſecuti. De Gabinio idem Cice. ita ſenſit in ſenatu, cum de prouinciis cõſul diceret Syriã ipſe conſu. ut Piſo Macedoniam occuparat, in quã eius interfuit huiuſmodi, ut rex Ariobarzanes ipſum ad cædem faciendam conduceret, adueniens in Syriã equitatũ admitteret, cohortes poſtea conductę ſunt publicanos prope in ſeruitutẽ iudæis, & Syriis traderet, nã ius publicanis nõ dixit, pactiones ſine iniuria factas reſcidit, cuſtodias ſuſtulit, uectigales multos, ac ſtipendiarios liberauit, quo in oppido ipſe eſſet, aut quo ueniret publicanum, aut publicani ſeruũ eſſe uetuit. Ga. in Syria diutius eſt, Semiramis illa retinenda inquit, cuius iter prouinciam eiuſmodi, ut rex Ariobarzanes conſule noſtrũ ad cędem faciendam, tanq̃ aliquẽ thracem conduceret. deinde aueċtus in Syriam, primum equitatus habuit interitum, poſtea conciſæ ſunt optimæ cohortes. Igitur in Syria imperatore illo nihil aliud uidelicet actum eſt, niſi pactiones pecuniarũ, cum tyrannis deciſiones, direptiones, latrocinia, cædes, cum palã P. R. imperator inſtructo exercitu dexteram tendens, nõ ad laudẽ milites hortaretur, ſed oĩa ſibi empta, & emenda eſſe clamaret infamiæ ardore. Magna illi infa. or. eũ ꝙ prouinciã Syriã expilaſſet. unde Cice. an in Syria, inq̃t diutius eſt Semiramis illa retinenda? Abruptæ ſpei. fractæ & debilitatæ ſpei. neq; enim ſpes ulla ſibi ſubeſſe uidebatur. Inualida fi. Infirma fide. q̃a nulla fides eius defenſoribus dabatur. iudices ꝓpterea uehemẽter irati, cupiebant eius dãnationẽ. Cõſternatiõis ipul. Quia ubi uidit patrẽ dãnatũ iri, ſic mẽte cõſternatus eſt, ut amens ꝓpemodũ uideretur. Aliqđ ſo ꝓcel. Trãſlatio ſumpta a tẽpeſtate. uñ totius impetus, q̃a ipſe actionẽ iſtã ſuſceperat, Gabinii uitã in diſcrimen adduxerat. Eruperat. quaſi cũ ipetu exierat. Et docu. da. Exẽplõ inquit ſtatuit Lelius, ne q̃s ſe nimiũ ſecũdis extollat, ne ue aduerſis deprimat. nam ut inq̃t Senec. nemo cõfidat nimiũ ſecũdis, nemo deſperet meliora lapſis. Mẽmius accuſator Gabinii

ASCENSIVS.

¶ CONSENTANEVM .i. conforme ſuperiori eſt, qđ ſequitur. A. Gabi. ſubiectus ſuffragiis .i. uocibus ad libitum dãdis, Po. ſ. Ro. in maximo ardore infamiæ ſuæ .i. cũ ad infamiam eius ardẽtiſſime procederetur, Cato Mẽmio accuſatore, uidebatur eſſe ſpei abruptæ .i. deſtitute, quoniam & accuſatio exhibebat plene partes ſuas .i. debitũ ſuũ, & pſidia defenſionis nitebantur .i. fulciebantᷣ fide inualida & ſup. hi, qui iudicabãt, expectabãt cupide pœnam .i. punitionẽ hoĩs .ſ. de quo loq̃mur, hoc eſt Gabinii, ira ꝑcipiti .i. uehemẽti, & ſubito agenti. Igiᷣ lictor .i. miniſter publicus, & carcer, & ſuppliciũ obſeruabãtur .i. occurrebant añ oculos .ſ. Gabinii, cũ interim oĩa iſta .ſ. lictor, carcer, ſupplicium (quod q̃dã nõ hñt, ſed q̃a de tribus dicimus omne, habendum puto) depulſa ſint iteruentu fortunæ ꝓpitiæ. Filius naq; Gabinii Siſenna .ſ. nole, ipulſu cõſternatiõis .i. ex ipetu mentis cõſternatæ de patris periculo, proſtrauit ſe ad pedes Mẽmii .ſ. accuſatoris ſupplex .i. ſe ad genua eius pſicans, petens aliquid ad fomentũ .i. ſuſtentamentũ ꝓcellę .i. contra turbationem illam. (Cum fomentũ ſit, quo res fouetᷣ, & nõ uidetur uelle procellã fouere, obſcura cẽſetur locutio. nã aptius quadraret ſopimentũ, aut refocillamentũ, aut ſedamentũ ꝓcellę. niſi ſit fomentũ .i. ſuſtentamentũ ſalutis paternæ, procellæ .i. cõtra ꝓcellã) petẽs dico inde .i. ab eo, uidelicet Mẽmio, uñ totus ipetus tẽpeſtatis .i. uexatiõis ꝑnę eruperat. quẽ .ſ. filiũ uictor inſolens .i. imoderate uictoriã ſuam ferens Mẽmius, paſſus eſt repulſum a ſe uultu truci .i. truculẽto iacere humi aliquãdiu, & hoc anulo excuſſo ex manu dubium eſt, an ex manu uictoris dũ ſic filiũ repelleret, an ex manu filii ſed q̃a addidit ſtatim poſt repulſum, uideᷣ de filii anulo loqui, cũ tñ uero ſimilius ſit accuſatorẽ, q̃ ſupplicẽ anulis ornatum, unde Iuue. oſtendit etiã cõductis anulis ut pluris agerent, ſua tempe

ſtate egiſſe dicens, Cõducta paulus agebat, Sardonice, &c. quo circa malim de accuſatoris anulo itelligere. Quod ſpectaculũ .ſ. tã miſerabile, fecit, ut Lgl. Trib. ple. iuberet, Gabi. dimitti .i. abſolui, cunctis .ſ. Ro. qui aderãt approbãtibus .ſ. iuſſa Lgl. ac ſup. fecit, ut ſup. exẽplũ daret, neq; oportere .i. decere .ſ. quẽquã abuti inſolenter .i. ſuperbe ꝓuentu rerũ ſecũdarũ, neq; debilitari ꝓpere .i. feſtinãter aduerſis ſup. rebus. idq;, & id, patet æque .i. æqualiter exẽplo proximo.

DE APPIO CLAVDIO.

Appius Claudius neſcio religionis maior, an patriæ iniuria, ſiquidem illius vetuſtiſſimum morem neglexit: huius pulcherrimam claſſem amiſit: infeſto populo obiectus, cũ effugere debitam pœnam nullo modo poſſe crederetur, ſubito coorti imbris beneficio tutus fuit a damnatione: diſcuſſa enim quæſtione, aliam velut Diis interpellantibus, de integro inſtaurari nõ placuit. Itaq; cui maritima tempeſtas cauſæ dictionem contraxerat, cæleſtis ſalutem attulit.

DE TVCIA VIRGINE DEÆ VESTÆ.

Eodem auxilii genere Tuciæ virginis Veſtalis inceſti crimine reæ caſtitas, infamiæ nube obſcurata emerſit: quę conſcia cærte ſynceritatis ſuæ, ſpem ſalutis ancipiti argumento petere auſa eſt. arrepto enim cribro, Veſta, inquit, ſi ſacris tuis caſtas ſemp admoui manus, effice vt hoc hauriam ex Tyberi aquam, & in ædem tuam perferam: audacter, & temere iactis votis ſacerdotis. rerũ ipſa natura ceſſit.

DE LVCIO PISONE.

Item L. Piſo a L. Claudio pulchro accuſatus, ꝙ graues & intoletabiles iniurias ſociis intuliſſet: haud dubiæ ruinæ metum fortuito auxilio vitauit: namq; per idipſum tempus, quo triſtes de eo ſententiæ ferebantur, repentina vis nimbi incidit: cũq; proſtratus humi pedes iudicum oſcularetur, os ſuũ cœno repleuit: quod conſpectũ totã quæſtionẽ a ſeueritate ad clementiam, & manſuetudinem tranſtulit: quia ſatis iam graues eum pœnas ſociis dediſſe arbitrati ſunt: huc deductum neceſſitatis, ut abiicere ſe tã ſupplicitet, aut attollere tam deformiter cogeretur. Sub nectam duos accuſatorũ ſuorum culpa abſolutos.

OLIVERIVS.

Appius Claudi' auſpiciũ cõtẽpſit

APPIVS Clau. Li. Clau. pulcher conſu. inqt, qui contra auſpicia profectus iuſſit imergi pullos qui cibari nolebant, infeliciter aduerſus Carthaginien. Claſſe pugnauit. & reuocatus a ſenatu, iuſſuſq; dictatorem dicere C. Glauciã dixit ſordis ultimæ hominẽ, qui coactus abdicare ſe magiſtratu, poſtea ludos prætextatu, ſpectauit. Sue. i uita Tiberii Claudii, Clau. inquit pulcher apud Siciliã nõ paſcentibus, nõ auſpicato pullis, ac per contemptũ religionis mari demerſis, quaſi ut biberẽt, qñ eſſe nolunt, prælĩu nauale init, ſuperatuſq;, cũ dictatorẽ dicere a ſenatu iuberetur, uelut iterũ illudẽs diſcrimini publico, Glauciã uiatorẽ ſuum dixit. Vale. aliter ſentire uidetur, nõ ab hoſte ſuperatam fuiſſe claſſem Clau. imperatoris, ſed ꝓpter contemptam religionẽ ſpretis, ſ. auſpiciis, tẽpeſtate amiſſam. itaq; cũ ei dies dicta eſſet ad populũ, q religionẽ cũ maxima P.R. clade ſpreuiſſet, & in eo eſſet, ut dãnaretur, Subita cælo demiſſa tempeſtas, damnationẽ illã excuſſit, & Appiũ liberauit. Maior an iniu. re. ꝙ cõtra omnia nauigauit. Vetuſtiſſimum mo. Maiores enim ut ſupra dictũ eſt, nihil gerebant. niſi prius captatis auſpiciis. Obiectus. Ordo ẽ. Appius. Claud. infeſto populo obiectus neſcio maiorẽ iniuria religionis, an patriæ. Tutus fuit. imber enim diuerſum egit populũ ita, ut a damnatiõe illa amoueretur. Diis interpellantibus. Diis prohibentibus.

ASCENSIVS.

APPIVS Claud. neſcio, an ſup. exiſtens maior Iniuria religionis, an patriæ. ſiquidem ipſe neglexit uetuſtiſſimũ morem, illius .ſ. religionis (quæ erat in auſpiciis captandis, & ominibus obſeruandis, & id genus miſeris ſuperſtitionibus implicata ipſe autem contra omina nauigauerat) & amiſit pulcherrimam claſſem huius .ſ. reipub. obiectus .ſ. ab accuſatore populo infeſto, cũ crederetur nullo modo effugere pœnas debitam, Fuit tutus .i. protectus a damnatione, beneficio imbris coorti ſubito .i. ex improuiſo. Enim ꝓ qa, quæſtione .i. diſceptatione de cauſa eius diſcuſſa .i. interrupta ſemel, nõ placuit .ſ. populo, aliam ſup. quæſtionẽ inſtaurari .i. inſtar prioris fieri de integro, uelut Diis interpellantibus .i. perinde ac ſi Dii interpellaſſent, & impediuiſſent eius cauſæ per orationem. Itaq; cui .ſ. Appio tẽpeſtas maritima .i. in mari orta, contraxerat dictionem cauſæ .i. neceſſitatẽ purgandi ſe in iudicio, Et ſup. tempeſtas cæleſtis .i. aerea, hoc eſt imber de cælo ortus attulit, ſalutẽ .i. euaſionem damnationis.

OLIVERIVS.

EODEM auxilii genere. Tucia Veſtalis uirgo falſo crimie inceſti ſuſpecta, eodem auxilii genere emerſit, quo ſuperius Appius. Nã cũ ſuæ ſynceritatis conſcia foret, nouo auxilii genere ſalutẽ ſuã tutata eſt. ſumpto enim cribro Deam Veſtam propalã ꝓcata eſt, ut ſibi liceret haurire ex Tyberi aquã, & eandem ad ſacros ignes perferre, ſi ſibi pudicitia cõſtaret, quod etiã factum eſt. Nã ut inquit Vicẽtinus poeta Tucia caſta fuit, ſed nõ eſt credita, nãq;, Simul atq; ſenſit palmas ad ſydera tollẽs Dixe diua tã tibi caſta negor. Si ea ſum populo me nũc ſpectãte miniſtra, Signa qbus noſcar ſi tibi caſta fui. Dixit & arrepto Tyberis in littore cribro, Ipſa manu purã fluminis hauſit aquã. Quã ſimul imotã nullo ue foramine lapſam Pertulit ad ſanctos uirginitate focos, &c. quę ſequunt. Temere. ſine ratione, qa nulla erat ratio uel cauſa, cur aqua per rimas cribri nõ flueret. Ipſa re. na. aquæ natura liquida eſt, & ꝑ tenuiſſimas rimas defluens, quod in uoto Tuciæ minime factum eſt.

ASCENSIVS.

EODEM &c. caſtitas Tuciæ Virginis Veſtalis reæ .i. accuſatæ criminis inceſti obſcurata nube infamiæ, emerſit .ſ. de profundo malorum eodem genere auxilii .i. cæleſtis, nõ tamẽ ꝑ pluuiã, ſed per aquã Tyberinã Quæ .ſ. Tucia conſcia certæ ſynceritatis .i. integritatis ſuæ, aut ſynceritatis .i. puritatis (unde notũ eſt cõſciũ etiã de bono dici, ut, & mẽs ſibi cõſcia recti) auſa eſt petere ſpẽ ſalutis argumẽto .i. approbatiõe ancipiti .i. dubii euẽtus ſed mirabilis fidei, ut merito erubeſcamus, qui tã modicæ fidei ſæpe inuenimur (Verum q̃ſtio oriri poſſet, qua ui ſequẽs miraculũ cõtigerit an diuia, quæ caſtitatis amatrix etiam gentili mercedẽ caſtæ uitæ reprẽdere uoluerit, an diabolica id ob alia, aut aliorũ peccata potente ut in ſolita ſuperſtitione diutius detineret. Nã potuit uis illa occulta aquã intra cribrum immotam cõtinere, quæ nouit ſemen uiri le ad generationem transferre.) Enim pro quia cribro .i. inſtrumẽto illo crebris foraminibus, arrepto .ſ. in manus, inquit, o Veſta, ſi ego admoui ſemp ſacris tuis manus caſtas, effice, ut hauriã hoc .ſ. cribro aquã ex Tyberi, qui Romã ꝑterlabit̃ fluuius, & ꝑferã in ædem .i. fanũ tuũ. Votis iactatis .i. iactãter emiſſis audacter, & temere, ipſa natura rerum, quæ fecit aquam liquidam, ceſſit ſacerdoti, quia ad uota illius aqua in cribro manſit.

OLIVERIVS.

ITEM Lu. Piſo. Lu. Piſo accuſatus iniuriarum contra ſocios. Macedoniam Piſo conſul occupauerat, in qua ita ſe geſſit ut exercitũ amitteret, Barbaris infeſta omnia redderet, Acheos ſibi ingentẽ pecuniã pendere cogeret, Vectigal, ac portoriũ dyrrachinorũ in quæſtũ ſuũ uerteret, bizantinorum urbem hoſtilẽ in modũ uexaret, nobiliſſimas etiam uirgines fama erat ſe in puteos adieciſſe, & morte uolũtaria neceſſariam turpitudinem depuliſſe. Dubię rui. me. Timebat enim quorſum tenderet populi iudicium. Nimbi. nimbus dicitur uentus cum pluuia. Totam quæ .i. inquiſitionem. Alii legunt concionem. Huc dedu. neceſſitatis .i. ad neceſſitatem coactum, Abiicere ſe tam ſuppliciter. Vt humi proſtratus iudicum pedes oſcularetur.

Piſo a Claudio Pulchro accuſatus

Aſcenſius

DE Q. FLAVIO.

Quintus Flauius a C. Valerio ædile apud populum reus actus, cum quatuordecim tribuum ſuffragiis damnatus eſſet, proclamauit ſe innocentem opprimi: cui Valerius æque clara voce reſpondit; nihil ſua intereſſe, nocẽs ne, an innoxius periret, dummodo periret: qua violentia dicti reliquas tribus aduerſario donauit. Abiecerat inimicum: eundem, dū pro certo peſſundatum credidit, erexit: victoriamq; in ipſa victoria perdidit.

DE CAIO COSCONIO.

Caium etiam Coſconium Seruilia lege reum, propter plurima, & euidentiſſima facinora, ſine vlla dubitatione nocentem, Valerii Valentini accuſatoris eius recitatum in iudicio carmen, quo puerū prætextatum, & ingenuam virginem a ſe corruptam poetico ioco ſignificauerat, contexit. Siquidem iudices iniquum rati ſunt, eum victorem dimittere, qui palmam nō ex alio ferre, ſed de ſe dare merebatur. Magis ergo Valerius in Coſconii abſolutione damnatus, q̃ Coſconius in cauſa ſua liberatus eſt.

DE A. ATTILIO CALATINO.

Attingam eos quoq;, quorum ſalus propriis obruta criminibus, proximorū claritati donata eſt. A. Attilium Calatinum Soranorū oppidi proditione, reū admodum infamem, imminentis damnationis periculo, Qu. Maximi ſoceri pauca verba ſubtraxerunt: quibus affirmauit, ſi in eo crimine ſontem illum ipſe comperiſſet, direpturum ſe fuiſſe affinitatem: continuo enim populus pene iam exploratam ſententiam ſuam, vnius iudicio conceſſit: indignum ratus eius teſtimonio non credere, cui difficilis Reipub. temporibus, bene ſe exercitus crediſiſſe meminerat.

ASCENSIVS.

ITEM Lu. Piſo accuſatus a Lu. Claudio Pulchro, q̄ intuliſſet ſociis .ſ. Romani Imperii itolerabiles iniurias, uitauit auxilio fortuito .i. a caſu orto, metum ruinæ haud dubiæ .i. certę. Namq; repẽtina uis nimbi .i. ibris icidit .ſ. in pplm ſtantem ꝓ roſtris p ipſum tẽpus, quo triſtes ſentẽtiæ ferebãtur de eo. cũq; ipſe proſtratus humi oſcularet pedes iudicū, ipſe repleuit os ſuū cœno. qđ .ſ. factū eius, aut cœnū i ore ꝯſpectū .ſ. a pplo, trãſtulit .i. trãſmutauit totã q̃ſtionẽ .i. inquiſitionẽ eius a feueritate ad clementiã, & manſuetudinẽ, quia arbitrati ſunt, .ſ. qui id uiderãt, eū dediſſe iã ſociis ſatis graues pœnas, deductū huc neceſſitatis .i. ad hãc neceſſitatẽ, ut cogeretur abiicere ſe tam ſupplicitter .ſ. ad pedes iudicū, aut attolſere tã deformiter .ſ. deformata facie cœno. Subnectũ .ſ. ſupioribus caſu abſolutis, duos abſolutos culpa accuſatorū ſuorū.

OLIVERIVS.

QVINTVS Flauius reactus. hunc fimbriã fuiſſe conijcimus, quẽ ſeuiſſimum legimus, quippe Cinnę ſatellitem, q poſtea Valerio Flacco cõſule, legatus in Aſiã, ꝑfectus per ſimulationẽ dimiſſus, corrupto exercitu ducẽ iterficiendũ curauit. Ipſe correptis faſcibus prouinciam ingreſſus, Mithridatẽ pergamo expulit. Ilion, ubi tardius portę aperiebantur incendi iuſſit, & populi uiſceratio a Mar. Flauio data in funere matris, erant qui per ſpeciẽ honorãdæ parẽtis meritã mercedem populo ſolutã interpretarentur, q cũ die dicta ab ædilibus crimine ſtupratæ matrisfamiliias abſoluiſſet. Tam nocens. q̃ Inocẽs dicitur cuius res agit. Abiecerat. Dicit quomodo abſolutus eſt Flauius accuſatoris culpa. Reliquas tribus. quæ una ex uiginti ſtabant. Perdidit. Qua tãta dicti uiolẽtia, reliquas tribus i ſuũ odiũ attraxit.

ASCENSIVS.

QVINTVS Flauius actus reus, id eſt accuſatus a C. Valerio ædile apud populum, cum eſſet damnatus ſuffragiis. xiiii. tribunũ ex trigintaquinq;, proclamauit ſe opprimi innocentem. Cui Valc. reſpondit uoce æque clara, nihil intereſſe ſua, ne pro an periret nocens, an innoxius dummodo periret, qua uiolentia dicti, ipſe donauit aduerſario .i. ad defenſionem eius, reliquas .ſ. xxi. tribus. Val. ſup. abiecerat .i. uicerat iam inimicum, & erexit eundẽ dum credidit pro certo peſſundatum, & perdidit uictoriam in ipſa uictoria, id eſt inſolenter loquendo ob iam fere partam uictoriam.

OLIVERIVS.

Coſconius lege ſeruilia reus.

CAIVM etiam Coſconium. lege ſeruilia reũ repetũdarum. Nam apud Aſconium pedianum, ſic legimus. Q. Seruilius Cæpio cum iudicia penes equeſtrem ordinem eſſent, & Pu. Rutilio damnato, nemo tam innocens eſſet, ut non illam timeret. Quint. Seruilius Cæpio, Scaurum ob Aſiaticæ legationis inuidiam, & aduerſus legem pecuniarum, reum fecit repetundarum, lege quam tulit Seruilius, ne quis .ſ. legatus pecuniam acciperet, ſicut Scaurus acceperat, & hunc Coſconium accepiſſe intelligimus. Puerum prætextatum. puerũ nobilem, nam prætexta nobiles utebantur, quam teſte Macro. primus T. Hoſtilius rex Roma. tertius debellatis hetruſcis, ut Ro. haberetur, inſtituit, ſed ꝑtexta illo ſeculo puerilis nõ uſurpabat ętas. At poſtea Tar. Demarati exulis filius Priſcus, rex Quintus a Romulo de Sabinis triũphans, filiũ ſuũ annos quatuordecim natum, q in bello hoſtem manu percuſſerat, ꝓ cõcione laudauit, & prætexta donauit. hinc deductus mos, ut ꝑtexta in uſum puerorũ nobilium uſurparetur. eſt autẽ prętexta toga, cui purpura prętexitur. Poetico ioco. More poetarum uerſibus ludentium. De ſe dare. quia etiam aduerſarium flagitiis ſuperabat. In ſua cauſa. Nam nunquam abſolutus fuiſſet Coſconius, niſi obſcenitas accuſatoris iudices perturbaſſet.

ASCENSIVS.

CAIVM &c. Ordo incipiẽdus eſt ab obliquo propter relatiuũ eius ſic. Caium, etiam Coſconiũ reum lege ſeruilia .i. repetundarũ nocentẽ propter facinora .i. facta iniqua, pluriſſima, & euidẽtiſſima, ſine ulla dubitatione, carmẽ .ſ. lubricũ Valerii Valentini accuſatoris eius recitatũ in iuditio, quo .ſ. carmine Valentinus ſignificauerat ioco poetico (quo poetę ſæpe laſciuie ludũt dũ caſte uiuũt, unde Catullus. Nã caſtũ eſſe decet poetã ipſum, Verſiculos nihil neceſſe, &c.) Puerũ prætextatũ .i. ingenuũ, & nobilem, & uirginem ingenuã corruptam a ſe, contexit .i. protexit. Si non eſſet is ordo, eſſet carmen Valerii &c. contexit Caiũ Coſconi. &c. Siquidem iudices rati ſunt, iniquũ ſup. eſſe dimittere eũ .ſ. Valeriũ Valentẽ uictorem .ſ. in lite, qui merebatur nõ ferre palmam .i. uictoriã ex alio, ſed dare ſup. alio de ſe. Ergo Valerius .ſ. accuſator eſt magis dãnatus in abſolutione Coſconi, q̃ Coſconius liberatus eſt in cauſa ſua. Non enim propter innocentiam ſuã, ſed propter accuſatoris turpitudinis ſuę confeſſionem abſolutus eſt.

OLIVERIVS.

ATTINGAM eos quoque Dicturus Valer. de his, qui cum nocentes eſſent maiorum ſuorum claritate ſeruati ab Au. Attilio calatino ſumpſit exordium, qui cum Soræ oppido præeſſit bello Punico, quo tempore Hannibal Italiam uaſtauit, & illius oppidi ciues ad Hannibalem defeciſſent, ſuſpitio fuit id Calatini conſilio factum. in iudiciũ itaq; Calatinus rapitur, nec dubium erat, quin ab infeſto populo damnaretur, niſi pauca Quin. Fabii Maximi uerba iudicialem illum impetum propulſaſſent. De hoc autem Attilio ſuperius diximus in capi. de iure triumphandi. Direpturum. abrupturum affinitatem per diuortium enim filiam ſuam ei dempſiſſet. Exploratam ſententiam, quia propter euidens crimen fuit pene certa ſententia. Difficillimus reipub. temporibus. propter ingentes Roma. clades. Bene ſe crediſiſſe. optime ſe commiſiſſe. hic enim Fabius eſt, de quo Ennius, unus homo nobis cunctando reſtituit rem. qui trahẽdo bellum, & exercitum Roma. ſeruauit, & uires Hannibalis debilitauit.

ASCENSIVS.

ATTINGAM (Nouam ſpeciem abſolutorũ aggreditur, unde paucis continuationem præmittit) quoq; .i. etiam eos quorum ſalus obruta .i. immerſa propriis criminibus, eſt donata

nata.i.remiſſa claritati.i.ob claritatem proximorum .ſ. ſanguine, aut affinitate pauca uerba Q. uinti Maximi ſoceri .i. patris uxoris Attili Calatilini, ſubtraxerunt periculo dănationis imminentis Aulum Attiliũ Calatinũ reum proditione oppidi Soranorũ infamem admodũ.i.ualde, aut uſque admodũ.i.menſurã, quæ ſatis ſit ad eius condemnationem. Quibus ſup. uerbis Q. uintus Maximus affirmauit, ſi ipſe inueniſſet illum .ſ. Calatinũ ſontẽ.i. culpabilẽ eo crimine.ſ.proditionis, ſe fuiſſe direpturũ.i. diſſipaturum, aut direpturum.i. ſeparaturũ affinitatem.ſ. contractam cum reo. Enim proq. populus conceſſit continuo ſententiam ſuam iam pene exploratã.i. certã, & compertam iudicio unius.ſ.uiri, ratus indignũ ſup. eſſe non credere teſtimonio eius, cui exercitus meminerat credidiſſe, id eſt protegẽdum commiſiſſe ſe bene.i.tute temporibus reipubli. difficillimis.

DE M. ÆMILIO SCAVRO.

M. quoq; Æmilius Scaurus repetundarum reus, adeo perditam, & comploratam defenſionem in iudicium attulit. vt cum accuſator diceret, lege ſibi cẽtum atq; viginti hominibus denuntiare teſtimonium licere: ſeq; non recuſare, quo minus abſolueretur, ſi totidem nominaſſet, quibus in prouincia nihil abſtuliſſet: tam bona conditione vti non potuerit: tamen propter vetuſtiſſimam nobilitatem, & recẽtem memoriam patris, abſolutus eſt.

DE COTTA.

Sed quemadmodum ſplendor ampliſſimorum virorum in protegendis reis plurimum valuit, ita opprimendis non ſane multum potuit: quinetiam euidenter noxiis, dum eos acrius impugnauit, profuit: L. Scipio Aemilianus Cottam apud populum accuſauit: cuius cauſa quamuis grauiſſimis criminibus erat confoſſa ſepties ampliata, & ad vltimum octauo iudicio abſoluta eſt: quia homines uerebantur, ne præcipuæ accuſatoris amplitudini damnatio eius donata exiiſtimaretur. Quos hæc ſecum locutos crediderim: nolumus caput alterius petentem in iudicium, triumphos, & trophæa, ſpoliaq;, ac deuictarum nauium roſtra deferre: terribilis ſit is aduerſus hoſtem: ciuis vero ſalutem, tanto fulgore gloriæ ſubnixus, ne inſequatur. Tam vehementes iudices aduerſus excellentiſſimum accuſatorem, q̃ mites in longe inferioris fortunæ reo.

OLIVERIVS.

Scaurus repetũdarũ reus

MARCVS quoq; Æmilius Scaurus, repetundarum reus. Mar. Sca. M. Scau. filius, qui princeps ſenatus fuit uitricum habuit Syllã, quo uictore, & munifico in ſocios uictoriæ, ita abſtinens fuit, ut nihil donari ſibi noluerit, neq; ſub haſta emerit. ædilitatem ſumma magnificentia geſſit adeo ut in eius impẽſas opes ſuas abſumpſerit, magnũq; æs alienũ contraxerit. ex prætura prouinciã Sardiniã obtinuit, in qua, nec ſatis cõtinẽter ſe geſſiſſe exiſtimatus eſt, & ualde arroganter, quod genus morũ in eo paternũ uidebatur. Cum cætera induſtria nequaquam eſſet par. erat tamẽ aliquãdo inter patronas cauſas. hic cum ad conſulatum ad .iii. calendas quintiles Rom. ueniſſet, querentibus de eo Sardis a Pu. Va. Triario adoleſcente parato ad dicendum, & notæ induſtriæ filio eius, qui in Sardinia contra M. Catonem repetundarum, ut in actis ſcriptũ eſt pridie nonas quintiles defenderunt Scaurũ ſex patroni, cum ad tempus raro quiſquampluribus uteretur, q̃ quatuor. fuerunt autem hi ſex Clodi. pulcher. M. Marcel. M. Claud. M. Cic. M. Meſſalla niger. Q. u. Hortenſius, ipſe quoq; Scaur. dixit pro ſe. ac magnopere iudices mouit ſqualore, & lachrymis, & ædilitatis effuſa memoria, & fauore populari, & præcipue paternæ autoritatis recordatione. Repetundarũ. Dicimus enim repetundarum, & de repetundis. Comploratam, tranſlatio ſumpta ab his, qui mortuos lugent, qui cum actum de eis uident, dicunt poſt conclamationem, comploratum eſt.

ASCENSIVS.

MARCVS quoq; Æmilius Scaurus, reus repetundarum, id eſt pecuniarum a ſociis in prouincia ablatarum, & ab ipſis repetitarũ, attulit in iudicium defenſionẽ adeo perditam, & comploratam.i.deſperatam de euaſione (ſicut complorati homines nullam ſpem uitæ habet, cum manifeſte ſint mortui) adeo dico. Vt cum accuſator diceret, licere ſibi lege .i. per legem denunciare teſtimonium centũ, atq; uiginti hominibus, & ſe.ſ.accuſatorem non recuſare, quo minus.i.ut nõ hoc eſt, ut reus non abſolueretur, ſi nominaſſet totidem, quibus nihil abſtuliſſet in prouincia, non potuerit uti tam bona conditione.i.oblata, ut.ſ.centum, & uiginti ſe nullam iniuriam paſſos nominare poſſet, tamen abſolutus eſt, propter uetuſtiſſimam nobillitatem.ſ.maiorum ſuorum, & propter recentem memoriam patris.

OLIVERIVS.

SED quemadmodum. Ampliſſimorum uirorum, ut Fabii, & Scauri ſuperius cõmemorati. Nõ ſane multũ potuit. Narrat Vale. quomodo accuſatorũ amplitudo peccantiũ cauſis aliquãdo profuerint. Cum enim uideret Po. Ro. multos in dies accuſatores inſurgere potentia ſua fretos, nõ eſt paſſus imbecilliores a maioribus opprimi. Lu. Scipio. Cottam accuſauit. hunc Cottam Gracchanæ ſeditionis fautorẽ intelligimus, cui Scipio acerrime reſtitit, ut apud Plu. in T. & C. Gracchorum uita manifeſtiſſime patet. Nã Aurelius Cotta aliquot poſt annos prætor, iudicia ad equites Romanos tranſtulit. hunc igitur Cottam, cum Lu. Scipio in famatũ in iudiciũ pertraxiſſet, & multis grauiſſimis criminibus afflictum eo perduxiſſet, ut dãnaretur, octauo iudicio illũ populus liberauit, ne eius damnatio accuſatoris amplitudini donata exiſtimaretur. Confoſſa. afflicta, conuicta, tranſlatio a gladiatoribus ſumpta, qui ſibi inuicem uulnera inferunt. Cotta a Scipione Naſica accuſatus Ampliata. inter comperendinationem, & ampliatam cauſam hoc intereſt. Comperendinatio eſt, cũ altera tantum partium petit, ut in alium diem iudicium differatur, eo q dicat iudices cauſam non probe tenere. Ampliata uero cauſa eſt, cum cauſa intellecta, ſi iuſta eſt, reus confeſtim abſoluitur, ſi mala eſt, non ſtatim damnatur, ſed in aliud tempus defertur, & in tabulis, ſi ſcripta erat A. Abſolutionem factam eſſe, ſignificabatur Si uero D. damnatum reum eſſe intelligebant. ſed ſi differebatur, in tabulis imprimebantur N. & L. id autem ſignificat non liquere. Triumphos, & Trophæa. triumphus plenæ uictoriæ decernebatur, utpote debellatis hoſtibus, Trophæum uero ſemiplene, ut fuſis, atq; fugatis.

ASCENSIVS.

SED quemadmodum) paraſceue eſt ad aliud membrum eiuſdem tituli) ſplendor ampliſſimorum uirorum ualuit pluriſmum in protegendis reis, ita non ſane multum.i. parum potuit in opprimendis.ſ.reis, quinetiã.i.inſuper profuit noxiis, id eſt ſontibus euidenter, dũ impugnauit eos acrius.i.ardentius, quã deceret. Lu. Scipio. Æmilianus accuſauit Cottam apud populũ, cuius.ſ.Cottæ cauſa quamuis erat confoſſa.i.afflicta grauiſſimis criminibus. ampliata ſepties.i. dilata in aliud tẽpus ad dãnationem eius magis opportunum, abſolutum eſt ad ultimum iudicio octauo.i.poſt ſeptem ampliationes, quibus tacite damnata fuerat, quia homines uerebantur, ne damnatio eius.ſ.Cottæ, exiſtimaretur donata præcipue amplitudini accuſatoris.ſ. Lucii Scipio. hoc eſt, ne diceretur, q eum potius damnaſſet ob gratiam accuſatoris, q̃ ob crimen damnati. Quos.ſ. homines ego crediderim.i. facile putauerim locutos ſup. fuiſſe ſecũ hæc. Nolumus petentẽ caput alterius deferre ſecum in iudicium triũphos, & trophæa, & ſpolia, & roſtra .i. ferramenta acuta e proris nauium deuictarũ. & is .i. talis ſit terribilis aduerſus hoſtes. uero pro ſed ne inſequatur.i. nolumus, ut inſequatur ſalutem ciuis.ſ.Rom. ſubnixus .i. ſuffultus, tanto ſplendore gloriæ .ſ. ſuæ. Locutos, inquit ſic crediderim eos tam uehementes iudices, aduerſus excellentiſſimum accuſatorem, q̃, id eſt. quantum mites reo, id eſt in reum fortunæ longe inferioris.

DE CALIDIO BONONIENSI.

Callidius Bononienſis in cubiculo mariti nocte deprehenſus, cum ob id cauſam adulterii diceret, inter maximos,& grauiſſimos infamiæ fluctus,emerſit tanquam fragmentum naufragii:leue admodum genus defenſionis amplexus: affirmauit enim ſe ob amorem pueri ſui eo eſſe perductũ. *Suſpectus* erat locus, ſuſpectum tempus, ſuſpecta matris familiæ perſona, ſuſpecta etiam adoleſcentia ipſius: ſed crimen libidinis,cõfeſſio intemperantiæ liberauit.

DE CÆLIIS FRATRIBVS, ET FILIIS TITI CÆLII.

Remiſſioris hæc, illud aliquanto grauioris materiæ exemplum. Cum parricidii cauſam duo fratres Cælii dicerent,ſplendido Terracinę loco nati, quorum pater Titus Cælius in cubiculo quieſcens, filiis altero cubantibus lecto,erat interemptus:neq; aut ſeruus quiſquam,aut liber inueniretur,ad quem ſuſpicio cædis pertineret: hoc vno nomine abſoluti ſunt, quia iudicibus planũ factum eſt, illos aperto oſtio inuentos eſſe dormientes. ſomnus innoxiæ ſecuritatis certiſſimus index miſeris opem tulit. Iudicatum eſt enim rerum naturam non recipere, vt occiſo patre,ſupra vulnera,& cruorem eius,quietem capere potuerint.

DE LVCIO SCIPIONE.

Percurremus nunc eos, quibus in cauſæ dictione magis quæ extra quæſtionem erant, nocuerunt, q̃ ſua innocentia opem tulit L. Scipio poſt ſpecioſiſſimũ triumphũ de rege Antiocho ductum, perinde acſi pecuniam ab eo accepiſſet, damnatus eſt:non puto ꝙ pretio corruptus fuerat,vt illum totius Aſiæ dominum,& iam Europe victrices manus iniicientem, vltra Taurum mõtem ſummoueret: ſed alioqui vir ſynceriſſimæ vitæ,& ab hac ſuſpitione procul remotus,inuidiæ, quæ tunc in duorum fratrum inclytis cognominibus habitabat, reſiſtere non potuit.

OLIVERIVS.

CALLIDIVS Bononienſis. hic eſt Callidius ille, q callidi tate ſua grauiſſimũ iudicium effugit. Cum enim manifeſti, propemodũ adulterii accuſatus eſſet, hoc leui adminiculo aduerſus ualidiſſima accuſatoris argumenta ſuſtentatus iudicium ſubterfugit. ꝙ affirmaret ſe ĩpatientia libidinis pueri ſerui cuiuſdam illic dormiẽtis, in mariti cubiculũ eſſe pertractum. Meriti. quẽ honoris gratia non nominat. Cauſam adulterii. neq; etiã negare poterat, utpote qui deprehenſus fuerat. Leue fragmentũ. Ita euaſit, uel emerſit quẽadmodũ nonnunquã naufragus euadit paruo nauis fragmẽto, hoc eſt tabula. Suſpectus locus. mariti cubiculum. Tempus. nocturnũ. Matris familias. quæ non ſatis pudica foret. ex quo deprehendi poterat, cum adulterii cauſa iuiſſe. Adoleſcentia. quæ procliuior in libidinẽ eſſe conſuerit. Cõfeſſio intemperantiæ. q̃a confeſſus eſſe propter puerum ſeruũ iuiſſe. nam ſi propter ingenuũ iuiſſet, damnatus eſſet.

ASCENSIVS.

CALLIDIVS Bononiẽſis. deprehenſus nocte in cubiculo mariti .ſ. cuiuſdam matronę, cum diceret ob id, id eſt ob eam ſuſpitionem cauſam adulterii. i. purgaret ſe de adulterio, emerſit. i. euaſit incolumis, inter maximos, & grauiſſimos fluctus infamiæ, amplexus leue admodum genus defenſionis tanquam fragmentũ naufragii. i. nauis fractæ, ad quã alludit autor. enim pro q̃a (interrogatus .ſ. quid in cubiculo alieno quæreret) affirmauit ſe eſſe perductũ eo ob amorem pueri. i. puſionis. qui in cubiculo illius dormitabat. quaſi uero honeſtior eſſet turpitudinis nefandæ, q̃ adulteri culpa certe illius temporibus, quia minor fiebat ciuibus iniuria, leuior eſt iudicata, cum tamen grauior fuerit, quando quidem naturalẽ ſubuerterit ordinem. (Sunt qui habeant pueri ſui. quod ſi eſt, dicemus puerum adulteri in idem cubiculũ calli de immiſſum, ut ſi deprehẽſus forte fuerit, eo excuſationis cõfugeret. Non enim reciprocatio patitur, ut intelligamus ſui .ſ. mariti) Locus erat ſuſpectus, quia cubiculum uiri. tempus erat ſuſpectum, quia nocturnum perſona matrisfamiliæ, quæ ſola ſolum admiſerat in cubiculum, & quæ forte leuibus erat moribus, & adoleſcentia ipſius .ſ. uiri, aut forte mulieris erat ſuſpecta. ſed confeſſio intemperantiæ. i. ardentioris amoris in puerum, liberauit crimen libidinis, ſcilicet adulterinæ.

OLIVERIVS.

CVM parricidii cauſam. An hic fuerit Cælius ille Ruffus, ad quem M. Cice. ex Cicilia ſcripſit, non affirmauerim, cum igitur T. Cælius Cælii terracinẽſis filius, noctu in cubiculo uulneribus cõfoſſus inuentus fuiſſet, in altero cubili eiuſdẽ cubiculi cubãtibus filiis, neq; quiſpiã alius in ſuſpitionem cædis ueniret, illi una tantũ cauſa abſoluti fuerunt, ꝙ aperto oſtio dormientes inuenti ſunt, neq; enim uteriſimile fiebat, ſi patrem necaſſent, oculos filiorũ potuiſſe in ſomnũ reſolui. Q uorũ pater, quia ut diximus, de nomine patris, filii apud maiores denominabant. Terracinæ. oppidũ eſt in uolſcis, quod olim Trachina dicebatur, poſtea anxur dictũ, q: ibi Iupiter colеretur imberbis. Altero cubiculo. proximo lecto patris. nã cubiculum cõtinet cubile. In eodem enim cubiculo duo erãt lecti, in altero pr̃, in altero filii cubabãt. Vno nomie. hac una cauſa q̃a cubiculũ eorũ inuentũ eſt ipſis dormiẽtibus aptũ nõ enĩ exiſtimabãt adoleſcẽtes ĩ tãto diſcrimine potuiſſe ſecurã quietẽ capere. Planũ factũ eſt. alia enim ratiõe iuuenes cædis abſolui nõ poterãt. Sõnus inoxię Sõnus ĩnq̃t effecit, ut ĩnoxii iudicarẽtur, quod haud q̃q̃ natura paſſa fuiſſet, filios ſomnum capere potuiſſe poſt uulnera patris.

Terracina oppidum

ASCENSIVS.

HÆC .ſ. iam dicta, ſunt materiæ remiſſioris. i. leuioris, & faciſioris, q̃ſi ſi Diis placet, nõ grauiſſima ſint id genus flagitia, illud. ſ. quod ſequit̃ exẽplũ eſt, ſup. materiæ grauioris aliquãto. Cum duo fratres Cælii .ſ. nomie, nati Terracinæ loco ſplẽdido, dicerẽt cauſam parricidii. i. defenderẽt ſe ab accuſatione parricidii. (Nã dicere cauſam, eſt ſe defendere. dicere ſententiam eſt iudicare) quorum pr̃ Titus Cælius interemptus erat q̃eſcens in cubiculo, filiis ſup. eius cubantibus ĩ altero lecto .ſ. eiuſdẽ cubiculi, Neq; aut ſeruus q̃ſquam, aut liber inueniret, ad quẽ ſuſpicio cędis ptineret, abſoluti ſunt hoc uano. i. ſolo noie. i. hac ſola rõne, quia planũ factũ eſt iudicibus, inuẽtos eẽ dormiẽtes oſtio aperto. Somnus certiſſimus index ſecuritatis inoxię (q̃a tanti crimĩnis ↄſcii nõ poſſunt ſecure dormire) tulit miſeriia opẽ. ſ. defenſionis. Iudicatũ eſt enĩ naturam rerũ non recipere. i. nõ pati, ut patre occiſo, potuerit capere quietẽ ſupra. i. poſt (aut ſuper) uulnera, & cruorẽ. ſ. patris. Hoc autem dicto tranſiens ad aliud membrum per paraſceuẽ dicit.

OLIVERIVS.

PERCVRREMVS &c. Tranſit ad eos q, uel iuidia accuſatorum, uel iniquitate iudicum damnationem euitare non potuerunt, nec ſua ipſorum innocentia ſibi opem tulit. Lu. Scipio. Is frater Africani fuit, qui ad Sipilum montẽ legato fratre, Antiochũ regẽ ſyriæ uicit, & regni parte priuauit, unde Aſiaticus dictus eſt. poſt reus pecuniæ interceptæ, ne in carcerẽ duceretur, Gracchus pr̃. Trib. pleb. prohibuit autor eſt Plini. orator. Lu. Scipio. Q ui Aſiaticus dictus eſt. Et iam Europæ. Antiochus non contentus Aſia, Europam quoq; inuadere properabat. Vltra montem Taurum. hoc idẽ libro. iiii. dicit, capitulo primo exemplo ultimo Antiochus inquit a Lu. Scipione ultra Taurum montem imperii finibus ſummotus, cum Aſiam prouinciam, uicinaſq; ei gentes amiſiſſet, gratias agere Po. Ro. nõ diſſimulanter tulit. Inclytis cognominibus. Nam alter Africanus, alter Aſiaticus dictus eſt.

L. Scipi. Aſiaticus damnatus

ASCENSIVS.

¶ PECVRREMVS nunc eos, quibus in dictione cauſæ .i. in defenſione ſua, ea q̃ erãt extra q̃ſtioné .i. de quibus, nõ fiebat q̃ſtio. nocuerũt magis, quã innocentia ſua tulit opẽ .i. opitulata eſt. Lucius Scip. dãnatus eſt poſt ſpecioſiſſimũ triũphum ductũ de rege Antiocho, perinde, ac ſi accepiſſet pecuniã ab eo. ſ. Antiocho. Non puto q̃ precio corruptus fuerat, ut ſubmoueret illũ. ſ. Antiochum dñm totius Aſiæ, & iniicientẽ iã .i. paulo ante ẽt Europæ manus uictrices, ſubmoueret dico .i. depelleret ultra Taurũ montẽ, ſed uir uitæ ſynceriſſimæ .i. integerrimæ, alioqui .i. alio quouis modo & remotus procul ab hac ſuſpitione, non potuit reſiſtere inuidiæ, q̃ habitabat tunc in inclytis cognominibus duorum fratrum, ſcilicet Scipionum.

OLIVERIVS.

¶ AC Scipioné quidẽ. Scipio non cõmiſſa culpa, ſed flagrante inuidia damnatus, Cn. uero Decianus nulla inuidia ſed errore linguæ factus eſt noxius. Publiũ Furiũ. Hic ſine dubio eſt, quẽ legimus furoris Catilinæ ſociũ. Nã Cicero conuocato ſenatu de his primũ, qui in cuſtodiis traditi eſſent. Item de Lucio Caſſio P. Vmbreno. P. Furio Q. An. quod legati nominauerãt, Retulit qd de his, ſi deprehenſi forẽt, fieri placeret. Morte Lucii Saturnini ſeditioſiſſimi uiri qui Gracchanas leges aſſerere nõ deſtitit, fauente Mario, qui poſtmodũ mutata ſentẽtia illũ ex autoritate ſenatus, qui conſpirauerat in eum tandem oppreſſit. Pœnas. nõ modo fecit, ut non damnaretur reus, quẽ accuſauerat, ſed inſuper ipſe damnatus eſt.

Saturnini nomẽ inuiſum

DE PVBLIO FVRIO.

At Scipioni quidem maximus fortunæ fulgor, C. autem Deciano ſpectatæ integritatis viro, vox ſua exitiũ attulit. Nã cũ P. Furiũ iquinatiſſimę vitæ pro roſtris accuſaret, quia quadã i parte actionis de morte Lucii Saturnini queri auſus fuerat: nec reũ damnauit, & inſuper ei poenas adiectas pependit.

DE TITIO SEXTO.

Sextum quoq; Titium ſimilis caſus proſtrauit: erat innocens agraria lege lata, gratioſus apud populum: tamen quia Saturnini imaginem domi habuerat, ſuffragiis eum tota concio oppreſſit.

DE CLAVDIA.

Adiiciatur his Claudia, quã inſontẽ crimine quo accuſabatur, votum impiũ ſubuertit: quia cum a ludis domum rediens turba elideretur, optauerat, vt frater ſuus maritimarum virium noſtrarũ præcipua iactura reuiuiſceret, ſæpiuſq; cõſul factus, infelici ductu nimis magnam vrbis frequentiam minueret.

DE M. MILITIO CN. LOLIO, ET L. SEXTILIO.

Poſſumus & ad illos breui diuerticulo tranſgredi, quos leues ob cauſas damnationis incurſus abripuit, M. Militus, Cneus Lolius, L. Sextilius triumuiri, q̃ ad incendium in ſacra via ortum extinguendum tardius venerant, a Trib, Pleb. die dicta ad populum damnati ſunt.

ASCENSIVS.

¶ AC maximus fulgor fortunæ attuliſt quidẽ Scip. ſ. Lucio exitiũ .i. damnationẽ, autẽ pro ſed, Cn. Deciano uiro ſpectatæ integritatis, uox ſua .i. propria, attulit exitiũ .i. etiã damnationẽ. Nã cũ accuſaret p̃ roſtris .i. ante roſtra, hoc eſt in conſpectu populi, Publiũ Furiũ ſup hominẽ uitæ inquinatiſſimæ, q̃a auſus fuerat queri .i. cõqueri de morte L. Saturnini uiri ſeditioſiſſimi, & Gracchos imitari, a Mario autẽ interfecti, in quadã parte actionis .ſ. contra Furiũ, nec damnauit .i. nõ perduxit ad condemnationẽ uſq; reũ, & inſuper pependit .i. perſoluit pœnas adiectas, aut additas, aut addictas ei .ſ. reo quaſi inique accuſato.

OLIVERIVS.

¶ SEXTVM quoq;. Titius quoq; Saturninus exitii cauſa fuit, non q̃ eum nominaſſet, ut Decianus, ſed q̃ in eiuſdem domo imago Saturnini eſſet inuenta.

ASCENSIVS.

¶ SEXTVM quoq; Titiũ &c. Similis quoq; caſus proſtrauit Sextum Titiũ, qui ſup. Titius erat innocẽs, & erat gratioſus apud populũ Agraria lege lata. tamen q̃a habuerat domi imaginẽ Saturnini hominis plebi inuiſi, & ob ſeditionẽ occiſi, tota cõcio oppreſſit .i. damnauit eũ ſuffragiis .i. ſentẽtia lata ex pluralitate uocũ, quæ plures longe erãt in eius condemnationẽ q̃ in abſolutionem.

OLIVERIVS.

¶ ADIICIATVR his Claudia. Hannibale Italiam uaſtante ex reſponſo librorum ſibyllinorum mater Deum a Paſſinunte accerſita, cum aduerſo Tyberi ueheretur, repente nauis in accerſita, cum moueri nullis uiribus poſſet, & libris cognitum, caſtiſſimæ demum fœminę manu moueri poſſet. Tum Claudia uirgo ueſtalis falſo crimine inceſti ſuſpecta Deam orauit, ut ſi ſe pudicã ſciret ſequeretur, zonaq; impoſita nauem mouit, ſimulachrũ matris Deũ aduexit. Sueton. de duodecim Cæſaribus ait, extant & fęminarũ exẽpla diuerſa, & ſiquidẽ eiuſdã familiæ Claudia fuit, q̃ nauem cũ ſacris matris Deũ ideę adhærentẽ Tyberino uado extraxit, precata propalã, ut ita demũ ſe p̃ſequeretur, ſi ſibi pudicitia cõſtaret, & quæ nouo more iudiciũ maieſtatis apud populũ mulier ſubiit, q̃ in conferta multitudine ęgre procedente carpento palã optauerat, ut frater ſuus Pulcher reuiuiſceret, atq; iterum claſſem amitteret, quo minor turba Romæ foret. Sunt & alii autores huius hiſtoriæ. Liui, matronæ priores ciuitatis, inter quas unius Claudię inſigne nomen eſt Deam accepiſſe. Cui dubia, ut traditur, aurea famã clarior eſt ad poſteros, iam religio miniſterio pudicitiã fecit, & Ouid. lib. faſt. iui. Supplicis alma tuæ genetrix fœcũda deorũ, Accipe ſub certa cõditione preces. Caſta negor, ſi tu dãnas meruiſſe fatebor Morte luã pœnas iudice uicta Dea. Sed ſi crimẽ abeſt, noſtrę tu pignora uitę Reddes, & caſtas caſta ſequere manus. Dixit & exiguo funẽ conamine traxit, Mira ſed & ſcena teſtificata loq̃r. Mota Dea eſt, ſequiturq; ducẽ, laudatq; ſequẽdo, Index lætitiæ fertur ad aſtra ſonus. Itẽ Paulo inferius dicit, Claudia p̃cedet lęto celeberrima uultu, Credita uix tãdẽ teſte pudica Dea. Claudia uirgo ueſtalis, cuius ſtatua i tẽplo matris Deum repoſita bis incẽdio ęde cõſumpta, remãſit integra, & inuiolata, ut i ca. de miraculis diximus. Crimine iceſti. Elideretur. excuteretur. offenderetur. Infelici du. Aduerſa fortunæ.

ASCENSIVS.

¶ ADIICIATVR his Claudia. ſ. uirgo ueſtalis, quam inſontẽ crimine. ſ. inceſti, quo accuſabatur (purgata añ fuit per attractionẽ matris Deũ ut Oliue. late docet) uotum .i. deſyderiũ impiũ (uidelicet de imminuendo Po. Ro. p̃ cladẽ, ut facilius p̃ mediũ tranſiret) ſubuertit .i. dãnandã curauit. q̃a cũ ipſa rediens domũ a ludis, elideretur .i. preſſa læderetur, turba .i. multitudine populari, optauerat, ut frater ſuus. ſ. Cla. pulcher, appoſitorie p̃cipua, iactura, hoc eſt q̃ quẽ facta eſt p̃cipuæ iactura uiriũ noſtrarũ .i. Romanarũ maritimarũ .i. in mari uerſantiũ (q̃a enim cõtra oĩa mare ingreſſus eſt, claſſem amiſit) reuiuiſcet, & factus cõſul ſæpius minueret, infelici ductu nimis magnã frequẽtiam urbis.

OLIVERIVS.

¶ POSSVMVS ad illos. non erit inquit abſurdum, de his quoq; dicere, qui leui crimine damnati ſunt, ut triumuiri, quos nominat, qui nullã aliã ob cauſam damnati ſunt, niſi q̃ tardius ad extinguendũ ortũ incendiũ ueniſſent, populus eorum ſecordiã multandũ eſſe cenſuit. Pari ratione alter triumuir, q̃ urbis uigilias negligétius ſeruaſſet damnatus eſt.

ASCENSIVS.

¶ POSSVMVS trãſgredi breui diuerticulo, & .i. etiam ad illos, quos incurſus .i. impetus damnationis abripuit, ob leues cauſas damnationis (his aũt uerbis trãſit ad alteram ſpeciem iudiciorum) M. Militius. Cn. Lolius. L. Sextilius triumuiri dãnati ſunt de dicta illis ad populum a tri. ple. q̃ .i. quia uenerat ardius .i. nimis tarde, aut tardius, q̃ decebat, ad extinguendum incendium ortum in uia ſacra, quæ in urbe erat.

OLIVERIVS.

ITEM P.Bilius Triumuir, nocturnus.hic magiſtratus hodie ſeruatur etiam Venetiis. Nam apud Romanos triumuiri nocturni inſtituti ſunt, qui cohercendis incendiis præeſſent.

ASCENSIVS.

ITEM P.Bilius triũuir nocturnus.i. ad hoc creatus ut curaret cũ collegis, ne incẽdia fierẽt nocte, aut ut facta q̃ ocyſſime extinguant̃ cõcidit.ſ. dãnatus iudicio populi, q̃a circũiuerat uigilias negligẽti⁹.ſ.q̃ par erat aut ualde, aut nimis neglig ẽter hoc eſt nõ ſatis diligẽter circũeundo urbes uiſitauerat uigilias.

men interſit reip. ut unuſquiſq; rebus ſuis bene utatur, ne q; forſan amoribus puerorũ indulgere, quo nil turpius aut peruerſius ſi modo turpes ſint.

OLIVERIVS.

ATQVE ut cos. de cauſis, quæ poſſent in iuriſdiſiali conſtitutione poni, quamuis in neutram partem iudicatę. ſunt enim in aſſumptiua, quæ conſtat ex tranſlatione criminis, cum feciſſe nos non negamus, ſed aliorũ peccatis coactos feciſſe dicimus. ut apud Popilium Lenatem filia, quæ fuſte matrem occiderat, & apud Dolabellam quædam mater familias, quæ uirum, & filium interemerat. nam utræq; defendi poſſe uidebantur, q; iure feciſſent transferendo culpam in alios, illa in matrem, hæc in maritum, atq; filium quęſtio enim eſſet aduerſus filiam occidiſti matrem. occidi, ſed iure, nam illa liberos meos ueneno necauerat, orbitatis ergo dolore id facere ſum coacta. pari ratione dicendum eſt de matre familias, cuius filiom ex priore marito ſuſceptũ uir alter occiderat. Quædam quod matrem. nomen propter ignobilitatem non ponitur. In neutram partem. nec in damnationem, nec in abſolutionẽ.

Veneno necato. Mater infenſa filiæ liberos eius ueneno ſuſtulerat, quo dolore percita matrem interemit. Infenſa. irata, quaſi pluſquam inimica. Suſtulerat. occiderat. Quorum alterum ulti. prætor exiſtimauit matrem fuiſſe morte dignã quæ nepotes ueneno necaſſet, ſed indignam quæ a filia necaretur. alterum igitur parricidiũ ultione dignum, alterum abſolutione uidebatur. & propterea utrunque indiſcuſſum reliquit, ut nec damnarit filiam nec abſoluerit. Gell. libr. xx. ad Cn. Dolabellam proconſulari imperio prouinciam Aſiã obtinẽtem de ducta molier Smyrnæa eſt.

DE PVBLIO BILIO TRIVMVIRO.

Item P. Bilius triumuir nocturnus a P. Aquillio Trib. Ple. accuſatus, populi iudicio concidit: quia uigilias negligentius circumierat.

DE M. ÆMILIO PORCINA.

Admodum ſeueræ notæ & illud populi iudicium, cum M. Aemilium Porcinam a L. Caſſio accuſatum crimine nimis ſublimæ extructæ uillæ in Allienſi agro, graui multa affecit.

DE QVODAM.

Non ſupprimenda illius quoq; damnatio, qui puerili ſui nimio amore corruptus, rogatus ab eo ruri ut omaſum in cœnam fieri iuberet: cum bubulæ carnis in propinquo emendæ nulla facultas eſſet: domito boue occiſo, deſiderium eius expleuit: eoq; nomine publica quæſtione afflictus eſt, innocens, niſi tam priſco ſeculo natus eſſet.

DE QVADAM MVLIERE, QVÆ MATREM INTERFECIT.

Atq; ut eos quoq; referamus, qui in diſcrimen capitis adducti, neq; dãnati neq; abſoluti ſunt: apđ M. Popiliũ Lenatẽ prætorem, quædã, qđ matrẽ percuſſam fuſte interemerat, cauſam dixit: de qua neutram in partem latæ ſententiæ ſunt: quia abunde conſtabat, eandem ueneno necatorum liberorum dolore commotam, quos auia filiæ infenſa ſuſtulerat: parricidum ultam parricido eſſe: quorum alterum ultione, alterum abſolutione non dignum iudicatum eſt.

DE QVADAM MVLIERE QVAE VIRVM ET FILIVM INTEREMIT.

Eadem hæſitatione Publii quoq; Dolabellæ, pro cõſulari imperio Aſiam obtinentis, animus fluctuatus eſt materfamilias Smyrnæa uirum, & filium interemit, cũ ab iis optimæ indolis iuuenẽ, quẽ ex prio

OLIVERIVS.

ADMODVM. hoc ſine dubio iudicium ſeuerum nimium, & aſperũ fuit, & pręter omnem opinionẽ factũ, q; M. Aemilius dãnaretur quia uillã altam extruxiſſet in aruis. Seueræ notæ. Rigidæ damnationis. Extructæ uillæ. Hic manifeſtiſſime pater, uillã eẽ domũ q̃ ædificat̃ in agris. in urbe uero domũ appellari, uel ędes.

ASCENSIVS.

ADMODVM, &c. Et.i. etiam illud iudicium populi, ſcilicet Romani ſup. fuit. notæ ſeueræ, id eſt damnationis rigidę: admodum.i. ualde cum affecit graui multã.i. pœna M. Aemilium Porcinam accuſatũ a Lu. Caſ. crimine uillæ.i. domus ruſticæ extructæ nimis ſublime.i. alte in agro Allienſi, ſic a proximo oppido dicto.

THEOPHILVS.

ALISIENSI. ueteſti codices habent allienſi.

OLIVERIVS.

NON ſupprimẽda. nõ fuit hoc leue crimen ut Valerio fortaſſe uidetur. nam proxime ad amentiam, accedit domitum bouem occidere pueri explendæ libidinis gratia, id fortaſſe cuiuſpiam ſacrificii gratia non feciſſet, dignus profecto damnatione, quam ſenſit. Rure, ut omaſum in cæna. & ruri dicimus, & rure. Omaſum. pingue bouis inteſtinum. Bubulæ. a boue dicimus bubulus non bouinus. Publica quæſtione. publica inquiſitione, & iudicio. Innocens niſi tam priſco ſeculo. inſons iudicatus fuiſſet ob id factum, niſi priſcis temporibus natus eſſet, quibus parſimoniæ, & frugalitati honos habebatur.

Omaſum bubulus Bouem occidiſſe fraudi fuit

ASCENSIVS.

NON &c. Damnatio quoq; illius (nõ nominat in re turpi, & abiecta autorẽ, qđ humane, & antiquo more facit, Sicut, & euangeliũ diuitem epulonem non nominat, nec iuuenem, qui dimiſſa ſyndone aufugit, Nec mulierem peccatricem, nec alios multos) qui corruptus nimio amore pueruli ſui. delicati pueri ſui, forte quo abutebatur, rogatos ab eo ruri.i. cum eſſet in agro (Bene autẽ ruri dicit, quia pro aduerbio in loco a tertia declinatione utimur uoce in i.) ut iuberet omaſum.i. ferculũ ex inteſtinis bubulis fieri in cœnã.i. ad uſum cœnæ, cũ nulla facultas carnis bubulę.i. bouis emendę.i. quæ emi poſſet, in propinquo eſſet. expleuit deſyderium eius, ſcilicet pueruli ſui, boue domito, ſcilicet ad agriculturam, occiſo, ſcilicet iuſſu eius, & afflictus eſt.i. affectus damnatione eo nomine, id eſt ea ratione, quęſtione, id eſt inquiſitione publica. innocens, ſcilicet inueniẽdus, aut futurus, niſi natus eſſet ſeculo tam priſco, & ita tam ſeuero, quia tempore, quo Valer. hęc ſcripſerat, non erat flagitioſum rebus ſuis abuti, cũ ta

ASCENSIVS.

ATQVE ut referamus quoq; eos, qui adducti in diſcrimine, id eſt periculo capitis neq; damnati, neq; abſoluti ſunt, Quædam, ſcilicet mulier dixit cauſam, id eſt defendit ſe, apud M. Popi. Lenatem prætorem, quod interemerat matrem percuſſam fuſte, id eſt baculo forti, & longo, de qua, ſcilicet muliere ſententiæ in neutram partem, id eſt neq; abſolutionis, neq; damnationis latæ ſunt, quia conſtabat, id eſt manifeſtum erat abunde eandem, ſcilicet mulierem, quæ matrem occiderat, commotam dolore liberorum necatorum ueneno, quos auia, ſcilicet liberorum, & mater eius, quæ eam interfecerat ſuſtulerat, id eſt de medio uiuentium abſtulerat, infenſa, id eſt multum irata filiæ, ultam eſſe parricidium parricidio.ſ. filiorum hic manifeſte patet de omni neceſſariorum cæde dici, ut hoc loco de cæde nepotũ, & matris, quorum.ſ. parricidiorum, alterum.ſ. commiſſum ab auia in nepotes iudicatum eſt.ſ. a prætore, dignum.ſ. commiſſum a filia in matrem iudicatum eſt non dignum abſolutione, quia licet filia iuſtiſſimas habuerat cauſas irarum, non tamen iudicari debuit matrem iuſte intercemiſſe, unde propter parricidiũ matris non eſt damnata, & propter parricidium ſuum non eſt abſoluta.

OLIVERIVS.

EADEM & cæt. mulier uirum, & filium eodem tempore uenenis clam datis irata interfecerat, atq; feciſſe ſe confitebatur,

re uiro enixa fuerat, occiſum comperiſſet, quam rem Dolabella ad ſe delatã, Athenas ad Areopagi cognitionẽ relegauit: quia ipſe neq; liberare cædibus duabus contaminatam, neq; punire eã iuſto dolore impulſam, ſuſtinebat. Conſideranter, & manſuete populi Romani magiſtratus, ſed Areopagitæ quoq; non minus ſapienter qui inſpecta cauſa, & accuſatorem, & ream poſt centum annos ad ſe reuerti iuſſerunt: eodem effectu moti, quo Dolabella: ſed ille transferendo quæſtionem, hi differendo damnandi, atq; abſoluendi, inexplicabilem cunctationem mutabant.

DE PRIVATIS IVDICIIS. CAPVT II.

PVblicis iudiciis adiiciam, quorũ magis æquitas quæſtionum delectare, q̃ immoderata turba lectorẽ offendere poterit. Claudius Centummalus ab auguribus iuſſus altitudinẽ domus ſuæ, quã in Cælio mõte habebat ſummittere, quia his ex arce augurium capiẽtibus officiebat, vendidit eam Calpurnio Lanario: nec indicauit, q; imperatum a collegio augurum erat, a quibus Calpurnius demoliri domũ coactus, M. Porcium Catonem inclyti Catonis patrem arbitrum cũ Claudio adduxit, vt formulam daret, quid ſibi de ea re facere oporteret ex fide bona. Cato vt eſt doctus, de induſtria Claudium edictum ſacerdotum ſuppreſſiſſe, cõtinuo illũ Calpurnio damnauit; ſumma quidem cum æquitate: quia bonæ fidei venditorem nec commodorum ſpem augere, nec incommodorum cognitionem obſcurare oportet. Notum ſuis temporibus iudicium commemoraui: ſed nec quod relaturus quidem ſum, obliteratum eſt ſilentio.

diecebatq; habuiſſe ſe faciendi cauſam, quoniam idem maritus, & filius alterum filium mulieris ex uiro priore genitum adoleſcẽtem optimum, & innocentiſſimum exceptum inſidiis occidiſſent. Idq; ita eſſe factum controuerſia non erat. Dolabella retulit ad conſilium, nemo quiſquam ex conſilio ſententiam ferre in cauſa tam ancipiti audebat, q; & confeſſum ueneficium, & q; maritus & filius necati forent. Non dimittẽdum impunitum uidebatur, & dignata tamen pœna in homines ſceleratos uindicatum fuiſſe. Dolabella eam rem Athenas ad Areopagi, & ad iudices grauiores, exercitatioreſq; reiecit. Areopagitæ, cognita cauſa accuſatorem mulieris, & ipſam, quam accuſabat, centeſimo anno adeſſe iuſſerunt. ſic neq; abſolutum mulieris ueneficium eſt, quod per leges non licebat, neq; nocẽs damnata, punitaq; eſt, quę digna uenia fuit. Animus fluctuatus. Incertitudine animi detentus. Ignorabat enim utrũ damnanda an abſoluenda eſſet rea. Smyrnea. a loco. nam Smyrna urbs minoris Aſiæ quam fluuius meſes circumfluit, Homeri patria, ſecundum quoſdã. Ad Areopagi. Areopagus uicus erat Athenis a tẽ-
Areopagus plo Martis ſic cognominatus, uel quod ibi habitum eſſet iudicium Martis parricidio ac-
Areopagitę. cuſati. Nam ibi primum iudicium capitis actum fuiſſe dixit Plinius, & inde Areopagitę dicebantur, qui Athenis in templo Martis iudicabant, quod iudicium exquiſitiſſimum habebatur. Ille transferendo. Idem affectus mouit utroſq;. Et quãuis alia ratione Dolabella cauſam trãſtulerit alia Areopagitæ diſtulerint, tamen eundem exitũ habuit cõtrouerſia.

ASCENSIVS.

EADEM animus quoq; Publii Dolabellæ obtinentis, Aſiam proconſulari, hoc eſt ęquiualenti conſulari, ſed in prouincia tantum fluctuatus. i. agitatus eſt, eadem. i. conſimili hæſitatione, q̃ Popilius, quia etiã neſciebat damnare ne, an abſoluere deberet, mater familias Smyrnæa, id eſt habitatrix Smyrnæ oppidi in Aſia, & patriæ, ut multi uolunt Homeri, interemit uirum, id eſt maritum, & filium, cum comperiſſet iuuenem optimæ indolis, quẽ enixa fuerat ex priore uiro occiſum ab iis, ſcilicet marito & filio. Quam rem Dolabella delatam ad ſe, id eſt cum eſſet delata ad ſe relegauit Athenas ad cognitionem Areopagi, id eſt iudicium in Areopago, ubi ſummi ſedebant uiri, quia ipſe, neq; ſuſtinebat, id eſt ualebat animo refragante, liberare, ſupple, eam contaminatam duabus cædibus, neq; punire eam impulſam iuſto dolore. Magiſtratus, uidelicet proconſul populi Ro. egit ſupp. conſideranter, id eſt prudenter, & manſuete, ſed Areopagitæ, id eſt iudices in Areopago, ſupple egerunt non minus ſapienter, qui inſpecta cauſa, iuſſerunt & accuſatorem, & ream, id eſt accuſatum reuerti ad ſe poſt centum annos. moti eodem affectu, quo Dolabella, ſed ille, ſcilicet Dolabella transferendo quæſtionem ad alterius fori cognitionem, hi, ſcilicet Areopagitę differendum, ſcilicet in centum annos. quo tempore neutram partem futuram nouerunt, mutabant (ſic in omnibus exemplaribus legi) ſed legendum putem mutuabant, id eſt quaſi mutuo accipiebant, & uſurpabant cunctationem, id eſt moram, & dilationem damnandi, atq; abſoluendi inexplicabilẽ, hoc eſt, cuius nullus uiuentium uiſurus eſſet finem, nemo enim explicare poteſt quicquam, quod ſecum deſierit eſſe.

OLIVERIVS.

PVBLICIS iudiciis adiiciam. Claudius centummalus. Cic. lib. de Offic. iii. cum in arce augures capturi eſſent augurium, iuſſiſſentq; centũmalum, qui ædes in cælio monte habebat, demoliri eas, quarum altitudo officeret auſpiciis, Claudius proſcripſit eas, inſulam uẽdidit, emit Pu. Calphurnius Lanarius huic ab auguribꝰ illud idem denunciatum. Itaq; Calpurnius cum demolitus eſſet, cognouiſſet que Claudiũ ędes poſtea proſcripſiſſe, q̃ eſſet ab auguribus demoliri iuſſus, arbitrum illum adegit, qui quicquid ſibi dare facere oportere ex fide bona, M. Cato ſententiam dixit, huius noſtri Catonis pater, ut enim cæteri ex patribus, ſic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio eſt nominãdus. Is igitur iudex ita pronunciauit, cum in uenundando rẽ eam ſciſſet, & non pronunciaſſet emptori damnum præſtari oportere. Igitur ad fidem bonam ſtatuit pertinere, notum eſſe emptori uitiũ, quod noſſet uẽditor. Claudius Centũmalus. cognomen eſt ab euentu. Cælio monte. unus erat ſeptẽ collibus quos Roma circundat. Officiebat. Nocebat. Auguriũ. Augur enim cũ capturus erat auſpicia, i ſaxo tarpeio ſedebat, & ut ſupra diximus, quatuor in aere ſpacia deſignabat, in oriẽte, quod anticã appellabat, in occidente poſticam, in meridie dextram, in ſeptentrione uero ſiniſtrã. Et cũ hęc deſignaſſet, cõcipiebat animo, quę ſigna mitti uellet, uel uultures, uel aquilas, uel colũbas, inde expectabat, nunquid appareret, q; ſi apparuiſſent, exiſtimabat placere diis, ſi minus non placere. M. Cato. arbitrium. illius ſtoici Cato. & declarat Val. quam ob rem patrem ex filio intelligi uoluerit, quemadmodum ex claris patribus dignoſcuntur filii; ita ex claris filiis dignoſcuntur patres. Vt formulam daret. formula proprie regula iuris appellatur. Quicquid de ea re facere oporteret ex fide, bona uidelicet, ex fide bona iudicaret quicquid oporteret ipſum Clau. de ea re facere, atq; præſtare ipſi Calpur. his uerbis utebãtur iuriſconſulti, unde habetur in libris digeſtorum de uerborũ ſignificatione, quod facere oportere hanc ſignificationem, ut abſtineat quis ab eo facto, quod contra contentionem fieret. & Iuſtinianus lib. iiii. inſtitutionum de hoc multa dicit, quę nunc prętermitto.

ASCENSIVS.

PVBLICIS &c. Ego adiiciam iudiciis publicis. i. a publica perſona, aut toto populo datis ſup. iudicia arbitraria & priuata, hoc eſt ea iudicia, quorum æquitas quæſtionum .i. ſeruata in quęſtionibus, aut inquirendo, aut ipſa plenitudo, ſiue non uehemẽtia quęſtionũ poterit magis delectare lectorẽ quã turba. i. turbatio immoderata poteſt offendere. i. lædere & moleſtia afficere lectorem. Et hæc pro præfatione. deinde ſubdens primum exemplum dicit, Claudius Centummalus (profertur autem Centummalus) iuſſus ab auguribus ſummittere, id eſt deponere, & humiliare, hoc eſt demoliri altitudinem domus ſuæ, quam habebat in cælio monte, quia ſ. altitudo domus eius, officiebat, id eſt nocebat

nocebat, his .ſ. auguribus, capientibus augurium .i. indiciũ rerũ futurarum ex auium conſpectarum garritu, geſtu, & aduolatu, ex arce .ſ. Tarpeia, hoc eſt ex capitolio, uendidit eam .ſ. domum Calpurnio lanario, nec indicauit emptori id, quod imperatum erat a collegio augurum. a quibus Calpurnius coactus demoliri domum, adduxit cum Claudio .ſ. uenditore, M. Porcium Catonem patrem Catonis inclyti .i. gloria clari arbitrum .i. ut ex arbitrio litem dirimat, hoc eſt, ut daret formulam .i. regulam iuris, quia ſciret, quid oporteret, id eſt utile eſſet ſibi. (Notandum uerbo oporteret, datiuum additum) facere de ea re ex fide bona, id eſt ex mera æquitate ſine ulla cauillatione, Cato ut eſt doctus, id eſt poſtq̃ didicit Claudium ſupreſſiſſe .i. tacuiſſe de induſtria, id eſt ex cõpoſito, & ad fraudem emptoris edictum .i. imperium illud ſacerdotum .ſ. augurum, damnauit illum continuo Calpurnio .i. ad utilitatem Calpurnii, & quidem id eſt certe (inquit autor) cum ſumma æquitate, quia nec oportet uenditorem bona fide, nec augere ſpem commodorum, id eſt dicere rem meliorem eſſe, quam ſit, aut plura commoda allaturam, q̃ allatura ſit, nec obſcurare .i. occultare, aut celare cognomen incõmodorum. Ergo (inquit autor faciens tranſitum ad ſequens exemplum) cõmemoraui iudicium notum temporibus ſuis, id eſt quibus datum eſt, ſed nec quidem .i. non etiã id, quod ſum relaturus .i. narraturus eſt obliteratum .i. deletum e memoria hominũ ſilentio, hoc eſt adhuc in memoria hominum uiget.

DE C. VISELLIO.

C. Viſellius Varro graui morbo correptus, trecẽta millia nummum, ab Octacilia Laterenſi, cum qua commerciũ libidinis habuerat, expenſa ferri ſibi paſſus eſt: eo cõſilio, ut ſi deceſſiſſet, ab hæredibus eam ſummam peteret, quam legati genus eſſe uoluit, libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorãdo: euaſit deĩde exilia tempeſtate aduerſus uota Octaciliæ: quæ offenſa, q̃ ſpem prædæ ſuæ morte non maturaſſet, ex amica obſequenti, ſubito diſtricta fœneratricem agere cœpit, nummos petendo, quos ut fronte inuerecunda, ita inani ſtipulatione captauerat: de qua re Caius Aquilius uir magnæ autoritatis, & ſciẽtia iuris ciuilis excellens, iudex adductus: adhibitis in conſiliũ principibus ciuitatis, prudentia, & religione ſuam mulierem repulit. Quod ſi eadẽ formula & Varro damnari, & aduerſaria abſolui potuiſſet eius quoq; non dubito quin turpem, & incõceſſum errorem libenter caſtigaturus fuerit, nunc priuatæ actionis calumniam ipſe cõpeſcuit, adulterii crimen publicæ quæſtioni iudicandum reliquit.

DE CAIO MARIO.

Multo animoſius, & ut millitari ſpiritu dignum erat, ſe in cõſimili genere iudicii C. Marius geſſit: nã cum Caius Ticinius Minturnẽſis Fanniam uxorem quam impudicam de induſtria duxerat, eo crimine repudiatã, dote ſpoliare conaretur: ſumptus ĩter eos iudex, in conſpectu habita quæſtione, ſeductum

ASCENSIVS.

¶ CAIVS Viſellius Var. correptus graui morbo ita, ut mori timeret, paſſus eſt trecenta millia nummum ferri ſibi expenſa, id eſt afferri, & computari, tanq̃ expenſa a ſe hoc eſt ſe commodato accepiſſe ab Octacilia laterenſis, cũ qua habuerat commercium libidinis, .i. ueterem conſuetudinem rei Venereę, eo conſilio .ſ. id paſſus eſt; ut ſi deceſſiſſet ipſam peteret eã ſummã ab hæredibus. quam uoluit eſſe genus legati, id eſt cauti in teſtamento ut illi ſatisfacerent hęredes anteq̃ hæreditatem cõdiuiduant, colorãdo liberalitatẽ libidinoſam noĩe debiti, ut multi cõcubinarii faciunt etiã hodie. Viſellius ſup. euaſit deinde ex illa tempeſtate .i. periculo mortis aduerſus, id eſt cõtra uota Octacilię, quæ offenſa, id eſt irata, q̃ Viſellius nõ maturaſſet .i. non accelaraſſet morte .ſ. ſua, ſpem prędę .i. trecentum millia nummorũ quos occulte quodam furto hæredibus ſurripuiſſet, quia non licebat nomine conſuetudinis tantum nummorum legare cœpit agere .i. gerere ſup. ſe ſubito fœneratricem diſtrictam .i. acrem, & imminem ex amica obſequenti .i. q̃ prius uiſa erat amica morigera, & obſequens, petens .ſ. in iudicio nummos .ſ. trecenties mille, quos captauerat, id eſt habere affectauerat ut .i. ueluti frõte inuerecũdia .i. impudente, ita ſtipulatione inani, immo uana, & fraudulenta, quia nihil commodato Viſellio dederat. De qua re C. Aquillius uir magnę autoritatis, & excellens ſciẽtia iuris ciuilis, adductus .ſ. ab utriſq; litigantium iudex .ſ. arbitrarius, & principibus ciuitatis adhibitis in conſiliũ, id eſt conſultationem, repulit mulierẽ, tanq̃ iniuſte petẽtẽ, & prudẽtia, & religiõe ſua .i. q̃ religioſe, qđ æquum erat, iudicauit. Quod ſi, &, id eſt ſimul Varro .ſ. Viſellius potuiſſet dannari, & aduerſaria abſolui eadem formula .i. ratione iudicii, aut pronunciatione ſententiæ, hoc eſt ſi uiſum fuiſſet æquum, ut mulier famoſa eam pecuniam habuiſſet, quam Varro amiſiſſe meruerat, non dubito (inquit autor) quin caſtigaturus fuerit quoq; id eſt etiam libenter turpem, & inconceſſum errorem eius ſcilicet Varronis Viſellii, qui in fraudem hæredum meretriculæ tantum addixerat. nũc, id eſt quoniam ita fuit, q̃ non potuit utcunq; ſimul damnare, ipſe compeſcuit calumniam priuatę actionis, qua mœcha agebat nomine debiti, quod nullum erat, & reliquit crimen adulterii iudicandum quæſtioni, id eſt inquiſitioni publicæ, id eſt ab inquiſitione publica.

OLIVERIVS.

¶ CAIVS Viſellius Var. hiſtoria hæc ita a Val. copioſe, & aperte narratur, ut nec mea, nec cuiuſquam explicatione indigeat. Octa. hæc pellex erat Viſel. Cõmerciũ. cõſuetudinẽ. Expẽſa ferri. expẽſum eſt fateri ſibi ab illo expẽſum eſſe, referre uero expẽſum, rationes de impẽſis cõficere, uel exhiber, dicimus etiã refero tibi acceptũ, pro eo qđ eſt fateor me abs te accepiſſe. Legati, teſtamẽti. Debiti nomine. Sub uelamẽto .n. hæredes decipiebantur. nam uidetur tranſlatio ſumpta a pictore. Ex il. tem. Tẽpeſtatem appellat grauiorem morbum. Aduerſus uota. Nihil erat, quod minus uellet Octacilia, quam ut Viſellius euaderet in columis. Ex amica obſequenti. Nam Octacilia ſpe omni deſtituta, quem prius ſimulauerat amare, odiſſe cœpit, & agere reum. Diſtrictam. apertam, non diſſimulatam. Inani ſtipulatione, id eſt uana promiſſione, neq; enim conſecuta eſt quod optabat. Nam ſtipulari eſt interrogare. ſtipulatio autem teſte Pomponio eſt uerborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturum ue id, quod interrogatus eſt, reſpondit. & Vulpianus aquilianæ ſtipulationis meminit. nam aquilius iuriſconſultus periti ſſimus fuit, qui prius de dolo malo legem tulit, ut Cicero refert Officiorum libro hic igitur ſententiã contra hanc Octaciliam tulit. Quod ſi eadem. commendat Valer. æquitatem aquilii. Formula. Hoc eſt ſententia atq; eodem libello, formulæ autem dicebantur, apud antiquos, quos nunc libellos appellamus, unde formularii formularum compoſitores dicuntur. Eius quoq;. Viſellius enim merebatur, qui multaretur, quippe qui dum inconceſſę libidini indulget, & ſe & hæredes fraudare non dubitauit. Quæſtioni. Inquiſitioni. unde & quæſtores, rerum capitalium iudices dicuntur.

OLIVERIVS.

¶ MVLTO animoſius. Hoc loco Vale. non minori cũ laude C. Marii ducis præſtãtiſſimi, q̃ Aquilii iuriſcõſulti periti ſſimi iudiciũ proſequitur, qui Fanniã mulierẽ ob impudicitiã ſexterſio nummo, Ticiniũ uero ad ſummã totius dotis illi reſtituendũ dãnauit. de hoc autem Mario diximus abunde ſatis in cap. de ominibus, & in. c. de iure triumphandi, & etiam dicturi ſumus in. cap. de his, quę in aliis iudicarunt, ipſi cõmiſerunt. Laudat inſuper Fanniã, quę cũ a Mario ſexterſio nũmo dãnata fuiſſet, & ob eã dãnationẽ ipſum poſtea cũ Syllani milites ex Minturnẽſi palude extractũ in domũ ſuã cuſtodiendum dediſſent, nõ ſolũ ipſum carcere liberauit, ſed ope quantacunq; potuit illum adiuuit. In conſimili genere. quia meretrice agebatur. Dote ſpoliare. Per legem quæ impudicas repudiatas dote priuabat. Hoſtem

Ticinium monuit, ut incepto deſiſteret, ac mulieri dotem redderet. Quod cum ſæpius fruſtra feciſſet, coactus ab eo ſententiã pronunciare: mulierem impudicitię ſeſtertio nummo, Ticinium ſumma totius dotis dãnauit: præfatus ideo ſe hunc iudicandi modum ſecutum, ꝙ liqueret ſibi, Ticiniũ patrimonio Fanniæ inſidias ſtruentem, impudicæ coniugium expetiſſe: Fannia autem hæc eſt, quæ poſtea Marium hoſtem a Senatu iudicatum, cœnoq; paludis, qua extractus erat, oblitũ, etiam in domũ ſuã cuſtodiendũ Minturnis deductũ, ope quantacunq; potuit, ad iuuit: memor ꝙ impudica ſuis moribus, quod dotem ſeruaſſet, illius religioni acceptum ferri debere.

DE QVODAM DAMNATO FVRTI.

Multus ſermo eo etiam iudicio manauit, in quo quidam furti dãnatus eſt, ꝙ equo, cuius vſus illi vſq; Ariciam commodatus fuerat, vlteriore eius municipii cliuo vectus eſſet. Quid aliud hoc, loci ꝗ verecũdiam illius ſeculi laudemus, in quo tam muniti a pudore exceſſus puniebantur?

QVÆ MVLIERES APVD MAGISTRATVS PRO SE AVT ALIIS CAVSAS EGERVNT. CAPVT III.

NE de his quidem fœminis, tacendũ eſt, quas cõditio naturæ, & verecũdiæ ſtola vt i foro, in iudiciis tacerẽt, cohibere nõ voluit. Ameſia prætoris ſentẽtia rea, cauſam ſuã Lucio Titio Prætore iudiciũ cogente, populi maximo cõcurſu egit: motuſq; oẽs ad neruos defenſionis nõ ſolum diligenter, ſed etiã fortiter executa, & prima actione, & fere cũctis ſententiis liberata eſt: quam quia ſub ſpecie fœminę virilem animum gerebat, Androgynẽ appellabant.

DE AFFRANIA VXORE LICINII BRVCTIONIS.

Caia Affrania vero Licinii Bructionis vxor prõpta ad lites cõtrahendas, pro ſe ſemper apud prætorem verba fecit: non ꝙ aduocatis deficeret, ſed ꝙ impudentia abundabat. Itaq; inuſitatis foro latratibus aſſidue tribunalia exercẽdo ad muliebris calũniæ notiſſimum exẽplum euaſit: adeo vt pro crimine improbis fœminarũ moribus C. Affraniæ nomen obiiciatur: prorogauit autem ſpiritũ ſuũ ac C. Cæſarem Tertium, itemq; M. Seruilium cõſulem: tale n. monſtrum magis, quo tempore extinctum, ꝗ quo ſit ortum memoriæ tradendum eſt.

a ſenatu iudicatum. Cogente Syl. qui armatus urbem oppreſſerat. Extractus. ſ. a Syllanis militibus.

ASCENSIVS.

MVLTO &c. C. M. geſſit ſe in cõſimili genere iudicii multo animoſius, & ut dignũ erat ſpiritu militari. Nam cum C. Ticinius Minturnenſis conaretur ſpoliare dote Fanniã uxorẽ, quam duxerat impudicã de induſtria. i. certa ſcientia, & data opera repudiatam. ſ. a ſe eo crimine. ſ. adulterii, Marius ſumptus iudex inter eos. ſ. maritũ & uxorem queſtione habita in conſpectu. ſ. utriuſq; aut etiã populi, monuit Ticiniũ ſubductum. i. ſubtractum, a multitudine, aut conſpectu uxoris, ut deſiſteret incepto, ac redderet mulieri. ſ. repudiatę merito dotẽ. Quod. i. ꝗ monitionem cũ Marius feciſſet ſæpius fruſtra, coactus ab eo. ſ. uiro qui urgebat eũ pronũciare ſententiam damnauit mulierem impudicitiæ. ſ. noĩe. i. pp impudicitiã, nũmo ſeſtertio. i. pendente duabus libris, & ſemis, & dãnauit Ticinium ſumma totius dotis. i. ut totã dotem reſtitueret. pfatus ſe ſecutũ ſup. eſſe hũc. i. talẽ modũ iudicandi. ideo ꝙ liqret. i. liquide conſtaret, Ticiniũ ſtruentẽ inſidias patrimonio Fanniæ, qđ noĩe dotis ad maritum allatura erat, expetiſſe coniugium impudicæ. (Ergo expetimus etiam inhoneſta) Fannia autẽ hęc eſt ſup. ea ꝗ adiuuit, poſtea ope. i. auxilio quantacunq; potuit, Mariũ iudicatũ hoſtẽ a ſenatu, & oblitum (ab oblinor media breui) inuolutũ cœno paludis. ſ. Minturnen. qua extractus erat, etiã deductũ in domũ ſuã. ſ. Fanniæ Minturnis. i. quã habebat Minturnis, cuſtodiendũ. i. ea gratia, ut cuſtodiretur, donec quid de eo fieret, exploratum eſſet. Adiuuit dicit ens, aut exiſtens memor, ꝙ eſſet iudicata. ſ. a Mario impudica, debere ferri acceptũ. i. imputari, ſuis moribus. ſ. laſciuis & ꝙ ſeruaſſet dotẽ religioni. i. integritati iuſtitiæ ob metum deorum illius. ſ. Marii.

OLIVERIVS.

MVLTVS ſermo. Hoc exemplum pertinet eo, ut facile oſtendat quãta cõtinentia uixerint priſcis tẽporibus uel minimos. Mult⁹ ſermo. qa ubiq; auditũ eſt quempiã, quẽ pp ignobilitatem Vale. nõ nominat, fuiſſe dãnatũ furti, ꝙ equo ſibi cõmodato ultra conſtitutum locũ aliquo ſpacio prouectus fuiſſet cæteq; priſci quoq; noſtri cõſulti hoc idem de his ſentiũt, qui ultra ꝗ dictum eſt, equis commodatis uehuntur. Ariciam. Vrbs, diſtabat ab urbe .x. millibus paſſuum, dicta ab Aricia puella. Quid aliud. Laudantur priſcorum mores a Valer. quia tempore ſuo huiuſmodi exceſſus non puniebantur.

Aricia urbs

ASCENSIVS.

MVLTVS ſermo manauit. i. diffuſus eſt etiam ſup. de eo iudicio, in quo quidã dãnatus eſt furti. ſ. crimine aut pœna, q uectus eſt equo, cuius uſus fuerat cõmodatus illi uſq; Ariciam oppidũ illud, non longe ab urbe euntibus Brundiſium, ut innuit Flaccus in Satyra, Egreſſum magna cœpit Aricia Roma. uectus dico cliuo ulteriore. i. per cliuũ ulteriorem municipii. ſ. Ariciæ. quid laudemus hoc loci. i. in hoc loco aliud, ꝗ uerecundiã illius ſeculi. ſ. priſci i quo exceſſus tam muniti. i. ptecti a pudore. i. rubore turpis facti (Nam pudor eſt interdũ uerecũdia, interdũ effectus eius) puniebãt. q. d. nihil aliud. Quia multũ uerecũdi ſunt dicẽdi, q puniebãt exceſſus excuſabiles, & minime turpes.

OLIVERIVS.

NE de his quidẽ fœminis. Conuenienter annectit his iudiciis mulieres, q apud magiſtratus pro ſe, & pro aliis cauſas egerunt, & primum de Ameſia loquitur q adulterii criminis accuſata. ita cauſam ſuã apud pretorẽ egit ſine ullo patronorũ, aut cauſidicorũ patrocinio, ut nullũ pteriiſerit in ea defenſione actionis modũ. in quo oium ferme iudicio, atq; ſuffragiis incolumis euaſit, & inſuper cognomen Androgynes eſt aſſecuta. In foro. & iudiciis facerent, ſicut Lauronia a Iuuenale introducta. Nungd nos agimus cauſas, ciuilia iura Nouimus, aut ullo ſtrepitu fora noſtra mouemus. Motus omnes. ut modo ad iram, modo ad miſericordiam flecteret auditores. Neruos defenſionis. Ad confutandam aduerſariorum cauſam, & noſtrã corroborandam. Androgynem græce, latine uirginem, ἀνὴρ. n. dicitur uir, γυνὴ mulier.

ASCENSIVS.

NE quidem. i. non etiam, cũ tamẽ maxime uideaſ, tacendũ eſt de fœminis, quas conditio naturę. i. ſexus, & ſtola. i. ueſtis matronalis, uerecundiæ. ſ. cuſtos, aut admonitrix nõ ualuit cohibere, ut tacerent in foro. ſ. iudiciali, & iudiciis. Afferẽs aũt continuo exemplũ dicit. Ameſia rea ſententia ptoris. i. a ptore lata egit cauſam ſuam maximo cõcurſu populi, & hoc L. Ti. ptore cogẽte. i. cõgregãte iudiciũ. i. collegiũ iudicium, & ipſa executa nõ ſolũ diligẽter, ſed etiã fortiter oẽs motus. ſ. affectionũ ad neruos. i. uires defenſionis. ſ. ſuæ faciẽtes. Liberata eſt. &. i. ſimul prima actione, ut lis nõ fuerit ampliata, & fere cũctis ſentẽtiis, quã qa gerebat aĩum uirilẽ ſub ſpẽ fœminę ſup. homines appellabant Androgynem, id eſt uirilem fœminã, aut uirum, & fœminam. uirum animo, fœminam corpore.

OLIVERIVS.

CAIA Affra. Lici. impudentiam ſimul, & audaciam C. Affraniæ

¶ PVBLIVS uero Senator & L. Pōtius eques Romanus, celebres actores cauſarum ſuis temporibus, capti .i. orbati luminibus .i. uiſu, executi ſunt eadem induſtria .ſ. qua priuſquam cæci facti eſſent, ſtipendia. i. mercedes, & exercitia forenſia. i. in foro cauſarū. Itaq; .i. & ita ipſi audiebantur frequentius, alii concurrentibus .ſ. ad audiendum, quia delectabantur ingenio eorum, aliis quia admirabantur conſtantiā .ſ. in agendo. Namq; alii, qui perculſi incommodo quale eſt cæcitas, petunt ſeceſſum. i. ſecreta loca, duplicant tenebras, adiicientes fortuitis, id eſt a fortuna illatis tenebris uoluntarias, ſup. tenebras, pręſertim mentis.

OLIVERIVS.

¶ IAM P. Craſſus. Hic P. Craſſus, ut in ca. de fortitu. diximus, aduerſus Ariſtonicum miſſus cum exercitu, & imperator, & Pōtifex quod nunquam antea factum fuerat, ut dux ſimul exercitus, & Pōtifex mitteretur, ex quo etiā creditū eſt, rē male ceſſiſſe, attamē ea fuit induſtria, ut quinq; Gręcorū lingas breui comprehenderit, q̄ res ſibi plurimū cōtulit ad cōciliandos ſociorū animos. nam gratiſſimū erat illis, cū ius dicendū eſſet, nō aliena per interpretes, ſed ſua quiſq; lingua ſuū ius audire. Ad Ariſtonicū regē debellandū. Attalus rex Pergamenorū, regis Eumenis filius, ſocii quondā, cōmilitoniſq; Roma. eiuſmodi teſtamentum reliquit, Po. Ro. bonorū meorum hęres eſto. Addita igitur hęreditate prouinciā Po. Ro. non quidē bello, nec armis, ſed qđ eſt ęquius teſtamenti iure retinebat, ſed hanc difficile dictu eſt, utrū facilius amiſerit Po. Ro. an recuperauerit. Nā Ariſtonicus regii ſanguinis, ferox iuuenis armis prouinciā inuaſit. aduerſus quē primo quidem miſſus fuit hic P. Craſſus, qui uictus, & captus dū duceret, uirgā, qua equū regebat in oculū barbari unius diſiecit, qui ui doloris accenſus, Craſſi latus ſicca confodit. In quinq; genera diuiſa. ſatis cōſtat quinq; Gręcorū linguas eſſe, Ionicam, Doricam, Atticam, Æolicam, & communem.

ASCENSIVS.

¶ IAM (cōtinuatiua uox) P. Craſſus cū conſul ueniſſet in Aſiā

OLIVERIVS.

Roſcius in ſcena clarus

¶ NE Roſcius. nec Roſcii quidem, prætermittenda eſt induſtria, qui meditatus ſemper in ſcenam uenire conſueuerat, ut nihil ſpectāte populo gereret, hoc eſt geſtum nullum faceret, quem non prius domi comprobaſſet. ex qua ſumma induſtria factū eſt, cum artem ſcenicam plene teneret eam ſit gloriam conſecutus, ut quicunq; in Hiſtrionia excelleret, is Roſcius diceretur, teſte Cice. lib. primo de oratore, ubi hūc Roſcium mirifice laudat. hic non ſolum uulgi fauorem, ſed multorum quoq; principum familiaritatem iniuit, de quo Pli. li. vii. de naturali hiſtoria exceſſe re in hoc ęuo noſtro, nec modicæ laudis Hiſtriones, ſed libertatē ſuam mereati, quippe, cum iam apud maiores Roſcius &c. Scenicę. id eſt induſtrię mimorum & Hiſtrionum, qui ſe in ſcena exercebant. Meditatus fuerat. exercuerat, ne quid inuenuſte, ne quid inepte, ne quid incompoſite ęderet. hinc eius induſtria quanta fuerit, facile conicitur, q̄ nunquam in ſcena fabulam egerit, quam nō prius domi repreſentaſſet. Ludicra ars. plus ille arti dignitatis, q̄ ipſe ex arte honoris ſit cōſecutus. Hæc ſunt attenti. Laudat induſtriam Vale. dicens nō mediocrem ex ea fructum percipi, ſi fuerit diligentiſſime culta, idq; probat ex Roſcio, qui ſola induſtria meruit ut cum clariſſimis uiris commemoretur, quamuis Hiſtrioniam exercuerit. Attenti & anxii ſtudii. Diffinitio induſtriæ. quid enim aliud eſt induſtria, niſi attentum, uehemens, & aſſiduum in re aliqua ſtudium?

ASCENSIVS.

¶ NE quidem, id eſt non etiam, aut non ſaltem, cum magis uideatur poſſe ſubtrahi Roſci. notiſſimum exemplum induſtriæ ſcenicæ, id eſt in ſcena, hoc eſt in actione comœdiarum, tragœdiarum, aut ſimilium habitæ, ſubtrahatur, ſcilicet ab hoc loco, ubi induſtria laudatur, qui nullum, id eſt non ullum, non eſt auſus, ponere, id eſt præſentare unquam populo ſpectanti ullum geſtum, niſi quem fuerat meditatus, id eſt expertus domi. Quapropter ars ludicra, id eſt ſcenica, & qua ludis publicis opera dabatur, non commendauit Roſcium, ſed Roſcius commendauit, id eſt comprobauit, & maioris autoritatis fecit artem ludicram. Nec Roſcius amplexus eſt tantum fauorem uulgi, uerumetiam familiaritates principum. Hæc, ſcilicet placere, & populo, & principibus, ſunt præmia ſtudii attenti, & anxii, & nunquam ceſſantis, hoc eſt ſemper uigilantis, propter quæ perſona Hiſtrionis, id eſt Ludii, aut Ludionis, & ſcenici hominis, uidelicet Roſcii inſeruit ſe non impudenter, id eſt citra impudentiam (Non tamen id ipſe fecit per ſe, id eſt per autorem huius) ſed operis laudibus tantorum, uirorum, quanti ſunt ſuperiores.

EXTERNA.

DE DEMOSTHENE.

Græca quoq; induſtria, quoniam noſtræ multum profuit, quē meretur fructū Latina lingua recipiat. Demoſthenes, cuius commemorato nomine, maximæ eloquentiæ cōſummatio audientis animo oboritur, cum inter initia iuuentæ artis, quā affectabat, primā literā dicere non poſſet, oris ſui vitium, tanto ſtudio expugnauit, vt ea a nullo expreſſius referretur. Deinde propter nimiam exilitatem acerbam auditu vocem ſuam exercitatione continua ad maturum, & gratum auribus ſonum perduxit. Lateris etiam firmitate defectus, quas corporis habitus vires negauerat, a labore mutuatus eſt. Multos enim verſus vno impetu ſpiritus complectebatur, eoſq; aduerſa loca celeri gradu ſcandens, pronunciabat. Ac vadoſis littoribus inſiſtens declamationes fluctuū fragoribus obluctantibus edebat: vt ad fremitus concitatarum concionum, patientia duratis auribus, in actionibus vteretur. Fertur quoq; ore inſertis calculis multum ac diu loqui ſolitus, quo vacuum promptius eſſet, & ſolutius. Præliatus eſt cum rerum natura, & quidem victor abiit, malignitatem eius pertinaciſſimo animi robore ſuperando. Itaq; alterum Demoſthenem mater, alterum induſtria enixa eſt.

DE PYTHAGORA PHILOSOPHO.

Atq;, vt ad vetuſtiorem induſtriæ actum tranſgrediar, Pythagoras perfectiſſimum opus ſapientiæ, a iuuenta pariter & omnis honeſtatis percipiendæ

OLIVERIVS.

GRÆCA quoq; induſtria. Latina inqt lingua Grēcorū induſtriā poſteritati cōmendet, & quē ab ea meruit fructū, recipiat. Demoſthenes. Hic quāta fuerit īduſtria, qui eius uitā legerit, ubi orationes eius cōtinent, facile cognoſcet. eſt aūt a clariſſimo uiro Leonardo Aretino in Latinū elegātiſſime traducta, in qua nōnihil a Iuue. diſſentire uĩ, cū dicat patrē ĩ officina gladiatorū fuiſſe. Iuue. uero in Satyra oībus in terris, ita refert de Demoſthene. Quē pſ ardentis maſſę fuligine lippus, A carbone, & forcipibus, gladioſq; parante, Incude, & luto Vulcano ad rethora miſit. quod ultimū nō plene cū his, q̄ Leonardus ſcripſit concordare uĩ, cum lōge poſt mortem patris hoc ſibi aſſumpſiſſe officium referat. de hoc Demoſthene a Cic. a Quinti. a Gel. multiſq; aliis multa referūtur. de natiuitate, de induſtria, de arte, de tota uita. fuit enim oratorū omnium grēcorum facile princeps, qui in pronunciatione ſummū artificium reponebat. hic multa ſibi a natura denegata ſtudio, & induſtria cōparauit. primā rhetoris literā pronūciare non ualebat, hanc lapillis ore ſepius inferendis facillimā expreſſionem reddidit. exilitate uocis laborabat, breui effecit, ut auditorū auribus uehementer inſonaret, fieretq; grata cibus, atq; ſuauis. multaq; alia naturæ uitia correxit tanto ſtudio, & induſtria, ut cū ipſa natura pugnaſſe quodāmodo uideri poſſit. habuiſſe domi ſpeculum ingēs dĩ, ad quod ſeipſum uidens geſtū formaret. quid quod ſibi domi locum ſubterraneū conſtruxiſſe ferunt, in quē p ſingulos dies, ille deſcendens geſtū, ac motū corporis fingebat, uocēq; exercitabat: ſępe etiā duos, uel tres menſes, ut refert Plu. continuo domi incluſus, non ceſſabat, A braſa parte capilli s, ut exeundi facultatem ſibi ipſi præriperet. ſermones inſuper, & negocia foris agitata, ad ſtudiū referebat, multaq; alia faciebat, cū quo facile cognoſcebat, ſe nō multum natura, & ingenio, ſed ſtudio, & exercitatione ualere. Maximę elo. con. au. ani. obrui. Si conſumatus orator quiſquā dici poteſt, hic unus apud græcos inuentus eſt. Vnde Pli. lib. xxxiii. Demoſthenes inquit, ſummus oratorum Gręcię, anulos, &c. Artis. ſ. rhetoricę, cuius prima litera eſt R. quā pnunciare ſiue difficultate non poterat, eam ſibi ſua induſtria facillimā reddidit. Lateris in fir. Aliud incommodū a natura datū aſſiduo labore correxit. Latera ſic habebat infirma, ut clauſulas uel breues uno ſpū enūciare nō ualeret. hoc ſi emendauit, ut mōtium, colles, arduaq; loca, uerſus recitādo ſępius aſceēderet. quo ſtudio atq; labore ſic latera firmauit, ut oēs clauſulas periodos, ac perfectę orōnis, cōplexiones quantumlibet lōgas uno ſpū facile enunciaret. A labore mutuatus. Accepit a labore ueluti mutuo. Ac uadoſis littoribus. Emēdauit & illud, qđ in pnunciatione ſubito ſtrepitu pturbaĩ, ut plerūq; deſiſtere cogeretur. Fluctuum fragoribus obluctātibus. Repugnātibus inuicē aquis ſtrepitus creari ſolet; ubi aūt anguſtiora ſunt littora ibi cōcitatior ſolet eſſe fluctus. Fertur quoq; inſertis calculis. Ad līguæ correptionem lapillis ore inſertis frequenter utebatur. Itaq; alterum Demoſthenem. Quem mĩ ineptum produxerat, natura aptiſſimum reddidit, ut alterum a matre, alterum a natura Demoſthenem natum dixeris.

Demoſthenis induſtria.

ASCENSIVS.

GRÆCA quoq; &c. breui pfatione ad externa trāſiens dicit. Græca quoq;. i. etiā induſtria, qm̄ profuit multū noſtræ. i. Romanæ induſtrię, recipiat eum fructū quē lingua latina meretur, hoc eſt qa Latini per Græcos induſtrii facti ſunt, quicquid meruerunt laudis Græcis acceptū ferre debēt, & ideo accipiant Grēci id laudis, quod Latini eos ſequētes meruerūt. At ſi lingua Latina ſeptimi ſit caſus, recipiat Grēca īduſtria fructū, quē meruit, lingua Latina. i. p linguā Latinā. i. nō taceamus nos Latini, qa Grēcis induſtrii facti ſumus eorū laudē. Demoſthenes cuius noīe cōmemorato. i. pronunciato, & ſic ad memoriā reducto, cōſummatio. i. pfectio maximę eloquētię oboritur. i. etiā nō cogitanti occurrit aio audiētis, cū iter initia iuuētę. i. iuuenilis ætatis, nō poſſet dicere primā literā artis, quā affectabat, hoc eſt rhetoricæ (cuius prima litera eſt per rh. q̄ a paucis recte pronūciatur cū aſpiratione, Nam pauci aliter rhetor quā retor pronunciant) expugnauit. i. euicit uitium oris ſui tanto ſtudio, ut ea. ſ. litera a nullo referretur. i. pronunciaretĩ expreſſius. Deinde pducit exercitatione cōtinua, uocē ſuā acerbā auditu. i. dum audiebatur, propter nimiā exilitatē. i. tenuitatē, ad ſonū maturū. i. ſatis grauē, & gratum auribus. ſ. audiētium. Ipſe ſup. etiā defectus. i. deſtitutus, & deficiens, firmitate lateris. i. partis un̄ uox, & anhelitus prodit, mutuatus eſt. i. mutuo accepit a labor̄ ſup. eas uires, quas habitus. i. diſpoſitio corporis negauerat. Enim p qa, ipſe cōplectebaĩ multos uerſus uno impetu ſpūs, & pronunciabat eos ſcandens loca aduerſa. i. in altum tendentia, gradu celeri. i. feſtino, ac inſiſtēs. i. inhęrēs littoribus uadoſis, ędebaĩ. i. enūciabat declamationes. i. fictas actiones, & orōnes, p experiētia, aut exercitio aſſūptas fragorib⁹. i. ſonitibus uehemētibus ortis ex refractione fluctū obluctantibus. i. cōtra ſtrepētibus, ut uteretur in actionibus. ſ. ueris auribus. ſ. ſuis duratis. i. durioribꝰ factis, patiētia. ſ. fragorū fluctuū ad fremitus cōcionū. ſ. plebeiū concitatarū. i. commotarū. Ipſe fertur quoq; ſolitus loqui multū ac diu calculis. i. paruis lapillis inſertis ore. i. ingeſtis in os ſuū, quo. i. ideo ut os ſup. uacuū eſſet prōptius, & ſolutius. Et ſup. ſic, prēliatus eſt. i. luctatus eſt natura rerū, & quidē abiit. i. euaſit aut diſceſſit e p̄lio, uictor. i. uoti cōpos ſuperādo malignitatē eius. ſ. naturæ. Quę tñ nulli nouerca eſt, qa quātum pōt optima quæq; pducit. ſed ne dux quidē naturæ Deus culpandus eſt in hoc homine, qui cui ſe naturalis dotis dediſſet minus, per induſtriam plus obtinuiſſet robore, id eſt firmitate animi, pertinaciſſimo, id eſt perſeuerantiſſimo. Itaq; matre, ſcilicet Demoſthenes enixa eſt alterum Demoſthenem, uidelicet ad Rhetoricęm penitus ineptum, & induſtria enixa eſt alterum. ſ. Demoſthenem ad eandem maxime utilem, & tamen eundem in ſubſtantia.

OLIVERIVS.

ATQVE &c. Ionica philoſophia a Thalete initium accepit, q̄ uero cognominata eſt Italica, eius princeps fuit Pythagoras, Ineſarchi anulorum ſculptoris filius, ut Hermippus ait Samius. ſiue ut Ariſtoxenus ait Tyrrhenus, ex una inſula, quā eiectis Tyrrhenis Athenienſes poſſederunt. ſunt q Marmacū illis pr̄em uocatū, auū Hypaſum, Attauū Eritriphonē, abauū Cleonymū, q ex Phylounte

Pythagoræ labor diſcendi

cupiditatem ingreſſus,(nihil enim, quod ad vltimũ ſui peruenturum eſt finem, non & maturæ & celæriter incepit) Aegyptũ petiit, vbi literis gentis eius aſſuefactus, præteriti æui ſacerdotum commentarios ſcrutatus, innumerabilium ſeculorum obſeruationes cognouit. Inde ad Perſas profectus, magorũ exactiſſimæ prudentiæ ſe formandũ tradidit, a quibus ſyderum motus, curſuſq; ſtellarum, & vniuſcuiuſq; rei proprietatem, & effectum benigniſſime demonſtratum docili animo ſumpſit. Cretam deinde, & Lacedæmona nauigauit, quarum legibus, ac moribus inſpectis, ad olympicum certamen deſcendit. Cũq; multiplicis ſcientiæ maximã toti Græciæ admirationem, ac ſpecimen exhibuiſſet, quo cognomine cenſeretur interrogatus, non ſe ſapientẽ iam enim illud ſeptem ſapientes viri occupauerant ſed amatorem ſapiẽtiæ, id eſt, Grecæ φιλόσοφον edidit. In Italiæ etiam partem, quæ tunc maior Græcia appellabatur, perrexit: in qua plurimis, & opulentiſſimis vrbibus effectus ſuorum ſtudiorum approbauit: cuius ardentem rogum plenũ venerationis oculis Metapontus aſpexit: opertum Pythagoræ, q̃ ſuorum cinerum nobilius, clariuſq; monimentum.

Iõnnte pfugerit, dicãt. hitaſſeq; Marcũ Sami, atq; iõ Pythagorã Samiũ dici, inde migraſſe Lesbũ, ibiq; a Zolio patruo Pherecydi Syro cõmendatũ, tres ſubinde argenteos calices fabricatũ, eos ſingulis in Ægypto ſacerdotib⁹ dono dediſſe. Iuſt. tñ in. xx. ſuorũ Epitomatũ Demaratũ negociatorẽ diuitẽ illius patrẽ uocauit. Apul. Veſcarẽ noĩauit, adeo icerta ẽ tãti philoſophi origo. uterũq; genus habuiſſe dicitur, frẽs maiorẽ qdẽ natu Eurinomũ, mediũ Tyrrhenũ, ſeruum Tymoli, Cui Getę ſacrificant, Saturnũ, ut Herodo. aut exiſtimãtes. hic ut p̄diximus, pricipio qdẽ Pherecydẽ audiuit Syrũ, poſt eius obitũ pfectũ Samũ Hermodãti iã ſeni Creaphili nepoti, ſe in diſciplinã dedit. Cũ aũt iuuenis eſſet, ac diſcẽdi ſtudioſiſſimus patriã liquẽs cũctis ferme barbaris, grçciſq; miniſteriis icitatus ẽ. Deniq; Ægyptũ petiit quo tpe Polycrates Amaſidi p epſam illũ cõmẽdauit, illorũq; lingua, ut Anthpo tradit, in eo lib. quẽ de his, q in uirtute pcipes fuere ſcripſit, atq; apud Caldæos cõgreſſus eſt cũ Magis, deĩde apud Cretã una cũ Empimeonde deſcẽdit in Idęũ antrũ. in ęgypto quoq; abdita igreſſus, ibiq; de diis in archano edoctus eſt. Deĩde rediit Samũ, offendẽſq; patriã a tyrãno icubari Polycrate, Crotonẽ i Italiã pexit, ibiq; leges Italis dedit, atq; cũ diſcipulis clarus habitus eſt. Q ui ferme tricẽti tẽp. adminiſtrabãt, adeo

Ariſtocratia

ut merito Ariſtocratia, optimorũ. ſ. dñatus noĩaretur. Refert Heraclides põticus hunc de ſe dicere ſolitũ, q fuiſſet aliqñ Aethalides, Mercuriiq; filius putatus eſſet. Mercuriũq; monuiſſe illũ peteret pter imortalitatẽ qd uellet, petiiſſe igitur, ut & uiuẽs, & uita functus, oĩum q̃ cõtingeret memoria haberet. Itaq; in uita meminiſſe oĩum, eãdẽq; memoriã poſt mortẽ reſeruaſſe. lõgoq; poſt tpe i Euphorbũ ueniſſe, atq; a Menelao fuiſſe uulneratũ, Euphorbus aũt dixit, ſe aliqñ æthalidẽ fuiſſe, atq; a Mercurio hoc p munere accepiſſe, ut aĩa illius nulla ultra circulatione uagaretur, ut in aquas uel in arbores, uel animãtes cõmigraret, & q̃ in iferno pperpeſſa eẽt aĩa, & cęterę animę, q̃ ñã patiantᷓ, meminiſſe. poſtea uero q̃ Euphorbus diẽ obiit, migraſſe in Hermotinũ eius aĩam, qđ & ipſe cũ fidẽ uellet facere, Brachidas petiit. Igreſſuſq; Apollinis tẽplũ oñdit Clypeũ, quem illic Menelaus affixerat. At enim illum cũ ex Troia remeaſſet Apollini cõſecraſſe, ſcutũ iã putrefactũ, ſolãq; pdurare Eburneã faciẽ. ubi aũt & Hermotinus uita functus eſt, rurſus i Pyrrhũ Deliũ piſcatorẽ migraſſe, illũq; oĩa memoraſſe. ut. ſ. primo æthalides fuerit, poſtea Euphorbus, deĩde Hermotinus, ac poſtmodũ Pyrrhus effectus ſit, ac deinceps poſt Pyrrhũ, Pythagorã factũ eſſe, omniũq; meminiſſe, q̃ prædiximus, de quo Heraclitus, ut Pytha. ſe in hiſt. rerũ exercuit, & cũ de natura adorſus eſſet ſcribere, ita in principio dixit, nõ p aerem, quẽ ſpiro, nõ per aquã, quã bibo, nõ dimittã huius rõnis ſermonẽ. Scripſit & alia cõplura, Socra. in ſucceſſoribus ait ipſum rogatum a Leonte filiaſorum tyrãno, qs nam eſſet, dixiſſe philoſophus, Moritur aũt Pytha. ut ferť octogeſimo ſuæ ætatis anno. de cuius morte uarię ſunt ſentẽtiæ, ſicut apud Laertiũ uidere poſſumus. qđ uero ad eius induſtriã ptinet, de qua hic agiť, magnã orbis partẽ circuiuit ſciẽtię, & cognitionis cupiditate ductus. Vetuſtiorẽ actũ. Nã multo antea fuerat Pytha: q̃ Demoſthenes. Ad ulti. ſui fi. ad ſa. Nã hic erat ultimus eius finis, quo ſua cũcta intẽderãt. Maturę. cõpoſite, ac ſi diceret ſapiẽter. Innumerabiliũ ſę. Recte dixit Innumerabiliũ, q si ſeqmur Herodotũ, a creatione ſeculi ad ſuũ tempus. x. myriadas annorũ confectus fuiſſe cõſtat. Cic. quoq; li. i. de diui. condemnemus inquit hos, aut ſtultitiæ, aut uanitatis aut impudentię, q quadraginta ſeptuaginta millia anno. ut ipſi dicunt, monumentis comprehenſa contineant, & mentiri indicemus, nec ſeculorum reliquorum iudicium, quod de ipſis futurum ſit, pertimeſcere. lex uero Chriſtiana ab iis longe diſſentit. nam principio rerum ad Incarnationem ſex millia annorum conſtat. Syderum motus. Planetarum errores intelligit. Stellarum curſus. ortus, & occaſus. Admirationem exhibuit. Admirabantur omnes Pythagoræ ingenium ad omnia ſtudia accommodatum. hinc primus arrogantiæ nomen aufugit, ut interrogatus, quo uteretur cognomine, non ſe ſapientẽ, ut ante ipſum ſeptẽ excellẽtiſſimi uiri dici uoluerunt, ſed ſapiẽtię amatorẽ eſſe reſpondit, hoc eſt philoſophum. Sophos enim ſapiens, philoſophus amator ſapiẽtiæ interpretať. Lactãtius tñ diuinarũ inſtitutionũ lib. iii. c. iii. hoc nomen iterpretatus eſt ſapientiæ quæſitorẽ, non amatorẽ. Dicit. n. etenim uerecundię cauſa ſtudioſas ſapiẽtiæ ſe, non ſapientes uocauerunt. immo uero Pythagoras, qui hoc nomen inuenit cũ paulo plus ſaperet, q̃ illi priores, qui ſe ſapiẽtes putauerãt, intellexit nullo humano ſtudio poſſe ad ſapientiã perueniri, & ideo non oportere incomprehenſæ, atq; iperfectæ rei, nõ pfectũ nomẽ imponi. Itaq; cũ ab eo quęreretur, quẽ nã ſe pfiteretur, reſpondit philoſophũ. i. quęſitorẽ ſapientię, hæc Lactãtius. Septẽ excellentiſſimi. Parentheſis eſt

Sapiẽtes ſeptem

fuerũt autẽ hi, Thales Mileſius, Solon Athenienſis, Chilon Lacedęmonius, Pytacus Mytilenęus, Bias Prienẽſis, Cleobolus lydius, Periander Corinthius, ut etiam ſupra monſtrauit in capite de modeſtia. In Italię quoq; partem. Iuſtinus ſuorum Epitomatum lib. xx. dicit hunc ex Aegypto in Babiloniam ad perdiſcendos ſyderum motus, originemq; mundi ſpectandam ſummam ſcientiã conſecutũ, inde regreſſum Cretam & Lacedæmoniam ad cognoſcẽda Minois, & Lycurgi inclytas ea tempeſtate leges contendiſſe, quibus omnibus inſtructum Crotonem ueniſſe, populumq; in luxuriam lapſum, autoritate ſua ad uſum frugalitatis reuocaſſe. nam Pythagoras laudabat quotidie uirtutem, & uitia luxuriæ contẽnebat, caſuſq; ciuitatem hac peſte perditarũ enumerabat. tantũq; ſtudiorũ ad frugalitatem multitudinis prouocauit, ut aliquos ex iis luxuriatos, in optimam frugem conuerſos incredibile uideretur. matronarũ quoq; ſeparatam a uiris doctrinam & puerorũ a parentibus frequenter habuit. Docebat nũc has pudicitiam, & obſequia in uiros, nunc illos modeſtiam, & literarũ ſtudium. inter hæc uelut genitricem uirtutum frugalitatem omnibus ingerebat. cõſecutuſq; aſſiduitate diſputationũ erat, ut matronę auratas ueſtes, cęteraq; dignitatis ſuę ornamẽta, uelut inſtrumenta luxuriæ deponerent. eaq; omnia delata in Iunonis ædem ipſi Deæ conſecrarent. præferens uera ornamẽta matronarũ pudicitiã nõ ueſtes eſſe. In iuuentã quoq; quantũ profligatũ ſit, uicti fœminarũ cõtumaces aĩ manifeſtant. ſed. ccc. ex iuuenibus cũſodalicii iure ſacramẽto quodã nexi ſeparatã a ciuibus cęteris uitã exercerẽt, quaſi cœtũ clandeſtinę coniurationis haberent, ciuitatẽ in ſe conuerterunt, quę eos cum in unam domum conueniſſent, cremare uoluerit. in quo tumultu. lx. ferme homines periere, cæteri in exilium profecti. Pythagoras autẽ cũ annos. xx. Crotoni egiſſet, Metapontum migrauit, ibiq; deceſſit. cuius tanta admiratio fuit, ut ex domo eius templum facerent, eumq; pro Deo colerent. hæc Iuſtin. Q uæ maior appellabatur. totus ille Calabriæ tractus, magna Græcia quõdam dicta fuit. Cuius ardentem rogũ. De morte, ut diximus uariæ ſunt ſentẽtię. Alii enim dicunt cum in domo quadam fuiſſet, eam ex his unũ, quos admittere noluerat per Inuidiam incendiſſe. ſunt

Magna Gręcia

qui Crotoniatas ipſos tyrãnidis ſuſpitione, ac metu, q̃a in loco Milonis Hermõ conſederat hoc ꝑpetraſſe dicat, Pythagorã igit̃ icendii incõmoda uitãtẽ, cũ egrederet̃ cõprehenſum eſſe, ac dixiſſe capi ꝓſtat, q̃ has dare pœnas, cędiq; ſatius eſt, q̃ quicq̃ loqui, atq; ita iugulũ pſecutoribus nudaſſe, cõpluresq; ex diſcipulis (nã ſecũ ad. xl. erãt) fuiſſe interẽptos, ex quib' Archytas Tarẽtinus, & Cyſis. Dicearcus uero Pythagorã dicit in delubrũ muſarũ, qđ Metapõti eſt cõfugiſſe, ibiq; cũ. xl. dies abſq; cibo pſtitiſſet defeciſſe. Heraclites uero in Epitomate ſuo dicit illũ poſtq̃ de ll. Phereci de iuſta pſolueret, rediſſe in Italiã & cũ in domo Milonis crotoniatę celebritatẽ offendiſſet, ſubide Metapõtũ pręxiſſe, ibiq; cũ uiuere ulterius nollet, inedia uitã finiſſe. Hermippus bello inter Agrigẽtinos, & ſyracuſanos orto, Pythagorã exiſſe cũ ſociis Agrigẽtinis ope laturus dicit, uerſis aũt in fugã, illũ fabarũ cãpũ circuiſſe; ibiq; a Syracuſanis fuiſſe iterẽptũ, reliquos uero ad. xxxv. Tarẽti fuiſſe crematos. Val. aũt Heraclidis opinionẽ ſequit̃. Oppidũ Py. plus claritatis Metapõtus habuit nomine Pythagore, q̃ ab eius cineribus ac ſi diceret Metaponto memoriæ æternitatem cineres, & Pythagoræ nomen dedere.

Pythago ræ mors

ASCENSIVS.

PATQVE ut trãſgrediar ad uetuſtiorẽ actũ induſtriæ, Pythagoras igreſſus a iuuẽta. i. iuuenili ętate, pariter pfectiſſimum opus ſapientiæ, & cupiditatẽ oĩs honeſtatis percipiẽdę, (nihil. n. non incepit, hoc eſt unũ quodq; incepit, & mature. i. neq; citius neq; tardius, q̃ decuit, & celeriter. i. properanter. (Quęras forte quõ hęc cohęreãt maturę, uidelicet icipere, & celeriter. ſed ſcies mature fieri, qđ nõ tardius q̃ deceat cœptũ ẽ, celeriter aũt, qđ tũc q̃ fit, ſiue mature ſatis, ſiue ſero fiat, ꝓperãter fit. Pythagoras aũt ut primũ cõuenienter potuit. cœpit, & ubi ſemel cœperat, celeriter peregit) qđ ꝑuenturũ eſt ad ultimũ finẽ ſui. i. ad cõſummationẽ btitudinis, aut (ut Oli. dicit ad ſapientiã.) Ipſe petiit Ægyptũ, ubi aſſuefactus literis gẽtis eius. ſ. Aegyptiacæ, q̃ ſe oium antiquiſſimã glari ſolebat, ſcrutatus cõmentarios. i. breues annales ſacerdotũ ꝓteriti æui, cognouit obſeruationes. i. annotationes innumerabiliũ ſeculorũ ſuorũ. Inde profectus ad Perſas tradidit ſe prudẽtię exactiſſimę Magorũ formãdũ. i. erudiendũ, aut ut uulgus. dicit, iformãdũ, a q̃bus ſumpſit animo docili motus ſyderũ. i. planetarũ errores, curſus ſtellarũ. ſ. fixarũ, & ꝓprietatẽ, & effectũ uniuſcuiuſq; rei, demonſtratũ. ſ. ab eis, benigniſſime Bono ordie ꝓcedit, nã prius ab Aſtronomia, ortus, & occaſus cõiunctiones, & oppoſitiões, uariosq; iter ſe reſpectus ſyderũ, didicit, deinde ab Aſtrologia, qđ portenderẽt accepit. Et ipſe nauigauit deide, Cretã. i. in eã inſulã, & Lacedęmona. i. in eã urbẽ, q̃ & Sparte dicta eſt, quarũ moribus ac legibus inſpectis deſcẽdit ad certamẽ. i. agonẽ Olympicũ. cũq; exhibuiſſet maximã admirationẽ & ſpecimẽ. i. experimẽtũ, aut approbamẽtũ multiplicis ſciẽtię totius Gręcię iterrogatus, quo cognomine cẽſeretur, nõ edidit ſe ſapiẽtẽ (iã enim ſeptẽ uiri quos Oli. explicat, occupauerant illud. ſ. cognomẽ ſapientis, aut dici ſapientẽ) ſed ædidit ſe amatorẽ ſapiẽtię. i. gręce φιλόσοφον. Perrexit etiã in partẽ Italiæ, q̃ appellabatur tũc maior gręcia in qua approbauit plurimis, & opulentiſſimis urbibus effectus ſuorũ ſtudiorũ. Cuius rogũ ardentẽ. i. cum cadauer eius impoſitũ eſſet, Metapõtus. i. populus eius. (Eſt aũt oppidũ in ora Italię nõ longe a Tarẽto dictũ a gręcis, q; trans pontũ illis ſit) aſpexit oculis plenis ueneratione, hoc eſt uenerabũdis. Aſpexit inquã Metapõtus exiſtẽs monimẽtũ nobilius, & clarius operũ Pythagorę q̃ ſuorũ. i. ꝓpriorũ cinerũ (alr. n. dixiſſet, q̃ eius cinerum) hoc eſt plus claritatis, & famæ obtinuit ex operibus Pythagorę illic ſepulti, q̃ ex eo, q; in cineres redacta eſt Oliuer. autem legit oppidum, cuius ſi uera eſt lectio. Ordo eſt. Metaponius oppidum ens ſupp. monumentum nobilius, & clarius cinerum Pythagoræ quam ſuorum.

DE PLATONE PHILOSOPHO.

Plato autem patriam Athenas, præceptorem Socratem ſortitus, & locum, & hominem doctrinæ fertiliſſimum, ingenii quoq; diuina inſtructus abũdãtia, cum omnium iam mortalium ſapientiſſimus haberetur: eo quidem vſq;, vt ſi ipſe Iupiter cælo deſcẽdiſſet, nec elegãtiore, nec beatiore facundia vſurus videretur. Aegyptum peragrauit, vbi a ſacerdotibus eius gentis Geometriæ multiplices numeros, cæleſtium obſeruationem rationum percepit: quoq; tempore a ſtudioſis iuuenibus certatim Athenæ Platonem doctorem quærentibus petebantur: ipſe Nili fluminis inexplicabiles ripas, vaſtiſſimoſq; campos, effuſam barbariem, & flexuoſos foſſarum ambitus Aegiptiorum ſenũ diſcipulus luſtrabat. Quo minus miror in Italiam trãſgreſſus, vt ab Archytha Tarẽti, a Timæo, & Arione, & Ceto Locris Pythagoræ præcepta, & inſtituta acciperet. Tanta enim vis, tanta copia literarum vndiq; colligẽda erat, vt inuicẽ per totum terrarum orbem diſpergi, & dilatari poſſet altero etiam, & octogeſimo anno decedens ſub capite Sophronis numeros habuiſſe fertur: ſic ne extrema quidem eius hora agitatione ſtudii uacua fuit.

OLIVERIVS.

PLATO au. pa. Plato Ariſtone patr̃, matr̃ Pictonia, ſiue (ut alii dĩt Petona) Athenis ſimili die natus, quo apud Delõ Apollo, ut retulit Apollodo. mẽ a Solone genus duxit, Ariſtonẽ uero patrẽ a Codro Melãti filio originẽ ducere tradũt, q a Neptuno idẽ ſanguinẽ trahere Traſillo teſte memoratur, cui Speuſipp' ſucceſſit. habuit frẽs Plat. adimãtẽ, & Glau. & ſororẽ Petonã, de q̃ naſcit̃ Speuſippus. lrãs didicit Plato apđ Diony. grãmaticũ, exercitat' ẽ apđ Ariſtonem Argiuũ palęſtrita, a quo Plato ꝓ egregio corporis habitu cognominatus ẽ, cũ teſte Alexã. prius Ariſto, ex aui paterni noĩe diceret̃. Studuit picturæ, poemata edidit, prioq; dẽ dithrãbos, deinde melos, & tragœdias. & cũ tragicũ certamẽ initurus eẽt, ante Dionyſõ cũ theatrũ audito Socrate, igni poemata exuſſit dicens. Hic Vulcane Plato tua idiget ope. hic annum. xx. ætatis agẽs audiuit Soc. illo mortuo, audiuit Cratilũ, & Hermogenẽ annorũ. xxviii. teſte Hermo. megarã ſe ad Euclidẽ cõtulit. hinc Cyrenem profectus, Theodorum mathematicum. atq; inde in Italia ad Pythagorę os philolaũ, & Euritũ, poſtea in Ægyptũ ꝓfectus, ꝓphetas, ſacerdoteſq; audiuit, ubi comitẽ habuit. Euridem tragicũ regreſſus Athenas in Academia morabat̃. Idem, teſte Ariſtoxeno ter militauit, primo in Tanagorã, ſecũdo in Corinthũ, tertio in Delũ, ubi uictoriã habuit. ter nauigauit, i Siciliã primo ut inſulam uideret, tyranno exiſtente Diony. Hermocratis filio, ubi Plato illi dixit non id ꝓſtare tyrannũ, quod ſibi ſoli eſſet utile, niſi uirtute excelleret. cui Diony. rñdit, uerba ocioſorũ ſenum ſunt, cui Pla. Et tua tyrannidẽ ſapiũt. Diony. iratus uoluit Platonẽ occidere, ſed a Dione, & Ariſtomene oratus ſe continuit, illũ tñ polydi Lacedęmonio, qui ad eũ legatus uenerat, tradidit, polydes uero illũ ſecũ ducẽs in Æginã uendidit, quo tẽpore Camander eũ reum mortis dicebat, q; ſ. capitale eſſet, ſi quis Atheniẽſium inſulã adiiſſet, ſed allegatũ eſt cum philoſophũ eſſe, quare diſciplinæ gratia abſolutus eſt. hunc Anyceris Cyrenaicus emit. xx. minis, remiſitq; Athenas ad amicos, & ſtatim pecunia Anyceridi ꝑ amicos reſtituta eſt. alii dicũt miſſam a Dione illã pecuniã, eãq; noluiſſe eũ miſſam. Polydẽ i Calabria ſuperatũ, & i elice ſummerſum fuiſſe fama ẽ, dęmõe teſte Fauorino, illi annũciãte, ꝓpter Plato. talia ꝑpeti. hæc ſciẽs Dion. ſcripſit ad Pla. ne i ſe maledicta torqueret, cui reſcripſit Plato, ſibi nõ tm ocii ſupeſſe ut Dion. meminiſſet. Secũdo fuit i Siciliã, & a minor Dion. petiit terrã, & homies, q iuxta rẽpub. ab eo ꝯſtitutã uiuerẽt. nõ defuit ſuſpitio, illũ Dion. & Theotẽ ꝑſuadere tẽtaſſe, ut inſulã tyrãno liberarẽt, quo tẽpor̃ Archytas Pythagorę us miſſa ad Dion. ep̃la Pla. purgauit, ereptũq; Athenas remiſit. tertio Siciliã acceſſit, ut Dionẽ reconciliaret Diony. qua re nõ obtẽta redit in patriã. Cic. in Catone maiore, Pla. inquit Athenienſem Tarentum ueniſſe L. Camil. ac P. Clau. cõſulibus reperio. Fuit aũt Pla. teſte Eutropio, quo tpe Galli urbẽ ceperunt. ingenii quoq; diuina iſtructus abũdãtia, cum omniũ iam mortaliũ pr cõmoda patriæ, quã oium doctrinarũ matrẽ dixere maiores, & ꝓceptores, quẽ tũc omniũ ſapientiſſimũ eſſe Apollinis dixit oraculũ, acceſſit & ingenii bonitas, q̃ diuina magis, q̃ humana fuiſſe uidetur. Mortalium omniũ ſapien. Sic Apollinis

Platonis reſponſũ Diõyſio

Apollinis oraculo cõſtat fuiſſe iudicatũ. Geometriæ mult. nu. .i. uarias partes geometriæ. ſunt aũt multæ, & uariæ, ut pũctus, linea, ſupficies. deide triãgulus, q̃drãgulus, &c. circulus, & anguli p͛cs, ut rectus angulus, obliquus angulus. ꝯſiderant͛ ẽt latitudo, amplitudo, & alia huiuſcemodi multa, nã geometria in ſe cõtinet lineamẽta, iterualla, magnitudines, & i figuris dimẽſiões, & numeros. Obſeruationem cœ. rõ. Geometræ p hanc ſciẽtiã curſus ſyderũ, ortus, & occaſus ſtellarũ, quãq; uelociter ſydera moueãtur, quo inter ſe ſpacio diſtẽt, lõga obſeruatione cognoſcunt. Nili flu. inex. ri. bũ inexplicabiles q̃ ſi Herodoto credimus, Nili originem inuenire nemo potuit, q̃q̃ id multi reges fruſtra tẽtauerint. Luc. lib. x. Arcanũ natura caput nõ pdidit ulli. Pli. li. v. Nilus, inq̃t, icertus ortus fõtibus p deſerta, & ardẽtia, & imenſæ lõgitudinis ſpacia ambulans, famaq; tm̃ inermi q̃ſitũ cognitus ſine bellis, q̃ cæteras oẽs terras ſubire originẽ (ut Iuba rex potuit exqrere) in mõte inferioris mauritaniæ nõ pcul oceano habet, lacu ptinus ſtagnante quẽ uocãt Nilidẽ. eſt præterea ſatis ignota Nili natura; quare. ſ. ſingulis annis ſole exiſtẽte in Cãcro, totũ inundat Ægyptũ. Q uãquã Pli. eodẽ loco dicat, uariãs eius incremẽti cauſas eſſe, modo flatũ Etheſiarũ, modo æſtiuos ibres Æthiopiæ, modo alias affert cauſas, quas longũ eſſet referre. ſed euenire, ut plurimũ eius incremẽtũ a canis ortu p introitũ ſolis in Leonẽ, & ut ait Virg. in. iiii. Geor. Per diuerſa ruẽns ſeptẽ diſcurrit in ora. Vſq; coortis laminis deuexus ab indis. .i. Æthiopibus. Vaſtiſſimos cã. tractus Ægypti lõge, lateq; porrigitur. Effuſam bar. Quia uaſtiſſimi ſunt Ægyptiorũ cãpi, ideo p uaſtã regionẽ ſparſim habitant barbari. Et ſie. foſ. amb. cõſtat Ægyptũ foſſarũ plenã, Nili ſupfluas aq̃rũ inundationes recipiẽtiũ. Iuue. Ægyptũ, inq̃t, quę tot regũ, tot ſeculorũ cura, ipenſaq; munita ſit, & aduerſus uim decurrentiũ aquarũ tãtis iſtructa molibus, tot foſſis cõciſſa ſunt, cum his arceant͛, illis recipiant͛ aquę, nihilominus coli, niſi excluſo Nilo non potuerit. Minus miror in Ital. trãſgreſſum. Q uippe q̃ in Ægyptũ uſq; prexit, ut multo facilius in Italiã trãſire potuerit. Præcepta, & inſtituta. Hęc modo inter ſe differũt, ut p̃cepta generaliter dicãtur oium philoſophorũ inſtituta ſua uniuſcuiuſq;, ut Academicorũ, ſtoicorũ, peripateticorũ, Epicureorũ, rurſus pcepta ſunt doctorũ, inſtituta ciuitatũ. Cic. lib. of. Q uãquã te Marce fili annũ iã audientẽ Cratippum, idq; Athenis abũdare oportet p̃ceptis, & inſtitutis philoſophiæ, pter doctori autoritatem; & urbis. Viciſſim. ut uiciſſim daret omnibus, quod undiq; acceperat. Altero, & octo. an. d. Ne mortis uicinitate quiſquã Platonẽ crederet literarũ oblitũ, moriens. Sophronis uerſus ſub capite habuiſſe fertur, mortuus aũt eſt teſte Cic. in Catone maiore uno, & octogeſimo anno ſcribens. Numeros. Rithmos, & uerſus. Virg. Numeros memini, ſi uerba tenerem. fuit ergo. Plató ad extremam; uſq; ſuæ uitæ horam ſtudio ſemper intentus, & induſtriæ plenus.

ASCENSIVS.

SI PLATO iter ſortitus. i. adeo quaſi in ſortẽ nactus, Athenas patriã, qđ uulgares dicerẽt in patriã. & ineptiores pro patria, & Socratẽ p̃ceptorem, &. i. ſimul locũ. ſ. Athenas, & hominẽ. ſ. Socratẽ fertiliſſimũ. i. feraciſſimũ, & maxime pductiuũ doctrinę, & inſtructus quoq;. i. ornatus abũdãtia ingenii diuina. i. tam magna; ut credi poſſet diuina, cũ haberet iam ſapiẽtiſſimus omniũ mortaliũ, quidem. i. certe, eouſq;. i. in tm̃, ut ipſe Iupiter. i. ſummus Deus putatus, deſcẽdiſſe de cęlo, nec uideretur uſurus facũdia elegãtiore, quãtum ad ſtylũ orationis, nec maiore quãtũ ad fœcũdã ſentẽtiã, aut pſuadendi felicitatẽ, peragrauit. i. ptranſiuit quaſi per oẽs agros Ægypti, dũ. i. quo tẽpore, (Sunt qui legãt ubi, ſed ga addit, quoq; tẽpore ſecutus ſum lectionẽ, quam priorem offendi) pcepit a ſacerdotibus eius gentis, multiplices numeros geometriæ, & ſup. obſeruationem rationũ cæleſtiũ. i. rationes cęleſtiũ curſuũ obſeruatas; & obſeruando annotatas a ſacerdotibus Ægiptiis, quoq;. i. & quo tẽpore, Athenę petebant certatim. i. cũ certamine, & ita magna cõpia a iuuenibus ſtudioſis q̃rentibus. ſ. ſibi Platonẽ doctore. i. p̃ceptorem, ipſe diſcipulus ſenũ. i. p̃sbyterorũ Ægyptiorũ luſtrabat. i. ſcrutabatur ripas Nili fluminis inexplicabiles. i. inenarrabiles, aut pter Nili originẽ incertã. aut potius pter eius excremẽta iude incerta, & quorũ rationẽ nemo ſatis perſpexit, nã tunc fiunt, cum decremẽtis locus uideret͛, & uaſtiſſimos cãpos, quos Nilus inundat, aut irrigat quot annis, & barbariẽ. i. barbarorũ accolarũ Nili regionẽ, effuſam. i. dilatatã, & ambitus foſſarũ, q̃ a latere ſunt flexuoſos. i. incuruos, & ſinuoſos. Quo. i. quocirca, aut quapropter ego (inq̃t autor) miror minus ſup. Platonẽ trãſgreſſum ſup. eſſe. ſ. Italia (q̃ regio nõ erat barbara ut Ægyptus) ut acciperet p̃cepta, & inſtituta Pythagoræ, ab Archyta. ſ. philoſopho Tarenti, & a Timeo, & Arione, & Ceto (alii legũt Eneto) locris. i. in ea urbe Italiæ. Enim pq̃a, tãtauis, & tãta copia literarũ erat colligẽda undiq;. i. ex oi parte mũdi, ut poſſet diſpergi, & dilatari inuicẽ. i. uiciſſim, p totũ orbẽ terrarũ. ipſe etiã decedẽs. i. moriens, anno altero, i. ſecũdo, & octogeſimo, fert͛ habuiſſe ſub capite, ut ediſceret numeros. i. uerſus Sophronis, qui carmine ſcripſerat. Et ſic ne quidem. i. non etiam extrema hora eius. ſ. uitæ eius, fuit uacua agitatione ſtudii.

DE DEMOCRITO PHILOSOPHO.

At Democritus, cum diuitiis cenſeri poſſet: quæ tantæ fuerunt, vt pater eius Xerxis exercitui epulũ dare facile potuerit: quo magis vacuo animo ſtudiis literarum eſſet operatus: parua admodũ ſumma retenta, patrimonium ſuum patriæ donauit. Athenis autem compluribus annis moratus, omnia temporum momenta ad percipiendam, & exercendam doctrinam conferens, ignotus illi vrbi vixit, quod ipſe quodam volumine teſtatur. Stupet mens admiratiõe tantæ induſtriæ, & iam trãſit alio.

OLIVERIVS.

AT Demo. Hic Abderites, ſiue, ut alii putãt Mileſius philoſophus fuit, Egiſtrati filius, uel ut alii dicũt Athenocriti, uel ſecundũ alios Damaſippi, ſed quiſquis ille fuerit, tanta rerũ, & diuitiarũ copia refertus, ut pr̃ eius Xerxẽ pſarũ regẽ cũ exercitu hoſpitari potuerit. a quo, teſte Herodoto, magi quidam, & Caldæi præceptores, Democrito filio relicto, Theologiã, & Aſtrologiã illũ docuere cũ adhuc puer eẽt. q has diſciplinas edoctus in Ægiptũ ſe cõtulit, ut geometriã pciperet, in pſidem ad rubrũq; mare, & Caldæos diuinarũ rerum cognitione auidus pertexit. ſunt etiã qui dicãt cum Gymnoſophiſtis in India egreſſum eſſe, atq; in Æthiopiã ueniſſe. partitus eſt fratribus ſuis ſubſtantiã, uel ut tradit Vale. pr̃ię donauit, exigua pſe parte retẽta, q̃ illi pegre pficiẽti opus erat. adeo ſtudioſum fuiſſe tradit Laer. ut ex uicino hortulo ſibi cellulã ſeligeret; ibiq; ſeipſum includeret, & cũ aliquando ipſius pr̃ bouẽ ad imolãdũ adduxiſſet, ibiq; alligaſſet, tãdiu hoc ab illo nõ fuiſſe cognitum, quoad hunc ille ſacrificii obtentu excitauit & boui admouit. cõſtat cũ aliquãdo Athenas ueniſſe, & ob contẽptũ gloriæ agnoſci noluiſſe, ut cũ cognouiſſet ipſe Soc. ab eo ignoratũ fuiſſe. laborauit hic plurimũ in ſolis rerũ naturis contẽplandis (ut quidã ferũt) & quocũq; fortunę caſu, mutabilitateq; rerũ audito, in riſum ſoluebat͛. ut Iuue. in ſat. Omnibus in terris Perpetuo riſu pulmonẽ, Agitare ſolebat Democritus &c. hũc aliquãdo inſaniſſe crediderũt eius ciues, unde ad eius curationem adhibuere Hippocratẽ, q cognita uiri ſapientia, ciues magis, q̃ Democritũ inſanire, a quo ſe multa didiciſſe pſitebat͛. nam ut refert Laer. in uita Democriti, cũ ad eũ ueniſſet Hippocrates maximũ diligẽtię ſuę, & calliditatis teſtimonium dedit Hippocrati, qa puellã Hippocratis comitẽ & integrã, & uiciatã cognouit. Nam primo die ſic eã ſalutauit, Salue uirgo, Poſtridie uero, Salue mulier, fuerat. n. puella nocte ipſa uiciata. ſunt etiã qui dicãt ſeipſum obcecaſſe ad naturæ ſecreta acutius rimanda cuius rei autores ſunt Cic. lib. v. Tuſcu. qõ. & Gel. lib. x. noctiũ atticarũ, de cuius morte uarię ſunt ſentẽtiæ. ut Laer. tradit. Periit aũt cẽteſimo, & nono ſuæ ætatis anno. hic atomis oia cõſtare dicebat, & plures eẽ mũdos; & corruptibiles. Multa uolumina relinquit, ut autor eſt Laer. in eius uita. Cũ diuitiis cẽſeri. Magnitudine diuitiarũ æſtimationem apud homines quantalibet ſibi uendicare poterat. Hinc enim facile coniici põt, pr̃is diuitias fuiſſe ppe incredibiles, quod exercitui Xerxis Perſarũ regis epulũ dare potuerit, quẽ conſtat fuiſſe ſupra cẽtum myriadas: hoc eſt decies centena millia militum, atq; etiam plus, ut quidam tradunt. Omnia temporum momenta. mira induſtria hominis, ut ne minimum quidem ſpacium prætermitteret, quin uel diſceret, uel doceret.

ASCENSIVS.

FAT Democritus cum poſſet cenſeri.i.magni æſtimari & in numero præpotentum haberi,diuitiis.i.ob diuitias,quæ.ſ.diuitiæ,fuerunt tantæ,ut pater eius,uidelicet Ægiſtatus aut Athenocritus,aut Damaſippus.(Nam de patre eius dubitari afferit Tortelius,& eius uerba sepetit Oliue.)potuerit dare ex facili.i.ſine grauamine, exercitui Xerxis, qui tantus fuit,ut flumina potando exiccarent, unde illud Iuue. Epotaq; flumina medo, Prandere,epulum.i.conuiuiũ, donauuit patriæ.ſ.ſuæ, in qua natus erat ſiue ea Abdera,ſiue Miletos fuit, patrimoniũ ſuum quo.i.ideo ut operatus eſſet.i. operã daret ſtudiis literarum, animo magis uacuo.ſ.a curis rerum exterarum, ſumma admodũ parua retẽta.ſ.ad uſum uitæ. Autem pro ſed,ipſe moratus cõpluribus annis, cõferẽs omnia momenta tẽporum ad percipiendã,& exercendã doctrinam,uixit ignotus.i.incognitus illi urbi.ſ. clariſſimæ, quod.i. quã rem ipſe teſtatur quodam uolumine.ſ.a ſe ſcripto. Mens (inqt autor) ſubaudi mea,ſtupet admiratione tãtæ induſtriæ,quãtæ eſt clarum opibus ignotũ deliteſcere amore literarii ſtudii,&.i.& tñ ipſa trãſit iã alio.i.ad narrationem alterius iduſtriæ nõ minoris.

DE CARNEADE PHILOSOPHO.

Carneades laborioſus,& diuturnus miles ſapientiæ,ſiquidem nonaginta expletis annis, idem illi viuendi, ac philoſophandi finis fuit:ita ſe mirificum doctrinæ operibus addixerat, vt cum cibi capiendi cauſa recubuiſſet,cogitationibus inhærens, manum ad menſam porrigere obliuiſceretur. Sed cum Meliſſa, quam vxoris loco habebat, temperato inter ſtudia animo,non interpellandi, ſed inediæ ſuccurrendi officio, dexteram ſuam neceſſariis vſibus aptabat. Ergo animo tantũmodo vita fruebatur: corpore vero quaſi alieno, & ſuperuacuo circundatus erat. Idem cum Chryſippo diſputaturus helleboro ſe ante purgabat, ad exprimẽdum ingenium ſuum attentius, & illius refellẽdum acrius:quas potiones induſtria ſolidæ laudis cupidis appetendas affecit.

DE ANAXAGORA PHILOSOPHO.

Quali porro ſtudio Anaxagoram flagraſſe credimus? qui cum poſt diutinam peregrinationem patriam repetiſſet,poſſeſſioneſq; deſertas vidiſſet, non eſſem,inquit,ego ſaluus,niſi iſtæ periiſſent. Vocem petitæ ſapientiæ compotem.Nam ſi prædiorum potius, ꝙ ingenii culturæ vacaſſet: dominus rei familiaris intra penates manſiſſet, non tantus Anaxagoras ad eos rediiſſet.

OLIVERIUS.

Carneades ſtudiis intentus

FCARNEADES laborioſus. Hic philoloſophus Cyrenæus fuit,Epiconii,ut quidam ferunt,ſiue Alexandri, ut alii dicunt,filius,ſtoicorũ,&Chryſippi diſcipulus,modice eluctabatur, & uerecunde, ita ut ſæpe diceret,niſi Chryſippus eſſet,ego non eſſem. Æthicę ſe magis deuouit,ꝙ Phyſicæ,quo circa Cæſariem & ungues nutriebat.præcipua fuit intenſione ſtudiorum adeo,ut ſenſus oẽs etiã a neceſſariis uſibus interdum auerteret,inediaq; conſumeretur, niſi Meliſſæ cura quã uxoris loco tenebat,ſuſtẽtaretur, ſępiuſq; reficeretur. ad hunc audiendum oratores undiq; confluebant. Diſputaturus cũ Chryſippo,qui acutioris eſſet ingenii, ſuum ſe prius ingenium purgabat helleboro. mortuus eſt nonageſimo ſuæ ætatis anno ut Vale.refert.ut Laer. uero octogeſimoquinto. Olympiade cẽteſima ſexageſima ſecunda. Laborioſus. Quia iugiter ſtudio incubuit,quoad uixit. Addixerat.aſtrinxerat,deſtinauerat. nam addicere apud iuriſconſultus ſignificat per licitationẽ aliquid uendere,hoc eſt in uenditione pub. unde addicti apud ueteres dicebantur,qui prætoris iuſſu,cui ſoluẽdo nõ eſſet,creditoribus uendebantur. Addictus etiam morti deſtinatus. Cice. & is,qui morti addictus eſſet,paucos ſibi dies cõmendatorũ ſuorum cauſa poſtulaſſet,uas factus eſt alter. Fruebatur uita. fructum capiebat ex uita,animo non corpore, nam frui fructum capere ſignificat. Sa. Vita, qua fruimur breuis eſt. Helleboro ſe ante purgabat. Hellebori duæ ſunt ſpecies coloris inſignis candidi,& nigri,qui nõ cognoſcuntur,niſi ex radice. teſte Plin.lib.xxv. de na.hi.ubi multa de eius proprietate,ſed in primis cãdidum probat,ꝙ cauſas morborum extrahere.& primo fuiſſe terribile, deinde adeo promiſcuum ut pleriq; ſtudiorum gratia ad prouidenda acrius,quæ commẽtabantur,ſæpius ſumpſerint,quo & uſum Carneadem reſponſurum Zenonis libris fuiſſe dicit, Au. quoq; Gel. lib. xvii. Noctium Atticarum ubi ſpecies Hellebori dicit. Ad exp. inge. ad explicandam uim ingenii. Quas potiones. laudis inquit cupidi exemplo Carneadis Helleboro ſe diſputaturi purgabant prius,ꝙ ad certamen deſcenderent,quod ante Carneadem facere non ſolebant.

ASCENSIVS.

FCARNEADES philoſoſophus Cyrenæus miles.i.ſectator ſapientię,laborioſus.&diuturnus,unde duplex oritur laus, & ex multiplicitate,&ex diuturnitate ſtudii, Siquidem.i.quoniã nonaginta annis expletis.i.poſtquã expleuerat nonaginta annos,idem fuit illi finis uiuendi,& philoſophandi.i.dandi operã philoſophiæ.& addixerat ſe operibus doctrinæ,ita.i. in tantum mirifice,ut cũ recubuiſſet .i.ad menſam ſe poſuiſſet,forte more antiquo incuiuſ cauſa capiendi cibi,ipſe inhærens .i.infixus cogitationibus,obliuiſceretur porrigere manum ad menſam.i.ad cibum illi appoſitum.ſed Meliſſa .i.mulier, quam habebat loco uxoris,aptabat dextram uſibus neceſſariis.i.imponebat illi cibum in os,animo temperato inter ſtudia.i.affectione accommodata ſtudiis,non officio interpellandi.i.impediendi eum a ſtudio,ſed ſuccurrendi inediæ.i.carentiæ eſus,ſup. eius. Ergo Carneades fruebatur ſup.in uita ſua tantummodo animo,uero.i.ſed circundatus erat corpore quaſi alieno, & ſuperuacuo.i. tanquam re aliena a ſe, & ſuperuacanea. Idem diſputaturus cũ Chryſippo præceptore ſuo,purgabat ſe,hoc eſt cerebrum ſuũ ante.i.prius, Helleboro.ſ.candido.quod in Anticyra optimum naſcitur ad ingenium ſuum exprimẽdum .i. defecandum, & purificandum,&ita reddendum illud attentius,& acrius,& ad refellendum ſup. ingenium, illius.ſ. Chryſippi. Quas potiones.ſ. ex Hellebro diluto,induſtria & ſolertia,fecit ſcilicet exẽplo Carneadis,appetendas cupidis laudis ſolidæ,id eſt integræ.

OLIVERIUS.

Anaxagoras ſciẽtiæ deditus

FQVALI porro ſtu. Anaxa. de hoc uiro dictum eſt in ca. de obitu filiorũ,quod ad eius induſtriam pertinet cum admodum diues eſſet,contemptis diuitiis,omne patrimonium ſuis ſponte conceſſit.uel ut alii dicunt,relictis poſſeſſionibus, ſtudii gratiã longam peregrinationem ſuſcepit. & cum poſt multa tempora rediiſſet in patriã. prædiaq; ſua uidiſſet inculta,atq; deſerta, ſapienter dixit,niſi hæc periiſſent,ego ſaluus nõ eſſem. uox philoſopho digna,nam ſi colendis agris uacaſſet, tanti nominis, & gloriæ philoſophus non euaſiſſet,qui omni re publica,atq; priuata contempta ad ſpeculationem rerum ſe contulit,& ut ſtudioſiſſimus fuit,ita multa de motu cæli,curſu ſyderũ, & natura rerum ſcripſit. uixitq; annis ſeptuaginta duobus,literis ſemper intẽtus. hic cuidam dicenti,ꝙ patria ſibi curę nõ eſſet,immo curã patriæ mihi maxima eſt,& digitum extendebat in cælum,oſtendens illam ſibi ueram patriam eſſe. impietatis ſemel a Cleomene accuſatus ꝙ ſolem,quem Athenienſes colebant,candentem laminam diceret,& penitus ignitam,defenſus a Pericle diſcipulo quinq; talentis multatus,exilio damnatus fuit. de cuius morte uarias dicit Laertius ſententias eſſe ſcriptorũ. Saluus nõ eſſem uirtutem,& ſapientiam ueram hominis ſalutem eſſe dicit.

ASCENSIVS.

FQVALI &c. Porro, id eſt autem quali ſtudio credimus, aut credemus Anaxagoram flagraſſe, id eſt arſiſſe, qui cum poſt peregrinationem diutinam reperiſſet patriam, & uidiſſet poſſeſſiones, ſcilicet ſuas deſertas, inquit, ego non eſſem ſaluus, niſi iſtæ, ſcilicet poſſeſſiones periſſent. Vocem, id eſt uocem compotem ſapientiæ petitæ,hoc eſt quæ aſſecuta erat ſapientiam petitam. Nam ſi uacaſſet potius culturæ prædiorum, ꝙ ingenii, &c.

ſupple manſiſſet dominus rei familiaris intra penates .i. domum ſuā, non rediſſet ad eos. ſ. penates ſuos Anaxagoras tantus. ſ. philoſophus, aut tam magnus uir cenſendus.

DE ARCHIMEDE PHILOSOPHO

Archimedis quoq; fructuoſam induſtriam fuiſſe dicerem, niſi eadem illi & dediſſet vitam, & abſtuliſſet. Captis enim Syracuſis, Marcellus machinationibus eius multum, ac diu victoriam ſuam inhibitam ſenſerat: eximia tamen hominis prudentia delectatus, vt capiti illius parceretur edixit, pene tantum gloriæ in Archimede ſeruato, quantum in oppreſſis Syracuſis hoſtis reponens. At is dum animo, & oculis in terram defixis formas deſcribit, militi, qui prædandi gratia domum irruperat, ſtrictoq; ſuper caput gladio, quiſnam eſſet, interrogabat: propter nimiam cupiditatem inueſtigandi, quod requirebat, nomen ſuum indicare nō potuit. Sed protracto manibus puluere, noli, inquit, obſecro iſtum circulum diſturbare: ac perinde quaſi negligens imperii victoris, obtruncatus ſanguine ſuo, artis ſuæ lineamenta confudit. Quo accidit vt propter idem ſtudiū modo donaretur vita, modo ſpoliaretur.

DE SOCRATE PHILOSOPHO.

Socratem etiam cōſtat ætate prouectum fidibus tractandis operam dare cœpiſſe: ſatius iudicantem, eius artis vſum ſero, q̄ nunquam percipere. Et quantula Socrati acceſſio illa futura ſcientiæ erat? ſed pertinax hominis induſtria, tātis doctrinæ ſuæ diuitiis etiam Muſicæ rationis vtiliſſimum elementum accedere voluit. Ergo dum addiſcendū ſemper ſe pauperē credidit, ad docendum fecit ſe locupletiſſimū.

OLIVERIUS.

ARCHIMEDIS quoq; Archimedes, uel ut Quint. lib. i. de inſtitutione oratoria, Archimedes Syracuſanus in omni Geometria ante alios mira ſubtilitate laudatus. erat. n. teſte Liu. decade ſecūdi Pu. belli unicus ſpectator cæli, ſyderūq;, mirabilior tamen inuentor, ac machinator bellorū tormentorū, operumq; qui ea, q̄ hoſtes ingēti mole agerent, ipſe perleui momēto ludificaretur. captis deinde Syracuſis per proditionem, quas cōtra uim Marcelli Ro. ducis diu defenſauerat, cū omnia uerterēt hoſtes, ipſe Diametros ſuos in puluere obſignans a prætereunte milite incognitus occiſus eſt. Liuius cū multa inquit iræ, multa inuidiæ, auaritiæq; fœda exēpla ederētur, Archimedem memoriæ proditū eſt in tanto tumultu, quātū captæ urbis in diſcurſu diripientiū militū ciere poterant, intentum formis, quas in puluere ſcripſerat, ab ignaro milite quis eſſet interfectū, ægre id Mar. tuliſſe, ſepulturæq; curā habitā, & ꝓpinquis etiam inquiſitis honori, præſidioq; nomē eius, ac memoriā fuiſſe. Pli. lib. vii. na. hiſt. Grande, & Archimedi Geometriæ, & machinalis ſcientiæ teſtimonium M. Marcelli cōtingit interdicto, cū Syracuſæ caperentur, ne uiolaretur unus niſi fefelliſſet imperium militaris imprudentia. hic teſte Ci. lib. Tuſcu. queſtio. fuit primus inuentor ſperæ, & fabricator, quod Laertius Anaximandro attribuit. hic de Clyndaro opus eximium ſcripſit. Pene tantū gloriæ in Archimede ſeruato. Quanti faceret Archimedem Marcellus, hinc facile declarauit, cum non minorē gloriam ex ſeruato Archimede, quam ex capta potentiſſima urbe ſe cōſecuturū ſperaret. mira profecto Archimedis laus, qui non minoris fieret a Marcello, quam Syracuſæ. Propter nimiā cupiditatē inueſtigādi incredibilis hominis induſtria, quē nō captæ urbis ruina, nō ꝓpinquę mortis metus, a ſuis cogitationibus potuit abſterrere. Pertracto puluere ſecto, uel ſciſſo puluere in quo Diametros, & formas ſuas deſignabat. Lineamenta. ſigna. Sunt autē lineamenta extremitates corporū, & imaginū impreſſiones, quæ primo inducuntur a pictoribus. deinde coloribus implētur. Modo do. uita Quia quantū in Marcello fuit, donatus eſt uita. nā ſtudio, & induſtria eius delectatus, edixerat ut incolumis ſeruaretur Archimedes. Modo ſpo. quia dū intentus eſſet formis imprimendis militis contēpſit imperiū, a quo trucidatus eſt. quā igitur uitā ſtudium dederat, eadem poſtmodū ſtudiū abſtulit.

ASCENSIUS.

ARCHIMEDIS &c. Ego dicerem quoq; .i. etiam induſtriam Archimedis. ſ. Geometræ, & architecti Syracuſani fuiſſe fructuoſam, quia diu conſeruauit patriam, niſi eadem & .i. pariter dediſſet illi uitam, ſcilicet Marcello uetante, ne quis eum ob induſtriam occideret, & abſtuliſſet uitam, quia illi intentus quis eſſet explicare nō curauit. enim pro quia Syracuſis captis, Mar. ſenſerat uictoriam ſuam inhabitam, ideſt impeditam multum, ac diu machinationibus .i. machinamentis eius, Ideſt ab eo aut induſtria factis tamen ipſe delectatus eximia prudentia hominis, edixit, ut parceretur capiti .i. uitæ illius .ſ. Archimedis reponens .i. collocans hoſtis .i. cum eſſet hoſtis, pene tantum gloriæ in Archimede ſeruato .i. conſeruatione Archimedis, quantum in Syracuſis oppreſſis .i. in oppreſſione Syracuſarum. At is .ſ. Archimedes dum animo ſup. defixo, & oculis defixis in terram, deſcribit formas .i. figuras quaſdam Geometricas, non potuit propter nimiam cupiditatem inueſtigādi qd requirebat, ſiue machina, ſiue menſura fuerit, indicare militi. ſ. Romano, qui irruperat domum. ſ. Archimedis gratia prædādi, & interrogabat quiſnā eſſet, gladio ſtricto .i. euaginato, & uibrato ſuper caput ſup. eius puluere, ſed protracto manibus, inquit obſecro, noli diſturbare iſtum circulū ac perinde .i. ſic quaſi negligēs imperii uictoris, qui iuſſit eū nomen ſuū proferre, obtrūcatus. ſ. ab eo, confudit ſanguine ſuo lineamēta ſuę artis. quo .i. per qd factū accidit, ut Archimedes donaretur modo .ſ. pauloante per edictum Marcelli uita, & ſpoliaretur modo .i. paulopoſt a milite, propter idem ſtudium, quia nimis intentus arti ſuæ contempſit militi nomen exprimere. Scribitur etiā Archimenides.

OLIVERIUS.

SOCRATEM etiā. Socrates fuit adeo ſtudioſus, adeoq; ſcietiæ cupidus, ut nec a mulieribus quidē turpe exiſtimaret diſcere, qd utile fore uideretur. præterea cum iam omniū pene rerū ſcietiā cōplexus eſſet, muſicæ quoq; operā dare nō erubuit in prouectiori iā ætate ut ad reliq̄s uirtutes ſuas quæ mirabiles fuiſſe creduntur, hoc etiā quantulumcunq; foret, accederet, ne quid illi unquā defuiſſe uideretur. Itaq; effecit induſtria ſua, ut dum ſemper aliquid ſibi deeſſe exiſtimaret, ad eum ſcientiæ cumulum ꝑuenerit, ut alios locupletiſſime docere poſſet. fuit teſte Gellio tanta temperantia, ut omne ſuæ uitæ tempus ualetudine inoffenſa tranſegerit, de cuius morte dictum eſt in cap. de ſapienter dictis. Fidibus tra. muſicæ arti ut ſciret fidibus canere. cur autē huic arti iam ſenex operam dare uoluerit, hanc cauſam fuiſſe ferunt, ꝙ in conuiuio inuitatus a quodam ut caneret, ſe fidibus neſcire reſpondit, quod a nonnullis riſu exceptum ad muſicam perdiſcendam illum incitauit, ut ſero potius, q̄ nunquam artis illius rationem teneret. fidis corda in cythara, uel lira, alioue inſtrumēto extenſa, unde fidicula diminutiuū tormēti genus. Acceſſio. additio incremētū. Sed per. ind. perſeuerās, & in bonā partē accepimus, ut pertinaces dicamus perſeuerantes, interdū contumaces obſtinatos duros. eſt autē pertinax, qui ad uictoriā uſq; perſeuerat in propoſito. Vtiliſſimū elemētum. ideo dicit, quia ſtudia quædā ſunt adoleſcentibus congrua, ut Grāmatica, Dialectica, Rhetorica, alia grauioris, & maioris exercitationis, & ingenii, ut Philoſophia. ſ. Phiſica. at uero Muſica earum rerum eſt, quæ inferioris ſunt, & materiæ leuioris, recte ergo dixit, utiliſſimū elementū.

Fidia
Fidicula

Pertinaces.

ASCENSIUS.

SOCRATEM &c. Conſtat etiam Socratem prouectum ætate .i. grandem natu cœpiſſe .i. incepiſſe dare operam fidibus .i. muſicis inſtrumentis tractandis iudicantem ſatius .i. melius, & eligibilibus, percipere uſum eius artis .ſ. muſicæ ſero, Id eſt tarde, aut etiam nimis tarde, quam nunquam. Et quantula .i. q̄ parua acceſſio .i. incrementum, & augmentū illa ſcientiæ futura erat Socrati. ſ. uiro ſciētiſſimo? quaſi dicat minima nimirum. Sed induſtria hominis .ſ. Socratis pertinax .i. quaſi obſtio

nata, & infrangibilis uoluit etiã utiliſſimum elementum.i.prin cipium muſicæ rationis accedere.i. addi tantis diuitiis ſuæ doctrinæ. Ergo dum Socrates credit, ſe ſemper pauperem.i. indigentem ſcientiæ ad diſcendum.i. ut poſſit ſemper aliquid diſcere, fecit ſe locupletiſſimum ſupple ſcientiæ ad docendum, id eſt ut poſſit alios docere.

DE ISOCRATE.

Atq; vt longæ, & felicis induſtriæ quaſi in vnum aceruum exempla redigamus, Iſocrates nobiliſſimũ librum, qui inſcribitur πανaθηναϊκός quartum & octogeſium annum agens, ita vt ipſe ſignificat, compoſuit, opus ardentis ſpiritus plenum. Ex quo apparet ſeneſcentibus membris eruditorum, intus animos induſtriæ beneficio florem iuuentæ retinere: neq; hoc ſtylo terminos vitæ ſuæ clauſit: nanq; admirationis eius fructum quinquennio percepit.

OLIVERIVS.

ATQVE ut Iſocrates nobiliſſimum. ut omnem induſtriæ rationem in uno homine fuiſſe comprehendemus, Iſocratis exemplum lectoribus ſubiiciamus. fuit autem Iſocrates græcus, orator clariſſimus, Gorgiæ auditor, multorum philoſophorum præceptor eximius, ut Macrob. atteſtatur, & teſte Quintiliano, fuit diuerſo dicendi genere nitidus, & comptus, palęſtrę magis, q̃ pugnæ accommodatus omnes dicendi ueneres ſectatus, in inuentione facilis, honeſti ſtudioſus, in compoſitione adeo diligens, ut cura eius reprehendatur, in ætate iam confecta, uidelicet decrepita, quartum & nonageſimum agens annum teſte Cicer. in Catone maiore, librum compoſuit, qui Panathenaicos inſcribitur totius Græciæ, & in primis Athenarum geſta, laudeſq; cõtinens, & ſtudia urbis, quem tanta ſcientia conſtat fuiſſe refertum, ut admirarentur omnes in ea ætate ingenii uires tantum ualuiſſe. ex quo facile comprehendi poteſt, in hominibus corpora quidem ſeneſcere, animos uero nũnquam, ſi quis bene diligenterque coluerit eos. Cicero de Iſocrate, eſt etiam quiete, & pure, atq; eleganter actæ ætatis placida, ac lenis ſenectus, qualem accepimus Platonis, & qui octogeſimo anno ſcribens eſt mortuus. qualemq; Iſocratis, qui cum librum, qui Panathenaicos inſcribitur, quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur, uixitq; quinquennium poſtea. Iſocrates, teſte Macro. cum in conuiuio a ſodalibus rogaretur, ut aliquid in medium de ſuæ eloquentiæ fonte proferret, reſpondiſſe fertur, quæ locus præſens, & tempus exigit, ego non calleo, quæ uero calleo, nec huic loco, nec tempori ſunt accommodata. Felicis induſtriæ. Quia ex ea induſtria plurimum fructum conſecutus fuerat. Panathenaicos. qui omnem urbis Athenarum laudem continebat. quod ſcilicet in ea urbe cuncta liberalia ſtudia, ac bonæ artes uiderent, omnia beneq; uiuendi præcepta inde manarent & perciperentur, qui tamen liber hominum negligentia obſoleuit. Admirationis eius. appellat librum illum admirationem quandam hominum, quia admirabantur tantum eius ingenii uires in ea ætate ualuiſſe, ut librum ſumma ſapientia refertum ædere potuerit. & inde laus illi maxima redundabat, quæ ſui operis fructus eſſe uidebatur, & erat.

ASCENSIVS.

ATQVE ut redigamus quaſi in unum aceruum, id eſt cumulum exempla induſtriæ longæ, id eſt diutinæ, & felicis, id eſt beatæ, Iſocrates compoſuit (ut ita ipſe ſignificat) librum nobiliſſimum, qui inſcribitur, id eſt cui titulus eſt πανaθηναϊκός panathenaicos, id eſt tota res, aut laus Athen. agens annum quartum, & octogeſimum. (Non ergo dicemus octuageſimum ſciemuſq; inter uiginti, quod centum minorem numerum, interueniente coniunctione præponi debere) appoſitorie opus plenum ſpiritus, id eſt acrimoniæ ardentis. Ex quo apparet animos eruditorum retinere intus florem iuuentæ beneficio induſtriæ, id eſt grauitatis ſolertis membris ſeneſcentibus. Neq; clauſit, id eſt finiuit terminos uitæ ſuæ hoc ſtylo, quo panathenaicon ſcripſerat. nanq; percepit quinquennio, id eſt ſpacio quinq; annorum fructum admirationis eius, id eſt laudem, quæ ex eius admiratione illi dabantur. Nam quinquennium poſt uixit.

DE CHRYSIPPO.

Citerioris ætatis metas, ſed non tamen parui ſpacii Cryſippi viuacitas flexit: nam octogeſimo anno cœptũ ante quadrageſimum λογικῶν exactiſſimæ ſubtilitatis volumen reliquit: cuius ſtudium in tractandis ingenii ſui munimentis tantum operis, laboriſq; ſuſtinuit, vt ad ea quæ ſcripſit penitus cognoſcenda, longa vita ſit opus.

OLIVERIVS.

CITERIORIS ætatis metas Chryſipp. Hic Chryſip. Apolloni Solenſis filius, ſiue Traſenſis, philoſophus ſic accutiſſimus, ut teſtentur ferme omnes Iouem ipſum eius acutioribus argumentis uix reſiſtere potuiſſe, ſi in terras deſcendiſſet. fuit ergo ingenioſus, & acutus in omni genere orationis. in pleriſq; a Zenone diſſenſit, & Cleante. quoties aduerſus Cleantem diſſerendo egiſſet, tanta ducebatur pœnitentia, ut crebro diceret, ego quidem alias fortunatus ſum, preterquam in Cleantem in hoc ſum infelix. & ut dixit Cicero de natur. deor. Natus eſt homo Chryſippus ad mundum cõtemplandum atq; mirandum. nam teſte Laertio ſeptingenta uolumina ædidit, & quicquid incidebat, mandabat literis, & ſæpe emendabat, & magna teſtimoniorũ nube utebatur, quod adeo in conſuetudine habuit, ut in quibuſdam ſuis opuſculis totam Euripidis Medæam insereret, petentiq; quidam ab altero legẽte, quidnam id eſſet quod legeret, ille Chryſippi Medęa eſt. quare de illo ait Appollodorus Athenienſis, ſi quis tollat de Chryſippi libris, q̃ aliena ſunt charta illi uacua relinquetur. eius tamen libri clariſſimi, & in dialectica pcipue, in qua fuit adeo inſignis ut dicerent, ſi apud deos in uſu eſſet dialectica, non futuram aliquam, q̃ Chryſippeam. erat pręterea teſte Laertio imbecilli, tenuiq; corpuſculo, quod ex eius imagine dicit apparere in potationibus ut refert, agebat quietem, cura autem ſola monebat, ut ancilla eius diceret, Chryſippi tantum cura eſt inebriari, unde teſte Hermippo a diſcipulis ad ſacrificium ductus, dulce merum adeo bibit, ut fatigatus anguſtiis ſpiritus, cum quinta die poſt reliquerit. cum eſſet octogintatrium annorum, ſunt qui dicant eum nimio riſu comprehenſum interiiſſe, ita ut cum aſinus manducaſſet ficus, aniculæ dixiſſet, ut uinum aſino daret, nimioq; dehinc riſu expiraſſe. neminem regum laudauit, ſola anicula contentus fuit. hic ergo uolumen ante quadrageſimum annum inchoatum exactiſſimæ ſubtilitatis octogeſimo anno confecit, & abſoluit, quẽ λογικῶν logicam appellauit, ex quo facile coniici poteſt, quantã eius fuerit induſtria, qui unũ, & quadraginta annos aſſidue ſcribendo conſumpſit. fuit maximæ autoritatis philoſophus, de quo Iuue. Satyra ſecunda, Plena omnia gypſo Chryſippi inuenias. Cite. ętatis metas. quia non ad Iſocratis ętatem peruenit, hoc eſt non tanto tempore uixit. nam Iſocrates, ut diximus, nouem & nonaginta confecit annos, hic uero ad octogeſimum tantummodo peruenit annum. ergo Citerioris.i. breuioris ætatis terminos. Cœpũ λογικῶν Librũ logicorũ, & philoſophi conſyderationũ. nã logica, & philoſophorũ conſyderationes in eo libro ꝯtinebantur. Exactiſſimę ſubtilitatis. Exquiſitiſſimi acuminis. Ad ea, q̃ ſcripſit, lõga uita ſit opus. Quis ut dixim9 teſte Diogene, ſeptuaginta uolumina compoſuit, ad quæ legenda longiori uita opus eſſet.

Chryſip. labor induſtrius.

Chryſip. Medęa

ASCENSIVS.

CITERIORIS uiuacitas, id eſt aptitudo & auiditas uiuendi, & quaſi longæ uitæ Chryſip. flexit metas, id eſt peruenit ad ſpacium citerioris ætatis. (Tranſlatio ad currule certamen, in quo dum currus ad metas tracti ſunt, reflectuntur) ſed tamen non parui ſpacii. nam reliquit uolumen λογικῶν id eſt logicorum aut logicalium exactiſſimę ſubtilitatis anno octogeſimo, ſcilicet ſuæ ætatis cœptum ante quadrageſimũ, ſcilicet annum, & ita ſupra quadraginta annos in eo laborauerat. Cuius, ſcilicet Chryſippi ſtudium ſuſtinuit tantum operis, & laboris in tractandis, id eſt exercendis monumentis, id eſt futuris indiciis, & teſtimoniis ingenii ſui, ut opus ſit longa uita ad cognoſcenda penitus, id eſt omnino, & pene intus, ea quæ ſcripſit.

Oliuerius.

DE CLEANTE PHILOSOPHO.

Te quoq; Cleante tam laborioſe haurientem, & tam pertinaciter tradentem ſapientiã, numen ipſius induſtriæ ſuſpexit: cum adoleſcentẽ quæſtu extrahendæ aquæ nocturno tempore inopiam tuam ſuſtentantem, diurno Chryſippi præceptis percipiendis vacãtem, eundemq; ad vndecenteſimum annum attenta cura erudiẽtem auditores tuos videret: duplici.n. labore vnius ſeculi ſpatium occupaſti, incertum reddendo, diſcipulus ne an pręceptor eſſes laudabilior.

DE SOPHOCLE.

Sophocles quoq; cũ rerũ natura glorioſum certamẽ habuit, tã benigne ille mirifica opera ſua exhibendo, q̃ illa operibus eius tẽpora liberaliter ſubminiſtrãdo: prope.n. centeſimũ annũ attigit, ſub ipſum tranſitũ ad mortẽ Oedipode coloneo ſcripto, qua ſola fabula omniũ eiuſdẽ ſtudii poetarũ præripere gloriã potuit, idq; ignotũ eſſe poſteris filius Sophoclis noluit σοφὸν ſepulchro patris, quæ retuli inſcalpendo.

DE SIMONIDE POETA.

Simonides vero poeta octogeſimo anno & docuiſſe ſe carmina, & in eorũ certamen deſcẽdiſſe ipſe gloriatur: nec fuit iniquũ illũ voluptatẽ ex ingenio ſuo diu pcipere cũ eã omni æuo fruẽdã traditurus eſſet.

OLIVERIVS.

¶ TE quoq; Cleante. Cleantes haurienda hortolanis aqua uitam ſuſtentauit. hic Cleantes Phanii filius, ut Antiſthenes dicit in ſucceſſionibus, primum quidem pugil fuit, deinde profectus Athenas cum dragmis quatuor, ut quidam ferunt, congreſſus Zenoni ſtudioſiſſime philoſophatus eſt, neq; eiſdem decretis perſtitit memorię pditũ eſt, ipſum laborioſiſſimum fuiſſe, adeo ut inopia cogente ſe mercenariũ faceret, ac noctu quidẽ in hortis hauriret aquã, interdiu autẽ operam ſtudiis liberalibus daret, ut & Phreantles .i. exhauriens puteos appellaretur. Aiſt illum cũ pertractus eſſet in iudicium redditurus rationem. unde adeo robuſtus, ac tã boni habitus uiueret, Hortulano apud quem id muneris implebat, ac muliere, penes quam farinas pinſabat teſtibus ſui uictus uſum abſolutũ eſſe, Areopagitaſq; admiratos, decem illi minas dari cõſueuiſſe, Zenonem autẽ accipere illum uetuiſſe. Aiunt autem Antigonũ illi tria millia dediſſe hic auditor eius, cum rogaretur, cuius gratia hauriret, audiuit, nũ ſolum haurio nũquid nõ effodio, ac rigo? &c. facio philoſophiæ cauſa? & Zeno quidem illum ad id exercebat, uidebatq; obolum ſibi ex labore afferri coactam aliquãdo ſtipem in medium familiariũ intulit dicens, Cleãtes quidẽ Cleantẽ aliũ poſſet nutrire, ſi uellet, qui uero inde nutriantur, affatim habent, ab aliis quęrunt, quę ſunt ad uſum uitæ neceſſaria, & quidẽ remiſſius philoſophantes. ea igitur ex cauſa ſecundus Hercules Cleantes dicebatur. hunc Vale. dicit Chryſippi auditorem, cum econtrario Laertius dicat, Chryſippus Apolloni filius Solenſis, ſiue Tarſenſis, ut Alexander in ſucceſſionibus ait diſcipulus Cleãtis fuit, hic prius longa exercitatione emenſa Zenonis ſiue Cleantis ut Diocres, & plurimi tradunt, auditor. nam Cleantes uitæ inſtituto clarus enituit ut Zenoni ſuccederet, & quidẽ complures eſſent illius memorabiles diſcipuli. Compoſuit autem libros pulcherrimos de tempore, de ſenſu, de arte, de appetitione, de antiquitate, de diis, de Himenæo, de gigantibus, de arte amatoria, de polliticis, de legibus, & alios quam plures. tumuit illi gingiua, ac putruit, medicorum ſententia, biduo cibo abſtinuit, conualeſcente ipſo, & medicis ſibi conſueta permittentibus, iterum ſponte ſua fecit abſtinentiam, qua conſumptus eſt, & extinctus. Alii dicunt amore alterius uitæ manũ ſibi iniecisse audito a ſe Zenone annis .ix. cuius annos hoc eſt nonageſimum æquaſſe dicitur. Laborioſe haurientem. Cum multo ſudore addiſcentem. Numen ipſius. dea ipſa induſtrię. nã cũctas uirtutes, & animi paſſiones deos eſſe credebant antiqui & eas tanquam numina colebant, ut fides, pietas, concordia. Iuuc. Vt colitur pax, atq; fides uictoria uirtus. Quæq; ſalutato crepitat concordia nido. Extrahendæ aquæ, hauriẽda ex puteis aqua. Sen. ad Lucilium epi. xlv. Socrates patricius non fuit, Cleantes aquam traxit, & rigando hortos locauit manus. Diurno Chryſippi preceptis. Diſſentit a Laertio, ut diximus. non enim Chryſip. Zenonis auditorem fuiſſe dicit Laertius, qui ei propter morum neuuſtatem ſucceſſit. Ad undecenteſimum. ad nonum & nonageſimum annum, dempto, ſcilicet uno ad centum. Duplici enim labore. Vere te induſtriæ numen aſpexit. nam & diſcendo, & docendo te ſemper ita geſiſti, ut in diſcrimine uenire poſſit, melior ne diſcipulus, an præceptor euaſeris.

ASCENSIVS.

¶ TE quoq; &c. O Cleante (a nominatiuo Cleantes) numen, id eſt diuina uirtus ipſius induſtriæ, ſuſpexit, id eſt miſericorditer aſpexit, quoq;.i. etiam te haurientem tam laborioſe ſapientiam, (Alludit ad nomen illi ex officio impoſitum. nam quia e puteis aquam haurire ſolebat præ tenuitate rerum, ut inde uictum redimeret, dictus eſt phreantles nomine φρέαρ quod eſt puteus, & uerbo ἀντλῶ, id eſt exhaurio, ſed dom per ſe ponitur, ſignificat exhaurire ſentinam) & tradentem, ſcilicet diſcipulis, tam pertinaciter, id eſt conſtanter. cum, id eſt quando uideret te adoleſcẽtem ſuſtentantem inopiam tuã quæſtu. i. lucro aquæ extrahendę. ſ. e puteis tẽpore nocturno & ſup. uacantem tempore diurno præceptis .i. traditionibus Chryſip. percipiendis, cum uideret te eundem erudientẽ abũde, & attenta cura ſup. abunde centeſimum annum auditores tuos. Enim pro quia, tu occupaſti ſpatium unius ſeculi. i. centum annorũ duplici labore. ſ. diſcẽdi, & docẽdi, & reddendo incertũ. i. ambiguũ, an eſſes laudabilior diſcipulus, an præceptor.

OLIVERIVS.

¶ SOPHOCLES. hic tragœdiarum ſcriptor clariſſimus Athe. de quo diximus in ca. de conti. li. iiii. cuius tanta fuit induſtria, ut eum ipſa rerum natura certaſſe uideatur. nam cum eſſet annorum ferme centum, œdiopem tragœdiam compoſuit, de qua Cice. in Ca. maiore, Sopho. inquit ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit, qui propter ſtudium, & induſtriam curem negligere familiarem uideretur, a filiis in iudicium uocatus, ut quemadmodum noſtro more rem male gerẽtibus patribus bona interdici ſolent, ſic illum quaſi deſipientem a re familiari remouerent iudices. tunc ſenex dicitur eam fabulam, q̃ habebat in manibus, & proxime ſcripſerat Oedipum coloneum recitaſſe iudicibus, quęſiſſeq;, nũ illud carmẽ deſipiẽtis uideretur. quo recitato ſentẽtiis iudicum eſt liberatus. Glorioſum. cũ rerum natura certamẽ. Hoc eſt habuit cũ natura certamẽ. utq; diu uiuẽdo laborioſus ſemper eſſet, natura longũ illi uitæ ſpaciũ cõceſſit, quo poſſet ſcribendo gloriam comparare. Sopho. illud non minori ſtudio, & induſtria ſpatiũ cõfecit, glorioſum igitur certamẽ, ut quanto maius ſpaciũ daretur, tanto maiori ille ſtudio cõficeret. Sub ipſum trãſitũ ad mortẽ. de qua morte dicemus li. ulti. c. xii. Quæ retuli fabulam .ſ. Oedipodis, q̃ ſupra cõmemoraui, hanc filius ſepulchro patris curauit inſculpi, uirtutis paternę monumentum perpetuum.

Sopho. a labore nũquam abſtinuit

ASCENSIVS.

¶ SOPHOCLES quoq; habuit glorioſum certamen cum natura rerum exhibendo illi. ſ. naturæ mirifica opera ſua. ſ. tragica, tã benigne. i. bona uoluntate, q̃ illa. ſ. natura ſub miniſtrando operibus eius. ſ. Sopho. tẽpora. ſ. uitę liberaliter, hoc eſt Sopho. contendit cum natura, conando eam uincere labore ſuo, hoc eſt plus laborando, q̃ pro modico temporis ſibi dati, & natura certauit cum Sophocle, prolongando illi tempus uitæ, & induſtrię ultra conſuetum modum. enim pro quia Oedipode coloneo ſcripto. i. tragœdia ſic inſcripta abſoluta ſub ipſum tranſitũ ad mortem. i. pauloante deceſſum ſuum Sopho. attigit prope centeſimũ annũ. quæ ſola fabula, licet alias non ſcripſiſſet, ipſe potuit præripere. i. prę cęteris rapere, & uendicare ſibi gloriam oium poetarum eiuſdem ſtudii, & Sophon filius Sopho. noluit id. i. eam laudem patris eſſe ignotum poſteris, inſculpendo ſepulchro, patris quæ retuli, uidelicet q̧ princeps tragicorum; uel ea ſola fabula euaſerit. Videtur autem hoc modo Sophon eſſe nomen filii, ſunt tamen, qui græce ſcribunt σοφὸν .i. ſapientem, ut ſit inſculpendo ſepulchro σοφὸν, ſed tunc non quadret, quod additur, quæ retuli.

OLIVERIVS.

¶ SIMONIDES ue. poe. Hic Lyricus poeta fuit, ut diximus libro. i. capitu. de ſom. item capit. de miraculis. unde & carmina

quædam Simonida dicta ſunt. primus etiam artem memoriæ inueniſſe dicitur, teſte Ci. tantaq; eius fuit induſtria, ut gloriaretur & ſe octogenarium carmina docuiſſe, & in theatrum ad certamen cum reliquis poetis deſcẽdiſſe, ut inde præmia, quæ meliori poetę darentur, exciperet. ſuperſtes etiam carminibus ſuis fructum ex his, uoluptatem. ſ. mirificam cœpit, quia uideret, q̃ ea omnis eſſet celebratura poſteritas. In eorum certamẽ deſcendiſſe. in theatrum deſcẽdit, ut carmina ſua quæ recitaret cæterorũ poetarum uerſibus potiora eſſe probaret, & ita propoſitũ præmiũ caperet. Nec fuit iniquum. Lyptotes eſt ac ſi diceret fuit equiſſimũ.

respondit, ut cum percepero iſtud quicquid eſt, de quo diſputatis moriar. profecto (dicit autor) inertia, id eſt ignauia, & carentia induſtriæ migraſſet, id eſt penitus diſceſſiſſet ex hominibus ſi ſupple homines ingrederentur uitam eo animo, quo Solon eſt egreſſus ea, ſcilicet uita, hoc eſt cupienti ſemper aliquid diſcere.

DE SOLONE.

Nã Solon quãta induſtria flagrauerit, & verſibus cõplexus eſt: quibus ſignificat, ſe quotidie aliquid addiſcentẽ ſeneſcere, & ſupremo vitæ die confirmauit: quod aſſidentibus amicis, & quadã de re ſermonem inter ſe conferẽtibus, ſatis iam preſſum caput erexit. Interrogatusq; quapropter id feciſſet, reſpõdit, vt cũ iſtud quicquid eſt, de quo diſputatis, percepero, moriar. Migraſſet profecto ex hominibus inertia, ſi eo animo vitã ingrederentur, quo eã Solon egreſſus eſt.

DE THEMISTOCLE.

Quam porro induſtrius Themiſtocles, qui maximarum rerum cura diſtrictus, omnium tamen ciuiũ ſuorum nomina memoria comprehendit: per ſummam nanq; iniquitatem patria pulſus, & ad Xerxem, quem paulo ante deuicerat, confugere coactus: prius q̃ in conſpectum eius veniret, Perſico ſermoni ſe aſſuefecit: vt labore parta commendatione regiis auribus familiarẽ, & aſſuetum ſonũ vocis adhiberet.

DE CYRO ET MITHRIDATE.

Cuius vtriuſq; induſtriæ laudem duo reges partiti ſunt, Cyrus omnium militum ſuorum nomina, Mithridates duarum, & viginti gentium, quæ ſub regno eius erant, linguas ediſcendo: ille, vt ſine monitore exercitum ſalutaret: hic, vt eos, quibus imperabat, ſine interprete alloqui poſſet.

ASCENSIVS.

SIMONIDES uero poeta. gloriatur ſe docuiſſe carmina anno octogeſimo . ſ. ætatis ſuæ, & deſcendiſſe in certamen eorum. ſ. carminũ, aut potius poetarum ſcribẽtium carmina. Nec fuit iniquum. i. iniuſtũ illũ percipere diu uoluptatẽ ex ingenio ſuo, cum traditurus eſſet eam fruendam . i. cum fructu, & uoluptate percipiẽdam oĩ tẽpore, quia eius carmina ſuperextabunt iudicio autoris.

OLIVERIVS.

NAM Solon. De hoc Solone diximus ſupra li. v. ca. de ingratis. Fuit autem unus e ſeptẽ ſapiẽtibus. Athenienſis, ut quidã dicunt. ut alii ſalaminius, de qua inſula diximus ſupra lib. & capite præſcriptis, ut cunq; ſit, Athenis uixit, urbẽ illam quaſi nouam ciuitatem moribus, & legibus cõdidit, qua in re tanto temperamento ſe inter plebem & ſenatum egit, ut ab utriuſq; parem gratiam contraxerit. Legitur apud Platonem, Solonem iudicio Critiæ cuiuſdam uiri doctiſſimi, uideri non ſolum prudentia cæteris laude dignis, ſed etiam carminibus præſtitiſſe. & ſi ſermonem, quem ab Ægypto reuerſus inſtituerat impleſſet, non minorem Heſiodo, uel Homero futurum. continebantur autem in eo Athenienſium geſta. hic q̃q̃ omnium hominum iudicio haberetur cõtinens, tamẽ indulſiſſe ſcribitur uino. cuius induſtria quanta fuerit eius uerbis comprehendi poteſt. nam dictitare ſolebat [illegible]. ſeneſco ſemper multa addiſcẽs. præterea cum extremum fati diem ſuſtineret, & qui aſſidebat amici ac familiares, de re quadam inter ſe diſputarent, caput erexit, auditurus quid illi tunc inter ſe differerent. interrogatus, ſi quid eſſet quod uellet, ut percepto inquit quicquid eſt de quo diſputatis, eruditior hinc abeam, moriarq; ſapientior. uox profecto philoſopho tanto digniſſima. Flagrauerit. Accenſus fuerit, nota eſt uerborum differentia flagro, & fragro, alterum cum a flatu, ſiue flamma, alterum a fracto ſpiritu ueniat, hoc ad odorem, illud ad ardorem refertur. Verſibus. ſupra græce poſitis. Fatis preſſum. Inſtanti, & propinqua morte grauatum. Migraſſet ex hominibus inertia. Si homines inquit ea induſtria uitam ingrederentur, qua Solon egreſſus eſt, nullus inter mortales inertiæ locus inueniretur. hæc autem ad id potiſſimum ualent, ut adoleſcentes horum exemplis incitati, ſummo ſtudio, & induſtria uirtutes amplectantur, & ſtudia capeſſant, horumq; ſimiles fieri maxime laborent.

ASCENSIVS.

NAM Solon. & id eſt ſimul complexus eſt, id eſt conſecutus quanta induſtria flagrauit uerſibus, quibus ſignificauit ſe ſeneſcere, id eſt ſeniorem fieri, addiſcentem quotidie aliquid, & confirmauit, id eſt comprobauit ſupremo die uitæ, q̃ id eſt quia erexit caput ſuum iam preſſum fatis, id eſt morte inſtante, amicis, ſcilicet eius aſſidentibus, & conferentibus de quadam re inter ſe & interrogatus quapropter feciſſet id, id eſt erexiſſet caput ſuum,

OLIVERIVS.

QVAM porro ind. The. Themiſtocles Athenienſiũ clariſſimus ciuis, & imperator eximius, ut diximus in capitu. de muta. fortunæ, quanta induſtria fuerit, hinc facile conijci poteſt, q̃ cum multarum, maximarumq; rerum cura eſſet inuolutus, & reipublicę Athenienſis adminiſtrationi ſemper intentus, omnium tamen ciuium ſuorum nomina, teſte Cice. teſte Q uintiliano, & nunc Valerio memorię mandauerit, & intra anni ſpacium Perſicam linguam optime perceperit. Cice. in Cato. maiore, Themiſtocles inquit, omnium ciuium ſuorũ perceperat nomina. Q uintilianus uero de inſtitutione oratoria in capit. de memoria, Cæterum inquit quantum naturæ ſtudioq; ualeat memoria uel Themiſtocles teſtis eſt, quem unum intra annum optime locutum perſice conſtat. Diſtrictus. Implicitus, interdum iratus & ſeuerus ac potens. Per ſummam nanq; iniquitatẽ patria pulſus. inuidia ciuium, uel tyrannidis ſuſpitione, uel quia, ut diximus, mos erat Athenis, ut qui uirtute maximas opes comparaſſet ne libertati periculoſus eſſet, per decẽ annos exularet. ergo per ſummam iniquitatem, quia iniquiſſimum erat patriæ liberatorem, imperii amplificatorem, & conſeruatorem exilio multare, quem ingentibus præmiis afficere debuerant. Parta commendatione. per laborem. Perſicam linguam. ſtudioſe addiſcendo, ſe regi gratum reddidit, & commendabilem. Theml. induſtria

ASCENSIVS.

QVAM &c. Porro, id eſt ſed q̃, id eſt quantum induſtrius ſup. fuerit Themiſtocles qui diſtrictus cura maximarum rerum tamẽ, id eſt nihilominus comprehendit memoria, nomina omnium ciuium ſuorum, Nanq; ipſe pulſus patria per ſummam iniquitatem, & coactus fugere ad Xerxem, ſcilicet regem Perſarum quem deuicerat paulo ante, aſſuefecit ſe ſermoni Perſico priuſquam ueniret in conſpectu, aut in conſpectum eius, ſcilicet Xerxis, ut commendatione. ſ. ſui parta labore, aut per laborem, adhiberet auribus regis, uidelicet Xerxis ſonum . i. uocem familiarẽ, & aſſuetam repetere auribus regiis, quia ſignum amoris eſt didiciſſe alterius gẽtis linguam, cum qua, qui nullum commertiũ affectaret, eam non diſceret.

OLIVERIVS.

CVIVS utriuſq; induſtriæ. Et poſſe omnium ſuorum nomina memorię complecti, & aliena lingua ſine interprete uti, quod utrunq; fecit Themiſtocles, Duo reges, Cyrus, & Mithridates. Cyri memoria
Cyrus fuit Perſarũ rex potẽtiſſimus, de quo Iuſtinus multa tradit libro primo, & nos in capitu. de ſom. hunc magnæ memoriæ fuiſſe & Solinus in capitu. de homine, & Q uintilianus de inſtitu. oratoria in capitu. de memoria. & Plin. libro. vii. natur. hiſto. teſtantur. nam Solinus inquit Cyrus memoriæ bono inclaruit, qui in exercitu, cui numeroſiſſimo præfuit, nominatim ſingulos alloquebatur. Q uintilian. uero, ut ſupra diximus, quantum naturæ ſtudio ualeat memoria uel Themiſtocles teſtis, quem unũ inter annum optime locutum perſice conſtat. uel Mithridates, cui duas & xx. linguas, quod nationibus imperauit, traditur notas fuiſſe. uel Craſſus ille diues, q cũ Aſiæ p̃eſſet, quinq; græci ſermonis Mithrid. memoria

ſermonis differentias ſic tenuit, ut qua quiſq; eum lingua poſtulaſſet, eadem ius ſibi redditum ferret. uel Cyrus, quem omnium militum tenuiſſe creditum eſt nomina. Sine monitore exeq. ſa. Imperatores nominum ſuggeſtores habere conſueuerant, qui nomina militum eorum auribus infererent, quo blande nominatim milites appellando, eorum animos ſibi maxime conciliarẽt, hos monitores Romani nomẽclatores appellabant.

xationes, & otia pariter capeſſebant, ut in littore Caietæ, manſq; Tyrrheni pariter deambulantes, conchulas, calculoſq; more puerorum ſæpiſſime legerent. id laxationis genus in otioſis uiris turpe, in Scip. & Lælio fuiſſe uidetur honeſtum. Par clariſſi. uere par unum eſſe dicuntur, ut par boum, ſic par amicorum. quatuor autem uel paulo plura uerorum amicorum paria fuiſſe apud maiores legitur, ut Theſeus, & Pirithous Pylades & Oreſtes Tydeus & Polynices. Niſus & Euryalus, inter quos Scipio connumerantur & Lælius. Actuoſæ uitæ. laborioſę & uariis actionibus debitæ, quales induſtriorum, & ſtudioſorũ hominum eſſe ſolet. Iter. laborem, per ſimilitudinem. Æquali gradu. In trãſlatione perſiſtit. Vagas Diſperſas per littus, quidam legunt uagos. i. Læliũ, & Scipionem errantes. Conchulas. Teſtas piſcium quibus Romani poſtes, & lectica s exornare cõſueuerant: ſunt qui dicant græce oſtraca appellari. Cõchulę Calculos. lapillos dictos ꝙ ſua breuitate ſine moleſtia calcentur unde calculus minima pars põderis ex duobus granis lentis, & calculus numerus, calculatio ſupputatio. Lectitaſſe. frequenter collegiſſe. P. Craſſus orator, de quo Cic. lib. de ora. mentionem facit, & de eloquentia diſputantem inducit. fuit autem Scæuolæ gener, ut lib. iiii. oſtendimus ca. de uerecundia. Calculus Ergo P. C. Scæuola. Scæuolæ uero Lælii generi fuiſſe dicuntur, de quo Lęlio Ci. lib. qui inſcribitur Lælius hoc eſt de amicitia, Q. Mutius augur Scæuola multa narrare de C. Læ. ſocero ſuo memoriter, & iucunde ſolebat.

DE OTIO. CAPVT VIII.

Otiũ, quod induſtrię, & ſtudio maxime contrarium videtur, præcipue ſubnecti debet, nõ quo euaneſcit virtus, ſed quo recreatur: alterum enim etiã inertibus vitandum, alterum ſtrenuis quoq; interdum appetendum eſt: illis, ne proprię vitam inertem exigant: his, vt tempeſtiua laboris intermiſſione ad laborandum fiant vegetiores.

DE SCIPIONE, ET LÆLIO.

Par veræ amicitiæ clariſſimum Scipio, & Lælius, tum amoris vinculo, tum etiam omnium virtutum inter ſe iunctum ſocietate, vt actuoſæ vitæ iter æquali gradu exequebantur, ita animi quoq; remiſſioni cõmuniter acquieſcebant: conſtat nanq; eos Caietæ & Laurenti vagos littoribus conchulas, & calculos lectitaſſe: idq; ſe P. Craſſus ex ſocero ſuo Q. Scæuola qui gener Lælii fuit, audiſſe ſæpenumero pdicauit.

DE SCÆVOLA.

Scæuola autem quietæ remiſſionis eorum certiſſimus teſtis, optime pila luſiſſe traditur: quia videlicet ad hoc diuerticulum animum ſuum forenſibus miniſteriis fatigatum, transferre ſolebat. Aleæ quoq; & calculis vacaſſe interdum dicitur, cum bene ac diu iura ciuium & cæremonias deorum ordinaſſet: vt enim in rebus ſeriis Scæuolam, ita & in ſcurrilibus luſibus hominem agebat, quem rerum natura continui laboris patientem eſſe non ſinit.

ASCENSIVS.

¶ CVIVS utriuſq; Induſtriæ .ſ. In commemorãdis nominibus ciuium, & ediſcẽda lingua Perſica, hoc eſt aliena duo reges ſcilicet Cyrus & Mithrida. partiti ſunt. Cyrus. ſ. rex Perſarum ſupp. partitus eſt laudem Themiſtoclis diſcẽdo nomina omnium militum ſuorum, & Mithridates rex Ponti diſcẽdo linguas duarum, & uiginti gentium quę erant ſub regno eius. ille. ſ. Cyrus diſcẽdo ſup. nomina omnium ſuorum militum, ut ſalutaret exercitũ ſine monitore. ſ. de nomine ſalutandi, hic ſ. Mithridates diſcendo oẽs linguas ut poſſet alloqui ſine interprete eos, qbus imperabat.

OLIVERIVS.

Otium, quod induſtriæ, & ſtudio. Cum nihil magis induſtriæ & ſtudio contrarium eſſe uideatur, ꝙ otium, quaſi inconueniens, & abſurdum eſſe uidebatur hoc illis ſubiungere, ideo breui utitur præfatione, qua oſtendat nõ incongrue factum eſſe, cum poſt longa ſtudia, diutinoſq; labores, defatigati animi relaxationem quandam deſiderent, qui recreati uegetiores deinde alacrioreſq; ad ſtudia redeat, atq; labores. Nõ quo euane. uirtus. Duo tangit otii genera, unum eorum, qui ueluti corpore quodam, & languore animi in otio marceſcunt quod non ſolum fugiendum, ſed propemodum deteſtandum uidetur, alterum eorum, qui a labore requiem, & laxamentum quærunt, quod expetendum eſt. Strenuis. Impigeis, & promptis, & opponitur inertibus. Tempeſtiua. Opportuna, & in tẽpore facta. Vegetiores. Viuaciores & ualidiores. deficerent. n. aſſidua intentione animi, niſi interdum otio recrearẽtur. Ouid. Si nunq̃ ceſſas tendere mollis erit.

ASCENSIVS.

¶ OTIVM, quod uidetur maxime contrarium induſtriæ, & ſtudio, debet pręcipue ſubnecti, quia oppoſita iuxta ſe propoſita maxime eluceſcunt, non tamen otium, de quo hic loquitur, ſtudio penitus contrariatur, ſed illi opitulatur, unde addi uidetur. ſ. in homine ipſo, quia otium eſt contrarium negocio, ſed ut Cicero dicit, quidam in otio ſunt minime otioſi, unde autor addit non ſup. ſubnecti debet otium, quo uirtus euaneſcit. i. diſparet ſed recreatur, alterum. ſ. otium quo uirtus euaneſcit uitandum ſup. eſt etiam inertibus, id eſt minime induſtriis, & ſolertibus. alterum. ſ. otium, quo uirtus recreatur, appetundum interdũ etiã ſtrenuis. illis ſup. euitandum eſt otium, quo uirtus euaneſcit, ne exigant. i. penitus agant propriam aut prope, aut proprie uitam inertem. i. ſine arte, & induſtria, his ſup. appetendum eſt (unde etiam bona appetimus) otium quo uirtus recreatur, ut fiant uegetiores. i. agiliores, & expeditiores ad laborandum, tempeſtiua intermiſſione laboris.

OLIVERIVS.

¶ PAR ueræ amicitię. Conſtat Scipionem & Lælium, teſte Ci. ſumma amicitia fuiſſe coniunctos, ut igitur actuoſę uitę ſtudia, & labores omnes communiter ſuſceperant, ſic & animorum la-

ASCENSIVS.

¶ PAR &c. Scip. ſcilicet maior, & Lælius, par clariſſimum, id eſt nobiliſſimum ueræ amicitiæ, iunctum, id eſt connexum inter ſe, tum, id eſt pariter uinculo amoris, tum etiam ſocietate, id eſt concitatione omnium uirtutum, ut, id eſt quemadmodum exequebantur, id eſt peragebant iter uitæ actuoſæ gradu æquali, id eſt æque magno progreſſu, ita acquieſcebant, id eſt obtemperabant, quoq; communiter, remiſſioni, id eſt recreationi animi per remiſſionem operis. nanq; id eſt quia conſtat eos lectitaſſe, id eſt frequenter collegiſſe Caietæ, & Laurenti, id eſt iuxta ea oppida littoralia conchulas, id eſt paruas conchas uagas, id eſt diſperſas littoribus. ſ. maris tyrrheni, & calculos. i. paruos lapillos. Et P. C. prędicauit ſe audiſſe id ex Q. Scęuola ſocero ſuo, id eſt patre uxoris ſuę, qui, ſcilicet Scęuola fuit gener. id eſt maritus filiæ Læ.

THEOPHILVS.

¶ CALCVLIS. Calculorum ludus ab Ouidi. deſcribitur in artibus, & ab aliis compoſito ſeorſum uolumine, ſcacorum nũc dicitur.

OLIVERIVS.

¶ SCÆVOLA autem quie ut teſtis fuerat Scæuola Scipio. & Lælium animi relaxãdi gratia conchulas, & calculos in littore lectitaſſe, ita ipſe non minus poſt animi labores a forenſibus officiis ad pilæ ludum ſe interdum conferebat nonnunquam ad aleas, & teſſeras, ut eo laxamenti genere fatigatum animum relaxaret hic teſte Cice. lib. officiu. i. fuit P. Scęuolę filius iuriſperiti, a quo Cice. iuris ciuilis ſcientiam, quantacunq; foret accepiſſe dicitur. nam lib. i. officio. inquit, quorum uero patres, aut maiores aliqua gloria pręſtiterũt, eorum plerũq; in hoc genere laudis ſtudent excellere, ut Q. Mutius P. filius in iure ciuili. Fuit autẽ hic Scæuola, teſte eodẽ Ci. in Lęlio, iuriſperitus & augur, quem li. de

Orato. Ci. inducit tum Craſſo de eloquentia diſputanté. Quietæ remiſſionis. Otioſæ relaxationis. eſt enim adiectiuum quieſ.
Optime pila. Cum dicat optime, ſignificat illum ab adoleſcentia fuiſſe ſtudioſiſſimum eius ludi, ut aſſidua exercitatione minime ineptus, eius peritiam conſecutus fuerit non mediocrem.
Ad hoc diuerticulum. Digreſſionem. eſt autem a uiatoribus ſumpta traſlatio, qui a uia quieſcēdi gratia ad loca diuertunt, eſt.n. diuerticulum locus, ubi de uia diuertimus. Ter. ubi ad ipſum uenio diuerticulum. uel locus eſt ad quem de itinere ſecedimus, diuerſorum uero domus hoſpitalis, ad quam ex diuerſis uiis conuenitur. Calculis. Teſſeris, uel taxillis, ut calculos poſuerit pro taxillis. Iura ciuium. utpote qui iuriſperitus. Et cæremonias deorum. ut qui augur. nam alter pontifex fuit. Cicer. quo mortuo me ad pontificē Scæuolā contuli.
Vt.n. in rebus ſeriis. Licet ſapienti rebus ſeriis interdum inſerere ludos, & ioca uel certe poſt ſeria ad ludos ſe & ioca cōferre teſte Cic. offi. i. Ludo autē & ioco uti illis quidem licet, ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris, tunc cū grauibus ſeriiſq; rebus ſatisfecerimus. ergo Scæuola in rebus ſeriis ſe uirū grauē, & autoritate plenum, in ludis uero ſe hoiem referebat. In ſcurrili. Luſibus, ſine dubio deeſt particula quaſi, quod facere frequenter ſolent autores. Vir Medius iter cædes exultat amazon, uel ſcurrilibus iocoſis, nō tamen turpibus, quibus utuntur ſcurræ. Quem re. na. Natura inquit non patitur hominē labori ſemper inſiſtere. nā licet uirtutis laus omnis in actione conſiſtat, ab ea tamē neceſſe eſt ſæpe fiat intermiſſio, multiq; dētur ad ſtudia reditus. nam ut inquit Ouid. Quod caret alterna requie durabile non eſt. Hęc reparat uires, feſſaq; membra leuat.

ASCENSIVS.

SCÆVOLA autē certiſſimus teſtis remiſſionis. i. relaxationis cori. ſ. dictorū quiete. i. tranquille hoc eſt per quietē, traditur luſiſſe optime. i. artificioſiſſime pila inſtrumento noto, ſed ut opinor alterius generis, q̄ quo in Gallia utuntur. nā Itali adhuc pilā decuplo grandiorē, & uēto turgidā agitant. Quia uidelicet Scæuola ſolebat trāsferre ad hoc diuerticulū. i. repoſitoriū, & quaſi inclinatoriū. ſicut in diuerticulo feſſi de uia recreantur, aium ſuū fatigatū miniſteriis forenſibus. i. actionibus iudicialibus. Dicitur etiā uacaſſe. i. ſe uacuū curis dediſſe alex, & calculis. i. taxillis, aut lapillis in urnam iactandis, cū ordinaſſet bene, ac diu iura ciuium & cęremonias deorū, quia augur erat, & quaſi pontifex. Enim. i. qa, ut. i. quemadmodū ipſe agebat. i. repreſentabat in rebus ſeriis. i. ſeueris grauibus, ac ſeorſum a riſu poſitis. Scęuolā. i. perſonā grauē, hoc eſt ſeipſo dignā, ita agebat in luſibus ſcurrilibus. i. iocularis hoiem. ſ. uulgarē, aut naturā humanā, quē. ſ. hoiem, natura rerū. ſ. creatrix nō ſinit eſſe patientem. i. toleratiuū laboris ɔtinui. i. nō intermiſſi, quia, Qd caret alterna requie durabile nō eſt, in hoie preſertim.

OLIVERIVS.

IDQVE uidit Soc. terreſtre quoddam oraculum, & humanę ſapientiæ uenerabile ſacrarium non erubuit eum filiolis pueriliter ludens ab Alcibiade rideri, cum ad eum ſalutandi gratia ueniſſet, & arundines cruribus interponentem more puerorum oſtendiſſet. ſciebat. n. id ſui naturæ lege permitti laxamenta quærere, tanq̄ neceſſaria, & non homini turpia, qui ſeruierit ſtudio, & labo re deſeſſus. interpoſita arundine cruribus. qui more puerorum equitem imitaretur.

ASCENSIVS.

IDQVE &c. Et ſocrates, cui nulla pars ſapientiæ fuit obſcura. i. non perſpecta, uidit id. ſ. hoiem non eſſe patientē cōtinui laboris, ideoq; nō erubuit tūc cū riſus ē. i. irriſus, aut riſu affectus ab Alcibiade nouiſſimo ciue Athe. ludēs cū filiolis paruulis, arūdine interpoſita ſuis crurib⁹ loco equi puerilis, qd & alii fecerūt. Vñ Flac. Ludere par impar, equitare in arundine longa.

EXTERNA.

DE SOCRATE PHILOSOPHO.

Idq; vidit, cui nulla pars ſapientiæ obſcura fuit, Socrates: ideoq; non erubuit tunc, cum interpoſita arundine cruribus ſuis, cum paruulis filiolis ludens ab Alcibiade riſus eſt.

DE HOMERO POETA.

Homerus quoq; ingenii cæleſtis vates, non aliud ſenſit, vehementiſſimis Achillis manibus canoras fides aptando, vt earum militare robur leni pacis ſtudio relaxaret.

QVANTA SIT VIS ELOQVENTIÆ. CAPVT IX.

POtentiam vero eloquētiæ & ſi plurimū valere animaduertimus, tamen ſub propriis exemplis, quo ſcilicet vires eius teſtatiores fiant, recognoſci conuenit.

DE VALERIO.

Regibus exactis plebs diſcedens a patribus, iuxta ripam fluminis Anienis in colle qui ſacer appellatur armata cōſedit: eratq; nō ſolū deformis, ſed ēt miſerrimus Reip ſtatus, a capite eius cætera parte corporis peſtifera ſeditione diuiſa: ac ni Valerii ſubueniſſet eloquētia, ſpes tanti imperii in ipſo pene ortu ſuo corruiſſet. Is nanq; populū, noua & inſolita libertate temere gaudentē, oratione ad meliora, & ſaniora conſilia reuocatū, Senatui ſubiecit id eſt vrbē vrbi iunxit. Verbis ergo facūdis ira, conſternatio, arma ceſſerūt.

OLIVERIVS.

HOMERVS. Hoc idem ſenſit Homerus, cū Achillē uirū fortiſſimū fidibus canentem ſæpius introduxit. Canoras fi. Reſonantes chordas. Achilles fidibus canebat.

ASCENSIVS.

HOMERVS quoq; uates ingenii cæleſtis nō aliud ſenſit aptādo. i. applicādo per teſtimoniū carminū ſuorum manibus Achillis uehementiſſimis. ſ. ad opus bellicū, fides canoras. i. citharā, ut relaxaret robur militare. i. ſeueritatem bellicam, & rigorē, leui. i. facili ſtudio pacis. i. cui in pace uacare ſolemus.

OLIVERIVS.

POtentiā. Quāta ſit eloquētię uis, atq; potentia, cum cæteri oēs quidē illā ſcripſerūt tā gręci q̄ latini, tunc in primis ipſe pater eloquētię Cic. cū pluribus in locis, & uoluminibus oñdit, quorū unū nobis hoc loco referre ſatis eſſe duxi, ubi rerū oium dñam illā appellat. Ait .n. li. ii de na. deo. Ia uero dña rerum ut uos ſoletis dicere, uis eloquēdi q̄ preclara, quāq; diuina quæ primū efficit, ut ea, quæ ignoramus diſcere, & ea q̄ ſcimus, alios docere poſſimus. Deinde hac cohortamur, hac perſuademus, hac conſolamur afflictos, hac deducimus a timore perterritos, hac geſtiētes comprimimus, hac cupiditates iracundiaſq; coſtringimus. hæc nos iures legum urbium ſocietate coniunxit hæc nos ab immani, & fera uita ſegregauit. cum igitur ea ſit uis eloquentiæ ut quicquid in rerum natura, totoq; mundo laudabile ſit, in ea uerſetur, cunctaq; eius adminiculis nitantur, foueantur, ſuſtententur, illuſtrentur, nihil pręter ea dicendum eſt, niſi ut ſubiectis exēplis fiat illuſtrior, atq; teſtatior. Eius uires teſtatiores Si inquit exempla propoſuerimus, probabilior fiet eloquentię uirtus, atq; uulgatior.

ASCENSIVS.

POTENTIAM &c. uero. i. ſed, & ſi. i. q̄q̄ animaduertimus potentiam eloquentiæ ualere. i. poſſe plurimum, tamen conuenit ſup. eam recognoſci ſub propriis exemplis. ſ. quo. i. ideo, ut uires eius fiant teſtatiores. i. magis teſtatæ, & comprobatæ.

OLIVERIVS.

REGIBVS exactis. Diſcrepat a Li. Va. hoc loco. nō. n. Valerii ſed Agrippā Menenium fuiſſe tradit Li. qui plebē a patribus diſſidētē, facta ſeceſſiōe ſua eloquētia recōciliauit. cū. n. ſeci ipſa ciuitas foret maxime diſcors, inteſtino iter patres plebēq; flagrāte odio, ppter nexos ob æs alienū, excitauit ſeditionē nobilis gnonatu quidā, q cū magnis maiorū ſuorū, prumpēs in forū ſqualida ueſte, deformi uultu, fedioriq; corporis habitu, pallore, ac macie perēni, tota denique ſpecie oris efferata, facto concurſu clamitat ductū ſe a creditore, nō in ſeruitiū, ſed in ergaſtulū & carnificinā. exacerbauit ita plebis aios in patres, ut niſi alter a Seruilius mitioris ingenii ɔcitatos aios, multis pollicitationibus non ſediſſet, in graue diſcrimē res fuerit futura, maxime ingruētibus undiq; bellis. nā finitimi,

finitimi, cognita ſeditione arma cõmouerant, q̄bus ſuperatis, cũ ſoluendi pmiſſa tẽpus aduenisſet alter conſul Appius, inſita ſupbia aio, ut uanã collegæ faceret fidẽ, q̃ aſperrime poterat, ius de creditis pecuniis dicere, & q̃ anneæ fuerant creditoribus tradere tũc multo magis exacerbati plebis animi, per dictatorẽ hiſdem ferme pollicitationibus, & edicto, ne quis ciuẽ Ro. uinctum, aut clauſum teneret, ne q̃s militis Ro. donec in caſtris eſſet bona poſſideret, aut uẽderet, liberos nepote ſue eius moraretur leni ti ſunt. poſtremo cum etiam dictatoris promiſſis defraudaren tur, tum demũ ſeceſſio facta eſt in ſacrũ mõtem trãs aniené. co miſſus orator, Meneni⁹ Agrippa ad reconciliandam, reuocã damq; plebẽ in urbẽ intromiſſus in caſtra priſco illo dicẽdi, & horrido modo nihil aliud, q̃ hoc narraſſe fertur. tẽpore quo in hoie, nõ ut nũc oĩa in unum conſentiebãt, ſed ſingulis mẽbris ſuũ cuiq; conſiliũ, ſuus ſermo fuerat, indignatas reliquas partes ſuas cura, ſuo labore ac miniſterio uẽtri oĩa q̃ri, uentrẽ in medio quietũ, nihil aliud, q̃ datis uoluptatib⁹ frui conſpiraſſe inde ne manus ad os cibũ ferrẽt, nec os acciperet datũ nec dẽtes cõficerẽt. hęc ita dũ uentrẽ fame domare uellent, ipſa mẽbra totũq; corpus ad extremã tabẽ ueniſſe indeq; apparuiſſe, uẽtris quoq; ſegne miniſteriũ, non eſſe nec magis ali, q̃ alere eum, reddentẽ in oẽs corporis partes hunc, quo uiuimus, uigemuſq; diuiſum pariter in uenas maturũ cõfecto cibo ſanguinẽ comparando hinc, ꝙ inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſſet irę plebis. & ita in patres flexiſſe mẽtes oium, plebẽq; patribus reconciliaſſe, quod ſi inculto & horrido dicẽdi genere tantũ ualuit unius hoïs facundia, quod culta, & exquiſita faciet oratio? Diſſidens. Diſſentiens, diſcrepans, diſcordans. Fluminis anienis. Tribus paſſuũ milibus diſtat ab urbe, & teſte Priſciano lib. vi. declinatur anio anienis, quod antiqui ſecundum analogiam protulerũt aniem, Oui. xiiii. Metam. quas aniens aquæ. A capite. i. a ſenatu, & patribus. Cętera pte. ſ. plebe, & alludit ad fabulã, quã ſupra diximus. Vrbi. urbẽ. Plebẽ, q̄ pars ciuitatis erat, ſenatui alteri patris cõiũxit. Verbis facũdis. Eloquentiæ ceſſit oĩs furor, & impetus animi. Cic. cõcedat laurea linguæ.

Mene-
Agrippa
plebs pa
tribus cõ
ciliauit

ASCENSIVS.

REGIBVS. ſ. Romanis Tarquinio, & filiis exactis, id eſt expulſis Roma, pꝑter ſuperbiã, & ſtuprũ Lucretię, plebs. ſ. Ro. diſcedẽs per ſeditionẽ, a patribus. i. ſenatoribus, & nobilibus (pluſculo tamẽ interuallo) conſedit. i. locũ cepit armata iuxta ripam Anienis fluminis in Tyberim influẽtis. (Nominatiuus eſt Anio. ſed gtũs fit ab antiquo aniem anienis) in colle. i. monticulo, qui appellatur ſacer, & ſtatus reip. erat. ſ. tunc nõ ſolũ deformis, ſed etiã miſerrimus, & hoc cætera parte corporis. ſ. reip. hoc eſt ciuitatis, utpote plebe diuiſa; peſtifera ſeditione. i. per peſtiferam ſeditionẽ a capite eius, hoc eſt a patribus, qui quaſi caput ciuitatis ſunt, ac ni. i. niſi eloquentia Valerii ſubueniſſet, ſpes tanti imperii, quantum poſtea fuit corruiſſet pene in ipſo ortu ſuo. Nãq; is. ſ. Valer. (cum Liuius aliud id feciſſe ſcribat) ſubiecit. i. audientẽ fecit ſenatui populum gaudentem temere. i. incõſyderate, libertate noua. i. paulo ante parta, & ita inſ⸗lita reuocatum ad meliora, & ſeniora conſilia oratione. ſ. ſua, hoc eſt, ut Li. dicit apologo magis ad rem faciente, q̃ diſerto ſubiecit dicit. i. iunxit urbi. i. præcipue parti urbis, hoc eſt capiti, urbem. i. reliquum corpus, hoc eſt plebem. Ergo ut hinc uires eloquentiæ cognoſcamus. Ira. i. conſternatio mentium, & arma ex conſternatione in patres ſumpta ceſſerunt uerbis facundis, quia depoſitis armis in gratiam redierunt cum patribus, ob facundum apologum quem Oli. qui me breuem facit, recitat.

OLIVERIVS.

QVÆ etiam Ma. Marius ut ſæpe dictum eſt, ui patria pulſus, collecto exercitu Cinnæq; coniunctus, ui patriam repoposcit,

DE M. ANTONIO.

Quę etiam marianos, Cinnanoſq; mucrones, ciuilis profundenda ſanguinis cupiditate furentes, inhibuerunt: miſſi. n. a ſæuiſſimis ducibus milites ad M. Antonium obtruncandum, ſermone eius obſtupefacti, deſtrictos iam & vibratos gladios cruore vacuos vaginis reddiderunt: quibus digreſſis, P. Antonius (is enim ſolus in ambitu expers Antonianæ facundiæ ſteterat) crudele imperiũ truculento miniſterio peregit. Quã diſertũ igitur eũ fuiſſe putemus, quem ne hoſtium quidem quiſquã occidere ſuſtinuit? qui modo vocem eius ad aures ſuas voluit admittere?

DE IVLIO CÆSARE.

Diuus quoq; Iulius, q̃ cæleſtis numinis, tam etiam humani ingenii perfectiſſimũ columen, vim facũdiæ pprie expreſſit: dicendo in accuſatione C. Dolabellę quẽ reũ egit: extorqueri ſibi cauſam optimam L. Cottæ patrocinio, ſiquidẽ maxima tunc eloquentia queſta eſt: cuius facta mentione, quoniã domeſticum nullum maius adiecerim exemplum, peregrinãdum eſt.

diis hoĩbuſq; infeſtus. & ſtatim primo impetu oſtiam urbis aliũnam capit, & miſerãda ſtrage diripit. mox urbe ipſam per ſecordiã ciuiũ a ianiculo pulſo pſidio, quadrato agmine ingreſſus, ac principũ ſedẽ ſigno dato aliq̃to ſęuius, q̃ aut i Punica, aut i Cimbrica urbe ſæuit. Octa. conſulis caput pro roſtris exponitur, An. orator uir conſularis ad hoſpitem profugit, ubi tectus tantam urbis tempeſtatem declinaret, quod illi fortuna nõ conceſſit, hoſpes. n. quo lautius illũ exciperet, uinũ a caupone per ſeruũ depoſcit, Caupo latere apud hoſpitẽ, M. Anto. ex ſeruo cognoſcit, remq; ſtatim ad Mariũ Cinnamq; defert, quo cognito delectos milites cum. P. A. uel ut Plu. dicit P. An. ad facundiſſimum oratorẽ cędendũ mittũt. P. Ant. ubi ad hoſpitẽ uenit cedit miniſtros ſubire & M. An. interficere iubet, ipſe foris in ueſtibulo remorat⁹ hi uero poſtq̃ introgreſſi, & coram data copia cędis, maxim⁹ orator An. ſic eos rationis ſuauitate demulſit, ſic eloquẽtia ſua a cædis cupiditate, omniq; impetu repreſſit ut ad Ant. re infecta ſtupentes redierint. plane fatentes ſe oratione uictos, illũ occidere non potuiſſe, quos P. increpitãs ſtricto gladio tectũ irruit, & Antoniũ obtruncat, caput ad Mariũ defert. quod ille menſæ impoſuit, nõ tam cibo, q̃ eius ſpectaculo ſatiaretur. Conſtat hunc M. An. teſte Cic. lib. v. Tuſcu. quęſtio. oium ſuę ętatis fuiſſe eloquentiſſimũ. Inhibuerunt. Repreſſerunt, retinuerunt, compeſcuerunt ἀνέσχεν. Steterat in ambitu in porticu, ſiue in circuitu rem anſerat, pudore credo detentus, ne tamen uirum neceſſitudine ſibi coiunctum trucidari uideret, quanq̃ ipſe poſtmodum tam fœdum cædis miniſterium peregit.

M. Ant.
oratoris
eloquen
tia

ASCENSIVS.

QVAE, ſcilicet uerba facunda inhibuerunt etiam mucrones, id eſt acutos gladios Marianos, & Cinnanos, id eſt percuſſorum a Mario, & Cinna in M. Anto. miſſorum. furentes cupiditate ſanguinis ciuilis profundendi. Enim pro quia, milites miſſi a ſæuiſſimis ducibus, ſcilicet Mario, & Cinna ad obtruncãdum M. Anto. non triumuirum, ſed oratorem clariſſimum obſtupefacti ſermone eius, reddierunt uaginis gladios uacuos cruore, id eſt non imbutos ſanguine eius diſtrictos, id eſt e uagina raptos, & uibratos, id eſt in altum extenſos iam, ideſt ad percutiendum. cũ quibus, ſcilicet militibus digreſſus. P. Anto. conſanguineus eius (Is enim ſolus ſteterat in ambitu, id eſt circuitu, aut porticu, aut in ambitu, ideſt ut primus peracta cæde abiret, tanq̃ inſons eius expers, id eſt non particeps facundiæ Antonianæ) peregit imperium crudele, ſcilicet ducum illorum, miniſterio truculẽto, quia in ſanguinem ſuum ſęuit, cũ ſe maxime purgare potuiſſet. Igitur q̃. i. quantum diſertum putemus fuiſſe eum, ſcilicet Antonium, quem ne quidem, id eſt non ſaltem, aut non etiam quiſpiam hoſtium ſuſtinuit, id eſt potis fuit occidere, qui modo, id eſt ſi modo uoluit admittere ad aures ſuas uocem, id eſt orationem eius.

OLIVERIVS.

DIVVS quoq; Iulius. Dolabellã ex Sicilia, cui ptor præfuerat, repetundarũ Cæſar poſtulauerat. L. Cotta Dolabellæ patrocinũ ſuſcepit, cuius autoritati quia ueluti parentẽ illũ Cæſar coleret, & obſeruaret reſiſtere nõ ſuſtinuit. tantũ in cõcione dixit extorqueri ſibi cauſam optimã oſtendẽs ſe illũ ui eloquentiæ facile fuiſſe cõuictũ, ubi maximã ſibi eloquẽtiæ laudẽ cõparauit.

Cottę
eloquen
tia

Quã cęleſtis numinis. Perſiſtit in ſua iã tũ ab initio operis ſuſcepta adulatione Val. quę ſine dubio poſſet omnibus eſſe faſtidio.

Columen. Suſtentaculum. conſtat quidem Cęſarem plurimum ingenio ualuiſſe, ut teſte Cicer. cum duo ſint, quibus excelluere Romani, ſi in utro uis tantum ſe Cæſar exercuiſſet, oẽs facile ſuperaſſet, ut ſi tantum eloquentiæ quantum rei militaris ſtudii, & laboris impoſuiſſet, facile, dicendi palmam obtinuiſſet. Reum

EXTERNA.

DE PISISTRATO.

Piſiſtratus dicēdo tantū valuiſſe traditus eſt, vt ei Athenieſes regiū imperiū,oratione capti, permitterēt:cū præſertim ex cōtraria parte amātiſſimus patriæ Solon niteretur. Sed alterius ſalubriores er nt conciones,alterius diſertiores:quo euenit,vt alioqui prudentiſſima ciuitas,libertati ſeruitutem præferret.

DE PERICLE.

Pericles autem feliciſſimis naturæ incrementis, ſub Anaxagora præceptore ſummo ſtudio perpolitus & inſtructus,liberis Athenarum ceruicibus, iugum ſeruitutis impoſuit:egit enim illam vrbem, & verſauit arbitrio ſuo. Cumq; aduerſus voluntatem populi loqueretur, iucunda nihilominus, & popularis eius vox erat. Itaq; veteris comœdiæ maledica lingua, quamuis potentiam viri perſtringere cupiebat tamē in labris hominis melle dulciorem leporem fatebatur habitare:inq; animis eorum,qui illum audierant, quaſi aculeos quoſdam relinqui prædicabat.

egit. Quia repetundarum e Sicilia,ut diximus,accuſauit. Peregrinandum eſt. Ad externa exempla tranſeundum.

ASCENSIVS.

ſDIVVS quoq; Iulius.ſ.Cæſar columen .i. culmen ac decus perfectiſſimum,q̄ .i.quantū numinis cæleſtis .ſ. diuinitatis, tam, .i.tantum etiam ingenii humani,expreſſit,id eſt expreſſe indicauit,uim.i.uirtutē & potentiam propriæ eloquentiæ dicendo in actione Cn. Dolabellæ.i. cōtra Cn.Dolabellā, quem egit reū, .ſ.repetundarum, optimā cauſam extorqueri ſibi.ſ. ui amicitiæ,& autoritatis non facundiæ eripi ſibi patrocinio L. Cottæ Dolabellā defendētis. Siquidē maxima eloquentia utpote ſua ſibi quæſita eſt,tunc.ſ.ſibi uim fieri per patrocinium Cottæ q. d. Iulius cōfiſus in eloquētia ſua, non dubitauit quin reum peragerat, ſed gratia, & autoritate Cottæ ſibi eripiendum nouit. Cuius.ſ.maxime eloquentiæ Iulii Cæſaris mentione facta,quoniam nullum.i. nō ullum,non adiecerim.i.nō addiderim etiā ſi conatus ſim ullū exemplū domeſticū maius,caue legas inanis,eſt ſup.mihi peregrinādū.ſ.ad peregrinā eloquētiā tranſeūdū, ut al.bi admonui,autor utitur illa uoce in tim in ſignificatione nō plane præterita, ſed q̄ eſſet p̄terita, ſi aliud prius feciſſet.uerbi gratia adiecerim uidetur poſitum pro adiecero, ſed ſic ponit,ac ſi dicat,ſi adiecero·merito dicas q; adiecerim &c.

THEOPHILVS.

ſSIQVIDEM maxima ſunt eloquentia.quæ eſt.Vetuſti codices habent aliter hunc in modum. Siquidem tunc maxima eloquentia ei laus quaſita eſt.

OLIVERIVS.

Piſiſtratus eloquentia damnatum arripuit.

ſPISISTRATVS. Calliditate plurimum ualuit Piſiſtratus,teſte Macco.qui tyrannidem magis,q̄ eloquentiam occupaſſe dicitur deuictis ſe duce megarenſibus:cum gratiæ plurimum, & autoritatis apud omnes cœpiſſet,animum ad regnum adiecit uerber buſq; uoluntariis domi affectus, laceratoq; corpore die quadam in publicum prodiit,& aduocata concione uulnera populo o ēndit,de crudelitate principum, a quibus hoc ſe paſſum ſimulabat, queritur, adiuntur uocibus lachrymæ, & inuidioſa oratione multitudo credula incenditur, amore plebis, inuiſum ſe ſenatui affirmat, obtinet ad cuſtodiam corporis ſui ſatellitum auxilium per quos tantam tyrānidem occupauit. fuit autem ut diximus in cap.de humanitate,doctrina,ingenio,& eloquentia tanta,ut ab Athenienſibus imperium ſumma ui reſiſtente Solone tandem obtinuerit, uique orationis fe it, ut Athenienſes illi ſe,libertatēq; ſubiiceret,nec quicquā ualuit q; Solō iuſtiſſimus, & grauiſſimus orator aduocata cōcione in publicū pceſſerit, ut diximus in ca. de ingr. & impium illius conatum aperuerit.tantum igitur Piliſtrati ualuit eloquentia,ut nulla Solonis ſapientia nulla uis,nul a eloquentia reſiſtere potuerit. Cicer.de Piſiſtrato. lib.iii.de oratore,quis doctior iiſdem temporibus, aut huius eloquentiæ literis inſtructior fuiſſe traditur, q̄ Piſiſtratus, q primus Homeri libros confuſos antea ſic diſpoſuiſſe dic tur,ut nunc habemus.non fuit quidem ciuibus ſuis utilis,ſed ita eloquētia floruit,ut literis,doctrina q; præſtaret. Sed alterius.ſ Solonis,qui pro tuenda libertate concionabatur. Alterius.Piſiſtrati. Alioqui. In aliis rebus ſignificat populum Athenienſem prudentem hac una in re fuiſſe imprudentiſſimum, qui oratione delinitus ſeruire,q̄ imperare maluerit.

ASCENSIVS.

ſPISISTRATVS traditus eſt ualuiſſe .ſ. potuiſſe tantum dicēdo,i.eloquendo,ut Athe. capti oratione eius, permitterent ei Imperium regium, cum pſertim Solon amantiſſimus patriæ, niteretur .i. contenderet ex cōtraria parte.i.libertatem priſtinam tuendā eſſe. Sed cōciones.i.orationes ad populum, alterius.ſ. Solonis erant ſalubriores.i.magis ſalutares, & alterius .ſ. Piſiſtrati diſertiores quo.i.per quod euenit, ut ciuitas.ſ. Athe. prudentiſſima alioqui.i.in alio quo uis facto præferret libertati ſeruitutem, .i. mallet Piſiſtrato committere in ſe imperiū q ut Solon ſuadebat libertatem conſeruare.

OLIVERIVS.

ſPERICLES autem. De Pericle ſatis ſupra dictum eſt in ca.de obitu filiorum,& de continentia.quod uero ad eius eloquentiam ſpectat tātum ualuit dicendi ratione, & eloquentia, ut Athenié.populū pro ſua uoluntate uerſaret, & eorum animos quocunq; uellet, facile impelleret.de quo Cic. libr. de ora.iii. Quid P ricles inquit, de cuius poteſtate dicēdi ſic accepimus, ut cum contra uoluntatē Athenien.loqueret̃ p ſalute patriæ ſeuerius, tamen id ipſum quod ille contra hoies populares diceret,populare oibus,& iucundū uideretur. Cuius in labris ueteres comici, etiam cum illi maledicerent, quod tum Athenis fieri licebat,leporē habitaſſe dixerunt.tamq; in eo uim fuiſſe, ut in eorū mentibus qui audiſſent, quaſi acul os quoſdā relinqueret. At hunc non declamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat,ſed ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras,uir ſummus in maximarū rerum ſcientia.itaq; hic doctrina, cōſ io,eloquētia excell ns.xl.annis præfuit Athenis, & urbanis eodem tēpore,& bellicis rebus. Egit urbē.Duxit Athenié.quo uoluit. Et uerſauit.Et pro ſua uolūtate tractauit. Perſtringere. Offendere,& carpere cupiebat. Quaſi aculeos quoſda. perſiſtit in tranſlatione, cum enim diceret, q; ex eius ore melle dulcior fluebat oratio ac leos tamen illud mel incluſos habuiſſe dicit, quos ais ho ium infixos relinquebat,dulcis quidē erat oratio,ſed regnum affectare uidebatur.

Periclis eloquentia.

ASCENSIVS.

ſPERICLES autem. (itidē Athenié.)feliciſſimis incrementis.i.habens feliciſſima incrementa naturæ.i.naturalis facundiæ perpolitus,ideſt ad conſummationem uſq; politus,& inſtructus ſummo & ſtudio ſub Anaxagora præceptore, impoſuit ceruicibus Athenarum.i.ciuium Athe.liberis.ſ.prius,iugum.ſ.ſeruitutis. Enim.i.quia,ille egit. .direxit,& uerſauit urbē.i.ciuitatē (hoc loco) arbitrio ſuo.Cumq; loqueret̃ aduerſus uoluntatem populi,eius uox erat nihilominus iocunda, & popularis. Itaq; lingu maledica.i.detractoria ueteris comœdiæ, in cuius locū ſucceſſit latina tr gœdia, q in utraq; uitia acerbe taxant̃, ſed acerbius in uet re comœdia q; ea ſub propriis p̄cantiū noibus uitia notabant̃.Vnde Hor.primo ſermonū Eupolis,atq; Cratinus, Ariſtophaneſq; poetæ, Atq; alii, quorū comœdia priſca uirorū eſt. Siquis erat dignus deſcribi q; malus, aut fur, Aut mœchus foret,aut ſicarius,aut aliqui,Famoſus multa cum libertate notabant &c.quamuis cupiebat perſtringere.i.carpere potentiā.ſ. nimiā uiri uidelicet Periclis,tamē fatebat̃ leporē.i.uetuſtatē ſermonis dulciorē melle habitare in labiis hois (uideri poſſet p eodē accipere uirū, & hoiem, quæ ſecundum Vallam differunt, q; uir poetis frequeu ius eſt uocabulū,& homo oratori.tamē aliius ſcrutanti poſſet hoc diſcriminis indicare, q; uir, quia etiam connotat proprietatem uirilem, & animoſitatem, ut cum locus affuerit,te precor eſſe uirum,ad induſtriam eius pertineat. homo ad naturam,ut q; tam potens euaſerit, induſtriæ ſit, q; tam facundus naturæ & prædicabat quaſi aculeos quoſdā.i ſ imulos relinqui in animis illorum,q illū audierāt.pulchra alluſio ad apes, nā q a melis meminit,recte perſiſtēs i metaphora,aculeos addit.

Oliuerius.

DE QVODAM SENE.

Fertur quidam, cum admodum ſenex primæ concioni Periclis adoleſcentuli intereſſet, idemq́; iuuenis Piſiſtratum decrepitum iam concionantem audiſſet, non temperaſſe ſibi, quo minus exclamaret, caueri illum ciuem oportere, quòd Piſiſtrati orationi ſimillima eius foret oratio: nec hominem aut æſtimatio eloquii, aut morum augurium fefellit. Quid enim inter Piſiſtratum, & Periclem interfuit: niſi quòd ille armatus, hic ſine armis tyrannidem geſſit?

DE HEGESIA PHILOSOPHO.

Quantum eloquentia valuiſſe Hegeſiam Cyrenaicum Philoſophũ arbitramur? qui ſic mala vitæ repreſentabat, vt eorum miſeranda imagine audientium pectoribus inſerta, multis voluntariæ mortis appetendæ cupiditatem ingeneraret. Ideoq́; a rege Ptolemæo vlterius hac de re diſſerrere ꝓhibitus eſt.

QVANTVM MOMENTVM SIT IN PRONVNCIATIONE, ET APTO MOTV CORPORIS. CAP. X.

ELoquentiæ autem ornaméta in pronunciatione apta, & conuenienti motu corporis conſiſtunt: quibus cum ſe inſtruxerit, tribus modis homines aggreditur, animos eorum ipſa inuadendo: horũ alteri aures, alteri oculos permulcendos tradẽdo.

DE CAIO GRACCHO.

Sed propoſiti fides in perſonis illuſtribus exhibeatur. C. Gracchus eloquentiæ, quã propoſiti felicioris adoleſcens, quoniam flagrantiſſimo ingenio cum optime Rempub. tueri poſſet, perturbare impie maluit: quoties apud populum concionatus eſt, ſeruum poſt ſe muſicę artis peritum habuit, qui occulte eburnea fiſtula pronunciationis eius modos formabat, aut nimis remiſſos excitando, aut plus iuſto concitatus reuocando: quia ipſum calor, atq́; impetus actionis attentum huiuſce temperamenti æſtimatorem eſſe non patiebatur.

OLIVERIVS.

¶ FERTVR quidam. nunc quaſi teſtimonium inducitur eloquentiæ Periclis. dicit enim cõ ſur quidam Athenienſis decrepitæ iam ætatis Periclem primũ concionantẽ audiſſet, ſibi ipſi moderari nõ potuit, quin altius exclamaret, cauete uobis Athenienſes a Periclis facundia, quæ tanta in eo eſt, quanta in Piſiſtrato fuiſſe conſpeximus, audierat enim hic in adoleſcentia Piſiſtratũ concionantem. admonebat itaq́; ciues ſuos, ut cautiores eſſent in audiendo Periclem, quã fuerant in Piſiſtrato, ne Periclis oratione capti, urbis imperiũ, ut Piſiſtrato, ſic illi quoq́; demandarẽt. & libertatẽ ſeruituti præferrent, plus tñ ualuit eloquẽtia Periclis, quã ſenis ſalutare conſiliũ. Augurium. Omen, & diuinatio.

Quod ille armatus. Quia, ut diximus, cũ ad ſui corporis tutelam ſatellites obtinuiſſet, his adiutus imperiũ occupauit.

ASCENSIVS.

¶ FERTVR &c. Pergit adhuc de eloquentia Periclis loqui dicens. Quidam admodũ .i. ualde ſenex, cũ intereſſet primæ cõcioni .i. orationi ad populũ Periclis adoleſcentuli, & idẽ .ſ. homo tũ ſenex audiſſet iuuenis .i. cũ eſſet iuuenis Piſiſtratũ decrepitũ concionantẽ, non tẽperaſſe ſibi quo minus .i. ut non exclamaret oportere .i. cõuenire, & utile eſſe, illũ ciuem, caueri, ꝗ .i. quia oratio eius foret ſimillima orationi Piſiſtrati .ſ. tyranni pauloante mortui. Nec aut exiſtimatio eloqui .i. iudiciũ de eloquio, aut augurium morum .i. diuinatio de moribus Periclis futuris fefellit .i. decepit hominem, quia ita fuit, ut iudicauit. Quid enim interfuit inter Piſiſtratum, & Periclem, niſi ꝗ ille .ſ. Piſiſtratus geſſit tyrannidem armatus .i. ui, hic .ſ. Pericles ſine armis? q. d. nihil quia uterque ęque omnia pro libito geſſit.

ASCENSIVS.

¶ QVANTVM arbitramur Hegeſiam philoſophorũ Cyrenaicum ualuiſſe eloquentia? q. d. merito plurimũ qui repreſentabat .i. oſtendebat oratione, mala .i. incommoda uitæ .ſ. huius, ut imagine .i. ſpe imaginaria eorũ .i. malorũ huius uitæ, inſerta pectoribus audientiũ, ingeneraret multis cupiditatem uoluntariã .ſ. ſpontaneã mortis apprẽde. Et ideo prohibitus eſt a Ptolemęo rege diſſerere .i. diſputare ulterius de hac re .i. de malis, aut miſeriis huius uitæ.

OLIVERIVS.

¶ QVANTVM eloquentia. Hegeſias Cyrenaicus philoſophus adeo ſubtiliter, & copioſe de humanę uitæ miſeriis diſputabat in ſcholis, ut ad uoluntariam ſibi ſæpe mortem nonnullos auditores ipelleret. quare a Ptolemæo rege prohibitus eſt de his rebus diſputare, quoniam his auditis multi ſibi mortem inferrent, magna erat uis huius hoĩs eloquentiæ, ut cum de humanæ uitæ conditione diſſereret, ſic hominum miſerias, quibus ſubiecti ſunt, ante oculos referebat, ut his quaſi territi homines ultro mortẽ appeterent, unde πεισιθάνατος Hegeſias dictus eſt .i. mortis perſuaſor. Cic. li. Tuſ. primo mortes inquit a malis nos abducit, nõ a bonis uerum ſi quærimus hoc a Cyrenaico Hegeſia, ſic curioſe diſputatur, ut is ab rege Ptolemęo prohibitus eſſe dicat̃ illa i ſcholis dicere, quo multi his auditis mortem ſibi conſciſcerent. Cyrenaicũ philoſophũ. Cyrenaici ab Ariſtippo deſcenderunt, qui primus genere Cyrenaicus finem in uoluptate ponebat.

Hegeſias Cyrenaicus

OLIVERIVS.

ELOQVENTIÆ autem. In pronunciatione cuncta totius eloquẽtiæ ornamẽta eſſe repoſita teſtantur omnes, qui de hac arte ſcripſerunt tã Græci, quã Latini, quid enim acutæ, & commoda inuentiones? quid cõcinnæ uerborũ elocutiones? quid partiũ cauſæ? & artificioſæ diſpoſitiones? quid denique diligẽs memoria ſine pronunciatione ualerent? nõ plus, quã ſine his pronunciatio ſola. nã hæc omnia, quæ ſupra dixi, perinde ſunt ut agũtur, actio autẽ in dicendo una dominat̃, ſine qua ſummus orator, in oratorũ numero eſſe nullo modo põt. mediocris uero hac una inſtructus ſummos ſępe ſuperare poteſt, quod multis exemplis tam Græcorum quã Latinorũ ita eſſe Vale. probat. Conuenienti motu corporis. pronũciatio eſt uocis, uultus, & geſtus moderatio cum uenuſtate. cũ ergo dicat in pronunciatione intenſionem, & remiſſionẽ uocis oſtendit in motu corporis, uultus, geſtuſq́; moderationẽ ineſſe.

Pronũciatio qd.

Tribus modis. Elocutione, ſono uocis, & motu corporis. Alteri aures. quo ad pronunciationem. Alteri oculos. quo ad geſtum corporis.

ASCENSIVS.

¶ ELOQVENTIÆ autẽ ornamẽta cõſiſtunt in pronunciatione apta, & in motu corporis cõuenienti. quibus cum eloquentia inſtruxerit .i. armauerit ſe, aggreditur homines tribus modis, ipſa .ſ. eloquẽtia inuadendo animos eorũ, uidelicet hominũ, & tradẽdo alterũ horũ .ſ. dictorũ ornamentorũ, uidelicet pronũciationi aures .ſ. hominũ ſup. permulcẽdas, & alteri, uidelicet motui corporis, oculos ꝑmulcendos, id eſt mulcẽdo i ſententia trahẽdos.

OLIVERIVS.

¶ SED propoſiti &c. Ad tẽperãdos pronũciationis modos C. Gracchus peritũ muſicæ artis ſeruũ cõcionaturus adhibuit, ut uel īteſiorẽ remitteret, uel remiſſiorẽ uocẽ intẽderet. Gel. de noctib. atticis lib. i. Ecce aũt ꝑ tibicina laconica. tibiæ quoq́; illius cõcionatoriæ i mentẽ uenit, quã C. Graccho cũ populo agẽte, pręiſſe ac ꝑmonſtraſſe modulos ferunt. ſed nequaquã ſic eſt, ut a uulgo dicit̃, canere tibia ſolitũ, quid pone illũ loquentẽ ſtare uariis modis, eundẽ mulcere animũ actionẽq́; eius tũ incẽdere. q. d. n. foret ea re ineptius? ſi ut planipedi ſaltãti, ita Grac. cõcionãti nu

Graccho cõcionãti fiſtula modos dabat

meros, & modos & frequẽtamẽta q̃dã uaria ſibi eẽ mouerẽt, ſed qui hoc cõperto memoriæ tradiderũt, ſtetiſſe in circũſtãtibus dicũt occultus q fiſtula breui ſenſim grauiuſculũ ſonũ inſpiraret, ad deprimẽdũ ſedandũq; impetũ uocis eius referueſcente, nã q; impulſu, & inſtinctu extraneo, naturalis illa Gracchi uehemẽtia indiguiſſe nõ opinor æſtimanda. M. tamen Ci. fiſtulatorẽ iſtum utriq; rei adhibitum eſſe Graccho putat, ut ſonis tũ placidis, tũ citatis, aut demiſſam, iacentẽq; eius orõnẽ exigeret, aut ferocientẽ, ſeuientẽq; cohiberet, uerba ipſius Cic. appoſui, itaq; idẽ Grac. q̃d potes audire Catule ex Licinio cliẽte tuo ſtato hõie, quẽ ſeruũ ſibi habuit, ille ad manũ eburneola ſolitus eſt hærere fiſtula, ſtareq; poſt ipſũ occulte cũ concionaretur peritũ hominẽ, q inflaret celeriter illũ ſonũ, q illũ aut remiſſum excitaret, aut a contẽtione reuocaret. Quinti. uero lib. i. de inſtitutione oratoria. Quid tam muſices ingt ꝓpriũ, ſed ne hæc quidẽ ꝑſumenda pars, ut uno interim ꝯtẽtiſſimus exẽplo. C. Gracchi ꝑcipui ſuorũ tẽporũ oratoris, cui cõcionãti cõſiſtẽs poſt eũ muſicus fiſtula, quã tonarion uocãt, modos, quibus deberet ĩtẽdi, miniſtrabat. hęc etiam ei cura ĩter turbidiſſimas actiones, uel terrẽti optimates, uel iã timẽti fuit. Cũ opti. rep. tue. poſ. Cice. of lib. ii. q̃d eſt tã ĩhumanũ, q̃ eloquentiã a natura ad ſalutẽ hoium, & cõſeruationẽ datã, ad bonorũ peſtẽ, perniciemq; cõuertere? Quia ipſum ca & impetus, Reddit rationẽ cur monitore tibicine uteret, q̃a interdũ uel accuſando, uel deteſtando ira, uel alio animi ĩpetu cõmotus ſeruare modũ nõ reminiſcebatur.

ASCENSIVS.

SED ut fides. i. fida ꝓmiſſio ꝓpoſiti. i. aſſumpti exhibeatur in ꝑſonis illuſtribus, dicã ſup. ſequẽtia. Caius Grac. adO. fell. elo. q̃ propoſit. il. rei, quã ſibi ꝓponebat obtinendã, quoniam eum poſſet flagrantiſſimo ingenio .ſ. ſuo tueri .i. protegere optime rẽpu. maluit ſup. eã ꝑturbari impie, aut legatur perturbare eam. quoties eſt concionatus. i. ſermonẽ habuit apud populum, habuit poſt ſe ſeruũ peritũ artis muſicæ, q formabat occulte, fiſtula eburnea. i. ex ebore facta, quo ſummiſſior eſſet eius ſonus, modus. i. mẽſuras, & notulas pronunciationis eius, aut excitando nimis remiſſos, aut reuocando. ſ. ad lenitatem modos ſup. concitatos nimis. Quia calor, atq; ĩpetus actionis non patiebatur ipſum attentũ. ſ. ad actionẽ ſuam, eſſe æſtimatorem .i. cenſorem huiuſce tẽperamẽti, quale muſicus dabat.

OLIVERIVS.

QVINTVS autem Horten. Plus in decoro motu corporis, q̃ in uenuſta uocis moderatione, & dicendi copia, laborauit Hortẽ. adeo ut magis ſpectaculũ q̃ ad cõcionẽ audiendã homines ueniſſe putares. nã mimi ab eo multos corporis geſtus deceute pceptos, in ſcenã poſtmodũ referebãt. i. tantũ tñ eloquẽtia ualuit ut apud multos dubiũ fuerit, eius artis palma Cic. ne magis, an Horten. deberet. Sic uer. ora. Vt enim geſtibus uerba, ſic uerbis geſtus accõmodabat. Cõſtat Æſopũ, Roſciũq;. Hi tempore Cic. & Hortẽ. mimi ꝑſtantiſſimi fuerũt, quorũ alter comœdiarũ, alter. ſ. Æſopus tragediarũ actor fuit, qui Hortẽ. ſic delectabãtur orante, ut ad eũ audiendũ eũ oraret, ſemꝑ accurrerẽt, eiq; frequẽter aſſiſterent ut geſtus aliquos in foro petitos, in ſcenã referrent. De Roſcio Cic. in oratione pro Archia poeta. Quis noſtrũ tã animo agreſti, ac duro fuit, ut Roſcio nõ morte cõmoueretur, qui cũ eſſet ſenex mortuus, tamẽ ꝓpter excellentẽ artẽ, ac uenuſta uidebatur omnino mori non debuiſſe. ergo ille corporis motu tantum amorem ſibi conciliarat a nobis omnibus. In corona. In cœtu, & multitudine uirorum.

Aeſopus tragœdus Roſcius cõmœdus

DE Q. HORTENSIO.

Quintus autem Hortenſius plurimum in corporis decoro motu repoſitum credens, pene plus ſtudii in eodem laborando, q̃ in ipſi eloquentia affectãda impẽdit. Itaq; neſcires, vtrum cupidius ad audiẽdum eum, an ſpectandum concurreretur: ſic verbis oratoris aſpectus, & rurſus aſpectui verba ſeruiebant. Conſtat Aeſopum, Roſciumq; ludicræ artis peritiſſimos, illo cauſas agente, in corona frequenter aſtitiſſe, vt foro petitos geſtus, in ſcenam referrent.

DE M. CICERONE.

Nam M. Cicero quantum in vtraq; re de qua loquimur, momenti ſit oratione quam pro Gallo habuit, ſignificauit. M. Callidio accuſatori exprobrando, ꝙ præparatum ſibi a reo venenum teſtibus, chirographis, quæſtionibus, probaturum affirmans, remiſſo vultu, & languida voce, & ſoluto genere orationis vſus eſſet: pariterq; & oratoris vitium detexit, & cauſæ periclitantis argumenta adiexit: totũ hunc locum ita claudendo: tu iſtud M. Callidi niſi fingere, ſic ageres?

ASCENSIVS.

QVINTVS autem Horten. credens plurimũ .ſ. utilitatis, aut gratiæ repoſitũ in decoro motu. i. uenuſta agitatione corporis ĩpendit pene. i. quaſi plus ſtudii in elaborãdo, i. excolendo laboribus eodẽ. ſ. motu decoro q̃ in ipſa eloquẽtia affectãda. Itaq; .i. & ita tu neſcires. i. quilibet merito neſciret, utrũ cõcurreret cupidius ad audiẽdũ eũ, an ad ſpectandũ eum. i. geſtus eius ſic. i. uſq; adeo aſpectus oratoris ſeruiebat ſup. uerbis, & rurſus .i. ecõtrario, uerba ſeruiebant .i. accõmodabãt aſpectu. Itaq; .i. & ita conſtat, Æſopũ. & Roſciũ peritiſſimos artis ludicræ. i. ſcenicę, & agẽdarũ fabularũ, aſtitiſſe frequẽter in corona. i. circulu, illo. ſ. Horten. agẽte cauſas, ut referrẽt in ſcenam. i. proſceniũ, geſtus petitos. i. acquiſitos, ſup. in foro. ſ. cauſarum.

OLIVERIVS.

NAM M. Cice. Plutar. in uita Cic. dicit non minus Cic. in actiõe elaboraſſe q̃ Demoſthenẽ, donec per Roſciũ comœdiarũ, & Æſopũ tragœdiarũ actores optimos, & ſuo tempore clariſſimos. ꝓbita illis diligẽter opera, uocẽ, & corporis geſtũ emẽdauit. his igitur tãqua præceptoribus uſus ad moderandos corporis geſtus, omnium in eo pronunciationis genere eruditiſſimus euaſit, & eloquẽtiæ princeps facile iudicatus. Roſciũ Cic. ſuas delitias appellare conſueuerat. quantum igitur in pronunciatione, motuq; corporis repoſitũ ſit, Cice. declarauit in ea oratione, quam habuit pro Gallo. cũ enim Callidius ſe a Gallo ueneno petitum fuiſſe diceret, idq; remiſſiore uultu, & languidiore uoce quaſi ſoluto orationis genere uteret, uitiũ Cice. ex habitu facile detexit, falſamq; accuſationẽ indicauit, cum diceret. Tu iſtud M. Callidi, niſi fingeres, ſic nõ ageres ſ. q̃ ſi uerũ fuiſſet periculũ cõcitatiore uoce, ꝑturbatioreq; uultu cauſam egiſſet, quãta fuerit Cicer. laus ex ſuſa eloquẽtia parta, Plin. lib. vii. natu. hiſto. plane oſtendit, cũ dicat. Quo te M. Tulli piaculo taceã, quoue maxime excellentẽ inſigni ꝓdicem, quo potiuſquã uniuerſi populi, & illius gẽtis ampliſſimo teſtimonio, & tota uita tua ad conſulatum in operibus electus. Te dicente, legẽ agrariã, hoc eſt alimenta ſua abdicauerũt tribus. Te ſuadẽte, Roſcio theatralis ſeditiõis autori leges ignouerũt, notataſq; ſedes ignominię diſcrimine ęquo animo tulerũt. Te orante, proſcriptorũ liberos honores petere puduit. Tuũ Catilina fugit ingeniũ. Tu M. Antoniũ proſcripſiſti. Salue primus oium parẽs patriæ appellate, primus in toga triumphũ, linguæq; laurea merite, & facũdię literarũ latinarũ parens æque, ut dictator Cæſar hoſtis quondã tuus de te ſcripſit, omniũ triũphorũ tanto laudẽ adepte maiorẽ, quãto plus eſt ingenii Romani terminos in tantũ promouiſſe, q̃ imperii. In utraq; re. In ſono uocis, & motu corporis. Momẽti. uirtutis efficacię. Quęſtionibus. inquiſitionibus. Languida. debili, & fracta uoce. Soluto genere. non intenſa oratione, quẽadmodum rei atrocitas exigebat. Argumenta adiecit. q̃a argumentũ erat non paruum, nullũ illi uenenũ datum eſſe, ꝙ pronunciatione uteretur.

ASCENSIVS.

NAM M. Cice. ſignificauit oratione, quam habuit pro Gallo, quantum momenti. i. efficaciæ ſit in utraq; re, de qua loquimur hoc eſt in pronunciatione, & apto motu corporis exprobrando. i. opprobrio dando M. Callidio accuſatori .ſ. Galli, ꝙ ipſe Callidius affirmans, ſe probaturum teſtibus chirographis, id eſt ſcriptis manualibus & quæſtionibus, id eſt confeſſionibus ſeruorum ad torturam exhibitorum, uenenũ præparatum ſibi a reo. ſ. Gallo, eſſet uſus uultu miſſo quantum ad motũ corporis, & uoce languida, & genere orationis ſoluto quantum

ad

EXTERNA.

DE DEMOSTHENE.

Conſentaneum huic Demoſthenis iudicium, qui cum interrogaretur, quidnam eſſet in dicendo efficaciſſimum, reſpondit ὑπόκρισις. Iterum deinde, & tertio interpellatus idem dixit, pene totum ſe illi debere confitendo.

DE ÆSCHINE.

Recte itaq; Aeſchines, cū propter iudicialē ignominiam, relictis Athenis, Rhodum petiſſet, atq; ibi rogatu ciuitatis ſuam prius in Cteſiphonem, deinde Demoſthenis pro eodem orationem clariſſima, & ſuauiſſima voce recitaſſet, admirātibus cunctis vtriuſq; columinis eloquentiam, ſed aliquanto magis Demoſthenis, quid ſi inquit, ipſum audiſſetis? tantus orator, & modo tam infeſtus aduerſarius ſic inimici vim, ardoremq; dicendi ſuſpexit, vt ſe ſcriptorum eius parum idoneū lectorem eſſe prædicaret: expertus acerrimum uigorem oculorum, terribile vultus pondus, accommodatum ſingulis verbis ſonū vocis, efficaciſſimos corporis motus: ergo & ſi operi illius adiici nihil poteſt, tamen in Demoſthene magna pars Demoſthenis abeſt, quod legitur potius, q̄ auditur.

QVAM MAGNI EFFECTVS ARTIVM SINT. CAP. XI.

Effectus etiam artium recogniti, poſſunt aliquid afferre voluptatis: protinuſq; & q̄ vtiliter excogitatæ ſint, patebit: & memoratu dignæ res lucido in loco reponentur, & labor in his edendis ſuo fructu non carebit.

ad pronunciationē. Et ita Cic. pariter detexit .i. aperuit iudicibus, & uitiū oratoris ſignificās .ſ. oratorē cōpoſito motu, & pronunciatione accurata in fictis fidem aucupari, quod nō mediocre uitiū eſt, & adiecit argumēta .i. media approbatiua cauſæ periclitantis .i. laborantis in ꝓbatione claudēdo totū hūc locū ita. O Marce Callidi niſi tu fingeres iſtud .ſ. uenenū ubi præparatū a reo, te teſtibus chirographis, & q̄ſtionibus poſſe ꝓbare, ageres ſic .i. tā cōpoſite, & attente, ut q falſas cauſas ꝓbare uolūt, facere ſolet: q.d. minime, & ita hoc illi exprobrādo detexit uitiū oratoris .i. quo glibet orator in falſis cauſis uti poteſt ad ꝑſuaſionem, cōpoſito .ſ. motu, & apta ꝓnunciatione, & ſimul debilitauit eius approbationē, oſtendēdo ipſum, niſi de cauſa diffideret, non ſic acturū fuiſſe. Nam multi ut optimā ſe hēre cauſam demonſtrent, neq; patrono uti neq; artificioſa oratione uolūt. hæc dico latius, qa aliter intelligit Oliue. cui non aſſtipulor, nā ſecūdū illū ſenſus eſt, niſi fingeres iſtud .i. tibi ꝑparatū uenenū ageres ſic: q.d. minime, qa q uenenū accepit, tali uoce uti non poſſet. Sed Callidius non dixit ſibi uenenū datum, ſed præparatum dōtaxat, quod ſecūdū Ciceronē, qa ueris ratiōibus ꝓbare nō potuit artificio doloſo uſus eſt, & hoc illi exprobrando artē detexit.

OLIVERIVS.

Pronunciationi quam tri Demoſthenes tribuerit

CONSENTANEVM. Iudicauit Demoſthenes orationis uim fermem omnē in pronunciatione eſſe repoſitā. Interrogatus enim, qd primū eſſet ī oratore, rn̄dit pronunciationē, qd ſecūdū, pnūciationē. quid tertiū, pronunciationē, omnia igit in pnūciatione. Cic. li. iii. de orat. huic Demoſthenes primas dediſſe partes di cū rogaretur quid in dicendo eſſet primū, huic ſecūdas, huic tertias. Quin. lib. xi. de pnūciatione, Demoſthenes, inquit, interrogatus, quid eſſet in toto opere ſummū, pronunciationi palmam dedit. Reſpondit ὑπόκρισιν. Pronunciationem.

ASCENSIVS.

CONSENTANEVM &c. Iudicium Demoſthenis de ui pronunciationis conſentaneū eſt huic .ſ. dicto Ciceronis, qui cū interrogauit q̄nā eſſet in dicēdo efficaciſſimū .i. plurimū ualens ad efficiendū ꝓpoſitū reſpondit hypocriſis .i. ſimulatio uocis, & geſtus .i. apta pronunciatio. & decens motus. deinde interpellatus iterū .i. ſecūdo, & tertio, q̄ nā eſſet ſecundū, & q̄dnā tertiū, & quantū ad efficaciā, rn̄dit idē .ſ. ꝙ hipocriſis. cōfitendo ſe debere pene totum illi .ſ. hypocriſi, hoc eſt ut alii interpretātur, pronunciationi.

OLIVERIVS.

RECTE itaq; Æſchines. Cū Æſchines accuſationē, quā habuerat in Cteſiphontē Rhodiis legiſſet, legit & defenſionē Demoſthenis, a qua ille ſuperatus Athenis exceſſerat. mirantibus ergo Rhodiis orationē illā, multo magis illos dixit fuiſſe miraturos, ſi oratorē ipſum audiuiſſent. Cice. lib iii. de oratore, mihi melius illud ab Æſchine dictū uideri ſolet, q cū propter ignominiam iudicii exceſſiſſet Athenis. & Rhodū ſe contuliſſet, rogatus a Rhodiis legiſſe fert orationē illā egregiā quā in Cteſiphōtē cōtra Demoſthenē dixerat, qua perlecta petitū ab eo eſt poſtridie, ut legeret illā etiā, q̄ erat cōtra a Demoſthene ꝓ Cteſiphonte edita. quā cū ſuauiſſima, & maxima uoce legiſſet, admirantibus omnibus quanto inquit, magis miraremini, ſi audiſſetis ipſum: ex quo ſatis ſignificauit, quantū eſſet in actore, q orationē eandē aliam fore putauit, actore mutato. De hoc Æſch. Gel. noctiū acti. lib. vii. Quintil. inſtitu. orator. cap. de ꝓnunciatione, aliiq; autores multa dixerūt. Sunt q dicat Æſchinē mirantibus Rhodiis orationem Demoſthenis, rn̄diſſe, qd ſi audiſſetis beluā ipſam ſua ꝟba reſonantem.

Vtriuſq; colu. Demoſthenē, & Æſchinē eloquētiæ columē appellat. Suſpexit. admiratus eſt, quāuis aduerſarius eſſet, tū cū admiratiōe Dhemoſthenis laudē eſt ꝓſecutus, & ea demū uera laus eſt, q̄ etiā ab inimico ꝓficiſcit. Parū ido. l. c. Quia aduerſarius præterea uim illā dicendi Demoſthenis referre nullo mō poſſet. Legit in uita Demoſthenis ꝙ Philippus Macedoniæ, Rex Demoſthenē cæteris Athenieſiū legatis ī dicendo ꝓtulerit, in cæteris uero rebus Æſchinē. Pōdus grauitatē dicētis. Magna pars Demoſthenis abeſt. Vis .ſ. pnūciationis, q̄ maxima fuit in Dhemoſthene. ergo cū eius ſcripta legūtur, tāta nullo modo ꝑcipi poſſunt, quāta cū ab ipſo pronunciantur, & .i. quod ait Vale. legitur potius q̄ auditur.

ASCENSIVS.

RECTE itaq; Æſc. ſup. ſenſit, aut dixit, cum relictis Athenis ꝓpter ignominiā iudicialē. qa uict° fuerat ī iudicio, petiiſſet Rhodū, atq; recitaſſet ibi hoc ē Rhodi rogatu .i. ob rogatū, & ꝑces ciuitatis Rhodię, prius ſua orationē ī .i. aduerſus Cteſiphontē, deinde orationē Demoſthenis uoce clariſſima, & ſuauiſſima, cūctis admirātibus eloquētiā utriuſq; columinis .i. ſumi ornamēti eloquētiæ .ſ. Æſchinis prius, & deīde Demoſthe. ſed aliquāto magis .i. impenſius, ſup. eloquētiā Demoſt. inquit. qd ſup. diceretis, ſi audiſſetis ipſum Demoſt. pnunciandi peritiſſimū? de q re Hie. ī ꝓlogo Bib. ca. ii. Æſchines cū Rhodi exularet, & legeret ei Demoſth. orō. quā aduerſus eū habuerat, mirantibus cūctis, atq; laudantibus ſuſpirās ait, Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiā ſua uerba reſonātē) Tātus orator & mō .ſ. cū ageret Rhodi, tā infeſtus aduerſarius, ſuſpexit .i. cum admiratione laudauit (nā ſicut deſpicere trāſumit ad ſignificandū cōtēnere, ita ſuſpicere, ad uenerari. & laudare, qa deſpicere ē deorſum iſpicere, q̄ uero īfra nos ſunt contēnimus. ſuſpicere aūt ſurſum aſpicere, at q̄ ſupra nos uidemus, ueneramur fere) ſic uim, & ardorem dicēdi inimici .ſ. Demoſt. ut ꝓdicaret ſe eſſe lectorē parꝝ idoneū ſcriptorū eius .ſ. Demoſt. expertus .ſ. cōtra ſe acerrimū uigorē oculoꝝ, terribile pōdus .i. terribilē grauitatē uult°, ſonū uocis accōmodatū .i. aptatū ſingulis uerbis, motus corpīs efficaciſſimos. Ergo etſi .i. q̄uis nihil pōt adiici .i. addi opi illius .ſ. Demoſth. ſcriptos, tamē in Demoſt .i. in orōnibus eius ſcriptis, abeſt .i. deeſt. magna pars Demoſt .i. artificii, quo Demoſt. in pnūciādo uſus eſt, q̄ .ſ. pars legit .ſ. oculis ſpectātū geſtus, potius q̄ auditur.

OLIVERIVS.

EFFECTVS artium. Operæpretium eſſe poteris recognoſcere quam magni ſint artiū effectus, ꝙ ad eas capeſſendas utilitate ꝑcepta ſimus alacriores. Labor ſuo fructu. nunquam labor iſte grauabit, quē ſubſequitur fructus.

ASCENSIVS.

¶ EFFECTVS etiam artium recogniti. ſ. legendo, aut recenſendo, poſſunt afferre aliquid uoluptatis & patebit (Sunt qui legunt patebunt, ſed minus apte) protinus &. i. ſimul q̃. i. quantũ utiliter ſup. artes ſunt excogitatę, & res dignę memoratu. i. ut memorentur, & recitentur, reponentur in loco lucido, & labor in his ꝑdendis, id eſt qui in his ædendis erit, non carebit ſuo. i. debito fructu. quæ a Sole lumen mutuatur deficeret, miſit eum. ſ. exercitum Romanum alacrem in aciem. Itaq; artes liberales Galli. ſ. Sulpitii dederũt aditũ. i. acceſſum, aut mediũ illi inclytæ uictoriæ Paulianæ Quia niſi ille. ſ. Gallus uiciſſet. i. expuliſſet metum noſtrorum. i. Romanorũ militum, imperator Romanus. ſ. Æmilius non potuiſſet uincere hoſtes.

DE SVLPITIO GALLO.

Sulpitii Galli maximum in omni genere literarum recipiendo ſtudium plurimum Reipub. profuit. Nam cum L. Pauli, bellum aduerſum regem Perſen gerentis, legatus eſſet, ac ſerena nocte ſubito luna defeciſſet: eoq; ueluti diro quodam monſtro perterritus exercitus noſter, manus cum hoſte conferendi fiduciam amiſiſſet: de cæli ratione, & ſyderum natura peritiſſime diſputando, alacrem eum in aciem miſit. Itaq; illi inclytæ Paulianæ uictoriæ liberales artes, Galli aditum dederunt: quia niſi ille metum noſtrorum militum uiciſſet, imperator Romanus uincere hoſtes non potuiſſet.

DE SPVRINA.

Spurinæ quoq; in conſectandis deorum monitis efficacior ſcientia apparuit, q̃ urbs Romana uoluit: prædixerat C. Cæſari, ut proximos xxx. dies quaſi fatales caueret, quorum ultimus erat idus Martiæ. Et cum forte mane uterq; in domum Caluini Domitii ad officium conueniſſet, Cæſar Spurinæ, ecquid ſcis idus Martias iam ueniſſe? & is, ecquid ſcis illas nondum præteriiſſe? abiecerat alter timorẽ tanquã exacto tempore ſuſpecto, alter ne extremam quidem eius partem periculo uacuam eſſe arbitratus eſt. Utinam aruſpicem potius augurium, q̃ patriæ parentem ſecuritas feſelliſſet.

EXTERNA.

DE PERICLE.

Sed ut alienigena ſcrutemur, cum obſcurato repente ſole, inuſitatis perfuſæ tenebris Athenæ ſollicitudine agerentur, interitum ſibi cæleſti denunciatione portendi credentes, Pericles proceſſit in medium, & quæ a præceptore ſuo Anaxagora pertinentia ad Solis, & Lunæ curſum acceperat, diſſeruit: nec ulterius trepidare ciues ſuos uano metu paſſus eſt.

OLIVERIVS.

¶ SVLPITII Galli. hoc fuit ſecundo Macedonico bello, quod aduerſus Perſen geſſit Pa. Æmilius, cuius legatus fuit hic Sulpitius Gallus, qui artis liberalis homo ſtudioſiſſimus, aſtrologiæ ſcientia tenuit non mediocrem. qui Paulo uictoriæ dedit in ſua cõ. n. ſerena nocte. cuius proximo die manus erant cum hoſte conſerturi, luna ſubito defeciſſet, milites oẽs ueluti prodigio uehementer ſunt a futura dimicatione deterriti. quod ubi ſenſit Gallus, qua ratione id factum eſſet habita cõcione diſſeruit, & milites a terrore ad ſuſcipiẽdæ pugnæ deſyderium, audaciamq; reuocauit. Frõtinus tamen nõ nihil a Vale. diſſentire uidetur. Dicit enim lib. i. ca. ul. Luc. Sulpi. Gal. imminentem lunæ defectum, ne pro oſtento exciperent milites ꝓdixit futurũ, additis rebus, cauſiſq; defectionis, ut non poſt lunæ defectum territos milites hortatus fuerit, ſed ne terrerentur, futurã eclypſim prædixiſſe. Quin. quoq; lib. i. de aſtrologia, quã oratori neceſſariã eſſe probat, an uero cum Pericles, inquit, Athenienſis ſolis obſcuratione territos milites, redditis cauſis eius rei, metu liberauit, Aut cũ Sulpitius ille Gallus in exercitu Lucii Pauli de lunę defectione diſſeruit, ne uelut prodigio diuinitus facto, militum animi terrerẽtur, non ne uidetur uſus oratoris officio? In omni genere literarum. Quia liberalibus artibus operam dederat. Luna defeciſſet. Paſſa eſſet eclypſim quæ fit tempore noctis, & in plenilunio, ſolis uero defectus eſt teſte Plin. lib. ii. Syderum natura. Quomodo luna ſoli perpendiculariter oppoſita lumẽ eius excipiat, defectumq; pariat, ſydera quoq; uno plerunq; momento uel puncto ita concurrunt, ut alii aliud obſtet ne lumen effundere poſſit.

Lunæ defectus ꝓ oſtẽto & eius cauſa

OLIVERIVS.

¶ SPVRINÆ. Suetonius in uita Cęſaris Spurinam inqt, irridẽs Cæſar, & ut falſum arguẽs, ꝙ ſine ulla noxa ſua, idus Martiæ adeſſent, q̃q̃ is ueniſſe quidẽ eas diceret, ſed nõ præteriiſſe. Introiuit curiã ſpreta religiõe. q̃ urbs Romana uoluit. Hoc ad aſſentationem dixit, ꝙ Romani maluiſſent Spurinã falſum fuiſſe, q̃ Cęſarẽ eo die cadere, quẽ immortalẽ uoluiſſent. Fatales. peſtiferos, & ſibi mortales, qui. ſ. fata minarerẽ. Ad officiũ. ſalutandi gratia, qui forte iacebat morbo implicitus. Idus Martias, conſtat idibus Martiis cęſum fuiſſe Cęſarem in ſenatu, teſte Ouid. Faſtorum libro. iii. circa finem.

Spurina aruſpex.

ASCENSIVS.

¶ SPVRINÆ &c. Scientia. ſ. diuinandi extiſpiciis, & aliis ſpeciebus, Spurinæ. ſ. Aruſpicis, apparuit quoq; efficacior. i. ueracior in cõſpectandis monitis deorũ. i. de morte Cæſaris q̃ urbs Roma uoluit. i. poſtea q̃ Cæſarẽ deſiderare cœpit Enim pro qa ipſe prędixerat Cæſari. ſ. Iulio, ut caueret proximos triginta dies, quaſi fatales. i. illi fatũ. i. mortẽ minantes, quorũ. ſ. triginta dierũ ultimus erat idus Martiæ. eoq;. i. & ideo aut & eo die, cum forte uterq; ſ. tam Cęſar quã Spurina cõueniſſet forte mane in domum Domitii Caluini ad officiũ. ſ. ſalutandi aut amice uiſitandi (quod nõ a caſu faciebant, ſed a caſu erat, ꝙ una hora conuenerant) Cæſar ſup. ait Spurinæ, ecquid. i. enquid ais, ſcis idus Martias iam ueniſſe? & is. ſ. Spurina ſup. reſpõdit, ecquid, id eſt nunquid ſcis illas. ſ. idus nondũ præteriiſſe? Alter. ſ. Cæſar abiecerat timorem tanquã tẽpore ſuſpecto exacto. i. præterito, Alter. ſ. Spurina arbitratus eſt, ne quidẽ. i. nõ etiam extremã partẽ eius. ſ. diei aut tẽporis eſſe uacua periculo. Utinam (inquit per ſol tã adulationem autor) augurium feſelliſſet potius aruſpicem, ſcilicet Spurinam, q̃ ſecuritas, id eſt carentia timoris feſelliſſet parentem patriæ, ſcilicet Cæſarem.

ASCENSIVS.

¶ SVLPITII &c. Maximum ſtudium Sulpitii Galli in recipiendo omni genere literarum profuit plurimum reipub. Nam cũ eſſet legatus Lucii Pauli. ſ. Æmilii gerentis bellum aduerſum Perſen regẽ. ſ. Macedoniæ, ac Luna defeciſſet ſubito. i. eclypſim paſſa eſſet nocte ſerena, & exercitus noſter. i. Romanus territus eo. ſ. defectu lunæ, ueluti quodam diro monſtro. i. portento amiſiſſet fiduciam conferendi manus cum hoſte, ipſe diſputando peritiſſime de ratione cœli. i. motuum eius, & natura ſyderum, ut eorum quædam duplici mouerentur motu, & quomodo per interpoſitionẽ terrę inter Solem, & Lunam, Luna

OLIVERIVS.

¶ SED ut alienigena. pericles, ut ſupra diximus multis in locis, & præſertim in cap. de eloquentia, Anaxagoræ diſcipulus fuit, a quo in maximarum rerum ſcientia fuerat exercitatus. Aſtrologiæ ergo peritus. Athenienſes ciues ſubita ſolis obſcuratione deterritos, habita concione metuere uetuit, quod eius rei cauſas, ut a præceptore didicerat, ſic illos edoceret. Frontinus tamen lib. i. ca. ult. diſſentire uidetur dicit enim Pericles cum in caſtra eius fulmen decidiſſet, terruiſſetq; milites, aduocata concione, lapidibus in conſpectum omnium colliſis ignem excuſſit, ſedauitq; conturbationem, cum docuiſſet ſimiliter

Fulmen unde.

DE ALEXANDRO REGE.

Quantum porro dignitatis a rege Alexandro tributum arti exiſtimans? qui ſe & pingi ab vno Apelle, & fingi a Lyſippo tantummodo voluit.

DE VVLCANO ALCAMENIS.

Tenet viſentes Athenas Vulcanus Alcamenis manibus fabricatus: præter cætera enim perfectiſſimæ artis in eo præcurrentia indicia, etiam illud mirantur, q ſtat diſſimulatæ claudicationis ſub veſte leuiter veſtigium repreſentans, vt non tanquã exprobratum vitium, ita tanquam certam, propriamq; dei notam decore ſignificans.

DE VENERE PRAXITELIS.

Cuius coniugem Praxiteles in marmore quaſi ſpirantem in templo Gnidiorum collocauit, propter pulchritudinem operis a libidinoſo cuiuſdam complexu parum tutam. Quo excuſabilior eſt error equi, qui viſa pictura equæ, hinnitum edere coactus eſt: & canum latratus aſpectu picti canis incitatus, taurusq; ad amorem, & concubitum æneæ vaccæ Syracuſis, nimiæ ſimilitudinis irritamento compulſus. Quid enim vacua rationis animantia arte decepta miremur: cum hominis ſacrilegam cupiditatem muti lapidis lineamentis excitatam videamus.

Solis ecl-lypſis unde: ſimiliter nubium attritu excuti fulmen. Ad ſolis, & lunæ curſum. quia ut ſupra diximus, cum hemiſperium lunę ſolari ſit inferius, lunaq; ſemper tendat in obliquum, forte cum ad perpendiculum ſoli fuerit oppoſita, eius excipit radios, ut ad nos peruenire non poſſint, & inde ſæpe tenebræ ſuperinducuntur. Vano metu. Qui ratione eorũ animos occupauerat.

ASCENSIVS.

¶ SED ut ſcrutemur alienigena. i. externa exẽpla. (Et declinat hoc loco alienigenus alienigena alienigenum.) Cum. i. quãdo ſole obſcurato repente, Athenę perfuſæ inuſitatis tenebris agerẽtur. i. cõcuterẽtur ſolſicitudine, credentes interitum portendi ſibi denunciatione. i. indicio, aut oſtento cęleſti, Pericles proceſſit in mediũ, & diſſeruit ea, q̃ acceperat a præceptore ſuo Anaxagora, pertinẽtia ad curſum ſolis & lunæ, nec paſſus eſt ciues ſuos trepidare ulterius metu uacuo. ſ. ratiõis, aut uano, qa eclypſis ſolis naturalis eſt p interpoſitionẽ lunæ.

OLIVERIVS.

¶ QVANTVM porro Plurimũ arti tribuit Alexãder, q̃ a nullo pingi, nec fingi uoluerit, niſi ab his, qui omniũ præſtantiſſimi ſuo tempore forent, Apelle. ſ. atq; Lyſippo. De quibus Hora. Epiſtolarũ lib. ulti. Rex ille poema. Qui tam ridiculũ, tam care prodigus emit, Edicto uetuit, ne quis ſe præter Apellem Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra Fortis Alexandri uultum ſimulantiã. Cic. quoq; Epiſtola ad L. Luceiũ. Neq; enim Alexander, inquit, ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſſimum pingi, & a Lyſippo fingi uolebat, ſed quod illorũ artẽ cũ ipſis, tum etiam ſibi gloriæ fore putabat, atq; illi artifices corporis ſimulachra ignotis nota faciebant. fuit enim Apelles pictor eximius, patria cous, Ingenio, & gratia. ut inquit Quintil. præſtantiſſimus, qui teſte Plinio, oẽs prius genitos, futuroſq; poſtea ſuperauit, & arti ſuæ, hoc eſt picturæ plura ſolus prope q̃ cæteri omnes contulit. Summe laudauit. Pli. Venerem ab eo pictam exeuntẽ e mari, quã poſtea Romã adductã Diuus Auguſtus dicauit in templo Cæſaris, Cuius inferiorẽ partẽ corruptã, qui reficeret, non potuit reperiri. inchoauit, & aliã teſte Pli. quã ne ſuperaret etiã illam ſuã priorem inuidit mors peracta parte, nec qui ſuccederet operi ad pſcripta lineamenta inuentus eſt. unde Cic. lib. primo. Epiſtolarũ ad Lentulũ, Nunc ut Apelles Veneris caput, & ſumma pictoris politiſſima arte pfecit, reliquã partem corporis inchoatam reliquit. item in lib. offic. iii. nemo pictor repertus eſt, qui Veneris eam partem, quã Apelles inchoatã reliquiſſet, abſolueret, oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi ſpem auferebat. pinxit, & Alexandrũ magnũ fulmen tenentũ in tẽplo Epheſiæ Dianę, & Fulmen extra tabulã uideri ſcribentes meminerũt. refert item Pli. q pinxit ea quæ pingi nõ poſſunt, tonitrua, fulgetras, fulgura, & ſimilia, quare nõnulli ferunt, q Alexander magnus a nullo alio poſſe pingi edicto poſito capitali edixit. Lyſippus fuit in arte ſculptoria artifex clariſſimus, de quo Martialis. Nobile Lyſippi munus, opuſq; uidebis, Nã ſpirantes uultus, atq; ora ſimillima uiuis. Et deniq; animoſa ſigna fingere uidebatur. Et teſte Quinti. ad ueritatẽ optime acceſſit, & ad ſexcentadecẽ ſignorum opera effeciſſe dicitur.

A qbus Alexander fingi & pingi uolebat.

ASCENSIVS.

¶ QVANTVM &c. Porro. i. ſed, quantũ dignitatis exiſtimamus tributũ arti. ſ. pingendi & fingendi, ſeu ſculpendi, ab Alexandro. ſ. magno regę. ſ. maximo, & primum Macedoniæ, qui uoluit etiam edicto, ſe & pingi ab uno. i. ſolo Apelle. ſ. pictore optimo, & fingi. i. ſculpi tantum. i. duntaxat a Lyſippo optimo ſtatuario? quaſi dicat plurimum.

OLIVERIVS.

¶ TENET uiſentes. Alchimenides fictor egregius Vulcanus Athenis tanta arte finxiſſe dicitur, ut cum ille adiici nihil poſſe uideretur, tamen id maxime ſuſpicientes delectabat, q ſub ueſte claudicatio formæ diſſimulatę exprimebatur, atq; ita ut non tanquã exprobatũ uitium, ſed dei certam notam, propriamq; declararet. Cic. li. de natu. deoꝝ. equidem laudamus eſſe Athenis Vulcanũ eũ, quem fecit Alchimedes, i quo ſtãte atq; ueſtito appareat claudicatio non deformis, Claudũ igitur habemus, deum, quoniã de Vulcano ſic accepimus. Tenet. Remoratur, & delectat. Diſſimulatæ claudicationis. Quia ſic accepimus de Vulcano claudicationẽ diſſimulaſſe.

Vulcani claudicatio

ASCENSIVS.

¶ TENET &c. Vulcanus. i. ſtatua Vulcani, fabricatus, id eſt ſculpta & ficta manibus Alcamenis, (ſunt tamẽ qui Alchimenis, nec deſunt qui Alchimenidis legant) tenet. i. ſuſpenſos, ac irretit, ne procedant, donec perſpexerint, uiſentes. i. uiſitantes Athenas. Enim. i. quia prẹter cætera indicia. i. ſigna, & teſtimonia, perfectiſſimæ artis precurrentia, id eſt ſtatim ſe oſtentantia in eo. ſ. Vulcano, etiam mirãtur. ſ. uiſentes Athenas, illud quod ſtat repreſentans. i. indicans leuiter ueſtigium claudicationis diſſimulatæ. i. rectæ. quantum fieri poteſt more claudicantium, ſub ueſte. ſ. cruribus eius ſuperinducta. ſignificans ut uitium, ſcilicet claudicationis non tam quam exprobratum, id eſt uitio datum deo, ita ſignificans decore. i. honeſte tanquam certam, & propriam notam dei. i. indicium, quo ipſe dignoſcatur a cæteris diis. ut enim nos ſanctis diſcrimina damus inpingendo, & fingendo, ita illi idolis ſuis.

OLIVERIVS.

¶ CVIVS coniugem. Praxiteles inter ſtatuarios gloria primus, uel certe ſummus, de quo multa Pli. lib. xxxvi. natu. hiſto. Sed inter cætera dicit, duas ſculpſiſſe Veneres. alteram Gnidiã hoc eſt, quæ Gnidi colebatur, quæ non ſolũ ibi, ſed in toto terrarum orbe præcipua fuit, quam ut uiderent multi Gnidum nauigarunt. alteram uelata ſpecie, quam quidam prætulerunt, optime ſe uerum id, atque pudicum arbitrantes: nã quæ Gnidi fuit, ac Gnidus coempta effigies deæ, fauente ipſa dea, ut creditur, facta artificio tanto, ut non eſſet a libidinoſo complexu ſatis tuta. ferunt enim quendam eius amore correptum, cum noctu delituiſſet in templo, ſimulachro cohæſiſſe, eiuſque cupiditatis etiam indicem maculam fuiſſe. multa huius ſimulachra Romam deportata fuerunt, quæ omnia Plin. commemorat. De hoc quoq; mentionem facit Quinti. lib. ii. de inſtitut. oratoria, ubi dicit. Si Praxiteles ſignum aliquod ex molari lapide conatus eſſet exculpere, parium marmor mallet rude. at ſi id artifex expoliſſet, plus in manibus fuiſſet, q̃ in marmore. Spirantẽ. Viuentem. Virg. Excudent alii ſpirantia mollius æra. Credo equidem uiuos ducẽt de marmore uultus. In templo Gnidiorum. Gnidio una ex quinq; ciuitatibus Doricæ Græciæ, ubi templũ fuit Veneris, & hoc ſimulachrum, quod Praxiteles ſculpſit, tanta ut diximus arte, ut a libidinoſo complexu non fuerit ſatis tutum, adeo ueram ipſam deam referebat. Parũ tutam. quia uitium illã

inferre uoluit adoleſcens, uiuum putans eſſe corpus. Quo excuſabilior. Quantum Praxiteles arte ſua naturam ſit imitatus, hinc facile coniici poteſt, q eius ſimulachrũ uiuis adeo ſimilia eſſe uidebantur, ut fallerentur bruta, fallerentur hoies, ea proſpicientes. equus uiſa equæ ſtatua hinnitũ edidit, non fictam, ſed ueram arbitratus equã. canis pari ratione ad picturam latrauit. Taurus ad æneæ uaccæ ſimulachrum, miro deſiderio compulſus eſt. hoc in brutis eueniſſe minus mirũ eſt, cũ homines rationis participes fuerint eodem errore decepti. Excuſabiliorẽ. Maiori excuſatione dignus. Quid enim uacua rationis animalia. digniora ſunt excuſatione animalia ratione carentia, ſi ſunt a ſimulachris, ſiue picturis ueritatis errore decepta, cum hominẽ audiuerimus rationis principẽ libidinoſo impulſu cõmotum marmoreã ſtatuam fuiſſe cõplexũ. Sacrilegam cupiditatem. Quia deam ipſam, & non ſimulachrum uiolare concupiuit.

ASCENSIVS.

¶ CVIVS. ſ. Vulcani coniugem. ſ. Venerem Praxiteles ſtatuarius optimus collocauit in templo Gnidiorum, quaſi ſpirantem. i. ſpiritum uitalem trahentẽ in marmore, in quo inciſa eſt, entẽ ſup. parum tutam. i. defenſam a cõplexu libidinoſo cuiuſdã. ſ. adoleſcentis, propter pulchritudinem operis, q̃a eius amore captus erat. Quo. i. propter quod, error equi eſt excuſabilior, quia ſimili errore homo captus eſt. qui. ſ. equus, uiſa pictura equæ. ſ. a Praxitele formatæ, coactus eſt ꝓdere hinnitũ, & latratus canũ eſt incitatus aſpectu canis picti, & taurus cõpulſus eſt ad amorẽ, & concubitũ uaccæ æneæ. i. ex ære factæ Syracuſis, irritamento. ſ. prouocatione nimiæ ſimilitudinis. ſ. cum uiua. Quid enim miremur, animalia uacua rationis decepta arte. i. per artem, cum uideamus ſacrilegam cupiditatem hominis (audentis. ſ. ſacram imaginem polluere) excitatam lineamentis lapidis muti? quaſi dicat fruſtra.

OLIVERIVS.

CÆTERVM. Natura plerunq; artem, ſui ęmulam, & imitatricem eſſe paſſa eſt, nonnunquã uero hoc illi, tanquam inuida denegauit, ſed quod natura prohibuit, caſus ſępe conceſſit. Cice. lib. i de natu. deo. Nulla, inquit ars imitari naturæ ſolertiã poteſt. Æmulam. imitatricẽ, ut ars plerunq; natura poſſit imitari, ut ſupra in fictoribus, atq; pictoribus oſtendimus. Feſſo labore. Cum cogitationis uires aſſumptæ fuerint, inceptũ opus ꝑficere nõ ualeant. Quod ſummi artificis. Euphranor teſte Quintil. de inſti. ora. pictor, fictorq; fuit ętate ſua laudatiſſimus dicit enim Euphranorẽ admirandũ facit, q & cæteris optimis ſtudiis inter ꝓcipuos pingẽdi, fingẽdiq; idẽ mirus artifex fuit patria iſthmos, uir docilis, & laborioſus, & in omni genere excellẽs, q cũ. xii. deos cõſeſſum Iouis honeſtantes, ſex. ſ. a dextris, & totidẽ a ſiniſtris pingeret Athenis, Neptuni imaginẽ tãta eſt arte cõplexus, ut Iouis deinde auguſtiorem, ac uenerabiliorẽ, cũ uellet repreſentare non poſſet. q artis uim omnẽ in ſuperiori pictura cõſumpſiſſet. & hoc modo ars ſuo labore irrita eſt a natura deſtituta. Euphranoris ma. Pictoris ſua ętate clariſſimi. de quo Iuue. ſat. iii. Hic aliquid præclarũ Euphranoris, aut Polycleti. Maieſtatis coloribus. in pingẽdo Neptuno colores adhibuit, q ad exprimendã maieſtatẽ eſſent idonei. Omni impetu. Omnibus uiribus. Aſſurgere. extollere ſe, & ꝑuenire.

Eufranor ſtatuarius, & pictor

ASCENSIVS.

¶ CÆTERVM. i. ſed, quemadmodũ natura patitur ſæpenumero artẽ, eſſe, ęmulã. i. ꝓxime ad æquiparationẽ imitatricem uiriũ ſuarũ, ita dimittit. ſ. artem aliquãdo irritã. i. fruſtratam, labore feſſo. i. fatigato. Quod. i. quam rem manus Euphranoris ſummi artificis. ſ. in pictura, ſenſerunt. i. expertæ ſunt. Nam cum pingeret Athenis. xii. deos, ut opinor ſelectos, quod Varro enumerat, cõplexus eſt imaginẽ Neptuni coloribus maieſtatis, q̃. i. quantum poterat excellentiſſimis, perinde. i. ſic tamẽ, aut eo animo, ac ſup. eſſet repreſentaturus Iouis ſup. imaginem auguſtiorem. i. maioris maieſtatis aliquanto. ſed oi impetu. i. uirtute cogitationis abſumpto. i. exhauſto in opere ſuperiore, hoc eſt i pictura Neptuni, conatus eius poſteriores. ſ. ad pingendũ Iouem auguſtiorem, nequiuerunt aſſurgere, quo tẽdebat, hoc ẽ ad auguſtius opus.

QVÆDAM NVLLA ARTE EFFICI POSSE. CAP. XII.

CAeterum natura quemammodum ſæpe numero æmulam virium ſuarum artem eſſe patitur, ita aliquãdo irritam feſſo labore dimittit: quod ſummi artificis Euphranoris manus ſenſerunt. Nam cum Athenis XII. deos pingeret, Neptuni imaginem, q̃ poterat excellentiſſimis maieſtatis coloribus complexus eſt, perinde ac Iouis aliquanto auguſtiorem repreſentaturus. Sed omni impetu cogitationis in ſuperiori opere aſſumpto, poſteriores eius conatus aſſurgere, quo tendebant, nequiuerunt.

DE TIMANTE PICTORE.

Quid ille alter æque nobilis pictor, luctuoſum immolatæ Iphigeniæ ſacrificium referens, cum Calchantem triſtem, mœſtum Vlyſſem, clamantem Aiacem, lamentantem Menelaum circa aram ſtatuiſſet, caput Agamemnonis inuoluendo, non ne ſummi mœroris acerbitatem arte exprimi non poſſe confeſſus eſt? Itaq; pictura eius, aruſpicis, & amici, & fratris lachrymis madet, patris fletum ſpectantis affectu exiſtimandum reliquit.

OLIVERIVS.

¶ QVID ille alter. Hic Timãtes fuit pictor eximius Parrhaſii æmulus. quem ſuperaſſe dicitur in Aiace pingendo. uerũ inter cętera eius ingenii monumẽta, Iphigenia oratorũ laudibus celebratur, quæ cũ ante aras peritura eſſet, cũ mœſtos pinxiſſet oẽs, & mœſtitiæ omnẽ imaginẽ cõſumpſiſſet, patris ipſius uultum uelauit, que iam digne nõ poterat oſtendere. de quo Quin. lib. ii. inſtitu. oratoriæ. Quid nõ oratione operienda. ſunt quædã, quæ ſiue oſtendi nõ debent, ſiue exprimi pro dignitate non poſſunt, ut fecit Timãtes in ea tabula, qua Coloteum uicit. nam cũ in Iphigeniæ immolatione pinxiſſet triſtem Calchantẽ, triſtiorẽ Vlyſſem addidiſſet, Menelao, quẽ ſummũ poterat ars efficere mœrorem cõſumptis affectibus nõ reperiens, quo digne modo pars uultũ poſſet exprimere, ualuit ei caput, & ſuo cuiq; animo dedit exiſtimandum. Æque. Similiter Euphranor. Immolatæ. Iphigeniæ. Nota eſt fabula, cũ Græci ad Aulidẽ ueniſſent, Agamẽnon Dianæ ceruã ignarus occidit. unde irata dea flatus uẽtoꝝ ſuſtulit, quare, cũ nauigare nõ poſſent, & peſtilentiã ſuſtinerẽt, conſulta oracula dixerũt, Agamẽnonio ſanguine placandã eſſe dianã. ergo cũ ab Vlyſſe per nuptiarũ ſimulationẽ adducta Iphigenia, cũ in eo eſſet ut imolaretur, numinis miſeratione ſublata eſt, & ceruа ſuppoſita, & tranſlata ad Tauricam regionẽ, regi Thoanti tradita eſt, ſacerdoſq; facta Dianæ, cui cũ humano ſanguine ſacrificaret, ut ex ueteri cõſuetudine numen placaret, agnouit fratrẽ Oreſtẽ, qui poſt occiſam matrẽ, & Ægiſtũ in ultionẽ patris factus exul, regno pulſus, raptaq; ſibi Hermione cõiuge a Pyrrho, furioſus factus, accepto oraculo deponendi furoris cauſa, cũ amico Pylade colcos petierat. & cum his occiſo Thoante ſimulachrũ ſuſtulit abſcõditũ in faſce lignoꝝ. & cũ fratre Oreſte aufugit. Referens. Pictura ſua repreſentans. Calchantẽ triſtẽ. Qui uates ſic poſcere fata prędixit, ut Agamẽnonio ſanguine dea placaret. Triſtis erat. cũ regiã ſtirpẽ uideret immolari. Mœſtũ Vlyſ. Qui per falſas Achilis nuptias imperatã a matre Iphigeniam ad tam crudele ſacrificiũ duxit. Clamantẽ Aiacẽ. Quod humano ſanguine numina placarentur. Lamentantẽ Menelaũ. Quod iuum uideret genus immolari. Inuoluendo caput. Quia patris dolorẽ ſatis digne exprimere non poſſet, ueſte eius caput obduxit, ut animis hominum patris dolorem exiſtimandum reliquerit.

Timãtes pictor

ASCENSIVS.

¶ QVID? modus interrogandi continuationi, inſeruiens, ille alter pictor nobilis, ſcilicet Timantes referens, id eſt ad uiuum coloribus exprimens ſacrificium Iphigeniæ filiæ Agamẽ, immolatæ Dianæ iratæ ob ceruam in Aulide cæſam, cum

DE ALIO PICTORE.

Atq; vt eiuſdem ſtudii adiiciam exemplum, præcipuæ artis pictor equum ab exercitatione venientem, modo non viuum labore induſtriæ ſuæ comprehenderat. Cuius naribus ſpumas adiicere cupiens, tantus artifex in tam paruula materia, multum ac diu fruſtra tenebatur: indignatione deinde accenſus, ſpongiam omnibus imbutam coloribus forte iuxta ſe poſitam apprehendit, & eam veluti corrupturus opus ſuum tabulæ illi ſit: quam fortuna ad ipſas equi nares directam, deſyderium pictoris coegit explere. Itaq; quod ars adumbrare non valuit, caſus imitatus eſt.

SVÆ QVENQVE ARTIS OPTIMVM, ET AVTOREM ESSE, ET DISPVTATOREM. CAP. XIII.

Væ autem artis vnũquẽq; & autorem, & diſputatorem optimum eſſe ne dubitemus, paucis exẽplis admoneamus.

DE QVINTO SCÆVOLA.

Quintus Scæuola clariſſimus legum vates, & certiſſimus, quotieſcunq; de iure Prætorio cõſulebatur, ad Furiũ, & Caſſelliũ, quia huic ſciẽtiæ dedit erant, conſultores reiiciebat: quo quidem facto moderationem ſuam magis commendabat, q̃ autoritatem minuebat: ab his negotium aptius explicari poſſe confitendo, qui quotidiano eius vſu callebant. Sapientiſſimi igitur artis ſuæ profeſſores ſunt, a quibus & propria ſtudia verecunde, & aliena callide æſtimantur.

ſtatuiſſet circa aram. Calchãtẽ.ſ. uatem, & uoluntatis deæ interpretẽ, triſtem ob talem denunciationẽ, Vlyſ. mœſtũ.ſ. uultu, Aiacem .ſ. Thelamoniũ, ut opinor, ſed putẽ legendum Oreſtem, clamantẽ.ſ. pręuehemẽtia doloris, & Menelaũ.ſ. patruũ, eius lamentantẽ.ſ. prę maiore dolore, (Eſt enim auxeſis, nam plus eſt mœſtum q̃ triſtem, & plus exclamantem prę mœſtitia, q̃ mœſtum eſſe, & adhuc plus lamentantem q̃ clamantẽ, q̃a lamentatio ſuperaddit querulã uocẽ) ſtatuiſſet dis eo ſuperiores circa aram in dicta diſpoſitione, inuoluendo.ſ. perſona, aut ueſte lugubri, capitium uulgo dicimus, caput Agamẽn.ſ. pſis eius. nõne cõfeſſus eſt acerbitatẽ ſummi mœroris, q̃lis eſt paternus, ac maternus in cæde immerita liberorum, nõ poſſe exprimi arte? q.d haud dubie. Itaq;.i. & ita; pictura eius madet lachrymis aruſpicis.ſ. Calchãtis, & amici .ſ. Vlyſſis, & Aiacis, & fratris.ſ. Menelai, q̃ frater erat Agamẽn. uerũ legendũ putẽ ut ſuperius dixi Oreſtis & aruſpicis, & amici, & fratris, & patrui fletus reliquit exiſtimandum.i. iudicandum fletum patris.ſ. Agamemnonis affectu ſpectantis.

OLIVERIVS.

Pictoris opus ꝩ ATQVE præcipuæ artis. Sunt qui putant hũc fuiſſe Apellẽ, de quo ſupra ſatis dictũ eſt. Sed teſte Plin. libro .xxxv. fuit Nealces, & in cane pingendo Protugenes. de quo ſic ait. Protogenes, floruit patria phiſcanus, gẽtis Rhodus ſubiectę. Paulo infra ubi loquit̃ de eius pictura, eſt in ea canis mire factus, ut quẽ pariter caſus, & ars finxerit non iudicabat ſe exprimere in eo ſpumã anhelantis, cũ i reliqua omni parte, quod difficillimũ erat, ſibi ipſe ſatisfeciſſet. diſplicebat autẽ ars ipſa, nec minui poterat, ut uidebatur nimia, ac longius a ueritate diſcedere, ſpumaq; illi pingi, non naſci ex ore anxio animi cruciatu, cum in pictura uerũ eſſe non uerifimile uellet, abſterſerat ſępius, mutaueratq; peniculũ, nullo modo ſibi approbans. poſtremo iratus arti, ꝙ non intelligeretur, ſpongiã impegit inuiſo loco tabulę, ex illaq; repoſuit ablatos colores, qualiter cura optauerat, fecitq; in pictura fortuna naturã. hoc exẽplo ſimilis, & Nealcẽ ſucceſſus in ſpuma equi, ſimiliter ſpongia impacta ſecutus dicit̃, cum pingeret popizonta retinentẽ panẽ. ergo cõſtat io pictura plus caſum ualuiſſe, q̃ artem eo ꝙ equi artificioſe depicti eũ naribus ſpumas ars reddere nõ poſſet, caſus attulerit. Modo nõ ut ferme uiuum, ac ſi diceret, nihil illi deerat p̃ter ſpiritũ. Spumã adiicere. quibus anhelantis, & curſu redeũtis equi ſigna referret. Tã paruula materia. Vtpote ſpumas addere naribus, qd' uidebatur eſſe facillimũ, & in eo tñ ars eſt a natura decepta, ut efficere nõ ualuerit. quod ipſe ſperauerat. Caſus attulit. Hinc illud dictũ p̃bari põt, Caſus ubiq; ualet, ſemp tibi pẽdet hiatus &c. Itẽ, plus etenim fati breuior ualet hora benigni, Quam ſi te ueneris commendat Epiſtola Marti.

ASCENSIVS.

ꝩ ATQVE, ut adii. exem. eiuſdem ſtu.ſ. pingendi, Pictor pręcipuæ artis, ſcilicet Nealces, comprehenderat labore ſuę induſtrię equum uenientem ab exercitatione, id eſt fatigatione, & curſu modo non.i. ut Oliue. interpretatur ferme, aut hoc ſolo dempto ꝙ non omnino uiuum. Cuius naribus ipſe cupiens adiicere ſpumam, tantus artifex tenebatur multum, ac diu fruſtra in tam paruula materia. deinde incenſus indignatiõne, ꝙ fruſtra laboraret, apprehendit ſpongiam imbutam omnibus coloribus (quia ſpõgia male appoſitos colores tergere ſolent) poſitã forte .i. a caſu iuxta ſe, & ueluti corrupturus opus ſuũ, illiſit.i. iniecit tabulę.i. in tabulã pictã forma equina, quã directã ad ipſas nares equi, coegit explere deſyderiũ Pictoris, quia ſpeciẽ ſpumę de naſo dependentis exhibuit. Itaq; caſus eſt imitatus id, quod ars nõ ualuit. Adũbrare.i. adũbrando imitari.

OLIVERIVS.

SVÆ artis. Capitulum breue, quo ſuæ quemq; artis autorem optimum eſſe, paucis probat exemplis. optimum aũt profeſſorem artis appellat, qui ſua uerecunde, aliena uero callide ſtudia metitur, & æſtimat, qualis fuit Scęuo. clariſſimus uir, & interpres, qui quamuis eius rei ſcientiam teneret egregie, tñ quoties de iure p̃to. cõſulebat conſultores quibus optime conſulere poterat, ſemp ad Furiũ, & Caſſelliũ, qui ſe in eo iure aſſidue exercebat, reiicere ſolitus erat. non ut ſuã ipſe ſciẽtiã damnaret, quaſi uanam, uel exiguã, ſed ut modeſtiã i ſe maximã p̃ſiteret, q̃ aliẽnã pluris, q̃ ſuã faceret, ęſtimaretq; ſcientiã.

ASCENSIVS.

ꝩ SVÆ &c. autẽ id eſt ſed admonemus, paucis exẽplis, ne dubitemus quẽq; eſſe optimũ & autorẽ, & diſputatorem, id eſt iudicẽ aut examinatorẽ ſuæ artis.

OLIVERIVS.

ꝩ QVINTVS Scæuola clariſſimus. De iure Prętorio, de quo agit̃ apud Prætorẽ, cuius profeſſores ſunt cauſidici. Caſſellium. de quo Flaccus, neſcit quantũ Caſſellius aulus. Reiiciebat. remittebat. Callebant. Callide tenebant, & eius peritiſſimi erant, nam callere ſi duplicat.i. callidum eſſe, & aſtute aliquid tenere ſignificat, ut dicẽda, ſilendaq; calles. Profeſſores artis dñr, q̃ ſe ſcire aliquid p̃fitentur, & ab aliis quoq; p̃bantur. ſapientes uero, qui de ſuis uerecunde, de alienis magnifice loquuntur.

Scæuolæ modeſtia Caſſellius iuriſconſ.

Sapiens qui.

ASCENSIVS.

ꝩ QVINTVS Scæuola clariſſimus & certiſſimus, quia peritiſſimus, uates.i. interpres legũ, ſicut uates interpretes ſunt uoluntatis diuinę, quotieſcunq; conſulebatur de iure Prętorio, reiiciebat, id eſt remittebat conſultores, id eſt a ſe conſilium petentes, ad Furium & ad Caſſellium, ſcilicet iuris Prætorii peritos, quia ipſi dediti erant huic ſcientiæ, ſcilicet iuris Prætorii. Quo quidem facto ipſe magis commendabat, id eſt acceptam faciebat, moderationem ſuam, quia ea parte iuris, cui ſtuduerat, præcipue contentus erat, q̃ minuebat autoritatem, confidendo negotium poſſe explicari aptius ab iis, qui callebant, id eſt quaſi callũ induerant, quotidiano uſu eius.ſ. iuris Prętorii. igit̃ ſi ſup. ſunt ſapientiſſimi profeſſores artis ſuę, a quibus.i. ſimul, propria ſtudia ęſtimantur.i. cenſentur uerecunde, & aliena.ſ. ſtudia tam callide.

THEOPHILVS.

ꝩ IVRE Prætorio. Ius ciuile eſt, quod ex legibus, plebiſcitis. S. C. Decretis principum, autoritate prudentium uenit. Ius Prętorium autem quod Prætores introduxerunt adiuuandi, uel ſupplendi, uel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter utilitatem publicam, quod & honorarium dicitur ab honore Prætoris ſic nominatum. Namq; & ipſum ius honorarium, quaſi uiua uox iuris ciuilis eſt Papinia. de iuſtitia & iure.

OLIVERIVS.

Platonis modeſtia

¶PLATONIS eruditiſſimū pectus. Plato conſultus de conſtituēda in arce Palladis ara, q modus, quæ ue illi forma melior eſſe poſſet, quãuis Geometriæ peritiſſimus eēt, tñ ne alterius profeſſionē ſibi uſurpare uelle uideretur, ad Euclidē Geometrā ſuo tēpore clarum cōſultores relecit. Cōductores. Qui publice cōſtituendā aram conduxerant. Hoc eſt certo precio faciendā ſuſceperāt. Ad Euclidē Geometrā. Fuit Euclides, teſte Laertio Geometra inſignis megarenſis. uel ut alii dicūt, gelonus. Immo profeſſioni. Vtitur correctione, qa dixerat ſciētię cedens. Nam eius artis ſciētia Plato nō iferior erat Euclide, ſed non eam ſolā profitebatur. ergo ceſſit profeſſioni, qa Plato philoſophiā, Euclides vero Geometriam profitebatur.

ASCENSIVS.

¶PLATONIS &c. Hæc. i. huiuſmodi cogitatio attigit quoq; eruditiſſimū pectus Platonis, q iuſſit cōductores aræ ſacræ. i. qui cōduxerant aram ſacrā fabricandā Athenis, conatos cōferre ſermones, ſecum de modo, & forma, eius. ſ. aræ ſacræ, ire ad Euclidem Geometrē, cedens ſcientiæ, immo ꝓfeſſioni eius. ſ. Euclidis, qui Geometriam ꝓfitebatur, quā forte Plato non minus callebat, quia tamen aliam philoſophiæ partem magis profitebatur, eos ad Euclidem miſit.

OLIVERIVS.

¶GLORIANTVR Athenæ. Poſtquā illorū exempla poſuimus, qui ſuæ artis autores optimi fuerunt, de his quoq; dicamus qui fuere diſputatores. Cū Philo architecton ſuo tpe clarus Athenis armamentarium magnifice fabricaſſet, die quadā proceſſit in theatrū, īterrogatus quid illud tā ſumptuoſe ędificaſſet, cum populo grauis tanta uidereť impenſa, operis ſui tam eloquēter rationē in concione differuit, ut nō minus eloquēs, q̃ peritus artifex ab oibus fuerit iudicatus. Gloriantur Athenę. propter operis magnitudinē, atq; ꝓſtantiā. Armamētariū. locus ubi armamēta, hoc eſt nauiū inſtrumēta reponūtur. Nec ſine cauſa. Ac ſi diceret, nō immerito, ſed iure. Viſendū. dignū quod ab oibus uidereť. & ſine dubio tēpore. Valerii extabat opus illud, & uideri poterat, nunc ne minimum quidem eius ueſtigium apparet.

Armamētariū Atheni.

DE PLATONE PHILOSOPHO.

Platonis quoq; eruditiſſimum pectus hæc cogitatio attigit: qui conductores ſacræ aræ modum, & formam eius, ſecum ſermonem conferre conatos, ad Euclidem Geometrem ire iuſſit, ſcientię eius cedens, immo profeſſioni.

DE ATHENIENSIBVS, ET DE PHILONE.

Gloriantur Athenæ armamentario ſuo, nec ſine cauſa: eſt enim illud opus & impēſa, & elegantia viſendum: cuius architectum Philonem, ita facunde rationem inſtitutionis ſuæ in theatro reddidiſſe conſtat, vt diſertiſſimus populus non minorem laudem eloquentiæ eius, q̃ arti tribueret.

DE QVODAM ARTIFICE.

Mirifice & ille artifex, qui in opere ſuo moneri ſe a ſutore de crepida, & anſulis paſſus: de crure etiam diſputare incipientem, ſupra plantam aſcendere vetuit.

DE SENECTVTE. CAP. XIIII.

SEnectus quoque ad vltimum ſui finem prouecta, in hoc eodē opere, inter exēpla induſtriæ, in aliquot claris viris cōſpecta eſt, ſeparatim tamen, & propriū titulū habeat: ne, cui deorum immortaliū præcipua indulgētia affuit, & noſtra ornata mētio defuiſſe exiſtimetur, & ſimul ſpe diuturnioris vitæ quaſi adminicula quædam dentur: quibus inſiſtens, alacriorem ſe reſpectu vetuſtæ felicitatis facere poſſit: tranquillitatemq; ſeculi noſtri, qua nulla vnquam beatior fuit: ſubinde fiducia confirmet, ſalutaris principis incolumitatem, ad longiſſimos humanæ conditionis terminos prorogando.

OLIVERIVS.

¶MIRIFICE. Hic fuit Appelles, qui de operibus ſuis uulgi quoq; iudiciū dū quereret, teſte Plin. lib. xxxv. ꝑfecta opera ſua ꝓponebat in pergula, trāſeūtibus, atq; poſt ipſam tabulā latens, uitia, q̃ notarenť, auſcultabat, uulgū diligētiorē iudicē, q̃ ſe ꝑferēs. ferūtq; a ſutore reprehēſum, ꝙ in crepidis una intus pauciores feciſſet anſas. eodē poſtero die ſuꝑbe emēdationē priſtinę admonitionis cauillante circa crus, indignatū ꝓſpexiſſe denūciante, ne ſupra crepidā ſutor iudicaret, quod idipſum ī prouerbiū uenit. A ſu. ſutor eſt, quem Græci a lucro cerdonē, nos uero calceolariū dicere poſſum⁹. q̃ī imagine crepidas anſulaſq; culpauit, ꝙ Appelles ęquo animo tulit, paretēq; illā picturę reformauit. cū uero de crure diſputare uellet, iratus Appelles, tace inquit o ſutor, neq; eni id tuæ artis eſt, paucis uerbis hoīs impudentiā oſtēdit, qui qđ alterius propriū eſſet, de eo diſputare non erubeſceret. nā teſte Cic. lib. i. tuſ. queſt. Græcoꝝ ꝓuerbium fuit, quā quiſq; nouerit artem, in ea ſe exerceat. ac diſputet. De crepida. Eſt calciamenti genus, quod alii Gręcū, alii Latinū eſſe uolūt ut diximus ſupra lib. iii. cap. de nouo cultu corporis, ſed Græcū magis dīcēdū eſt, & nominatiuū ab accuſatiuo Gręco deductū. Anſulas. Diminutiuū ab anſa. ſūt autem anſulæ, quibus calciamenta, & ueſtimenta nectuntur ſunt enim qui anſulis magis, q̃ fibulis delectentur.

Artifex a ſutore reprehenſus

ASCENSIVS.

¶MIRIFICE ſup. ceſſit ac dixit, & . i. etiā ille artifex ſup. notiſſim⁹, uidelicet Appelles, q paſſus . ſ. æquo animo ſe moneri a ſutore. i. calcifice, aut crepidario ſuo, de crepida . i. calciamēto in pede imaginis a ſe depictæ, & anſulis. i. extremitatib⁹, qbus crepidæ, aut capiuntur, ſicut pocula, aut ligant, uetuit incipiētē etiā diſputare de crure. ſ. picto, in cuius pede crepidā dānauerat, aſcēdere ſupra plantam. i. ad res quarū cognitionē nō hēet, uñ exiit adagiū, ne ultra, crepidā ſutor ſup. inquirat, aut iudicet, hoc eſt nemo ultra, q̃ didicit.

ASCENSIVS.

¶GLORIANTVR, &c. Athenę, hoc eſt ciues Athenien. (accepit enim frequēter locū ꝓ habitatoribus eius) gloriātur. i. ſe iactant armamētario. i. repoſitorio. forte etiā officina armorū, ꝓcipue naualiū, ſuo. i. quod prę cæteris nationibus magnis ſumptibus extruxerant, nec ſine cauſa, ſup. gloriantur. enim. i. qa illud opus eſt uiſendū . i. dignū qđ uiſať, & . i. ſimul impenſa . i. propter impenſam, & elegantia. i. propter exquiſitū ornatum eius. Cuius. ſ. armamētarii conſtat architectū. i. principem ædificantium, Philonem. ſ. nomine, reddidiſſe in theatro. i. loco patenti, ubi ab oibus ſpectari, ne dum audiri poſſet, rationem inſtitutionis ſuæ. ſ. in Armamētario illo extruēdo, ita facūde, ut populus diſertiſſimus, qa nō erat cultior lingua, q̃ attica, attribueret eloquentiæ eius non minorem laudem, q̃ arti eius.

OLIVERIVS.

SENECTVS quoq;. De ſenectute dicturus obiectioni cuidam tacite occurrit. hæc eadem ferme exempla in cap. de induſtria fuiſſe notata, quamuis, inquit, aliquot clariſſimos uiros ad extremam uſq; ſenectutem, cum ſummo ſtudio, & induſtria perueniſſe dixerimus, hic tamen ſeparatim de ipſa ſenectute ſuo titulo memoriæ prodendum eſt, ut quorum ætati dii fuere propitii, noſtra ope, & laude non defraudarentur. hinc illa uirilitas oritur, ꝙ multi his exemplis ad ſpem diuturnioris uitæ excitabuntur, & erunt hæc exempla quædam quaſi adminicula longioris æui, quibus ſenes reſpectu antiquæ felicitatis ad uiuendum ſpe fient in dies alacriores, nos quoq; fiduciam capiemus, noſtri ſeculi tranquillitate fore diuturnā principis uitam, & incolumitatē hac una ſpe prorogando. Prouecta. Producta. Aliquot. ut in Catone, Socrate, Cleāte, multiſq; aliis, quos ſupra memorauimus. Ne cui deorum. Non debemus illis nrō labore deeſſe, quo minus eos literarū monimētis ornemus,

Val... ſent...

DE M. VALERIO CORVINO.

Marcus Valerius Coruinus centeſimum annum compleuit: cuius inter primum & ſextum conſulatum quadraginta ſex anni interceſſerunt: ſuffecitq; integris viribus corporis, non ſolum ſpecioſiſſimis Reipublicæ miniſteriis, ſed etiam exactiſſimæ agrorum ſuorum culturæ, & ciuis & patisfamiliæ, optabile exemplum.

DE METELLO.

Huius vitæ ſpatium æquauit Metellus, quartoq; anno poſt cōſularia imperia ſenex admodum Pont. Max. creatus, tutelam cæremoniarum per duos & viginti annos, neque ore in votis nuncupandis hæſitante, neque in ſacrificiis faciendis tremula manu geſſit.

DE QVINTO FABIO MAXIMO.

Quintus autem Fabius Max. duobus & ſexaginta annis auguratus ſacerdotium ſuſtinuit, robuſta iam ætate id adeptus, quæ vtraq; tempora ſi in vnum cōferantur, facile ſeculi modum expleuerint.

ornemus, quorum ætati dii maxime fuere indulgentes, ut eos diutiſſime uiuere uoluerint. Spe d.v. Si exēpla inquit ſenectutis narrauerimus, ſpem dabimus his, qui diutius uicturos eſſe diffidunt. nam q̄ in aliis uidemus, idem nos ſperare poſſumus. ergo exēpla noſtræ ætatis, quędā adminicula, hoc eſt ſuſtentacula ſenectutis, dentur. Tranquillitatē. Hoc ad aſſentationem dictū eſt, a qua diſcendere nō poteſt. dicit enim præterquā q̄ ſpes nos ad ætatem alacriores eſſe facit eorū exemplo, qui feliciter uixerunt illud & accedet, q̄ tranquillitatē ętatis noſtræ hac una ſpe confirmabimus, ſi imperatorē noſtrū diutius uicturum ſperabimus, uel potius cōfidemus. Ille namq; uno tenore æquitatē ſeruabit. Proro rogādo. producēdo. ſ. ſpe. ASCENSIVS. ¶SENECTVS quoq; prouecta ad ul. finem ſui. i. uſq; ad extremū fati, aut curſus naturalis, cōſpecta eſt in hoc eodē opere inter exēpla induſtriæ. i. cum de ſtudio, & induſtria ad extremū uſq; uitæ ſeruatis loqueremur in aliquot claris uiris, ut in Catone, Socra. Cleante, & quibuſdam aliis. tñ. i. nihilominus habeat, &. i. etiam proprium titulum (Non inepte ergo in titulos diuiſimus li. & titulos in capita, ſeu exempla) ne noſtra mentio ornata ab effectu. i. ornatiua, exiſtimet̃ defuiſſe ei. ſ. ſenectuti, cui præcipue indulgētia. i. cōceſſio deorum immortalium, affuit. i. præſens, & auxilia trix fuit, & ſimul ſpe. i. per ſpem diuturnioris uitę quaſi adminicula. i. fomenta. & media dentur. ſ. ſenectuti: hoc eſt ſenum multitudini, quibus. ſ. adminiculis inſiſtens. i. innitens poſſit facere ſe alacriorem reſpectu felicitatis uetuſtæ. i. quæ contingat ueterrimis quibuſq;, q̄ ꝓ &, ut ſup. fiducia. i. bona confidentia, confirmet. i. corroboret ſubinde. i. interdum, tranquillitatem ſeculi noſtri. i. præſentis, qua. ſ. tranquillitate nulla. ſ. alia trāquillitas fuit unq̄ beatior, confirmet inq̄ prorogando. i. extendendo incolumitatem principis ſalutaris. ſ. Tiberii, ad longiſſimos terminos humanę conditionis. i. uitę homini a fatis datę.

OLIVERIVS.

¶MARCVS Valerius Coruinus. Cicero in Catone maiore, qui dicitur a nonnullis de ſenectute. M. quidem Valerium Coruinum, inquit, accepimus ad centeſimum annum uitam ſuam produxiſſe, cū eſſet exacta iā ætate in agris, eoſq; excoleret. cuius inter primum, & ſextum conſulatum, ſex & quadraginta anni interfuerunt. Pli. li. vii. M. Valerius Coruinus, inquit, centum impleuit annos, cuius inter primum, & ſextū conſulatum. xlvi. anni fuere. Idē ſella curuli ſemel, ac uicies cedit, quoties nemo alius. adæquauit eius uitæ ſpatium Metellus pontifex. Ita quantum ſpatium ætatis maiores noſtri eſſe uolunt ad ſenectutis initium tantus illi curſus honorum fuit. M. Vale. Coruinus. Hic Coruinus dictus eſt, teſte Liuio decade ab urbe condita, q̄ gallum a quo prouocatus fuerat ad ſingulare certamen, inſidente galea Coruo, & unguibus, roſtroq; infeſtante, hoſtē interemit.

Valerius cor. centenarius ſenex

Quadraginta ſeptem. Pli. & Cic. dicunt ſex & quadraginta interueniſſe, hoc autem dicit Val. ut robuſtam eius ſenectutem oſtēdat. Suffecit. Durauit, ualuit integris uiribus ad rerum tam publicarum, q̄ priuatarum adminiſtrationē, & exactiſſimā agrorum culturā, quod laudabile fuit, cum in ſenibus uires minantur, fiantque in dies languidiores.

ASCENSIVS.

¶MARCVS Valerius Coruinus compleuit centeſimum annum uitæ, ſup. ſuæ, inter cuius primum, & ſextum conſulatum quadraginta ſex anni interceſſerunt, & ipſe ſuffecit. i. ſatisfuit, aut ſatisfecit non ſolum ſpecioſiſſimis miniſteriis reip. ſed etiam exactiſſimę culturę agrorum ſuorum uiribus corporis integris exiſtens ſupple optabile, & ita omnibus imitabile, exemplum, & id eſt ſimul ciuis, ſcilicet boni, & patris familiæ.

OLIVERIVS.

¶CVIVS uitæ ſpatium. Hic eſt Metellus ille, qui Pius cognominatus, eius Metelli pater, qui a debellata inſula Creta cretici nomen eſt aſſecutus, de quo Ci. in eodem Catone, Ego, inquit, L. Metellū memini puer, qui cum quadriennio poſt alterum cōſulatum pōtifex maximus eſſe factus. xxii. annos ei ſacerdotio pręfuit. Ita bonis uiribus extremo tempore ętatis, ut adoleſcētiam non requirerent. hic ergo in ætate iam prouectiori pontifex factus, in eo magiſtratu per duos &. xx. annos ita ſe geſſit, ut nō ſenex, ſed iuuenis eſſe uideretur, neque enim lingua in pronunciando, non manus in adminiſtrando illi defuerunt, ut lingua balbucinaretur, aut manus tremeret, quod ſenectutis uitium eſſe ſolet. Spatium. ſ. centum annorū. Ore hæſitante. Solent ſæpiſſime ſenes præpeditiori lingua, nō plena uerba ꝑferre. Votis nuncupandis. Quia ut ſupra diximus duplex eſt uotū ſecundum quoſdam, conceptiuum, & nuncupatiuum. Ore hæſitante. lingua tardante, aut præpediēte. Tremula manu. Quod in ſenibus eſſe ſoleat tremor quidam membrorum, & præſertim manuum ac pedum exhauſtis iam uiribus. hic uero conſtanti manu dum ſacra tractaret, ſemper fuit, ſiue cultrum a capite uictimę ad caudam deduceret, ſiue mola uictimam, cultrumq; aſpergeret, ſeu uictimæ iugulum aperiret.

Metel ſenectu

ASCENSIVS.

¶CVIVS. ſ. Marci Valerii, ſpatium uitæ. ſ. centum annorum, Metellus. ſ. plus æquauit. i. æqualē numerū uiuendo perduxit, & creatus pōtifex maximus quarto anno poſt imperia cōſularia. i. poſtquam imperator fuerat, ens ſupple ſenex admodum, id eſt ualde geſſit tutelam, id eſt protectionem cæremoniarum, id eſt myſteriorum rerum diuinarum per duos & uiginti annos, neq; ore hæſitante, id eſt uacillante, aut titubante in uotis nuncupādis. i. pronūciādis nominatim, neq; manu tremula. i. tremēte in ſacrificiis faciendis.

OLIVERIVS.

¶QVINTVS autem Fabius. Ad centeſimū annū ꝑueniſſe Fabium hoc uno probat argumēto Valerius, quod duobus & ſexaginta annis, augur fuerit. Pli. uero dicit tribus &. lx. lib. vii. natura. hiſto. quem honorē non niſi ætate prouectiori conſequi potuerit cū eiuſmodi dignitas adoleſcentibus nunquā, nec iuuenibus dari conſueuerit. ergo ſi tēpus, quo creatus eſt augur, & quo auguratum geſſit, in unum collegerimus, ſeculi ſpatium inueniemus, quod idē ſentire uidetur Liuius decade ſecundi punici belli lib. ult. q dicit, Quintus Fabius Maximus moritur exactæ ætatis, ſiquidem uerum eſt. Augurem duos &. lx. annos fuiſſe, ſicut quidam autores tradunt, uir certe fuit dignus tanto cognomine, uel ſi nouum ab eo inciperet. ſuperauit paternos honores auitos ęquauit, pluribus uictoriis, & maioribus ꝓliis, aut Inſignis Rulli ſe omnia æquare, unus hoſtis Hannibal referre pōt. cautior tñ, q̄ ꝓmptior hic habitus eſt. Robuſta iā in ætate utpote in uirilitate. Seculi. hoc eſt centū annorū. ſic. n. uoluere maiores, ſeculū eſſe ſpatium centum annorū, q̄ hinc facile comprehendi poteſt.

ASCENSIVS.

¶QVINTVS autē Fa. Ma. ſuſtinuit. i. potenter geſſit ſacerdotiū auguratus duobus & ſexaginta annis adeptus id. ſ. ſacerdotium auguratus. i. pertinens ad augures, ætate iā robuſta, & ita uero ſimiliter ad trigeſimum octauum annum peruenerat,

DE M. PERPENNA.

Iam de Marco Perpenna quid loquar? qui omnibus, quos in ſenatu rogauerat, ſuperſtes fuit: ſeptē'q; tantummodo, quos Cenſor collega Lucii Philippi legerat e patribus C. reliquos vidit, toto ordine ampliſſimo diuturnior.

DE APPIO.

Appii vero æuum clade metirer, quia infinitum numerum annorum orbatus luminibus exegit, niſi quatuor filios, quinq; filias, plurimas clientelas, rem deniq; publicam hoc caſu grauatus fortiſſime rexiſſet. Quinetiam feſſus iam viuendo, lectica ſe in curiam deferri iuſſit, vt cum Pyrrho deformem pacem fieri ꝓhiberet. Hunc cæcum aliquis nominet: a quo patria, quod honeſtum erat, per ſe parum cernens, coacta eſt prouidere?

DE LIVIA RVTILII, DE TERENTIA CICERONIS ET CLODIA FILIA AVLI.

Muliebris etiam vitæ ſpatium non minus longū in compluribus apparuit, quarum aliquas ſtrictim retuliſſe me ſatis erit. Nā & Liuia Rutilii ſeptimū & nonageſimū, & Terentia Ciceronis, tertiū & centeſimū, & Clodia Auli filia quindecim filiis ante enixis, quintumdecimum & cēnteſimum expleuit annum.

DE MASINISSA REGE NVMIDIÆ.

Iungam his duos reges, quorū diuturnitas Reip. noſtræ fuit vtiliſſima. Siciliæ rector Hiero ad nonageſimum annum peruenit. Maſiniſſa rex Numidiæ hunc modum exceſſit: regni ſpatium ſexaginta an-

unde addit, Quę utraq; .i. ambo tempora. ſ. ſexaginta duorū annorū, & robuſtę ætatis quæ eſt. xxxvi. aut xxxviii. annorū ſi conferanť in unū. l. ſi ſimul cōputenť, expleuerint facile modum. i. menſurā ſeculi. i. cētū annorū. OLIVERIVS.

Perpēna diu uixit ☞IAM de M. Perpē. Hic arguit diu uixiſſe M. Perpē. ꝙ oibus ſenatorib⁹, quos ipſe ꝯſul die initi cōſulat⁹ uocauit i curiā, oībusq; i ſup illis quos cēſor legerat i ſenatu, exceptis. vii. ſupſtes uixerit. Pli. li. vii. nat. hiſt. M. Perpē. & nuper L. Voluſius Saturnius oium, quos in conſulatu ſententiam rogauerat, ſuperſtites fuere. Perpenna ſeptem reliquit ex his quos cenſor legerat. uixit ānos. xcviii. fuit ergo ordine ſenatorio, qui ſuo tempore fuit diuturnior. & hinc colligere poſſumus, ſenē admodū fuiſſe, quo tēpore fuit a Pomp. ſupatus, & cęſus, ꝗꝗ Stra. dicat in Aſia morbo conſumptum fuiſſe, ut diximus in. c. de humili loco natis. Superſtes fuit Vixit poſt oēs illos ſenatores, quos ipſe conſul ſæpius uocauerat in curiam. Cenſor. In cēſura cū L. Phil. eligerat ſenatū, & tamen lōgitudine uitę ſupauit oēs, quos elegerat, ꝑter ſeptē quos moriēs in uita reliquit. ASCENSIVS.

☞IAM qd loquar de M. Perpēna, q fuit ſupſtes. i. ſuperueniens omnibus quos rogauerat. ſ. ſententiā in ſenatu (Alii tamen legunt uocauerat qd ſi eſt legendū, legatur, in ſenatū, ut ſit quos uocauerat, cū eſſet conſul, in ſenatū .i. ut cōuenirent in curiā) Et uidit tantummodo. i. duntaxat ſeptem reliquos. i. relictos in uita, e patribus conſcriptis, quos ipſe cenſor, & collega Lu. Philip. legerat. i. elegerat in ſenatores, exiſtens diuturnior. ſ. in uita, toto ordine ampliſſimo .i. ſenatorio.

OLIVERIVS.

Appii ſenectus ☞APPII uero æuum. Tullius in Catone, ad Appii Claudii ſenectutē accedebat, ꝙ cæcus eſſet tamē is cum ſenatus ſentētia inclinaret ad pacē cū Pyr. fœduſq; faciendū nō dubitauit dicere illa, quę uerſibus conſecutus eſt Ennius, Quo uobis mētes, rectę q; ſtare ſolebāt Ante hac, demētī ſeſe flexere ruina. Cæteraq; grauiſſime ingt. notū. n. nobis eſt carmē, & tamē ipſius Appi eō ſtat oratio. Atq; ille egit hæc. xvii. anno poſt alterū cōſulatū, cū inter duos conſulatus anni decem interfuiſſent, cenſorq; ante conſulatū ſuperiorē fuiſſet. ex quo intelligitur Pyrrhi bello grandē ſane fuiſſe. Sic a patribus accepimus. Itē paulo infra quatuor robuſtos filios, quinq; filias, tantā domū, tantas clientelas Appius regebat & cæcus, & ſenex. Intentū. n. aium, tanꝗ arcū, habebat. Nec lāgueſcēs ſuccumbebat ſenectuti. Tenebat. n. non modo autoritatē, ſed etiā imperiū in ſuos. metuebāt ſerui, uerebanť liberi, charū oēs habebāt, uigebat in illa domo, & mos primus, & diſciplina. Ex his igitur Ciceronis uerbis Appiū diu uixiſſe facile cōprehēdimus. cuius cæcitatis cām diximus prio lib. capite de neglecta religione, qđ Herculis ſacra ad humile ſeruorum miniſteriū trāſtuliſſet. De Pyrrhi bello quoq; ſæpi⁹ dictū eſt, quare nō eſt hiſtoria toties repetēda, ſatis cōſtat ſenatus uoluntatem ad pacē cū Pyrrho faciendā conditionibus illi quidē gratis, ſenatui uero oino nō honeſtis fuiſſe inclinatū, a qua hic ſolus lectica in curiā delatus, qa nec pedibus tū cæcitate, tum ſenio confectus nō poſſet oione ſua reuocauit. fecitq;, ut Pyrrhus nō cōditionibus, ſed armis pelleret ex Italia cū ſumma P. R. gloria. Appii æuū clade metirer. Nō auderē inquit, dicere Appiū dum fuit

in cæcitate uixiſſe, qppe q nō in luce, ſed i tenebris uitā, ꝗſi i ipſa morte duxiſſe uideať, niſi me hortareť ei⁹ ſumma prudētia, ꝙ filiorū turba plurimas cliētelas, rēp. atq; priuatā fortiſſime rexiſſet. quaq; ſenatū a turpi pace cū pyrrho faciēda diſſuaſiſſet, ꝗ qdē res nō hoiem cæcū, ſed ꝑſpicaciſſimū fuiſſe declarat. Clade. cæcitate oculoꝝ. Metirer. Terminarē ei⁹ uitā uſq; ad cæcitatē. reliquū ãt tps, quo capt⁹ luminib⁹ uixit, nō uitā, ſed mortē poti⁹ nominarē. Feſſus uiuēdo. ſenio ꝯfectus. De formē pacē. Quæ pyrrho magis, ꝗ ſenatui honeſta eſſe uidebať. Hūc cæcū Nemo ingt, hoiem tāta prudētia ꝓ̨ditū, q uideret, ꝗ ſenatus nō ꝓuiderat, iure cęcū appellauerit. ASCENSIVS.

☞APPII, &c. uero. p ſed, ego metirer. i. mēſurarē ęuū. i. ſpatiū uitę Appii. ſ. Cla. cęci clade .i. calamitate ei⁹, (qa exigit infinitū numerū annorū orbat⁹ luminib⁹) niſi grauat⁹ hoc caſu .i. amiſione uiſus, rexiſſet fortiſſime ꝗtuor filios, quinq; filias, plurias cliētelas. i. plurimos, q ſuę fidei, & patrocinio ſe cōmiſerāt. & deniq; .i. ut ſemel dicā, niſi rēp. rexiſſet fortiſſime Qui etiā ipſe feſſus iā uiuēdo, iuſſit ſe deferri in curiā lectica, in q ęgrotātes, & igredi nequeūtes deferri ſolēt, ut ꝓhiberet pacē deformē. i. turpē reip. Romanæ, fieri cū pyrrho rege Epirotarū. Nominet ſup. merito aliqs hūc .i. talē uię tā multa aio uidētē, cęcū, a quo pria cernēs. i. ꝑſpiciēs parū. i. nō ſatis p ſe. i. lumina reliquorū ciuiū ſupp. id qđ erat honeſtiū, coacta eſt ꝓuidere. ſ. p ꝯſiliū illius, ꝗſi dicat minime dicēdus eſt, fuiſſe cæcus.

OLIVERIVS.

☞MVLIEBRIS. Quędā ēt longeuę mulieres fuiſſe leguntur ꝗlis Liuia Rutilii, Terētia Cice. Clodii Auli filia, ꝗrū Liuia ſeptimū & nonageſimū impleuit annū Terētia tertiū & cēteſimū Clodia, quæ has lōge ſuperauit quintūdecimū, & cēteſimū. De qbus Pli. li. vii. mētionē facit. dicit .n. ex fœminis, Liuia rutilia nonagita ſeptē annos exceſſit, Statilia Claudio principe ex nobili domo. xcix. Terentia Ciceronis cvii. Clodia offelli. cxv. hęc quidē enixa quindecies. alias quoq; cōmemorat longiſſimæ ętatis fœminas, quas hic eeferre nō eſt opus qm a Valerio nō ponunť. Strictim. breuiter, & ſummatim. Terētia. Ciceronis uxor, poſt exiliū & reuocationem in patriam p diuortiū, nupſit criſpo Saluſtio Ci. inimico, deinde Hortenſio. Quindecim filiis enixis. paſſiue poſitū eſt, enixis in lucē productis. alii hñt amiſſis, ꝙ ſine dubio melius eſt, & ſignificat illā quindecim filiis extinctis, fuiſſe ſuperſtitem. Terentia Salluſtio nupſit

ASCENSIVS.

☞MVLIEBRIS ſpatiū uitę, appuit ēt i cōplurib⁹ mulieribus nō minus lōgū, ꝗ in uiris, ꝗrū ſat erit me eetuliſſe ſtrictim aliqs nā & Liuia Rutilii ſup. cōiūx aut filia, expleuit ſeptimū & nonageſimū annū. ſ. ętatis ſuę. Et Terentia Ciceronis. ſ. uxor, ſed ab eo repudiata, expleuit annū tertiū & cēteſimū (ubi poſt cētū ꝑter morē minorē numerū ꝓponit) & clodia filia Auli, qndecī filiis enixis. i. partis amiſſis p mortē, ante. ſ. ꝗ mereteť, expleuit annū quintūdecimū, & cēteſimū, ubi ſilr minor numerus ꝓponiť qđ uſitatius dicas, centeſimum & decimumquintum, aut. xv. ſupra centeſimum. OLIVERIVS.

☞IVNGAM hic duos reges. De externis dicturus digniora exempla præponit duorum, ſcilicet regum Hieronis, & maſiniſſæ. Hieron rex ſiracuſarum fuit, cuius infantia ſuę futuræ maieſtatis dicitur fuiſſe prænuncia, quippe qui genitus a patre nobili,

nis emenſus,& ante omnes homines robore ſenectę admirabilis.conſtat eum quemadmodum Cicero refert libro,quem de ſenectute ſcripſit, nullo vnquam imbri, nullo frigore, vt caput ſuum veſte tegeret, adduci potuiſſe. Eundem ferunt aliquot horis in eodem veſtigio perſtare ſolitum, non ante moto pede, quam conſimili labore iuuenes fatigaſſet: ac ſi quid agi a ſedente oporteret, toto die ſæpenumero nullã in partem conuerſo corpore in ſolio duraſſe: ille vero etiam exercitus equo inſidens, noctem diei plerunq; iungendo duxit: nihilq; omnino ex iis operibus, quæ adoleſcens ſuſtinere aſſueuerat, quo minus ſenectute ageret, omiſit. Veneris etiam vſu ita ſemper viguit, vt poſt ſextum & octogeſimum annum filium generaret, cui Methymato nomen fuit terram quoq;, quam vaſtam, & deſertam acceperat, perpetuo culturæ ſtudio frugiferam reliquit.

DE GORGIA LEONTINO PHILOSOPHO.

Gorgias etiam Leontinus Iſocratis, & complurium magni ingenii virorum præceptor, ſua ſententia feliciſſimus. Nam cum centeſimum & ſeptimum ageret annum, interrogatus quapropter tandiu vellet in vita remanere: quia nihil inquit, habeo quod ſenectutẽ meã accuſem. Quid iſto tractu ætatis aut lõgius, aut beatius? Iã alterũ ſeculũ ingreſſus, neq; in hoc querelam vllam inuenit, neq; in illo reliquit.

tre nobili, ſed ex ancilla natus, ne dehoneſtaret paternum genus expoſitus fuit. Sed paruulum, & humanæ opis indigẽtem, apes congeſto circa iacentẽ melle, multis diebus aluere. ob quã rem reſponſo aruſpicum admonitus, pr qui regnũ infanti portẽdi canebant, paruulum recolegit, omniq; ſtudio ad ſpem maieſtatis q̃ pmittebatur inſtituit. eidem adoleſcenti prima belli ineũti, aquila in clypeo, & noctua in haſta cõſedit, qđ oſtentũ, & in conſilio cautũ, & manu prõptũ, regẽq; futurum ſignificabat. denique aduerſus prouocatores ſępe pugnauit, ſempeeq; uictoriam reportauit. A pyrrho rege multis militaribus donis donatus ẽ, pulchritudo corporis ei inſignis, uires quoq; in hoie admirabilis fuere, in alloquio blandus, in negocio iuſtus, I imperio moderatus erat prorſus, ut nihil ei deeſſe uideref pręter regnũ. Itaq; a ſyracuſanis primo imperator deinde rex creatus eſt, ſocius fuit populi R. qui primo pu. bel. inita ſocietate, & amicitia, per quinquaginta annos uſq; ad ultimũ ſuę uitę diẽ, in fide, & offõ pmanſit. de cuius liberalitate, q̃ in populũ R. ſecũdo pu. bello uſus fuerit, diximus i ca. de liberalitate. uixit autẽ teſte Liuio nonaginta annos, q li. iii. decadis ſecundi pu. bel. dicit. Non facile erat nonageſimũ iã agenti annũ. circũſeſſio dies, noctesq; muliebribus blandiiis, liberare animum, & cõuertere ad pub. priuatamq; curã.

Maſiniſſa ut dictũ eſt li. v. ca. de in gra. ætatẽ ſuam ad cẽteſimũ extendit annũ, robore tanto in ea ætate, ut adoleſcentiæ uires, licet diminutas, nõ deſiderare uideretur. De quo Ci. in Catone maiore audire te arbitros Sci. hoſpes tuus habitus Maſiniſſa, q̃ faciat, hodie nonaginta natus annos, cum ingreſſus iter pedibus ſit, i equũ nõ aſcẽdere uelle. cũ aũt ſit in equo, ex equo nõ deſcẽdere. nullo imbre nullo frigore adduci, ut capite aperto ſit. ſummãq; in eo eſſe ſiccitatẽ corporis. Ita oia pbantur exequi regis officia, & munera. Diuturnitas. Longa uita quorum, Hũc modõ exceſſit. Superauit hunc uitę terminum, quippe qui cẽtum impleuit annos. Regni ſpatium. Regnauit annis ſexaginta. Robore ſenectæ. Quia fuit quouis ſene robuſtior. Equidẽ ferũt. Certare cũ iuuenibus ſolebat de patientia, q̃s nã diutius in eodẽ ueſtigio perſiſtere poſſet qua in re cũctos fatigandos uincebat quod idẽ legitur de Socrate, ut in capite de patientia tetigimus. Perſtare. Perſeuerãtee ſtare Ac ſi quid agi. ſiue ſtare, ſiue ſedere opus erat, id mirabiliter faciebat Maſiniſſa. nã ſi ius illi dicẽdum erat populo ſuo, tota die ſolio nullam in partẽ auerſo pectore perdurabat. In ſolio. in regia ſede. eſt aũt ſoliũ, ut uult Seruius, proprie armariũ uno ligno factum in quo reges ſedebant. ppter tutelã corporis ſui, dictũ quaſi ſolidum. alii uero uolũt ſolium dictum eſſe per antiſtæchon, quaſi ſellium a ſedendo. Ille etiã exercitus nõ paruum in ſene roboris indicium, q a mane uſq; ad ueſperas equo inſidens caſtra circuiret, ſtationes reuiſeret, & reliqua impeatoria munera obiret, nihil denique ex his laboribus, uel operibus, q̃ in adoleſcentia ſuſtinuerat, i ſenectute omitteret. Veneris quoq; uſu. Hęc quoq; non paruũ teſtimonium eius fortitudinis, ſeniliũq; uirium, q extrema a ſenectute, uel potius ætate decrepita generare potuerit, natus enim ſeptimum, & octogeſimum annum, filium Mechinum generauit, ſi mulieri fides eſt habẽda. ASCENSIVS.

IVNGAM his. ſ. iam dictis, duos reges. ſ. Hieeonem & Maſiniſſam, quorum diuturnitas. ſ. uitæ, hoc eſt longæ uitæ fuit utiliſſima reip. noſtræ, hoc eſt Romanæ, q a ambo fautores illi uixerũt. Hieeo rector. i. gubernator Siciliæ puenit ad annũ nonageſimũ. ſ. ętatis ſuę. Maſiniſſa rex Numidię exceſſit hũc modũ. i. hãc mẽſurã ętatis, emẽſus ſpatiũ regni. i. quo regnauit. lx. ãnis, &. i. ẽt admirabilis robore ſenectę. i. ſenilis ętatis añ oẽs hoĩs ſ. reliquos. Cõſtat eũ (quẽadmodũ Cice. refert, ſup. in lib. quẽ ſcripſit de ſenectute) nullo imbri, & nullo frigore potuiſſe adduci, .i. cogi, aut perſuaderi unq̃, ut tegeret caput ſuũ ueſte. ſ. capitio, aut galero, aut tyara, aut pileo, &c. Ferũt. ſ. rerũ ueterũ ſcriptores, aut recitatores, eũdẽ. ſ. Maſiniſſam, ſolitũ pſtare. i. ſ[illegible] ſtẽ mãſiſſe, in eodẽ ueſtigio nõ motus pedibus, aliquot horis, pede. ſ. ſuo nõ moto, anteq̃ fatigaſſet iuuenes cõſimili labore. .ſ. pſtãdi in eodẽ ueſtigio. ac ferunt, ſi oporteret q̃d agi a ſedẽte, duraſſe. i. pmãſiſſe i ſolio. i. ſede regali ſæpenumero tota die, corpore nullã. i. nõ ullã, nõ cõuerſo I ullã partẽ. Vero. i. ſed inſup ille. ſ. Maſiniſſa, inſidens equo duxit. ẽt exercitus iũgendo plerũq; diei. ſ. toti, noctem, hoc ẽ eq̃ãdo totũ diẽ, & partẽ noctis anteq̃ deſcẽderet, & nihil oino omiſit, quo min⁹ ageret i ſenectute ex his opibus, q̃ ĩpe adoleſcẽs aſſueuerat ſuſtinere. i. tolerare. uiguit quoq;. i. ẽt uſu ueneris ſemp ita, ut gñaret filiũ poſt. vi. &. lxxx. annũ. cui, .ſ. filio nomen fuit Methymato (Quidã tñ ſcripſerũt Mechino) & reliqt quoq;. i. ei ppetuo ſtudio culturæ, terrã fructiferã, q̃ acceperat. ſ. in principio regni uaſtã. i. nullo fructu, aut domicilio ornatã, & deſertã. ſ. ab habitatoribus. THEOPHILVS.

MASINISSA, hæc eadẽ pene Suidas de Maſiniſſa, q̃ Valerius. Mechino nomẽ fuit. Apud Pliniũ nat. hi. vii. Methymatnus. Hermolaus ambigit. utra lectio caſtigatior, hæc, an illa. Suidas ait appellatũ eſſe Sthembã. OLIVERIVS.

GORGIAS Leõtinus. Lõgiſſimę, & feliciſſimę ętatis Gorgias Leontinus in ſenectute ſua nulla imbecillitatis incõmoda ſenſit, ſed ad extremũ uſq; ſui fati diẽ robuſtus permãſit. De quo Cicero. li. de ſenectu. Qualẽ, inq̃t, Iſocrates q eũ librũ, q panathenaicos inſcribitur, quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur, uixitq; quinquẽnium poſtea, cuius magiſter Leontinus Gorgias cẽtũ & ſeptẽ cõpleuit annos, neq; unq̃ i ſuo ſtudio, atq; ope ceſſauit. q cũ ex eo q̃reretur, cur tãdiu uellet eſſe in uita, nihil habeo, inquit, q accuſem ſenectutẽ. præclarũ reſponſum, & docto homine dignũ. Quint. uero li. iii. de inſtitutione oratoria, Actiũ aũt, inq̃t, ſcriptores antiquiſſimi corax, & Tiſias ſiculi, quos inſecutus uir euſdẽ inſulę Gorgias Leontinus, Empedoclis, ut traditur, diſcipulus, is beneficio longiſſimæ uitæ, nã cẽtũ, & nouẽ uixit annos cũ multis ſimul floruit, ideo, & illorũ, de quibus ſupra dixi fuit æmulus, & ultra Socratem uſq; durauit. Et paulo infra oſtendit, illu Iſocratis, & aliorum plurimorũ philoſophorũ & oratorum fuiſſe præceptorẽ. hic primus fuit, qui pfiteri auſus fuerit de quacũq; re propoſita eo ipe diſputaturum. Centeſimũ &. vii. Quin. dicit cẽtum & nouẽ uixit annos. Pli. centũ & octo, uult eum uixiſſe annos lib. vii. Iſto tractu. hoc ſpatio.

ASCENSIVS.

GORGIAS Leontinus præceptor Iſocratis, & compluriũ ſcilicet aliorum magni ingenii, feliciſſimus ſua ſentẽtia, id eſt ut ipſemet de ſe iudicauit. Nam cum ageret annum. c. &. vii. (hic ex more minorẽ prępoſuit numeru) interrogatus quapropter uellet remanere tandiu in uita, inquit, quia nihil habeo quod. i.

propter quod accuſem.i.damnem ſenectutẽ meam. Quid ſup. fuit aut lõgius, aut beatius iſto tractu.i.ductu uitæ.ſ. centũ & ſeptẽ annorum/q.d. fere nihil, qa iam ipſe ingreſſus alterum ſeculum.i.centenarium annorũ, nõ inuenit ullam querelã in hoc.ſ. ſecũdo ſeculo neq; reliquit in illo, quia neq; iuſtã habuit querendi cãm, neq; iniuſte queri uoluit.

OLIVERIVS.

BIENNIO minor. Hunc eundẽ feliciſſimũ uitæ curſum Xenophilo Calcidenſi Pythagorico uiro contigiſſe dicit, niſi quod duobus annis minus q̃ Gorgias, uixiſſe dicat, ſed in eadẽ felicitate, ut nullum unq̃ humanæ uitæ incõmodũ ſenſerit. fuerũt ꝓfecto benigniſſimo ſydere nati. Perfectiſſimę doctrinę. Nihil ei ſeni defuit ad ꝑfectã philoſophiæ doctrinam.

ASCENSIVS.

BIENNIO, &c. Xeno. Calci. Pythagoricus .i. ſectator Pythagorę minor.i.iunior ſup. fuit q̃ Gorgias biennio .i. ſpatio duorum annorũ, ſed nõ ſup. fuit inferior.i.minor felicitate. Siquidem (ut Ariſtoxenus muſicus ait) ipſe expers.i. immunis oĩs incommodi humani.i.hoĩbus accidere ſoliti, extinctus eſt in ſummo ſplendore perfectiſſimæ doctrinę.

DE XENOPHILO CALCIDENSI PYTHAGORICO.

Biennio minor Xenophilus calcidẽſis Pythagoricus, ſed felicitate nõ inferior ſiquidẽ (vt ait Ariſtoxenus muſicus) oĩs humani incõmodi expers in ſummo perfectiſſimæ ſplendore doctrinæ exſtinctus eſt.

DE ARGANTHONIO GADITANO.

Argãthonius aũt Gaditanus tãdiu regnauit quã diu etiam ad ſacietatem vixiſſe abunde foret. Octoginta enim annis patriam ſuam rexit, cum ad imperium ſexaginta annos natus acceſſiſſet: cuius rei certi ſunt autores. Aſinius etiã Pollio nõ minima pars Ro. ſtyli, in tertio iſthoriarum ſuarum libro, centum illum & triginta annos expleuiſſe commemorat: & ipſe numeroſæ viuacitatis haud paruum exemplum.

DE ÆTHIOPIBVS, ET INDIS.

Huius regis conſummationem annorum minus admirabilem faciunt Aethiopes: quos Herodotus ſcribit centeſimum & trigeſimum annum traſgredi: & Indi, de quibus Creſias quidem tradit.

DE EPIMENIDE CNOSIO.

Et Epimenides Cnoſius, quẽ Theopompus dicit ſeptem & quinquaginta & centũ annos vixiſſe.

DE QVIBVSDAM EPIORVM.

Hellanicus vero ait quoſdam ex gẽte Epiorum, quæ eſt pars Aetoliæ, ducentos explere annos, eiq; ſubſcribit Damiates, hoc amplius firmans Litorium quẽdam ex his maximarum virium, ſtaturæq; præcipuæ trecenteſimũ annum cumulaſſe.

OLIVERIVS.

ARGANTONIVS. Hic teſte Herodo. lib. hiſtoriarum .i. fuit Tarteſſimorum tyrannus cuius Cic. lib. de Sene. hanc breuiter mentionẽ facit. Expectemus inquit, Tarteſſimorum regis ætatem, fuit .n. ut ſcriptum uidi Arganthon. quidam gaditanus, qui octoginta regnauit annos centum xx. uixit, quod idem affirmat Pli. lib. prædicto. hic ergo cũctos ſupra memoratos ætatis lõgitudine ſuperauit, quippe qui tanto tẽpore regnauit, quanto quidem alii cõplures uiuere poſſe lætarentur. Aſinius etiã Pollio. hoc teſte Vale. dicit hunc ad cẽteſimum & trigeſimum annũ perueniſſe. Non minima pars Romani ſtyli. Significat hunc diligentiſſimum fuiſſe rerum geſtarũ ſcriptorẽ, non inter inferiores connumerandum, quippe qui Romanũ ſtylum ꝓbe teneret.

ASCENSIVS.

ARGANTHONIVS autem Ga. &ita in ultimis Hiſpaniæ natus, regnauit tandiu, quandiu foret abunde uixiſſe, etiam ad ſatietatem. Rexit.n. patriam ſuam octoginta annis. cum acceſſiſſet ad imperium natus annos .xl. & ita .cxx. annos uixit. Cuius rei ſunt certi autores ut Cic. & Pli. & quos illi ſecuti ſunt. Quinetiam Aſinius Pollio, Non minima pars .i. non contemptibilis, ſed egregi' exercitio ſtyli Ro.ſ. ſcribendo Ro. cõmemorat. iii. lib. ſuarũ hiſtoriarũ, illum.ſ. Argãthonium expleuiſſe annos centum & triginta, &.i. etiam ipſe .ſ. Pollio haud paruum, immo magnũ exemplum uiuacitatis numeroſæ, quia ipſe etiã diu uixit.

OLIVERIVS.

HVIVS re. conſumma. Longiſſimæ uitæ Arganthonius fuiſſe uidetur, ſed minus admirabilis tãta æui lõginquitas, ſi quã Herodotus tradit Æthiopum, & ſi quam Herodotus Theſias indorum ætatẽ conſiderare uoluerimus. nã cõſtat utroſq; centeſimi, &. xx. anni ſuperaſſe metam. Solinus de Aethiopibus, ultra meroem, inquit ſuper exortum ſolis, Macrobii Aethiopes uocãtur, dimidio.n. eorum potẽtior q̃ noſtra eſt uita. hi Macrobii iuſtitiã colunt, amant æquitatem, plurimum ualent robore præciꝑuo &c. Itẽ alibi de indis apud Theſiã legitur quaſdã fœminas ſibi ſemel parere, natoſq; canos illico fieri. eſſe rurſum gentẽ alterá, quę in iuuẽtute cana ſit nigreſcat in ſenectute. Vltra ęui noſtri terminos permanentẽ. Cõſummationẽ. Perfectionẽ, deductionẽ ad finem. Aethiopes. Dicti ſunt ab αἴθω quod latine eſt cremo, & ὤψ uultus, eo q uultum nimio ſolis ardore habebant aduſtũ, uel ab Aethiope Vulcani filio, qui totã Aethiopiã a ſe denominauit. eſt autẽ Aethiopia teſte Solino, i gẽtes, moribus cultus, & natura, diſſimilis diſtributa. Quos Herodotus ſcribit. dicit inſuper Herod. Scytharũ regem, legatis Cyri regis Perſarum ſenes cõplures oſtẽdiſſe. qui cẽtum & uiginti annos peregerãt. Theſias. Antiquiſſimus hiſtoriarum ſcriptor.

ASCENSIVS.

HVIVS &c. Aethiopes quos Herodotus ſcri. trãſgredi annũ.ſ. uitæ.c. &.xxx. & Indi de q̃bus Creſias (aut ut Oli. ſcri. Theſias,) antiquiſſimus ſcriptor, tradit idem.ſ. q.c. & xxx. annum trãſgrediantur, faciunt cõſummationẽ annorũ huius regis.ſ. Argãthonii minus admirabilẽ, qa nõ eſt magnopere mirandum in uno ſemel cõtigiſſe, quod in uniuerſo populo quotidie fere cõtingit.

OLIVERIVS.

ET Epimenides. Hic philoſophus Cretẽſis fuit Pythagorę coetaneus, teſte Apuleio, de quo Laertius li. de uita philoſophorum fabuloſa quædam narrare uidet̃. nã dicit, q a prẽ iuſſus ad paſcua ducere oues, circa meridiem diuertit in proximam ſpeluncã quinquaginta & ſeptẽ annis perpetuo ſopore regeuit. excitus q̃ſiuit oues, putabat.n. ſe parum obdormiſſe. quas cum non inueniret in agrũ reuerſus. cũ uero agrũ in alterius poteſtatem ueniſſe uideret, & cũcta mutata eſſe perpenderet, rediit in oppidum, ubi a iuniore fratre iam uetulo cognitus, omnem ex illo didicit rei ueritatem. deinde philoſophatus eſt, ſcripſitq; multa quæ hoc loco referre nõ eſt opus, mortuus eſt autem anno ętatis ſuę cẽteſimo quinquageſimo ſeptimo teſte Phaſgone libro de lõgeuis. Plini. dicit centeſimo quinquageſimo tertio, ut autẽ Cretenſes tradunt, teſte Laertio, ducentis nouaginta annis. Cnoſius. Cretẽſis, & Cnoſio uico oriũdus.

Epimenides diutiſſime uixit

ASCENSIVS.

ET Epimenides Cnoſius.i. cretẽſis (profertur autẽ Cnoſius) philoſophus, quem Theopompus dicit uixiſſe annos ſeptem & quinquaginta, & centum, hoc eſt ſupra centum, ſup. facit conſummationem annorum huius regis, minus admirabilem.

OLIVERIVS.

HELLANICVS. Hic populus quoſdã Aetoliam incolentes nomine Epiperus, uel ut alii dicunt epios, qui olim dicti fuerunt helidenſes. cc. annos explere dixit. Cui Damaſtes aſſentiẽs addit & illud. Lithorium quendã ex ea gente natum uaſti corporis, & maximaeum uirium holem, tricentos annos uiuendo peregiſſe, ſpatiũ uitæ ſatis admirabile, nobis præſertim, qui uix nati uitã amittimus. Pli. hæc oĩa fabuluſa eſſe, & ex errore annorum proueniſſe, quos alii ſex menſium, alii trium conſtituiſſent, dixit Leonar. Are. in tranſlatione baſilii, ego, inquit ſiue quis Tironi ſenectutem, ſiue uiuaciſſimi apud noſtros Mathuſalem, qui mille annos minus triginta dicitur uixiſſe &c.

ASCENSIVS.

HELLANICVS uero ait, quoſdam ex gente Epiorum, quæ eſt pars Aetoliæ (Sunt autem, qui ut Oliuer. Epiperorum legant, ſed quia omnia inuerſa ſunt, nos quantum poſſumus

meliorem

meliorem ſequimur lectionem) explere annos.ſ.uitæ, ducẽtos, & Damiates, ſeu, ut alii ſcribunt Damaſtes ſubſcribit.i.ſuffragatur & aſſentitur eidem, affirmãs hoc amplius, quendam Litoriũ ex his maximarũ uiriũ, & ſtaturæ ꝑcipuę, cumulaſſe annũ.ſ.uitę trecenteſimum. THEOPHILVS. EPIPORVM. Plinius, & Hermolaus Epeorũ legit. Litoriũ Hermolaus apud Pliniũ, plectoreũ. ſunt qui clitoriũ malũt utrobiq̃.

DE DANDONE QVODAM.

Alexander vero in eo volumine, quod de Illyrico tractu compoſuit, affirmat Dandonem quendam ad quingenteſimum vſq̃ annum nulla ex parte ſeneſcentem proceſſiſſe. Sed multo liberalius Xenophon, cuius περὶ γήρως legitur. Is.n. latinorũ regẽ octingentis vitę annis donauit: ac ne pater eius parũ benigne acceptus videretur, ei quoq̃ ſexcentos aſſignauit annos.

OLIVERIVS. ALEXANDER. Alexander cõpoſuit librum de lõgitudine maris Illyrici, in quo præter cætera memoratu digna illud etiam refert, Dãdon, quidam ad quingentorũ annorũ ętatẽ ſine ſenectute perueniſſe, q̃a in ea ætate ſeneſcere non uidebatur, nullis animi, & corporis uiribus debilitatus. De tractu illirico. Q uãtum extendit̃ illiricũ mare. Nulla ex parte ſeneſcentẽ. Neq̃ animi neq̃ corporis uiribus deficientem, nõ ſapientia, non memoria carentẽ, quæ ſenectutis uitia eſſe ſolẽt. Sed multo liberior. Cõplures fuerint Xenophõtes, dubitari poſſet hoc loco, de quo potiſſimũ dicat, ſed facile conſicitur de Xenophonte Atheniensi philoſopho dici Socratis diſcipulo, q̃ primus oium philoſophorũ hiſtoriã ſcripſit, de quo ſupra ſatis dictũ eſt. Et Cic. lib. de ſenectu. Cyrus inquit, apud Xenophontem in eo ſermone, quem moriens habuit, cum admodum ſenex eſſet, negauit ſe nunquam ſenſiſſe ſenectutem ſuam imbecilliorem factam, quam fuiſſet in adoleſcentia. hic igitur in hiſtoriis ſuis liberalior fuit in præſtanda hominibus uitæ longitudine, non enim dubitauit ſcribere latinorum regem, cuius nomen Valerius non poſuit. octingentos uixiſſe annos, eiuſq̃ patrem ſexcentos lib. περὶ γήρως, hoc eſt de ſenectute. ASCENSIVS. ALEXANDER uero hiſtoriographus, & coſmographus affirmat in eo uolumine, quod cõpoſuit de tractu Illyrico, quendam Dandona, ſeu Dãdonem proceſſiſſe uſq̃ ad annum quingenteſimum nulla ex parte ſeneſcentem.i. ſenio debilitatum, aut immutatũ. Sed Xenophon.ſ. Athenien. multo liberius ſup. mentitus eſt, aut ſcripſit, aut multo liberalius, id eſt largius dedit uitę humanę. cuius, ſcilicet Xenophontis opus ſup. aut liber, περὶ γήρως, id eſt de ſenectute legitur. Is enim donauit (propter hoc uerbum legam liberalius, aut liberalior ſup. fuit) regem latinorum octingẽtis, ideſt octies centum annis uitæ, at ne pater eius .i. dicti regis uideretur acceptus .ſ. a Xenophonte parum benigne, aſſignauit quoq̃ ei ſexcentos annos, hoc autem dicit autor cũ riſu quodam fabuloſam uidelicet exiſtimans talem uitam. Neq̃ tamen illis ſubſcripſerim, qui Matuſalem, aut alterius in Biblia noſtra commemorati, annos ad ſpatium trimeſtre reuocant, nã non eſt ueroſimile eundem autorem uidelicet Moſem, in uno, eodemq̃ opere, uarias anni rationes fuiſſe ſecutum, at de ſolaribus annis, qui. xii. ſunt menſium locutum eſſe conſtat, cum dicat. Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit Reu, uixitq̃ Phalech poſtquam genuit Reu ducentis nouem annis, & genuit filios, & filias & cętera. ubi ſi de iiſdem annis loquitur, non eſt dubium de magnis loqui. nam ſi de trimeſtribus loquatur Phalech fuerit duntaxat octo annorum, & ſex menſium cũ genuerit, quod ex aliis quoq̃ multis coniicere licet. Mirabilem etiam uitam Ioannis de temporibus memorat Gaguinus in cõpendio hiſto. Gallicanæ.

Anni de q̃bus fit mẽtio in ueteri teſtamento ſolares fuerunt.

THEOPHILVS. LATINORVM. Plinius hiſtor. natu. vii. Xenophon imperium Pultinorum inſulæ octingentis, atque ut patet mentitus filium eius ſexcentis ait uixiſſe. quidam Valerii codices habent etiam Laminorum.

DE CVPIDITATE GLORIAE.
CAPVT XV.

Gloria vero vnde oriatur, aut cuius ſit habitus, aut qua ratione debeat cõparari, & an melius a virtute, velut nõ neceſſaria negligatur: viderint ii, quorum in contẽplandis huiuſmodi rebus cura teritur: quibuſq̃ etiã quæ prudenter animaduerterunt facunde contigit eloqui. Ego in hoc ope factis autores, & autoribus facta ſua reddere contentus, quãta cupiditas eius eſſe ſoleat: ꝓpriis exemplis demonſtrare conabor.

OLIVERIVS. Gloria uero. Scripturus de cupiditate gloriæ, eius diffinitionem, & originem, & habitum, & modum prætermittere uelle dicit, quoniam id magis philoſophorum ſit, quam ſcriptorum. philoſophi enim de rebus diſputantes, ab earum. ſemper diffinitione incipiunt, quia omnis, quæ a ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet a diffinitione proficiſci, ut intelligatur quid ſit illud, de quo diſputatur, ſcriptores uerores geſtas dictis illuſtrare, ac celebrare ſuis, & factis autores, & autoribus facta reddere contenti ſunt, itaq̃ gloriæ diffinitione prætermiſſa, tantum eorum exempla ſubiungit, qui eius cupidi fuiſſe uideantur. Gloria uero, ut a multis diffinitur, eſt frequens fama cum laude, quã Cice. tribus rebus conſtare dicit. Si diligit multitudo, ſi fidẽ habet, ſi cũ admiratione quaſdam honore dignos putet. Vnde oriatur. An a magnitudine animi an ab ambitione. Cuius ſit habitus. Electiuus, an contemptiuus. nam ſi ab ambitione proficiſcitur uitium eſt, & tunc habitus eſt cõtemptiuus, ſi ab animi magnitudine, uirtus, & tunc eſt habitus electiuus. Aut qua ratione debeat comparari. An rebus bellicis an domeſticis. nam ex rerum publicarum adminiſtratione, uel ex bellis gerendis uel ex ſtudiis literarum gloria comparatur. Socrates uero dicere ſolebat, uiam ad gloriam proximam eſſe, & quaſi compendiariam, ſi quis id ageret, ut qualis haberi uellet, talis eſſet. An melius a uirtute negligatur. Sicut non nulli philoſophi præcepta de contemnenda gloria tradiderunt cum ipſi tamen appetiſſe gloriam maxime uiſi ſint, quia teſte Cice. trahimur omnes ſtudio laudis, & optimus quiſq̃ maxime gloria ducitur. Et illi ipſi philoſophi, libellis illis, quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomẽ ſuum inſcribunt, in eo ipſo, in quo prædicationem nobilitatemq̃ deſpiciunt, prædicari ſe, & nominari uolunt. ſed eſt fortis, & magnanimi uiri gloriam non appetere, & ſola ſuorum, recte factorum conſcientia contentos eſſe. nam ſæpe uiris maior gloria ſpreta redit. Q uaſi non neceſſaria. quia ſatis ſit conſcientia recte factorum in contemplandi eiuſmodi rebus. Philoſophi origines uitiorum atq̃ uirtutum, & uniuſcuiuſq̃ habitum diligenter inquirunt. Animaduerterunt. Viderunt hi qui prudenti cogitatione ſunt aſſecuti, & illud diſerte uerbis tradere poſſunt, & ita ſuum meritum extenuat Valerius cum ſe neq̃ ſapiẽtem, neq̃ profiteatur eloquentem. Factis autores. Q uoties res geſtæ memoriæ produntur, tunc autores factis, & autoribus facta redduntur, quia, & quæ fuerint & a quibus facta dicere ſolent. immo res geſtę ſine earum autoribus memorari ferme nõ poſſunt.

Socrates philoſophus

ASCENSIVS. GLORIA uero, aut unde oriatur, aut cuius habitus ſit.i. utrum uirtutis, an uitii, uel an electiuus, an contemptiuus, ſeu eligibilis, aut contemptibilis, aut qua ratione.i. uia & modo debeat comparari.i. acquiri, & an melius negligatur, a uirtute.i. homine ſtudioſo uirtutis. quaſi non neceſſaria .ſ. ad aſſecutionẽ ueræ uirtutis. uiderint.i. permitto, ut uideant. (eſt enim uerbum conceſſiui modi) ii, id eſt quorum cura teritur .i. abſumitur in hmõi rebus contemplandis.i. ſpeculatione talium rerum, quibuſq̃.i. & quibus cõtigit.i. datum eſt etiam eloquendi facunde, quę animaduerterũt.i. conſiderauerũt, & excogitauerunt (quæ res neceſſaria eſt ad traditionem debitam, unde contẽnendi qui hanc partem contemnunt) Ego contentus in hoc opere reddere ideſt aſſignare factis, ideſt rebus geſtis autores, ſcilicet, qui eas fecerunt: & autoribus facta ſua, conabor demonſtrare exemplis propriis, ideſt aptis, quanta cupiditas eius.ſ. gloriæ ſoleat eſſe.

DE SVPERIORE AFRICANO.

Superior Africanus Ennii poetæ effigiem in monimentis Corneliæ gentis collocari voluit, ꝙ ingenio eius opera ſua illuſtrata iudicaret: non quidem ignarus q̄diu Romanum imperiū floreret, & Africa Italiæ pedibus eſſet ſubiecta, totiuſq; terrarum orbis ſummum culmen arx capitolina poſſideret, eorum extingui memoriam non poſſe: ſi tamen illis literarū quoq; lumen acceſſiſſet, magni æſtimans. Vir homerico, q̄ rudi, atq; impolito præconio dignior.

DE DECIO BRVTO.

Similiter honoratus animus erga poetam Acciū, Decii Bruti ſuis temporibus clari ducis extitit: cuius familiari cultu, & prompta laudatione delectatus, eius verſibus templorum aditus, quæ ex manubiis conſecrauerat, adornauit.

DE POMPEIO MAGNO.

Ne Pompeius quidē magnus ab hoc affectu gloriæ auerſus: qui Theophanem Mitylenæum ſcriptorem rerum ſuarum in concione militum ciuitate donauit: beneficium per ſe amplum, accurata etiā & teſtata oratione pſecutus. Quo effectum eſt, vt nequis dubitaret, quin referret potius gratiam, q̄ inchoaret.

DE LVCIO SYLLA.

Lucius autē Sylla, & ſi ad neminē ſcriptorum animum direxit, tamen Iugurtha a Bocco rege, ad Marium perducto, totam ſibi laudem cupide aſſeruit: vt anulo, quo ſignatorio vtebatur, ſcalptam illam traditionem haberet: & quantus poſtea? ne minimum quidem gloriæ veſtigium contempſit.

OLIVERIVS.

SVPERIOR Africanus. Quod inſita ſit hominibus gloriæ naturalis quędam appetitio, ex his exemplis facile cognoſci poteſt. cum Scip. Afri. ſuperior, qui Hannibalem ex Italia retraxit, qui Carthaginem Ro. tributariam reddidit, ſciret tātam eſſe magnitudinem rerum ſuarum, ut dū Romanū ſtaret impium, earum memoria nulla uetuſtate poſſet aboleri, uoluit tamen inter Cor. gentis monumenta locari poetam Enniū ꝙ ſua geſta fuiſſent illius carminibus comprehēſa, quaſi literarū immortalitati cōmēdata. de quo Cic. in oratione ꝑ Archia poeta. Charus īgt fuit Africano ſuperiori noſter Ennius. Itaque etiam in ſepulchro Scip. putatur is eſſe conſtitutus, & marmoreus laudibus. Pli. li. vii. Prior, inquit, Afri. Q. Ennii ſtatuam ſepulchro imponi ſuo iuſſit, clarumq; illud nomen, immo uero ſpolium, ex tertia orbis parte raptum in cinere ſupremo cum poetæ titulo legi. Monumentis. to ſepulchris, ut ſupra Ci. uel inter ſtatuas, & titulos. Nam monumenta dicuntur ſepulchra, hiſtorię, annales interdum, hoc autem fecit Scip. qa gloriæ nimia cupiditate flagrabat. Summum columen. Suſtētaculum. Capitolium enim arx fuit Romanæ urbis, quæ totius orbis terrarum aliquando poſſedit imperium. Vir homerico. Dignus, inquit, fuerat Scipio, q potius Homeri, quā Ennii, aut alterius inepti poetę carminibus decantaretur.

Scipio glorię cupidus.

ASCENSIVS.

SVPERIOR Africanus. Scipio maior Carthaginis domitor uoluit effigiē, id eſt imaginem ad uiuum expreſſam, Ennii poetæ collocari in monumentis id eſt rebus memoratiuis, & ſepulchris ad memoriā ſeruandam extructis, gentis Cor. hoc eſt ſuæ, ꝙ. i. quia, iudicaret opera ſua illuſtrata ingenio eius .ſ. Ennii poetæ non quidem ignarus, id eſt qui Afric. non ignorauit quandiu imperium Romanum floreret, & Africa eſſet ſubiecta pedibus Italiæ, & arx capitolina poſſideret ſummum culmen, id eſt principatum totius orbis terrarum memoriam eorum, ſcilicet monumentorum Cor. gentis non poſſe extingui idest deleri penitus. tamen æſtimans magni, ſi lumen quoq; literarum acceſſiſſet, id eſt additum eſſet illis, ſcilicet monumentis gentis ſuæ, ens ſupple aut exiſtens uir dignior præconio homerico, id eſt qui ab Homero excellentiſſimo poetarum laudaretur ut Achilles olim, q̄ præconio rudi, & impolito, quale erat Ennii, qui ſententias bonas incultis uerbis inuoluiſſe dicitur, unde & Maro dixiſſe fertur, ſe aurum, aut lapillos ex ſtercore Enniano colligere, dum ſententias inde erueret.

OLIVERIVS.

SIMILITER. pari gloriæ Decius Brutus fuiſſe uidet. ꝙ Accium poetam ſimili honore uoluit decorare. Nam illius uerſus quibus ſua facta continebantur, in ueſtibulis tēplorum, quæ ex hoſtili prędā facienda curauerat, iuſſit impingi, ut illud opus Decii cura conditum fuiſſe cognoſceretur, Ci. in eadem oratione Decius, inquit, Bru. ſummus uis & imperator, Accii amiciſſimi ſui carminibus templorum ac monumentorum aditus exornauit ſuorum. illud etiā ad huius hominis gloriæ cupiditatē ſpectare uidetur, ꝙ gladiatorū munus in honorē patris ſui defuncti primus ædidit Romæ, ut diximus in capite de inſtitutis. Similiter honoratus. quia non alio Decius Brutus Accium, q̄ Ennium Sci. fuerat honore proſecutus. Prompta laudatione. quia Brutum carminibus commendauerat, qua commendatione, quia prompta eſſe uidebatur, maxime delectatus eſt Brutus. Ex ſuis manubiis. Manubiæ dicuntur hoſtium ſpolia, ſed propriæ ſunt pecuniæ ex uenditione prædæ recuperatæ.

Brutus glorię cupidus.

ASCENSIVS.

SIMILITER &c. Animus Decii Bruti ducis clari ſuis temporibus, extitit honoratus. i. honore affectus (quia honor eſt in honorante) ſimiliter erga Acciū poetam, cuius .ſ. Accii cultu familiari, qa frequēs, tanq̄ cliēs domi eius fuerat, & laudatione prōpta. i. prōpto animo exhibita, delectatus, adornauit aditus .i. ueſtibula templorū, quæ .ſ. templa ipſe Brutus cōſecrauerat. i. diis conſtructa dicauerat, ex manubiis. i. parte prædę duci competēte uerſibus. i. carminibus, eius, ſcilicet Accii poetæ.

OLIVERIVS.

NE Pompeius quidem magnus ab hoc affectu gloriæ. Neq; Pompeius diſſimulauit ſe glorię cupiditate affectū eſſe qui Theophanem Mitylenęū, q ſuas res geſtas memorię prodidiſſet, nō ſolum Romana ciuitate donaret, ſed illum accurata quoq; oratione, in concione laudarit, quod & Ci. in eadē quā diximus oratione teſtatur dicit enim, quod noſter hic magnus, qui cū uirtute fortunā adæquauit, nōne tūc Theophanem Mitylenæum ſcriptorem rerum ſuarū in concione militum ciuitate donauit, & nō ſolum illi fortes uiri, ſed ruſtici, ac milites dulcedine quadam gloriæ cōmoti, quaſi participes eiuſdem laudis magno illum clamore approbarunt ſ. Ab hoc affectu gloriæ auerſus. qui Theophanem Mitylenæū, ab hac cupiditate. eſt enim cupiditas affectus, & paſſio quędam animi noſtri. Referret potius gratia. quaſi illi plurimum deberet, ꝙ res ſuas literarum monumentis tradidiſſet.

Mitylenęus Pōpeio carus.

ASCENSIVS.

NE quidem. I. non etiam, aut non ſaltem Pomp. magnus fuit auerſus. i. alienus, aut abhorrens ab hoc affectu gloriæ, qui donarit ciuitate. i. ciuem Roma. fecerit in concione militum. i. oratione, quam habuit ad milites, Theophanem Mitylenæum ſcriptorem rerum ſuarum id eſt a ſe hoc eſt Pomp. geſtarum, & proſecutus eſt oratione accurata etiam, & atteſtata. i. publice fatente hoc nomine ipſum ciuitate donatum, beneficium. ſ. donationis ciuitatis, amplum. i. magnificum per ſe. i. ſine adiectione elogii, aut teſtationis alicuius. Quo. i. per quam atteſtationem effectū eſt, ut ne qs, id eſt nullus dubitaret, quin ſcilicet Pompeius referret potius gratiam, ſcilicet debitam, quā inchoaret, id eſt iniret nouam.

OLIVERIVS.

LVCIVS autem Syl. Et ſi nullum ſuis rebus geſtis ſcriptorem adhibuit Sylla, quo maxime ſit delectatus, animi ſui tamen affectum, gloriæq; cupiditatem eo facile modo indicauit, quod anulo ſuo, quo tabellas obſignare conſuerat, Iugurtham captū inſculpſerat, quāquam non ſuis, ſed Marii conſiliis, & auſpiciis captus fuiſſet, ſuo tamen conſilio, atq; prudentia. nota eſt hiſto. apud Salluſt. de bello Iugurthino, diffiſus enim uiribus ſuis Iugurtha

Sylla gloriæ cupidus.

DE SCIPIONE, ET QVODAM EQVITE.

Atq; vt imperatoribus glorioſum militis ſpiritum ſubnectam Scipionem, dona militaria iis qui ſtrenuam operam ediderant, diuidentem, T. Labienus, vt forti equiti aureas armillas tribueret, admonuit: eoq; ſe negante id facturum, ne caſtrenſis honos in eo, qui paulo ante ſeruiſſet, violaretur: ipſe ex præda Gallica aurũ equiti largitus eſt: nec tacite id Scipio tulit: nam equiti habebis, inquit, donum viri diuitis: quod vbi ille accepit, proiecto ante pedes Labieni auro vultum demiſit. Idem vt audiuit Scipionem dicentem, Imperator te argẽteis armillis donat alacer gaudio abiit. Nulla eſt ergo tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur: illa vero & a claris uiris interdum ex humillimis rebus petita eſt.

DE Q. FABIO.

Nam quid ſibi voluit Caius Fabius nobiliſſimus ciuis? qui cum in æde Salutis, quam C. Iunius Bubulcus dedicauerat, parietes pinxiſſet, nomen his ſuum inſcripſit. Id enim demum ornamenti familiæ conſularibus, & ſacerdotiis, & triumphis celeberrimę deerat: cæterum ſordido ſtudio deditum ingenium, qualemcunq; illum laborem ſuum ſilentio obliterari noluit: videlicet Phidiæ ſecutus exemplum, qui clypeo Mineruæ effigiem ſuam incluſit: qua conuulſa, tota operis colligatio ſolueretur.

gurtha ad Bocchi Getulorum regis generi ſui fidem, opeſq; cõfugit, a quo uiolata fide per proditionem Rom. autore Sylla traditus fuit. Anulo ſi. Quo ad ſigillandas tabelles utebatur. nam in eo Iugurthæ traditionem habebat inſculptam. Quantus po. Eius deinde quæ ſecuta eſt magnitudo, facile declarat auiditatem gloriæ. nam niſi gloria fuiſſet accenſus, res tantas gerendas non ſuſcepiſſet, ut rerum omniũ ipſe ſolus potiretur. Aſſeruit. Vẽdicauit, attribuit, a ſcripſit. ASCENSIVS.

☞ LVCIVS autem Syll. & ſi id eſt q̃q̃ ad neminem. I. ad ullum non direxit animum ad ullum ſcriptorem, tamen Iugurtha rege Numidiæ perducto a Boccho rege Mauritanię, ad Marium. ſ. imperatorẽ, cuius legatum Sylla agebat, aſſeruit, addixit, & attribuit cuspide ſibi totam laudem ita ſup. ut haberet illam traditionem, ſ. Iugurthæ a Boccho, ſculptã ſup. i anulo, quo utebat̃ ſignatorio. i. ut dicunt pro ſignato. Et quãtus ſup. fuit poſtea q. d. maximus euaſit, & tamen ne minimum quidem ueſtigium gloriæ contempſit, hoc eſt qui ab incremento primo amplitudinis ſuæ ſi gloriam captauit nunquã deinceps etiã uir maximus effectus, eandẽ contẽpſit. OLIVERIVS.

☞ ATQVE ut imp. Vis gloriæ tanta eſt, ut humilia etiam penetrat̃ pectora poſſit. nemo ferme eſt tam humilis, qui non huius dulcedine capiatur. In Scip. exercitu miles bello Numantino opera ſua reip. fideliter, ſtrenueq; nauata, maluit ab imperatore argenteis armillis, q̃ aureis a legato donari, quod hæ utiles, ille uero glorioſæ ſibi forent. non auaritia potuit peruertere gloriam, ut cum Labienus legatus, qui ſtrenua huius militis opera fuerat uſus, Imperatori dixiſſet, aureis armillis militem, ut donaret, idq; Scip. negaſſet, & Labienus e ſuis qua ſibi ex Gallica p̃da cõtigerãt, duas illi dediſſet, ubi primũ audiuit imperatorem dicentem habes diuitis hominis donum, ſtatim illas ante legati pedes proiecerit, triſtiſq; diſceſſerit, acceptis deinde argenteis ab imperatore, cum ſumma lætitia inde abiit, quaſi non armillas, ſed gloriam ſui laboris præmium recepiſſet. Dona mi. Quibus imperatores parta uictoria milites ſuos pro eiuſq; meritis, & uirtute donabant. ad excitandam enim in animis hominum uirtutem, ſapientiſſimi imperatores Rom. apud quos armorum, q; imperii gloria fuit, uariis donis ſuos milites, qui pro repu. fortiter pugnaſſent, donare conſueuerant, armillis haſtis, equis, coronis militaribus, aliiſq; muneribus, quibus cęteri ad laudis ſtudium, & gloriæ cupiditatem incendebantur. Armillas aureas. Ornamenta ſiniſtrarum, quibus Sabini, Galliq; præcipue utebantur. Caſtrenſis ho. Qui detur militibus honos bene de rep. meritis. eſt autem pręmium uirtutis honos, quo aluntur artes non ſolum militares, ſed etiam urbanæ. Non tacite tulit. Tacere non potuit Scip. ubi uidit a Labieno datas armillas eſſe militi. Vultum demi. Quod pudoris ſiue triſtitiæ ſignum fuit. Nulla tam. Sententia generalis, & huic loco accommodata, nemo eſt tam abiectæ conditionis, quem gloriæ dulcedo non demulceat. Illa uero. Non mirum eſt, ſi humilis fortunæ uiri gloriæ cupiditate tanguntur, cum eam clariſſimi uiri in rebus etiam paruis, & abiectis quæſiſſe uideantur.

Gloria apud militem pluris quàm aurum

ASCENSIVS.

☞ ATQVE ut ſubnectam imperatoribus ſpiritum. i. animum militis glorioſum, id eſt gloriæ affectatorem, Tib. Labienus admonuit Scip. ſcilicet Numantinum diuidentem dona militaria iis, qui ediderant ſtrenuam operam, ſcilicet in re bellica aduerſus hoſtes, ut tribueret equiti, ſcilicet cuidam forti, ſed humili licet ſtrenuo, armillas, id eſt ornamenta brachiorũ aureas, & eo, ſcilicet Scip. Impe. negante, ſe facturum id, ne honos caſtrenſis uiolaretur, id eſt corrumperetur, & ita minoris poſtea haberetur in eo, id eſt ſi conferatur in eum, qui ſeruiſſet, ideſt ſeruus fuiſſet paulo ante, ipſe, ſcilicet Labie. largitus eſt equiti aurum, unde, ſcilicet armillę fierent ex preda Gallica, id eſt, ex ea portione, quam obtinuerat Labienus, ut legatus ex prę da Gallis direpta. Nec Scip. tulit id tacite, id eſt diſſimulanter Nam inquit, equiti tu habebis donum uiri diuitis uidelicet armillas aureas, quas ut priuatus dederat Labienus. quod. ſ. dictum ubi ille. ſ. eques accepit. i. intellexit (aut quod aurũ ubi ille accepit, ſed prior expoſitio melior eſt) demiſit uultũ. ſ. in ſignum indignationis, auro proiecto ante pedes Labie. Idem. ſ. eques, ut. i. poſtq̃ audiuit Scipionem dicentem imperator donat te armillis argenteis, abiit alacer gaudio. i. prę gaudio. Ergo nulla humilitas, id eſt abiectio conditionis, & ſtatus eſt tanta, quæ non tangatur dulcedine gloriæ. Vero, id eſt ſed illa. ſ. gloria petita eſt interdum. & . i. etiam a uiris claris ex rebus humilibus, ut ſequentia declarãt, unde eſt quaſi quædam paraſceue ad membrum nouum huius tituli.

OLIVERIVS.

☞ NAM M. Fabius pictor rebus geſtis, & genere clarus, uir Patricius, cum in æde Salutis, quam Iunius Bubulcus ex uoto dedicaſſet parietes ſuis manibus egregia pictura exornaſſet nomen ſuum uoluit inſcribere, ut quamuis clara eſſet Fabiorum domus multis illuſtribus uiris, qui conſules augures, prętores imperatoreſq; fuiſſent, hoc tamẽ ad glorię conſummationẽ accedere uoluit, ut ſui ingenii obliterari memoria non poſſet. Nomen ſuum. ut C. Fab. hoc opus depinxit. Sacerdotis. Nam ex Fabiis quidem fuere pontifices, augures, flamines. Sordido ſtudio. ideo ſuum nomẽ inſcripſit picturę, ne illius artis, quantulacunq; foret gloria ex hominum memoria laberetur. ſordido autem dixit, q̃a ſtudium omne quod quæſtus gratia ſuſcipitur ut pictura ſordidum dicitur, & illiberale. Videlicet ſecutus. ita domeſticis externa ſubiũgit, ut tranſitum nullum facere uideatur. ideo inquit, Fab. nomen ſuum picturę uoluit inſcribere, ut Phidiæ ſequeretur exemplum, qui cum nomen ſuum in Mineruæ ſimulachro, quod finxerat Athenis, inſcribere non liceret, imaginem ſuam finxit clypeo, quæ aliter euelli non poterat, niſi totum opus ſolueretur. Cic. Tuſc. quæſt. lib. i. Quid enim Phidias ſui ſimilem ſpeciem incluſit in clypeo Mineruæ, cum inſcribere non liceret. de hoc Phidia diximus in cap. de fiducia libr. iii. q̃q̃ multo plura dici poſſent quæ apud Pli. aliosq; autores leguntur ea tamen a nobis referuntur, quæ propoſito noſtro conueniunt. Tota colligatio ſolueretur. Tota operis compoſitio deſtrueretur.

Iunius Bubulcus

Picturæ ſtudium ſordidũ dicitur

ASCENSIVS.

☞ NAM quid, Q. Fab. ſ. pictor ciuis nobiliſſimus, uoluit ſibi? qui cum pinxiſſet parietes in ęde Salutis, q̃. ſ. ędem C. Iunius Bubulcus dedicauerat, inſcripſit his nomen ſuum. Enim. i. quia, id demũ. i. ſolũ deerat familię celeberrimę. i. clariſſimę cõſulatibus & ſacerdotiis, & triũphis. Cęterũ. i. ſed ingeniũ ſup. eius deditum ſtudio ſordido. i. humili, & uili, reſpectu bellicæ gloriæ, aut reip.

administrationi, utpote arti pingendi, noluit illum laborem ſuũ qualẽcunq; obliterari.i.deleri ſilentio.i.propter ſilentium. Videlicet continuo narrat rem, & continuato ſtilo connectit externa domeſticis dicens. Videlicet.i.uidere licet.cur.ſ.Fabius id fecerit, q̃a ſecutus exẽplũ Phidiæ optimi ſtatuarii apud Athenas, qui incluſit clypeo Mineruę a ſe ſculptę, effigiẽ ſuã.i.ꝓpriam, hoc eſt ipſius Phidię qua.ſ. effigie ſua cõuulſa, tota colligatio operis ſolueret, & ita in uidis ꝑripuit facultatẽ imaginis ſuę tollẽdæ e clypeo.

EXTERNA.

DE THEMISTOCLE.

Sed melius aliquanto, ſi imitatione aliena capiebatur, Themiſtoclis ardorem eſſet æmulatus: quem ferunt ſtimulis virtutum agitatum, & ob id noctes inquietas exigentem, quęrentibus quid ita eo tempore in publico verſaretur, reſpondiſſe, quia me trophæa Miltiadis, de ſomno excitant. Marathon nimirum animũ eius, & Arthemiſium, & Salamis naualis gloriæ fertilia nomina illuſtranda tacitis facibus incitabant. Idem theatrum petens, cũ interrogaretur, cuius vox auditu illi futura eſſet gratiſſima, dixit, eius a quo artes meæ optime canerentur, dulcedini gloriæ pene adiecit gloriam.

DE ALEXANDRO REGE.

Nã Alexandri pectus inſatiabile laudis: qui Anaxarcho comiti ſuo ex autoritate Democriti præceptoris innumerabiles mundos eſſe referenti, Heu me (inquit) miſerum, ꝙ nec vno quidem adhuc ſum potitus. Anguſta homini poſſeſſio gloriæ fuit, quæ deorum omnium domicilio ſufficit.

OLIVERIVS.

SED melius aliquanto. Aemulus Themiſtocles alienæ gloriæ, ſtimulis quibuſdam ueluti furoribus agitabatur, eius aliqua ratione conſequendæ, ut ea niſi parta, dies, atq; noctes conquieſcere non poſſet. cum igitur nocte in publicũ ſępius prodiret, cogitabũduſq; uerſaretur in foro, deãbulans ĩterrogatus, quid id ita faceret quia me, inquit, Miltiadis trophęa de ſomno excitant. Cic. Tuſ.quæſt.li.iii. ſiue q̃one.iiii. Noctu, inquit, ambulabat ĩ publico Themiſtocles, ꝙ ſomnũ capere nõ poſſet. quærẽtibuſq; reſpõdebat, Miltiadis trophęis ſe a ſomno ſuſcitari. cogitabat.n.quomodo Miltiadis gloriã poſſet adæquare, uel etiã ſuperare, q ut diximus ſupra in.c. de ingratis, & de pietate, Artaphernem, & Oatim Darii Perſarum regis præfectos, qui cũ centum millibus peditũ, & decẽ millibus equitũ in Græciã uenerãt aduerſus Athenıẽſes, ipſe cum.x. millibus armatis conſilio, & uirtute ſua ſuperauit in cãpis Marathonis, qua uictoria excitatus ad uirtutẽ Themiſtocles, paulopoſt Arthemiſiũ, & Salaminam glorioſiſſima uictoria nobilitauit, ut ſupra diximus in cap. de ingra. nã cum cæteri exiſtimarẽt a barbaris in Marathone re male geſta bellum, ſe in poſterum ſuſtuliſſe, Themiſtocles eam rem maiorẽ certaminũ, initiũ ducebat eſſe, ad eaq; obeunda pro Gręcia uniuerſa, ſe tanq̃ in palęſtram unxit, aſſidueq; ciuitatem exercuit, q̃ longiſſime futura proſpiciẽs. Aemulatus. Imitatus. eſt autẽ æmulatio duplex teſte Ci. Tuſ. quæſt.iiii. Dicit.n. æmulatio autem dupliciter illa quidem dicitur, ut eſt in laude, & in uitio nomen hoc ſit. nam & imitatio uirtutis ęmulatio dicitur, ſed ea nihil hoc loco utimur, eſt.n. laudis, & eſt æmulatio ægritudo, ſi eo quod cõcupierit, alius potiatur, ipſe careat. Stimulis. irritamentis. Marathon. Maratonia pugna, quæ magna fuit Miltiadis gloria. Arthemiſium, & Salamina. Duo Græciæ loca a Themiſtocle nobiſitata, illa glorioſa, & ꝓpe incredibili pugna nauali, qua Xerxem, qui totam ferme Aſiam in Græcia deportauerat eo conſilio ſuperauit, & in patriam turpiter refugere coegit, ut non ſe uictum, ſed a Themiſtocle conſeruatum fuiſſe exiſtimaret. De Salamina, diximus alio loco. Arthemiſius uero, ut quidã dicunt, mons eſt Archadiæ ab herba illic abundante, quę ſic denominat̃, dictus. Tacitis fa. Secretis ſtimulis, & ardoribus, incitabatur.n. æmulationę Miltiadis ad ea loca aliquo modo illuſtranda, quæ demum copioſa facta ſunt naualis pugnæ.

Aemulatio duplex

Idẽ theatrũ. Non diſſimulauit hoc loco Themiſtocles, ſe nimiũ gloriæ cupidũ eſſe, cũ interrogãtibus, quę illi uox gratiſſima foret. reſpõdit eius, a quo ſuæ laudes exponerentur. Cic. in oratione pro Archia poeta. Themiſtoclẽ illum ſummum Athenis uirum dixiſſe aiunt, cum eo quęreretur, qđ ἀκρόαμα, aut cuius uocem libentiſſime audiret, eius, a quo ſua uirtus optime prædicaretur, reſpondit.

ASCENSIVS.

SED ſup. Fab. pictor capiebat̃ imitatione aliena, id eſt ſi uolebat aliquem imitari, cuius autoritate fulciretur, ęmulatus eſſet melius aliquanto ardorem, id eſt uehementem affectionem gloriæ Themi. ducis Athenien. quem, ſcilicet Themiſtoclem, ferunt .ſ. hiſtoriographi, agitatum ſtimulis uirtutum, & ob id exigentem.i. tranſigentẽ noctes inquietas, reſpondiſſe quærẽtibus quid ita.i. cur ſic eo tẽpore uerſaretur in pub.ſ. loco, aut itinere, quia trophęa Miltiadis.i. q̃ clariſſimus Miltiades de hoſtibus tulerat, excitant me de ſomno. Nimirum.i. haud dubie, Marathon campus uictoria Miltiadis, & Arthemiſium, & Salamis.i. loca in Græcia iuxta Arthemiſium, & Salamina noſa fertilia gloriæ naualis.i. ex nauali pugna pariendæ, illuſtranda.ſ. tempore futuro, incitabãt animum eius .ſ. Themiſtoclis facibus tacitis.i. occultis & iam tum animo conceptis, nec dum editis Quæras enim quomodo Marathõ eum incitabat, ubi nihil actũ erat, & quomodo cætera duo loca ubi adhuc nihil egerat? Sed de Marathone dicam, ꝙ per æmulationem incitabat & de cęteris, ꝙ per ſpẽ præcõceptæ uictoriæ, eſt tamen ſatis obſcure dictum. Idem.ſ. Themiſtocles petens theatrũ.i. ſpectaculum ludorum ſcenicorũ cum interrogaretur, cuius uox eſſet futura illi gratiſſima auditu.i. ad audiendum, dixit ſup. uox eius, a quo artes meę, hoc eſt peritiæ in re militari, & rep. gubernanda canerentur optimæ.q.d. qui me maxime laudauerit, & ita pene.i. q̃ſi adiecit dulcedini glorię gloriam, hoc eſt quaſi ex affectatione tantæ gloriæ gloriã aſſecutus eſt. q̃a glorioſum uiſum eſt, eſſe tam glorioſum.i. affectatorem glorię, aut ſic. Quia tantus uir palam profeſſus eſt, ſe gloriæ cupidum, ipſe adiecit pene dulcedini gloriæ gloriam, hoc eſt, ſua autoritate effecit, ut affici dulcedine gloriæ glorioſum duceretur. Alii leguni dulcedinem gloriæ pene adiecit glorioſam. ut ſit adiecit.i. addendo illud effecit pene dulcedinem gloriæ glorioſam.

OLIVERIVS.

NAM Alexandri. Dici non poteſt quanta gloriæ cupiditate flagraret Alexander. qui patris Philippi geſta ſe præſente, ut laudarentur, ęquo animo pati non poterat, quia nihil audire cupiebat præter id, quod ſuas laudes contineret. & dicente Anaxarcho comite ſuo, id quod acceperat a præceptore Democrito, plures eſſe mundos, uehementer ingemuit dicens, heu me miſerum, qui ne uno quidem adhuc ſum potitus. de quo Iuuena. in Saty. Omnibus in terris, Vnus pelleo iuueni non ſuffici torbis, id eſt Alex. a pella colonia Macedoniæ dicto, ubi recẽſebãtur equi a Philippo patre. Anaxarcho. De Anaxarcho dictum eſt in capit. de patientia. Mundos innu. Democriti ſententia iam exemplaui, ut inquit, ille quicquid ineſſe deductum eſt, locum habeat neceſſe eſt, quia ſine loco eſſe non poteſt. quod ſi locum habent innumerabiles mundi, aut eum locum oſtẽdat, aut illi non credam. Anguſta homini. Vere inquam inſatiabile fuit pectus Alexan. non enim illi ſufficiebat, qđ omnibus diis ſufficere poteſt.

ASCENSIVS.

NAM pectus Alexandri, ſcilicet magni ſupple fuit inſatiabile.i. inexplebile laudis. Qui inquit Anaxarcho comiti ſuo referenti, id eſt dicenti ex autoritate Democriti præceptoris, ſcilicet ſui, mundos eſſe innumerabiles, Heu me miſerum, quod ne quidem, id eſt non ſaltem uno. ſcilicet mundo ſum potitus adhuc. Poſſeſſio gloriæ, ſcilicet diffuſæ per hunc modum fuit anguſta homini, ſcilicet Alexandro (de quo Iuuena. Vnus pelleo iuueni non ſufficit orbis) quæ ſcilicet poſſeſſio ſufficit domicilio omnium deorum. uerum dii (ſi modo dii eſſent) non capiuntur loco, aut uerum deum, ſi mille eſſent mundi capere nequirent, uerum autor forte de diuis ſuis imperatoribus loquitur; quorum gloria in terris terminabatur.

Oliuerius.

DE ARISTOTELE PHILOSOPHO.

Regis & iuuenis flagrantiſſimæ cupiditati, ſimilem Ariſtotelis in capeſſenda laude ſitim ſubnectã. Is nanq; Theodecti diſcipulo oratoriæ artis libros, quos ederet, donauerat: moleſteq; poſtea ferens titulũ eorũ ſic alii ceſſiſſe: ꝓprio volumine quibuſdã rebus inſiſtens, planius ſibi de his in Theodectis libris dictũ eſſe adiecit. Niſi me tãtæ & tam late patentis ſcientiæ verecũdia teneret, dicerẽ dignũ philoſophum, cuius ſtabiliendi mores, altioris animi Philoſopho traderẽtur. Cæterũ gloria ne ab iis quidẽ, qui contẽptum eius introducere conantur, negligitur: qm̃ quidẽ ipſis voluminibus nomina ſua diligenter adiiciunt, vt quod profeſſione eleuant, vſurpatione memoriæ conſequantur. Sed qualiſcunq; horum diſſimulatio, propoſito illorum longe tolerabilior eſt: qui dum æternam memoriam aſſequerentur, etiam ſceleribus innoteſcere non dubitarunt.

DE PAVSANIA.

Quorum e numero neſcio an in primis Pauſanias debeat referri: nam cũ Hermoclẽ percontatus eſſet, quo nam modo ſubito clarus poſſet euadere: atq; is reſpõdiſſet: ſi illuſtrem virum aliquẽ occidiſſet, futurũ vt gloria eius ad ipſum redundaret: continuo Philippũ interemit: & quidã quod petierat aſſecutus eſt: tam enim ſe parricidio, q̃ Philippus virtute notum poſteris reddidit.

OLIVERIVS.

REGIS & iuuenis. Probat exẽplo Ariſto. qđ ab initio huius tractatus diximus, & ipſe paulo īfra dicturus, neminẽ eſſe, qui nõ laudis, & gloriæ cupiditate tãgatur. nã Ariſto. q Princeps philoſophorũ credit, & eorũ qui de cõtẽnenda gloria pcepta tradiderũt, ipſam gloriã uehemẽter appetiſſe uidet. Cũ eni artis oratoriæ libros ędidiſſet, eoſq; Theodecti diſcipulo ſibi gratiſſimo dono dediſſet, paulopoſt pœnituit eius laboris titulũ in alterius laudẽ, & gloriã eſſe cõuerſum. Itaq; ut illũ ſibi alia rõne uendicaret, in alio opere, ubi de arte oratoria ſibi dicẽdum erat, nolle ſe dicebat diutius illis rebus imorari, eo q in libris Theodectis de his plane ſatis diſputaſſet, non potuiſſet aptius animi ſui affectũ idicare. Et reg. & iuue. tolerabilior in Alex. tanta gloriæ ſitis, q̃ in Ariſto. fuiſſe ut. Alexan. enim & rex, & iuuenis erat, quorum utrũq; uix ſine cupiditate eſſe põt. Niſi me tãtæ, & tã late. Niſi me, ingt, tãti philoſophi autoritas deterreret, dicerẽ cõſtãtiorẽ philoſophũ Ariſto. fuiſſe tradẽdũ, a quo eius mores incõſtãtes corrigerent, cõfirmarenturq;. & eſt occupatio, color rhetoricus, cũ id maxime dicimus, qđ nos pręterire, aut neſcire, aut diſcere nolle ꝓfitemur. Cæterũ gloria. Hoc idẽ Cice. in orõne ꝓ Archia Poeta, ut ſupra diximus, & ipſi illi philoſophi, & illis libellis, quos de cõtemnenda gloria ſcribũt, ſuũ nomẽ inſcribunt, in eo ipſo in quo pdicationẽ, nobilitatẽq; deſpiciũt, pdicari de ſe nominariq; uolũt. ruſus in Tuſculanis qõni. quid noſtri philoſophi, nõne in libris, quos ſcribũt de cõtẽnẽda gloria noĩa ſua inſcribũt? Ergo philoſophi gloriã uerbis cõtẽnunt, re aũt cõcupiſcũt. Negligit. Verbis gloriã deprimũt, & inſectant, eius tñ ſtudioſi ſunt. Vſurpatione me. cõ. Ideo ſua noĩa libris inſcribunt, qa poſterorũ memoriæ ſe datũ iri uolũt, & hęc uſurpatio memoriæ ſibi laudẽ pariat. Sed qualiſcũq;. Ac ſi diceret, etiã ſi uituperanda ſit, tolerabilior tñ eſt, q̃ eorũ, qui peſſimo facinore illã ſibi uſurpare uoluerũt, qualis Pauſanias adoleſcens, q Philippũ Macedoniæ regẽ occidit, qualis ille q Epheſiæ Dianę tẽplũ incẽdit, cuius nomẽ nõ ponit. hi eni etiã ſceleribus ĩnoteſcere uoluerũt.

ASCENSIVS.

REGIS &c. Ego ſubnectã cupiditati. ſ. gloriæ flagrantiſſimę. i. ardẽtiſſimæ regis, & iuuenis. ſ. Alexãdri (utrũq; aũt ad cupiditatẽ facit, & q rex erat, cui oĩa uĩr licẽre, & q iuuenis, cui uideri ſolet, q oĩa poſſit) ſitim. i. affectionẽ, & deſideriũ Ariſto. ſimilẽ in capeſſenda. i. adeũda, aut captãda laude. Nãq; is. ſ. Ariſto. donauerat Theodecti diſcipulo libros artis oratoriæ, quos. ſ. libros Theodectes æderet. ſ. ſuo nomine tãquam a ſe cõpoſitos, & ferens poſtea moleſte ſup. ſe ceſſiſſe. i. cõceſſiſſe ſic. i. tã faciliter alii, q cũq; is fuiſſet, cũ tñ Theodectẽ eſſe ſcire, ſed nõ doluit ſingulariter, q Theodecti ſed cõiter, q alii ceſſerat titulũ. i. inſcriptionẽ eorũ inſiſtens, qbuſdã rebus. i. tractans quaſdam res ſup. in uolumine ꝓprio. i. ſuo noĩe ædito, adiecit dictũ eſſe ſibi. i. a ſe planius in libris Theodectis. i. quos Theodectes ediderat, licet ab Ariſt. eſſent cõpoſiti. Niſi (ingt autor) uerecũdiæ tãtæ, & tam late patẽtis ſcientiæ. ſ. Ariſtotelicæ teneret. i. retraheret me, dicerẽ ſup. Ariſto. philoſophũ dignũ ſup. eſſe, cuius mores traderent ſtabiliẽdi. i. ↄfirmãdi, & ſtabiliores faciẽdi philoſopho animi altioris. i. altiora q̃rẽtis, & nõ tã incõſtãter, & ipudẽter (ut omittamus, q iniq; donationẽ reuocauerit, nam ſiã ſe cõpoſitũ opus ſciri uoluit, cur miſerũ diſcipulũ eius uſurpatione, ſfamem reddere ſuſtinuit?) Cæterũ. i. ſed gloria, ne qdẽ. i. nõ ſaltẽ negligitur. ab iis, q conant itroducere cõtẽptũ eius, hoc eſt, q de cõtẽnenda gloria libros ſcripſerunt, noĩa ſua, ut gloriã aſſequant, in frõte librorũ poſuerũt. (Quin etiã, ut dicit Tacitus, ſapientibus cupido gloriæ nouiſſima exuit) qm̃ qdẽ adiiciũt diligẽter ipſis uoluminibus. ſ. q de cõtẽnenda gloria ſcripſerunt, noĩa ſua, ut qđ eleuãt. i. deprimũt, & cõtẽnẽdũ docẽt, ꝓfeſſione. i. doctrina ſua, aſſequantur. i. obtineant. ſup. id, uidelicet gloriã uſurpatione. i. uẽdicatione, aut celebratione memoriæ. ſ. ſui. Sed qualiſcũq;, ſup. eſt, diſſimulatio horũ. ſ. q dicũt ſe gloriã cõtẽnere, cũ cõtẽnendo eã q̃rãt, ipſa eſt tolerabilior lõge ꝓpoſito illorũ, q dũ. i. dũmodo aſſequerent memoriã eternam non dubitarunt innoteſcere. i. notiores fieri ſceleribus. i. p ſcelera ſua. Et ita cum uaria ſint genera quẽrẽtiũ gloriã, q̃ſi præfatiõe quadã tranſit ad nouũ genus. nã alii q̃runt gloriã arte, & uirtute, alii cõtẽptu, alii etiam maleficio inſigni, unde ſunt ſequentia exempla.

OLIVERIVS.

Margin notes: Theodectis rhetorica. — Pauſanias Philippum interemit.

QVORVM e numero Pauſanias. Val. a Iuſt. & Pluta. diſſentit. non enim gloriæ, ſed ultionis cupiditate ad Philippi cædẽ Pauſaniã impulſum eſſe dicũt. adhortãte ut uult Plut. Ale. & Olympiade multo magis incitante, qm̃ p iniquo animo feret ſe ſpretã a Phi. & aliã ſibi ſupinduci Attali regis filiã Cleopatrã. Cũ igit dies nuptiarũ eſſet, ut tradit Iuſti. pro magnitudine duorum regũ, & collocãtis filiã, & uxorẽ ducẽtis apparatibus inſignis, nec ludorũ magnificẽtiæ deeſſent, & ad eorũ ſpectaculũ Phili. ſine cuſtodibus, medius inter duos Alexan. filiũ, generũq; conſtaret, Pau. nobilis adoleſcens nemini ſuſpectus, occupatis anguſtiis Phili. in trãſitu obtrũcat, diemq; lætitiæ deſtinatũ, in fœdũ luctu funeris facit. Hic Pau. primis pubertatis annis ſtuprũ per iniuriã paſſus ab Attalo fuerat, cuius idignitati hæc etiã fœditas acceſſerat, q pductũ i ↄuiuio, ſolutũq; mero Attalus, nõ ſuæ uerũ etiã cõuiuarũ libidini uelut ſcortũ uile ſubiecerat, ludibriũq; omniũ inter coequales reddiderat. hãc rẽ ægre ferens Pau. q̃relã Phili. ſæpe detulerat, eũq; uariis fruſtrationibus nõ ſine riſu differret, & honoratum inſup ducatu aduerſariũ cerneret, irã in ipſum Phili. uertit, ultioneq;, quã ab aduerſario non poterat, ab iniquo iudice exegit. Creditum eſt igit immiſſum ab Olymp. mre Ale. fuiſſe, nec ipſum Alex. ignarũ paternæ cædis extitiſſe. qppe nõ minus Olym. repudiũ, & pla tã ſibi Cleopa. q̃ ſtuprũ Pauſa. doluiſſe. Alex. quoq; regni æmulũ frẽm ex nouerca ſuſceptũ tenuiſſe, eoq; actũ, ut in cõuiuio antea primũ cũ Attalo, mox cũ ipſo patre iurgaret, adeo ut etiam ſtricto gladio eũ Phili. cõſectatus ſit, egregieq; a filii cæde amicorũ pcibus exoratus. q̃obrẽ Alexã. ad auũculũ ſe in Epirũ, cũ mre, inde ad reges Illyricorũ ↄtulerat, uixq; reuocãti mitigatus patri, pcibuſq; cognatorũ ægre redire cõpulſus. Olym. quoq; fratrẽ ſuũ Alex. Epiri regẽm bellũ ſubornabat, pnciſſetq; ni filiæ nuptiis, pr generũ occupaſſet. his ſtimulis irarũ utriq; Pauſa. de īpunitate ſtupri ſui q̃rentẽ, ad tm̃ facinus ipuliſſe credunt. nã legit apud Herodotũ, q̃renti Pauſa. apud Alex. nihil aliud reſpondiſſe, niſi Medeæ iambicum metrum ꝓnunciaſſe, eũ qui dedit, eũ qui accepit. ſ. interfice, & ſocerũ, & generũ. Olym. etiã dr, fugiẽti pcuſſori equos pparatos habuiſſe, ipa deĩde audita regis nece, cũ titulo officii ad exequias eadẽ nocte cucurriſſe, i cruce pẽdẽtis Pauſaniæ

DE QVODAM, QVI PROPTER GLORIAM, INCENDERE VOLVIT TEMPLVM DIANÆ.

Illa vero gloriæ cupiditas ſacrilega: inuentus eſt enim qui Dianæ Epheſiæ templum incendere vellet, vt opere pulcherrimo conſumpto, nomen eius per totum terrarum orbem diffunderetur: quem quidem mentis furorem eculeo impoſitus detexit, ac bene conſuluerant Epheſii, decreto memoriam teterrimi hominis abolendo: niſi Theopompi magnæ facũdiæ igeniũ, ĩ hiſtoriis eũ ſuis cõprehẽdiſſet.

QVÆ CVIQVE MAGNIFICA CONTIGERVNT. CAP. XVI.

Candidis autem animis voluptatem præbuerunt, in conſpicuo poſita, quæ cuiq; magnifica merito contigerunt: qa æque præmiorum virtus, atq; honorum contemplatio iudicanda eſt, ipſa Natura nobis alacritatem ſubminiſtrante, cum honorem induſtriæ appeti, & exolui grate videmus, Verũ & ſi mens hoc loco protinus ad auguſtam domum beneficentiſſimum, & honoratiſſimum templum omni impetu fertur: melius cohibebitur, quoniam cui aſcenſus in cælum patet, quãuis maxima, tamen debito minora ſunt, quæ in terris tribuuntur.

capiti corõnã impoſuit, qđ nemo alius audere, niſi hæc ſupſtite Philippi filio potuiſſet. paucos deĩde poſt dies refixũ corpus iter ſe cteris ſup reliquias cremauit, & tumulũ ei eodẽ fecit in loco, parẽtariq; eidẽ quotannis, ĩcuſſa populo ſupſtitione curauit. Appa ret igitur Pauſaniã ad regis cædẽ ĩpulſum, nõ cõſequẽdę gloriç ut Vale. tradit, ſed ultionis ſumẽdę gratia. Pauſanias Macedonicus nobilis adoleſcẽs cereſtis filius, & ab Oreſte inclytũ genus trahẽs. fuit & alter Pauſanias Lacedæmonius uir magnus, qeũ patriã ab ĩpetu Perſarũ liberaſſet, eo poſtmodũ iſaniæ ꝑuenit, ut ipſam patriã cũ tota Græcia hoſtibus ꝓderẽ uoluerit. Equidẽ quo petierat aſſecutus egregiũ. & imortale nomẽ ſibi cõparauit cæde Philippi. Tã eni ſe parricidio, quãtum Alexand. ſua uirtute. tantũ hic ſuo parricidio claritatis comparauit, nam quanto maior occiſi gloria, tanto fuit occidentis nomen illuſtrius.

Pauſania alter.

ASCENSIVS.

EQVORVM. ſ. ſceleribus in noteſcere uolentiũ e numero (poſſet dici equoꝝ numero) neſcio an Pauſanias. ſ. nobilis Macedo debeat referri in primis. Nã cũ ꝑcũctatus eſſet Hermoclem. ſ. ſapiẽtẽ quo nã modo poſſet euadere ſubito clarus atq; is. ſ. Hermocles reſpõdiſſet, ſi occidiſſet aliquẽ uirũ illuſtrẽ, futurũ ſup. eſſe, ut gloria eius. ſ. illuſtris uiri, redũdaret ad ipſum, ĩteremit cõtinuo Philippũ. ſ. regẽ Macedonũ patrẽ Alexandri. & qdẽ. i. certe aſſecutus eſt qđ petierat, enim ꝓ qa ipſe reddidit ſe tã notũ parricidio. i. occidẽdo patrem patriæ, hoc eſt regẽ, q̃. i. quãtum Philippus, ſup. reddiderat ſe notum uirtute. Oliue. tamen, & pleriq; alii aliam aſſignant cædis eius rationem.

OLIVERIVS.

Sulpitiæ caſtitatis ¶ MERITO uirorum Sulpitia. Eſt ſexui quoq; fœmineo ſuus reddendus honor, ut ſi quid magnificum illis cõtigerit, ſilentio non prætermittatur, ne id factum inuidia eſſe uideatur. Itaq; Sulpitia uirorum commemorationi ſubiungi merito poſſe uidetur. hæc Paterculi filia, & Fuluii Flacci coniunx, cum ex libris ſibyllinis ſenatus decreuiſſet, ut Veneris Verticordiæ ſimulachrum conſecraretur, ut mulieres uidelicet in pudicitiam conuerterentur, & decem uirorũ mandato, caſtior matrona dedicationi præficeretur, inter centum, quæ ex omni mulierum turba caſtiores electæ ſunt, hæc Sulpitia fuit, & ex his deinde ſelectæ ſunt decem præſtantiores, in quibus omnium iudicio, & ipſa cõ numerata eſt. poſtremo cum ex decem peteretur prima, ipſarum mulierum conſenſu Sulpitia datur. Plin. lib. vii. natu. hiſt. Pudiciſſima inquit fœmina ſemel matronarum ſententia iudicata eſt Sulpitia Paterculi filia, uxor Fuluii Flacci, electa ex centum præcipuis, quæ ſimulachrum Veneris ex ſibyllinis libris dedicaret. Sulpitia Flacci uxor. Verticordiæ. quæ impudicarum mulierum corda a libidine ad pudicitiam uerteret, nam a uertendo corde Verticordia dicta eſt Venus. Cæterum. Quia ſine diminutione, quandoquidem, inquit externorũ uirorum exempla ſine detractione amplitudinis Ro. commemorare poſſumus, de his quoq; dicamus.

ASCENSIVS.

¶ MERITO &c. Sulpitia filia Seruii Paterculi, & ſup. uxor Quinti Fuluii Flacci adiicitur merito cõmemorationi uirorũ. Quę cum ſenatus cenſuiſſet, libris ſibyllinis inſpectis, per decẽuiros ad hoc creatos, ut ſimulachrum Veneris Verticordiæ, id eſt habentis poteſtatem cordis uertendi, ut miſera gentilitas credebat, cõſecraretur, quo .i. ideo, ut mens uirginum, id eſt non corruptarũ, & mulierum .i. corruptarum conuerteretur facilius ad pudicitiam, & centum .ſ. matronæ ex omnibus negociis, autem .i. ſed, decem .ſ. matronæ ductæ ſorte facerent iudicium de ſanctiſſima fœmina, quæ .ſ. ſimulachrum illud conſecraret, prælata eſt cunctis .ſ. aliis caſtitate .i. in caſtitate, autem ob caſtitatem. Faciens autem tranſitum ad externa dicit. Cæterũ .i. ſed quia inſignia quoq; externa poſſunt reſpici ſine ulla diminutione maieſtatis Romanæ, tranſgrediamur ad ea.

OLIVERIVS.

¶ PYTHAGORÆ tanta ueneratio. De hac Pythagoræ ueneratione Cice. lib. i. de Nat. Deor. Non ſunt, inquit tam autores in diſputando, ꝗ rationis momenta quærenda. quinetiam obeſt plerunq; his, qui diſcere uolunt, autoritas eorum, qui ſe docere profitentur. deſinunt enim ſuum adhibere iudicium, cũ id habent ratum, quod ab eo, quem probant, iudicatum uident. nec uero probare ſoleo id, quod de Pythagoricis accepimus, ꝙ ferunt, ſi quid affirmarent in diſputando, cum ex his quæreretur, quare ita eſſet, reſpondere ſolitos, ipſe dixit, ipſe autem erat Pythagoras. tantum præiudicata opinio poterat, ut etiam ſine ratione ualeret autoritas. In diſputatione deducere. Diſputare de ea re, quam Pythagoras aſſeruiſſet. Interpellati. interrogati ab aliis. Schola tenus. Magnus quidem honos tribuebatur Pythagoræ, ſed is duntaxat a diſcipulis .i. quantum ad ſcholam eius pertinebat, ueneratio hæc erat eximia, Vlterius uero nõ procedebat, & .i. quod dicit ſcholatenus .i. quod pertinet ad ſcholam. quem autem in diſputando, ſiue docendo Pythagoras morem ſeruauerit, uide Aulum Gel. lib. i. cap. ix. Illa urbium ſuffragiis. illa ſubaudi ueneratio. Vrbium. propter crotoniatas. Pythagoræ honores.

ASCENSIVS.

¶ PYTHAGORÆ &c. Tanta ueneratio tributa eſt Pythagoræ ab auditoribus .ſ. eius, ut exiſtimarẽt nefas ſup. eſſe, deducere in diſputationem ea, quæ acceperant ab eo. Quinetiam interpellati .i. requiſiti ad reddendam cauſam, reſpõdebant hoc ſolum, αὐτὸς id eſt ipſe, ἔφη, id eſt dixit, Magnus honos ſup in ea re exhibitus eſt Pythagorę, ſed ſcholatenus .i. in ſchola dũtaxat. illa .ſ. quæ dicentur, tributa ſunt ſuffragiis, id eſt uotis urbium.

Oliuerius.

DE EODEM.

Enixo Crotoniatæ ſtudio ab eo petierunt, vt ſenatum ipſorum, qui mille hominum numero cõſtabat, conſiliis ſuis vti pateretur, opulentiſſimaq; ciuitas tã frequenter venerati poſt mortem, domum eius Cereris ſacrariũ fecerũt: quãdiuq; illa vrbs viguit, & dea in hoĩs memoria, & homo in deæ religione cultus eſt.

DE GORGIA LEONTINO.

Gorgiæ vero Leontino ſtudiis literarum ætatis ſuæ cunctos præſtanti, adeo vt primus in conuentu poſcere, qua de re quiſq; audire vellet, auſus ſit, vniuerſa Græcia in templo Delphici Appollinis ſtatuam ſolido ex auro poſuit, cum cæterorum ad id tempus auratas collocaſſet.

DE AMPHIARAO.

Eadem gens ſummo conſenſu ad Amphiaraum decorandum incubuit, locum, in quo humatus eſt, in formam conditionemq; templi redigendo, atq; inde oracula capi inſtituendo: eius cineres idem honoris poſſident, quod Pythicæ Cortinæ, quod Aheno Dodonæ, quod Hammonis fronti datur.

OLIVERIVS.

ENIXO Croto. diſcipulorum iudicium ſcholam non excedebat, ſed quod ſequitur, in urbe celebratũ eſt. Cum enim ſe in calabriam Pythag. contuliſſet, quæ tunc magna Græcia dicebatur. Crotonæ ludum aperuit. Crotoniatæ cognita Pythagoræ ſapientia, & integritate, cenſuerunt ſemper eius conſiliis utendum eſſe in ſenatu, quod ab illo ſummo ſtudio contenderunt, ut ſibi fieri liceret, q̃uis enim ſenatus eorum numeroſus eſſet, quippe mille hominum, tamen ipſi tantum Pythagoræ tribuerunt, ut eius cõſiliis eorum ſenatus pluримum ſuſtentari poſſe uiderẽt, quia inter tot ſenatores nemo inueniretur, qui cum illo in ſapientia & uirtute conferre poſſe uideret. quare poſt eius mortem domum Cereri conſecrarũt, ut eſſet in quod dea ſub hominis illius memoria & homo ſub deę religione coleretur, hoc autẽ fecerunt Crotoniatæ, quia Pythagoras prædicare conſueuerat domũ philoſophantis eſſe ſacrarium ſapientiæ, & ueriſſimũ dei templum. Enixo ſtudio. uehementi, & propenſo ſtudio. Crotoniatæ. Croton, uel ut alii dicunt, Crotona, ſed teſte Ouidio, Croton dicitur. nam protulit genitiuum crotonis. Nec in hoſpita recta crotonis. eſt autem ciuitas calabriæ, quæ poſſeſſiuum, ſiue primitiuum facit crotoniata. Ciuitas venerati. Sintheſis figura nota, licet enim ciuitas enunciatione fœminini generis ſit, ſignificatione tamen maſculinum habet incluſum. Domum eius Cereris. uoluerunt illius domum eſſe Cereris templum, in quo dea cum Pythagoræ memoria coleretur, & Pythagoras cum deæ religione ueneraretur.

ASCENSIVS.

ENIXO &c. Crotoniatæ illi populi Italiæ petierant ab eo, ſcilicet Pythagora, ſtudio enixo, id eſt accurato, & laborato, ac diligenti ut pateretur ſenatum ipſorum, qui cõſtabat numero mille hominum, uti conſiliis ſuis, & ciuitas opulẽtiſſima, id eſt ipſi ciues opulentiſſimi, uenerati frequenter ſup. eum in uita fecerunt domum eius, uenerati frequenter poſt mortem ſacrarium Cereris. quanq;, id eſt & quantum aut quandiu illa urbs, ſcilicet Croton uiguit, & ideſt ſimul dea, ſcilicet Ceres ſup. culta eſt in memoria hominis, ſcilicet Pythagoræ, & homo, ſcilicet Pythagoras, cultus eſt in religione deæ.

OLIVERIVS.

Gorgiæ aurea ſtatua erecta

GORGIÆ uero Leontino. Non paruum fuit, quod obtigit Gorgiæ Leontino propter ſummum eius ingenium, ſingulareq; doctrinã. nam ab uniuerſa Græcia illi aurea ſtatua fuit in Apollinis templo repoſita, cum ad id tempus nemini unquam contigiſſet, quia omnibus argenteæ, non aureæ ſtatuerentur. Cicero de oratore lib. iii. Ipſe ille Leontinus Gorgias, quo patrono, ut Plato uoluit, philoſopho ſuccubuit orator, qui aut nõ eſt uictus unquam a Socra. neq; ſermo ille Plato. uerus eſt. aut ſi eſt uictus, eloquentior uidelicet fuit, & diſertior Socrates eſt, ut tu appellas copioſior, & melior orator. ſed hic in illo Platonis libro de omni re, quodcunq; in deſcriptionem, quæſtionemq; reuocetur, ſe copioſiſſime dicturũ eſſe profitetur. ipſe princeps ex omnibus auſus eſt in conuentu poſcere, de qua re quiſq; uellet audire cui tantus honor habitus eſt ab uniuerſa Græcia ſoli, ut ab omnibus delphis non aurata ſtatua ſed aurea ſtatueretur. Cunctos præſtanti. excellenti, & ſuperanti omnes doctrina dicimus autem pręſto te, & præſto tibi Terent. Dii immortales homini homo quid præſtat. Salluſt. Omnes homines, qui ſe ſtudent præſtare cæteris animantibus. In conuentum corona, & congregatione hominum. Solido auro. integro, non cauo, ſed pleno.

ASCENSIVS.

GORGIÆ &c. uero, id eſt ſed, uniuerſa Græcia poſuit Gorgiæ Leontino præſtanti, id eſt ſuperãti cunctos ſuę ætatis ſtudiis literarum adeo, id eſt intantum, ut auſus ſit primus docere in cõuentu, ſcilicet hominum de qua re quiſq; uellet audire, quia de omni ſcibili diſputare potuit, poſuit dico in tẽplo Apollinis delphici ſtatuam ex ſolido auro, cũ collocaſſet ad id tẽpus, ſtatuas ſup. cæterorum, ſcilicet ſapientum, aut philoſophorum auratas. i. auro incruſtatas, & tectas.

OLIVERIVS.

Amphiarai templum

EADEM etiam gens. Non minus ſtudioſa fuiſſe uidetͬ Grȩcia in decorando Amphiarao, quam fuerat in Gorgia Leontino. nam ex uniuerſæ Grȩcię decreto templum ibi conſtitutum eſt, ubi Amphiaraus bello Thebano ſubito terræ hiatu fuerat abſortus cum armis, & equo, & inde non aliter, quam ex delphici Apollinis, & Iouis Hammonis templis oracula petebantur magnificũ profecto, quod obtigit Amphiarao, ut in dandis reſponſis Apollinis par foret, & Hammoni. Amphiarai nota eſt hiſtoria apud Statium fuit autẽ uates clariſſimus & in adoleſcẽtia ab argonautis accitus, qui deinde bello Thebano cũ in nonnem aſcendiſſet, uiſurus quid ex eo bello uẽturum eſſet Argiuis inter cætera præuidit, ſe ex eo bello non reuerſurum, quare ut fata uitaret, latebras quæſiuit, ubi delitеſcens ab Adraſto cogi non poſſet. ſed ab Eripyle eius uxore, quæ capta monili Argiæ Adraſti filiæ, & Polycenis uxoris, quod olim Vulcanus Hermoniæ priuignæ fabricauerat, cupiditatem auri, coniugis ſaluti prępoſuit. indicatus, & ad bellum ductus, quo primum die deſcendit in campum. facto repente maximo terremotu telluris uoragine abſortus obiit. Humatus. Sepultus, & a terra deuoratus. Formam. Quantum ad ſpeciem, & qualitatem templi. Conditionem. Quantum ad dignitatem.

Capi. ora. Inſtituerunt præterea, ut eo templo deos conſulturi, atq; futura cognituri oracula peterent. Eius Cineres. Cineres, inquit Amphiarai eundẽ honorẽ ſunt conſecuti, quẽ Apollo, quẽ Iupiter Hammon, quem dodona ſilua. Athenæ Dodonę. Dodona fuit Epiri oppidum habens propinquum nemus Ioui conſecratum, quernum totum, in quo dabant reſponſa columbæ. ſunt qui dicunt hoc nemus fuiſſe etiam Palladi conſecratum, quorũ ſententiam ſequitur, nunc Vale. dicens Athenas dodoneas propter palladem. fuit autem in eo nemore nobilis quercus, ex quo precioſiſſima uaſa fiebãt, unde Virg. Dodoneoſq; lebetas dixit. Dodona oppidũ

Hammonis fronti. Ioui Hammoni, nota eſt fabula quare dicatur Iupiter Hammonius, id eſt arenarius, nam eam alio loco notauimus, hunc autem magnus Alexander patrem ſuum eſſe exiſtimauit, cuius frons erat magnæ uenerationis, licet ſimulachrũ arietis formam referret.

ASCENSIVS.

EADEM gens, ſcilicet græcanica incubuit, ideſt diligentem quaſi toto pectore operam dedit, ſummo conſenſu ad decorandum amphiaraum, ſcilicet uatem, redigendo informam, & conditionem templi locum, in quo humatus eſt ab humo, ſcilicet abſortus, atq; inſtituendo oracula capi inde, id eſt ex eo templo, & antro, cineres eius poſſident idem honoris, id eſt eundem honorem, quod datur cortinæ pythicæ, id eſt ſecreto antri delphici, quod datur aheno, id æreo ſimulachro in formam columbæ, aut lebeti dodonæ ſyluę, e cuius tinnitu futura iudicabant, unde male legunt quidam Athenæ (ſed ut dixi exemplaribus deluſi) & quod datur fronti Hammonis, id eſt Iouis arenarii, qui Baccho

per Libyen exercitum ducenti, cum ſiti pene deficeret, apparuit in arena ſub ſpecie arietis, & ad fontem perduxit, ubi extructo templo peruixit, ad quem etiã Alexander magnus, qui ſe Hammonis filium mentiebatur, peruenit, ab illius ſacerdotibus adulanter exceptus, ut per quam graphice in Rapſodia ſua deſcripſit Sabellicus.

DE BERENICE.

Berenices quoq; nõ vulgaris honos, cui ſoli omniũ fœminarũ gymnico ſpectaculo intereſſe permiſſum eſt, cum ad Olympia filium Euclea certamen ingreſſum adduxiſſet, Olympionico patre genita, fratribus eandem palmam aſſecutis latera eius cingentibus.

THEOPHILVS.

ATHENAE Dodonæ. Satis oſtendit in Claudianum Ianus, ac ipſius apologia Fuſmus echinatus Ahena, uel Aheno dodoneæ legendum, de quibus idem Parrhaſius in Claudianum copioſe.

OLIVERIVS.

BERENICES. Apud Græcos mulieri non licebat Olympicis ludis, & certaminibus intereſſe, & recte quidem ubi homines nudi plerunq; certarent a mulieribus ob pudicitiam non ſpectandi. quem morem Statius primo Thebaidos perſitum tangit dicit, Excluſæq; expectant præmia matres. quod igitur nulli unquam mulieri conceſſum fuerat, datum eſt Berenici mulieri, ut Olympico certamini cum filio, & fratribus poſſet intereſſe, nec immerito quippe qui patrem, quæ filium, quæ fratres in eo certamine ſæpe uictores, & glorioſam inde palmam referentes haberet.

Beronice. alia eſt Berenice, de qua ſuo loco dicemus in capite de ultione. Gymnico ſpectaculo. Olympico certamini in quo nudi homines ſe paleſtra exercebant, ubi mulieribus intereſſe nõ licebat. Euclea. Filium ſuum, quem cum ad certamen illud adduxiſſet, ſibi quoq; aditus ad ſpectandũ certamen patuit. Olympionice, uel ut dicunt Olympionicò patre genita, ideſt quæ nata erat ex patre ſæpe uictore Olympici certaminis, non enim patris proprium eſt nomen, ſed a uictoria certaminis illius ita denominatus. Olympionicus enim is dicitur, qui in Olympico certamine uicit. Nam νίκη græce latine dicitur uictoria. Fratribus. Eius latera cin. Circundata geminis fratribus eius certaminis ſæpe uictoribus. non mirum igitur, ſi ei ſoli conceſſum fuit ſpectare ludos, cum illorũ palma ſuorũ q̃ſi hæreditaria fuiſſe uideat.

ASCENSIVS.

PHERENICES &c. Honos quoq; Pherenices, mulieres græcanicæ (Oliue. legit Beronice, ſed in melioribus exemplaribus Pherenices legitur Beronice autem iudicio Plinii fortunatiſſima fuit in terris mulier, utpote regina regis filia, & uxor & mater, & de qua hic non loquitur. Sciemus autem a nice deducta, ni producere, unde penultima acuetur) ſup. fuit non uulgaris, cui ſoli omnium fœminarum permiſſum eſt intereſſe ſpectaculo gymnico. i. agonis, & exercitii uirilis, cum adduxiſſet ad Olympia, id eſt Olympica certamina, Euclea filium, ſcilicet ſuum, ingreſſum certamen, ſcilicet Olympicum, genita patre Olympionico, id eſt qui in Olympiis uicerat, & fratribus aſſecutis, id eſt qui obtinuerat eandem palmam, hoc eſt Olympicam, cingentibus latera eius.

THEOPHILVS.

BERENICE caſtiga Pherenice ex Pauſania, Pliniòq;, & Hermolao.

EXPLICIT LIBER OCTAVVS.

INCIPIT NONVS.

OLIVERIVS.

BLANDVM etiam malum. Nonus ac ultimus liber, in cuius principio agitur de luxuria, atq; libidine, quæ una, cum turpiſſima ſint, magis uidebantur ſilentio prætermittenda, ꝗ inter clariſſima uirtutum exempla commemoranda, ne hac una ratione quodam modo honeſtari crederentur. quare Valer. hac breui præfatione ſui conſilii rationem oſtendit, ut dicat ſe ideo uelle de luxuria, atq; libidine hoc loco percurrere, non ut cõmemoratione ſua honoris quicquam recipiat, ſed ut oculis hominum earum turpitudines ſubiectas. illas temperati, & frugales exhorreſcat, luxurioſi ſeſe ipſos cognoſcentes erubeſcant, & ſuæ turpitudinis pœnitentes ad temperantiam reuocentur.

Luxuria damnat. Blandum malũ. Luxuria ſuis illecebris homines facile attrahit, & bene malum dixit. nam luxuria licet tantiſper dum fruimur iucunda uideatur, amara tamen poſtmodum ſentitur, cũ ad turpitudinem, infamiam, & egeſtatem homines deduxerit. luxuriæ nanq; deditі nullo recto, & honeſto ſtudio delectantur, nulla rei cuiuſpiam ſuauitate fruũtur, prius enim ꝗ cupiãt omnibus explẽtur, priuſquam eſuriant, comedũt, bibũt prius ꝗ ſitiant, quod ut poſſint utcunque facere, obnoxia machinantur, precioſaque uina conquirunt, & deniq; ueſcendi cauſa, terra, marique omnia ſcrutantur. ad uenerea ſine modo feruntur, ut maribus & fœminis promiſcue abutantur. non ſomnum, non frigus, non famem, non laſſitudinem operiuntur, ſed omnia luxu præueniunt omni flagitio, & intemperantia inuoluti, facile eneruantur, luxurioſi adoleſcentes in ipſo ætatis flore langueſcunt, in omne dedecus incurrunt, ſenes deinde facti inſaniunt, atq; delirãt, moleſtiſſimamq; ſentiunt ſenectutem. nam præteritis erubeſcunt, grauantur præſentibus. quot uoluptate, atq; luxuria adoleſcentes perierunt? quot moleſtiis, & difficultatibus ſenes opprimuntur? nullum igitur malum luxuria peius, nullum deteſtabilius inueniri poſſet, quæ tum demum ſentitur: cum expleta fuerit. Se ipſam recognoſcens. ut cum homines luxurię turpitudinem recognouerint, integri abhorreant, deteſtentur, luxurioſos pœniteat, & ad temperantiã redeant. Iungatur illi libido. Luxuria in actu, libido in cupiditate uerſatur. luxuria dicitur omnium rerum ſuperfluitas, ex ſuperfluitate rerum naſcitur libido, & intemperantia. quicquid enim placet, dicitur libido, ſed luxuria in rebus uenereis magis poſita, libido in cupiditate, & uoluptate, alia rerum unde Cic. libidinem appellat partem iracundiæ. dicit enim eos exiſſe ex poteſtate, qui effrenati feruuntur, aut libidine, aut iracundia, ꝗꝗ iracundia ipſa libidinis eſt pars. ſic enim diffinitur iracũdia ulciſcendi libido. Item alio loco cupiditatem dixit, cum libido ad id, quod uidetur bonum illecta atq; inflammata rapiatur. Aut re, aut emendatione. Bono ordine utitur. Primo enim aliquis reprehenditur, deinde emendatur. Gemino mentis errore, Duplici uicio libidinis ut cupiat, & luxuriæ, ut expleat. mens primo capitur deſyderio alicuius rei, deinde expletur.

ASCENSIVS.

BLANDVM etiam malum luxuria, id eſt ſuperfluus rerum uſus cum uoluptate, quam facilius eſt aliquanto accuſare, ꝗ uitare, & ideo blandum malum, & dulce uenenum uocatur, inſeratur operi noſtro, non quidem ut recipiat ullum honorem, ſicut uirtutes, quæ recitatæ ſunt, quo honoretur, ſed ut ipſa recognoſcens ſeipſam, id eſt utilitatem ſui (eſt enim pecore potius, ꝗ homine digna,) poſſit impelli ad pœnitentiam, non quidem luxuria, ſed luxurioſus. Libido, id eſt laſciuia carnis, & praua uoluntas animi, iungatur illi, quoniã oritur ex iiſdem principiis uitiorum, neq; ſeparentur aut a reprehenſione, hoc eſt, & ſimul a nobis reprehendantur, neq; ab emendatione, hoc eſt ſimul ab illis, qui eis infecti ſunt, emẽdentur, cõnexæ, id eſt eo ꝙ ſint connexę gemino errore mentis ſcilicet uitio malæ uoluntatis, quæ eſt in libidine, & prauæ uoluptatis, quæ eſt in luxuria, & nimio uſu, aut potius abuſu, ueſtiũ, ædificiorũ, ciborũ, potuũ, ueneris, & cæterarũ illecebrarũ.

HYPOTHESIS SEQ. EXORDII.

Vniuerſi operis finem impoſiturus Val. hoc in nono ac ultimo, multa diuerſaq; complexus eſt. Deque primo luxuriæ ac eidem adiunctio libidinis deteſtabili uitio ſe narratorem fore oſtendit. Non qui ex eo ullam ſibi comparent laudem, ſed ut ob oculos dedecus ac infamiam ex eis quæ acquirũtur, facile uitare queant homines, nec non qui eo genere uirorum plurimum laborarunt iidem ad pœnitentiam commodius impelli poßint.

VALERII MAXIMI LIBER NONVS.

DE LVXVRIA. CAPVT I.

BLANDVM etiã malum luxuria, quam accuſare, aliquãto facilius eſt, ꝗ vitare, operi noſtro inſeratur: non quidem, vt vllum honorem recipiat, ſed vt ſeipſam recognoſcens ad pœnitentiam impelli poſſit. Iungatur illi libido: quoniã ex iiſdẽ vitiorũ principiis oritur: neq; aut a reprehẽſione, aut ab emẽdatione ſeparẽt gemino mẽtis errore cõnexæ.

DE C. SERGIO ORATA.

Caius Sergius Orata penſilia balnea primus facere inſtituit quæ impenſa leuibus initiis cœpta, ad ſuſpenſa calidæ aquæ tantum non æquora penetrauit. Idem vidlicet, ne gulam Neptuni arbitrio ſubiectam haberet, peculiaria ſibi maria excogitauit,

OLIVERIVS.

CAIVS Sergius. Hic Sergius teſte Macro. conuiuiorum primo Orata cognominatus eſt ꝙ ei piſces, qui auratæ dicunt, chariſſimi fuerint, cuius luxuria tanta fuit, ut primus ipſe balneas penſiles habuerit. Primus oſtrearia, hoc eſt oſtreorum uiuaria i baiano mari locauerit ætate Luc. Craſ. oratoris ante Marſicum bellum, primus teſte Plinius natura. hiſtoria. libr. ix. optimum ſaporem oſtreis lucrinis adiudicauit, quando eadem aquatilia generantur, aliis bi meliora ſicut lupi piſces in Tyberi amne inter duos pontes, Rombus Rauẽnæ, murena i Sicilia, elops Rhodi, & alia genera ſimiliter. Ne culinarum cenſura peragatur. Primus pauonis carnes, & anſerum corda comedit. ne iecore uero anſeris aliis aliter ferunt, quidam Metellum, quidem Marcum ſeſtiũ pium fuiſſe dicunt, qui anſeris iecur optimi ſaporis eſſe docuerit. Orata. prænomen eſt, ut diximus a piſcibus, qui ſic uulgo appellantur auratæ. Penſilia. balnea ſuſpenſa, & quaſi ex aere pendentia ad maiorem uoluptatẽ, ut dum ueheretur, ſe lauare poſſet. Quæ impenſa leuibus initiis. Impenſam, inquit, penſilium balneorum, quæ a leui principio fluxiſſe uidetur ad claudenda uſq; mari penetrauit. Æquora penetrauit. Non impenſæ pepercit: quo minus in mari oſtreorũ, aliorumq; piſcium uiuaria fabricaret, ut ſuæ gulæ maria, non mari gula pareret, aut ſubiecta foret, quod ſequens litera indicat. Idem ui. ne gulam. ut ſuæ gulę, atq; libidini mare, non mari gula ſubiecta foret, hoc eſt pro arbitrio, & libidine ſua, quibus uellet, & quo uis tempore maritimis piſcibus ueſci poſſet. Peculiaria maria. Sua propria tanquam priuata non communia. nam uiuaria ſibi ſtruxerat in mari, ubi ſeruarentur omnis generis piſces, uel certe uariæ piſcium ſpecies. Æſtuariis. Æſtuaria dicuntur, per quæ mare uiciſſim commeat, ut ſunt lacunæ, quæ maris æſtu, & undatione replentur, ſed æſtuaria proprie de oceano dicuntur. diuerſos greges. uarias piſcium ſpecies. Separatis molibus. a reliquo mari murorum molle, & aliorum ædificiorum magnitudine ſeparauerat ęſtuaria, & piſcium uiuaria. Vt nulla tam ſæua tempeſtas. non dubitauit ita mare in gula ſuæ poteſtatẽ redigere, ut nulla tempeſtas ꝗtacunq; foret, impedire poſſet, quo minus eius menſa, ꝗbus uellet piſcibus abundaret. O inaudita hõis luxuria omni turpitudine, uel potius ſupplicio digniſſi

ma, culeo profecto inſuendus homo, qui in mare demerſus, piſcibus quos tantopere inſectabatur, meritas perſolueret pœnas.

Ædificiis etiam ſpatioſis. Non ſatis habuit ad explendam ingluuiem æſtuaria ſibi in mari conſtruxiſſe, niſi & lucrini lacus ora maximis ædificiis occupaſſet, oſtiaq; clauſiſſet, ne inde conchylia regredi poſſent, quibus recentibus pro ſua libidine ueſceretur ex quo factum eſt, ut a Cōſidio publicano traheretur in iudiciū ꝙ ſua ſibi uectigalia, quæ ex lucrino lacu conduxerat, eius ędificiis, & operibus diminuerentur ubi Lucius Craſſus orator illum facete ſatis momordit, cū diceret, etiam ſi a lucrino lacu pelleretur, non tamē cariturum eſſe conchyliis, quę ſi non in lacu, in ędium ſuarum tegulis reperiret, ac ſi diceret periturum potius illum, q̃ conchyliis cariturum. Spatioſis. ſatis alii habent ſpecioſis, pulchris. Preſſit. occupauit, clauſit. Recētiore uſu. clauſerat oſtia lucrini lacus, ne conchylia e mari Romā delata, quaſi corrupta emeret, ſed ut incluſa lacu lucrino recentiora ſemper haberet. Publicę aquæ cupidius. Lucrinus lacus publicus erat, & ex piſcatione lucri plurimum mercatores facere conſueuerant ob piſcium multitudinem, unde etiam lucrinus dictus eſt a lucro. eſt autem lacus campaniæ inter baias, & cumas, quem Diodorus Sicu. dicit auernum prius fuiſſe nominatum. Silius uero Cocyton, uerſus extat. Aſt hic lucrino manſiſſe uocabula quondam Cocyti memorant. Sed cū ibi piſcium multitudo caperet̃, ex quibus lucra mercatores conſequerētur, lucrinus eſt dictus, ſed cum ei proximum ſit mare, & ſæpe in lacum æſtuaret, grandia plerunq; damna mercatoribus ipſis, & piſcatoribus inferebat ob quod grande uectigal, quod Romanis perſoluebatur, ſæpius fruſtabantur, unde a ſenatu Iulio Cæſari datum eſt ut lucrinum a maris impetu tutum redderet, & immunem, qui oppoſitis murorum mollibus, & paruulo relicto mari, quo ad lacum tranſcenderet, rem ipſam confecit, uoluit, aquas Iulias uocari, quod Virgilius oſtendit libro Geogicorum ſecundo. An memorem portus lucrinoq; addita clauſtra, Atq; indignatum magnis ſtridoribus æquor. Iulia qua ponto longe ſonat unde refuſo. Strabo tamen dicit ab Agrippa hoc factum eſſe, his ferme uerbis. Eandem melius ſtruxit Agrippa in exteriore parte, ad arcendum pelagus, ita ut poſtea ſinus afficeretur lucrinus oſtreis in capiendis uberrimus. uerum ea loca ſaxoſa eſſe. & oſtreis referta oſtendere uidetur Iuuena. in Saty. Criſpini, cum ait. Nulli maior fuit uſus edendi. Tempeſtate mea circeis nata forent. Ne lucrinum ad ſaxum rutupi noue ædita fundo, Oſtrea calebat primo deprehendere morſu. Publicam igitur aquam occupauerat iſte Sergius, & lucricum ſibi fecerat eſſe peculiarem quare piſcatores inde non niſi ex uoluntate illius oſtrea expiſcari poterant, ex quo Pub. uectigalium ſuorum iacturam patiebantur. Iudicium nactus. tractus in iudicium a Conſidio pub. hoc eſt uectigalium, & rerum publicarum conductores. L. Craſ. orator, qui accuſationem iſtam peragebat. Huic nimirum magis Æſop. Hic Æſopus, ut tradit Gelius libro. ii. Phrygius fuit, poeta clarus, qui fabulas ſcripſit, & tragœdias, ac etiam feſtiuos, & delectabiles apologos mira grauitate, quorum quoſdam Romulus quidam, uerſu elego in eruditionem Tyberini filii tranſtulit in latinum. Filium tam perditę luxuriæ, ut hęreditatem a patre relictam ſatis amplam, breui tempore non luxurioſe conſumpſerit, ſed furioſe deuorauerit, quare multo ſatius feciſſet pater, ſi eum Sergio Oratæ cui ſimillimus eſſet in adoptionem dediſſet, quam hęredem reliquiſſet, de quo Flaccus in ſermonibus. Filius Æſopi direptam ex aure Metellæ, Scilicet ut decies ſolidos ſorberet aceto, Diluit inſignē baccham. hic auribus amicæ ſuæ Metellæ, diripiebat inaures, ut ſumptuoſius epularetur, uniones aceto liquefactos, potionibus ſuis immiſcebat, ut precioſius biberet. Auiculas. cantu ſuauiſſimas precio mercabatur impenſo, ut eas pro ficedulis haberet in cœna, hoc autē faciebat, aut feciſſet exiſtimat̃ poſſumus ut patrimonium a patre relictū feſtinanter deuoraret. Æſopus trag. Ad differentiam Æſopi Hiſtrionis clariſſimi, qui fuit tēpore Cice. & illi ſumma familiaritate cōiunctus. In adop. Sic enim Orata filium ſibi ſimilem adoptaſſet, uidelicet q ab eius luxuria, & moribus non degeneraſſet. Filium ſuum. Qui teſte Plin. lib. ix. natu. hiſt. dictus eſt Clo. nam prior, inquit, id fecerat Romæ in unionibus magnæ taxationis Clo. Æſopi filius, relictus ab eo in amplis opibus hæres, ne triumphatu ſuo nimis ſuperbiat Ant. pene hiſtrioni comparatus, & quidē nulla ſupenſione ad hoc productus, quo id magis regum erat ſed ut experiretur in genera palati; quod ſuperarent Margaritæ atq; ut mire placuere, ne ſolus hoc ſciret, ſingulos unionis conuiuis ad ſorbendum dedit. Item lib. x. maxime inquit, inſignis eſt in hac memoria Clo. Æſopi tragœdi hiſtrionis patina ſexcentis ſeſtertiis taxata, in qua poſuit aues cantu, aliquas autem humano ſermone uocales nummis ſex ſingulis coemptas, nulla alia inductus ſuauitate, niſi ut in his imitationem hominis manducaret, ne quæſtus quidem ſuos reueritus, illos optimos, & uoce meritos dignus proerſus filio, a quo diximus deuoratas. Margaritas, &c. Perditæ luxuriæ. pernitioſæ. Cantu cōmen. quæ ſuauiſſimos cantus ędeſreni, quales luſciniæ, ſiue Phylomenæ Carduelli, & alia eiuſmodi, quas principes, & alii in deliciis habere ſolent, & his plurimū delectari. Immanibus. immēſis prætiis. Pro ficedulis, aues ſunt quibus maiores quaſi legantioribus ueſcebantur ſunt enim obeſæ, ut plurimum, & ab edendis ficubus dictæ. Aceto lique. unio quod idem legitur de Cleopa. in uita M. Ant. & in Plin. de natu. hiſt. lib. ix. in Macro. Saturna. lib. ii. quam hiſtoriam, qui deſyderat, apud hos autores inueniet. uerum illud non eſt prætermittēdum. fuiſſe tantæ magnitudinis unionem, quem Cleopatra in cœna conſumpſit, ꝙ ex altero (nam duos habuit pares) & Romam delato, diſſectoq;, duæ factæ fuerint Margaritæ, & impoſitæ ueneris ſimulachro monſtruoſæ magnitudinis, unde Plin. eodem li. comitetur fama unionis eius parem facta illa tantæ quæſtionis uictrico regina diſſectum, ut eſſet in utriſq; ueneris auribus Romæ in Pantheo dimidia eorum cœna. ſunt autem uniones eodem teſte Margaritæ, ideo dictæ, ꝙ nulli duo repertātur indiſcreti, unde nomen unionū Romanæ impoſuere delitiæ. Tanquam ama. aliqua ſarc. Tam luxurioſæ uiuere nihil aliud erat, niſi pratrimonium a patre relictum tanq̃ graue pondus, & moleſtam ſarcinam deponere q̃ celerrime poſſet. Quorum al. ſe. alterius adol. Hos duos tanquam principes, & magiſtros luxuriæ peſſimo exemplo fuiſſe dicit, quoniam eorum exempla ſecuti ſuperare illos omni genere luxuriæ uoluerunt. nam inuenti ſunt, qui non ſolum in lucrino lacu, & in mari baiano uiuaria habuerunt, ut Orata, ſed ex ultimis quoq; maris oceani littoribus Romam uſq;, piſces ſibi deferri impenſo prætio curarunt. unde illa extat Macrob. grauiſſima in gulam obiurgatio, quis neget, inquit,

æſtuariis intercipiendo fluctus, piſciumq; diuerſos greges ſeparatis molibus includendo, vt nulla tam ſęua tempeſtas incideret, qua non oneratæ menſæ varietate piſciculorum abundarent. Aedificiis etiam ſpatioſis, & excelſis, deſerta ad tempus ora Lucrini lacus preſſit, quo recentiore vſu conchyliorum frueretur: vbi, dum ſe publicæ aquę cupidius immergit, Cōſidii publicani iudiciū nactus eſt: in quo Lucius craſſus aduerſus illum cauſam agens, errare amicum ſuū Conſidium dixit, ꝙ putaret Oratam remotum a lacu, cariturum oſtreis: nanque ea, ſi inde petere non licuiſſet, in tegulis reperturum. Huic nimirum magis Aeſopus tragœdus in adoptionem dare filium ſuum, q̃ bonorum ſuorum hæredem relinquere debuit: non ſolum perditæ, ſed etiam furioſæ luxuriæ iuuenem: quem conſtat cantu commendabiles auiculas in manibus emptas preciis in cœna pro ficedulis ponere, acetoque liquatos magnæ ſummæ vniones potionibus aſpergere ſolitum, ampliſſimum patrimonium, tanquam amaram aliquam ſarcinam, quam celerrime abiicere cupientem: quorum alterius ſenis, alterius adoleſcentis ſectam ſecuti, longius manum porrexerunt: neque enim vllum finitur vitium ibi, vbi oritur. Inde ab Oceani littoribus attracti piſces, inde infuſæ culinis arcæ, cēſibuſque edendi atq; bibendi voluptas reperta eſt.

DE MVLIERIBVS ROMANIS.

Vrbi autem noſtræ ſecundi belli Punici finis, & Philippus rex Macedoniæ deuictus, licentioris vitæ fiduciam dedit, quo tempore matronę Brutorum domum auſæ ſunt obſidere, qui abrogationi legis Oppiæ intercedere parati erant, quam fœmine tolli cupiebant: quia his nec veſte varii coloris vti, nec auri plus ſemiuncia habere, nec iuncto vehiculo propius vrbē mille paſſibus, niſi ſacrificii gratia, vehi permittebat. Et quidem obtinuerunt, vt ius per cõtinuos viginti annos ſeruatum aboleretur: nec enim prouiderunt ſeculi illius viri, ad quem cultum tenderent inſoliti cœtus pertinax ſtudium, aut quo ſe vſq; effuſura eſſet legum victrix audacia, quod ſi animi muliebris apparatus intueri potuiſſent, quibus quotidie aliquid nouitatis ſumptuoſius adiectum eſt, in ipſo introitu ruenti luxuriæ obſtitiſſent. Sed quid ego de fœminis vlterius loquor? quas & imbecillitas mentis, & grauiorum operum negata affectatio, omne ſtudium ad curioſiorem ſui cultum hortatur conferre: cum temporum ſuperiorum & nominis, & animi excellentes viros, in hoc Priſcæ continentiæ ignotum diuerticulum prolapſos videam: idq; iurgio ipſorum pateat.

quit, domitam, ut ait Cecilius, & uaſtatam gulam apud illos fuiſſe, qui ex tam longinquo mari inſtrumenta luxuriæ compararẽt. Iu. Nullus erit domino, quem miſit corſica, uel quem, tauro minitanæ rupes. Itẽ Varroni murena datur, quæ maxima uenit Gurgite de ſiculo. Sunt etiam qui ſuperarunt Æſopi filium, quia nõ uniones tantum liquefactos potionibus immiſcuerunt, ſed araſtas omni auro, & argento, atq; etiam gemmis exhauſerunt, & teſte Iuue. Vna comedunt patrimonia menſa. Sectam ſe. quaſi philoſophi fuerunt hi duo, ſectem dixit iuxta illud Terent. tanq̃ philoſophorum habẽt diſciplinæ ex ipſis uocabula paraſiti itidem, ut gnatonici uocentur. Longius manum porrexerũt. Luxurioſiores fuerũt. Nec enim ullum uitium finitur, unde oritur. Nunq̃ uita in primis autoribus finiuntur, ſed propoſito exemplo, tanquam doctrina ſemper autores ſuperantur. Inde. ab eiuſmodi exẽplis, Sergii, & Æſopi filii. Attracti. quaſi per uim. Infuſę culinis arcę. Conſumptæ ſunt, & exauſtæ arcæ in paradis luxurioſis cœnis. Cenſibuſq;. Ex conſumptione patrimonii reperta eſt gulæ uoluptas. ASCENSIVS. FCA. Ser. Ora. inſtituit primus facere balnea pẽſilia, ideſt ſuſpenſa in alto, aut ſicut orti pẽſiles fieri ſolebant, aut ut lecticę ſuſpenſæ feruntur, aut ut cunæ infantulorum ſuſpenduntur. q̃ impenſa, id eſt quod impendiũ pecuniæ, cœpta ab initiis leuibus, id eſt modicis, penetrauit, id eſt peruenit ad tantum non, id eſt quaſi ad, aut ad hoc, ut id ſolum defuerit, q; non ad æquora uera, ſed quaſi ad æquora, id eſt immenſa receptacula aquæ calidæ, ſcilicet in luxum balneorum, ſuſpenſa, ſcilicet in aere. hoc eſt primum quidem fecit modica receptacula aquæ calidæ ſuſpenſæ (unde utrumq; legi poteſt, & ſuſpenſæ, & ſuſpenſa) deinde tanta, ut æquora fere dici poſſent. Idẽ ſcilicet Orata, excogitauit, ideſt cogitando inuenit ſibi maria peculiaria, id eſt propria, & ſpecialia, uidelicet ne haberet gulam ſubiectam arbitrio Neptuni, quia ſæuiente mare multa genera piſcium capi nequeunt. ipſe autem uiuaria quædam extruxit intercipiendo fluctus æſtuariis, ideſt ſegregãdo ab æſtu maris, quoſdam fluctus & includendo mollibus, id eſt aggeribus ſeparatis diuerſos greges piſcium ut nulla tempeſtas tam ſæua incideret, qua menſæ Oratæ (alii legunt ornatæ, alii oneratæ) non abundarent uarietate piſciculorum. Ædificiis &c. Orata præſtit etiã ora. id eſt oſtia magna, lacus lucrini deſerta ad id tẽpus, quia primus ea occupauit ædificiis etiam ſpatioſis, & excelſis, quę frueretur recẽtiore uſu conchiliorum, quia illic habitauit ea de cauſa, ubi, id eſt quo tractu, dum ipſe immergit ſe cupidius, id eſt nimis cupide aquæ publicę, ideſt quę publicum uectigal pendebant, hoc eſt dum contra æquitatem lacum publicum ędificiis priuatis occupabat nactus eſt, id eſt inuenit (raro autem quiſquam nactus in perniciem ſuam aliquid dicitur) iudicium Conſidii publicani, id eſt datum pro conſidio publicano, id eſt publici uectigalis ex piſcatu lucrini lacus redemptore, in quo, ſcilicet iudicio L. Craſ. agens cauſam aduerſus illum, ſcilicet Oratam dixit Conſidium amicum ſuum errare, q; putaret Oratam remotum, id eſt ſi eſſet remotus a lacu, ſcilicet lucrino, cariturum oſtreis. namq; ſupple dixit ipſum repperturum ſupple ea, ſcilicet Oſtrea in tegulis, ſcilicet domus ſuæ, quia piſcinas penſiles habebat ſi non licuiſſet petere inde, id eſt a Lucrino lacu. Hinc & cætera. Pulchre tranſit ad taxandam luxuriam filii Aeſopi tragœdi Roman. unde non eſt eiuſdem Oratę exemplum, neq; filius illius Æſopi, quem Aulus Gellius fabulatorem Phrygium, & ſcriptorem apologorum dixit, cum ille ne unq̃ quidem Romam uiderit, hic autem ciuis Ro fuit cum aliter inter externa reponeretur exempla. Ordo eſt. Æſopus tragœdius, id eſt tragœdiarum actor apud. Ro. debuit nimirũ. i. haud dubiæ dare magis. i. potius huic. ſ. Oratæ tã luxurioſo, & ſumptuoſo, in adoptionẽ filiũ ſuũ, q̃ relinq̃re hæredẽ honorũ ſuorũ iuuenẽ. i. cũ eſſet iuuenis, nõ ſolũ luxuriæ perditę, ſed etiã furioſę, quę cõſtat ſolitũ ſup. eſſe, aut fuiſſe, ponerę auiculas cõmendabiles cãtu. i. optime canẽtes, ut luſciniolas aut carduellos, & ſimiles emptas imanibus. i. i gẽtibus ꝓtiis in cœna, ꝓ ficedulis. i. loco ficedularũ autũ magis delicaturũ, & eſui aptarũ, ſed minus ꝓcioſarũ, & ſolitũ aſpergere potionib⁹. i. potibus cõfectis, uniones. i. margaritas (ꝑlas uulg⁹ uocat) magnę ſummę. i. maximi ualoris, liquſtos i liquorẽ, aceto, cu ꝑlentẽ abiicere q̃ celerrime. i. ualde celeriter patrimoniũ ampliſſimũ tanq̃ aliquã ſarcinã amarã, i. grauẽ, & iniquę ꝑmentẽ. Quorũ. ſ. duorũ luxurioſorũ iã taxatorę, alterius ſenis, uidelicet Oratę alteri⁹ adoleſcẽtis. ſ. filii Æſo. ſecuti. i. ii q ſecuti ſunt, ſectã. i. ꝓfeſſionẽ & exẽplũ uitę, ut diſcipuli philoſophorũ, aut ꝓceptorũ magnorũ porrexerũt. i. extẽderũt magnum lõgius. i. multi fuerũt imitatores. neq;. n. illũ uitiũ finitur, ubi oritur. i. nullũ caret imitatore. Inde. i. ex illorũ imitatione piſces attracti ſunt ab littorib⁹ oceani. i. magni maris terrã circũdantis, cũ maria italica ſint interranea. Inde arcę. ſ. pecuniarũ plenę, fuſę ſunt culinis. i. obſoniorũ impẽſæ (Culina uulgo coquina dr̃) & uoluptas edẽdi, atq; bibẽdi cenſibus. i. ꝓcio cẽſuũ eſt reperta, ita ut quidã abſumpto in gulis patrimonio nõ amplius in cenſum referrent, ſed capite cenſi haberentur.

OLIVERIVS.

FVRBI autẽ nr̃æ. Liu. bel. Mace. Inter bellorũ magiſtrorũ, ac uix dũ finitorũ, aut imminentiũ curas, interceſſit res parua dictu ſed quę ſtudiis in magnũ certamẽ exceſſerit, M. Frãdanus & Lu. Vale. tri. ple. ad plebẽ tulerũt de oppia lege abrogãda. tulerant cã M. Oppius & T. Romuleus trib. ple. Q. F. T. Sẽpronio conſ. in medio ardore Pu. bel. ne q̃ mulier plus ſemiũciã auri hẽret, neu ueſtimẽto uerſicolori uteref, neu iuncto uehiculo in urbe, oppidoue, aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrorũ publicorũ cauſa ueheref. M. & Iu. Bru. tribunus legẽ oppiã tuebanf, neq; cã ſe abrogari paſſuros aiebãt. ac ſuadendũ, diſſuadendũq; multi nobiles ꝓdibãt, capitoliũ turba hoĩum fauentiũ, aduerſantiũq; legi cõplebaf, matronę nulla nec autoritate, nec uerecundia nec imperio uirorũ cõtineri limine poterãt, oẽs uias urbis aditusq; in forũ obſidebãt, uiros deſcẽdẽtes ad forũ orãtes, ut florẽte rep. creſcẽte indies priuata oium fortuna, matronis quoq; priſtinũ ornatũ reddi paterenf. augebaf hæc frequẽtia mulierũ indies. nã etiã ex oppidis, cõciliabuliſq; conuenerãt, iam & cõſules, & ꝓtores, alioſq; magiſtratus adire, & rogare audebãt, cæterũ minime exorabilẽ, alterũ utiq; cõſulẽ. M. Por. Ca. hẽbant, q pro lege, ne abrogaref copioſiſſime, facundiſſimeq; diſſeruit, cuius ſentẽtia tri. pl. q ſe interceſſuros ꝓfeſſi erant, multis uerbis comprobarũt. Cõtra uero L. Val. oĩo abrogandã legẽ eſſe longiori oõne diſſeruit, & utriuſq; Cat. & Val. adhuc extant oõnes in Liu. Sed cũ multa & cõtra legẽ, & ꝓ lege dicta eſſent, aliq̃to maior frequentia mulierũ poſtero die ſeſe in publicũ effudit, unoq; agmine oẽs tribunorũ ianuas obſederũt, qui collegarũ oõni intercedebãt. nec ante abſtiterũt, q̃ remiſſa interceſſio in tribunis eſt. nulla deide dubitatio fuit, qn oẽs tribus legem abrogarent annis. xx. poſt abrogata eſt q̃ lata. Licẽtioris uitę fiduciã. Libentius uiuere cœperunt Ro. ſublato hoſtiũ metu. Brutorũ domũ. q tũc trib. ple. erant. ſ. M. & T. Iunius Bru. & legẽ oppiã tuebanf, nec uolebãt abrogari legem,

Matronę repetunt ornamẽta

Intercedere. interuenire, & impedimento eſſe quo minus abrogaretur lex. Ius. ſ. oppia. Aboleretur. Tolleretur, & abrogaretur Non prou. ſæ. il. uiri, Non ſatis conſyderarunt, inquit, Romani illi qui legem abrogarunt, quem finem eſſet habitura mulierum cupiditas, q̄ licētiā ſemel nacta, ſic effuſe in omnem luxum efferretur, ut nulla modeſtia terminari, nulla copia expleri poſſe uideaṫ, donec in ſui pnicie lapſa fuerit. Infinita, & inſatiabilis eſt mulieris libido, quę ſemp nouos cultus excogitat, nouos apparatus molitur, nullū modum, nullā modeſtiā habet. Inſoliti cœ. p tinax ſtudiū. Inuſitaret & congregationis obſtinata uolūtas legis abrogandæ. Quod ſi animi mulie bris ap. ſi potuiſſent uidere quę nā foret muliebris cupiditas in apparando corporis cultu, quę ſemp noui aliquid excogitari nō deſinit, legā nunq̄ abrogaſſent, ſed in ipſo principio reſtituiſſet. mirabilia ſunt, q̄ mulieribus placēt, quibuſq; expleri nō poſſunt, q̄uis nō ſint uſibus neceſſaria, ſed ad carū delitias libidineq; reciproca, pcioſę ueſtes, atq; multiplices, aurū gēmę, uaria lauticia, excedra deaurata, opifices uarii, q̄les ſunt phrygionis, aurifices, uiolarii, manularii, mirobolarii, linteones, calceolarii, textores, ſarcinatores, ſibuarii, infectores crocotarū inſtitores gēmarū, ſericarīq; ueſtiū, deniq; illi artificū innumerabilis turba plautina, q̄ ad mulierū libidine nata eſt. In ipſo intro. i. principio iuxta illud Naſonis, Principiis obſta, ſero medicina paratur. Cū mala per longas, cōualuere moras. Sed quid ego. Eſt quaſi muliebris luxurię, ſiue cupiditatis q̄dam excuſatio, q̄ natura moles, & otioſæ, nullius grauioris rei ſtudio intentæ, nō mirū ſit, ſi cogitationes ſuas in parādos exquiſitiores cultus fixerint, atq; locauerint, cū negocioſi hoīes, & illi qui q̄dē excellētes grauioribus ſtudiis occupati in luxū fuerint, libidinemq; plapſi. Grauiorū op. ne. af. Maioribus rebus eas occupati non ſinit ſexus imbecillitas. Etenim & animi &c. Significat eos fuiſſe, & gēte, & magnanimitate pſtantes, ac rerū geſtarum gloria claros. Diuerticulū in hūc errorē, & de recta uia declinationē. eſt. n. a uia tranſlatio, nā diuerticula dicūtur loca, ad quæ diuertimus de uia, quaſi uiarū diuortia. Idq; iurgio pateat q̄ uiri pſtātes ad luxuriā declinauerūt, ipſorū altercatione cōprobatur.

ASCENSIVS.

VRBI &c. Autē. i. ſed finis ſecū bel. Pu. & Phi. rex Macedonię deuictus. i. pda ex eo, & Cartha. deuictis, dedit ubi noſtræ, hoc eſt ciuitati Romanæ, fiduciā. i. confidentiā uitæ licentioris. i. magis luxurioſę, q̄ prius quo tēpore matronæ. i. nobiles matresfamilias Romanę, auſę ſunt obſidere. i. circūuallare, domum Brutorū. ſ. M. & Iunii tribunorū pleb. q. ſ. Bruti parati erāt intercedere. i. ſe opponere, abrogationi legis oppiæ. uoluerūt. n. ut ea firma, & rata permaneret, quā. ſ. legē fœminę cupiebāt tolli, q̄a lex oppia neq; pmittebat his. ſ. matronis, uti ueſte uarii coloris, nec habere plus auri ſemiuncia. i. q̄ dimidium uncię, nec uti uehiculo iuncto. i. cōſtante ex trahentibus iumētis, & tracto uehiculo, q̄a ſolis equis ac iumētis uti poterāt propius urbē mille paſſibus, .i. in loco, q̄ nō diſtaret ab urbe mille paſſibus, niſi gratia ſacrificii, in quo matronæ ſacrificulæ uehi pmittebanṫ. Et quidē. i. etiā obtinuerūt, ut ius. i. cōſtitutū lege oppia, ſeruatū p annos. xx. cōtinuos, aboleretṫ. i. abrogaretṫ. Nec. n. uiri illius ſeculi puiderūt ad quē. i. qualē cultū. i. ornatū, ſtudiū pertinax. i. in malū perſeuerās, cœtus inſoliti. i. pter modū excreſcētis, aut inſolētis, utpote muliebris, q̄ in cultu penæ inſatiabilis eſt, aut quouſq;. i. in quā uſq; luxuriā, audacia. ſ. mulierū, uictrix legum, eſſet effuſura ſe. q̄ ſi uiri ſeculi illius potuiſſent intueri aīo. i. pſpicere apparatus muliebres. i. pompas, q̄bus mulieres ad ſe ornandas uterenṫ, quibus, .ſ. apparatibus aliquid nouitatis ſumptuoſius adiectū eſt quotidie, ipſi obſtitiſſent in ipſo introitu. i. principio luxuriæ, ruenti. i. præcipitāter ad ſummū tendenti. Deinde p paraſceuem aut ſedi-

DE CN. DOMITIO, ET L. CRASSO.

Cneus Domitius L. Craſſo collegæ ſuo altercatione orta, obiecit, q̄ columnas hymettias in porticu domus haberet: quem cum continuo Craſſus, quanti ipſe domum ſuam æſtimaret, interrogaret: atq; vt reſpōdit ſexagies ſeſtertio, quo ergo eam, inquit, minoris fore æſtimas, ſi decem arbuſculas inde ſuccidero? ipſe tricies ſeſtertio, inquit Domitius. Tunc Craſſus vter igitur luxurioſior eſt: egone, q̄ decē colūnas. C. millibus nummum emi, an tu qui decē arbuſcularum vmbrā tricies ſeſtertium ſumma cōpenſas? Sermonē oblitum Pyrrhi, immemorem Hannibalis, iamq; trāſmarinorum ſtipendiorum abundantia oſcitantem: & quanto tamen in ſequentium ſeculorum ædificiis, & ne moribus auguſtiorem ritum introduxerunt. Atq; inchoatā a ſe lauticam poſteris relinquere, q̄ a maioribus acceptam continentiam retinere maluerunt.

tum ad uiriles mores, inquit. Sed quid ego loquor ulterius. i. pſiſto loqui de fœminis, quas imbecillitas. i. fragilitas mentis, & affectatio grauiorū operū negata. & ideo maior, quia nitimur in uetitū, hortatur cōuertere, aut cōferre oē ſtudium. i. oēm operam ad curioſiorē cultum ſui, cum uideā uiros tēporum ſuperiorum, & priſcorū, excellētis, &. i. ſimul nois, & ai prolapſos. i. prolapſos declinaſſe in hoc diuerticulū. i. in hanc digreſſionem ad luxuriam ignotum. i. per ignoratam priſcæ. i. antiq̄ continentię. i. uiris continentibus in priſco tpē, & id pateat iurgio. i. contentione, aut conuitio ipſorum ut ſequentium Domitii & Craſ.

OLIVERIVS.

CN. Do. & Craſ. Hi cēſores erāt ut quidā uolunt, quo tēpore de luxuria, atq; libidine, inter ſe cōtēderunt, quoi certamine uterq; ſuccubuit. Cum. n. Domi. Craſ. luxuria quodāmodo inſimulaſſet, & q̄ cum diceret in porticu domus habere colūnas hymettias, quęſiuit ex eo ſtatim Cra. urbane ſatis, quāti ſuas illē facere ædes cui cū ſexagies ſextertio reſpōdiſſet, tum Cra. ſi. x. arbuſculas, quas voluero ex illa ſuccidero, quāti tūc æſtimabis? & cum Domi. tricies ſextertio reſpōdiſſet, tum Craſ. tu me multo luxurioſior, inq̄t, es, qui. x. arbuſcularū umbrā, & amenitatē q̄ti ædes ipſas facies, ego uero. x. colūnas cētum millibus nummū comparaui, & en q̄ luxuria dānas has ædes? Pli. in prin. xvi. lib. na. hiſt. nō emiſſe Craſſum dicit, ſed ibi ex hæreditate obueniſſe, tanti uero a Domitio fuiſſe æſtimatas pcium pmittentē. Dicit. n. nobiliſſimarū gentiū ambo Craſ. atq; Domi. cenſurā poſt cōſulatum ſimul geſſere, anno cōditæ urbis ſexcenteſimo. lxii. frequentē iurgiis ppter diſſimilitudinē morum. Tūc. Cn. Do. ut erat uehemens natura, pręterea accēſus odio, qd' ex æmulatione auidiſſimū eſt, grauiter increpuit tanti cenſorem habitare, p domo eius millia nūmorū identidem promittens. & Cra. potēs ingenio ſemp, & faceto lepore ſolers, concedere ſe reſpōdit, exceptis ſex arboribus, ac ne uno quidem denario ſi admirenṫ empta uolēte Domitio Craſ. utrū igitur ego ſum, inquit, q̄ſo Domitii exēplo graui, & ab ipſa cēſura notādus, qui in Comitio, q̄ mihi hæreditate obuenit comitet habitē, an tu qui ſex arbores æſtimes? Ex fouere ſolitæ paruulo ramorū opacitatæ laſciuiā. itē alibi li. xxxvi. Dicit hunc Craſ. a M. Bru. in iurgio fuiſſe notatū. iā enim inquit L. Craſ. oratorē illū qui primus peregrini marmoris columnas habuit in eodē atrio hymettias, tamē nec plures ſex aut lōgiores duodenū pedum, quē M. Brutus in iurgiis ob id uenerē palatinā appellauerat. Sexagies ſe. h. ſexterties. Quo mi. ſæ. q̄to minori pcio, uel lucro. alii habent foro, quod ſæpius ponitur p pcio, quia ibi uenalia ſūt. nā dicimus uili foro uendiṫ annona. i. uili pcio. Decē. c. Plin. ut uidimus ſex tantūmodo fuiſſe dicit. Nummū. p nummorū. Sermones obliti Pyr. Sermones, inquit, Craſſi, atq; Domi. penitus obliti eſſe uidebanṫ illius ueteris parſimoniæ, quæ bello Pu. tarentinoq; uiguit in urbe Romana, iamq; alium adiecerāt, ad illā pnicioſam luxuriā Aſiaticam Romani. Iamq; tranſmarinorū ſtipendiorū, ut Philip. Antiochi. Mithridatis. Auguſtiorem ritum. Venerabilius exemplum, utpote a maioribus traditum. Introduxerūt. ac ſi diceret eos Romanæ luxuriæ primos autores fuiſſe, poſteros uero horum exēplo multo luxurioſiores factos, maluerunt ergo luxuriæ principiū introducere, q̄ maiorū continētiā retinere, q̄ Metelli probat exēplo.

ASCENSIVS.

CN. Do. obiecit L. Craſ. collegæ. ſuo, ſcilicet in cenſura altercatione orta, ſcilicet inter eos, q̄ haberet in porticu domus columnas hymettias, id eſt atticas ex hymetto monte Atticę regionis ubi etiam optimum mel naſcitur, quem, ſcilicet Domitium cum Craſſus interrogaret continuo, quanti ipſe æſtimaret domū ſuam. ſ. Domitii, atq; ut id eſt poſtquam Domi. reſpondit ſexagies ſextertio. i. lx. ſextertiis, ergo, inquit, Craſ. ſi ipſe. i. ego ſuc-

cidero

tidero inde.i.de domo, & proximo ſeco ad illa ſpertinente.x.arbuſculas.i.paruas arbores.quo.i.q̃to minoris ęſtimes eam ſ.domum tuam fore? ſic melior eſt lectio, q̃ ut legatur, aut quo ergo eam minorem fœnore, aut minore foro ęſtimas. Do.inquit.i.reſpondit ſextertio tricies.i.xxx.ſextertiis.q.d.dimidio eius. Tunc Cra.ſup.ait (quod tamen ſcribendum nõ eſt) igitur uter ſup.noſtrum eſt luxurioſior, ego neq; emi columnas.x. (Pli.tamẽ ſex dicit) centũ millibus nũmum? hoc eſt nummorũ (ſed cum numerati apta eſt ſyncopa in noībus ſecundę, non neutri generis) an tu, qui umbram.i.arbuſcularũ cõpenſas ſumma ſextertii tricies (qa non uenuſte diceret.xxx. ſextertiorum, quia cũ numerali ut dixi, aptior eſt ſyncopa. nec.xxx. ſextertiũ, qa neutra ſingulari non carentia, ſyncopam, ne cum ſingulari coincidant refugium. dixit ſextertii, ſicut ſextertio, Sane hunc textũ in multis mendoſum inueni, & uarie legi, unde Oli.ſequentem particulã legit. Sermones oblitũ, ubi alii legunt ſermonẽ ut ſit) o ſup.ſermonem.ſ.duorũ cenſurũ, oblitũ Pyrrhi, & immemorẽ Hãni.i.quẽ Pyrrhus & Han. de frugalitate Roma. habuerũt (dixit.n. Pyrrhus cum muneribus ſuis locũ Romę nõ eſſe cognouit eius capiundę ſpem nullã reliquã eſſe & Hãnibal, prius q̃ luxu caperẽtur, Romanos capi nõ poſſe) & oſcitantẽ iã.i.negligentẽ factũ, hoc eſt uirorum factorum negligentiũ, abundantiã ſtipendiorũ tranſmarinorum, ut Philip. Antiochi, Mithridatis, & aliorum regum uictorũ pręda conquiſitorum. Et tamen q̃to auguſtiorem.i. auctiorem ritũ,.i. morem confirmatum introduxerunt.ſ.dicti amatores luxurię ædificiis, atq; nemoribus.i.locis amœnis uoluptatis gratia comparatis, ſeculorũ inſequentium? q.d.multo. Quia licet ipſi multũ a maioribus ſuis diſceſſerunt multo plus minores eorum ipſos in luxu ſuperarunt. Nã luxuria deinceps maxima cœpit incremẽta. Atq; ipſi maluerunt relinquere poſteris lauticiã.i.luxurioſam munditiã, & apparatum cœnarũ inchoatã a ſe, q̃ retinere conſciẽtiã.i.cohibitionẽ luxuriæ, per ſobrietatem, & parſimoniã acceptã a maioribus.i.pceſſoribus ſuis.

OLIVERIVS.

Metelli pii in Hiſpania luxuria

QVID enim ſibi uoluit. De luxuria Me.Pii Macro.conuiuiorum lib.pri.cum Salu.teſtimonio meminit, hic a maiorum diſciplina tantopere declinauit in Hiſpa.bello Sertoriano, quo ſibi cũ hoſte fortiſſimo, & calidiſſimo dimicandum erat, ut multa luxuria ſe, exercitumq; corrũpi pateretur. nã quocunq; diuertiſſet diuini ſibi reddebantur honores, tecta regio ſtruebantur apparatu, conuiuia multis, uariiſq; ludis celebrabant, capiti aureæ coronæ imponebantur. Et hæc ſibi fieri paſſus eſt nõ in luxurioſa prouincia, ubi hoſtes eſſent imbelles, ſed in ipſa Hiſpania bellicoſiſſima prouincia, cũ pſertim rem haberet cum acerrimo, aſtutiſſimoq; hoſte Sertorio, qui tunc maxime timendus fuerat. Sed oblitus tunc eſt diſciplinæ paternæ Metellus. Quid ſibi uoluit? q.d.nihil aliud, q̃ ut a ſe inchoatam lauticiam poſteris relinqueret, & a maioribus acceptam continentiam omitteret. Attalicis aulæis. quæ primum in Aula regis Attali inuẽta fuerunt. Immanibus. Immenſis, & ſumptuoſis. Palmata ueſte. Alii lauticia in conuiuiis ipſe triumphali ueſte utebatur. Palmata, triumphali, qua imperatores uictoria potiti triumphare conſueuerant. Demiſſaſq; lacunaribus alius genus luxuriæ qꝫ e laquearibus aureæ coronę ueluti cælitus demiſſæ capiti eius reponebantur. Et ubi iſta (nõ in Græcia. Eſt quaſi quædam exaggeratio luxuriæ Metelli, qui nõ in prouincia luxurioſa, ul Græcia, aut Aſia, ſed in Hiſpania bellis aſſueta, laborioſaq; prouincia, ubi Sertorius eſſet imperator acerrimus, qui plures Romanos exercitus profligaſſet. Non in Græ

DE METELLO PIO.

Quid enim ſibi voluit princeps ſuorum temporũ Metellus Pius, tunc cum in Hiſpania aduectus, ſuos ab hoſpitibus aris, & thure excipi patiebatur: cũ Attalicis aulęis contectos parietes læto animo intuebatur: cũ immanibus ępulis apparitiſſimos interponi ludos ſinebat: cũ palmata veſte conuiuia celebrabat: demiſſaſq; lacunaribus aureas coronas velut cæleſti capite recipiebat: & vbi iſta: non in Græcia, neq; in Aſia, quarum luxuria ſeueritas ipſa corrumpi poterat ſed in horrida, & bellicoſa ꝓuincia: cum præſertim acerrimus hoſtis Sertorius, Romanorum exercituũ oculos Luſitanis telis perſtringeret: adeo patris illi ſui Numidica caſtra exciderant. Patet igitur, q̃ celeri tranſitu luxuria affluxerit. Nam cuius adoleſcẽtia priſcos mores vidit, ſenectus nouos orſa eſt.

DE CVRIONIBVS.

Cõſimilis mutatio in domo Curionum extitit. Siquidem forum noſtrum & patris grauiſſimum ſupercilium, & filii ſexcenties ſeſtertium æris, alieni aſpexit, cõtractum famoſa iniuria nobilium iuuenũ. Itaq; eodem tempore, & in iiſdem penatibus diuerſa ſecula habitarũt, frugaliſſimũ alterũ, alterũ nequiſſimum.

cia, neq; in Aſia. Quæ prouinciæ delitiis abundantes, milites habent molles, & imbelles, & ibi feroces militum animi, ſeueritaſq; Romana corrumpi facile poterat. Patris ſui. Metelli Numidici, qui Iugurtham Numidiæ regem bello ſæpius ſuperauerat. Exciderant. ſ. animo, hoc eſt exceſſerant mente. Patet hinc. Ex hoc, inquit, intelligere poſſumus, q̃ celeriter luxuria Romanos inceſſerit. Quod qui adoleſcens maiorum continentia uixerat, ſenior factus luxuriam didicerit. Priſcos mores. Cõtinentes maiorum mores, uiderat autem in patre priſcos illos, & probatiſſimos mores. Nouos. Luxurioſos, & perditos, ac ſi diceret inuſitatos. Orſa eſt. Incœpit, quia primus ipſe in Hiſpania luxurioſe uiuere cœpit.

ASCENSIVS.

QVID enim Met.Pius princeps ſuorum temporum uoluit ſibi tũc, cum patiebatur aduentus ſuos excipi in Hiſpania ab hoſpitibus, aris, & thure quoſmodo dii excipi deberẽt? Cum.i.quando intuebatur læto animo parietes contectos. Aulæis Attalicis.i.cõpertis primum in Aula Attali regis? (ſunt autem quæ uulgo tapeta dicuntur cũ tapeta potius ſubſternantur, aulæa ſuſpendantur) cum ſinebat.i. permittebat ludos apparatiſſimos interponi epulis immanibus.i.ſumptuoſiſſimis? cum.i. quãdo celebrabat cõuiuia ſup. in ueſte palmata.i. triumphali a palma dicta? & cum ſup.recipiebat coronas aureas demiſſas lacunaribus.i. de ſummo cameræ, deſuper incruſtatæ in tegumentis inauratis uelut capite cæleſti.i. diuino, cui cęlitus miſſę imponi deberent coronæ. Et ubi ſup.faciebat, & tolerabat fieri Metellus iſta? nõ in Græcia, neq; in Aſia, quarum.ſ.regionum luxuria (quia tunc maxima erat) ipſa ſeueritas, ne dum ſeueri poterant corrumpi, ſed in prouincia horrida & bellicoſa.ſ.Hiſpania, præſertim cũ Sertorius hoſtis acerrimus perſtringeret oculos exercituum Romanorum telis Luſitanis.i. Luſitanorum populorum affinium, adeo.i.in tantum, exciderũt illi.i.ab eius memoria caſtra Numidica patris ſui.i. q̃ pater ſuus ſeueriſſime rexerat, & inſtituerat in Numidia contra Iugurtham, quia primus correcta diſciplina militari Iugurtham ſibi diffiderẽ coegit, & ad ueram deditionem animum applicare, q̃uis Marii factione uictoria ſumma, quam pene in manibus habebat ad Marium tranſlata eſt. Patet igitur q̃.i.q̃tum celeri tranſitu luxuria affluxerit. Nam cuius.ſ.Metel.Pii adoleſcẽtia uidit mores priſcos .i.antiquos, & prioris ſeculi, ſub patre.ſ. eius ſenectus ſup. eius orſa eſt.i.inchoauit nouos.ſ.mores.

THEOPHILVS.

DEMISSAQVE lacunaribus. Saluſt.hiſt.ii.de Metel.cõuiuio Tranſenã ait dimiſſum uictoriæ ſimulachrũ, cũ machinato ſtrepitu coronã capiti imponebat.

OLIVERIVS.

CONSIMILIS mutatio. Curio, ad quem Cic. priores ſecundi lib.epiſtolas ſcribit tri.ple.principiu diſſentionis Cæſaris, atq; Pomp.patrem, auumq; habuit oratores egregios, & contineutiſſimos uiros, cui patrem clariſſimum ſuis laudibus omniũ fortunam ſuperaturum fuiſſe dixit Cice. ſi ei contigiſſet, ut hunc Curionem filium ante uideret, q̃ a uita diſcederet ipſe uero tri.ple. factus Cæſ.actionibus, cuius eſſet inimiciſſimus primo reſiſtere cœpit, deinde eum luxurioſe uiuendo æris alieni plurimum contraxiſſet, illi facile conciliatus eſt, & teſte Appiano pudicitiã non ſatis honeſtam habuiſſe creditur. Nam adoleſcentes eius domum frequentabant muneribus illecti, cum Cæſ.quoq; parum pudice uixiſſe exiſtimatur. Forum noſtrum. ciues Rom. continens pro contento. Grauiſſimum ſupercilium. rigidiſſimam ſeueritatem. Et filii.ſ.Curio tri.ple.inter initia belli ciuilis, quod inter Cæſ.& Pom.geſtum eſt. Contractum famoſa iniuria. Vt ſuæ libidini

ſatisfaceret, adoleſcenteſq; muneribus, & prętio corrúperet, qui-
bus abuteretur. Nam honeſtis uerbis rem turpiſſimam innuit.
Frugaliſſimum alterum propter patrem, quem continétiſſimũ
fuiſſe conſtat. Nequiſſimum. peſſimum propter filium, qui tur-
piter uixit.

ASCENSIVS.

CONSIMILIS mutatio. ſ. morum extitit in domo curionũ

ſtum eſſet dicere, quẽ nocentẽ ſciuerant, abſoluerũt, an. ſ. iudices,
qui pmutarũt religionẽ. i. obſeruationẽ, iuſiurandi, ſtupro. i. qui
propter ſtuprum derelinquerunt iuſtitiam.

THEOPHILVS.

NOCTES matronarum, &c. Hoc & Mar. Tullius ad Atticũ
lib. i. per hæc O dii boni rem perduã, etiã noctes certarum mulie-

DE PVBLIO CLODIO.

Publii autem Clodii iudicium quanta luxuria, & libidine abundauit: in quo vt euidenter inceſti crimine nocens reus abſolueretur, noctes matronarum, & adoleſcentium nobiliũ magna ſumma emptę mercedis loco iudicibus erogatæ ſunt: quo in flagitio tã tetro, tamq; multiplici, neſcias primum quem deteſtere, an qui iſtud corruptelæ genus excogitauit, an qui pudicitiam ſequeſtrem periurii fieri paſſi ſunt, an qui religionem ſtupro permutarunt.

DE GEMELLO TRIBVNITIO.

Aeque flagitiorum illud conuiuium, quod Gemellus Tribunitius viator ingenui ſanguinis, ſed officii intra ſeruilem habitum deformis, Metello, & Scipioni conſulibus, ac tribunis plebis, magno cum rubore ciuitatis comparauit: lupanari enim domi ſuæ inſtituto Mutiam, & Fuluiam tum a patre, tum a viro vtranq; inclytam, & nobilem, puerum Saturninum in eo proſtituit: probroſa proſapiæ corpora, ludibrio temulentę libidinis futura: epolas conſulibus, & tribunis non celebrandas, ſed vindicandas.

ciuium illorum Romanorũ pa-
tris, & filii. Siquidem. i. quoniã
forum noſtrum. ſ. Romanũ aſpe-
xit, &c. i. ſimul grauiſſimum ſup-
ciliũm patris. i. maioris Curio-
nis, qui ſeuere, & multum caſte
uixit, & ſextertium ſexcenties,
hoc eſt ſexcenta ſextertia. i. mil-
le quingentas libras æris alieni
. i. debiti filii. i. iunioris contra-
ctum iniuria famoſa. i. turpitu-
dine iuuenum nobilium. i. quã
iuuenes nobiles per ſummã in-
iuriam ſibi, & ſuis illatam amo-
re ęris admiſerant. Itaq;. i. & ita,
diuerſa ſecula. i. mores. aut in-
ſtituta diuerſorũ ſeculorum, ha-
bit. uerunt eodẽ tempore, & in
eiſdẽ penatibus, altera frugaliſ-
ſimum, quod erat in patre, alte-
rũ. ſ. ſeculum, nequiſſimum. i. lu-
xurioſiſſimum cõpertũ in filio.

OLIVERIVS.

Clodii Incęſtus — PVBLII autem Clodii P.
Clodium deę florę ſacra uiolaſ-
ſe, incœſtiq; reum factum eſſe
a corruptis iudicibus abſolutũ.
diximus in. e. de teſtibus & alio

rũ, atq; adoleſcẽtulorũ nobiliũ
productiones, nõnullis iudici-
bus pro mercedis cumulo fue-
runt. OLIVERIVS.
AEQVE flagitioſum. non
minus ſe geſſit obſcœne, imparã-
do cõſulibus, tribuniſq; conui- — Viator tribunitius
uio gemellus, q̃ in corrumpen-
do iudicio Clodius. ſic. n. dete-
ſtandũ Me. Scipioniq; cõſu. ac
tri. ple. conuiuiũ ſceleratiſſimus
iſte uiator parauit ſumma ob-
ſcœnitate refertũ & Romanæ ci-
uitati erubeſcendũ, ſicut ille iu-
diciũ per ſummã turpitudinẽ,
luxuriáq; corrupit. Aeq; flagi-
tioſum. ſimiliter ſceleratũ, & oſ
reprehenſione digniſſimũ. Tri-
bunitius uiator. miniſter tribu-
norũ, qui ex agris ſenatores in
curiã accire cõſueuerat. nam a
uia uiatores ſunt appellati. In-
genui ſan. Nam in libera domo
natus erat, & ipſe ingenuus, ſed
ad Seruilẽ ſe fortunã redegerat
uiatoris officium exercẽdo, qđ
deforme ſemper fuit, atq; ſerui-
le. Deformis of. ſ. uiatoris illi-

loco quomodo uero corruptio illa facta ſit, nũc oſtendit, non tã-
tum pecunia, quod tolerabilius fuiſſet, ſed perdita luxuria, quod
turpius fuit: nam matronas ingenuas, nobileſq; pueros ingenti
precio conduxit, quos iudicium libidini ſubiiceret. ut. n. cuiuſq;
ſtudium flagrabat, ſic eius libidini obtemperabat, ut aliis ſcorta,
aliis pecuniam præberet dummodo ſibi obnoxios redderet, a
quibus abſolueretur, neq; ſumptui, neq; modeſtiæ ſuæ parcere.
Lu. & libi. luxuria in actu, libido in cupiditate. nam conſtat lu-
xurioſiſſimum fuiſſe, qui etiam inceſtum commiſerit. Noctes.
concubitus, & adulteria, quæ nocte committuntur. Erogatæ.
exhibitæ, & datæ. nam iudicibus mulierum, & puerorum copiã
fecit. Quo in fla. tam tetro. Si Clodium, inquit, huius facinoris
autorem, ſi matronas, & pueros flagitii mediatores, ſi iudices
æquitatis uiolatores in collationem adduxeris, qui nam eorum
maiori ſint deteſtatione digni, non facile inueneris. Tam tetro.
tam turpi, & horrendo. Tamq; multi. quia multis modis pecca-
tur, per Clodium per matronas per pueros, & iudices. Qui iſt.
c. g. ſ. Clodius, qui nouum corruptionis genus inuenit, quo iudi-
ces corrumperet. An qui pu. ſu. matronæ, ac pueri. qui tantæ ob-
ſcœnitati ſubiecti uoluerũt ſuam pudicitiam periurii mediatricẽ
eſſe. & maſculino genere uſus eſt, quia ſemper præponderat. Se-
Sequeſtris periurii — queſtrem. mediatricem periurii, quia concubitus illi cauſa fuere,
ut peierarent iudices in abſoluendo Clodio nocentiſſimo, & tur-
piſſimo homine. An qui religionem iudices. qui contempto ſa-
cramento, quo adacti iurauerant ſe iuſtitiam, & æquitatem ſerua-
turos, uiolarunt iuſtitiam. Religionem. iuſtitiam, quę uiolari nõ
poteſt ſine deorum contemptu.

ASCENSIVS.

PVBLII &c. Autem. i. ſed iudicium Pu. Clodii. ſ. quo ince-
ſti abſolutus eſt, quanta luxuria. i. prauo actu & libidine. i. praua
uolũtate iudiciũ abũdauit q. d. maxima, in quo. ſ. iudicio, ut reus
. ſ. Clodius nocẽs euidenter crimine inceſti cõmiſſi in tẽplo deæ
Florę, noctes. i. concubitus matronarũ, & adoleſcentiũ nobiliũ,
emptę. ſ. a Clodio, magna ſumma. ſ. pecuniæ ſunt erogatę. i. im-
pẽſæ iudicibus loco mercedis tã iniqui iudicii. In quo flagitio tã
tetro. i. turpi, & horrẽdo, & tã multiplici. i. multos implicante. ne-
ſcias. i. merito dubites quẽ deteſtere. i. dbeas deteſtari primũ, an
. ſ. Clodiũ, qui excogitauit iſtud genus corruptelę, an ſup. matro-
nas, & iuuenes nobiles, qui paſſi ſunt pudicitia ſuã fieri ſequeſtrẽ
. i. mediatricẽ, & conciliatricẽ periurii. ſ. iudicũ, qui iurati quod iu-

beralis. Magno cum rub. ciui. q; ſummi magiſtratus, in quibus
imperii maieſtas conſpicitur, tam luxurioſis epulis, tãtæq; obſcœ-
nitati ſe tradidiſſent, ut nobiliſſimas matronas, ingenuumq; pue-
rũm ad explandam ſui corporis libidinẽ, inter epulas proſtituen-
dos habuerint. in quibus propter dignitatem, imperiiq; maieſta-
tem ſumma continentia eſſe debuerat. Mutiam. Mutii Scęuolę
filiam. & Pompo. magni uxorem, cui poſt Mithridaticam uicto-
riam Pompe. in patriam rediens miſit libellum diuortii, q; eam
haberet adulterii nomine ſuſpectam. Fuluiam. Fuluii Flacci fi-
liam, quæ primo Clodio, deinde M Antonio nupſit. Proſapiæ.
cor. mulieres, & puerum appellat corpora antiquæ familiæ. nam
proſapire eſt procul ſpargere, unde proſapia antiqua familia. quę
in longum genus ſpargit. Ludibrio. contemptui, & ludificatio-
ni. Non. e. non frequentandas. Sed uin. pu. propter intolerabi-
lem, ignominioſamq; libidinem.

ASCENSIVS.

AEQVE flagitioſum ſup. fuit illud conuiuium, quod Gemel-
lus uiator, id eſt miniſter tribunitius, id eſt qui a tribunis miſſus,
aut cõprehendebat, aut in ius uocabat, ad quos miſſus erat, ſan-
guinis ingenui, id eſt liberi, ſed officii, id eſt exercitii deformis in-
tra habitum ſeruilem, id eſt etiam ſi ſeruus eſſet, & ita non intelli-
git de officio uiatorio, ſed lenonio. erat enim leno, & proſtitutor
puerorum, & matronarum, quo nullum turpius, comparauit
Metello, & Scipioni conſulibus, ac tribunis plebis cum magno
rubore ciuitatis, ſcilicet q; ſummi magiſtratus ſibi tale conuiuiũ
parari paſſi eſſent. enim, id eſt quia lupanari, id eſt proſtibulo inſti-
tuto domi ſuæ, ſcilicet Gemelli proſtituit in eo, id eſt ad libidinẽ
explendam conuiuiis obiecit, Mutiam, ſcilicet Scæuolæ filiam,
& Fuluiam Fuluii Flacci filiam, utranq; inclytam tum a patre,
tum a uiro, quia Mutia Pompeio magno nupſerat, & Fuluia Clo-
dio, & Marco Antonio, & Saturninum puerum nobilem quia
patricium. O ſupple corpora proſapiæ. id eſt antiquæ, & ita nobi-
lis progeniei, probroſa, id eſt plebs probri, & dedecoris, futura
ludibrio libidinis temulentæ, quod dicit in eos, cum iam conſen-
ſerant ad ſtupra aut poſtquam admiſerant, quia uiolata ſemel a
magnis pudicitia, poſtea facillime, cuius obiicitur. & ſup. O epu-
las non celebrandas conſulibus, & tribunis, qui tunc in conui-
uio erant, ſed uindicandas, ſcilicet merito ab eis, unde non intel-
ligo eoſdem tribunos, qui & conſules erant.

Oliuerius.

DE CATILINA.

Verum præcipue Catilinæ libido ſceleſta, nam veſano amore Aureliæ Oreſtillę corruptus, cum vnũ impedimentum videret, quo minus nuptiis inter ſe iungerentur: filium ſuum, quem & ſolum, & ætate iam puberem habebat, veneno ſuſtulit: protinuſq; ex rogo eius maritalem facem accendit, ac nouæ maritæ orbitatẽ ſuam loco muneris erogauit: eodẽ dein de animo ciuem gerẽs, quo patrẽ egerat: filii pariter manibus, & nefarie attentatæ patriæ pœnas dedit.

DE HANNIBALE.

At Campana luxuria, perquam vtilis ciuitati noſtræ fuit. Inuictum enim armis Hannibalem illecebris ſuis complexa, vincendum Romano militi tribuit. Illa vigilãtiſſimũ ducem, illa exercitũ acerrimũ dapibus largis, abundanti vino, vnguentorũ fragrãtia, veneris vſu laſciuiore ad ſomnũ, & delitias euocauit: ac tum demũ fracta & contuſa Punica feritas eſt, cũ Seplaſia ei, & Albana, caſtra eſſe cœperũt. Quid ergo his vitiis fœdius: quid etiam damnoſius: quibus virtus atteritur, victoriæ langueſcunt, ſopita gloria in infamiam conuertitur, animiq; pariter, & corporis vires expugnantur: adeo, vt neſcias ab hoſtibus ne, an ab illis capi pernicioſius habendum ſit.

OLIVERIUS.

Catilinę luxuria — PRÆCIPVE uero Catilinæ. Sallu. bello Catilinario de ſceleſta Cati. luxuria, perditaq; libidine, iam primũ, inquit, Catilina adoleſcẽs multa nefanda ſtupra fecerat cũ uirgine nobili, cũ ſacerdote Deæ ueſtæ, & alia huiuſmodi cõtra ius, faſq; poſtremo captus amore Aureliæ Oreſtillę cuius pter formã, nihil unquã laudauit bonus ꝙ ea nubere illi dubitabat, timẽs priuignũ adultũ ætate credit̃ ꝑ certo necato filio uacuã domũ, ſceleſtis nuptiis feciſſe. Maritalem. ſ. Tam ꝑpere illã poſt filii mortẽ duxit uxorẽ, ut ex medio cogo filii facẽ, eius cõiugii accẽdiſſe uideat̃. Nouæ ma. nouę ſponſæ, & affectate dixit maritę. Eodẽ dei. ani. qa non aliter in patriã ipius fuerat, q̃ in filiũ quippe quã ſcelerata cõiuratione perdere moliebatur, ni Cic. tum conſulis ſapientia reſtitiſſet. nota eſt hiſtoria.

ASCENSIVS.

PRÆCIPVE &c. Vero .i. ſed libido Catilinæ uiri nobilis, & ciuis Romani, de quo Sall. extat opus, ſup. fuit ſceleſta .i. ſcelere inquinata ꝑcipue. nã corruptus, aut correptus ueſano amore Aureliæ Oreſtillæ, mulieris formoſæ, ſed famoſæ, cũ uideret unũ impedimẽtum quo minus .i. ut nõ iungerentur iter ſe nuptiis, uidelicet filiũ ſuũ, hoc eſt Catilinæ, quem habuit, & ſolũ, & puberẽ ętate, ſubſtulit ſup. eũ .i. clam de medio uiuentium tulit, hoc eſt necauit eũ ueneno, & accẽdit protinus ex rogo eius .ſ. filii interẽpti facem maritalem .i. tædam, quæ in nubentibus præferri ſolebat, hoc eſt tam cito poſtea eam duxit, ut facem potuiſſet ex cogo filii accendere. ac erogauit .i. impartiuit nouæ maritæ .i. uxori, ſed affectanter maritæ dicit orbitatem ſuam .i. carentiã, prolis loco muneris, quod uxor a marito accipere ſolebat, cum dotem numeraſſet, gerens ſup. ſe, deinde eodem animo ciuem .i. animatus ſic i patriam, cuius erat ciuis, quo egerat patrem, qa ſicut filiũ perdidit, ita patriã perdere moliebatur, coniuratione facta q̃ Cice. detexit, dedit pœnas .i. iuſta ſupplicia luit pariter manibus .i. umbris, aut reliquiis ſpiritus filii .ſ. interempti, & patriæ attentatæ nefariæ .i. per ſummũ nefas. Eſt enim aduerbiũ.

OLIVERIVS.

Cãpana luxuria. AT campana lu. poſt cannẽſem cladem ſatis conſtat Capuã tum luxuriantẽ longa felicitate ac indulgentia fortunæ, & maxime inter corpora oia licentia plebis, ſine modo libertatẽ exercentis, ad Hãn. cũ Ro. inſultatione defeciſſe, ad quã cũ appetente hyeme, Hannib. exercitũ in Hyberna dediſſet, partemq; hyemis maiorẽ illic in tectis habuiſſet, aduerſus omnia mala diu, ſæpeq; durantẽ, bonis inexpertũ, atq; inſuetũ militẽ hac una hybernatione perdidit. nã quẽ nulla uis mali uicerat, nimia bona, & ĩmodicæ uoluptates perdidere, & eo ipenſius, quo ſe auidius ex inſolentia in eas immerſerat. Sõnus enim, & uinũ, & epulæ, & ſcorta, linteaq;, & ociũ cõſuetudine indies blandius ita eneruarunt corpora, animoſq;, ut magis deinde uictoriæ pteritæ eos, q̃ pſentes tutarentur uires. maiuſq; id peccatũ ducis apud peritos artiũ militariũ habet̃, q̃ ꝙ nõ ex cãnenſi acie ꝓtinus ad urbẽ Romanã duxiſſet. illa enim cunctatio diſtuliſſe modo uictoriã uideri potuit, hic error uires ademiſſe ad uincendũ. Itaq; ueſtut ſi cũ alio exercitu a Capua exiret, nihil uſquã priſtinæ diſciplinæ tenuit, nã & redierunt pleriq; ſcortis impliciti, & ubi primũ ſub pellibus haberi cœpti ſunt, uiaq;, & alius labor militaris excepit, tyronũ modo corporibus, animiſq; deficiebant, & deinde per omne æſtiuorũ tẽpus magna pars ſine cõmeatibus ab ſignis dilabebantur, neq; aliæ latebræ q̃ Capua deſertoribus erant. Seneca ad Luciliũ epiſto. quinquageſima. Quomodo quiſq; poteſt, de hac luxuria cãpana una hyberna, inqt, Hãnib. ſoluerunt, & indomitũ illũ niuibus, atq; alpibus uirũ eneruare cãpaniæ fomẽta armis inuictus, uitiis uictus. nam paulo ſupra de locis illis uoluptuoſis ita tradit, quemadmodũ iter tortores habitare nolim, ſic nec inter popinas quidẽ uidere ebrios per littora errãtes, & cõmeſſationes nauigãtiũ, & ſimphoniarũ cantibus ſtrepentes, lacus, & alia quę uelut ſoluta legibus, luxuria nõ tm̃ peccat, ſed publicat. Illecebris ſuis cõplexa. Quæ ſuis uoluptatibus quibus abũdat Hãnib. cõprehendit. nã Capua ꝑpa ſemꝑ ciuitas in luxuria fuit, nõ ingenitorẽ modo uitio, ſed affluenti copia uoluptatum, & illecebris ois amænitatis maritimę, terreſtriſq; & tũc licẽtia tantopere laſciuiebat, ut nec libidini, nec ſũptibus modus eſſet, quod Liu. Hãnib. capuę Q. Cur. Alex. Babyloni accidiſſe dicit. Fragrãtia. odore, eſt enim ſubſtantiuũ. — Fragrantia

Fracta, & cõtuſa feritas. Vt facile dein de uinci potuerit, q̃ ad id tẽpus fuerat iuicta & idomita. primus aũt Marcel. illã uinci poſſe docuit apud Nolã. ubi Hãni. exercitũ fudit, atq; fugauit.

Tũ ſeplaſia. Alii habẽt ſelapſa, eſt aũt platea Capuę, ſic appellata, in qua myropolę, hoc eſt unguentarii ſoliti ſunt negociari, Cuius Cic. meminit in orone contra C. Piſonem ubi de lege agraria diſputat, & teſtimonio Cic. Seplaſia dicta eſt, quamuis ſelapſia dicatur, a Valerio, ſe quid fortaſſe, factũ eſt errore, uel imperitia librariorũ. Albana caſtra, mollia, & effœminata, conſtat enim Albanos fuiſſe molliores, & Albæ magnus fuit uſus unguentorũ, ergo caſtra pœnorum facta ſunt Albana. — Albana caſtra

Quid his ergo ui. fœ. Cõcludit hãc particulam, oſtendens, nihil inueniri poſſe turpius, nihil pernicioſius, luxuria, atq; libidine, quibus uirtutes non offuſcantur modo, ſed penitus tollunt̃. Sopita gloria. Per hæc uitia omnis rerũ geſtarum gloria parta extinguitur i infamia acceditur, incommoda & mala multa ſubſequuntur. Adeo ut ne. ab hoſtibus capi turpe eſt, ſed a uoluptatibus, & luxuria multo fœdius, ac etiam pernicioſius.

ASCENSIVS.

AT .i. ſed luxuria cãpana, in qua elanguit uirtus Hãnibalis, fuit per quã .i. ualde utilis ciuitati nr̃æ .i. Romanæ. Enim .i. quia ipſa cõplexa, ſuis illecebris .i. oblectamentis, Hannibalem .ſ. pœnorũ ducem inuictũ armis, tribuit ſup. eũ uincẽdũ militi Romano ut apud Nolã, & poſtea i Africa illuc reuocatũ. Illa .ſ. luxuria cãpana euocauit dapibus largis, uino abundanti, fragrantia .i. odori ferentia unguentorũ, uſu ueneris .i. coitus, laſciuiore .ſ. q̃ natura requirat, ducem uigilãtiſſimũ .ſ. prius utpote Hãn. & exercitũ .ſ. eius acerrimũ .ſ. prius, ad ſomnũ, & delitias, ac feritas punica eſt fracta, & cõuicta tũ demũ, cũ caſtra cœperũt eſſe ei ſeplaſia & Albana .i. unguẽtata, & meretricio ueneno ibuta, l ſeplaſia, & Albana regionibus Capuæ urbis, quod potius dicã, q̃ ut de Albæ ciuitatis luxu itelligã. Nã plateæ, & portæ denoiari ſolet, aut ab inquilinis alterius urbis, aut ꝙ ea ad eã urbẽ iter fiat. Ego cũ ſic clãgueret dux talis cũ tali exercitu, qd ſup. eſt fœdius his uitiis .ſ. luxuriæ, & libidine: quid etiã damnoſius: q. d. nihil, utpote quibus uirtus atteritur .i. abſumitur paulatim, uictoriæ elangueſcũt .i. tepeſcẽdo pereũt, & gloria ſopita .i. cooperta, ut ignis ſopitur cineribus cõuertitur i ifamiã, & uires ai pariter, & corpis expugnãtur .i. uincunt̃. adeo .i. in tm̃, ut neſcias an habẽdũ .ſ. cenſendũ ſit pernicioſius capi ab hoſtibus, an ab illis .ſ. dictis uitiis.

THEOPHILVS.

¶ SEPLASIA. de ſeplaſia capuæ Foro. Tullius & In eum Pedianus Aſonius, Pliniuſq;, & Auſonius. Albana. Fori quoq; nomen eſt æque delitiis abundantis, ac ſeplaſia. Nam ſenſus eſt, tum punica feritas eſt contuſa, quomodo Seplaſia, Albanaq; rerū uenalium Capuæ loca cœperūt eſſe caſtra. i. ubi Carthaginienſes hybernare Capuę cœperūt, & ꝓ caſtris ea fora celebrare.

OLIVERIVS.

¶ QVÆ & Volſcinenſium. L. Flo. lib. i. poſtremi Italicorū in fide māſere Volſcini opulentiſſimi hetruſcorū imploran tes opē aduerſus ſeruos quondā ſuos, q libertatē a dominis datā in ipſos erexerant, tranſlataq; in ſe repub. dn̄abantur, ſed hi quoq; duce Fabio gurgite pœnas dederūt. nam Volſcini quo ad ciuitatis leges, iuraq; ſeruarūt parſimonię, & frugalitati operam dederūt, hetruriæ principatū facile obtinuerunt. poſtquā uero luxuriæ, atq; libidini obnoxii facti ſunt, ſenſim labēte diſciplina ueteris modeſtiæ, nō ſolū imperiū, ſed etiam libertatē amiſerūt, & quod fœdius eſt i ſeruorū ſuorū poteſtatem ſuperbiſſimamq; denominationē inciderūt, a quibus ea paſſi ſunt, quę uix in ipſis ſeruis tolerāda forēt, Sed a ſenatu duce Fabio liberati ſunt. Hetruriæ caput. Tria capita hetruriæ antiqui eſſe uoluerunt. Aretiū. Peruſiū, & Volſcinū. Lege ſanxerūt. Lege confirmarūt, ut impune quis, poſſet eum uidua, cūq; nupta ſtupra committere. Ac ne qua uirgo. Sed hoc multo deteſtabilius, ut oīs uirginitatis delibatores eſſent. Delibaſſent. Deguſtaſſent, ut ipſi priores cū uirgine nupta coirent, & uirginitatis florē ipſi colligerēt.

Volſcinēſium luxuria

ASCENSIVS.

¶ QVÆ. ſ. uitia dicta, hoc eſt luxuria & libido, implicuerunt etiam urbem Volſcinienſem, qui ſunt populi hætruriæ, cladibus grauibus, & erubeſcendis. i. turpibus tam in ſe, q̄ in origine ſua. Sup. ea, aut eorū urbs erat opulenta, erat ornata moribus, & legibus, habebatur. i. æſtimabatur caput hetruriæ, ſed poſtquā prolapſa eſt luxuria. i. per luxuriā, ipſa decidit in profundū iniuriarum, & turpitudinis. i. facta eſt obnoxia omni iniuriæ, & turpitudini, ita ſup. ut ſubiiceret ſe dominationi. i. tyrannidi ſeruorum. ſ. ſuorum inſolentiſſimæ. i. ſuperbiſſimæ, & intolerabiliſſimæ, quia nihil impotentius, aut inſolentius ſeruo, cum regnare cœperit. Qui. ſ. ſerui, auſi primū admodū. i. ualde pauci intrare ordinem ſenatorium. i. effici ſenatores, mox. i. paulopoſt ut, id eſt poſtquam occupauerūt uniuerſam rempu. iubebant teſtamenta ſcribi ad arbitrium ſuum, uetabant conuiuia & cœtus. i. cōgregationes ingenuorum. i. non ſeruorum fieri. ſ. in urbe, ne qua conſpiratio fieret in eos, ducebant in matrimonium filias dominorum, poſtremo ſanxerunt. i. conſtituerunt, tanquam rem ſanctam, legem, ut ſtupra ſua pariter in uiduis, atq; in nuptis eſſent impunita, ac ne qua uirgo nuberet ingenuo, id eſt, libero, & liberis parentibus nato, cuius caſtitatē aliquis e numero ipſorum. ſ. ſeruorū, non delibaſſet, id eſt defloraſſet ante. i. priuſquam ingenuo nuberet.

OLIVERIVS.

¶ AGE Xerxes. Cic. Tuſ. quęſtio. lib. v. ſiue. q. v. Xer. inquit, refectus omnibus præmiis, doniſq; fortunæ, nō æquitatu, non pedeſtribus copiis, nō nauiū multitudine, nō infinito pondere auri contētus, præmiū propoſuit ei, qui inueniſſet nouam uoluptatē. qua ipſe non fuit contētus. (nec enim finē unquā inuenit libido) dū igitur libidini, & uoluptatibus intentus eſt, eas cum imperio pariter amiſit. Oſtentatione eximia. Plurimū oſtētabat regias opes ſuas, ſed tantopere luxuria lætabatur, ut luxurioſis hominibus nouū uoluptatis genus excogitantibus præmia daret. Quanta rui. Quaſi dicat ingenti, quippe qui claſſem prope incredibilē, & exercitum innumeroſum, quibus Neptuno, Iouiq; catenas imponere minabatur, breui tempore cū ipſo prope imperio amiſit.

DE VOLSINIENSIBVS.

Quæ etiam Volſinienſium vrbem grauibus, & erubeſcendis cladibus implicarunt: erat opulenta, erat moribus, & legibus ornata, Hetruriæ caput habebatur: ſed poſtquā luxuria prolapſa eſt, in profundum iniuriarum, & turpitudinis decidit, vt ſeruorū ſe inſolentiſſimæ dominationi ſubiiceret, qui primū admodū pauci ſenatoriū ordinē intrare auſi, & mox vniuerſam Rempublicam occupauerūt, teſtamenta ad arbitrium ſuum ſcribi iubebant: cōuiuia, cœtuſq; ingenuorum fieri vetabant, filias dominorum in matrimonium ducebant: poſtremo lege ſanxerunt, vt ſtupra ſua in viduis pariter, atq; nuptis impunita eſſent, ac ne qua virgo ingenuo nuberet, cuius caſtitatem non ante ex numero ipſorum aliquis delibaſſet.

DE XERXE.

Age Xerxes opum regiarum oſtentatione eximia, eo vſq; luxuria gaudens, vt edicto præmium ei proponeret, qui nouum voluptatis genus reperiſſet: quanta, dum delitiis nimiis capitur ampliſſimi imperii ruina euaſit!

DE ANTIOCHO REGE SIRIÆ.

Antiochus quoq; Syriæ rex nihilo contemptioris exempli: cuius cæcam, & amentem luxuriam exercitus imitatus, magna ex parte aureos clauos crepidis ſubiectos habuit: argenteaq; vaſa ad vſum culinæ cōparauit: & tabernacula textilibus ſigillis adornata ſtatuit, auaro potius hoſti præda optabilis, q̄ vlla ad vicendum ſtrenuo mora.

ASCENSIVS.

¶ AGE (adhortādi particula) Xerxes. ſ. rex Perſarū omnium opulentiſſimus, gaudens eximia oſtentatione opum. i. facultatū, & diuitiarū regiarū, eo uſq; . i. in tantū luxuria. i. per luxuriā. (Nam ut dixi, luxuria non tantum in libidine, ſed i omni luxu. i. ſupfluo rex ſumpto eſt) ut proponeret, edicto. i. publice comandato facto præmiū ei, qui reperiſſet nouū genus uoluptatis. Quanta. i. o quāta ruina imperii ampliſſimi euaſit. i. uix elapſus eſt, dum capitur nimis delitiis ſ. q. d. maxima.

OLIVERIVS.

¶ ANTIOCHVS quoq;. Hannibal in Africa uictus ad Antiochū i Aſiā cōfugit, & pacis impatiēs, hoſtē P. R. toto orbe quærebat, nec prius deſtitit, q̄ Antiochū ad bellū aduerſus Romanos concitauit. Antiochus ſuis opibus, & noīe regio fretus, nō dubitauit bellū mouere. Itaq; parato exercitu, cuius pars maior aureos clauos crepidis ſubiectos habebat, argētea uaſa ꝓ fictilibus ad uſum culinę, multaq; alia ſupflua, & luxurioſa geſtabat, illū eiuſmodi iſignibus aureis, & argēteis florētē, currus quoq; falcatos, & elephantos cū turribus, equitatūq; frenis, monilibus, ac phaleris ꝓfulgentē cū Hānibali oſtētaſſet, q̄ſiuit ex eo nunquid ea ſatis eſſent Romanis, de uiribus, & numero militum dicens. tum Hānibal utpote callidus imperator, ſatis, inquit, erūt Romanis, quāuis auariſſimi ſint, illius auarū, & ornamēta militum ſignificans. hic ergo ſtatim occupatis inſulis, græciſq; litoribus bellū intulit P. R. & tanquā uictor ocia, luxuſq; agitabat. In Euboea iuxta Euripū poſitis caſtris, aureis, ſericiſq; tentoriis, ſub ipſo freti murmure, cum inter fluenta, tibiis, fidibuſq; cōcineret, collatis undiq;, quāuis per hyemem, roſis ne cū aliquo ducū genere egere uideret, uirginū, puerorūq; delectus nullus hēbat. Talem ergo regē iā luxuria debellatū, P. R. primo Attilio Glabrione cōſule, deide Scipiōe Aſiatico, cū fratre Africano legato ducibus facile ſupauit. hic rex icredibile dictu q̄ſius auxiliis, q̄bus copiis cōſederat, trecētamillia peditū, eq̄tū, falcatoriūq; curruū non minor nūerus, elephātis ad hoc imēſæ magnitudinis auro, purpura, argēto, & ſuo ebore fulgētibus, aciē utriuſq; uallauerāt. Ad uſum culi. ſi ad uſum mēſæ habuiſſet tollerabilius fuiſſet. Tabernacu. textilibus ſigil. adornata. Tētoria pictis aulæis exornata. Textilibus ſigillis, purpureis imaginib⁹ itertextis, uel aulęis i q̄bus erāt imagines itexte, nā ſignū ſignificat imaginē, cuius diminutiuū ē ſigillū. Vlla ad uincēdū mora. Ornamēta illi potuiſſent irritare auarū hoſtē ad pugnā, at uiro forti, q ſemꝑ pugnæ paratus eſt, nullā moram facere potuiſſet ad uictoriā, quia non ſpei prædæ ſed gloriæ conſequendæ gratia, pugnat uir fortis.

Antio. hi luxuria.

Sigilla extilia

Aſcenſius

DE PTOLEMÆO REGE ÆGYPTI.

Iam Ptolemæus rex acceſſione virorum ſuorũ uixit. Ideoq; Phyſcon appellatus eſt, cuius nequitia q̃d nequius: ſororẽ natu maiorẽ cõmuni fratri nuptã ſibi nubere coegit: poſtea deinde filia eius ꝑ vim ſtuprata ipſã dimiſit: vt vacuũ locũ nuptiis puellæ faceret.

DE POPVLO ÆGYPTI.

Conſentaneus igitur regibus ſuis, gentis Aegyptiæ populus, q ductu Archelai aduerſus Aulum Gabinium mœnibus urbis egreſſus, cum caſtra vallo atq; foſſa cingere iuberet, vniuerſus ſucclamauit, vt id opus publica pecunia faciendũ locaretur: quapropter delitiis tam enerues animi, ſpiritũ exercitus noſtri ſuſtinere non potuerunt.

DE CYPRIIS.

Sed tamen effœminatior multitudo Cypriorum, qui reginas ſuas mulierum corporibus, velut gradibus conſtructis, quo mollius veſtigia pedum ponerent, currus, conſcendere æquo animo ſuſtinebant: viris enim, ſi modo viri erant, via carere, q̃ tam delicato imperio obtemperare ſatius fuit. Hæc eſt ſocietas vitiorum laſciui vultus, & nouæ cupiditati inhærentium oculorum, ac delicato vultu affluẽtis, perq; varios illecebrarum motus volitantis animi.

ASCENSIVS.

ANTIOCHVS quoq; rex Syriæ ſup. eſt exẽpli nihilo .i. in nullo cõtinentioris .i. minus luxurioſi, hoc eſt æque luxurioſi cuius luxuriã cæcã, & pro .i. amẽtẽ exercitus ſup. eius imitatus ex .i. pro magna parte habuit clauos aureos ſubiectos crepidis .i. calceamẽtis ſuis, & cõpara uit uaſa argentea ad uſum culinæ .i. ut dñi coquinæ, & ſtatuit tabernacula .i. tẽtoria adornata ſigillis .i. paruis ſignis, textilibus .i. inter textis ex auro, & argento, more aureo & ſumptuoſorũ, exiſtẽs potius ꝑda optabilis hoſti auaro, q̃ ulla mora ſup. hoſti ſtrenuo ad uincendũ, .i. qui exercitus aptior erat ad inuitandũ hoſtẽ ueluti ad prædã, q̃ ad terrẽdum a uictoria nimia mora.

OLIVERIVS.

CONSENTANEVS. Ptolemæus Auletes ultimæ Cleopatræ reginæ pater, ꝓpter intoleranda flagitia ab Alexandrinis eiectus Romã cõfugit, & a Põpeio ſuſceptus, ſenatuiq; cõmendatus ſuppliciter petiit, ut in regnũ reſtitueret. de qua re ſæpius agitatũ eſt in ſenatu, multis eũ reſtitutionẽ expetentibus, q̃a glorioſum eẽ uideret regẽ habere clientẽ, nã qui eũ reſtituiſſet, eius patronus dicebat, quare multi eã principes ſumma ambitiõe depoſcebãt, inter cæteros lẽtulus atq; Põpeius, teſte Ci. lib. i. epl'a familia. Sed hæc reſtitutionis ꝓuincia a Põpeio magis demãdata, q̃ a ſenatu decreta eſt Aulo Gabinio, q cũ regẽ reduceret. Archelaus quẽ ſibi Beronice regina huius Ptolemæi filia natu maior, quã Alexan. eiecto patre reginã cõſtituerãt, uirũ coniunxerat, cũ exercitu aduerſus eũ profectus eſt. & poſitis extra mœnia caſtris, cũ ea foſſa, & uallo cingi iuberet, effœminatus populus, & luxuria perditus magna uoce ſucclamauit, ut ea pretio facienda locaret. qua uoce potuit Archelaus facile intelligere, q̃d cũ tali exercitu ſibi de uictoria ſperandũ eſſet, ex quo facile euenit, ut cũ toto exercitu cæderetur, regina quoq; interempta fuit, & Ptolemæus pr̃ in regnũ reſtitutus. Archelai corpus, Marcus Antonius, q tunc ſub Gabinio militabat, diligẽter cõquiſitũ, regio funere cremandũ, honeſtãdumq; curauit, ut legitur in uita M. Antonii. Tam enerues. Tã effœminati, & molles.

OLIVERIVS.

Ptolemæi luxuria

IAM Ptolemæus rex. Hic fuit Ptolemæus euergetes ſecũdus, q teſte Strb. lib. xvii. Phyſcon dictus fuit, nam a primo euergete. qui tertius poſt Alex. ĩperauit in ægypto turpiſſime oẽs uixerunt, uſq; ad eũ Ptolemæũ, qui Põpeiũ interemit, in quo genus, & imperium Ptolemæorũ, qui Lagidæ dicti ſunt euerſum penitus, & extinctum fuit. hic ergo euergetes ſecundus, teſte Iuſt. lib. xxx. oẽs ſuos crudelitate, & luxuria ſupauit, quippe q regno ꝑ parricidium obtento, ad utrinq; parẽtis necẽ, fratris quoq; cædẽ adiſixit. & his rebus ueluti feliciter geſtis luxuriæ ſeſe tradidit, quem oẽs ſecuta eſt regio, quæ breui tempore militiæ ſtudiis depoſitis otio, atq; deſidia corrupta marceſcebat. hic reuolutus in omnem luxũ, otioſa Euridice uxore eademq; ſorore ſua Agatoclæ meretricis capitur illecebris, atq; ita omni magnitudinæ nominis, ac maieſtatis oblitus, noctes in ſtupris, dies in conuiuiis conſumit. adduntur inſtrumenta luxuriæ tympana, & tripudia nec iam ſpectatur rex, ſed magiſter nequitiæ, neruorũ oblectamenta modulãtur, hæc primo labẽtis regiæ tacita peſtis, & occulta mala fuere. deinde creſcẽte licẽte, iam nec a parietibus regiæ domus contineri meretricia audacia põt, q̃ proteruiorẽ ſociata cũ Agathocle fratre, ambitioſę pulchritudinis ſcorto, quotidiana regis ſtupra faciebant. Accedebat & mr̃ Euanthæ, quæ geminæ ſobolis illecebris deuictũ regem tenebat. itaq; nõ contẽte rege, iam etiã regnũ poſſidet, iã in pu. uiſuntur, iã ſalutãtur: iam comitãtur. Agathocles regis lateri iũctus ciuitatẽ regebat, tribunatus, præfecturas, & ducatus mulieres ordinabant, nec quiſquã in regno ſuo minus q̃ ipſe rex poterat, cũ interim relicto quinquẽni ex Euridice ſorore filio moritur. Acceſſio: Augmentũ Phythum appellatus. Quaſi ſerpens crudelis, & immitis. Strabo dicit nõ Phythonẽ, ſed Phyſconem fuiſſe appellatum.

ASCENSIVS.

CONSENTANEVS, &c. Igitur, q̃a mẽbra caput fere ſequunt, & populus principes, ac ꝓlatos ſuos populo gẽtis Ægyptiæ, conſentaneus ſup. fuit regibus ſuis, qui egreſſus mœnibus urbis .ſ. ſuæ ductu Archelai .ſ. regis ſubſtituti ob Beronicẽ cõiuge, & regis filiã ac ſororẽ aduerſus Aulũ Gabinium, q ſuffragio Pompeii magni, Ptolemeũ reducendũ in regnũ receperat. Cum .ſ. Archelaus iuberet, aut potius populus egreſſus iuberetur ab Archelao cingere caſtra uallo, atq; foſſa, ſucclamauit uniuerſus, ut id opus locaret faciendo pecunia pub. Quapropter animi .ſ. ægyptiorũ tã eneruẽs .i. effracti delitiis, nõ potuerũt ſuſtinere ſpm̃ .i. acrimoniã exercitus nr̃i .i. Ro. q̃a cũ duce ſuo fere omnes occiſi ſunt.

ASCENSIVS.

IAM (cõtinuatiua ꝑticula) Ptolemæus rex .ſ. Ægypti, uixit .ſ. creuit ſup: cũ acceſſione .i. incremento uitiorum ſuorũ, aut uixit acceſſione .i. propter acceſſionem .i. incrementũ uitiorũ ſuorũ, q̃a tantã uoluptatem ex eis capiebat, q ſuauius ſibi ex eis uiuere uideretur. Ideoq; .i. & ideo appellatus eſt Phyſcon, uel a φυσ[illegible] .i. ſuperbia, & iflatione, uel ab eo quod eſt φυσ[illegible] .i. uiuificans, uitam producẽs. Cuius nequitia .i. luxuria, quid nequius .i. luxurioſius, & magis perditũ; q. d. nihil, q̃a coegit ſororẽ maiorem natu .i. grandiorẽ e duabus, nuptam fratri communi .ſ. ſibi, & illi nubere ſibi, deinde filia eius .ſ. ſororis ex communi fratre, ſtuprata .ſ. a ſe per uim, dimiſit poſtea ipſam .ſ. ſororem ſuam matrem ſtupratæ, ut faceret nuptiis puellæ locũ uacuum, quia non licebat filiam, & matrem habere coniuges.

OLIVERIVS.

Cyprior. luxuria

SED tñ effœ. Cyprus inſula inter alias orbis terrarũ inſulas famoſiſſima, diuitiis ſemꝑ abũdans & luxu plurimũ dedita, ut eam ueneri ſacram dicat eſſe Florus, inter alias delitias illud quoq; ſeruat, ut reginæ currus aſcenſuræ gradus ſibi faciant ex mulierũ corporibus, quo pedes earũ mollius ſuſtentent, quid hoc delicatius, quid illius ꝓuinciæ uiris turpius? qui tam delicato mulierũ ĩperio parere nõ recuſant, q̃bus honeſtior mors eſſet, q̃ tam luxurioſum ĩperiũ. Effœminatior. Licet intolerabiles ſint ægyptiorũ regum libidines. Cypriorũ tamẽ multitudo itolerabiliores. Multitudo. Bene multitudinẽ appellauit non populũ, quaſi incõditã fœminarũ turbã. Velut gra. Subiectis ſibi ancillis, ſiue aliarum mulierũ corporibus, ꝑ ea tanquam ꝑ ſcalarum gradus currus aſcendebat. Hæc eſt ſo. vi. Oſtendit quid ſit luxuria, atq; libido. Laſciui uultus. Ad laſciuiam ſpeciem attinet, eſt enim laſciui uultus genitiui caſus. Ocu. inhæ. Oculorũ ſpectãtiũ ſemꝑ nouas cupiditates. Animi. Abundantis molli apparatu, & per multas uoluptates diſcurrentis, ut cum una oblata fuerit, altera ſtatim excogitaretur, & dum ſemper in exquirendis illecebris mens intenta eſt, nunquam conquieſcat.

ASCENSIVS.

SED tñ,hoc eſt licet enerues delitiis fuerũt Egyptii multitudo Cypriorũ ſup.fuit effœminatior.i.mollior,& minus uirilis,q̃ ſuſtinebát æquo animo reginas ſuas cõſcẽdere currus corporibus mulierũ in formam graduũ diſpoſitarũ,ut prima primũ gradũ,ſecunda ſecundũ,& ita deinceps faceret,quo.i.ideo, ut ſup. regine ponerent ueſtigia pedũ mollius.ſ.ſup corpa,q̃ ſup gradus ſcalares , aut ſup ſcabella. pbat,q effœminatior fuit . Enī .i.ga ſatius.i.eligibilis fuit uiris,ſi mõ erãt uiri,(q.d.corpore gdẽ uiri,ſed animo erant fœminę) carere uita, q̃ obtẽperare.i.iſeruire,iperio tã delicato. Hæc.i.hmõi ſup. eſt ſocietas uitiorũ.ſ.dictorũ luxuriæ,& libidinis , utpote ſocietas laſciui uultus,& oculorũ inhęrẽtiũ .i. īfixorũ nouæ cupiditati,& animi affluentis delicato uultu, & uolũtátis p uarios motus illecebrarũ. Hoc ẽ ubi luxuria,& libido,regnát,adſũt tanq̃ comites uultus laſciuus, oculi petulcii, & cupidi,& animi delicati,atq; illecebroſi,hęc aũt addit, ut ad cõtraria tranſitũ faceret, addit enī.

gie no ,Marius plebẽ, Sylla ſenatũ,& nobilitatem defendebat,& hinc diuerſis ſtudiis propter Mithridaticam puinciam in ciuile bellũ exarſerũt,in quo ſuperior Sylla nõ ſolũ urbẽ Romanã,ſed totam Italiam crudelitate repleuit.nam pter hæc,q̃ infra referuntur,apud ſacriportũ,apud collinam.lxx.amplius millia,Sylla cõcidit,teſte L.Floro. Quatuor legiones.Florus dicit fuiſſe tantũ mõ q̃tuor hominũ millia. Plin. de uiris ill. nouẽ mil. In publ. uilla.oĩs domus extra urbem, uel oppidũ,aut caſtellũ dicit̃ uilla,hoc eſt in agris poſita, ſed in cãpo Martio fuit domus conſtructa,q̃ publica uilla dicebat̃. Fallacis dextræ. Quia in fidẽ eos acceperat,ipunitatẽq; promiſerat. Lamẽtabiles quirita. Querelas lamẽtabiles, q̃ tante erát,ut e cãpo Martio exaudirentur in urbe. Lacerata ferro corpora.Nõ ſatis habuit in uiuos ad necẽ uſq; ſęuire , niſi ẽt in mortuos crudelitate uteret̃, quorũ cadauera piſcibus deuoranda in Tyberim deiici iuſſit.

DE CRVDELITATE. CAP. II.

CRudelitatis vero horridus habitus , truculenta ſpecies,violẽti ſpiritus, vox terribilis,omnia minis,& cruẽtis imperiis referta:cui ſilentiũ donare,incremẽtum eſt adiicere:etenim quem modum ſibi ipſa ſtatuet:ſi ne ſugillationis quidem frenis fuerit reuocata? ad ſummam,cũ penes illam ſit,timeri,penes nos ſit odiiſſe.

DE LVCIO SILLA.

Lucius Sylla,quem neq; laudare, neq; vituperare quiſquã ſatis digne poteſt:quia dũ quærit victorias, Scipionẽ ſe Po.Ro.dum exercet,Hannibalẽ repreſentauit:egregie nãq; autoritate nobilitatis defenſa, crudeliter totam vrbẽ,atq; omnes Italiæ partes ciuilis ſanguinis fluminibus inundauit: quatuor legiones contrariæ partis fidem ſuam ſecutas i publica villa,quæ in Martio campo erat,nequicquã fallacis dextræ miſericordiã implorãtes,obtruncari iuſſit:quarũ lamẽtabiles quæritatus trepidæ ciuitatis aures receperunt:lacerata ferro corpora Tyberis impatiẽs tanti oneris cruentatis aquis vehere coactus eſt,

Quinque millia Præneſtinorum ſpe ſalutis , per P. Cethegum data, extra menia municipii euocatos . cum abiectis armis humi corpora proſtrauiſſent,interficienda, protinuſq; per agros diſpergenda curauit . Quatuor millia & ſeptingentos diræ proſcriptionis edicto iugulatos in tabulas publicas

OLIVERIVS.

CRVDELITATIS.q̃ ſit deteſtanda crudelitas, ex ipſius deſcriptiõe colligitur. Sed aduerſatiua cõiunctio uero ad id ptinet, ut cũ ſuperiori cõiungat̃ capitulo . Horridus habitus. Aſpera foŕa. Truculẽta ſpẽs. Crudelis aſpectus,nam crudeles ſemp in uultu feritatẽ quãdã præſeferũt. Cui ſil. Tacere,inqt,de crudelitate eſt ipſam crudelitatemem augere , quæ nullũ ſæuiẽdi ſibi faciet modũ, niſi uituperationis freno fuerit repreſſa,æquum igitur eſt,ut de illa dicamus , & dicendo uituperemus,uituperando reprimamus. Sugillationis. Notationis,& infamiæ. nam niſi uituperetur, cõtineri aut refrenari non poterit impunitatẽ ſortita,cũ naturaliter ſit efferata, & uiolenta.

Crudelitatis exempla

Penes il.ſit.ti. Crudeles ſemper timeri uolunt , quos ſemper odiſſe ſolemus,iuxta illud tragicum. oderint dum metuant.

ASCENSIVS.

CRVDELITATIS &c.uero.i.ſed.q.d.ecõtrario, habitus,i.diſpoſitio uultus crudelitatis,i.hoĩs crudelis,eſt ſup.horridus.i.aſper,& dirus aſpectu,ſpẽs.i.ptractio colorũ eſt truculẽta .i.atrox,ſpũs ſup.ſunt uiolẽti,uox ſup.eſt terribilis , animo ſup. eius.dicta,&facta ſunt referta minis,& iperiis cruẽtis.i.ad cruoris effuſionẽ ptinẽtibus,cui donare ſilentiũ.i. nihil de ea dicere, hoc eſt,eã nõ reprehẽdere,eſt adiicere icrementũ, qa, ſi neq; dicto,neq; facto reſiſteret̃ crudelibus,crudeliores efficerent̃. Etenĩ .i.nã certe,quẽ modũ.i.mẽſurã,aut finẽ ipſa ſtatuet ſibi,ſi ne qdẽ .i.nõ ſaltẽ fuerit reuocata.ſ.ab ipetu ſup.frenis ſugillationis.i.timore denigratiõis famæ,& icrepatiõis,q.d.nullũ. Ad ſummã.i. ut ſũmatim loquar,&ſemel oĩa dicã,cũ penes illã.i.ptãte illius.ſ. crudelitatis ſic timeri,odiſſe.i.pleq ſit penes nos.i. in ptãte nr̃a. ſed ut Cic.docet durare nõ põt quẽ multi oderint . & peſſimus diuturnitatis cuſtos eſt metus.

OLIVERIVS.

LVCIVS Sylla. Cic.lib.de fini.bono. & malo.dicit L.Sylla triũ peſtiferorũ uitiorũ fuiſſe magiſtrũ,luxuriæ,auaritiæ, & crudelitatis,crudelitate uero cũctos ſupaſſe.nam quanta in ciues quãta in ſocios,quanta i oẽs factionis aduerſe crudelitate uſus fuerit,& hic,& in eius uita cognoſcere poſſumus . Neq; laudare. Si eius uirtutes,& res clariſſime geſtas,laudẽ ingentẽ. ſi uitia,& crudelitatis exẽpla reſpexeris,uituperationẽ maximã meruiſſe; nam i uictoriis Scip.in crudelitate Hanni. durẽ inuenies. Egre-

Syllę crudelitas.

ASCENSIVS.

LVCIVS Sylla, quẽ quiſq̃ neq; põt laudare ſatis digne .ſ. in benefactis , neq; uituperare ſatis digne,in maleficiis,dũ q̃rit uictorias. Sci.repreſentauit (neſcio cur tp̃s mutet,legendũ enĩ ut aut dũ q̃ſiit uictoriã repñtauit,aut dũ q̃rit repñtat, & ſilr in ſequenti pticula,legã ergo,dũ q̃ſiit,& exercuit ſic)dũ q̃ſiit uictoriã repñtauit.i.exhibuit, aut retulit P.R. Scipionẽ.i.ciuẽ utiliſſimũ reipu.dũ exercuit uictoriã .ſ.iam ptã, repñtauit Hãnibalẽ, ſæuiſſimũ in ciues Roma. hoſtẽ.Enĩ.p qa,autoritate nobilitatis defenſa,egregie .i. eximia uirtute,inundauit.i. pfudit crudeliter totã urbẽ.ſ. Romã,atq; oẽs partes Italię fluminibus ſanguinis ciuilis,Sylla ſup.iuſſit q̃tuor legiones partis cõtrariæ .i. inimicæ,ſecutas fidẽ ſuã.i.ſibi deditas,data fide de ſalute,obtrũcari in uilla publica ,id eſt.in quadam domo adrẽpu.ptinente,q̃ erat in campo Martio,implorãtes nequicquam.i.fruſtra miſericordiã dextræ fallacis.ſ.Syllæ,qua eã prius fidem dederat,& nũc occidi iuſſerat,quarum,ſcilicet legionũ q̃ritatus.i. querelas, aut potius quiritatus.i,quiritationes,& quiritum inuocationes , lamentabiles , & ita miſerabiles aures ciuitatis trępide , id eſt anxie , & præ anxietate decurrentis receperunt , & tyberis impatiens tanti oneris, coactus eſt uehere aquis cruentatis corpora .ſ.legionum illarum lacerata ferro.

OLIVERIVS.

QVINQVE millia pneſtinoꝝ. Alia pars ſuperioris crudelitatis pneſtini,qui iuniorẽ Mariũ receperãt ,cũ a Cethego Syllę pfecto obſiderentur,ſponte in deditionẽ fide data uenerũt,quos oẽs extra mœnia euocatos,humiq; pſtratos, iuſſit occidi,& eorũ corpora ſpargi per agros. Quatuor millia, & ſeptingentos. Ne tanti facinoris memoria poſſet aboleri , proſcriptorum nomina,qui iugulati fuiſſent,in publicas tabulas referri uoluit. res certe memoranda nouis annalibus,atq; recenti hiſtoria. Tam præclaræ rei. Ironia eſt,acſi diceret deteſtandæ. Dilueretur, ſolueretur,aboleretur. Nec contentus in eos. Ac ſi diceret,tolerabilius uidebatur in hoſtes,aut inimicos ſæuire,id eñi ulciſcẽdi grã factũ uideri poſſet,ingetos uero,atq; pacificos. ſed dites,id nõ ſolũ crudele,ſed etiã auaꝝ,& ppterea Ci.recte dixit.triũ pnicioſoꝝ uitiorũ fuiſſe magiſtrũ, luxurię, auaritiæ,& crudelitatis. Quieti animi.qui huic bello ſe immiſcere uoluerãt , & neutrã partẽ ſequi. Per nomẽclatorẽ. Nomẽclator dr̃,qui noia ciuiũ tenẽs, ea principibus p urbẽ icedẽtibus ſubiiciebat,ut unũ quẽq; nominatim ſalutarent.

Nomenclatorẽ.

retulit, videlicet ne memoria tã præclaræ rei diluetur. Nec contentus in eos ſçuire, qui armis a ſe diſſenſerant, etiam quieti animi ciues, propter pecuniç magnitudinem, per nomenclatorem conquiſitos, proſcriptorum numero adiecit. Aduerſus mulieres quoq; gladios diſtrinxit: quaſi parum cædibus virorum ſatiatus. Id quoq; inexplebilis feritatis indicium eſt, abſciſſa miſerorũ capita, modo non vultum, ác ſpiritum retinentia, in conſpectum ſuum afferri voluit: vt oculis illa, quia ore nefas erat, manderet. Quã porro crudeliter ſe ĩ M. Mario prætore geſſit! quem per ora vulgi ad ſepulchrum Luctatiæ gentis pertractum, non prius vita priuauit, q̃ oculos infelicis erueret, & ſingulas corporis partes confringeret. Vix mihi veriſimilia narrare videor. At ille etiam M. Pletorium, q; ad eius ſupplicium exanimis ceciderat, continuo ibi mactauit: nouus punitor miſericordiæ, apud quem iniquo animo ſcelus intueri, ſcelus admittere fuit. Sed mortuorum vmbris ſaltem pepercit: minime. Nam C. Marii, cuius & ſi poſtea hoſtis, Quçſtor tamen aliquando fuerat, erutos cineres in Anienis alueum ſparſit: ex quibus actis felicitatis nomen aſſendam putauit.

DE CAIO MARIO.

Cuius tamen crudelitatẽ C. Marii inuidia leuat, nam & ille nimia cupiditate perſequendi inimicos: iram ſuam nefarie diſtrinxit: C. Cæſaris Conſularis, & Cenſorii nobiliſſimũ corpus ignobili ſæuitia trucidando, & quidem apud ſeditioſiſſimi, & abiectiſſimi hominis Varii buſtum: id enim malorum miſeriæ tunc reipublicæ deerat, vt Varii Cæſar piaculo caderet: pene tanti victoriæ eius non fuerunt, quarum oblitus plus criminis domi, q̃ laudis in militia meruit. Idem caput M. Antonii abſciſſum ſuis manibus inter epulas per ſummam animi, ac verburum inſolentiam aliquandiu tenuit: clariſſimiq; & ciuis, & oratoris ſanguine contaminati menſe ſacra paſſus. Atq; etiã P. Anniũ, qui id attulerat, in ſinum ſuũ, recentis cædis veſtigiis aſperſum, recepit.

ſalutarent. his enim artibus principes ciuiũ gratiam inire ſtudebant. per hos igitur nomenclatores, Sylla diuitũ nomina edoctus ꝓſcribebat. Aduerſus mulieres quoq;. Hoc quoq; ad crudelitatis augmẽtum in fœminas uſq; ſæuire, q; ſemper uiro forti turpiſſimũ eſt adiudicatũ. Id quoq; inexplebilis feritatis. alii habẽt inexpiabilis. Crudelitas pluſquã punica fuit, uoluptatem ex cõtemplandis eſorũ capitibus mirificã capere, quæ ſi leuiſſet, non oculis tantum, ſed ore quoq; deuoraſſet, Scipionis, Norbani, aliorũq; multoꝶ ad ſe delata capita, in eius atrio iuſſit affigi, unde domus eius officina crudelitatis eſt appellata.

Quã porro crudeliter in M. Mariũ. Tãtopere crudelitate delectabat, ut exquiſito ſupplicii genere, M. Mariũ prætorẽ affici uoluerit, quẽ ad Catuli nepotis ſui ſepulchrũ pertractatum oculis, manibus, cruribuſq; defoſſis, ſeruatũ aliquãdiu, ut per ſingula mẽbra moreretur, non occidi, ſed excarnificari iuſſerit.

Catulus Luctati'

Per ora uulgi. Spectãte populo. Luctatiæ gentis. Catuli nepotis ſui, qui a gẽte luctatia originẽ ducebat. At ille etiã M. Plectoriũ. hoc quoq; teſtimoniũ crudelitatis immẽſe, q; M. Plectorium nulla alia de cauſa, niſi q; cũ Marii corpus uideret tã crudeliter dilacerari, præ miſericordia ciciderit ĩ ſyncopin, ſtatim iuſſerit occidi, ut non ſolum crudelitatis, ſed etiam miſericordiæ nonus ultor eſſet.

Nonus punitor. Exaggeratio crudelitatis, ut etiã puniret, qui miſericordia cõmoueretur. Sed ut breuiter huius immaniſſimi hominis ſæuitia expetatur, qs illos connumerare poſſet, quos in urbe paſſim quiſquis uoluit occidit, donec admonẽte Furfidio uiuere aliquos debere, ut eſſent, quibus imperaret, propoſita eſt ingens illa tabula, ex ipſo æqueſtris ordinis flore duo millia, uel ut alii uolunt, plures electi, qui mori iuberentur, nouo generis edictum. piget poſt hæc referre, ludibrio habita fata carbonis, fata ſorani prætoris, atq; demileos. Bebium ſine ferro, ritu ferarum inter manus lancinatũ. Mariũ ut diximus, ꝑ ſucciſa ſingula membra mori coactum poſiti denique ſingulorum hominum fere pœnis. Municipia Italiæ ſplendidiſſima ſub haſta uenierunt. Spoletum. Inter annũ, præneſte. Florentia, non Sulmonem uetus oppidum ſociũ, atq; amicũ) facinus indignũ) nondũ expugnatum, ut obſides iure belli, & modo morte damnati duci iubentur, ſic damnatam ciuitatem iuſſit Sylla deleri. & alia nefanda crudelitatis exempla edidit, ut in mortuorum umbras etiam graſſaretur. Nam Marii cineres erutos ſpargi in profluentẽ iuſſit. quibus omnibus ita peractis uoluit fœlix appellari, qui fera bellua nominari debuerat, qui omnes tyrannos crudelitate ſuperaſſe uideatur. quanquam Marius leuiorem hanc feritatis inuidiam ſua crudelitate eſſe faciat, qui nihilo mitior in Syllanos fuiſſe uidetur. Diſtrinxit. Nudauit, apparuit.

ASCENSIVS.

Q VINQ VE. Affert alia teſtimonia crudelitatis Syllæ dicens. Et ſup. Sylla curauit. i. mãdauit accurate quinq; millia præneſtinoꝶ ſpe ſalutis data per P. Cethegũ, euocata (ſunt qui legant euocatos, ſed non placet, licet ad rem reſpexerit, quia ſequitur interficiẽda potius igitur legã, euocatorũ) extra mœnia municipii .ſ. ſui ꝓneſtinis, cũ proſtrauiſſent, corpora ſup. ſua, humi, armis abiectis, curauit inquam interficiẽda, & diſpergenda protinus ꝑ agros, ut feris, & alitibus ꝑde eſſent. Et ſup. retulit ĩ tabulas publicas. i. publico ſcripto expoſuit legẽdos quatuor millia, & ſexcentos iugulatos, edicto diræ ꝓſcriptionis, uidelicet. i. uidere licet, cur id fecerit, & eſt ironia, ne memoria tã pręclare rei dilueretur. i. difflueret, & deleretur. nec cõtẽtus ſæuire ĩ eos, qui diſſenſerant a ſe armis, adiecit etiã ciues animi qeti. i. pacis amatores, conquiſitos per nomenclatorẽ. i. nominũ cuiuſq; ꝓnunciatorẽ ꝓpter magnitudinẽ, pecuniæ, nõ ꝓpter culpam, numero proſcriptorũ. i. procul a ſalute ſcripto ſignificatorum, ut ubicunq; inuenirẽtur, occidi ĩpune poſſent. Vt ſup. ipſe diſtrinxit. i. denudauit quoq; gladios aduerſus mulieres, quaſi parũ ſatiatus cædibus uiroꝶ. id quoq;, quod ſequit̃, eſt ſup. aut fuit in eo iudiciũ feritatis inexplebilis, uoluit capita miſerorũ abſciſſa, modo non. i. fere, aut cũ paululũ abfuerit, quin retinẽtia uultũ. ſ. priſtinũ, ac ſpiritum afferri in conſpectũ ſuũ, ut manderet, ea oculis, qa nefas erat. ſ. mandere ea ore. Quã, &c. Porro q̃. i. quantũ crudelitee geſſit ſe in M. Mario prætore, aut potius in M. Marium prætorem, q. d. crudeliſſime, quẽ ꝑtractũ per ora uulgi. i. oĩbus uidentibus, ad ſepulchrũ gentis luctatiæ. i. Catuli nepotis eius priuauit uita, ſed nõ prius q̃ erueret oculos infelicis, & cõfringeret ſingulas partes corporis. Ergo uix. i. cum difficultate (inquit autor) uideor mihi narrare ueriſimilia. At. i. attamẽ, aut insuper, ille. ſ. Sylla mactauit ibi. i. ad ſepulchrum luctatiæ gentis, cõtinuo M. Pletoriũ, q; ceciderat exanimis ad ſuppliciũ eius. ſ. Marci Marii amici ſui, mactauit dico exiſtẽs nouus. i. Inſolitus punitor miſericordiæ, apud quẽ intueri ſcelus. i. crudelitatẽ illã in innocentes eius animo iniquo. i. moleſte ferẽte, fuit. i. reputatũ eſt, admittere ſcelus. Sed ſaltẽ pepercit umbris mortuoꝶ? Minime, ſup. pepercit. Nam ſparſit, hoc eſt ſpargendos curauit in alueũ Anienis. ſ. fluminis in Tyberim cadẽtis, cineres Caii Marii erutos. ſ. e ſepulchro, cuius. ſ. Marii, & ſi. i. q̃q̃ ſup. fuit poſtea hoſtis, tamen fuerat aliquando. ſ. in bello Iugurthino in Africa q̃ſtor, qa Iugurthã a Boccho ꝑ Mariũ ad hoc miſſus impetrauerat. Ex qbus actis. ſ. tã crudelibus & impiis, Sylla ſup. putauit nomẽ felicitatis, aſſerendũ. i. uendicandũ ſibi. dixit enim ſe felicẽ eũ nihil fuerit eo infelicius, qa ꝓſpera ad ſcelera ſucceſſus ſummæ infelicitatis eſt augumẽtũ, neq; tandẽ caruit iuſtæ ultiõis uirga.

OLIVERIVS.

NAM & ille nimia. Quanta fuerit Marii crudelitas, ut alios autores omittam, ex Flori dictis breuiter colligitur, urbe enim

potitus poſt exilium cum Cinna, Carbone, & Sertorio, ſtatim ad principū cędē, ut diſcurreretur ſignū dedit. ubi aliquādo ſæuius, q̃ aut in punica, aut in cimbrica urbæ ſæuitū eſt, Octaui cōſulis caput ꝓ roſtris Anto. cōſularis in Marii ipſius mēſis exponitur. Cæſar, & Fimbria in penatibus domorū ſuarū trucidātur. Craſſi pater, & filius in mutuo alter alterius aſpectu, Bebiū atq; Numitorium per mediū forum unci traxere carnificum. Cat. ſe igni hauſto ludibrio hoſtiū exemit. Merula flamen dialis in capitolio Iouis ipſius oculos uenarum cruore reſperſit. Achatius ipſo uidente Mario confoſſus eſt, quia fatalem illam .ſ. manum nō porrexerat ſalutanti. hæc tot ſenatus funera intra Calēdas, & Idus Ianuarii menſis acta ſunt, nam Marius teſte Liu. lib. lxx. æditis multis ſceleribus Idibus Ianuariis deceſſit. ſeptima illa Marii purpura dedit, quid futurum fuit, ſi annū cōſularis impleſſet, rurſus Marius iuuenis, & Carbo cōſules poſt aduentum Syllę. profligatoſq; exercitus ſuos, quaſi deſperata uictoria, ne inulti perirent, ſanguine ſenatus ſibi parentabant, obſeſſaq; curia de ſenatu tanquā de carcere, qui iugularentur educti. quid funerū in foro, in circo, in patentibus tēplis? nam cū Mutius Scæuola Pontifex Veſtales amplexus aras, tantū, nō eodē igne ſepelitur. Lamponius, atq; Theleſinus a Samnitū duces atrocius Pyrrho, & Hannibale campaniam, hetruriamq; populantur, & ſub ſpē partium ſe uindicāt. C. Cæſaris. Hic eſt ille Cæſar orator, qui cū Catulo fratre a Cic. in ſecūdo oratoris lib. inducit̃ in Tuſculanū ueniſſe, ut diuinitus de eloquentia Craſſus diſputantē audirēt, quē Marius urbe potitus, ad buſtū uiliſſimi hominis Varii cuiuſdam, quē occiderat Sylla, pertractū, tanq̃ uictimā ad illius umbræ expirationē iuſſit occidi. Hois .ſ. Varii cuiuſdā Veronēſis. Seditioſiſſimi. Cōſtat hūc Variū ſeditioſiſſimū fuiſſe, q principes accuſare cōſueuerat, inter quos & M. Scaurū. Piaculo caderet. ad purgationē ueluti oſtia caderet. Pene tanti uictoriæ eius nō fuerūt. Vt licitū eſſet tantū uirū abiecti hois umbris parentari. Plus criminis. Propter crudelitatē. Quā laudis. Propter res geſtas. Idē caput. M. Anto. hic fuit ille orator eximius, q cūctos eloquētia ſua ætate ſuꝑauit, teſte Cice. potuitq; orationis ſuauitate marianos milites demulcere, ac cædis inſerēde cupiditatē reprimere, niſi P. Anto. qui eius orationi nō īterfuerat, poſt illos ingreſſus, illū occidiſſet. cuius caput Mario iter epulas oblatū, tanta cū alacritate ſuſcepit, manibuſq; pertractauit, ut plane oibus animi inſolentiā oſtēderet. inſuper ipſum Anto. interfectorē arcte cōplexus eſt, tanquam ab illo maximū omnium beneficiū recepiſſet. M. Anto. oratoris, quē cum Craſſo de eloquentia diſputantem in oratore ſuo Cic. introducit.

C. Cæſaris oratoris mors

ASCENSIVS.

CVIVS .ſ. Syllæ crudelitates licet ſe ob eas felicem putauit, tū tā magnæ fuerūt, q̄ leuāt. i. diminuunt inuidiam Caii Marii. Nam &. i. etiam ille .ſ. Marius, diſtinxit. i. exercuit nefarie iram ſuā nimia cupiditate ꝓſequēdi inimicos, trucidādo ſæuitia ignobili. i. q̄ in ignobilibus eſſe ſolet, nobiliſſimū corpus Caii Cæſaris ſup. uiri cōſularis, & cēſorii. i. q cōſulatū, & cenſurā geſſerant, & q dē apud buſtū. i. ſepulchrū ꝯtinēs uſtos cineres, Varii hois ſeditioſiſſimi, & abiectiſſimi. Id. n. maloꝝ deerāt tūc miſeræ reipu. ut Cæſ. ſ. Caius homo nobiliſſimus, caderet piaculo. i. q̄ſi ad purgationē & expiationē cædis Varii uictoriæ. ſupprimit narrationē cędis Varii. Victoriæ ſup. Marii, in Iugurtham, & cimbros, aut Theutonicos pene. i. q̄ſi nō fuerūt tanti. i. ualoris, & precii (quod hoc loco licet dicere, q a licet nō exponā, emi tāti. i. tanti ꝑcii, ſed tanto ꝑcio, tū bene dixero, emi equū tāti. ſ. ꝑcii, aut æquū, q tanti fuit, uidelicet ꝑcii) hoc eſt nō erāt tāto ꝑcio æſtimādæ. Quarum .ſ. uictoriarū ipſe Marius oblitus, meruit plus criminis. i. criminationis, & execrationis domi. i. in urbe. q̄ laudis in militia. Idem .ſ. Marius tenuit aliquādiu ſuis manibus inter epulas. i. inter epulādū ꝑ ſummā inſolentiam. i. ſuꝑbiā animi, ac uerboꝝ, caput M. Ant. abſciſſum. i. a Pub. Anto. paſſus ſacrā mēſam cōtaminari ſanguine clariſſimi, & ciuis, & oratoris. Atq; ēt recepit .ſ. ad mēſam Pub. Anniū, q attulerat id. ſ. caput M. Ant. i ſinū ſuū. ſ. Marii. Nā ſi de Annii ſinu intelligat̃, dicendū eſſet in ſinu ſuo aſperſum ueſtigalis recētis cædis, nō tamē ab eo, ſed a Publio Anto. factæ, niſi qui Antonius dictus ſit dicendus.

DE DAMASIPPO.

Damaſippus nihil laudis habuit: quod corrumperet: itaq; memoriam eius licentiore accuſatione perſtringitur, cuius iuſſu principum ciuitatis capita hoſtiarum capitibus permiſta ſunt. Carboniſq; Aruinæ truncum corpus patibulo affixum geſtatum eſt: ideo aut flagitioſiſſimi hominis prætura multum, aut reipublicæ maieſtas nihil potuit.

DE MVNATIO FLACCO. ROMANO.

Munatius eni Flaccus Pōpeiani nominis acrior, q̃ probabilior defenſor, cum ab imperatore Cæſare in Hiſpania incluſus mœnibus Attinguenſium obſideretur, efferatam crudelitatem ſuam truculentiſſimo genere veſaniæ exercuit omnes enim eius oppidi ciues, quos ſtudioſiores Cæſaris ſenſerat, iugulatos, muris præcipitauit: fœminas quoq; citatis nominibus virorum, qui in contrariis caſtris erant, vt cædes coniugum ſuarum cernerent, & maternis gremiis ſuppoſitos liberos trucidauit. Infātes alios in conſpectu parentum humo infigi, alios ſuperiectos pilis excipi iuſſit: quæ auditu etiam intolerabilia, Romano iuſſu Luſitanis manibus adminiſtrata ſunt: cuius gentis præſidio Flaccus vallatus, diuinis operibus, vecordi pertinacia reſiſtebat.

OLIVERIVS.

DAMASIPPVS. Hic nulla uirtute ꝓditus, nulla laude clarus merito accuſari pōt, q̄ i mariana tēpeſtate, & ipſe ſuꝑra modū ſæuierit, qppe q nobiliſſimos ciues Syllani nominis defenſores inter uictimas, tanq̃ belluas crudeliter necari, & aruinæ tri. ple. trūcū in ſublime elatū ꝑ ora uulgi deferri iuſſerit, de quo Salluſt. in catilinario. Noſtra memoria uictor Sylla cum Damaſippū, & alios eiuſmodi, q malo reip. creuerāt iugulari iuſſit, q s nō factū eius laudabat? homines ſceleſtos, & factioſos, q ſeditiōibus rēp. exagitauerant, merito necatos aiebant. Sed ea res magnæ initiū cladis fuit, nā uti qſq; domū, aut uillā poſtremo uas, aut ueſtimētum alicuius cōcupiuerat, dabat operā, ut is i ꝓſcriptoꝝ numero eſſet. illi, qbus Damaſippi mors lætitiæ fuerat, paulopoſt ipſi trahebātur, nec prius finis iugulādi fuit, q̃ Sylla oēs ſuos diuitiis expleuit. Nihil lau. habuit. qđ corrūperet. ac ſi diceret. Marius, atq; Sylla ſuarū reꝝ geſtarū laudes, & gloriā crudelitate corruperūt, ut ſine dānatione laudari nō potuerint. hic uero nullā habuit laudē quā potuerit crudelitate diminuere, q̄re liberius accuſari pōt. Patibulo. Cruci affixū, patibulū a patiēdo dictū, q̄ i eos mortē noxii patiant̃. Flagitioſiſſimi hois ꝑturā. Tm, inq̄t, ualuit Marii potētia oppreſſa repu. ut in ea nihil autoritatis haberet ampliſſimus ordo. Prætura. ſ. Damaſippi, q tunc ꝑęerat urbi. Reipu. maieſtas uel ſenatus, uel q a tūc Aruina tri. ple. erat & ſacroſancta maieſtas tribunitia habebat̃, eu nihil tunc ꝓfuit. Liu. de Mario lib. lxxx. Marius, inq̄t, uir, cuius ſi examinent̃ cū uirtutibus uitia, haud facile ſit dictu, utrum bello melior, an pace ꝑnicioſior fuerit, adeo ut quā rēpu. armatus ſeruauit, eam primo togatus omni genere fraudis, poſtremo armis euertit.

Patibulū crucis.

ASCENSIVS.

DAMASIPPVS ni. ha. laud. quod corrūpe. ſ. turpiter agēdo, qui nihil unquā honeſte egerat, itaq;. i. & ita memoria eius . i. q̄ eſt de eo, ꝑſtringit̃. i. uiolēter inauditur accuſatione licentiore, quia impunitiore. Cuius iuſſu capita principū ciuitatis permiſta ſunt capitibus oſtiarū, q a principes inter oſtias mactati ſunt, & corpus Carbonis Aruinæ trūcū. i. detrūcatum ablato capite, geſtatum eſt. ſ. ad oſtētationem in opprobriū affixum patibulo, adeo aut ꝑtura hois flagitioſiſſimi. ſ. Damaſippi potuit multum, aut maieſtas reipu. i. omnium, qui præerant iuſtitiæ potuit nihil, q a permiſerunt Damaſippum cōtra fas in innocentē ſæuire.

OLIVERIVS.

MVNATIVS etiam Flaccus. Hic eſt Flaccus ille, qui in omni uita Catonem imitari uolebat, & quamuis longe a ſeueritate

*itate illius abeſſet, licentius tamen plerunq; loquebatur. nam cū Pompeiū cōſules admonerent, ut diligenter uideret quorſum euaderēt Cæſaris opes, quæ reip. periculoſæ uidebantur, Pōpeius otioſos eos eſſe iuſſit, qa cū primū pede terrā percuſſerit, ſe totū orbē cōmoturū diceret, fretus. ſ. potentia, & autoritate ſua totū orbē cōplexa. Occupatis deinde Gallis, auctiſq; Cæſa. uiribus, ut iā apertū reipu. periculū uideret, Tūc Munatius iſte, Pompeio dixiſſe fertur, nūc pede percute terram o Pōpei. ſed quod ad eius crudelitatē pertinet, tāta fuit, ut nihil immanius, nihil truculētius audiri poſſet, ſicut in litera uidere poſſumus. Quā probabilior. Quia non laudē, ſed infamiā ex ea re propter crudelitatē eſt conſecutus. Truculentiſſimo genere ueſaniæ. Sæuiſſimo furore genere. Fœminas. alia teterrima feritas, cū nōnulli ex oppidanis ad Cæſarē confugiſſent in caſtra, Flaccus iſte crudeliſſimus uxores, & liberos eorum in muros adduci iuſſit, deinde citatis eorū uiris ueluti ad colloquiū, in illorū cōſpectu crudeliter necari iuſſit. trucidatis prius in matrū amplexibus liberis infantibus. Infantes alios. Hoc uero multo crudelius, ut quoſdā infantes ante ora parentū humo defigi, ſiue terræ collidi, alios uel ſub pilas iactatos telis excipi iuberet, q̄ quidē auditu, ne dū uiſu fœda, & intolerabilia dici poſſunt. Quæ au. Execratur quodāmodo hanc Flacci crudelitatē, cū Romani ſemp humanitatis principes extiterint, unus inuentus eſt Flaccus, qui barbaram crudelitatē ſuperauerit. Diuinis opibus. Non diſcedit ab aſſentatione ſua Vale.

Veſana pertinacia. Quia ſperabat ſe diuinis opibus Cæſa poſſe reſiſtere, a quo tādē ſuperatus, iuſtas crudelitatis pœnas dedit.

ASCENSIVS.

¶ MVNATIVS, aut Numantius, aut Numatius (tam uarie enim ſcriptū reperi) autē Flaccus defenſor nominis Pōpeiani. ſ. querelæ Pōpeii Magni, acrior q̄ pbabilior. (More ſuo, q̄ conſimiles gradus dat cū ratio uideat̃ ſecūdo loco poſitiuū exigere. Nā ſicut conſuete dicas uir magis acer, q̄ pbabilis, ita dicēdū uidetur, acrior q̄ pbabilis, qa magis acer non eſt aliud q̄ acrior) cū ipſe incluſus mœnibus atteguenſiū. ſ. populorū Hiſpaniæ, unde additi Hiſpania, obſideretur ab imperatore Cæſare. ſ. Iulio. Exercuit efferatā crudelitatē ſuā truculētiſſimo genere ueſaniæ, enim .i. qa præcipitauit muris. i. de muris iugulatos oēs ciues oppidi, quos ſenſerat ſtudioſiores Cæſaris. ſ. partibus eius. Trucidauit .i. truculēter occidit, quoq;. i. etiā fœminas, & hoc nominibus uirorū citatis, hoc eſt nominatim, ut adeſſent, uocatis, uirorum, inquā qui erāt in caſtris cōtrariis. i. Cæſarianis, ut cernerēt. ſ. uiri cædes. i. occiſiones cōiugū. i. uxorū ſuarū, & trucidauit liberos ſuppoſitos gremiis maternis. Et iuſſit alios infantes infigi humo in conſpectu parentū, & iuſſit alios ſuperiectos pilis excipi pilis. Quæ. ſ. facta intolerabilia etiam auditu, ſunt adminiſtrata manibus luſitanis. i. luſitanorum, iuſſu Romano. i. Romani perfecti. Cuius gentis. ſ. luſitaniæ præſidio Flaccus uallatus. reſiſtebat pertinacia uecordi. i. experte prudentiæ operibus diuinis .i. cæſaris inter deos referendi.

THEOPHILVS.

¶ NVMATIVS Flac. Hanc atteguēſius fœdā cæde perſtringit Hircius Hiſpanici belli li. qui Cōmentariorū Cæſa. In ordine ſextus eſt. Attinguenſiū. Ianus Parrhaſius apud Hircium, ſeu mauis Oppium, primus hunc in Val. locum declarauit Atteguēſiū legendum putabat ab Attegua, quod oppidum, reddit Hircius in Hiſpa. Pliniuſq; per hoc Singuli Attegua, q̄q̄ poſt tot ēt cēſuras, i uulgatis codicibus eſt Singilia Hegua, uetuſti, ſicut idē Ianus idicauit, Singilia Tegua, qui librari lubricus error eſt.

EXTERNA.

DE CARTHAGINIENSIBVS.

Tranſgrediamur nunc ad illa, quibus, vt par dolor, ita nullus noſtræ ciuitatis rubor ineſt. Carthaginienſes Attiliū Regulū palpebris reſectis, machina, in qua vndiq; præacuti ſtimuli eminebāt, incluſum, vigilantia pariter, & continuo tractu doloris necauerunt, tormenti genus indignum paſſo, autoribus digniſſimū. Eadem crudelitate vſi in milites noſtros, Martis certamine i ſuam poteſtatē redactos, nauibus ſubſtrauerunt, ut earum carius, ac pondere eliſi, inuſitata ratione mortis barbaram feritatem ſatiarent: tetro facinore, pollutis claſſibus ipſum mare violaturi.

DE HANNIBALE.

Horum dux Hannibal, cuius maiore ex parte virtus ſæuitia conſtabat: in flumine Gelo corporibus Romanis pene facto, exercitum traduxit: ut æque terreſtrium ſceleſtum Carthaginienſium copiarum egreſſum terra, q̄ maritimarum Neptunus experiretur. Idem captiuos noſtros oneribus, & itinere feſſos iam prima pedum parte ſucciſa relinquebat. Quos vero in caſtra perduxerat, paria fratrum, & propinquorum iungens, ferro decernere cogebat: neq; ante ſanguine explebatur, q̄ ad vnum victorem, omnes redegiſſet. Iuſto ergo illum odio, verumtamen tardo ſupplicio Senatus, Pruſiæ regis, factum ſupplicem, ad voluntariam mortem compulit.

OLIVERIVS.

¶ TRANSGREDIamur. de ſupplicio Attili reguli, & crudelitate qua uſi fuerint in eū Carthaginiēſes, diximus i cap. de ſeruata religiōe lib. i. nō eſt igit̃ repetēda hiſtoria. Vt par dolor. q̄ a Carthaginienſibus ſæuitū ſit in Romanos, dolor quidem ad Romanos ptinet, non aūt rubor, qa nulla inde infamia, ſicut a ſua ipſorū crudelitate. Machinæ. Vaſi cuidā, eſt eni machina etiā fabrica, inſtrumentū, cōpoſitio, uñ etiā pro inſidiis aliquādo ponit̃. Præacuti. Valde acuti claui. Autoribus digniſſimū. Quia conſtat Carthaginienſes crudeliſſimos fuiſſe, & hac crudelitatis ifamia ſemper notatos, ergo illis crudelitas cōuenit. Eadē uſi crudelitate hoc fuit eodē bello primo punico, nō de Imperatore, ſed etiā de militibus captis ſupplicuū crudele ſumpſerūt, quos fundo nauiū ſubſtratos necauerūt, nouū, mortis, & ſupplicii genus, ſæuitas barbara excogitauit, dū ſupra modū i Romāos ſæuire geſſit. Pollutis claſſibus. Humano ſanguie nauibus aſperſis. Mare uiolaturi. Deductis .ſ. nauibus Romanorū ſanguie pollutis, ipſū mare quodā modo uiolare uidebātur, cū illud humano ſanguine reſpargerēt.

[margin: Carthaginienſiū crudelitas]

ASCENSIVS.

¶ TRANSGREDIamur. nunc ad illa. ſ. externa, & primū ad Carthagi. quibus ut. i. quemadmodū dolor par. i. æqualis ineſt, ita nullus rubor. i. nulla uerecundia noſtræ ciuitatis ineſt, qa externa crudelitas nullā incutit Ro. uerecundiā Incipiēs aūt narrare dicit. Cartha. necauerunt Attilium regulū (q ubi pſuaſit, ne per ſe fieret redēptio captiuorū Cartha. ut iuſiurandū ſeruaret ad hoſtes rediit) palpebris ſup. eius. i. cooperculis oculorū reſectis. i. abſciſis incluſum machina .i. dolio, ut quidā uolunt, in qua. ſ. machina ſtimuli acuti. i. claui imminebant. i. extabant, undiq;. i. ex oī parte, necauerunt dico uigilantia, qa abſciſis palpebris dormire non potuit, & continuo tractu doloris. Supple. o genus tormēti indignum, paſſo .ſ. regulo, quid paſſus erat, & digniſſimū autoribus. ſ. eius paſſionis. Cartha. ſup. uſi eadē crudelitate in ciues noſtros. i. Romanos redactos in ſuā poteſtatem certamine martio. i. bellico ſubſtrauerunt eos nauibus, ut ipſi eliſi. i. contriti carinis. i. aluis, ac fundis earum. ſ. nauium. ſatiarent feritatem barbaram inuſitata ratione. i. uia ac ſpecie mortis, uiolaturi. ſ. Carthaginienſes ipſum mare Claſſibus Pollutis tetro. i. fœdo, & dito facinore.

THEOPHILVS.

¶ AVTORIBVS digniſſimum. quibus ipſi cruciari merebantur. Nauibus ſubſtrauerunt. Varro de uita patrum lib. iiii. Quum pœnus, inquit, In fretum obuiā ueniſſet noſtris, & quoſdam cæpiſſet crudeliſſime pro palangis carinis ſubiecerat, quo metu debilitate noſtros, ſunt autem palangæ fuſtes teretes, qui nauibus ſubiiciuntur, ad pelagus, uel ad litora cum ſubducuntur, ut Nonius autor eſt. Hæc Ianus Parrhaſius.

OLIVERIVS.

¶ HORVM dux Hannibal. Liui. hūc multis uirtutibus prædītum dixit, quas ingentia uitia adequabant, inhumana crudeli-

DE REGE MITHRIDATE.

Tam Hercle, ǭ Mithridatem regem, qui vna epi
ſtola octoginta millia ciuium Romanorum in Aſia,
per vrbes negotiandi gratia diſperſa, interemit: tan-
reqꝫ prouinciæ hoſpitales deos, iniuſto, ſed nõ multo
cruore reſperſit: quoniam cum maximo cruciatu, ve-
neno repugnantem ſpiritum ſuum tandem ſuccum-
bere coegit. Simulqꝫ piacula crucibus illis dedit: qui
bus illos amicos ſuos autore Gauro ſpadone libidi-
noſus obſequio, ſceleſtus imperio affecerat.

tas, perfidia pluſquam Punica, nihil ueri nihil ſancti, nullus dei
metus, nullũ iuſiurandum, nulla religio fuit ergo crudeliſſimus
Impera. In flumine gelo. Virg. gelam appellauit, a quo oppi-
dum illi oppoſitum cognominatum eſt, apparet camerina pro-
cul, campiqꝫ geloi, immaniſqꝫ gela fluuii de nomine dicta. eſt
autem fluuius Siciliæ inter camerinam, & agrigentum. Exerci-
tum traduxit. hoc idem feciſſe
ſpartacum Frontinus dicit lib.
i. Spartacus, inquit, foſſam,
qua erat a Marco Craſſo cir-
cũuallatus cæſis captiuorũ, pe-
corumqꝫ corporibus repleuit,
& ſupergreſſus eſt. Vt æque
terreſtriũ, ut ita fluuiales, & terre
ſtres aquas poluerent, ſicut pri-
mo Puni. bel. maritimas crude
litate corruperant. Idem capti
uos noſtros. Alia ſæuitia bar-
bara, ut captiuos Ro. quibus
pro ſeruis uteretur, cum longo
itinere feſſi impoſita ſibi grauiſ
ſima impedimentorum onera ferre non poſſent, ſucciſis primis
pedum partibus relinquebat inutiles, quos uero in caſtra perdu
xerat, inter ſe ſanguine coniunctos, tanquam gladiatores ferro
decernere coegit. quo ſpectaculo non prius ſatiatus eſt, ǭ omni-
bus conſumptis eo genere mortis ſuperſtes nullus eſſet. quid il-
ludqꝫ inter cadauerum ſtrues in Cannenſi clade menſas paraſſe
dicit, ut nõ minus Cæſorũ ſanguine, ǭ epularum uoluptate ſatia
retur. diſcedens quoqꝫ ex Italia, cũ ad ferendã opem patriæ re-
uocaret, omnes Italici generis, qui in Africã illũ ſequi abnuen-
tes conceſſerant, in laciniæ Iunonis delubrũ, inuiolatũ ad eam
diẽ, in tẽplo ipſo fœde, crudeliterqꝫ interemit. Paria fratrũ. Tan
quã paria gladiatorũ, ut frater cũ fratre ꝓpinquus cum proquin
quo ferro certarẽt, ſeqꝫ mutuis uulneribus occiderẽt, quo mors
illis grauior eſſet. Iuſto igitur illũ. Merito illũ odere Romani,
quẽ ad uoluntariã deniqꝫ mortẽ cõpulerunt. nam ſubactis tan-
dẽ Carthaginiẽſibus, cum inter pacis conditiones abrupti fœde
ris ultionẽ depoſceretur Hãnibal, in quem omnis rupti fœderis
culpa transferebatur, ad Antiochũ regẽ Syriæ confugit, qui cũ
aduerſus Romanos bella pararet, & Hãnibalis conſilia ſperne-
ret, uictus a Romanis, & ad pacẽ coactus, Hannibali ſignifica-
uit illum peti a Romanis, quo cognito ad Pruſiã Bithyniæ regẽ
ſe cõtulit. quẽ cum aduerſus Eumenẽ ponti regem excitaſſet. Eu-
menẽqꝫ Hãnibalis conſilio Pruſias ſuperaſſet, metuens ſenatus
Ro. ne ſibi nouũ bellũ ſuſcitaretur ab Hãnibale, T. Quintũ Fla
miniũ ad regẽ Pruſiam miſerũt, qui utrũqꝫ rege cõponeret, Han
nibalẽ depoſceret. nõ illi ſimiliter Romanorũ poſtulationem re-
perfidus indicauit, ſed eum in Romanorũ manibus, hoc eſt T. Hannibalis mors.
Quin. qui ob eam cauſam uenerat, ut Hannibalẽ Romã capti-
uũ duceret, ita tradidit, ut uix ſumendi ueneni, quod in anulo re
gio more gerebat, tẽpus ei ſupeſſe poſſet. q quidẽ anulus, ut dixit
Iuu. fuit cannarũ uindex, ac tanti ſanguinis ultor. Iuſtinus tñ di-
cit Hannibalem, audito legatorũ aduentu, ſumpto ueneno lega
tionẽ morte ꝓueniſſe. Plu. uero plures affert opiniones de mor-
te Hanni. nam alios dicit eſſe qui uelint eum a ſeruo fuiſſe inter-
fectum, alios, qui tauri ſanguinẽ illum hauſiſſe dicant, alios, qui
uenenum ad ſimiles caſus præparatũ bibiſſe cum magna exe-
cratione regis Pruſiæ. Pruſiæ regis Bithyniæ.

ASCENSIVS.

HORVM huiuſmodi hominũ dux Hãnibal, cuius uirtus. i.
bellica cõſtabat ex maiore parte, ſæuitia traduxit exercitum, põ
te facto in flumine gelo, quod eſt in Sicilia inter Camerinam, &
agrigentũ, corporibus Romanis, ut terra experiretur æque ſce-
leſtum egreſſum copiarũ Carthaginien. terreſtriũ. i. per terras du
ctarũ, quã Neptunus maritimarum (& ita accipit terram pro tel-
lure.) Idem. ſ. Hannibal relinquebat noſtros. i. Romanos milites
captiuos. i. quos cœperat, feſſos oneribus, & itinere, & ita pro-
gredi nequeuntes, prima parte iam. i. prius ſucciſa, ne amplius
ingrederentur ſaltem recte. Vero. i. ſed cogebat decernere ferro
. i. dimicare, & altero alterum interficiente experiri, uter uiueret,
eos ſup. quos perduxerat in caſtra iungens, id eſt. conſtituens.
ad dimicationem paria fratrum, id eſt. ex fratribus, & propin-
quis inter ſe, neqꝫ explebatur, id eſt ſatiabatur ante. i. prius ſan
guine, ǭ redegiſſet omnes ad unum. ſ. ultimũ uictorem qui non
habebat, cum quo amplius certaret, qui uero ſemel uicerant, ite
rum alteri coniungebantur, donec omnes præter unum eſſent
interfecti. unde male quidam legunt, Quoſdam autem, ubi le-
gendũ eſt, quos autem &c. Ergo quia tam ſæuus in Romanos
fuit, ſenatus compulit illum. ſ. Hannibalem factum ſupplicẽ Pru
ſiæ regis Bithyniæ ad mortem
uoluntariam, quã ſibi intulit,
odio iuſto, uerum. ſ. ſed tamen
ſupplicio tardo, quia animis
diu regnarat.

THEOPHILVS.

HOC & Liuius ex perſona
coſ. ad Campanos, exercitum
natura immitẽ, moribuſqꝫ ferũ
inſuper dux ipſe efferauit, in põ
tibus ac molibus ex humanorũ
corporũ ſtrue faciẽdis. id ipſum
P. quo Cornelius apud Appia
nũ pœnis inuidiam faciens ex-
probrat, & L. Florus, pons de
cadaueribus iuſſu ducis factus in torrente Vercelii. quæ lectio
caſtigatior eſt. Nam Gela flu. in Sicilia quidẽ redditur a Strabo-
ne Duride, Plinio, Marone, Silio, Claudiano, Stephano, cæte-
riſqꝫ in proximis Aufidi regionibus, ubi ſtatuit ipſe Florus a
nullo. Porro Vercelius urbs eſt hirpinorum, cuius meminit Li-
ui. belli Pun. lib. iii. in Hirpinis, inquit, oppida, quæ a Po. Ro. de
fecerant, ui recepta, per M. Valerium prætorem Vercelius, Sici-
liuſqꝫ. Sed in urbis ultimo nomine librarii menda eſt, ſcribens
dũqꝫ Vicelius. utrunqꝫ enim in agro Compſano fuit oppidum
Vercelius, & Vicelius, unde Vercelianos, & Vicellanos. in li. Ita
liæ regione Plinius affert, quãuis apud eum poſt tot etiam cenſũ
ras, Vecellani, & Veculai corrupte legatur. de uicelio Liuius
alibi meminit inter prodigia, Nunciatum, inquit, eſt, in Iouis
uicelini templo, quod in Compſano agro eſt, arma concrepuiſ-
ſe. Quare Iani Parrhaſii ſententia corrige Valerii uerba ſic. in
Flumine Vercelii. Hannibal enim poſt Cannenſem pugnam
Compſam petiit, oppidumqꝫ facile perpulit ad deditionem, ac in
traiectu torrentis ad urbem Vercelii, ex humanorum corpo-
rum ſtrue pontem fecit.

OLIVERIVS.

TAM HERCLE, ǭ Mithridatem. Mithridates ſæuitia pro Mithridatis crudelitas
uirtute abutebatur, nam bellum ſuſcepturus aduerſus Ro. edi-
ctum per omnes Aſiæ urbes miſit, ut omnes, qui in Aſia forent
Romanæ ciuitatis homines interficerentur, fuerunt autem ſu-
pra octoginta millia Romanorum, qui negociandi, uel alterius
rei gratia diſperſi erant in Aſia, præterea domus, templa, & aræ,
humana omnia, atqꝫ diuina iura uiolata ſunt, cuius licet feras,
meritas tamen pœnas dedit, nam tribus demum ingentibus bel
lis fœlicitate Syllæ. aut uirtute Luculli, & Pompeii magnanimita
te uictus, & defectione ciuium, pharnaciſque filii ſcelere præ-
uentus, male tentatum ueneno ſpiritum expulit. Nam pharna-
ces eius filius in Pompeii gratiam, ipſum iam amiſſo regno ob-
ſeſſum ad mortem coegit, qui ueneno accepto, cum parum pro
feciſſet, a milite Gallo nomine Bittoco, a quo ut ſe iuuaret perie-
rat, interfectus eſt. Pli. lib. xxv. naturalis hiſtoriæ hunc dicit quo
tidie antidotum contra uenena ſumere ſolitum. Gell. uero lib.
xvii. de noctibus atticis, Anates inquit, ponticas dicunt eden-
dis uulgo uenenis uictitate. Scriptum eſt a Leneo Cn. Pompeii
Liberto, Mithridatem illum ponti regem medicinæ rei, & reme
diorum in id genus ſolertem fuiſſe, ſolitumqꝫ earum ſanguinem
miſcere medicamentis, quæ de iungendis uenenis ualent, eũ
ſanguinem, uel potentiſſimum eſſe in ea coactione ſiue confe-
ctione ipſum autem aſſiduo regem talium medullarum uſu à
clandeſtinis epularum inſidiis cauiſſe, quin & ſcientem quoqꝫ ul
tro, & oſtentandi gratia uenenum rapidum, & uelox ſæpenume
ro hauſiſſe. Atqꝫ id eum ſine noxa feciſſe, quamobrem cum po
ſtea prælio Po. Ro. uictus metu ſui in ultimi regni refugiſſet, &
mori decreuiſſet, & uenena uiolentiſſima feſtinandæ necis cau-
ſas fruſtra expertus fuiſſet, ſuo ſe ipſe gladio tranſegit. Plin. uero
nepos de uir. illuſtr. Mithridates, inqt, a Põpeio nocturno præ
lio uictus, in regna confugit, ubi per ſeditionẽ populariũ a phar
nace filio in turre obſeſſus, uenenũ ſumpſit, quo tardius agente,

quia

DE GENTIS THRACIÆ REGINA.

Numuliſintis Diogridis filiæ Thraciæ regis, & ſi minus admirabilem crudelitatem gentis ipſius feritas narrandam, tamen rabies ſæuitiæ facit, cui neq; viuos homines medios ſecare, neq; parentes liberorum veſci corporibus neſas fuit.

DE PTOLEMÆO REGE ÆGYPTI, ET DE CLEOPATRA.

Iterum Ptolemæus Phyſcon emergit, pauloante libidinoſæ amentiæ teterrimum exemplũ: idem etiã inter præcipua crudelitatis indicia referẽdus. Quid enim hoc facto truculentius? filium ſuum nomine Memphitem, quem ex Cleopatra eadem ſorore, & vxore ſuſtulerat, liberalis formę, optimę ſpei puerum in conſpectu ſuo occidi iuſſit: pedes eius precioſos, & caput, & manus in ciſtam chlamide opertos pro munere natalitio matri miſit: perinde quaſi ipſe cladis, quam illi inferebat expers, ac non infelicior q̃ in cõmuni orbitatę Cleopatram miſerabilem, cunctis ſe inuiſum redderet: Adeo cæco furore, ſumma quæq; efferueſcit crudelitas, cui munimentum ex ſeipſa reperit. Nam cum animaduerteret, quanto ſui odio patria teneretur, timori remedium ſcelere petiuit: quoque tutius plebe trucidata regnaret, frequens iuuentute Gymnaſiũ armis, & igni circundedit, oẽſq;, qui in eo erant, partim ferro, partim flamma necauit.

q̃a aduerſus uenena multis añ medicaminibus corpus firmarat, immiſſum percuſſorem Gallum autoritate uultus, uel atroci uultu territum reuocauit & in cædem ſuam manum trepidantis adiuuit. Alii uero acutiſſimo ueneno extinctum illum fuiſſe ferunt, quos Luc. ſecutus ait Poſt cilicas ne uagos, & laſſi pontica regis Prælia Barbarico uix conſummata ueneno. Iuſtinus hunc dicit, ideo ſe uenenis bibendis aſſuefeciſſe, q̃ puer a tutoribus fuiſſet ueneno petitus aduerſus, quorum inſidias, hac una ſe ratione muniuit. Tam hercle. Subaudi iuſto odio ſenatus Anni. ad uoluntariam mortem coegit q̃ etiam compulit Mithridatẽ.

Hoſpitalia iura Hoſpitales deos. Apud maiores ſancta habebantur hoſpitii iura, quæ uiolare nefas. Virg. Iupiter hoſpitibus nam te dare iura loquuntur, uiolauit ergo hoſpitalia iura, cum mandauit omnibus Aſiaticis, ut hoſpites Ro. cunctĩ necarẽt. Non multo. Quia de rege tandem ſumpſere ſupplicium, quem ad uoluntariam mortẽ compulerunt. Crucibus illis. Suppliciis, & tormentis. Autore Gauro ſpadone. Hũc delitiis Mithridates habebat ad cuius nutum nihil non facere paratus erat. hic ergo multos regis amicos, qui tã fœdũ regiæ libidinis miniſtrũ periniquo animo ferebant de medio tolli curauit. Spadone. Eunucho. Inter ſpadonem, & Eunuchum ſunt qui nullam uelint eſſe differentiam, niſi in deriuatione nã utrunq; a græco deducit ſpado ἀπὸ τοῦ σπᾶν, a trahendo, q̃ thrahuntur & debilitantur genitalia, nõ penitus tolluntur, ſed ne uantur quibuſdam inſtrumentis, ut uirilia agere non poſſint. Eunuchus uero dicitur, q̃ bonã mentem habeat, id eſt nulla libidine uexatam, propterea q̃ ſit curatus. nam genitalibus caret ἀπὸ τοῦ εὖ bene νοῦν mentem & ἔχειν habere. Libidinoſus obſe. Cognitus rex libidinoſus qui tam turpi libidinis miniſtro eſt obſecutus, ut amicos ſuos illi infenſos occidi iuſſerit. Sceleſtus imperio. Qui ſcelus non mediocre commiſit, ut ſibi fidos amicos Spadonis gratia mori imperauerit. hic Mithridates annos quadraginta Romano reſtitit imperio.

ASCENSIVS.

TAM &c. Hercle. i. per Herculem, tam. ſ. iuſto odio compulit ſenatus Hannibalem ad mortem uoluntariam, q̃ Mithridatem regem Ponti, qui interemit una epiſtola. i. mandato miſſo epiſtola una octoginta millia ciuium Romanorum diſperſa in Aſia per urbes gratia negociandi. i. mercãdi. Et reſperſit deos hoſpitales. i. hoſpitalitati præ ſunt, tantæ prouincię quantę eſt Aſia, cruore iniuſto id eſt iniuſte fuſo, ſed nõ inulto, quoniã ipſe coegit ſpiritũ ſuum repugnantem ueneno, quia munitum Mithridatica confectione contra uim ueneni ſuccumbere, tandem cum maximo cruciatu, id eſt uiolentiſſima morte, & ſimul dedit piacula, id eſt expiationes illis crucibus, quibus ipſe libidinoſus obſequio, id eſt obſequẽdo iniquo, & turpi uoto ſpadonis, & ſceleſtus imperio id eſt imperando (unde turpis erat, quia ut Eunucho obſequeretur id uoluit, ſed ſceleſtus quia, quod uoluit, imperauit) affecerat illos, ſcilicet notiſſimos, & inſontiſſimos, amicos ſuos autore Gauro ſpadone.

OLIVERIVS.

Cyſenis regia Thracũ. CYSENIS Diogridis. Thraces crudelitate præſtare non homines tantum, ſed aues quoq; teſtantur. nam hirundines ad eam gentem æſtate non deuolant, crudelitatem metuentes. eſt enim in Cenienſi regione oppidum, quoddam Flaniopolis nomine, uel ut Plin. dicit Bizecis, regia quondam Terei regis inuiſum irundinis, & teſte Solino alitubus illis inacceſſum eſt, equorũ Diomedis humanis carnibus ueſcenthum ſtabulum execratum fuere in ea prouincia reges feritate inſignes, ut Tereus, & Diomedes, & alii complures, inter quos Cyſenis regina, quæ crudelitatis ueluti rabie quadam furibunda media ſecari homines, natorũ corpora parentibus epulanda apponi iubebat, aliaq; huiuſcemodi ſæuitiæ exempla faciebat. Crudelitatem gentis. de qua Virgil. Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum. quare non mirum eſt inuentam eſſe fœminam crudelitate furentem. Medios homines ſecare. Quem morem ſeruat turcus ille ſeuiſſimus. Nec parentes liberorum. Beatus Auguſt. de indis loquens hanc eandem aſſerit crudelitatem, filios parẽtum inteſtina comedere, & ideo Beatus Tho. eorum crudelitatem exhorrens dixit, domine quõuis me mitte preter q̃ ad indos.

ASCENSIVS.

NVMVLISINTIS &c. Etſi. i. q̃q̃ feritas ipſius gentis. ſ. Thraciæ facit crudelitatem Numuliſintis (ſunt tamen qui legant Cyſenis) filiæ Diogiridis regis Thraciæ minus admirabilem, quia minus mirum, ubi totus populus ferox, & crudelis eſt, reginam crudeliſſimam fuiſſe, Tamen rabies, id eſt enormitas ſæuitiæ facit ſupple eam narrandam, id eſt dignam quę narretur ad deteſtationem. Cui. ſ. reginę nec fuit, hoc eſt non uidebatur, aut non reputabatur nefas, ſecare hoĩes uiuos medios, aut medio, id eſt per medium nec parentes ueſci corporibus liberorũ, id eſt filiorũ ſuorũ, aut etiam filiarũ legitimarũ.

OLIVERIVS.

Ptolemęi crudelitas ITERVM Ptole. De uitiis, & crudelitate huius ſæuiſſimi regis, dictũ eſt in cap. de luxuria, ibi ergo quærẽda eſt hiſtoria. Sed ad ea, quæ de illo ſupradicta ſunt, hoc etiam accedit, q̃ ubi ſe ciuibus ſuis ob crudelitatem inuiſum eſſe cognouit, metuens futurum quod euenit, regno, ſcilicet pulſum iri, remedium uoluit ex ſcelere excogitare, plebem fere omnem trucidari, iuuentutẽ in Gymnaſio congregatam ferro, flammaq; circundari, & totã necari curauit. Teterrimum. e. Turpiſſimum, & ſordidiſſimum exemplum, ſicut in ca. de luxuria monſtratum eſt. Referendus. recitandus, narrãdus. Suſtulerat Suſceperat, & nutriuerat. Iuue. Tollere dulcem, cogitat hæredem. In cõ. ſu. Ante oculos ſuos quod leuius fuit. Pro. m. n. curauit rex iſte ſæuiſſimus ut hæc munera reginæ darentur in conuiuio, quo die natale ſuum celebraret, quæ res non reginæ tantum, ſed etiam uniuerſæ ciuitati, & acerba, & luctuoſa fuit. Perinde quaſi ip. c. ex. Quaſi non ſibi filius, ſed e ſola Cleopatra natus, ac ſi diceret, qui nullũ patris ſenſum haberet. Adeo. c. fu. Tãta erat crudelitas furori pmiſta, ut etiam ipſa uires reciperet, & incremẽtum ad explenda ſcelera. Efferueſcit. incenditur. Munimentum. Firmamentum, ſed potius fomentum. Frequens iu. Gymnaſium, Die ludorum iuuenes in Gymnaſium frequentes conuenerant, ut de more ludos celebrarent. eſt locus exercitii Gymnaſium, ut ſæpe diximus. Gymnaſium

ASCENSIVS.

ITERVM &c. Ptole. Phyſcon rex Ægypti, emergit iterum: ſcilicet dum profert educens caput e profundo uitiorum, habitus, ſup. paulo ante eum de luxuria, & libidine ageretur exemplum teterrimum, id eſt turpiſſimum, & peſſimum, amentiæ libidinoſæ idem referendus inter præcipua indicia, id eſt ſigna, aut oſtenta crudelitatis. Quid enim truculentius, id eſt atrocius, ſup. eſt hoc facto, ſcilicet eius, quod dicam? ipſe iuſſit Memphitem filium ſuum, quem ſuſtulerat. i. genitum educandum curauerat,

DE OCHO DICTO DARIO.

Ochus autem, qui poſtea Darius appellatus eſt, ſanctiſſimo Perſis iureiurando obſtrictus, ne que ex cōiuratione, quæ ſeptem magos cum eo oppreſſerat, aut veneno, aut ferro, aut vlla vi, aut inopia alimentorum necaret: crudeliorem mortis rationem excogitauit, quæ hos iūctos ſibi non perrupto vinculo religionis tolleret: ſeptum enim altis parietibus locum cinere compleuit, ſuppoſitoq; tigno prominēte, benigno cibo, & potione exceptos in eo collocabat, e quo ſomno ſopiti, in illam inſidioſam congeriem decidebant.

DE OCHO ARTAXERXE.

Aptior, & tetrior alterius Ochi cognomine Artaxerxis crudelitas, qui Ochā ſororē, atq; eandē ſocrū, viuā capite defodit: & patruū cū centū & amplius filiis, ac nepotibus vacua area deſtitutū iaculis cōficit: nulla iniuria laceſſitus, ſed q̄ in his maximā apud Perſas probitatis, & fortitudinis laudē cōſiſtere videbat.

DE ATENIENSIBVS.

Conſimili genere æmulationis inſtincta ciuitas Atheniēſiū, idigno glorię ſuę decreto Æginēſiū iuuētuti pollices abſcidit. Vt claſſe potēs populus i certamē maritimarū viriū ſecū deſcēdere neqret. Nō agnoſco Athenas timori remediū a crudelitate mutuātes.

ex Cleo. eadem ſorōre, & uxore puerum formæ liberalis. i. ingenuæ, & liberalis hoībus dignæ, & optimæ ſpei. i. indolis bonos mores promittētis, occidi in cōſpectu ſuo, & miſit matri. ſ. Cleo. pro munere natalitio. i. quo principes, & coniuges ſe mutuo donare ſolebāt natali ſuo, pedes eius. i. filii ſui. p̄ciſos. i. ante abſciſſos, & caput eius, & manus opertos chlamyde in ciſta. ſ. incluſos, aut in ciſta legendum eſt, perinde quaſi. i. tanq̄ ipſe eſſet expers cladis. i. calamitatis quā ipſe inferebat illi. ſ. Cleopatræ matri, quia cum communis eſſet natus communis erat clades, ac ipſe rex, non ſupp. eſſet infelicior, q̄ Cleo. q̄ redderet in cōi orbitate. i. priuatione liberorū, Cleopatrā miſerabilem. i. dignā miſeratione cūctis, & ſe inuiſum cūctis. ſed minoris infelicitatis eſt, quēpiam eſſe miſerabilē, q̄ inuiſum, deteriorq; eſt cōditio malefaciētis, q̄ patiētis, cū peior ſit culpa, q̄ pœna. Adeo. i. in tantū cęco furore efferueſcit. i. ebullit ſumma quæq; crudelitas, ut eſt regum, & principū, cui. ſ. crudelitati ſummæ, ipſa reperit munimentū ex ſe. i. per nouā crudelitatē ueterē ꝓtexit. nā cū animaduerteret Ptol. q̄to odio ſui p̄ria teneret, petiuit ſcelere. ſ. nouo remedium timori. i. ne nimis eo gereret ſuos, quibus odio erat, timere quoq; . i. & quo ipſe regnaret tutius Plebe trucidata, ipſe circūdedit armis, & igni Gym. i. locū exercitiorū, & ludorum, frequēs. i. abundantē iuuētute. i. multitudine iuuenum, & necauit oēs, qui erāt i eo partim ferro, & partim flamma. OLIVERIVS.

OCHVS qui po. Q̄ñ o Darius fuerit rex cōſtitutus monſtratū eſt in. c. de forti. & in. c. de uafre dictis, & factis. qd̄ uero ad crudelitatē eius pertinet, cū rex cōſtitutus populo iureiurādo affirmaſſet, ſe nullum ex principibus ſeptem, qui coniurationis aduerſus magos ſocii fuiſſent, ueneno, ferro, aut alia ui, aut inedia oppreſſurum, illorū potentiā metuens, nouū mortis, & crudelitatis genus excogitauit, quo ſe metu, & religione ſolueret. locū parietibus cinxit, totum cineribus repleuit in ſuſpenſum tignum ſuperimpoſuit principes luxurioſos epulis, uinoq; repletos in eo collocauit, qui cracula ſopiti, in cineroſum pelagus deciderūt obrutiq; ſunt omnes. exiſtimauit rex iſte, perituros hac conſilii calliditate, ſe poſſe & libidini pariter ſuæ, & religioni ſatisfacere, qd̄ nō ita eſt. fraus. n. diſtinguit, non diſſoluit periurium. principum autem nomina fuerunt hæc. Oſthanes, Itaphernes, Gobrias, Megabizus, Aſpities, Hydarnes. Inopia alimentorū. fame, & inedia. Hos inuictos. Alii habent onuſtos. i. ſibi graues, atq; difficiles, quorū opes, atq; potentiā metuebat. Vel iunctos. Quaſi ſimul adminiſtrantes, quorū autoritas magna foret apud regem, ita iubente populo. Nō perrupto uinculo religionis. Non uiolato ſacramento, ut ipſe putabat. Congeriem. Cinerum, cumulū, & cōgregationem, Vafrū regis conſilium, ſed a crudelitate mutuatū.

ASCENSIVS.

OCHVS autem, qui poſtea appellatus eſt Darius, obſtrictus Perſis ſanctiſſimo iureiurando, ne necaret quem. i. aliquem ex coniuratione. i. multitudine coniuratorum, quę oppreſſerat cum cum ſeptem magos, qui tyrannidem exercuerat, aut ueneno, aut ferro, aut nulla ui. i. uiolentia, aut inopia alimentorum excogitauit crudeliorem rationem. i. modum & uiam mortis, quæ. ſ. ratio tolleret. ſ. de medio uiuentium, hos iunctos ſibi uinculo religionis, iuſiurandi, perrupto. compleuit. n. locum ſeptum. i. circundatum altis parietibus cinere, & tigno. i. ligno tranſuerſo prominente. i. longe eminente extra cineres, ſuppoſito. i. clanculum impoſito, & locabat in eo. ſ. tigno, eos exceptos benigne. i. abunde cibo, & potione, e quo. ſ. tigno ipſi ſopiti ſomno. i. profunde propter crapulam dormiente decidebant. i. deorſum cadebant in illā congeriem. ſ. cinerum inſidioſam. Miſera autem, & improuida erat, tunc mortalitas, quæ regem iuramento aſtringens, non adiecerat clauſulam illam generalem, nec alia qua uis ratione, qua adiecta religione ſolui nō potuiſſet. OLIVERIVS.

APERTIOR &c. Non eſt in Dario finita regum Perſarum crudelitas. Nam Ochus cognomine Artaxerxes Da. lōge crudelior fuiſſe uidetur, qui non in ciues, quos metueret, ſed i ſuos ſupra modum ſæuiuit ſororem cuius filiam duxerat uxorem, terræ uiuam defodit, patruum cum centum liberis, atq; nepotibus telis transfigi imperauit, in area uacua alligatum, nec id ulla iniuria laceſſitus, ſed q̄ illorum maximas opes, & ingentem apud Perſas uirtutis opinionē eſſe uidebat, quare timebat, ne in illum Perſę regium transferret imperium. Eandem ſocrum. Erat & ſocrus, quia eius filiam duxerat uxorem. Cum centum, & amplius filiis. Barbarum erat, non ſingulas, ſed plures habere cōiuges, quotquot. ſ. alere potuiſſent Virgil. Vidi Hecubam, centūq; nurus. Item Quinquaginta, illi thalami. Salu. Alii denas, alii plures, ſed reges eo amplius. Nulla in. la. Exaggeratio crudelitatis Ochi qui inſontes necauerit, ſanguine ſibi coniunctos. Ochi crudelitas. Darii crudelites

ASCENSIVS.

APERTIOR. &c. Crudelitas alterius Ochi Artaxerxis cognomine, fuit ſup. aptior, & tetrior. i. ditior, qui defodit capite uiuam Ocham, ſeu Ochaxim ſororem, atq; eandem ſocrū. ſ. ſuam quia eius filiam duxerat, & confixit iaculis patruum. ſ. ſuum, hoc eſt fratrem patris ſui cum centum, & amplius filiis, & nepotibus, deſtitutum. i. ſeorſum ab aliis ſtatutum ſup. in area uacua, nulla. i. non ulla non laceſſitus, . ſ. ab eo ulla iniuria, ſed q̄. i. quia ipſe uidebat maximam laudem probitatis, & fortitudinis apud Perſas conſiſtere in his. ſ. patruo, & filiis eius, ac nepotibus. OLIVERIVS.

CONSIMILI genere. Cic. lib. iii. offic. Durius eſſe inquit Athenienſes, qui ſciuerunt, ut Aeginę. qui claſſe ualebant, pollices præciderentur. hoc uiſum eſt utile. nimis enim imminebat propter propinquitatem Aegina Pi. ſed nihil quod crudele, utile eſt enim hominum naturæ, quam ſequi debemus, maxime inimica crudelitas, propter utilitatem igitur, Atheni. id crudelitatis exemplum ediderunt, ut Aeginenſium iuuentuti pollices præcidi ex decreto iuſſerint, ne ſecum nauali certamine contendere poſſent, in quo plurimum illos ualere cognoſcerent. Conſimili ge. æmu. ſunt enim Athenienſes Ochi crudelitatem imitati. Nā quemadmodum Ochus patrui, & eius filiorum, atq; nepotum probitatem habuit ſuſpectam, ſic Athenienſes Aeginenſium uires timuerunt, qui metus illos fecit eſſe crudeles. Aeginenſium Aegina eſt inſula, & urbs in qua regnauit Aeacus ab Aegina Aeſophi filia denominata, ſed antea dicebatur Enopia teſte Oui. lib. vii. Meta. Enopiam ueteres appellauere, ſed ipſe Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit. Pollices. in quibus manuum uis omnis pene cōſiſtit. Non agnoſco Ahenas. Cum Athenię. humanitatis ſemper fuerint præceptores, quippe apud quos philoſophorum præcepta uiguerunt, a ſeipſis alienati fuiſſe uidenē, ut non cognoſcantur Athe. qui timori remedium a crudelitate, tanq̄ barbari mutuari uoluerint. Mutuantes. Sicut Ptolemæus de quo ſupra. Aegina inſula

ASCENSIVS.

CONSIMILI &c. Ciuitas Athe. inſtincta. i. ſtimulata conſimili gene. æmu. i. inuidiæ ob parem, aut maiorem uirtutem, abſcīdit decreto indigno glorię ſuę, qua. ſ. affectabat, aut i aliis factis meruerat (quæ lectio ſi uera eſt, ſimilis eſt illi, ueterum

haud

haud illius indignus auorũ. ſunt tamẽ, qui gloria ſua legant nec deſunt, qui ſic conſtruant, decreto gloriæ ſuæ indigno ſup. ipſa) iuuentuti Æginenſium pollices, ut populus. ſ. Aeginetarum potens claſſe nequiret deſcendere ſecum. i. cum ciuitate Athe. in certamen uirium maritimarum. Non agnoſco Athenas. i. non cenſeo in eo facto Athenas, utpote mutuãtes. i. cũ mutuo accipiẽtes timori .ſ. ſuo remediũ a crudelitate.

DE INVENTORE ÆNEI TAURI.

Sæuus etiam ille ænei tauri inuentor, quo incluſi ſubditis ignibus, longo & abdito cruciatu, mugitus reſonantem ſpiritum edere cogebantur, ne eiulatus eorum humanę ſono vocis expreſſi Phalaridis tyranni miſericordiam implorare poſſent: quam, quia calamitoſis deeſſe voluit. teterrimum artis ſuæ opus primus artifex incluſus merito auſpicatus eſt.

DE HETRUSCIS.

At ne Hetruſci quidem parũ feroces in pœna excogitanda, qui virorum corpora cadaueribus aduerſa aduerſis alligata, atq; cõſtricta, ita vt ſingulę mẽbrorũ partes, ſingulis eſſent accõmodatæ, tabeſcerẽ ſimul patiebantur: amari vitæ pariter, ac mortis tortores.

DE BARBARIS.

Sicut illi Barbari, quos ferũt mactatarũ pecudum inteſtinis, & viſceribns egeſtis, homines inſerere, ita vt capitibus tantũmodo emineãt, quoq; diutius pœnæ ſufficiant, cibo & potione infelicem ſpiritum prorogant, donec intus putrefacti laniati ſunt ab animalibus, quæ tabidis in corporibus naſci ſolent. Queramur nunc, cũ natura rerum, ꝙ nos multis, & aſperis aduerſæ valetudinis incommodis obnoxios eſſe voluerit, habitumq; cæleſtis roboris humanæ conditioni denegatũ moleſte feramus, cum tot cruciatus ſibimetipſa mortalitas ĩpulſu crudelitatis excogitauerit.

OLIVERIVS.

SÆVUS etiam. Cum Phalaris Agrigentinorũ tyrannus crudelitate delectaretur, Perillus Athenien. uir ingenioſus, ut tyranno gratificaretur, uenit Agrigentum, & ex ære taurum artificioſum fabricauit, quo nocentes incluſi ſubiectis ignibus torqueretur, qui mugitum, & non humanam uocem emittere uideretur, ut tyrannus, nulla hominis uoce ad miſericordiã flecti poſſet. pro quo inuenio, cum munus a crudeliſſimo tyranno, qui nouis, & exquiſitis hominum tormentis delectaretur, ingenioſus iſte magiſter poſtulaſſet, in illo ipſe includi iuſſus a tyrãno, ac ſuppoſitis ignibus exuſtus primus artificii ſui uerum experimẽtum præbuit, dicente hoc Ouid. in li. i. de Arte amãdi. Et Phalaris tauro uiolenti mẽbra Perilli, Torruit, infelix, imbuit autor opus. Item Oui. in eodem lib. i. etiam dicit. Nec. n. lex equior ulla eſt, Quã necis artifices, ante perire ſua. Extat etiam epiſtola Phalaridis ad Athenienſes, qui de Perilli morte apud tyrannum fuerant cõqueſti, cuius principium eſt. Venit ad nos faber ueſter Perillus &c. De hoc tauro Cic. in Verrinis lib. v. mentionem facit cũ pulcherrimo Sci. dicto ad Agrigentinos, uerum Phalaris in hac una re iuſtiſſimus fuiſſe iudicatur qui tam fœdæ crudelitatis, in inuentorem ipſam crudelitatem primum experiri uoluerit. Inuentor. Peril. qui & Perilaus dictus eſt. Mu. re. uox enim patientium per fiſtulas quaſdam erumpens mu. imitabatur. Abdito. Occulto, quo minus ſpectantes miſericordia mouerent. Viula. Miſerabilis uox, & fletus incluſorum. Quam quia calamitoſis. qui miſericordiam aliis ſuo artificio negari cupiebat, nullã ipſe miſericordiam eſt conſecutus.

ASCENSIVS.

SÆVUS ſup. fuit etiam ille. ſ. Athe. faber Per. nomine inuentor tauri ænei. i. ex ære facti, quo. ſ. tauro incluſi ignibus ſubditis .i. ſubiectis cogebantur longo, & abdito. i. occulto, & latente cruciatu, edere. i. emittere ſpiritum reſonantem. i. referentem & ſono imitantem mugitus. i. ſonos taurinos, ne eiulatũs. i. miſerãdi gemitus eorum .ſ. qui eſſent incluſi, expreſſi ſono uocis humanæ poſſent implorare. i. implorando eſſe, qui miſericordiam Phalaridis tyranni Agrigentinorum, quam. ſ. miſericordiam, quia Perillus, uoluit deeſſe calamitoſis, ipſe artifex, incluſus. ſ. eo ex pręcepto Phalaridis, auſpicatus eſt. i. inniuit, & inchoauit merito primus teterrimum opus artis ſuæ, quia primus in eo periit.

OLIVERIVS.

AT ne Hetruſci. Perillus nouum excogitauit ſupplicii genus Hetruſci uero non minus crudeles pœnas inuenerunt, ut uiua corpora mortuis alligeta tabeſcerent, quod mortis genus crudeliſſimum fuit, hoc autem quod Val. Hetruſcis Vir. Mezentio eorum regi attribuit. dicit enim li. viii. quid memorem infandas cędes, quid facta tyranni. Effera dii capiti ipſius, generiq; reſeruẽt, Mortua quinetiam iungebant corpora uiuis, Componens manibuſq; manus, atq; oribus ora Tormenti genus & ſaniæ, taboq; fluenti, Complexu in miſero longa ſic morte necabat. Tabeſcere. Marceſcere, corrumpi. Amari uitæ, ac mortis tortores. qui dum uiuos necarent mortuis parcebant. ſic enim ſepulchris ſedibus ſuis conquieſcere non patiebantur, ſed ſepulchra quodãmodo uiolabant.

ASCENSIVS.

AT ne quidem Hetruſci. cum ſint populi Italiæ ſup. fuerunt parum, ſed multũ feroces in excogitanda pœna. i. cruciatu, qui patiebantur corpora uiuorum (ſunt tamen qui legant uirorũ) alligata, atq; conſtricta aduerſa aduerſis. i. ut dicit Maro, oribus ora, ita ut ſingulæ partes membrorum. ſ. uiuentium eſſent accommodatę ſingulis ſup. membris cadauerum tabeſcere .i. in tabem, & putredinem reſolui ſimul, exiſtentes amari tortores pariter uitæ .i. uiuentium, ac mortis .i. mortuorũ, quorum cadaueribus ſic abutebantur.

OLIVERIVS.

SICUT illi barbari. Hoc tormenti genus a Scythis excogitatum fuiſſe tradũt, quod eſt ſine dubio immani feritate plenum, exenteratis animalibus uiui homines includerẽtur, ita ut ſola capita eminerẽt, quibus alerentur. nam ut diutius, uiuãt laute potu ciboq; excipiuntur, donec putrefactis animalibus uermes ingenerati, eos poſtmodum dilacerant, & aſſiduis uermium morſibus crucientur. Sicut illi barbari, quos ferunt. Cũ ſuperiori coniungitur, ita amari uitæ, & mortis tortores ferũt Hetruſci, ſicut barbari. ſ. Scythę. Egeſtis inteſtinis. E ductis inteſtinis. Viſceribus. Viſcera dicuntur non ſolum inteſtina, ſed etiam carnes, hoc eſt quicquid ſub corio eſt, unde Virgil. Tergora diripiunt coſtis & uiſcera nudant. Liui. in albano, latinis uiſceratio, dabatur .i. caro. Propagare. producere. Tabidis cor. in. ſo. corruptio unius animalis eſt generatio alterius. Nã ex corruptis bobus, ſiue tauris, generantur apes, ex aſinis ueſpę, ex mulis carbones, ex equis fuci, ex hominibus uermes. Queramur. nunc cum rerum natura. nihil eſt, inquit, ꝙ naturam incuſemus, quæ nos uariis morborum generibus uoluerit eſſe ſubiectos, cum non his contenti homines, alia inſuper ipſi excogitauerint. Queramur. nunc. cum indignatione quadam legendũ eſt. Obnoxios. Subiectos, & obligatos. Habitum cæleſtis roboris. hoſtibus cæleſtis roboris eſt impoſſibilitas, & doloris carentia. Dii enim pati non poſſunt, quod humanæ fragilitati non eſt conceſſum. Impulſu. e. inſtigatione, & impetu crudelitatis.

ASCENSIVS.

SICUT ſup. fecerunt illi barbari, uidelicet Scythæ, quos ferũt. i. dicũt hiſtoriographi, inſerere hoĩes. ſ. uiuos inteſtinis, & uiſceribus pecudum mactatarum egeſtis. i. euulſis, ita ut homines inſerti emineant. i. extent tantum capitibus quoq;. i. & quo, hoc eſt, ut ſufficiant diutius pœnæ. i. cruciatui, ipſi prorogant. i. producunt cibo, & potione. i. potu ſpiritum infelicem, quia ad cruciatum duntaxat ſeruatũ, donec ipſi putrefacti intus, laniati ſint ab animalibus. i. uermibus, & ſerpentibus, quæ animalia ſolent naſci in corporibus tabidis, id eſt putrefactis. Queramur, id eſt faciamus querelas, nunc, ſcilicet poſtquam tam crudeles inueniãtur homines (& eſt figurata adhortatio uim uitandi habens cum natura rerũ, ꝙ uoluerit nos eſſe obnoxios, id eſt ſubiectos multis, & aſperis incommodis ualetudinis, ſcilicet aduerſæ, hoc eſt ægritudinis, & feramus moleſte habitum, id eſt diſpoſitionẽ roboris, id eſt fortitudinis cæleſtis, eſſe denegatũ conditioni humanæ, cũ ipſa mortalitas. i. ipſe homo mortalis excogitauit ſibimet tot cruciatus ĩpulſu crudelitatis, q. d. id. nos iniuſte facturos.

DE IRA ET ODIO. CAP. III.

IRa quoq;, aut odiū in pectoribus humanis magnos fluctus excitāt: pcurſu celerior illa nocēdi cupidine, hoc ptinacius: vterq; cōſternationis plenus affectus: ac nunq̄ ſine tormēto ſui violētus: quia dolorē cū inferre vult, patitur amara, ſolicitudine, ne nō contingat vltio, anxius: ſed proprietatis eorū certiſſimæ ſunt imagines, quas dii ipſi in claris perſonis, aut dicto aliquo, aut facto vehemētiore cōſpici voluerūt.

DE LIVIO SALINATORE.

Cum aduerſus Aſdrubalē Liuius Salinator bellū geſturus vrbe egrederetur, monente Fab. Maximo, ne ante deſcenderet in aciem, q̄ hoſtium vires, animumq; cognoſceret: primā occaſionem pugnādi non omiſſurum ſe reſpondit: Interrogatuſq; ab eodem, quid ita tam feſtinanter manum conſerere vellet: vt quā celerrime (inquit) aut gloriā ex hoſtibus uictis, aut ex ciuibus proſtratis gaudiū capiā. Ira tunc atq; virtus ſermonem eius inter ſe diuiſerunt: illa iniuſte damnationis memor: hæc triumphi gloriæ intenta. Sed neſcio an eiuſdē fuerit hoc dicere, & ſic vincere.

DE FIGVLO.

Ardētis ſpiritus virum, & bellicis operibus aſſuetum, huc iracuudiæ ſtimuli egerunt. C. autē Figulum manſuetiſſimum, pacato iuris ciuilis iudicio celeberrimum, prudentię, moderationiſq; immemorē reddiderunt. Conſulatus. n. repulſæ dolore accēſus, eo qui dē magis ꝙ illum bis patri ſuo datum meminerat, cū ad eū poſtero comitiorum die multi conſulendi cauſa veniſſent: omnes dimiſit: præfatus omnes conſulere ſcitis, Conſulem facere neſcitis. Dictum grauiter, & merito, ſed tamen aliquanto melius non dictum.

OLIVERIVS.

IRA quoq;, aut odium. Has duas animi perturbationis crudelitati recte ſubiungit, quoniā earum affectus ſæuitiæ ſint longe perſimiles, quid enim iratus crudele non admittit, ſi detur facultas? In hoc autem differunt a crudelitate, quod hæc aliis tantum non ſibi noceat, hę uero ſine ſui tormento eſſe non poſſunt. Cum enim iratus ultionem ſumere non poteſt, dolore conficitur, ac ſeipſum cruciat. eſt autē

Ira ira ſubitus animi motus ex iniuria prouemens, & ultionē

Odium deſyderans. Odium. inueterata inimicitia de ultione ſemper cogitās. Magnos fluctus. Magnas perturbationes irati ſemper æſtus fluctuant in pectore, uultus uariatur, oculi igneſcūt ratio cōfunditur. Procurſu celerior, fertur impetu quodā iratus ad ultionem, & eſt differentia quædam inter iram & odiū, ꝙ in celeritate quadam rapitur ad nocendum. odium pertinacius reſidet in pectore, occaſionem expectās, quo grauius nocere poſſit. Procurſu. impetu. Conſternationis. Perturbationis, & mentis, ac rationis confuſionis. Sine ſui tormento. Quia non poteſt iratus, atq; odio concitus nō dolore commoueri, dum ſe uidet, quam cupit, de inimico ultionem ſumere non poſſe, ſimilis ergo inuidiæ eſt iracundia, quia ſicut inuidia ſucceſſu hominū carpit, & carpitur una, ſuppliciumq; ſuum eſt, quæ in hoc uno, ut inquit, Solum, iuſta eſt, ꝙ prius inuidū punit, ſic & ira ſibi prius q̄ alteri nocet, quia dolet, cum ultionem de inimico ſe ſumere non poſſe uidet. Anxius. Solicitus, ꝙ ultionem implere non poſſit. Certiſſimę ſunt ima. uerиſſima ſigna, & indicia, quamuis eum aliquis diſſimulare uellet, tamen facere nō poſſet, quin in dictis, & factis, hos affectus aperiat.

ASCENSIVS.

IRA quoq;, ac odium excitant magnos fluctus .i. turbationes in pectoribus humanis, illa. ſ. ira, celerior. i. tardior, ſup. in procurſu. i. impetu faciendo, hoc. ſ. odium pertinacius cupidine .i. cupiditate nocendi, & ſup. uterq; affectus .i. utraq; paſſio eſt, plenus conſternationis .i. alienationis mentis a ſtatu quieti eius, ac uiolentus nunquam ſine. i. ſemper cum tormento ſui. i. in quo eſt, quia dum uult inferre dolorem patitur ſup. dolorem, anxius amara ſolicitudine, ne ultio non contingat, ſed certiſſimæ imagines proprietatis eorum. ſ. dictorum affectuum iræ, & odii, ſunt, .i. extant, quas dii ipſi. ſ. hominum conditores, uoluerunt conſpici in claris perſonis, aut dicto aliquo, aut facto uehementiore, ſcilicet quam deceat, aut multum uehementi.

OLIVERIVS.

CVM aduerſus Aſdrubalem. Quod neceſſe ſit aliquo dicto uel facto hos in hominibus affectus aperiri, Salina. & aliorum

Salinator irā in Po. Ro. diſſimulare non potuit

exemplo comprobatur. Salinatorem ob artiſſimam legem de ſale uendendo latam, populoq; moleſtam fuiſſe damnatum diximus in cap. de cenſura, & de reconciliatis. Is octauo poſt damnationem anno a Marcello, & Valerio conſulibus ex agris, quo ſe per ſummum dolorem receperat, in urbem reuocatus, & cum C. Claudio Nerone conſul creatus cum imperium diu recuſaſſet tandem a ſenatu, & populo recipere coactus eſt. prouincias ſortiti, cum in ſuam uterq; proficiſceretur, eos populus ad portas uſq; proſecuti ſunt, memoriæ proditum eſt, plenum adhuc ira in ciues M. Liuium ad bellum proficiſcentem monenti Q. Fabio, ne priuſquam genus hoſtium noſceret, temere manus conſereret, reſpondiſſe, ubi primum hoſtium agmen conſpexiſſet pugnaturum. cum quæreretur, quæ cauſa eſſet feſtinandi, aut ex hoſte egregiam gloriam, inquit, aut ex ciuibus uictis gaudium meritum certe, & ſi non honeſtum capiam, non potuit quam geſtabat in pectore iram diſſimulare. Salinator aduerſus Aſdrubalem, Qui uenerat in Italiam, ut ſe Hannibali fratri cōiungeret, quod ſi factum eſſet, actum fortaſſe de imperio Roma. fuiſſet. Manum conſerere. Pugnā committere. Ira tunc, atq; uirtus. Ex his, inquit, uerbis, & ſe ira adhuc laborare, & uirtute præditum eſſe ſignificauit. cum enim reſpondit, ſe ex ciuibus ſuis uictis gaudium recepturū, iracundiam aperuit, cum uero triumphum exoptaret, uirtutē indicabat. Illa. ſ. ira iniuſtæ dānationis. Hæc, ſcilicet uirtus gloriæ cupida. Sed neſcio, an eiuſdem fuerit. Nō uidetur eiuſdem hominis eſſe, tanta animi perturbatione commoueri, & hoſtes pariter uincere. Hoc dicere. Ita reſpondere, ſignū erat imbecillitatis, quia ira, & odio uincebatur. Sic uincere. Eximiæ uirtutis fuit, tanta ſtrage hoſtes ſuperare. nam in ea uictoria par hoſtibus reddita fuit Cannenſis clades, quippe ubi Aſdrubalem, cum ſup. lx. milliū hoſtium cæſus fuit.

ASCENSIVS.

CVM aduerſus. Ordo eſt Cū Liui. Salinator geſturus bellum aduerſus Hannibalē egrederetur urbe, Fab. Maxi. monēte, ne deſcenderet in aciem. i. ne prælium committeret, ante. i. prius q̄ cognoſceret uires & animum hoſtium, reſpondit ſe nō omiſſurum, id eſt prætermiſſurum primam occaſionem pugnandi, id eſt quæcunq; prima offerretur. Et interrogatus ab eodem, quid ita, ſcilicet cur uellet cōſerere manum, ſcilicet cum hoſte tam feſtinanter, inquit, id eſt reſpondit, ut capiam q̄ celerrime, id eſt ualde celeriter, aut egregiam gloriam ex hoſtibus uictis, aut gaudium ex ciuibus ſtratis. Ira, atq; uirtus diuiſerunt tunc in ſe ſermonem eius, id eſt partem ſermonis eius ſibi uendicarunt, illa ſcilicet ira, diuiſit ſibi ſermonem, id eſt aſſumpſit unam particulam, ſcilicet aut ciuibus proſtratis gaudium capiam, hæc ſcilicet uirtus intenta gloriæ triumphi, diuiſit ſibi ſermonem, ſcilicet particulam, aut gloriam egregiam, ex hoſtibus uictis capiam. Sed neſcio, an fuerit eiuſdem, id eſt merito pertinuerit ad eundem, dicere hoc, ſcilicet tam ſuperbum, & iræ plenum dictum, & uincere ſic, id eſt tam glorioſe ut uicit, quaſi dicat uicit quidem, ſed meruit uinci, quia deus humilia reſpicit, & alta a longe cognoſcit.

OLIVERIVS.

ARDENTIS ſpiritus uirum, hunc iracundiæ ſtimuli egerunt. Non mirum eſt bellicoſum, & ingentis ſpiritus hominem ira perturbatum eſſe, cum humaniſſimum & domeſticis operibus intentum C. Figulum eiuſdem paſſio ſuperauerit, ut eum prudentiæ, & moderationis immemorem fecerit. Manſuetiſſimum, Qui remiſſioris ſpiritus erat. Pacato iuris ciuilis iudicio. iuriſperitus optimus erat, qui hominibus in pace conſulere & de iure ciuili diſceptare poſſet. Cōſulatus enim Hic Figulus

cum

DE PATRICIIS ROMANIS.

Nam quis populo Ro. iraſci ſapienter poteſt? itaq; ne illi quidem probandi, quamuis factum eorum nobilitatis ſplendore protectum ſit: qui, quod Cn. Flauius humillimæ quondam ſortis præturam adeptus erat, offenſi, anulos aureos ſibimet ipſis, & phaleras equis ſuis detractas abiecerunt: doloris impotentia tantũ non luctum profecto teſtati: talis iræ motus aut ſingulorum, aut paucorũ aduerſus populũ vniuerſum multitudinis autẽ erga principes, ac duces eiuſmodi.

DE IVVENIBVS ROMANIS ET MANLIO TORQVATO.

Manlio Torquato ampliſſimam, & glorioſiſſimam ex Latinis, & Campanis victoriam in vrbem referenti, cum ſeniores omnes lætitia ouantes occurrerent, iuniorum nemo obuiam proceſſit: ꝙ filium adoleſcentem fortiſſime aduerſus imperium ſuum præliatum ſecuri percuſſum occidiſſet: miſerti ſunt æqualis nimis aſpere puniti: nec factum eorum defendo, ſed irę vim indico, quæ vnius ciuitatis & ætates, & affectus diuidere valuit. Eademq; tantum potuit, vt vniuerſum Populi Rom. equitatum a Fabio Conſule ad hoſtium copias perſequendas miſſum: cum & tuto, & facile eas liceret delere, legis agrariæ ab eo impeditæ memorem, immobilem retineret.

cum Scipione Naſica conſul creatus magiſtratu ſe abdicare coactus eſt, ꝙ in eorũ comitiis tabernaculum uitio captum fuiſſet, ut in cap. de ſeruata religione diximus. Hic ergo tam ægre tulit in illis comitiis repulſam, ut iram diſſimulare nequiuerit. Nam poſtero die multos, qui eum de cauſis ſuis conſulturi uenerant dimiſerit inconſultos dicens, Scire quidem illos conſulere non autem conſulem facere, qua uoce facile iudicauit, quanta ira percitus eſſet. Sed aliquanto melius non dictum. Quanq̃ merito dixiſſet, quia repulſam non merebat, illi tñ honeſtius aliq̃to fuiſſet, nõ dixiſſe, q̃a uiro graui, & ſapiẽti iraſci ſemp turpe fuit.

ASCENSIVS.

ARDENTIS &c. Stimuli iracundiæ egerũt. i. impulerũt. huc. i. ad huiuſmodi reſponſum ac ferocitatẽ, uirũ ardẽtis. i. uehemẽtis, & bellicoſi ſpiritus, & aſſuetum operibus bellicis, uidelicet Salinatorem. autẽ pro ſed, ipſi reddiderunt C. Figulũ manſuetiſſimum, & ſup. celeberrimũ iudicio pacato. i. tranquillo, iuris ciuilis immemorem prudentiæ, & moderationis. i. tẽperantiæ abire. Enim pro quia ipſe accẽſus, & inflammatus dolore repulſę cõſulatus. i. petitione cõſulatus, & quidẽ. i. certe eo magis, ꝙ meminerat illum. ſ. cõſulatũ datũ ſup. eſſe bis patri ſuo, cum poſtero die. i. poſtridie comitiorũ multi ueniſſent ad eũ cauſa cõſulendi. i. petẽdi conſilium, ipſe dimiſit oẽs. ſ. incõſultos, aut ſine conſilio, ꝑfatus. i. fatus antequam dimitteret eos, uos omnes ſcitis conſulere. i. conſilium petere, ſed neſcitis facere conſulem. ſ. eum quem conſulitis. q. d. uirum dignum. dictum ſup. eſt, aut fuit grauiter, & merito, quia indignus erat, qui repulſam acciperet. ſed tamen melius ſup. fuiſſet aliquanto non dictũ ſup. fuiſſe ab eo quia plus laudis meretur, qui in re tali grauiter tacet, q̃ qui loquitur, ꝙ loquens ambitionis ſuſpitione non uacat, & tacens etiam modeſtiæ plenus uidetur. Autor tamen aliam cauſam affert addens.

OLIVERIVS.

ITAQVE ne illi. Grauiter, & iniquo animo tulit pars Romanę nobilitatis, Cn. Flauium libertino patre natum, prętorem a Po. Ro. fuiſſe creatum, quam indignitatem cum æquo animo ferre non poſſent, irã ſuam omnibus indicauerunt. nam prędolore ſibi anulos, & ſuis equis phaleras ademptas abiecerunt, nec minorem dolorem ſignificarunt, q̃ ſi funeſta facta eſſet eorum familia. Plin. lib. xxxiii. natu. hiſt. dicit, Falli pleroſq;, qui putant equeſtrem ordinem tum etiam abieciſſe anulos, quoniam in faſtis adiectum ſit hoc, ſed & phalera poſita propter quæ nomen equitum adiectum ſit, anulos quoq; depoſitos a nobilitate non ab uniuerſo ſenatu. Itaq;. refertur ad ſuperiorem, quia nemo iuſte iraſci poteſt Pop. Ro. Illi. Nobiles Romani, qui candidati in campum deſcenderant. Nobilitatis ſplẽdore protectum Quod iuſtam iraſcendi cauſam haberent, ſibi infimæ conditionis hominem præpoſuiſſe Po. Ro. Cn Fla. Hic primus fuit, qui de libertina gente ædilis curulis factus, ruſus cum magna indignatione nobilitatis, qui ut ſupra diximus libro. ii. cap. i. cum ad ægrum collegam uiſendum ueniſſet, neq; a nobilibus, quorum frequentia cubiculum erat completum ſedendi loco reciperetur, ſibi ſellam curulem afferri iuſſit, in qua honoratus ſederet. Humillime quondam ſortis. quippe libertinæ cõditionis, cuius pater ſeruus aliquando fuiſſet. Anulos aureos. inſignia nobilitatis. Phaleras. Equorum ornamẽta, cum uiderent tam infimæ conditionis hominem in dignitatibus ſibi præferri, nec ſibi ualere quicq̃ nobilitatem, ipſius nobilitatis inſignia abiecerũt quod fieri ſolebat in funere. Impotentia. Impatientia. Talis iræ mo. Bene exempla exemplis connectit, talis, inquit animi perturbatio, & iracundia, qualem ſupra diximus fuit paucorum erga Po. R. quæ uero ſequitur fuit. Po. Ro. erga paucos imperatores, & magiſtratus.

ASCENSIVS.

NAM quis poteſt iraſci ſapienter Po. Ro. q. d. nullus, unde inſipienter iratus eſt Figulus. Itaq;. i. & ita, ne quidem. i. non ſaltem probandi ſunt illi. ſ. nobiles, & Patricii Romani, q̃uis factum eorum ſit protectum. i. munitũ a contumelia ſplendore nobilitatis, qui offenſi, ꝙ. i. quia Cn. Fla. ſup. uir ſortis quondam humillimæ. i. maxime plebeię, adeptus erat ꝑturã, abiecerũt anulos aureos detractos ſupp. ſibimetipſis, & phaleras detractas equis ſuis, teſtati impotentia. i. per impotentiam, & intollerantiam doloris profecto. i. re uera tantũ nõ. i. ferme, aut eatenus, ꝙ non ultra luctũ. ſ. ſuũ motus iræ aut ſingulorũ aut paucorũ aduerſus uniuerſum P. ſ. R. ſup. fuit ſuũ, talis autẽ. i. ſed motus ſup. multitudinis erga pricipes ac duces ſup. fuit eiuſmodi, q̃lis ſequit.

OLIVERIVS.

MANLIO Torqu. ampli. Traditum eſt ſupra lib. ii. capi. de diſciplina mili. Ti. Mã. Torquati filium a ſeueriſſimo patre per lictorẽ fuiſſe uirgis cæſum, ſecuriq; percuſſum, ꝙ contra eius dictum, extra ordinem cũ hoſte ſingulari certamine dimicaſſet. Nã T. Manlius To. & P. Decius conſules aduerſus Latinos, cum graue & periculoſum bellum eſſe uiderent, tum deorum admonitione, quam in ſomnis acceperãt, ꝙ aut ipſorum alteri, aut uniuerſo exercitui cadendum eſſet, tum maxime, ꝙ aduerſus Latinos bellandum eſſet, lingua, moribus armorum genere, inſtitutis ante omnia militaribus ſibi congruentes, milites militibus, centuriones centurionibus, tribuni tribunis, compares, collegæq;, hiſdem præſidiis, ſæpe hiſdem manipulis permiſti fuerant, per hæc, ne quo errore milites caperentur. & ut militaris diſciplina ad Priſcos redigeretur mores, edicunt conſules, ne quis extra ordinem in hoſtem pugnaret. forte inter cæteros turmarum præfectos, qui exploratum in omnes partes dimiſſi fuerant, T. Manlius cõſulis filius ſuper caſtra hoſtium, cum ſuis turmalibus euaſit, ut uix teli iactu ab ſtatione maxima abeſſet, ibi a Genutio quodam Latino ad ſingulare certamen prouocatus. Manlius ſiue ꝙ ferocis animi iuuenis eſſet, ſiue ira, ſeu detractandi certaminis pudore, ſeu inexuperabili ui fati, oblitus imperii patris, & conſulum edicti, præceps ad id certamen agitur, uictoria, ſpoliiſq; potitus ouans redit ad patrem dicẽs, ut me omnes tuo ſanguine natum eſſe intelligant prouocatus, equeſtria hęc ſpolia capta ex hoſte cæſo reporto. quẽm pater aduocata concione, ut exemplum cæteris ſtatueret ſeruandæ militaris diſciplinæ, terroremq; omnibus incuteret, ne quid auderẽt cõtra imperatorum edicta moliri, ſtatim ſpoliari, & uirgis cædi, ac ſecuri percuti iuſſit. quo facto exanimati omnes præ ſtupore primo quieuerunt, poſtq̃ ceruice ſuſus eſt cruor, tum demum undiq; exortæ ſunt uoces, ut neq; lamentis, neq; execrationibus in imperatorem parceretur, & hæc in caſtris. poſt uictoriam uero illi in urbem redeunti, cum ſeniores officii gratia obuiam gratulabundi proceſſiſſent, ex iuuẽtute nemo illi occurrere uoluit, ꝙ indigne ferrent tantæ indolis filium tam crudeliter a patre fuiſſe necatũ. Ouantes. Lætitia geſtientes. Ætates. uis iracundiæ diſtinxit ſenes a iunioribus. Et affectus. Quod ſenes læti, iuuenes triſtes, & irati.

Eademq; tantum. Hoc fuit periculoſiſſimo tempore Veientum cum reſpub. maxima ſeditione inteſtina laboraret ob agrariam legem quam P. Licinius trib. pleb. inuito ſenatu ferre uolebat,

Manlius filiũ ſecuri ꝑcuſſit

cum diceret ueniſſe tempus per ultimam neceſſitatē huius agrariæ legis patribus iniungendæ, & ideo ſuſceperat rem militarem impediēdam, ſed annitente conſule, cæteriſq; tribunis, hoc uno inuito ſcriptus eſt militum delectus. ſed Fabio conſuli in hoc bello aliquanto plus negocii cum ciuibus, q̃ cū hoſtibus fuit. unus ille uir ipſe conſul remp. ſuſtinuit, quam exercitus odio conſulis q̃tum in ſe fuit prodebat. nam cum conſul pręter cęteras imperatorias artes quas parando, gerēdoq; bello ędidit plurimas ita inſtruxiſſet aciē ut ſolo equitatu emiſſo, exercitum hoſtium funderet inſequi fuſos pedites noluit, nec illos, & ſi non adhortatio inuiſi ducis, ſuum ſaltem flagitium, & publicum in præſentia dedecus, poſtmodo periculum, ſi animus hoſti rediſſet, cogere potuit gradum accelerare, aut ſi aliud nihil inſtare inſtructos, inuiſi ſigna referunt, mœſtiq; crederes uictos, execrātes nunc imperatorē, nunc nauatā ab equite operam, redeunt in caſtra. nec huic iam peſtilenti exemplo remedia ulla ab imperatore quæſita ſunt, adeo excellentibus ingeniis citius defuerat ars, qua ciuem regant, quaq; hoſtem ſuperent. conſul Romam rediit, non tā belli gloria aucta, q̃ irritato, exacerbatoque in ſe militum odio. Et tuto facile. Hoc ideo dicit, ne uideantur periculo, aut labore deterriti detractaſſe militiam. Immobilem retineret. Nec perſequeretur hoſtem. uoluit enim ut imperator ex parta uictoria gloriam aſſequeretur.

Fabius plebi inuiſus

ASCENSIVS.

MANLIO, &c. Cum ſeniores oēs ouātes lætitia. ſ. præ gaudio occurrerent Manlio Tor. referenti in urbem. ſ. Romā uictoriā ampliſſimā, & glorioſiſſimam ex Latinis, & Campanis, nemo iuniorū ꝓceſſit obuiam, q̃. i. quia occidiſſet filium. ſ. ſuum adoleſcentē ꝓliatum. i. qui præliatus fuerat fortiſſime, quia uicerat, ſed nō quia fortiſſime, ſed q̃a contra imperium ſuum occidiſſet dico percuſſum ſecuri. Æquales. i. coæui eius, hoc eſt coadoleſcentes miſerti ſunt puniti. ſ. filii Tor. puniti. ſ. a patre nimis aſpere. (Alii legūt æqualis, ut ſit. Iuniores ſup. miſerti ſunt ęqualis. i. coętanei ſui puniti nimis aſpere.) Nec defendo factum eorum. i. non dico q̃ iure id fecerint, ſed indico. i. demōſtro uim iræ, quę. ſ. ira ualuit diuidere & ætates, & affectus unius ciuitatis. ſ. Romanę, quia ſeniores patri gratulabantur, iuniores filii miſerabātur. Eademq; . i. & eadem. ſ. ira aut uis iræ, potuit tantum, ut retineret immobilem uniuerſum equitatum Po. Ro. miſſum a Fabio cōſule, ad perſequendas copias hoſtium, cum liceret, & tuto, & facile delere eas, equitatum dico memorem legis agrariæ. i. de agris condiuidēdis, impeditæ ab eo. ſ. Fab. qui interceſſerat, ne promulgaret.

OLIVERIVS.

ILLA uero etiam Appio. Appius Claudius plebi uehementer inuiſus, conſul aduerſus Volſcos profectus, eadem ſæuitia in milites, qua in plebem uti conſueuerat. Magna. n. ira, & indignatio ferocem militum aīum exagitabat, qui nulla ui domari poterat, tantum odium animis imbiberant. itaq; ſegniter, ocioſe, negligenter, contumaciter omnia agere, nec pudor, nec metus coercebant. ſi citius agi uellet agmē tardius, ſedulo inſedere, ſi ad hortatur operibus adeſſe, oēs ſua ſponte motā induſtriā remittere, præſenti uultus dimittere, tacite prętereuntem execrari, ut inuictus ille odio plebeio animus interdū moueretur. omni nequicq̃ acerbitate prompta, nihil iam cum militibus agere a centurionibus corruptū exercitum dicere, nihil eorum Volſci neſciebant. inflabantq; eo magis ſperantes idem certamen animorum aduerſus Appium habiturum exercitum Romanum, quod aduerſus Fabium conſulem habuiſſet. cæterū multo Appio q̃ Fabio uiolentior fuit, non enim uincere tantum noluit, ut Fabius, ſed uinci uoluit, ꝑductus in aciē turpi fuga petit caſtra, nec ante reſtitit, q̃ ſigna inferentem Volſcum munimentis uidit, fœdamq; extremi agminis cædem tum expreſſa uis ad pugnandum, ut uictoriam uallo ſubmoueret hoſtis, multi gaudere ſua clade, atq; ignominia denicq; exacerbati animi palam poſtulare, ut caſtra ex agro moueantur, quod cum factum eſſet ab Appio, Volſci per exploratores re cognita nouiſſimos aggrediūtur, ut a quibus perlatus ad primos tumultus ſigna atq; ordines turbauit, ut neq; imperia exaudiri, neq; inſtrui acies poſſent, nemo ullius niſi fugæ memor eſſet, ita effuſo agmine, per ſtragem corporū, armorumq; euaſere, ut prius hoſtis deſideret inſequi, q̃ Romanus fugere. hoc modo exercitus Roma. ob irā imperatoris, non uincere, ſed uinci turpiter uoluit, q̃q̃ de nōnullis ſumptū fuerit ſuppliciū. Amplitudine. dum Senatus maieſtatem tueri nititur. Quoties uictoriæ. Sæpius, inquit, iracūdia uictorias ſuperauit, quia tanta militum in duces iracundia fuerit, ut nulla ratione efficere potuerint imperatores, ut exercitus cum poſſet uincere uellet, iracundia igitur uicit uictorias, ut ſupra mōſtratū eſt. Gratulationē eius Torquato. iuniorū iracūdia in Torquatum ei uictoriæ gratulationem eripuit. Quia illi cum uictoria redeunti infenſa iuuentus propter filium crudeliter cæſum, nec obuiam prodire officii gratia, nec de uictoria illi gratulari uoluit. In Fabio pulcherrimam partem. Fabio bonam uictoriæ partem ademit, quia fuſos hoſtes inſequi noluit. Appio totam. Appium penitus uictoriæ fecit expertem. Præponendam reddidit. Subauditur, ubicq; reddidit, eſt zeugma ab inferiori.

Appius Claudi. plebi inuiſus

DE APPIO CLAVDIO CONSVLE.

Illa vero etiam Appio duci, cuius pater, dum pro ſenatus amplitudine nititur, commoda plebis acerrime impugnauerat: infenſum exercitum faciendo, voluntaria fuga terga hoſti, ne triumphum imperatori quæreret, dare coegit. Quoties victoria victrix, cō gratulationem eius in Torquato ſpernendam, in Fabio pulcherrimam partem omittendam, in Appio totam fugæ præponendam reddidit.

DE EODEM, ET PO. RO.

Age q̃ violenter ſe in pectore vniuerſi P. Ro. geſſit eodē tempore, quo ſuffragiis eius dedicatio ædis Mercurii M. Pletorio primipili centurioni data eſt: præteritis Conſulibus, Appio, qđ obſtitiſſet, quo minus ære ſuo alieno ſuccurreretur: & Seruilio, q̃ ſuſceptam cauſam ſuam languido patrocinio protexiſſet. Negas efficacem iram, cuius hortatu miles ſummo imperio prælatus eſt? quæ quidem non proculcauit tantum imperia, ſed etiam geſſit impotenter.

ASCENSIVS.

ILLA &c. Vero. i. ſed illa. ſ. iam dicta uis iræ faciendo exercitum infenſum. i. iratum, & perniciem inferentē Appio. ſ. Claudio duci, hoc eſt imperatori, cuius. ſ. Appii pater dum nititur. i. laborat ꝓ amplitudine ſenatus. ſ. cōſeruāda, impugnauerat acerrime commoda plebis, coegit ſup. eum dare hoſti terga. i. fugere, fuga uoluntaria. i. ſponte a militibus inita, ne. ſ. plebs quæreret. i. acquireret imperatori. ſ. ſuo, ſed inuiſo triumphū. Quoties ſup. ira uictrix uictoriæ reddidit gratulationē eius. ſ. uictoriæ ſpernēdā. ſ. a iuuenibus in Torquato, pulcherrimā ꝑtē. ſ. uictorię omittēdā in Fabio, q̃a fuſos hoſtes inſeq noluit exercitus, & reddidit totā. ſ. uictoriā poſtponendā fugæ, q̃a maluit exercitus fugere, q̃ imperatori uictoriā parere. (Sunt q̃ legūt præponendā fugæ, ſed potior cæteris lectionibus eſt, poſtponendā legendo) in Appio . ſ. Claudio.

OLIVERIVS.

AGE q̃ uiolenter. Cum bellum Volſcum inſtaret, & ciuitas ipſa ſecum diſcors inteſtino malo laboraret, q̃ execrabili inter ſe plebs, patreſq; odio flagrarent, maxime propter nexos ob ęs alienum. Fremebat plebs, ſe foris pro libertate & imperio dimicantes domi a ciuibus captos, & oppreſſos eſſe, tutioremq; in bello quam in pace, inter hoſtes, quam inter ciues libertatem plebis eſſe tumultum nō modo in foro, ſed in tota ciuitate excitauerat unus e nexibus a creditore ſuo crudeliter tractatus, iamq; nexi uincti, ſolutiq; ſe undiq; in publicum proripiunt, Quiritum fidem implorant. ſic accenditur furor, ut in patres, qui tum eſſent in foro, ſæuitum, foret, niſi conſules ad comprimendam ſeditionem interueniſſent. illis plebs catenas, & uincula oſtentabat, & indignitatem ſuam exponebat, nec prius deſtitit, quam ſenatus cogeretur, qui de ſuis incommodis conſultaret. Appius acer ingenio rem imperio conſulari, agendā eſſe cenſebat, arrepto uno uel altero cæteros quieturos. collegæ Seruilio mitioris ingenii uiro aliter uidebatur, interea nunciatur Volſcos oppugnandam urbē uenire, exultabat gaudio plebs ultores ſuperbæ patrū adeſſe deos,

Appius cōſul inuiſus plebi

DE METELLO.

Nanq; Metellus cum vtranq; Hiſpaniam Conſul prius, deinde Proconſul pene iam ſubegiſſet, poſtquam cognouit Q. Pomp. Cõſulem inimicum ſuum ſucceſſorem ſibi mitti: omnes, qui modo militiam voluerunt finire, dimiſit: commeatus petentibus, nec cauſis excuſſis, nec conſtituto tempore, dedit: horrea cuſtodibus remotis opportuna rapinæ præbuit. Arcus, ſagittaſq; Cretenſium frangi, atq; in amnem abiici iuſſit: elephantis cibaria dari vetuit: quibus factis vt cupiditati ſuæ indulſit, ita magnifice geſtarum rerum gloriam corrumpit: meritumq; honorem triumphi hoſtium, q̃ iræ fortior victor amiſit.

DE L. SYLLA.

Quid Sylla, dum huic vitio obtemperat, nonne multo alieno ſanguine profuſo, ad vltimum & ſuum erogauit: Puteolis enim ardens indignatione, quod Granius princeps eius coloniæ pecuniam a decurionibus ad refectionem Capitolii promiſſam, cunctatius daret: animi concitatione nimia, atq; immoderatæ vocis impetu conuulſo pectore, ſpiritum cruore, ac minis miſtum euomit. Nec Senio iam prolapſus, vtpote ſexageſimum ingrediens annum: ſed alita miſeriis Populi Romani impotentia furens: igitur in dubio eſt Sylla ne prior, an iracundia Sylla ſit extincta. Neq; ab ignotis exempla petere iuuat, & maximis viris exprobrare vitia ſua verecundiæ eſt: cæterum cum propoſiti fides excellentiſſima quæq; complecti moneat, voluntas operi cedat, dum præclara libenter probando, neceſſaria narrandi conſcientia non deſit.

ſe deos, alius alium hortari, & confirmare, ne nomina darent. Seruilius, in publicum proceſſit, promiſitq; ſenatum nexorum habiturum eſſe rationem, ſi arma contra hoſtes ſumeret, ſtatimq; edixit, ut uincti, nexiq; omnes dimitterentur, neq; impedirentur, quo minus nomina daret. magnus fuit nexorum numerus, neq; aliorum magis Volſco bello uirtutis, atq; opera enituit. Conſul breui Volſcos ſuperat Aruncos quoq; deuincit, cum uictoria redit in urbem. plebs promiſſa conſulis, ſenatuſq; fidem expectabat. Tum Appius inſita ſuperbia animo, ut collegæ unam redderet fidem de creditis pecuniis dixit, & qui ante nexi fuerant creditoribus redditi, & alii nexi ſunt. Concurſus ad Seruilium factus poſtulant, ut aut referat ad ſenatũ, aut ciuibus conſul, aut militibus ſuis imperator auxilio eſſet aduerſus collegam. Mouebant hæc conſulem, ſed tergiuerſari res cogebat adeo in contrarium non collega ſolum, ſed omnis nobilium factio perſtiterat, ita medium ſe gerendo, nec plebis uitauit odiũ, nec apud patres gratiam iniuit, breuiq; apperuit apud plebẽ æquaſſe eum Appii odium. certamen conſulibus inciderat, uter dedicaret Mercurii ædem, ſenatus a ſe rem ad populum reiecit, utri eorum dedicatio iuſſu populi data foret eum præeſſe annonæ, mercatorum collegium inſtituere, ſolennia pro pontifice ſuſcipere. populus dedicationem ædis dat M. Plætorio primipili centurioni, quo facile apparere non tam ad honorem eius, cui curatio altior faſtigio ſuo data eſſet, quam ad conſulum ignominiam factum eſſe.

Seruilius conſul. inuiſus plebi

Geſſit ſe. ſ. ita. Languido patrocinio, debili defenſione, quia collegæ, & nobilitati reſiſtere non eſt auſus. Negas. negare nemo poteſt iracundiæ uim maximam eſſe, quæ fecit, ut miles cõſulibus in dignitate præferetur. Quæ quidem non proculcauit tantum. uere inquam efficax eſt iracundia, quæ non ſolum imperia conculcat, ut exemplis ſupra monſtrauimus. ſed etiam facit ipſa imperia ſe impotenter gerere, ut ſe continere nõ poſſint.

ASCENSIVS.

FAGE, q̃.i. quantum uiolenter, ira ſupple geſſit ſe in pectore uniuerſi populi Romani eodem tempore, quod dedicatio ædis, id eſt templi Mercurii data eſt M. Pletorio centurioni Primipili. i. primæ partis exercitus ſequentis primum Pilum in bello, ſuffragiis eius, ſcilicet Po. Ro. & hoc conſulibus præteritis. i. neglectis aut contemptis, Appio ſup. qui erat alter conſulũ præterito, ideo, q obſtitiſſet, quominus, id eſt obſtando feciſſet, ut non ſuccurreretur ære ſuo. i. impenſa ipſius Appii, æri ſupple alieno. i. debito & Seruilio. ſ. altero conſule præterito, q protexiſſet patrocinio languido, id eſt trepido, cauſam ſuam ſcilicet Po. Ro. Negas ſup. o lector, aut auditor iram efficacem, cuius hortatu miles, ſcilicet Pletorius eſt. ſ. in dedicanda æde Mercurii, ſummo, quia conſulari, imperio. quæ. ſ. ira quidem, id eſt certe non proculcauit tantum id eſt, duntaxat imperia, ſed etiam geſſit impotenter, id eſt cum ſumma inſolentia, ut ſequentia docent.

OLIVERIUS.

Metel. in Hiſpania

FNANQVE Metellus. Q. Metellus cõſul primo, deinde proconſul citeriorem, & ulteriorem Hiſpaniæ prouinciam tam felicibus auſpiciis geſſerat, ut ad gloriæ cumulum, nil niſi triumphus deeſſet. uerum ubi Q. Pomp. inimicum ſuum conſulem factum & ſibi ſucceſſorem futurum cognouit, tanta mentis conſternatione, & ira commotus eſt, ut dum libidini ſuæ ſtudet indulgere, & inimici futuræ gloriæ detrahere, ſuã ipſe corruperit, triumphũq; prope partum amiſerit, exercitum enim diminuit, commeatus & horrea negligenter hoſtibus diripiẽda reliquit, arcus, & ſagittas confregit. Elephantes fame conſumpſit, nihil deniq;, quo ſe aduerſus hoſtes tueri poſſet Pompeio reliquit. Vtranq; Hiſpaniam. ulteriorẽ, & citeriorem. Deinde proconſul. quia in ſequentem annum poſt conſulatũ, illi prouincia fuerat prorogata, ut proconſul in ea bellum gereret. Dimiſit. Exautorauit, & militiæ uacationem dedit. Commeatum. Liberam abeundi ad tempus poteſtatem, quam uulgo appellamus licentiam. Cretenſium. qui auxiliares erãt Po. Roma. Elephantis. Aut inedia conſumpſit Elephantes, aut eos macilentia reddidit inutiles, ne illorum opera Pomp. uti poſſet. Hoſtium quam iræ for. vi. Facilius, inquit, hoſtem potuit ſuperare quam iram, nam uicit Hiſpanos, ipſe uero uictus ab ira eſt.

ASCENSIVS.

FNANQVE Metellus. ſcilicet Quintus cum ſubieciſſet iã pene, id eſt quaſi ſupple totam utranq; Hiſpaniam, ſcilicet ulteriorem, & citeriorem, prius, id eſt priore tempore, conſul, deinde proconſul. (Conſul pene fungebatur conſulari poteſtate, ubicunq; erat, proconſul duntaxat in prouincia ſibi decreta, in quam quia conſul ire non poterat aliis impeditus proconſul mittebatur) poſtquam cognouit Quintum Pompeium inimicum ſuum conſulem, ſcilicet creatum mitti ſucceſſorem ſibi, dimiſit omnes, ſcilicet milites, qui modo, id eſt dummodo eũ uoluerunt militiam ſuam finiri, id eſt terminari, & dedit petentibus, ſcilicet omnibus commeatus id eſt ueniam abeundi nec cauſis, ſcilicet abeundi, excuſſis, id eſt examinatis, aut ſcrutatis, nec tempore, ſcilicet redeundi cõſtituto. & præbuit horrea, id eſt granaria opportuna, id eſt accommodata rapinæ cuſtodibus remotis, & iuſſit arcus, & ſagittas Cretenſium frangi, atq; abiici in amnem, ne ſcilicet ſucceſſori uſui eſſent, naſcuntur autem in creta arundines ſagittis aptiſſimæ uetuit cibaria dari Elephantis. Quibus factis, ut, id eſt quemadmodum, Marcellus ſupple indulſit, id eſt nimis conceſſit, & tribuit; cupiditati ſuæ, id eſt iracundæ affectioni, ita corrupit magnifice gloriam rerum geſtarum, & amiſit honorem triumphi meritum id eſt quã iam meruerat, exiſtens fortior uictor hoſtiũ quã iræ.

OLIVERIUS.

FQVID Sylla. A cæteris ferme omnibus autoribus diſſentit Val. qui Syllam dicit nimia iracundiæ uiolentia periſſe, cum eũ cõſtet apud alios, ut diximus, incidiſſe in morbum ex ulcere inteſtinis oborto, qui φθειρίασις græce dicitur, quo tempore uis tanta pediculorum toto eius corpore emanauit, ut nullo argumento cohiberi poſſent, atq; hoc pacto mortem obiiſſe. ſed Valerius aliter ſentit, q ſcilicet indignatione nimia pectus conuulſerit, ſpiritum cum ſanguine effuderit, quia Granius puteolorũ princeps pecuniam ad refectionem capitolii promiſſam tardius reddidiſſet magnum fuit ſine dubio, iram in pectore ad mortem uſq; cõcipere. fuit autem genus illud morbi tantæ uirtutis, ut ab arcana quadam naturæ ratione proueniens, nullius medicinæ remedio aliaue ratione cohiberi potuit. abſterſis enim dilutiſue primis, ſta

Syllæ mors.

ſim ſubnaſcebantur, & ſcaturiebant alii, donec totum corpus in eam iabē conuerſum ſibi uitam tam tetro genere mortis eripuit, nec ciuium Romanorum funera ab eo crudeliter lacerata iacerent inulta. uerum teſte Plinio ut diximus, conſtat illum in hoc ſuam felicitatem damnaſſe, ꝙ capitolium dedicare non potuiſſet.

Puteolis Puteolis. Diſtat hoc oppidum .x. paſſuum millibus a Neapoli. & eſt poſitum aduerbialiter, ac ſi diceres Veneti, Puteoli, olorū. Cunctatius. Tardius, promiſerant decuriones certam pecuniæ quantitatem ad capitolii refectionem, quam cum tardius Coloniæ princeps exegiſſet, impatientia doloris, & iræ Sylla ſpiritum cū ſanguine fudit. Nec ſenio. Occurrit tacitæ obiectioni, ꝙ non ira, ſed nimia ſenectute perierit, dicit non ita eſſe, qui ad ſexageſimū annum peruenerat, quæ adhuc ætas robuſta eſſe conſueuit. Sed alita miſeriis Po. Ro. impotentia. Iam multo antea nutrita animi impotentia. in reipub. ruinis. Neq; ab ignotis. a domeſticis tranſiens ad externa dicit, non ideo ſe uelle externorum hominū iram, odiúq; referre, quia clariſſimis uiris uitia iuuat exprobrare, ſed ut propoſiti ſui fidem adimpleat, quoniam ab initio cunctarum gentiū facta ſimul, ac dicta memoratu digna complecti uelle promiſit. Fides propoſiti. Quia in ſe facturum promiſerat. Voluntas, ſcilicet mea, quæ niſi honeſta complecti uellet.

EXTERNA.

DE ALEXANDRO REGE.

Alexandrum iracundia ſua propemodū cælo diripuit. Nā quid obſtitit, quo minus illuc aſſurgeret, niſi Lyſimachus leoni obiectus, & Clytus haſta traiectus, & Caliſthenes mori iuſſus, qa tres maximas victorias, totidem amicorum iniuſtis cædibus victor edidit.

ASCENSIVS.

QVID ſup. facit Sylla. dum obtemperat huic ultio, ſcilicet iræ Nonne multo ſanguine alieno fuſo, erogauit, id eſt expendit, aut impendit operibus iræ, & id eſt etiam ſuum, ſcilicet ſanguinem q. d. utiq;. Enim, id eſt quia, ipſe ardens indignatione Puteolia. i. apud Puteoloa, quod Granius princeps eius Coloniæ, ſcilicet Romanæ, daret cunctatius, id eſt tardius, & cum maiore, q̄ uolebat mora, pecuniā promiſſam a decurionibus, id eſt nobilibus equitibus, ad refectionem capitolii, ſcilicet exuſti. pectore conuulſo nimia concitatione animi, atq; impetu uocis immoderatæ, euomit ſpiritum miſtum cruore, ac minis. Nec prolapſus, ſcilicet in eam mortem ſenio, id eſt annoſitate, utpote ingrediens iam annum ſexageſimum, ſed furens impotentia, id eſt imbecillitate reſiſtendi uitiis nata ex mala conſuetudine alita, id eſt nutrita miſeriis Po. Ro (Eſt autem ſecundum mortalitatis uocabulum. Non enim impotens dicitur, qui non poſt nocere, ſed qui nequit uitiis reſiſtere, ac bene facere propter inſolentiam, & longam peccandi cōſuetudinem, quam diuus pater Auguſtinus phyſ. ec docet malis innaſci. Nam ueluti qui aſſidue manibus laborant, eaa calloſas, & groſſas habent, ita qui aſſidue rident, ſplenem habēt maiorem, qui aſſidue iraſcuntur, bilem maiorem, qui amant iecur ulceroſius, & ita de reliquis affectionibus, & earū ſedibus, unde ſit, ut aſſuefacta paſſionum ſede, & impotente effecta, ad oppoſitos habitus, homines impotentes fiant ad ei obuiandum. Vnde impotentes dicuntur tyranni, & celiqui, qui affectionibus malis moderari nequeunt) igitur eſt in dubio ne, id eſt an Sylla ſup. ſit extinctus prior, an iracūdia Syllæ, ſit prior extincta, quia in ipſo furore extinctus eſt, ſecundum hunc cū aliter, alii ſentiant. Neq; (paraſceue eſt ad Externa) iuuat. i. delectat ſup. me petere exempla ab ignotis, & uerecundiæ eſt exprobrare maximis uiris ſua uitia cæterum, ideſt ſed cum fides propoſiti, ideſt promiſſi in prima præfatione, moneat complecti, ſcilicet hoc opere, excellentiſſima quæq;, ſcilicet exempla tam uitiorum quam uirtutum, uoluntas, ſcilicet mea quæ pudore afficitur, dum magnorum uitia recitat, cedat operi, id eſt propoſito huius operi, dum probando libenter præclara, ideſt egregia, & bene facta opera conſcientia narrandi neceſſaria, ſcilicet ob promiſſi fidem, non deſit, ſcilicet operi præſenti.

OLIVERIVS.

Alexander iracundus. ALEXANDRVM iracundia. Cum propter rerum geſtarum magnitudinis, & originis opinionem, ꝙ ex diuino ſemine natus eſſe crederetur Alexan. iam propemodum in numero deorum haberetur, ſola illi cælum eripuit, ut inter deos non ſit connumeratus. Quid obſtitit q. d. nihil, niſi iracundia obſtitit, quo minus in cęlum aſcenderet. eum enim diceretur ex ſtirpe diuina ꝙ ſcilicet anguis immanis concubitu fuiſſet conceptus, quam in cobiculo matris ſæpe uiſam prodigii ſpeciem, interuentuq; Phi. euolutam repente, atq; ex oculis elapſam ferunt. cumq; hāc hominum, inſitam animis opinionem, ipſe uirtutum, & rerum geſtarum magnitudine confirmaſſet, nihil obſtare debuit, quo minus deus eſſe crederetur, ſed obſtitit iracundia. Lyſimachus Leoni obiectus. Fuit Lyſimachus, teſte Iuſtino, illuſtri quidem Macedoniæ loco natus, ſed uirtutis experimentis omni nobilitate clarior, quæ tanta in illo fuit, ut animi magnitudine, philoſophia ipſa, uirtutumq; gloria, omnes per quos oriens domitus eſt, uicerit. quippe cum Alexand. Caliſthenum philoſophū propter ſalutationis Perſicæ interpellatum morem inſidiarum quę ſibi paratę fuerant, conſciū fuiſſe ratus eſſet, eumq; truncatis crudeliter membris abſciſſiſq; auribus, ac naſo, labiiſq; deforme, ac miſerandum ſpectaculum reddidiſſet, inſuper cum in cauea clauſum ad metum cæterorum circunferret, tunc Lyſimachus audire Caliſthenem & pręcepta ab eo recipere uirtutis ſolitus, miſertus tanti uiri non culpę ſed libertatis pœnas pendentis, uenenum ei in remediū calamitatum dedit, ꝙ adeo ægre Alexan. tulit, ut eum obiici ferociſſimo Leoni iuberet. ſed cum ad conſpectum eius concitus Leo impetum feciſſet, manum manipulo inuolutam, Lyſimachus in os Leonis immerſit arreptaq; lingua feram exanimauit. quod cum nunciatum regi eſſet, admiratio in ſatisfactionē ceſſit, carioremq; cum propter conſtantiam tantæ uirtutis habuit. Lyſimachus Leoni obiectus Et clytus haſta traiectus. Solenni quodam die Alexand. amicos ſuos in conuiuiū uocat, ubi orta inter ebrios rerum a Philippo geſtarum mētione, præferre ſe patri ipſe rerumq; ſuarum magnitudinem extollere cælo tenus cœpit, aſſentante maiore conuiuarū parte. itaq; cum unus ex ſenibus Clytus ductus fiducia amicitiæ reginæ cuius palmam tenebat, memoriamq; Philippi tueretur laudaretq; eius res reſtaa, adeo regem offendit, ut telo a ſatellite rapto, eundem in conuiuio trucidauerit. Clytus ab Alexādro occiſus qua cæde exultans mortuo patrocinium Philippi, laudemq; paternæ militiæ obiectabat. poſtquā ſatiatus cæde animus quieuit, & in locum iræ ſucceſſit exiſtimatio, modo perſonam occiſi, modo cauſam occidēdi conſyderās pigere eum facti cœpit, qui paternas laudes tam iracunde accepiſſet, q̄ nec conuicia debuiſſet. amicumq; ſenem, & innoxium a ſe occiſum inter epulas, & pocula dolebat. eodem igitur furore in pœnitentiam quo pridem in iram uerſus mori uoluit primum in fletus progreſſus amplecti mortuum, uulnera tractare, & quaſi audienti confiteri dementiam, arreptum telū in ſe uertit, peregiſſetq; facinus, ni amici interueniſſent. manſit hæc uoluntas moriendi etiā in ſequētibus diebus. Ci. Tuſculanarū quæſtionū. iiii. ut Alexan. regem uidemus, qui cum interemiſſet Clytum familiarem ſuum, uix a ſe manus abſtinuit, tanta uis fuit pœnitendi. Seneca ad Lucilium epiſt. lxxxiii. cuius principium eſt, Singulos tibi dies, refert inquit Alexandri Macedonis exemplum, qui Clytum chariſſimum ſibi, ac fideliſſimum inter epulaa transfodit, & intellecto facinore mori uoluit. Caliſthenes mori iuſſus. De hoc Caliſthene diximus ſupra in ca. de ſapiēter dictis exemplo Ariſt. nam ille aduerſus Darium proficiſcenti Alex. comitē dederat, monueratq;, ut regiis auribus aut iucūda diceret, aut ſilētiū ſeruaret, quorū neutrū fecit Caliſthenes. Quiatrea maximas uictorias. Bene inq̄ iracundia maxime obſtitit, quo minus in deorum numerum transferretur. nam q̄uis ter Darium uicerit, toties tamen & ipſe ab ira ſupecatus eſt. Tres uictorias. Ter uicit Darium Perſarum regem primo in Campis Adraſtis, ubi in acie Perſarum fuere ſexcēta millia militū. deinde apud Taurum montem, in qua pugna fuere. ccc. millia peditum, & centum millia equitū poſtremo haud procul a Babylone quo cōfugerat Darius.

ASCENSIVS.

ALEXANDRVM iracundia ſua diripuit propemodum cælo, id eſt fecit, ut non cæleſtis, ſed mortalis haberetur, aut, ut mortuus cælo non dignaretur. Nam quid obſtitit quo minus, id eſt ut non aſſurgeret illuc. i. in cælum, niſi Lyſimachus uir inter Macedones præclarus, & uirtute, & natalibus, obiectus, ſcilicet iuſſu Alexan. Leoni, ut ab eo deuoraretur (ob pietatis opus ut Oliuer.

dit Oliuer. recitat) & Clytus traiectus haſta, *ſcilicet* ab Alexandro, q̄ Philippū patrē Alexādri Alexandro præferret, & Caliſt. .ſ. Philoſophus ſeuerus, improbās Perſicā adulationem a rege, dum ſalutaretur admitti, iuſſus mori .ſ. ab Alexand. q.d. nihil aliud obſtitit, ſed hi tres obſtiterunt, quia Alexand. uictor ædidit .i. in lucem dedit tres maximas uictorias .ſ. contra Darium totidē iniuſtis cędibus amicorum, & ita illis ſic obſcuratas, ut cælum non mererentur.

DE AMILCARE.

Quā vehemēs deinde aduerſus Populū Romanū Amilcaris odiū: Quatuor enim puerilis ætatis filios intuens, eiuſdem numeri catulos leoninos, in pernicem imperii noſtri alere ſe prædicabat. Digna nutrimenta, quæ in exitium patriæ ſuæ vt euenit, conuerterentur.

DE HANNIBALE.

E quibus Hannibal mature adeo patris veſtigia ſubſecutus eſt, vt eo exercitum in Hiſpaniam traiecturo, & ob id ſacrificante octo annorū natus, altaria tenens iuraret, ſe cum primū per ætatem potuiſſet, acerrimū hoſtem Po. Ro. futurum, vt pertinaciſſimis precibus inſtantis belli cōmilitium exprimeret. Idem ſignificare cupiens quanto inter ſe odio Carthago, & Roma diſſiderent: inflicto in terrā pede, ſuſcitatoq̄ puluere, tunc inter eas fore finē belli dixit, cum alterutra pars in habitū pulueris eſſet redacta. In puerili pectore tantum vis odii potuit. ſed in muliebri quoq̄ æque multum valuit.

DE SEMIRAMIDE REGINA BABYLONIS.

Nanq̄ Semiramis Aſſyriorū regina, cum ei circa cultum capitis occupatæ nunciatum eſſet, Babylonem defeciſſe: altera parte crinium adhuc ſoluta, protinus ad eam expugnandam cucurrit: nec prius decorem capillorum in ordinem, q̄ tantam vrbem in poteſtatem ſuam redegit. Quocirca ſtatua eius Babylone poſita eſt illo habitu, quo ad vltionē exigendam celeritate præcipiti tetendit.

OLIVERIVS.

QVAM uehemens. quanto odio Romanos proſequeretur Amilcar Pœnorum dux, ſuis ipſe uerbis indicauit. cum enim filios quatuor haberet, ſe quatuor Leoninos Catulos in perniciem Po. Ro. nutrire prædicabat, cū eos magis in patriæ exitium maluerit. Vehemēs. Efficax odiū. Amilcaris odiū. Cum multi fuerint Amilcares Carthaginienſium duces, dubitari poſſet de quo Val. dicat. Loquit̄ ergo de Amilcare Hānibalis patre, qui primo Puni. bel. ſuperatus a Romanis, Siciliam, Sardiniāq̄ amiſit. Quatuor, enim Tres duntaxat fuiſſe iuſti. tradit Hanni. Aſdrub. & Saphonē.

ASCENSIVS.

QVAM .i. o quantū uehemens, deinde .i. ut ſecundo loco dicam, fuit odium Amilcaris ducis Cartha. & patris Hannib. aduerſus Po. Ro. q.d. maxime. Enim pro quia, ipſe intuens quatuor filios ætatis puerilis, prædicabat ſe alere in perniciē ipeꝛii noſtri Catulos Leonis eiuſdē numeri .ſ. quaternarii. Digna .i. o nutrimenta, quæ digna cōuerterētur in exitium patriæ ſuæ, ut euenit. Nam ſi Hanni. & Aſdru. Po. Ro. non ſic uexaſſent, Carthaginem Scip. non deleuiſſet.

OLIVERIVS.

E QVIBVS Hānibal. Liuius decade ſecundi Puni. Belli in principio. Fama etiam eſt, inquit Hannibalē annorū ferme nouē pueriliter blandientē patri Amilcari, ut duceretur in Hiſpaniā, cū perfecto Africo bello exercitum eo traiecturus ſacrificaret, altaribus admotū, tactis ſacris iureiurando adactū ſe, cū primū poſſet hoſtē acerrimū fore P. R. Mature. Tempeſtiue, ut potē in puerili ætate. Inſtantis. Quod aduerſus Hiſpanos parabatur. Commilitium. Comitatū militiæ, ut patri duci comes iret in militiam. Idem ſignifica. Ruſus eum ſignificare uellet Hannibal, quanto inter ſe odio Carthaginienſes, Romaniq̄ laborarent, terram pede percuſſit, & puluerem excitauit, deinde tū belli finē inter eos futurū dixit, cum alterutra pars in cinerem fuerit reſoluta, quod tandem ductu, & auſpiciis Africani inferioris Carthagini contigit. Inflicto in. Incuſſo. In pue. pe. Hoc dicit, ut ſequens coniungat exemplum.

ASCENSIVS.

E QVIBVS ſ. quatuor filiis, cum alii tm̄ tres dicant. Hanni. ſecutus eſt ueſtigia patris .i. paterni odii in Ro. adeo mature .i. feſtinanter, ut eo .ſ. patre traiecturo .ſ. trans mare exercitum in Hiſpaniā, & ſacrificante ob id ipſe Hanni. natus .i. filius octo annoꝝ (ut ſit nomē) aut natus ſup. ætatem octo annorum (ut ſit principium) tenens .ſ. dextra altaria, iuraret ſe futurum P. R. hoſtem acerrimum, cū .i. ubi primum potuiſſet per etatem, ut exprimeret p̄cibus ꝑtinaciſſimis .i. ꝑſeuerātiſſimis cōmilitū .i. officium cōmilitonis belli inſtātis, quod q̄a re ipſa gerere nō potuit, uotis tunc geſſit. Idē .ſ. Hanni. cupiens ſignificare quāto odio Carthago, & Roma diſſiderēt inter ſe, pede inflicto .i. icuſſo in terrā, & puluere ſuſcitato .i. ſurſum excito, dixit finem belli fore .i. futurū eſſe inter eas .ſ. duas urbes tūc, cū alterutra pars .ſ. aut Carthaginē, aut Romā eſſet redacta in habitū .i. formā, & diſpoſitionē pulueris. Facies aūt trāſitū ad reliqua addit. Vis odii potuit tantū ī pectore puerili .i. Hānibalis adhuc pueri, ſed ualuit quoq̄ .i. et ꝗ q̄ multū ī muliebri ſup. pectore, ut in pectore Semiramidis.

OLIVERIVS.

NANQVE Semiramis. Hoc magis ad mulieris, uirtutem, & magnanimitatē, q̄ ad iudiciū, & iracundiam ſpectare uidetur. cū in cubiculo caput exornanti, ut mulieres ſolent, ſibi nunciatū eſſet Babyloniā a ſe defeciſſe, tanta ut Vale. dicit ira percita eſt, aut ut alii uolūt, animi magnitudine fuit, ut nō prius reliquū capitis (iam enim partē exornauerat) redimere uoluit, q̄ urbem in ſuā deditionē redegerit. Multa de hac fœmina p̄clara legūt apud Diodorū ſiculū lib iii. tam de natiuitate, q̄ mirabilis fuit, q̄ de uirtute, & rebus geſtis. inter q̄ illud pulcherrimū, q̄ cū Ninus Aſſyriorū rex in Bactrianis, Bactrā urbē, nā loci, & magnitudine, & Bactra urbs.
arce, ac cæteris rebus, q̄ ad defenſionem ſpectāt, munitiſſimā obſideret, quia expugnare non poſſet una mulier ingenio, & uirtute ſua expugnandæ urbis rationem inuenit. cū enim adducta eſſet in caſtra a Menone eius marito, nondū enim uxor Nini facta fuerat, illa ut acuminis p̄ſtabat ingenii, ꝑſpecta obſidione, tum loci urbiſq̄ ſitu, quaq̄ adiri poſſet, animaduerſis arcē, q̄a loco natura munito, difficiliq̄ erat, & quē nullus antea tētarat acceſſu, cuſtodia uacuā conſpexit, & intētis omnibus uelutiarce ab hoſte tuta, ut inferiori parti cāpeſtri ſubſidiū ferrēt, ſumptis, qui ꝑ loca petroſa, abruptaq̄ aſcēdere ſoliti erāt, ꝑ auditū uallis p̄cipitē. ſupata loci aſperitate, ꝑtē arcis cepit, magnoq̄ ad terrore excitato tumultu, ſignū captæ arcis obſidētibus dedit oppidani arce amiſſa obſtupefacti derelictis mœnibus fuga ſaluti cōſuluerūt, capta ciuitate admiratus Semiramidis uirtutē Ninus ea ſibi uxorē aſciuit. Babylona. accuſatiuus Græcus eſt. Defeciſſe, deſciuiſſe. Iā parte criniū. iā capitis partē exornauerat, pars altera ſoluta erat. Decorē. ornatū, & pulchritudinē. Tantā urbē. quā conſtat omniū orientaliū maximā eſſe. Quo circa ſtatua eius. Ne tātę rei memoria poſſet aboleri, ſtatua illi Babylonæ erecta eſt eo, quo urbē uēdicauerat habitu.

ASCENSIVS.

NANQVE Semiramis regina Aſſyriorū cū nūciatū eſſet ei occupatæ circa cultū capitis, Babylonē defeciſſe .ſ. ab imperio ſuo ad alterius iperiū, altera parte criniū .i. capillorum ſoluta adhuc .i. nondū colligata, cucurrit protinus ad expugnādū eam .ſ. Babylonē, nec redegit prius decorē capillorū ī ordinē, q̄ tantam urbē in ſuā poteſtatē. quo circa .i. quapropter ſtatua eius ē poſita Babylonæ (ſeu ut Seruius diceret Babyloni) illo habitu .i. diſpoſitu corporis, quo .i. ī quo tetēdit celeritate p̄cipiti, ad ultionē exigendā defectoribus.

THEOPHILVS.

SEMIRAMIS. Polyenus Macedo ſtratagematō octauo Semiramis, inquit quo modo lauaret ad nuncium defectionis Aſſyriorum, ſicut adhuc erat illota, rapuit in eos agmen &c.

OLIVERIVS.

PROTRAHATVR. dicturus de Auaritia, eã quodam modo diffinit. Saluſ. uero multo melius. dicit enim Auari-
Auaritia tia pecuniæ ſtudiũ habet, quã nemo ſapiens unq̃ concupiuit, ca quaſi uenenis malis imbuta, corpus animũq; uirilẽ effeminat, ſemperq; īfinita, & īſatiabilis ẽ neq; copia, neq; inopia minuitur. Cic. illã igni cõparauit, cui quãto plus materiæ ſup. iponiẽ, tãto magis incẽditur, ſic & Auaritia, quãto plus habuerit, tanto magis cõcupiſcit, nã ſemper Creſcit amor nũmi, quãtũ ipſa pecunia creſcit, ut Iuue. Vñ eſt illud tritũ apud oẽs puerbiũ, cũ cætera uitia ſeneſcãt ſola auaritia iuueneſcit. Auidiſſima uorago. Cupidiſſima ꝓfunditas, quæ nulla copia repleri poſſit. Prędę. nemo ẽ, q dubitet auaritiã eſſe p̃dæ miniſtrã, auarus enim ꝓpter auiditatẽ nullũ quęſtũ ſibi turpẽ eſſe putat, nã quotidie fraudat, decipit, poſcit, paciſciẽ, aufert, eripuit, ſpoliat, expilat. depeculatur, teſtẽ ſuppoſuit, oĩa deniq; p fas, & nefas accumulat. ergo q̃a nũquam ſatiatur, recte uoragini cõparatur. Neq; habẽdi fructu felix. felix eſt, q ex rebus patris fructum capit, hoc autem non accidit auaro, nõ igitur felix.

ASCENSIVS.

PROTRAHATVR. Quia de uitiis ſe nõ libẽter ſcribere proteſtatus eſt, dicit. Protrahaẽ etiã in mediũ. i. publiceẽ etiã auaritia indagatrix. i. inquiſitrix lucrorũ latentiũ. i. occultorũ, aut ignobiliũ, & auidiſſima uorago prædæ manifeſtæ, nec felix fructu habẽdi (q̃a auarus, ut dicit. Flac. Quærit, & inuentis miſer abſtinet. & ut dicit Seneca. Tã deeſt auaro qđ habet, q̃ quod nõ habet) & miſerrima cupiditate quęrẽdi. i. acquirẽdi, unde diuitiæ acquruẽ ab auaris cũ labore, cuſtodiuntur cũ timore, defecerunt cum dolore.

DE AVARITIA CAP. IIII.

PRotrahatur etiam in mediũ Auaritia latentiũ indagatrix lucrorũ, manifeſtę prædę auidiſſima vorago, nec habẽdi fructu felix, & cupiditate quærẽdi miſerrima.

DE M. CRASSO, ET Q. HORTENSIO.

Cum admodum locupleti L. Minutio Baſilio falſum teſtamentũ quidam in Græcia ſubieciſſet, eiuſdemq; cõfirmandi gratia potentiſſimos ciuitatis noſtræ viros M. Craſſum, & Q. Hortenſiũ, quibus Minutius ignotus fuerat, tabulis hæredes inſeruiſſet, quãquã euidens fraus erat, tamen vtraq; pecuniæ cupidus, facinoris alieni munus nõ repudiauit: quantam culpam q̃ leuiter retuli? lumina curiæ, ornamenta fori, quod ſcelus vindicare debebant, inhoneſti lucri captura inuitati, autoritatibus ſuis texerunt.

DE Q. CASSIO.

Verũ aliquanto maiores vires in Q. Caſſio exhibuit, qui in Hiſpania Silium, & Calpurniũ occidendi ſui gratia cũ pugionibus deprehenſos quinquagies ſeſtertium ab illo: ab hoc ſexagies pactus dimiſit. At quis dubitet ſi alterum tantũ daretur iugulum quoq; ſuum æquo animo illis fuiſſe præbiturum.

DE L. SEPTIMVLEIO.

Cæterũ Auaritia ante oẽs L. Septimuleii præcordia poſſedit: qui, cũ C. Gracchi familiaris fuiſſet, caput eius abſcindere, & per vrbem pilo fixũ ferre ſuſtinuit: q̃a Opimius Conſul auro id ſe repenſurũ edixerat. Sunt qui tradũt, liquato plumbo eum cauatã partem capitis, quo põderoſius eſſet: expleſſe. Fuerit ille ſeditioſus, bono perierit exẽplo: clientis tamen ſceleſta fames in hacvſq; iacentis iniurias eſurire nõ debuit.

OLIVERIVS.

CVM admodũ locupleti. Cic. lib. iii. offi. Cõſideremus, inquit, q facitũt hi q habẽtur boni. L. Minutii Baſilii locupletis hominis falſum teſtamentũ q̃dã e Græcia Romã attulerũt, quod quo facilius obtineret, ſcripſerunt ſecum M. Craſſum, & Q. Hortenſiũ hoĩes eiuſdẽ ciuitatis potentiſſimos, q cũ illud falſum eſſe ſuſpicarẽtur, ſibi aũt nullus eſſet cõſcius culpę alieni facinoris, munuſculũ nõ repudiauerũt q̃d ergo? ſat in hoc eſt, ne deliquiſſe uideanẽ, mihi certe nõ uidetur. uide igiẽ, q̃d faciat auaritia, uiros clariſſimos, q boni hẽbanẽ Romanæ ciuitatis principes, impulit ad ꝓbatione teſtamẽti, quod ſibi alioꝝ bonoꝝ inſidiator obtulerat. Subieciſſet. Nã mortuo Minutio, teſtamẽtũ ille nõ Minutii teſtatoris, ſed aliud a ſe ſcriptũ ſubiecit. Quibus Minutius ignotus fuerat. argumẽtũ potiſſimũ. teſtamẽtũ illud falſum eſſe, q̃ ab ignoto eſſent hæredes cõſcripti. Quãtã cul. Inuehiẽ quodammodo in hos Vale. cũ dicat tñ crimẽ tã leui reprehẽſione ꝑſtringi nõ debere, quippe cũ ciuitatis lumina curiæ, foriq; pricipes tãta auaritia capti ſint, ut etiam falſum teſtamẽtũ cõprobare uoluerint. q̃ leuiter retuli. q. d. q̃ lõgiori oratione, & reprehenſione fuit ꝓſequẽda. Captura. lucrũ, utilitas, acq̃ſitio, a capiẽdo dicta, ut captura piſciũ. Texerũt. Defenderũt amplitudine ſua, q̃a nemo inuentus eſt, q cõtra horum hoĩum autoritatẽ teſtamentũ illud reſcindere auderet.

ASCENSIVS.

CVM quidã in Græcia ſubieciſſet. i. falſum pro uero ſcriptum impoſuiſſet, L. Minutio Baſilio admodũ. i. ualde locupleti. i. diuiti teſtamentũ. i. attuliſſet Ro. falſum teſtamentũ, quo ipſe ſe fingebat hæredẽ a L. Baſilio inſtitutũ, & inſeruiſſet tabulis hæredes. i. cohæredes, aut ꝓ parte quadã hæredes, potẽtiſſimos uiros ciuitatis noſtræ. ſ. M. Craſſum, & Q. Hor. gratia eiuſdẽ. ſ. teſtamẽti cõfirmandi. Quibus. ſ. uiris Minutius. ſ. defunctus fuerat ignotus q̃q̃ fraus erat euidẽs, tamẽ uterq; cupidus pecuniæ nõ repudiauit munus facinoris alterius, ſed q̃a cõſenſere etiã ipſorũ quantã. i. o quantã culpam, q̃. i. o quantũ leuiter. i. faciliter retuli. i. recitaui. q. d. maximã facillime. q̃a lumina curiæ. i. ſenatus ornamenta fori. ſ. iudicialis texerũt. i. ꝓtexerũt, & operuerũt, autoritatibus ſuis, inuitati. i. allecti captura. i. aſſecutione lucri inhoneſti. i. turpis, ſup. illud ſcelus, quod debebãt uindicare. i. punire, uidelicet fallacis uſurpationis hæreditatis.

OLIVERIVS.

VERVM aliquanto maiores. Vis magna auaritiæ Craſſum, & Horten. iceſſit. ſed multo maior Craſ. cum Hiſpaniæ prouinciæ p̃fectus Syllanũ, & Calpurniũ, qui cõiurauerant in eũ, deprehendiſſet cũ pugionibus, q̃bus eũ occiſuri uenerãt, pecunia corruptus utrumq; dimiſit incolumen. nã alter quinquagies ſeſtertiũ, alter ſexagies daturum promiſit. Aliquato maiores. ſ. uires dedit auaritia.

Pugio Pugionibus. Pugio breue telũ lateri adhærens a pugendo, uel ut alii uolunt, a pugno dictus.

At q̃s dubitet. Exaggerat huius hominis auaritiam ut dicat eũ precio uitã fuiſſe uenditurũ. ſiquis tantõdem obtuliſſet quãtum ab utroq; illorum accepiſſet, iugulum ei ſine dubio reſecandum præbuiſſet.

ASCENSIVS.

VERVM. i. ſed. auaritia ſup. exhibuit, & oſtendit uires maiores aliquanto in Q. Caſſio, qui. ſ. Caſſius dimiſit. ſ. ſaluos Sil. & Cal. deprehenſos. in Hiſpania cũ pugionibus. i. cultris acutis, manu capi, & teneri ſolitis gratia ſui. ſ. Caſſii occidendi, pactus. ſ. pro dimiſſione ſeſtertium quinquagies. i. quinquaginta ſeſtertia, ab illo. ſ. Silio, & ſeſtertiũ ſexagies. i. ſexaginta ſeſtertia ab hoc. ſ. Calpurnio. At quis dubitet, ſi alterum tatum. ſ. precium, hoc eſt quinquagies & ſexagies ſeſtertium daretur. ſ. Caſſio, ſup. Caſſium fuiſſe præbiturum, illis uidelicet Silio, & Calpurnio iugulum quoq; ſuum animo æquo. i. iubentiq. d. nemo, cum idem fere fecerit, quia accipere pecuniam ab eis, qui pecuniam acceperant accidendum eſt inuitare eos ad rurſus accipiendum.

THEOPHILVS.

IN Q. Caſſio. Q. Caſſius longinus is fuit, qui partium Cæſaris Hiſpaniam cum legionibus obtinebat. hiſtoriam refert Oppius, aut Hirtius de bello Alexandrino, qui ciuilis Pompeiani quartus eſt.

OLIVERIVS.

CÆTERVM auaritia. Superiores ferme oẽs Septimuleius auaritia ſupauit, q auri ſacra fame cõpulſus, ſancta amicitiæ iura uiolauit. Dũ eni C. Grac. familiariſſimus eſſet, ut in uita Grac. legiẽ, poſt damnatũ Grac. animũ fortuna mutauit. ꝓpoſito enim per conſulem p̃mio quicunq; Grac. caput detuliſſet ad eum, illi tantundem auri repenſaturum, nulla mora ſceleſtiſſimus homo caput amici truncatũ non ſolũ ad conſulem detulit, ſed etiã euacuato craneo, infuſoq; plumbo, quo plus auri reciperet infixũ Gracchi caput auro repenſum

haſtæ

haſte ꝑ ora uulgi deportauit tanquã cæſi hoſtis ſpoliũ. Pilo infixũ. Quod fuit multo fœdius. Auro repẽſurũ. Edictũ fecerat Opimius ꝯſul, ſe tantũ auri daturũ quãti põderis Gracchi caput eſſet, ei.ſ.q caput illud ad ſe detuliſſet. Liquato ſoluto, & liquefacto plõbo. Cauatã partẽ uidelicet educto cerebro ex craneo, quod etiã i M. Craſſo a milite partho factũ fuiſſe legimus. Fuerit ille ſeditioſus, Fac ita eſſe, ut ſeditionis cã, leges ferre uoluerit Gracch᷒, & merito cæſus fuiſſe uideaꝛ, nõ tñ debuit cliẽs tanto auaritiæ ĩpetu ferri, ut patronũ bene ad ſe meritũ auri cupiditate tã crudeliter necaret, ut etiam mortuo ĩſultaret. Fuerit ille ſeditioſus. Cõcedaꝛ, ĩqͭ ſeditioſum fuiſſe Gracchũ, hoc aũt dicit, quia dobitaꝛ, an priuatarũ opũ cupiditate, an reipub. utilitate agrarias leges ferre uoluerit C. Gracchus, Cic. in exhortationibus indigne cæſum fuiſſe fateꝛ, nã & Opimius cõſul paulopoſt fuit iteremptus ſiue propter quaſdã ſeditionũ ſuſpitiones, ſiue propter iniuſtam Gracchi mortẽ. Bono perierit exẽplo. Occiſus fuerit ꝓ utilitate reipu. a ſeditionibus ſui caueãt reliqui ciues cũ exemplo Gracchi moniti ſunt. q̃ ſeditioſus uiris præmia decernanꝛ. Tamẽ ſceleſta fa. Scelerata cupiditas. Vir. Quid nõ mortalia pectora cogis auri ſacra fames. Eſurire. Vehemẽter cupere, & permãſit in trãſlatione, quia dixerat fames, ideo eſurire ſubiunxit.

ASCENSIVS.

CÆTERVM auaritia poſſedit ꝓcordia. i. intimas affectiones Lucii Septimulei ante oẽs .i. plus q̃ omniũ aliorũ, qui cũ fuiſſet familiaris C. Gracchi, ſuſtinuit. i. potis fuit, & in animũ induxit abſcindere caput eius, & ferre per urbẽ, ſup. ipſum fixũ pilo. i. telo. Ro. q̃a Opimius cõſul ediixerat. i. publico edicto promiſerat ſe repenſurũ auro. i. redempturũ reponendo tanti ponderis aurum, quãti erat caput Gracchi. Sunt. ſ. ſcriptores rerũ, qui tradunt cũ. ſ. Septimuleum, expleſſe .i. farſiſſe, & repleuiſſe partẽ capitis cauati. i. facti concaui, plũbo liquato. i. fuſo, quo. i. ut ipſum caput eſſet ponderoſius. Fuerit. i. eſto ſane ꝙ fuerit ille. ſ. C. Grac. ſedioſus, & perierit bono. i. utili exẽplo. i. ut alii ciues caueãt ſeditionẽ excitare. Tñ fames. i. cupiditas ſceleſta clientis. ſ. Septimulei, qui C. Gracchum dum uiuebat, coluerat ut patronum, non debuit eſurire. i. extendi uſq; in has. i. huiuſmodi tam contumelioſas iniurias, iacentis. ſ. patroni. Pulchre pſtat in Metaphora addens ad famem eſurire.

OLIVERIVS.

ODIVM merito. Merito, ĩquit Septimulei auaritia eſt odio, at Ptolemęi regis eſt riſu ꝓſequẽda. diximus in ca. de moderatione, cũ ſenatus audiſſet Ptolemæũ regẽ Cypri grandem conflare pecuniã ueritus, ne tantis opibus rex incitatus bellũ renouaret, Cyprũ in ꝓuinciæ formã redigere conſtituerunt. quod ubi regi nunciatũ eſt opes ſuas peti id quod erat exiſtimauit, itaq; ut Ro. opinione, & pecunia fruſtraretur, eã totã nauibus ipoſuit, eo animo, ut his pforatis obrueretur. cũ iã altũ petiſſet auaritia ductus facere nõ ſuſtinuit. nã conſiliũ ſalubritate refertũ auaritia ꝑuertit. nã aurũ, & argentũ, quo nihil carius illi eſſe poterat, perdere nõ ſuſtinuit, itaq; reuerſus opes, quibus periturus erat, reponere maluit, q̃ illis pditis ſalutẽ ſeruare, nam ſenatus Catonẽ cũ claſſe miſit, qui regiã pecuniã Romã deportaret, quod ubi ſenſit Ptolemæus nimio dolore pcitus, ueneno fata ꝑuenit. Anxiis ſordibus. Solicitus auaritiæ cupiditatibus, nam proprie auaritia ſordes appellãtur, eo ꝙ hominẽ ſordidiſſimũ faciat. Corripuiſſet. Cõgregaſſet, propterq; eas ſe periturũ uideret, & ideo omni pecunia ipoſita nauibus, quia ſenatus Cyprũ ꝓuinciã eſſe decreuerat. A diuitiis poſ. ẽ. reuera diuitiaꝝ ſeruũ regẽ hũc fuiſſe dicit.

ASCENSIVS.

ODIVM &c. Auaritia Septimulei merita ſup. eſt Odiũ. autẽ .i. ſed auaritia Ptolemęi regis Cypriorũ ꝓſequẽda ſup. ẽ riſu, alii legũt odio, ut ſit ꝓſequẽda odio, ſed ſic legẽdũ eẽt merito. Nã cũ corripuiſſet. i. undiq; rapiendo coaceruaſſet ſordibus anxiis. i. auaritia anxia, magnas opes. i. diuitias, & uideret ſe periturum ꝓpter eas, & idõ oi pecunia ipoſita nauibus ꝓceſſiſſet in altũ. ſ. mare, ut claſſe pforata piret ſuo arbitrio, & nõ arbitrio hoſtiũ, & ut hoſtes carerẽt ꝑda, nõ ſuſtinuit. i. nõ potis fuit, mergere .i. ſubmergere, & obruere aurũ, & argẽtũ, ſed reuexit domũ ſup. ipſum futurũ præmiũ necis ſuæ. Hic (inquit autor) ꝓculdubio nõ poſſedit diuitias, ſed poſſeſſus eſt a diuitiis, rex inſulæ. ſ. Cypri titulo. i. denominatiõe; aũt. i. ſed mãcipiũ miſerabile. i. ſeruus miſerabilis aio. ſ. ſuo.

DE PTOLEMÆO REGE CYPRIORVM.

Odio merito Septimulei auaritia, Ptolemæi autẽ regis Cypriorũ, riſu ꝓſequẽdã: nã cũ anxiis ſordibus magnas opes corripuiſſet, propterq; eas periturũ ſe videret, & ideo oĩ pecunia ĩpoſita nauibus, in altum ꝓceſſiſſet, vt claſſe pforata ſuo arbitrio periret, & vt hoſtes ꝑda carerent, non ſuſtinuit mergere aurũ, & argentum: ſed futurum ſuæ necis præmium domum reuexit. Proculdubio hic non poſſedit diuitias, ſed a diuitiis poſſeſſus eſt: titulo rex inſulæ, animo autem, pecuniæ miſerabile mancipium.

DE SVPERBIA ET IMPOTENTIA. CAP. V.

DE M. FVLVIO FLACCO.

ATq; vt ſupbia quoq; & impotentia in conſpicuo ponantur, Marcus Fuluius Flaccus Cõſul, Marci Plãci Hipſei collega, cũ pernicioſiſſimas Reipub. leges introduceret, de ciuitate danda, & de prouocatione ad populũ. eorũ, qui ciuitatem mutare voluiſſent, ægre cõpulſus eſt, vt in curiam veniret: deinde partim monẽti, partim oranti, ſenatui vt incepto deſiſteret, reſponſum nõ dedit. Tyrannici Cõſul ſpiritus haberetur, ſi aduerſus vnum ſenatorem hoc modo ſe geſſiſſet, quo Fuluius in totius ampliſſimi ordinis contemnenda maieſtate verſatus eſt.

OLIVERIVS.

ATQVE ut ſuper. Trãſit ad ſuperbiã, & ipo. primũ aũt exemplũ eſt. Fuluii Flacci cõſulis, q cũ leges reipu. pernicioſiſſimas ferre uellet unã, ut cuicũq; peteret ciuitas daretur, alterã ut ſi ſenatus id nõ ꝓbaret ꝓuocatio fieret ad Popu. rogatus uix adduci potuit, ut in curiam ueniret, ubi de his legibus, quas fere uolebat, accuratius cõſultabaꝛ. deinde cũ partim moneret, partim rogareꝛ a ſenatu, ut ab ea ſentẽtia deſiſteret, nulla ratiõe adduci potuit, ut tãtæ autoritatis ordini riſum ullũ daret, magna ꝑfecto illius pectori inſita ſupbia, q dũ ſenatus amplitudinẽ ſpernit, nõ ſe conſulẽ, ſed tyrãnũ exhibuit. Sup. & ipo. Ex ſupbia ſequitur impotẽtia, deĩde ex ipotẽtia arrogãtia. ſupbia uitiũ eſt, quo q̃s cæteris etiã imerito uult ſupeſſe, hoc eſt ꝓſtare cũctis. Impotẽtia, cũ q̃s ira, & cupiditate q̃s cõtineri nõ põt, quo minus ſæuiaꝛ. arrogãtia deĩde naſcitur, nã cũ imoderato animi affectu rapitur q̃s ad contumeliã, tũc oĩa ſibi arrogat q̃bus etiã idignus ẽ. In cõſpicuo. In apto, in manifeſto. De ciuitate dãda. Declarat ipſas leges, ut q̃cunq; ciuis Ro. fieri uoluit, id ei ſemꝑ liceret, nã dare ciuitatẽ nihil aliud eſt, niſi ciuẽ creare, pari rõne accipe in ciuitatẽ, & donare ciuitatẽ. De ꝓuocatione. Alia lex ſtatuebat præterea, ut ſi illi q ciuitatẽ cupiebãt. ꝑ ſenatũ ipedirẽtur, quo minus ciues Ro. fierent ꝓuocationẽ habere poſſent ad populũ, ut ſi populus cẽſeret, dãdã eis eẽ ciuitatẽ, inuito ſenatu crearẽtur. Ciuitatẽ mutare. Suã. ſ. urbẽ relinquere, & Romã capeſcere. Tyrã. ſpi. Si uni tantũ ſenatori reſponſum denegaſſet, Tyrannus merito iudicari potuiſſet, ſed cũ uniuerſum Sena. cõtẽpſerit, plus q̃ Tyrau. dici poteſt. Fuluii leges

ASCENSIVS.

ATQVE ut ſuperbia quoq;, & impotẽtia. ſ. animi efferati & nequeuntis præſupbia, aut ferocitate ſeſe cõtinere intra modũ ponantur in cõſpicuo. i. loco euidẽti, adductis exemplis M. Ful. Flac. cõſul, collega. i. ſocius in cõſulatu M. Planci Hipſei cũ introduceret leges pnicioſiſſimas reip. utpote de ciuitate danda. ſ. cuicũq; uolẽti, & de ꝓuocatione ad populũ eorũ, qui uoluiſſent mutare ciuitatẽ. i. cũ in alia prius eſſent ciuitate, fieri ciues Rom. aut cũ prius Ro. alterius fieri ciuitatis ægre. i. difficulter compulſus eſt, ut ueniret in curiã, deinde nõ dedit reſpõſum ſenatui partim monẽti, & partim oranti, ut deſiſteret incepto, conſul. ſ. quicunq; haberetur ſpiritus. i. affectus Tyrãnici ſe geſſiſſet, ſi hoc modo. i. tã ſupbe aduerſus. i. erga unũ ſenatorẽ, quo Flac. uerſatus eſt in cõtemnenda maieſtate totius ordinis ampliſſimi.

DE M. DRVSO TRIBVNO.

Quæ a M.quoq; Druſo Tr.Pl. per ſummā contumeliā vexata eſt:parū enim habuit L.Philippū Conſulē, quia ſe interpellare cōcionantē auſus fuerat,obtorta gula,& quidē nō per viatorē,ſed per clientem ſuū,adeo violenter ī carcerem præcipitem egiſſe, vt multus e naribus eius cruor, pfunderet. Verūetiam cū ſenatus ad eū miſiſſet,vt in curiā veniret:q̄re non potius inquit,ipſe in Hoſtiliā propinquā Roſtris ad me venit? Piget adiicere qđ ſequit̄ Tribunus Senatus iperiū deſpexit, Senatus Tribuni verbis paruit.

DE CN, POMPEIO.

Cn. autē Pōpeius q̄ inſolenter egit? qui balneo egreſſus,ante pedes ſuos proſtratum Hipſeum ambitus reum,& nobilē uirum,& ſibi amicū iacētem reliquit,cōtumelioſa uoce proculcatū: nihil.n. eū aliud agere,q̄ vt conuiuiū ſuum moraretur, reſpondit. Et huius dicti conſcius ſecuro animo cœnare potuit.

Ille vero etiā in foro non erubuit P.Scipionem ſocerum ſuum legibus noxium,quas ipſe tulerat,in maxima quoq; reorum,& illuſtrium ruina, muneris loco a iudicibus depoſcere,maritalis lecti blāditiis ſtatum Reipublica temperando.

DE MARCO ANTONIO.

Tetrum facto pariter,ac dicto M.Antonii conuiuium. Nam cum ad eū triumuirū Ceſetii Rufi ſenatoris caput allatum eſſet,auerſantibus id cæteris,propius admoueri iuſſit, ac diu, diligenterq; conſiderauit:cunctis deinde expectantibus quidnam eſſet dicturus,hunc ego,inquit,notum non habui.Superba de ſenatore,impotens de occiſo confeſſio.

OLIVERIVS.

Druſi inſolentia. ¶ QVÆ amētia. Notata eſt hiſtoria in ca. de libere dictis , ubi uidimus,qm̄o M. Druſus tri.ple. ſe ueluti ſenatus patronum fecerat,& plebē ad ſe Gracchanis legibus , eiſdēq; ſociis plebem ad ſpē ciuitatis erexit qbus pollicitus eſt,ſi ſenatus ptes defenderēt, paulopoſt ciues Ro. futuros. cū igit̄ dies pmulgandi leges adeſſet, ſubito tanta uis hominum undiq; apparuit,ut hoſtiū aduētu obſeſſa ciuitas uideretur. auſus tñ eſt abrogare legibus cōſul Phil.ſed apprehēſum faucibus uiator non ante dimiſit, q̄ ſanguis in ora,& oculos redūdaret.hic igit̄ tāta ſupbia elatus eſt,ut etiā ſenatui petēti, ut ī curiā ueniret,rñdere nō dubitauerit,ut ad ſe potius ille ueniret. erat autē in hoſtilia curia, & ita unius inſolētiſſimi trib.ſenatus imperio parere coactus eſt,neſcio quid iſolentius dici poſſet. Amētia.Supbia,Amētiæ ſimilis. Interpellare. ipedire. Nō qdē p uiato. Diſſentit a Floro, q hoc per uiatorē factū eſſe dicit. Pli. de ui. illu.p ipſum Druſum dicit.ſ. cōſuli,legibus agrariis reſiſtēti,ita collū in cōuiuio obtorſit,ut multus ſanguis effflueret de naribus. Non quidē per uia reipub. Si per uiatorem conſulem comprehendi iuſſiſſet, res minus indignitatis habuiſſet,ſed tyrannice clientem miſit in conſulem.

ASCENSIVS.

¶ QVÆ amentia.ſ. nimiæ ſuperbiæ, & arrogātiæ eſt quoq; uexata.i. agitata per ſummam contumeliā a M. Druſo Trib. pleb. Enim .i. qa ipſe habuit.i. reputauit parū , egiſſe Lucium Philippū conſulē pcipitē in carcerē gula obtorta.i.intranſuerſum flexa,qa auſus fuerat interpellare .i. ipedire interloquēdo ipſum.ſ. Druſum concionantē .i.uerba facientē ad populū Et quidē auſus ſup. eſt egiſſe i carcerē, non p uiatorē.i. publicū miniſtrū,ſed per clientē.i. familiarē ſuum adeo uiolēter, ut multus cruor perfunderetur e naribus eius. Verumetiā.i. iſuper,cū ſenatus miſiſſet ad eū, ut ueniret in curiā, inqt, quare ipſe ſenatus non uenit potius ad me in curiā hoſtiliā propinquā roſtris? Piget.i. miſeret (inquit autor) ſup. me adiicere quod ſequitur.ſ. adiiciendū ex ſerie rei geſtæ. Tribunus .ſ.plebis uidelicet Druſus, deſpexit imperiū ſenatus, qa noluit in curiā ſenatoriā uenire & ſup. ſenatus paruit uerbis tribuni, qa in curiā hoſtiliā uenit.

OLIVERIVS.

Hipſeus ambitus reus. ¶ CN. autē Pomp. Hipſeū Pō. amiciſſimum Cicero cum aliis in locis, tū in Epiſtolis familiaribus plane teſtatur, quē p Pom. in reſtitutione Alexandrina plurimum elaboraſſe dicit, ut illa prouincia Pompeio decerneret. hic igitur ambitus dānatus , q in petitione cōſulatus largitione populum corrupiſſet , uenit ad Pōp. aduerſus dānationem auxilium ab eo ſuppliciter periturus : erat tum in balneis Pomp. more maiorum paulopoſt cœnaturus, expectauit Hipſeus donec egrederet̄ e balneis , puolutus deinde ante eius pedes rogat, ut ſibi adeſſe uelit, cui Pomp. ſuperbe ſatis, moraturus, inqt, uenīſti conuiuium meū. non erubuit Pōp. nobilē uirū ſibi amicitia cōiunctum uidere humi proſtratum , & ſedes eius complexu, tam contumelioſo reſpōſo pterire. Quā inſolenter.ſ. ſe geſſit. Proculcatum. Oppreſſum, peſſundatum. Moreretur. Differret. Ille uero. Tulerat Pōp. legē de largitione, & corruptela, qua multi illuſtres uiri damnati ſunt, ubi ſocerū ſuum Scip. hac lege dānari præcepit, cum trecentis & ſexaginta iudicibus egit, ut opitularentur ſocero , accuſator cum iudices uideret e foro proſequi Scipionē continuo iudiciū dimiſit. Plut. in uita Pōp. Cæterū, inqt cū in reos ambitus ac ex largitiōe corruptus pſideret, leges ſcribens p quas iudicia ferebantur, in cæteris ſe honeſtū, integrumq; ſeruauit præſidiū ornatū q; ſimul, & gētē in curia ſuo cōſenſu, ſuiſq; armis pbens. In Scip. tantū ſocero, qui eū dānari uidebat̄ crimē nō effugit, apud eni ſeſe trecētis & ſexaginta iudicibus domi cōuocatis, auxiliū illi attulit. quare accuſator ab re in petitione deſtitit, cū Scipionē uidiſſet medio foro a iudicibus pcomitatū. item paulo infra , poſt paucos etiā dies Hipſeus uir cōſularis iudiciū uitans cognito Pōpeiū ad cœnā lotū pficiſci, eius genibus accubuit , cumq; obſecrare cœpit, ſed Pōpeius cū faſtu eū præterit illū inquiens cœnam ſibi diſperdere, aliudq; concluſit nihil. Non erubuit. Quod ſignū eſt inſolētiæ. Socerū ſuū. Nā Corneliam filiam Pōp. dederat uxorem Scipio. Cornelia Pō. filia. Legibus. De largitione, & corruptela. Virorum ruina. Quia multis his legibus dānati ſunt. Muneris. Loco beneficii. Maritalis lecti blanditiis. Vxoris illecebris ductus, ſocerum rogauit abſolui contra leges, quas ipſe tulerat, ac ſi diceret ad uxoris libidinem reip. ſtatum temperauit.

ASCENSIVS.

¶ CN. autē Pōpeius, q̄.i. quantum putas inſolenter egit? Qui egreſſus balneo reliqt Hipſeum reum ambitus.i. accuſatum, q malis artibus magiſtratū affectaſſet, uirum & nobilē, & amicum ſibi proſtratū ante pedes ſuos.i. Pompeii reliquit dico iacentē proculcatū (nō pedibus) ſed uoce contumelioſa. enim.i. quia, nihil.i. non aliquid, reſpōdit, cū non agere aliquid aliud, q̄ ut moraretur, id eſt. expectaret conuiuium ſuum, & conſcius huius dicti.i. cum conſcientia remordente ſciret ſe id ſuperbe dixiſſe, potuit cœnare animo ſecuro.i. ſemoto a cura, & anxietate. Ille uero &c. recitat iterum eiuſdem exemplum dicens. Verū.i. ſed, Ille.ſ. Pompe. magnus, non erubuit in foro.ſ. iudiciali, depoſcere a iudicibus loco muneris.i. ut ſibi cōdonatum haberet, Publiū Scipionē ſocerū ſuū, qa Corneliā eius filiā duxerat, noxiū.i. obnoxiū legibus.ſ. latis contra largitionem, & corruptelam, quas leges, ipſe .ſ. Pompe. tulerat quoq; i. etiā in maxima ruina.i. præcipitio Reorum, & illuſtriū.ſ. uirorum temperando blanditiis lecti maritalis .i. uxoris ſuæ Corneliæ filiæ. Pompe. ſcipionis ſtatum reipu.i. faciendo, ut iudices ob amorem coniugis Scipionem abſoluerent.

OLIVERIVS.

Antoni⁹ inſolens ¶ TETRVM facto. De triumuirorum pſcriptione ſæpius dictū eſt, Antonii.ſ. Octauiani, & Lepidi, qua crudeliter nimis exercuerūt, in ea proſcriptione Antonius nō crudelis ſolū, ſed dicto, factoq; ſuperbiſſimus apparuit, cū in alios, tū in primis in Caſſenū Rufum, quē multis cū aliis proſcripſerat, cuius caput , cū a percuſſoribus inter epulas ei fuiſſet oblatū, a tāta ſpectaculi fœditate cæteri oēs conuiuæ oculos auerterūt, ipſe uero nō modo nō auertit, ſed etiā per ſummā inſolentiā inſultauit, ſuſcepto eni capite , manibuſq; pertractato, ac ſæpius reuoluto expectantibus conuiuis, quid nam dicturus eſſet, demum ſe illum neſcire

uel

uel non nouiſſe dixit ſuperbe ſatis, nã in illius contemptu dixit. Facto. Quod inter epulas caput Ruſi tractaret. Dicto. Quod ſe illũ ignorare diceret. Aduerſantibus. Quia nõ poſſet tantã ſpectare fœditatẽ. Superbia de ſenato. in ſenatorẽ ſuperbus, qꝛ illum, quẽ oẽs nouerant, ſe ignorare diceret. Impotens de occi. Quod eius caput diu ptractatũ, tanquã ignotũ abiecerit.

hil aliud dicere uoluit, niſi uelitis, noliſiſue bellum hoc geſturus ſum. In cu. no. Audito noĩe Xerxis, ipſa ſupbia cognoſcit, q̃ tãta in eo fuit, ut etiã ipſis diis minitari auſus fuerit, ut cõpedes Neptũo, de quo qdã dixit. Qui mare, q terras, q cęlũ territat armis. Cõtraxi. i unũ coegi. Arrogãter etiã ſi uictor de Grę̨cis triũphaſſet, eius tñ dictũ arrogãs uiſum fuiſſet. Tam de. ui. Qui naualí pręlio a Themiſtocle ſuperatus, ĩ patriam piſcatoria nauĩ turpiter effugere coactus eſt.

EXTERNA.

DE ALEXANDRO REGE.

Satis multa de noſtris, aliena nunc adiiciẽtur. Alexandri regis virtus, & felicitas, tribus inſolentiæ gradibus, exultauit euidentiſſimis. Faſtio enim Philippi, Iouem Hãnonẽ patrẽ aſciuit: tędio morũ, & cultus Macedonici, veſtẽ, & inſtituta Perſica aſſumpſit: Spreto mortali habitu, diuinum caput æmulatus eſt: nec fuit ei pudori, filiũ, Ciuem, hominẽ diſſimulare.

DE XERXE REGE.

Iam Xerxes. cuius in nomine ſuperbia & impotentia habitat, ſuo iure q̃ inſolenter vſus eſt, quod Græciæ indicturus bellum, adhibitis Aſiæ principibus, ne videret, inquit, meo tantũmodo uſus conſilio, vos contraxi. Cæterum mementote parendum magis vobis, q̃ ſuadendum. Arroganter, etiam ſi victori repetere ei regiam contigiſſet: tã deformiter victi, neſcias vtrũ inſolentius dictum, an impudentius.

DE HANNIBALE.

Hannibal autẽ Cannenſis pugnæ ſucceſſu elatus, nec admiſit quẽquã ciuium ſuorũ in caſtra. nec reſpõſum vlli, niſi per interpretem, dedit Maharbalẽ etiã ante tabernaculũ ſuũ clara voce affirmantẽ, proſpexiſſe ſe quo nam modo paucis diebus Romæ in capitolio cœnaret, aſpernatus eſt. Adeo felicitatis, & moderationis diuiduum contubernium eſt.

ASCENSIVS.

ſTETRVM &c. Cõuiuio Mar. anto. ſ. triumuiri ſup. fuit tetrũ, & dirũ, & execrabile pariter facto, ac dicto. Nã cũ caput Ceſetii Ruſi ſenatoris eſſet allatũ ad eũ triũuirũ, iuſſit id admoueri. i. applicari ppius, cæteris auerſantibus. i. auerſo uultu reſpuẽtibus id. ſ. ut admoueret, ac cõſiderauit id diu, & diligẽter, deinde cũctis expectãtibus, qd nam eſſet dicturus. ſ. de Ceſetio inquit, ego nõ habui hunc notũ, quæ ſup. cõfeſſio fuit ſupba de ſenatore, quẽ p cõtemptũ ſe dixit non noſſe, & ĩpotens. i. ſe tẽperare nequeuntis de occiſo.

OLIVERIVS.

Alexãdri ſuperbia

ſSATIS multa. Nimia rerũ felicitas ad eã inſolentiã regem Alexandrũ ꝑuexit, ut etiã Philippũ regẽ ſibi patrẽ eſſe faſtidiret, ſeq; Iouis Hãmonis filium ꝑdicaret, cõtemptis deinde Macedonicis moribus, & cultũ Perſicos habitus, & inſtituta ſuſciperet, deniq; ſpreto humano cultu, ut ſe deũ faceret, faſtigio caput exornaret. Virtus. In rebus gerẽdis uirtus illius maxima ſemper emicuit. Felicitas. Qua uno tenore pſpere ſibi cũcta ceſſerũt. Exultauit. Sublata eſt. Faſtidio philippi. Quia faſtidiebat Philippũ patrẽ, corrupto ſacerdote ſe Hãmonis filiũ ꝑdicari iuſſit. Aſciuit. aſſeruit, uendicauit. Inſtituta Perſica. Nã more Perſarũ, ſe adorari paſſus eſt, qui apud eos ſalutãdi modus eſt. Spreto mortali habitu. Nõ cõtentus fuit diademate, quo utunt̃ reges. Diuinũ caput ęmulatus eſt. Imitatus eſt diuinã maieſtatẽ ſumpto faſtigio, diuinaq; corona, qua diuorũ capita coronant̃. Nec fuit ei pudori. Non erubuit Alexãder nimio ſucceſſu elatus, diſſimulare hominẽ, & deorũ cultũ aucupari, ſed dũ homines, deoſq; cõtẽnit, id illi merito cõtigit, ut in deorũ numero locũ nõ inuenerit Q. Curtius, Alexander inquit, nõ hoĩes, ſed etiam deos decipit, qui poſtulat deus credi.

ASCENSIVS.

ſSATIS multa. ſup. dicta ſunt de noſtris. i. domeſticis exemplis. ſup. exẽpla aliena. i. externa adiiciantur. Virtus & felicitas Alexãdri regis. ſ. Macedonum exultauit. i. præter modũ ſe extulit, tribus euidentiſſimis gradibus inſoletiæ. i. inſolitis ſuperbię. Aſciuit enim. i. aduocauit ſibi Iouẽ Hammonẽ. i. arenariũ, ſic dictum eo, q arenis libycis baccho apparuerat in ſpẽ arietis, faſtidio. i. ppter ſuperbum cõtemptum Philippi. ſ. patris eius ueri, aſſumpſit ueſtẽ, & inſtituta pſica. i. mores pſicos in ſe uenerando, tædio morũ, & cultus Macedonici. i. priæ ſuæ. & ſup. æmulatus eſt. i. aſſimulauit caput diuinum, utpote Iouis Hammonii, habitu. i. ornamẽto capitis mortalis. i. mortalẽ decẽte, nec fuit ei pudori diſſimulare. i. diſſimulando negare filium ſup. eſſe ſe Philippi. ſ. Macedonici regis ciuem. ſ. Macedonicum gerẽdo ſe perſico more, & hominẽ, uendicãdo ſibi cultum ꝓſertim capitis diuinũ.

OLIVERIVS.

Xerxis ſuperbia

ſIAM Xerxes. Hoc etiã Herodotus tradit, cum Xerxes ſtatuiſſet bellũ Gręcis inferre, oẽs Aſiæ principes cõuocari iuſſit, qbus præſentibus ita fatus ẽ. uos inqt in unũ coegi, ut mei cõſilii pticipes facerẽ, cæterũ ſcitote uobis eſſe parẽdũ, qd arroganti ꝛ ni- [illegible]

ASCENSIVS.

ſIAM (cõtinuatiua pticula) Xerxes. ſ. rex Perſarũ in cuius noĩe interpretat̃, qua dominat̃ ſupbia, & ĩ potẽtia habitat, uſus eſt ſuo iure, qd habuit in ſubditos tã inſolẽter. i. imodeſte. Qd ipſe idicturus. i. cũ uellet ĩdicere Gracię bellũ, inqt principibus Aſię adhibitis, ego cõtraxi uos. i. coegi ĩ cõſiliũ uenire, ne uideret uſus tñmodo conſilio meo. Cæterũ. i. ſed mementote uobis parẽdũ ſup. eſſe magis, q̃ ſuadẽdũ. ſ. qd faciã. Arrogãter ſup. dictũ, etiã ſi cõtigiſſet ei uictori repetere regiam ſup. ſuam in pſidiæ, & tu neſcias utrũ dictu uicti tam deformiter ſup. ſit inſolentius, an impudentius.

OLIVERIVS.

ſHANNIBAL. de ſuperbia, q̃ uſus fuerit Hannibal poſt uictoriã, ut ſuoꝝ neminẽ admiſerit, ut reſpõſum p ĩterpretem dederit, Liuius, q Cãnẽſem pugnã ambitioſe deſcribit, nullã ꝓſus mẽtionẽ facit, quinimo poſt uictoriam ſuos illi gratulatos fuiſſe dicit his uerbis. Hannib. uictori, cũ cæteri circũfuſi gratularent̃, ſuaderẽtq; ut tãto ꝓfunctus bello dici quod reliquũ eſſet, noctiſq; ſequẽtis quietẽ, & ipſe ſibi ſumeret & feſſis daret militibus. Maharbal ꝓfectus equitum minime ceſſandum ratus. immo, ut quid hac pugna ſit actũ, ſcias, Hãnibal die, qrto, ĩquit uictor in Capitolio epulaberis, ſequere cũ equite. ut prius te ueniſſe, q̃ uẽturũ ſciãt. Hãnibal inqt inimici lęta res eſt, ſed uia maior, q̃ ut eã ſtatim capere animo poſſim, itaq; uolũtatẽ ſe laudare Maharbalis ait, ad conſiliũ penſandum temporis opus eſſe, tum Maharbal, nõ omnia eidẽ dii dedere, uincere ſcis Hãnibal, uictoria uti neſcis, quod idẽ tradit & Plu. in uita Hãnibalis, nec ſuperbię ullã prorſus mentionẽ facit. Succeſſu. felicitate, & rebus proſperis. Admiſit. Ad ſe recepit uenientẽ ſalutãdi, aut gratulandi gratia. Per in. per internunciũ; nam ſi quis forte ueniſſet legatus, nõ ipſe, ſed ĩterpres reſpõſa dabat. Ante ta. Quia tentoriũ ingredi nõ licebat. Paucis die. Liui. dicit tertio die. Adeo felicitatis, & moderationis. uix felicitas, & conſilium coniungi poſſunt cum res ſecundæ ut plurimum inſoleſcere faciant homines. Moderationis. Temperantiæ, atq; conſilii. Diuiduum Separatum. Contubernium. Conſortium, atq; ſocietas, nam felicitas rerumq; ſucceſſu, ſic plerunq; hominum mentes nimia lætitia peruertit, ut nulla ratione ſibi moderari poſſit.

ASCENSIVS.

ſHANNIBAL autem ela. ſuc. pu. Cannen. de qua cẽties dictum eſt, nec admiſit quẽquam ciuiũ ſuorum in caſtra, nec dedit ulli reſponſum, niſi per interpretẽ. i. interlocutorem, Aſpernatus eſt quoq; Maharbalẽ affirmantem clara uoce ante tabernaculũ ſuum, ſe proſpexiſſe. i. puidiſſe, aut animaduertiſſe quonam modo cænaret paucis diebus. i. intra paucos dies Ro. in Capitolio. i. ſumma arce. Adeo. i. uſq; adeo, & in tantum contubernium. i. domiciliũ felicitatis, & moderationis eſt diuiduum. i. inter ſe diuiſum, quia non bene cõueniunt, nec in una ſede morantur. — Hannibalis faſtus

DE CARTHAGINIENSIBVS, ET CAMPANIS.

Inſolentiæ vero inter Carthaginienſem, & Campanum Senatum quaſi æmulatio fuit: ille enim ſeparato a plebe balneo lauabatur, hic diuerſo foro vtebatur: quem morem Capuæ aliquandiu retentum, C.quoq; Gracchi oratione in Plautiū ſcripta patet.

DE PERFIDIA. CAP. VI.

Occultum iam, & inuidioſum malū perfidia, e latebris ſuis extrahatur: cuius eſ ficaciſſimæ vires ſunt mentiri, ac fallere fructus ī aliquo admiſſo ſcelere cōſiſtit: tum certus: cū crudelitatē nefariis vinculis circūdedit: tantū incōmodi humano generi afferens, quātū ſalutis bona fide pſtat. Habeat igitur nō minus reprehenſionis, q̄ illa laudis conſequitur.

DE TATIO SABINO.

Romulo regnante, Spurius Tarpeius arci præerat, cuius filiam virginē aquam ſacris petitum extra mœnia egreſſam, Tatius, vt armatos Sabinos in arcem ſecum reciperet, corrupit, mercedis nomine pactus, quæ in ſiniſtris manibus gerebant: erant autem his armillæ, & anuli magno ex pondere auri: loco potitū agmen Sabinorū, puellam præmiū flagitantem, armis obrutam necauit: perinde quaſi promiſſum, q́ ea quæ leuis geſtauerant, ſoluit. Abſit reprehenſio: quia impia proditio celeri pœna vindicata eſt.

DE SERVIO GALBA.

Seruius quoq; Galba ſummæ perfidiæ: triū enim Luſitaniæ ciuitatum conuocato populo, tanquam de commodis eius acturus, nouē millia, in quibus flos iuuentutis cōſiſtebat, electa, & armis exuta, partim trucidauit, partim vendidit: quo facinore maximam cladem barbarorū, magnitudine criminis anteceſſit.

OLIVERIVS.

INSOLENTIÆ uero. Tanta fuit Campanorū ſuperbia, ut cū Carthagi. contendiſſe uideantur, nā quemadmodū illi balnea ſeparata habebāt, in quibus plebei lauari nō poterāt, uel certe nō licebat, ſic illi forū plebis a nobilitate diſtinctū in ciuitate fundarūt, cuius rei Gracchus meminit in oratione contra Plautiū. Quaſi æmu. Quaſi inuidia & concertatio, hoc eſt contētio, nā Cāpani Pœnos, Pœni Campanos in ſuperbia æmulabantur. Diuerſo foro. Quia non eodem plebeis, & principibus iura reddebantur, ſed alterius altero foro.

ASCENSIVS.

INSOLENTIÆ &c. uero .i. ſed quaſi æmulatio .i. ſuperba cōcertatio inſolētiæ fuit inter ſenatū Carth. & Cāpanū. Enim .i. qa ille .ſ. Cartha. ſenatus, lauabaẜ balneo ſeparato a plebe. hic .i. ſenatus Campanus utebaẜ foro .ſ. iudiciali, diuerſo ſup. a plebe. Quem morē patet quoq; oratione Caii Gracchi ſcripta i .i. cōtra Plautium, retentum alquandiu Capuæ .ſ. poſtq̄ ad imperium redierat.

OLIVERIVS.

Perfidia OCCVLTVM iam. dicturus de pfidia, eam quodammodo diffinit, ut dicat perfidiam eſſe quandam occultam fraudē īſitā hoium pectoribus, q́ ſemp mentiri, & fallere concupiſcit. Occultum, & inſidioſum malum. Diffinitio eſt perfidiæ, quæ latēter inſidias aliis innectit. E latebris ſuis. In conſpicuo ponatur, ut cognoſci poſſit, & cognita uitari. Mentiri, & fallere, Verbis & re decipere, nā mentiẜ aliquis, cū ſciēs quępiā fallere cupit, & fallit rebus ipſis. Fructus. Finis perfidiæ eſt q̄ſtum dolo malo quærere, & patrato ſcelere fructus ſubſequitur. Tū certus. Et pręcipue certus fructus eſt, cū ille, in quē perfidia intendiẜ, inuolutus fallacils crudeliter tractatur, ſed cū perfidiæ additur crudelitas, deteſtabilius nihil eſſe poteſt. Tantū incōmodi. Per cōparationē uituperat eam, q́ tm̄ iacturę humano generi pfidia, quantū utilitatis bona fides affert. ergo quantum hæc laudanda, tm̄ illa uituperanda.

ASCENSIVS.

OCCVLTVM &c. perfidia malū Occultum, & inſidioſum extrahatur iam e latebris ſuis .i. proferatur in mediū. cuius uires efficaciſſimę ſunt mentiri, ac fallere, & ſup. cuius fructus .i. utilitas conſiſtit in aliquo ſcelere admiſſo, qa nemo perfidia utitur in opere bono (tametſi dolus etiam non malus ſit, ut medicorum ægrum piæ fallentium) ens ſup. tum .i. tunc certus, cū circūdedit crudelitatem uinculis nefariis .i. laqueis perfidiæ, afferens generi humano tantum incōmodi, quantū ſalutis bona fides præſtat. Igitur cum talis ſit perfidia, habeat ſup. ipſa non minus reprehenſionis q̄ illa .ſ. bona fides, conſequitur laudis.

OLIVERIVS.

ROMVLO regnāte. Nota eſt hiſtoria poſt raptas ſine more Sabinas aliaſq; fœminas. nouiſſimū a Sabinis bellū eſt ortū, multoq; id maximū fuit, nihil enim per irā, & cupiditatem actū eſt a Sabinis, ſicut a Cruſtuminiis, Antemnatibus, Ceniſibus, qui pari iniuria fuerāt affecti, nō oſtēderāt. Sabini bellū prius, q̄ inttu lerunt, cōſilio etiā additus dolus eſt. Spurius Tarpeius Romanę præerat arci, huius filiā uirginē auro corrupit Tatius, ut armatos Sabinos in arcē accipiat, nā aquatū ierat tū forte puella ad ſacrificia facienda. Acceptis obrutā armis necauerunt, ſeu ut ui capta potius arx uidereẜ, ſeu pdendi exēpli cauſa, ne quid uſquā fidū proditori eſſet. Additur fabula, q́ uulgo Sabini aureas armillas magni pōderis, brachio leuo, gēmatoſq; magna ſpecie anulos habuerunt. pepigiſſe eā quod in ſiniſtris manibus haberēt, eo ſcuta illi p aureis congeſta ſunt qui eā ex pacto redendi quod ſiniſtris manibus eſſet, decreto arma petiſſe dicāt, & fraude uiſam agere, ſua ipſam perēptā mercede. tenuere tū arcē Sabini hac pfidia uſi, q́ pditricem fraude necarūt. Sacris. Ad ſacrificia facienda, quę inſtabāt. Armis obrutā. Sic & Ouid. Arciſq; uia tarpeia recluſa, Dignā animā pœna ɔgeſtis exuit armis. Abſit reprehenſio. Nō eſt ingt hęc pfidia reprehendenda, quia ſcelerata puella impiam fecit proditionem patris, & patriæ, & grauiori etiam ſupplicio digna uidebantur.

ASCENSIVS.

ROMVLO regnante, qui primus Ro. regnauit, Spurius Tarpeius pꝛerat arci .ſ. Tarpeię, ſeu Capitolinę, cuius .ſ. Tarpei filiā uirginē egreſſam extra mœnia petitū aquā ſacris .i. ad ſacrificia ad q̄ opus erat aqua uiua .i. riui fluentis, ut reciperet Sabinos armatos i arcem ſecū .i. cū ipſo Tatio eoꝝ duce pactus .ſ. cū puella nomine mercedis ea, q̄ gerebāt .ſ. Sabini in manibus ſiniſtris. aūt .i. ſed armillæ erāt his, & anuli ex magno pōdere auri. Agmē Sabinorū potitum loco .i. receptum p puellā capitoliū necauit armis puellā flagitantē .i. exigentē præmiū, perinde q̄ſi pmiſſum, q́ ſoluit, ea, q̄ geſtauerāt leuis uidelicet ſcuta. Abſit inquit autor reprehenſio .ſ. perfidiæ, qa impia proditio .ſ. arcis facta p Tarpeiā, eſt uindicata celeri pœna, hoc eſt, qa filia meruerat perire, licet turpe fuerit Sabinis id facere.

OLIVERITS.

SERGIVS quoq; Galba. hæc hiſtoria poſita eſt in ca. de iudicils, uel infamibus lib. iii. Quo fa. ma. quamuis Luſitanorum clades maxima fuerit, maius tamen Galbæ crimen, deteſtabiliorq; perfidia fuit, ex quo maius & ipſe ſupplicium merebatur, quamuis illud euaſerit, ut ſupra oſtendimus.

ASCENSIVS.

SERGIVS quoq; Gal. ſup. fuit ſummæ perfidiæ. enim pro quia populo triū ciuitatum Luſitaniæ .i. illius regionis in Hiſpania, q̄ nunc Portuſgalliæ nomē habet, conuocato .ſ. ad ſe tāquā acturus ſup. eſſet de cōmodis .i. utilitatibus eius .ſ. populi, trucidauit partim, & uendidit partim .i. pro parte octo, ſeu ut alii legūt, nouem millia in quibus flos iuuentutis cōſiſtebat electa, & exuta armis. Quo facinore ipſe Galbam anteceſſit .i. ſuperauit maximam cladē barbarorum .ſ. Luſitanorum quos forte immerito barbaros uocat, magnitudine criminis, quia plus mali contraxit i ſe Galba, q̄ intulit deceptis, grauior .n. eſt culpa, q̄ pœna.

Oliuerius

DE CN. DOMITIO.

Cn. autem Domitiũ ſummi generis, & magni animi virũ, nimiæ gloriæ cupiditas perfidum exiſtere coegit. Iratus nãq; Bituito regi Aruernorũ, ꝙ tum ſuã, tum etiã Allobrogũ gentẽ, ſe etiã tum in prouincia morante, ad Q. Fabii ſucceſſoris ſui dexterã confugere hortatus eſſet: per colloquii ſimulationem acceſſitum, hoſpitioq; exceptũ vinxit, ac Romam naue deportandum curauit. Cuius factum Senatus neq; probare potuit, neq; reſcindere voluit: ne remiſſus in patriam Bituitus, bellum renouaret. Igitur eum Albam cuſtodiæ cauſa relegauit.

DE Q. SERVILIO CEPIONE.

Viriati etiam cædes duplicem perfidiæ accuſationem recepit, in amicis, ꝙ eorũ manibus interemptus eſt: in Qu. Seruilio Cepione conſule, ꝙ is ſceleris hujus autor, impunitate promiſſa, fuit: victoriamq; non meruit, ſed emit.

EXTERNA.

DE CARTHAGINIENSIBVS.


Cæterum falſa opinatio, neſcio an præcipuā iniuriam Laertis Tolumnii Veientū Regis penatibus intulerit: nam cum in teſſerarum proſpero iactu per iocum colluſori dixiſſet, occide, & forte legati Romanorū iteruenissent, ſatellites eius errore vocis ĩpulſi, interficiēdo legatos, luſum ad imperiū trāſtulerunt.

DE VLTIONE. CAPVT X.

Vltionis autem quemadmodum acres, ita iuſti aculei ſunt: qui laceſſiti concitātur, acceptum dolorem penſare cupientes, quos latius complecti non attinet.

utriuſq; permiſto.

OLIVERIVS.

CÆTERVM falſa opinatio. Error iſte principiū habuit a re iocoſa, ſed crudelē exitum. cum. n. lartes Tolumnius Veientū rex taxillis forte luderet, ſuperuenerunt legati Romani pacis cōditiones afferentes, tunc rex, p̄ſperū habens iactum, per iocum in colluſorem magna uoce clamauit, occide. miniſtri aſtantes, errore decepti exiſtimarunt imperari ſibi, ut legatos occiderēt, & ita illi tanquā regis imperium exequētes, legatos occiderūt. Liuius tamen dicit non errorem fuiſſe, ſed fraudē, & hoc a rege fictū, ut ſe purgaret, & ſub ludi ſimulatione clamaſſe, occide. Falſa opi. q̄ falſo opinati fuerint ſatellites imperari ſibi, ut legatos occiderent. Penatib. Nam uiolatum luſgētium, uiolata & hoſpitii iura fuiſſe uidenſ cū legatis regia uis fuerit illata. Legati ro. quos q̃tuor fuiſſe dicit Cice. Phil. li. ix. addit inſuper, q̄ illorū ſtatuæ ad ſuum uſq; tēpus ſteterāt in roſtris, fuerant autē miſſi legati, ut agerent de pace cū rege. Luſum ad imperium quod per luſus rex dixerat, illi imperatum ſibi eſſe crediderunt. Velentes Romanos legatos uiolauerunt

ASCENSIVS.

CÆTERVM. i. ſed neſcio an opinatio (ſic melius q̃ opinio) falſa. i. erronea ſatellitum (ſi tamen palliata non fuit) intulerit penatibus Lartis Tolūnii (nominatiuus eſt lar lartis, nō laertes) regis Viētum pręcipuā iniuriam, nō quā accepit, ſed quā intulit. nam cum dixiſſet p̄ iocum colluſori. i. ei cū quo ludebat in proſpero iactu teſſerarū, . i. illius inſtrumēti luſorii ſexangularis, occide. ſ. ſi potes, hoc eſt uince hunc iactum (quę uox frequēter p̄fertur in ludo latrunculorū, ſeu ut uulgo dicunt ſcacorū. nā licet corrupta uoce, macto dicunt, aut mactatus ſupſes, cū amplius nil poſſis) & legati Ro. ueniſſent. ſ. de pace acturi, forte. i. caſu (caſuale. n. erat, q̄ eo tempore, quo id dixerat. Niſi ut Li. ſuſpicatur, cōpoſito fecerit) ſatellites eius. ſ. Tolumnii impulſi errore uocis, tranſtulerunt interficiendo legatos, luſum . i. quod rex per luſum dixerat ad imperiū . i. tanq̃ ſibi imperatū eſſet ſerio, ut legatos occiderent. Quā uero ſimilius fuiſſet, ſi aut plures colluſores fuiſſent, & ad eos dixiſſet occidite, aut unus tantum ſatelles, qui ad ſe dictum interpreteretur, occide, nō. n. quadrat, ut pluribus dicatur, occide.

OLIVERIVS.

Tinei pietas in Caſſium

TINEI uero nō obliteranda. Laudat Tinei ſiue Titinii, ut Plu. dicit fidē, & amicitiam, qui cum in caſtra rediiſſet ad Caſſiū uictoriæ corona redimitus, ubi cōperit exploratu, & amicorum ſeſe affligentium, queſtibus & ululatibus, Caſſium ignorātiæ errore deceptum mortem oppetiſſe, dolore nimio percitus, educto enſe multa prius in ſuā tarditatem inuectus ſeipſum transfixit. Obliteranda ſilentio. Pręterunda uirtus. Imprudens. quia non pręuidi tarditatem meam. tibi rerum deſperationem allaturam, & tuę mortis cauſam eſſe futuram. Capulo tenus. uſq; ad capulum, Virgil. Et capulotenus abdidit enſem. eſt autem capulus enſis manubrium a capiendo dictus. Duplex uictima. Caſſius, & Titinius tanquā duę uictimę ante aras iugulatæ.

ASCENSIVS.

TITINIVS &c. Per incidentiā addit, exēplum uirtutis, & pietatis in Titi. centurione, qui q̄a nō occidit ſe per errorem, ſed ob pietatem, nō eſſet huius loci exēplum, niſi occaſio necis eius ex errore nata eſſet Ordo eſt, uero. i. ſed, uirtus Titi. (Sicut dixi melius q̃ Cynei, aut Timei legitur) nō ſup. eſt obliteranda. i. delenda ſilentio, q̄ hæſit. i. fixa ſtetit, pauliſper. i. per paulū tēporis, attonitus. i. ſtupefactus quaſi tonitru percuſſus inopinato ſpectaculo ducis iacētis. ſ. a ſe interēpti, uidelicet Caſſii, deide profuſus in lachrymas, inquit, o imp̄ator & ſi. i. q̃q̃ imprudēs fui tibi cauſa necis, tñ ne idipſum. ſ. fuiſſe cām necis, etiā per imprudentiā ſit impunitū, accipe me comitē fati tui. i. mortis tuę, & demiſit, . i. deorſum mittendo infixit iugulo ſuo gladiū capulotenus . i. uſq; ad capulū, hoc eſt manubrium, quo manu tenetur, & capitur, ſuper corpus eius. ſ. imperatoris exanime . i. mortuū, carens anima, ac duplex uictima iacuit. ſ. C. Cæſari. hæc. ſ. proxime dicta uidelicet Titinii pietatis, illa. ſ. Caſſii errore, & hoc ſanguine

OLIVERIVS.

Vltioni adhibendus modus.

VLTIONIS autē. Vltionē dicit & ſi iuſtam, nō tamē ſemper eſſe de inimico ſumendā, quia graues plerunq; animi p̄turbationes atq; dolores concitent, glorioſum autem eſt uiro forti nolle, cum poſſit de accepta iniuria ſumere ultionem, quod Cæſari obtigiſſe dicit Cice. in oratione p̄ M. Mar. Animū, inq̄t, uincere, Irā cohibere, uictum temperare, Aduerſarium nobilitate, ingenio, uirtute, pręſtantē, non modo extollere iacentem, ſed etiā amplificare eius priſtinam dignitatem, hæc qui faciat, non ego cum ſummis uiris comparo, ſed deo ſimillimum iudico. hoc ideo dicit quia difficile ſit homini acceptam iniuriam remittere, quod non ſemper faciendum eſt, nec impunitate maior creſcat peccandi licētia, nam, ut inquit Cic. ad ſeruandam iuſtitiā nō ſatis eſt eum, qui laceſſerit iniurię ſuę pœnitere, ut & ipſe, ne quid tale poſthac committat, & cæteri ſint ad iniuriam tardiores. cui tamen rei aduerſatur Chriſtiana religio, quæ iniuriā ſemper remittendam eſſe iubet. Iuſti aculei. iuſti ſtimuli, & irritamenta, hoc iuxta philoſophorum ſententiam, qui dicunt iure nos poſſe ac debere acceptam iniuriam ulciſci, quod uera religio negat. Penſare. ulciſcendo. ſ. uicem doloris rependere.

ASCENSIVS.

VLTIONIS. Acturus de ultione primo comparat eam

ad ſuperiores affectiones, quæ inique ſunt dicens. Autem. i. ſed aculei. i. ſtimuli ultionis quēadmodum ſup. ſunt acres. i. uehemētes & acerbi, ita ſup. ſunt iuſti, qui concitantur. i. cōmouent, laceſſiti. i. puocati per iniuriā cupientes penſare. i. cōpenſare, aut rependere dolorē acceptum. ſ. ex iniuria illata, quos. ſ. ſtimulos, non attinet ad inſtitutum præſentis operis complecti, ideſt proſequi latius. i. longiore proloquio aut multis exēplis, aut nō decet extendere ſed retrahere.

DE TRIBV POLLIA.

Trib. pleb. M. Fuluius ad populum de Tuſculanis retulit, quod eorū conſilio Veliternos, Priuernateſq; rebellaturos diceret: qui cū coniugibus, ac liberis ſqualore obſiti, cū ſupplices Romam veniſſent, accidit, vt reliquis tribubus ſalutarem ſententiam ſecuti, ſola Pollia iudicaret, oportere publice eos verberatos ſecuri percuti, imbellem multitudinem ſub corona venire: quam ob cauſam Popilia tribus, in qua plurimum poſtea Tuſculani in ciuitatem recepti potuerunt, neminem unq̄ candidatum Polliæ tribus fecit magiſtratum: ne ad eam vllus honor ſuis ſuffragiis perueniret, quæ illis vitam, ac libertatem, quantum in ipſa fuit, ademerat: illam vero vltionem & ſenatus & conſenſus omnium approbauit.

DE VLTIONE ROMANORVM IN ADRIANVM.

Cum Adrianus ciues Romanos, qui Vticæ conſiſtebant, ſordido imperio vexaſſet, idcircoq; ab his viuus eſſet exuſtus: nec quæſtio vlla in vrbe hac de re habita, nec querela verſata eſt.

EXTERNA.

DE REGINA TOMYRI ET BERONICE.

Claræ vltionis vtraq; regina & Tomyris, quæ caput Cyri abſciſſum in vtrem humano ſanguine repletum demitti iuſſit: exprobrans illi inſatiabilē cruoris ſitim: Simulq; pœnas occiſi ab eo filii ſui exigens. Et Beronice, quæ Laodices inſidiis interceptum ſibi filium grauiter ferens, armata currum conſcendit perſecutaq; ſatellitem regium crudelis operis miniſtrum nomine Ceneum, quoniam haſta nequicquam petierat, ſaxo ictum proſtrauit: ac ſuper eius corpus, actis equis inter infeſta contrariæ partis agmina ad domum, in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur, perrexit.

OLIVERIVS.

TRIB. ple. M. Ful. Tuſc. autores fuerāt, ut Veliterni & Priuernates a Romanis deficerēt, eiſq; rebellarēt. quibus deinde domitis M. Ful. trib. pl. tulit ad populū, quid de Tuſc. fieri uideret, q defectionis fuiſſent autores. Tuſc. audita rogatione cū liberis, & cōiugibus ſqualore obſiti, & ſupplices Romā uenerūt, a populo iniuriæ ueniā miſerabiliter petentes, cæteræ tribus mia cōmotæ ſentētiā ſalutarē ſecutę ſunt, ſola tribus Popilia dānauit, eoſq; uirgis cædēdos, ac ſecuri percutiēdos, atq; oēm turbam imbellē ſub haſta uēdēdam eſſe iudicauit. Tuſ. poſtea ciuitate donati cōſule Camillo, ut diximꝰ li. viii. ca. iii. memores iniurię a Popi. tribu receptæ, neminē unquā ex ea tribu ſuis ſuffragiis magiſtratū ad uilū puehere uoluerunt. Retulit. fertur in ſenatu, refert ad populum. eſt aūt referre, qđ nunc princeps noſtri Veneti partē ponere dicūt. Squalore ob. ſordibus, & immundicia, ac pallore circundati, atra, & lugubri ueſte iduti more ſupplicū. Imbellē mul. Senes pueros, & fœminas. Sub co. ue. Vt coronati publice uēderent. ſic. n. apud maiores mancipia uendebant, & p̄ſertim hoies, & equi. Cato I oratione quadam Satius, eſt ingt, ut P. R. in capitoliū potius ſupplicatū erat, q̄ coronatus uenerat. Vitā q; uiros ſecuri dānauit. Libertatē. q; imbellem turbā ſub corona uēdendam iudicauit. Illā uero ultionē. ſenatus, inquit. & P. R. ultionem, de qua dicturi ſumus, tacēdo comprobauit, quia nullam de illa quæſtionem habere, nec querelam facere uoluit.

Popilia tribus

ASCENSIVS.

TRIB. ple. M Fuluiū retulit ad populū. i. ad conſultationē, & iudiciū populi de Tuſc. i. quid cēſeret de eis faciendum, q; diceret Veliternos & Priuernates, rebellaturos, cōſilio eorū. ſ. Tuſc. q ſ. Tuſc. cū ueniſſent Romā cū ɔiugibus, ac liberis obſiti ſqualore, ut qui ad miſerationem mouere uolebāt, accidit, ut reliquis tribubus ſecutis. i. cum reliquę tribus ſecutę eſſent ſententiā ſalutarē. ſ. de abſolutione Tuſculanorū, eo q; nō ſatis cōſtaret fides criminationis, ſola Pollia ſup. tribus iudicaret oportere eos uerberatos pub. pcuti ſecuri. Et multitudine imbellē, & ita expertē cōſilii uenire. i. uendi ſub corona. i. ſub haſta plurimū offerenti. Ob quā cām tribꝰ Pollia. (Sunt tñ, q falſo popilia legāt) in qua. ſ. tribu Tuſculani recepti poſtea in ciuitatem. i. donati ciuitate, potuerūt plurimū, quia plurimi erant ad eā redacti, & ita multa habuerāt in ea ſuffragia, neminē pro nō aliquē fecit unq̄ cādidatū Pollię tribus. i. petitorē magiſtratus ne ullus honor puenirel ad eā. ſ. tribū Polliā ſuffragiis ſuis uidelicet Tuſcu. quę. ſ. tribus Pollia ademerat illis. ſ. Tuſc. uitā. ſ. in adultis, & armipotētibus, & libertatē. ſ. imbelli multitudini, q̄tum fuit in ipſa. uero. i. ſed, & ſenatus, conſenſus oium approbauit ſaltē p diſſimulationē illā ultionē tanquā iuſtam.

OLIVERIVS.

CVM .n. Adri. hic urbis præfectus cum ciues Ro. qui Vticę negociabantur, aut alia de cauſa locum iſtum habitabant tyrannice, & crudeliter nimis haberet. Quippe quos ſeruilibus opibus adigeret, ab illis uiuus cōcrematus eſt, quia tantā ſeruitutē ferre nō poſſent. Romę nulla de re tanta quęſtio. nulla q̄rela facta eſt, ex quo facile cōprehēdi potuit, ſenatum ultionē illā cōprobaſſe. Adrianus. q ut quidā dñt, erat Vticę p̄tor. Sordido imperio. Quia illos ſeruilibus opibus adhibebat.

ASCENSIVS.

CVM etiā Adri. ſ. p̄fectus urbis apud Vticā agēs, uexaſſet ciues Ro. q cōſiſtebāt Vticæ. i. in ea urbe puincię Africanę, impio ſordido. i. auaro, & hoibus liberis idigno, & eſſet exuſtus ab eis. ſ. ciuibus Romanis uiuus idcirco. i. pp ſordidū imperiū, nec ulla qō. i. inq̄ſitio habita eſt i urbe. ſ. Roma de hac re, nec q̄rela eſt uerſata. i. agitata populo, aut patribus, tanq̄ indigna, de qua quęſtio fieret.

OLIVERIVS.

CLARÆ ultionis utraq; regina. Duarum reginarū exēpla proponit, quaſi utraq; grauiſſimā de inimicis ſumpſit ultionē. primū exēplum eſt Thamyris Scitarū reginæ, de qua ſic breuiter Iuſti. li. i. Cyrus, inquit, ſubacta Aſia, & uniuerſo oriente in poteſtatem redacto, Scythis bellum intulit, erat autē eo tempore Scytharum regina Thamyris, quę nō muliebriter aduētu hoſtiū territa, cum p̄hibere eos poſſet, uadū araxis fluminis tranſire pmiſit, & ſibi feliciorē pugnā inter regni ſui terminos rata, & hoſtibus obiectu fluminis fugā difficiliorē. Itaq; Cyrus tranſiectis copiis, cū aliq̄tiſper in Scythiam proceſſiſſet caſtrametatus eſt. deinde de poſtera die cū ſimulato metu, & quaſi refugiens caſtra deſeruiſſet, uinū affatim, & ea, q̄ erant epulis neceſſaria reliquit. qđ cū nunciatū eſſet reginę adoleſcētulū filiū ad inſequēdū eū cū tertia partę copiarū mittit. Cūq; uentū ad Cyri caſtra eſſet, ignarus rei militaris adoleſcens, ueluti ad epulas, nō ad p̄liū ueniſſet, omiſſis hoſtibus inſuetos barbaros uino onerare ſe patitur, priuſq; Scythę ebrietate, q̄ bello uincunt. nā cognitis his Cyrus reuerſus per noctē ſaucios opprimit, oēſq; Scythas cū reginę filio interficit. Amiſſo tāto exercitu, & qđ grauius dolendū unico filio Thamyris, orbitatis dolorē nō in lachrymas effundit, ſed in ultionis ſolatio intēdit, hoſteſq; recēti uictoria exultātes, pari inſidiarū fraude circūdedit. Quippe. ſimulata diffidētia pp uulnus exceptum refugiens Cyrū ad uſq; anguſtias pduxit, ibi cōpoſitis in montibus inſidiis ducenta millia Perſarum cū ipſo rege trucidauit. in qua uictoria etiā illud memorabile fuit, q; ne nuncius tantæ cladis qdem ſuperfuit, caput Cyri amputatū in utrē humano ſanguine repletū cōiici regina iubet, cū hac exprobratiōe crudelitatis Satia te ſāguine, ingt, quē ſitiſti, cuiuſq; iſatiabilis ſemp fuiſti. Sitim. Cupiditatem, qua ſatiari non poterat. Thamyris,

Tamyris ultramortem ſibi Cyri interitus

Hæc regina

Beroni-ces

Hęc regina fuit Scytharũ maſſagetharũ, de qua multa tradit Herodotus. Et Pherenice. Pherenice, cui & Laodice nomen fuit Mithridatis ſuperioris regis Ponti, eius qui cum Romanis aduerſus Ariſtonicum pauloante bellum geſſerat, repentinaq; morte ſubtractus fuerat filia, Mithridatis uero regis ſecundi, & hoſtis P.R. ſoror Ariarati Cappadociæ regi nupſit, quę ꝑ Gordiũ inſidiis Mithridates ipſius Pherenices frater interfici iuſſit. mortuo Ariarate, filii duo ſuperſtites fuerunt. cum igitur Nicomedes Bithynię rex Cappadociã cęde regis quaſi uacuã occupaſſet, Mithridates regni auidus ficta pietate, ut nepotes in paternũ regnum reſtitueret, arma aduerſus Nicomedem ſumpſit, ſed ubi cõperit Laodicẽ, ſiue Pherenicẽ ſororẽ Nicomedi nupſiſſe, ſimulata pietas i ueră conuertitur, quare pulſo ex Cappadocia Nicomede, Ariarati, qui maior natu erat paternũ regnũ reddidit, quẽ deinde aut ita multo poſt facti pœnitens occidit. cũ uero minor alter, qui & ipſe Ariarates dictus eſt, ab amicis ex Aſia reuocatus regnare uidereť, ipſe quoq; eiuſdẽ, ut uulgo crediť Mithri. opera, per inſidias trucidatur, cuius cędis dolore percita mater, iũctis iugalibus equis, oblita ſexus, arma corripuit nec prius ꝑcipitem Cenęũ regis ſatellitem perſequi deſtitit, q̃ eum cum haſta nequiſſet, ſaxa ꝓſtrauit, ſuperq; iacẽtis cadauer indignabunda currũ egit, & inter hoſtilia tela, nullo fratris, q tunc hoſtis erat, timore ꝑculſa domũ, in q̃ caſi pueri corpus ſeruari putabat, irrupit, eiq; iuſtas lachrymas, & funeris officium ꝑſtitit. In feſta agmina Hoſtilia fratris agmina.

ASCENSIVS.

¶CLARÆ ultionis. ſ. actiuę ſup. fuit .i. clarã ultionẽ fecit, utraq; regina. ſ. Tomyris (q̃d potius dicã q̃ Thamyris) regina Scithiæ, quæ iuſſit caput Cyri regis Perſarum, abſciſſum. ſ. poſtq̃ callide uictus erat, demitti in utrẽ. i. ſaccũ ex corio repletum ſanguine humano, exprobrãs illi .ſ. Cyro inſatiabilẽ ſitim cruoris, dicens ſatia te ſanguine quẽ ſitiſti, ſimulq; exigens ab eo pœnas filii occiſi. ſ. reginæ occiſi ab eo. ſ. Cyro. Et Pherenice. ſ. regina Ponti, uxor Mithridati regis, & filia & ſoror, ut Oli. declarat, quinetiã mater, unĩ beatiſſima a Plinio ꝑdicať, quę. ſ. Pherenice, &. i. etiã ſup. dicta eſt Laodice. (Sic Oli. ſentit. Ordo tñ ꝓbat aliorũ lectionem q̃ eſt Pherenice q̃, & Laodices &c. ut ſit inſidiis Laodices &c.) grauiter ferens filiũ. ſ. ſuum, Ariaratẽ minorem interceptũ ſibi inſidiis. ſ. fratris ſui Mithridatis, cõſcendit currũ armata, & perſecuta ſatellitẽ regiũ. i. a Mithrida. q ſe pro rege gerebat miſſum miniſtrũ crudelis operis .i. interfectionis ueri hęredis regni, noie Cenei. i. q miniſter diceba Ceneus, ꝓſtrauit ſup. eũ ictũ ſaxo, qm̃ petierat. i. iuaſerat ſup. eũ neq; cq̃. i. fruſtra haſta, q̃a nõ poterat eũ ꝑtiogere, ac equis. ſ. currũ trahentibus actis ſuper corpus eius. ſ. Cenei, perrexit ad domũ (uñ licet appropriatis ꝑpoſitionẽ ſubdere) in qua arbitrabať corpus pueri iterfecti occultari, ꝑrexit dico inter agmina cõtrarię ꝑtis. ſ. fratris, a quo ſatelles ille ſubmiſſus fuerat. i feſta. i. ita iſtructa, ut uim inferret occurſuris.

OLIVERIVS.

Iaſon

¶IASONEM Theſſalum. Hic Iaſon Theſſalorum rex apud oẽs maximi oois, & æſtimationis fuit adeo, ut nemo dubitaret, quin Perſarum regem fuiſſet ſubacturus, niſi antea fuiſſet interceptus, quã Perſis, q̃d inſtituerat bellũ inferret. nam forte ita accidit, ut Thaſſilus gymnaſiarchus, qui a rege in delitiis quodammodo habebať, a laſciuia quadam iuuẽtute pulſaretur. q ubi ad regẽ querelã detulit, rex duarũ ultionũ illi opinionẽ dedit ut uel a ſingulis iuuenibus, a q̃bus pulſatus fuerat. xxx. dragmas exigeret, uel decẽ ſingulis plagis infligeret, q̃d poſtremũ ultionis genus maluit, & ita i genuos adoleſcẽtes ſeruilib⁹ plagis affecit, q̃d illi grauiter ferentes in regẽ a quo pulſationis iniuriam accepiſſe exiſtimabãt, ultionis irã cõuerterũt, & nimio dolore cõcitati regẽ obtruncarũt. incertũ eſt, inq̃t, an iuſta fuerit horũ adoleſcentiũ uiodicta, an crudelis, qui ex ꝑua cauſa tantum regem ſuſtulerũt. Gymnaſiarcho. Principi Gymnaſii. Aſ nõ cordis dolore. Adoleſcentes, inquit, non dolore, quẽ ex plagis ſenſerãt, ſed ꝑudore quodã cõmoti, ignominioſam iniuriã ferre nõ potuerunt. Cæterũ paruo irritamẽto. Magna, inq̃t expectatione Græcia tota fruſtrata eſt, quæ hũc Iaſonem non minus q̃ Alex. Perſas aliquando ſuperaturũ ſperabat. Maximæ rei expectatio. ut Perſa, totũq; oriẽtẽ ſubigeret.

DE MORTE IASONIS.

Iaſſonem Theſſalum Perſarum regi bellum inferre parantem, an ſatis iuſta vltio abſumpſerit ambiguæ æſtimationis eſt. Taxillo enim Gymnaſiarcho a quibuſdam iuuenibus pulſatum ſe conqueſto permiſit. vt aut tricenas ab his dragmas exigeret, aut denas plagas ſingulis imponeret, quo poſteriore vindicta vſo qui vapulauerant Iaſonem interfecerunt. animi non corporis dolore pœnæ modum æſtimantes, cæterum paruo irritamento ingenui pudoris maximę rei expectatio ſubruta eſt: quoniam opinione Græciæ tantum in ſpe Iaſonis, quantum in effectu Alexandri reponebatur.

DICTA IMPROBA, AVT FACTA SCELERATA. CAPVT XI.

DE TVLLIA.

NVnc quatenus vitæ humanæ, tum bona, tum etiam mala ſubſtitutis exemplorum imaginibus ꝓſequimur: dicta improba, & facta ſcelerata referãtur. vnde autem potius q̃ a Tullia ordiar? quia tẽpore vetuſtiſſimum, conſcientia nefarium, voce monſtri ſimile exemplum eſt: Cum carpento veheretur, & is qui iumenta agebat ſuceeſſis frenis conſtitiſſet, repentinæ moræ cauſam requiſiuit: & vt comperit corpus patris Seruii Tullii occiſi ibi iacere, ſupra id duci uehiculum iuſſit, quo celerius in complexum interfectoris eius Tarquinii veniret, Qua tam impia, tamque probroſa feſtinatione, non ſolum ſe æterna infamia, ſed ipſum etiam vicum cognomine ſceleris commaculauit.

ASCENSIVS.

¶IASONEM &c. Ambiguæ æſtimationis eſt, an ultio ſatis iuſta abſumpſerit. i. de medio uiuentiũ ſuſtulerit Iaſonẽ Theſſalũ nõ quidẽ argonautarũ principẽ, ſed alterũ, q multo poſt natus eſt, parãtem inferre regi Perſarũ bellũ. E oim. i. quia ipſe ꝑmiſit Taſſillo (ſunt q Taxillo ſcribant) Gymnaſiarcho ideſt principi Gymnaſii, cõqueſto ſe pulſatum a q̃buſdã iuuenibus, ut aut exigeret ab iis dragmas tricẽnas. i. a ſingulis triginta, aut imponeret. i. infligeret ſingulis denas plagas. i. ictus quo. ſ. Taſſillo uſo poſteriore uindicta. i. plagas inferẽte, ſup. iuuenes q uapulauerant. i. ꝑcuſſi fuerãt, interfecerũt Iaſonẽ. ſ. regem ſuũ, æſtimãtes. i. appreciantes, & penſitãtes modũ. i. menſuram pœnę, dolore animi. i. illata animis iniuria nõ dolore corporis. Cæterum. i. ſed expectatio maximæ rei, uidelicet uictoriæ de Perſis Iaſonem obtinendæ, ſubruta. i. ſubuerſa eſt, paruo irritamento pudoris ingenui. i. afflictione decem plagarum. dicit maximæ rei. (Et eſt Antitheſis honeſta) quoniã tantũ reponebať in ſpe Iaſonis. ſ. habita de Iaſone, quantũ in effectu Alex. ſ. magni, quia iã Perſidẽ, & omnes circũiacẽtes nationes uſq; ad Indos ſuperauerat, opinione Gręciæ. i. ſecũdũ opinionẽ, quam Græcia de Iaſone conceperat.

OLIVERIVS.

Tulliæ crudelitas cõtra patrem

NVNC quatenus uitę. ꝓfeſſus eſt ab operis initio Vale. ſe uirorũ illuſtriũ facta ſimul, ac dicta memoratu digna hoc opere complexurũ, ut habeãt homines quarũ uirtutũ gloriã proſequi, quorũ itẽ uitiorũ opprobria fugere debeãt. ut igitur quod pollicitus, eſt exequať de improbe dictis, & factis dicere aggreditur, ut his cognitis, hoies ab eis deterreantur. Vñ potius q̃ a Tullia. Nota eſt hiſtoria, Liu. autor li. i. cæſo per inſidias Tarquinio priſco, & in eius locũ Seruio Tullo Tanaquilis arte ſubſtituto, duo ſupererãt Tarquinii filii, quorum Tullus ueritus, ne idẽ ſibi, quod & ſocero euenerat, forte cõtingeret, utrũq; ſibi, generũ aſciuit, erãt autẽ illi filiæ duæ natura lõge diſpares. Sed forte ita accidit, ne duo uiolẽta ingenia matrimonio iũgerentur. nam

ex fratribus alter mitioris, ferocioris alter erat ingenii, fortuna credo fuit P.R. quo diutius, regnante Ser. Romanum firmare tur imperium. angebatur ferox Tulla nihil materiæ in uiro eſſe, neq; ad cupiditatē, neq; ad audaciā, eſſe tota in alterū Tarqui niū uerſa, eū mirari, eum uirū dicere regio ſanguine ortum. Sper nere ſororē, qua uirū nacta muliebri ceſſaret audacia, ↄtrahit ce leriter ſimilitudo eos, ut malū malo fiat aptiſſimū, ſed initiū turbandi oīa a fœmina ortum eſt. ea ſecretis uiri alieni aſſuefa cta ſermonibus nullis uerbo rum cōtumeliis parcere, de ui ro ad fratrē, de ſorore ad uirū, & ſe rectius uiduā, & illū cęlibē fuiſſe futurum, q̃ cum impari iungi, aut elangueſcere aliena ignauia dicebat, & ſi ſibi eum, quo digna eſſet uirum dediſſet dii domi ſe propediē uiſuram fuiſſe regnum, quod apud pa trē uiderat, celeriter adoleſcētē ſuæ temeritatis implet, Aruns Tarquinius, & Tullia minor prope funeribus. Hæc maritū. ille uxorē ſubſtulit, cū domos uacuas, nouo matrimonio fe ciſſent iunguntur nuptiis ma gnis, nō tam prohibēte Tullo q̃ approbāte. Tum uero indies infeſtior Tulli ſenectus infeſtius cœpit eſſe regnum. Iam.n. a ſcelere aliud ſpectare mulier ſcelus nec nocte, nec interdiu uirum conquieſcere patiebatur, mone bat, ut potius habere, q̃ ſperare regnū uellet. meminiſſe ſe Tar. filium eſſe, cui Romanū debebat impe. nec prius deſtitit, q̃ illū ſtimulis uelutifuriis ad arripiēdū patri regnū incendit. q̇bus ille inſtinctus circuire, & prēſare minorē gentiū partes cœpit, admo nebat eos pateeni beneficii, ac pro eo gratiā repetebat, alliciebat donis iuuenes, ingentia pollicebatur. Idemq; ſoceri oſtruit inſi dias. & cum agendę rei tēpus uiſum eſt, ſtipatus agmine armato rum, in forū irrumpit regiam ſedem occupat, multa in ſocerum grauiter iuectus, quę populo regē inuiſum reddere poſſent. cui concionanti cum ſupueniſſet Seruius, & ab eo quęſiſſet, quod ita auſus eſſet, illi ferociter reſpondit, ſe patris ſui tenere ſedem. orta deinde ab utriuſq; fautoribus contētione, factoq; populi cōcur ſu in curiā, apparebat regnaturum, qui uiciſſet. tūc Tarquinius neceſſitate iam ipſa cogēte, ultima audere multo & ætate, & uiri bus ualidior, medium arripit Seruiū, elatum e curia in inferiorē partē per gradus deiecit, deinde ad cogendum ſenatum in curiā redit. fit fuga regis, apparitorumq; comitū, ipſe prope exanguis cū ſemianimis regio comitatu domū ſe reciperet, perueniſſetq; ad ſummū Cypriū uicum, ab his, qui miſſi a Tarquinio fugien tē conſecuti erant, interficitur, creditur, quia non abhorret a cæ tero ſcelere admonitu Tulliæ, id eſſe factum, carpento (id certe quod ſatis conſtat) in forū inuecta, nec reuerita cœtum uirorum prēſentiū, euocauit uirū e curia, regemq; prima appellauit. a quo faceſcere iuſſa ex tanto tumultu, cū domum rediret perueniſſetq; ad Cyprium uicum, flectere carpentum in dextrā iuſſit aurigam ut in collem ęſquiliarū ueheretur, reſtitit pauidus, & frænos in hibuit is, qui iumenta agebat, iacentemq; dominę Seruiū trucis datum oſtendit. fœdum, inhumanumq; deinde traditur ſcelus, monumentoq; locus eſt, quem ſceleratum uicum appellāt, quo amens agitantibus ſororis, uiriq; cæſorum furiis Tullia per pa tris corpus carpentum egiſſe fertur, partemq; ſanguinis, ac cæ dis paternæ cruento uehiculo contaminata ipſa reſperſaq; tuliſſe ad penates ſuos, atq; uiri. quibus iratis malum regni principiū, ſimiles deinde exitus ſequerentur. Quia tempore uetuſtiſſimū. Reddit rationem cur incipere a Tullia uelit, quia exemplum ſit uetuſtiſſimum. Conſcientia nefarium. Quia id cogitare quaſi nefas ſit. Carpento. Vehiculi genus eſt. Succeſſis frænis. Preſ ſis, & inhibitis. Quo celerius in complexum. Liuius hoc in reditu fuiſſe dicit. Impia, & probroſa. Scelerata & uituperoſa, quę per patris corpus carpentum agi iuſſerit. Aeterna infamia. Quia tam impium facinus obliterari nunq̃ poterit, ipſum uicū ſceleris cognomine, quia ſceleratus uicus dictus eſt.

ASCENSIVS.

NVNC .i. deinceps dicta improba .i. improbāda, & facta ſce lerata referent. ſ. a nobis quatenus .i. quantū nos ꝓſequimur ima ginibus exēplorum ſubſtitutis .i. ſtatim illatis, tum .i. ſimul bona .ſ. in quo uis genere bonorū tum etiā mala uitę humanę. Vnde autē ordiar potius .ſ. improbe dicta ac facta, q̃ a Tullia. ſ. Seruii regis Romanorum filiaſ q.d. a nullo, ac nulla. Quia exēplum ſup. eius, aut de ea, eſt uetuſtiſſimū q̃tum ad res domeſticas, tē pore, nefariū conſcientia, quia cōtra pietatem a deo, & natura inſtituta, & ſimile mōſtri uoce, .i. narratione, aut locutione. Cū .i. quando ſup. Tullia uehe retur carpento .i. uehiculo rota to, & is qui agebat iumēta cōſti tiſſet frenis ſuccuſſis .i. clam ad ſe tractis, ne ꝓcederēt iumēta, ipſa requiſiuit cauſam moræ .i. immorationis repentinæ .i. ſu bito ortę. & ut .i. poſtquā com perit ex gubernatore, corpus Seruii Tulli patris. ſ. ſui, hoc eſt Tulliæ occiſi iacere ibi. ſ. ante carpētum iuſſit uehiculū duci ſupra id. ſ. corpus patris, quo .i. ideo ut ipſa ueniret celerius in complexū interfectoris eius. ſ. Tarquinii ſuperbi. Qua feſtinatio ne tam impia, & tam probroſa, ipſa Tullia non ſolum macula uit ſe æterna infamia, ſed etiam maculauit ipſum uicum cogno mine ſceleris, quia dicitur uicus ſceleratus.

DE FIMBRIA.

Non tam atrox C. Fimbriæ & dictum, & factum: ſed ſi per ſe æſtimetur, vtrunq; audaciſſimū: id egerat, vt Scęuola in funere C. Marii iugularetur: quem poſtquam ex vulnere recreatum comperit: accuſare apud populum inſtituit: interrogatus deinde quid de eo ſecus dicturus eſſet, cui pro ſanctitate morum ſatis digna laudatio reddi non poſſet: reſpondit ſe obiecturū illi ꝙ parcius corpore telū recepiſſet: Licētiam furoris ægræ Reip. gemitu proſequendam.

DE L. CATILINA.

L. vero Catilina in ſenatu M. Cicerone incendiū ab ipſo excitatum dicente: ſentio, inquit, & quidem illud ſi aqua non potero, ruina extinguā: quem quid aliud exiſtimemus, q̃ conſcientiæ ſtimulis actum, ſimulachrum a ſe inchoati parricidii peregiſſe?

OLIVERIVS.

NON tam atrox. Hic eſt fimbria, qui occiſo Valerio cuius le gatus fuerat, exercitum ſibi uendicauit. hic poſt mortem C. Ma rii eum in Syllanos, atq; ſenatū ſupra modū ſæuiret, iuſſerat Scę uolam integerrimū, & ſanctiſſimū in C. Marii tumulo tanq̃ uicti mam iugulari. quo ad locum ducto, eū miniſtri altius uulnus non intuliſſent, ille a uulnere recreari quodammodo uidebatur. Fimbria hoc audito, quod. ſ. lętale uulnus nō admiſiſſet, illi diē dixit, ad populū, res ꝓfecto nō ſolū improba, ſed etiā rediculoſa quęrentibus ergo ex eo, quid nam obiiceret uiro integerrimo, lentius illum reſpondit recepiſſe telum. De hoc Fimbria Plinius i fine breuiter ſic tradit, Fimbria a Sylla Pergami oppreſſus, cor rupto exercitu deſertus ſemet occidit. Non tam atrox. ſunt qui uelint hoc nomen a gręco deducere τρώγω q̧ comedo ... inde deduci atrox quaſi comeſtabile a uero priuatiuum eſt, non comeſtabile, hoc eſt crudum, & acerbum, ergo atrox crudele, & acerbum. ſed non uſquequaq; Græcis ita dandum eſt, ut nihil nobis relinquatur, ego ab atro magis atrocem deriuari puto. Vt Scæuo. de hoc Scęuola Luci. libr. ii. Te quoq; neglectum uiolatæ Scæuolę dextrę. Ante ipſum penetrale deæ, ſemperq; ca lentes Mactauere focos, parum ſedfeſſa ſenectus, Sanguinis ef fudit iugulo, flāmiſq; pꝑcit. Aegrę reip. triſtis, & afflictę reip.

Fimbriæ ſcelerare dictum,

ASCENSIVS.

NON &c. Et dictum, & factum C. Fimbriæ nō ſup. fuit tam atrox, ut ipſius Tulliæ, & ideo ſi conferatur ad factum Tulliæ, mitius uideatur, ſed ſi utrunq; æſtimetur, per ſe .i. ſeorſum ab alte ro, ſup. factum eius eſt audaciſſimum. nā ipſe egerat id, ut Scæ uola uir integerrimus iugularetur in funere, quaſi mittendus in inferias C. Marii quem. ſ. Scęuolam poſtquam comperit recrea tum ex uulnere. ſ. ſuſcepto in funere Marii, inſtituit accuſare apud populum. Interrogatus deinde quid dicturus eſſet. ſ. coram po pulo, de eo. ſ. Scæuola, ſecus. ſ. ac bonum, cui laudatio non poſ ſit reddi ſatis digna pro ſanctitate. morum, Reſpondit ſe obiectu rū illi, ꝙ recepiſſet corpore telum partius .i. non ſatis profunde. Licentiam .i. o licentiam furoris proſequendam ægre. ſ. difficul ter gemitu reipublicæ, quia licet tota reſpublica gemat non ta men ſatis digne gemuerit, aut reipu. ægrę. ſ. in animo ciuium.

OLIVERIVS.

LVCIVS uero Catilina. Saluſt. Catilina, inquit, lege plaucia interrogatus erat a L. Paulo, poſtremo diſſimulans. di cauſa, aut ſui expugnandi, ſicut iurgio laceſſitus foret. in ſenatum

Atrox Catilina apud ſenatum.

DE MAGIO CHILONE.

Conſternatū etiam Magii Chilonis amentia pectus, qui M. Marcello datum a Cæſare ſpiritum, ſua manu eripuit, vetus amicus, & Pompeianæ militiæ comes, indignatus aliquos ſibi amicorū ab eo præferri, vrbem enim, a Mitylenis quo ſe contulerat repetentem, in Athenienſium portu pugione confodit, protinuſq; ad irritamenta veſaniæ ſuæ trucidanda tetēdit, amicitiæ hoſtis, diuini beneficii interceptor, publicæ religionis, quod ad ſalutem clariſſimi ciuis recuperandam attinuit, acerba labes.

DE C. TVRANIO.

Hanc crudelitatē, qui nihil adiici poſſe videtur, C. Turanius atrocitate parricidii ſuperauit. Nanq; triumuirum partes ſecutus, proſcripti patris ſui prætorii, & ornati viri latebras, ætatem, notaſq; corporis quibus agnoſci poſſet, centurionibus edidit, qui eum perſecuti ſunt. Senex de filii magis vita, & incrementis, q̃ de reliquo ſpiritu ſuò ſolicitus, an incolumis eſſet, & an imperatoribus ſatis faceret, interrogare eos cœpit: e quibus vnus, ab illo inquit, quem tantopere diligis, demonſtratus, noſtro miniſterio, filii indicio occideris, protinuſq; pectus eius gladio traiecit: collapſus itaq; eſt infelix, autore cædis, quā ipſa cæde miſerior.

in ſenatū uenit. tū M. Tullius conſul, ſiue timens p̃ſentiam, ſiue cōmotus ira orationē habuit luculentam, atq; utilemreipu. quā poſtea edidit ſcriptam, ſed ubi ille aſſedit Catilina, ut erat paratus ad diſſimulanda omnia, dimiſſo uultu uoce ſupplici poſtulare a patribus cœpit, ne quid de ſe temere crederēt, ea ſe familia ortum, ita ſe ab adoleſcētia dicebat uitā inſtituiſſe, ut omnia bona in ſpe haberēt. nec exiſtimarēt ſibi patricio uiro cuius ipſius, atq; maiorū plurima bn̄ficia in plebē eſſent, p̃dita repu. opus eſſe, cū eā ſeruaret. M. T. Inquilinus ciuis urbis Romæ. ad hæc male dicta alia cū adderet, obſtrepere oēs hoſtē, & parricidam uocare. tū ille furibundus, inq̃t, quādoquidē ego circūuentus ab inimicis præceps agor, incendiū meū ruina ueſtra extinguā, deinde ſe ex curia domū p̃ripuit. Incendiū excitatum. Perturbationē urbis coniuratione ſuſcitatā. Si aqua nō potuero. Perſtat in tranſlatione, q̃a incendiū dixerat, q̃ aqua extinguitur. Conſciētiæ ſti. Quia ſui ſceleris conſcius erat, ſtimulis quibuſdam agitabatur, nā ut, iq̃t, ille, neq; enim cōſiſtere mentē, crimina ſæua ſinūt. Conati par. parricidiū tā de parētibus, q̃ de patria dicit, uñ & parricidæ ſæpe dicunt a Vale. q̃ Cæſarē interfecerunt, quaſi parentem patriæ.

ASCENSIVS.

LVCIVS ue. Ca. M. Cl. dicente. i. cū M. Ci. diceret in Senatu. incēdiū. ſ. urbis excitatū ab ipſo. ſ. Cati. inquit, ſentio. i. Ita eſſe concedo, & quidē extinguā. ſ. illud incēdiū, quod excitatum a me dixit Cice. ruina. ſ. urbis, ſi non potero. ſ. extinguere aqua, quia ædificia incenſa, ſi aqua extingui nequeunt, diruūtur, ne uicinis noceant, ſed per alluſionem ad ædificia aliud intellexit Catil. unde autor. Quem. ſ. Catilinam quid aliud exiſtimemus peregiſſe. ſ. animo, q̃ actum. i. impulſum ſtimulis conſcientiæ. i. ruinæ, quam (ut ipſe ſibi conſcius erat) urbi parauerat, peregiſſe. ſ. animo, ut minacibus uerbis ſimulachrum, id eſt fantaſticam apparentiam animo eius obuerſantem parricidii, id eſt patriæ excidii inchoati a ſe, quaſi dicat nihil.

OLIVERIVS.

CONSTERNATVM etiā P. Magii Chilo. De morte M. Marcelli. Ser. Sulpi. ad Cic. epiſtola. Et ſi ſcio nō iocūdiſſimū nūcius. Ad decimū, inquit, Calen. Iunii. cū ab Epidauro Pyræū naui aduectus eſſem ibi Marcellū collegā noſtrum cōueni, eumq; ibi diem cōſumpſi, ut cū eo eſſem. poſtero die cū ab eo digreſſus eſſem eo cōſilio, ut ab Athenis in Bœotiam irem reliquāq; iuriſditionē abſoluerē, ille uti aiebat ſupra Maias Italiā uerſus nauigaturus erat. poſtridie cū ab Athenis proficiſci in animo haberē, circiter horā decimā noctis, poſthumius familiaris meus ad me uenit, & mihi nunciauit M. Mar. collegā noſtrū poſt cœnæ tēpus a Magio Chilo. familiari eius pugione p̃cuſſum eē, & duo uulnera accepiſſe, unū in ſtomacho, alterū in capite ſecundū aurē, ſperare tñ eū uiuere poſſe. Magiū ſeipſum interfeciſſe, poſtea ſe a Marcello ad me miſſum eſſe, qui hæc nunciaret, & rogaret, ut medicos cogerē, coegi, & e ueſtigio eo ſum profectus prima luce. cū non longe a Pyræo abeſſem, puer acidini obuiā mihi uenit cū codicillis, in quibus erat ſcriptū, pauloante lucē Marcellū diem ſuū obiiſſe, ita uir clariſſimus ab homine deterrimo acerbiſſima morte eſt affectus, & cui inimici p̃pter dignitatē pepercerant, inuentus eſt amicus, qui ei mortem afferret, & reliqua.

Chilo Marcelli interfector.

Datum a Cæſa. ſpi. Confecto bello ciuili, quod inter Cæſarē, atq; Pōpeiū ſuſcitatū erat, Cæſar rerū potitus multos ſibi aduerſos, qui Pōpeium ſecuti fuerant, in patriā reſtituit, in gratiamq; recepit, inter quos & M. Mar. pro quo ſenatus uniuerſus intercelſerat, ſupplexq; a Cæſa. petierat, ut ſibi uir tantus condonaretur, cuius p̃cibus fatigatus Cæſa. ſenatui conceſſit, quod fratri Mar. denegauerat. nā Marcelli frater ſæpius ad Cæſaris pedes p̃uolutos ſuppliciter petierat a Cæſare, ut ignoſceret fratri, illumq; in gratiā reciperet, qđ nūquam a Cæſa. impetrare potuerat. reſtituto itaq; Marcello Cæſa. multi gratias egerunt, inter quos Cice. qui orationem habuit luculentiſſimam. Marcellus uero & ipſe in patriam redire recuſabat, malebatq; exul ubiq;, q̃ in patria ſine libertate uiuere, tandem cōſiliis, & p̃cibus amicorū uictus, Cæſaris munus, qđ illi amplū, & honorificū offerebat, ut reſtitutis ſibi oībus bonis ſuis in patriā cū ſumma dignitate rediret, accepit. Datū ſpiritū, q̃a quantum in Cæſare fuit, illum uita donauit, & reditum in patriam cōceſſit. Indignatus a. ſi. præf. grauiter, & iniquo animo ferebat, Marcellum, & alios multos a Cæſa. fuiſſe reſtitutos, ſe uero neglectum, & p̃termiſſum, ne tanti muneris cōpos fieret Marcellus in Athe. portu illū pugione transfixit, deinde pœnitentia, ſiue deſperatiōe ductus, aut furore p̃citatus, ſibiipſi quoq; mortem intulit. Amicitiæ hoſtis. exaggerat hoc facinus dicens, eum amicitiæ, & religionis iura l acerba Marcelli morte uiolaſſe. Diuini beneficii interceptor, hoc ad aſſentatiōnē dictum eſt beneficiū a Cæſare datū diuinū appellando. Acerba lues pub. religionis. Ruina, & aſpera peſtis pub. religionis, nam hæc Chi. impietas, qua uſus eſt in Marcellum ad rempub. pertinere uidebatur, quia uniuerſa ciuitas pro Marcelli ſalute magnopere laboraſſet.

ASCENSIVS.

CONSTERNATVM. Ordo eſt. Pectus etiā Magii Chilo. ciuis Ro. & partes Cæſarianas ſecuti, cōſternatū eſt. i. ſtupefactū amentia. i. ſtoliditate, & impotentia animi ob æmulationem, qui. ſ. Magius eripuit ſua manu ſpiritū. ſ. uitalem, datum a Cæſa. ſ. Iulio. ens ſup. uetus amicus ſup. Mar. & comes. i. ſectator militiæ Pompeianæ, ut etiam Marcel. indignatus aliquos amicorū præferri ſibi ab eo. ſ. Cæſare, qui Marcellum propter honeſtiſſimos interceſſores in gratiam receperat, p̃terito Magio. Enim. i. quia ipſe Magius confodit pugione ipſum Mar. in portu Athe. repetentē urbem. i. redeuntē in patriā a Mitylenis quo Ma. cōtulerat ſe, & ita uterq; alteri obuiā factus eſt, & ipſe Magius ductus pœnitētia, tetedit. i. accelerauit p̃tinus ad irritamenta ſuæ ueſaniæ trucidanda. i. ad ſeipſum ueſania uexatū trucidandum, ens ſup. hoſtis amicitiæ, q̃a ægre tulit reconciliatū Cæſari Marcellū, interceptor. i. impeditor, ne ad conſumationē p̃duceretur, beneficii diuini. i. a diuo Cæſare in Marcellum collati, & acerba lues. i. pernicies, aut labes, publicæ religionis. i. charitatis patriæ in Marcellū ob ſanctitatē eius. quod. i. quæ res attinuit ad ſalutē clariſſimi uiri recuperandam. Quandocunq; enim quis aliquid facit ob mandatum diuinum, aut uirtutem hominum eo nomine, ne ob prætermiſſum officium deus offendatue, tunc reſpectus habetur religioni. Vnde Senatus, Populuſq; Romanus noſcens Marcellū zelo reipu. contra Cæſarem ſtetiſſe, pro eo interceſſit.

OLIVERIVS.

HANC crudelitatem. Chilonis impietatem omnium maximam exiſtimaſſem, niſi Tuditanus eam atrocitate facti ſuperaſſet, & re uera hac impietate maior nulla eſſe potuit. quid

DE FILIO TVLLI HANNALIS.

Cuius facti acerbitatem L. Tullius Hannalis ſortitus, cũ in campum ad quæſtoria comitia filii deſcẽdens, proſcriptum ſe cognoſceret, ad clientem ſuum confugit: ſed ne fide eius tutus eſſe poſſet, ſcelere nefarii iuuenis effectum eſt: ſiquidẽ per ipſa veſtigia patris militibus ductis, occidẽdũ eũ in cõſpectu ſuo obiecit: bis parricida, cõſilio prius, iterũ ſpectaculo.

DE VXORE VITII SALLASSI.

Ne Vitius quidem Sallaſſus proſcriptus parum amari exitus, quem latentem vxor interficiendum, quid dicam, tradidit? an ipſa iugulauit? Quanto enĩ leuius eſt ſcelus, cui tantummodo manus abeſt? Illud autem facinus, quia externum, tranquilliore affectu narrabitur.

EXTERNA.

DE DVOBVS FRATRIBVS FILIIS REGIIS.

Scipione Africano patris, & patrui memoriã gladiatorio munere Carthagine noua celebrante: duo regii filii nuper patre mortuo, in arenam proceſſerunt: polliciti q́ ſunt tibi ſe de regno p̃liaturos, quo ſpectaculum illud illuſtrius pugna ſua facerent: eos cum Scipio monuiſſet, vt verbis contẽdere, q̃ ferro dimicare mallẽt, vter regnare deberet, ac iam maior natu conſilio eius obtẽperaret, minor corporis viribus fretus, in amẽtia pſtitit: initoq́ certamine pertinacior impietas fortunæ iudicio morte multata eſt.

enim crudelius, aut magis impium, q̃ a filio parentes, ut hoſtibus gratificaretur, occidi. cum enim illũ hoſtibus idicarit, occidiſſe uideatur. hic igitur Tuditanus latentẽ patrẽ a triũuiris proſcriptũ, cũ a miſſis interfectoribus quæreref, non ſolũ indicauit, ſed eius quoq́ uultus, & oris lineamẽta, & ętatis tẽpus, qbus cognoſci poſſet miniſtris aperuit, ex quo factũ eſt, ut q ab amicis occultabaſ, ab impio filio proderef. Notas corporis. ſigna, & lineamẽta corporis. Senex de filiis magis uita. Hoc ad exaggerãdũ filii impietatẽ dicit, q̄ etiã in media cæde pr̃ de filii ſalute ſolicitus eſſet, & tam piũ patrẽ filius ſceleratus prodere nõ dubitauerit. Incrementis. Honorũ acceſſionibus, & augmentis, itaq́ eſt infelix Maior, inqt, illi miſeria fuit, q̄ indicatus eſſet a filio, q̃ qđ interficeref. Autore, cædis. ſ. filio miſerior, ppter filium, qui cædis paternæ fuiſſet autor indicio ſuo, neq́ enim ſibi tã acerba mors uidebatur, q̃ filii pditio.

ASCENSIVS.

HANC &c. Caius Turanius (aut, ut Oliue. legit Tuditan⁹) ſuperauit atrocitate parricidii .i. cædis pr̃iæ ab eo pcuratæ, hãc crudelitatẽ. ſ. Magii, cui nihil uŕ poſſe adiici, cũ ſit grauiſſimũ, talẽ uirũ etiã amicũ ſola æmulatione trucidaſſe. Nanq́ ſup. Turanius ſecutus partes triũuirũ. ſ. Antonii, Lepidi, & Auguſti, edidit. i. expreſſe indicauit Cẽturionibus latebras patris ſui pſcripti, uiri Prętorii. i. q aliquãdo Prætor fuerat, & ornati. ſ. ſciẽtia & uirtute, & ætatẽ, & notas. i. īſignia corporis, quibus poſſet agnoſci. ſ. a Centurionibus, qui ſunt pſecuti eũ. ſ. partẽ Turani. Senex. ſ. pater deprehẽſus magis ſolicitus de uita filii, & incrementis filii. ſ. ad honorem, & ad gloriam, q̃ de reliquo ſpũ ſuo. i. parte uitæ reliqua, coepit interrogare, eos. ſ. Centuriones an ſup. filius eſſet incolumis, & an ſatisfecerat, aut iã tũ ſatisfaceret iperatoribus. ſ. triumuiris e quibus. ſ. Centurionibus unus, inquit, tu non occideris noſtro miniſterio, ſed indicio filii demonſtratus ab illo quem diligis tantopere. & ſup. Cẽturio traiecit protinus pectus eius. ſ. patris gladio. Itaq́ infelix. ſ. pater collapſus eſt ens miſerior, autore cædis uidelicet filio, q̃ ipſa cæde, quã innocẽs obiit.

OLIVERIVS.

CVIVS facti. Hoc ſimile eſt ſuperiori, ſed in hoc differũt, q̄ Tuditanus tm̃ latẽtis patris indicator, hic etiã paternæ cædis ſpectator. nõ enim ſibi ſatis fuit, cædis miniſtros ad latẽtẽ patrẽ duxiſſe, niſi ante oculos patrẽ occidi uidiſſet, bis ergo parricida, ↄſilio, & ſpectaculo. Ad q̃ſtoria comitia. Vt filius q̃ſtor crearef ſuaq́ p̃ſentia, quo ad poſſet, filio ſuffragaretur. Sed ne fide eius tutus eſſe poſſet. Quã a filio nõ potuit a cliente fidẽ eſt cõſecutus, ut occultaretur, quã tutã eſſe ĩpietas filii nõ pmiſit, qui eũ pdidit. Bis parricida. Et cũ patrẽ pdidit, & cũ occidi ſpectauit.

Tullius Hãnalis pęnę necis autor

ASCENSIVS.

CVIVS. ſ. iam dicti facti acerbitatẽ. L. Tullius Hãnalis ſortitus, qa ſimilem, aut maiorẽ paſſus eſt, cum deſcendens in cãpũ. ſ. Martiũ ad comitia q̃ſtoria filii. i. in quibus filius q̃ſturã petierat, cognoſceret ſe pſcriptũ. ſ. a triũuiris, confugit ad clientẽ ſuũ, ut in eius domo tutus lateret. ſed effectũ eſt ſcelere iuuenis. ſ. filii eius nefarii. i. deteſtandi, & indigni, qui nominetur, ne. ſ. pater eſſet tutus fide eius. ſ. clientis, qui quod in ſe fuit, patrono fidem præſtitiſſet. Siquidem. i. quoniam militibus ductis. ſ. a filio, p ipſa ueſtigia patris, filius ſup. obiecit eũ. ſ. patrẽ ſuũ occidẽdum in conſpectu ſuo, ens ſup. parricida bis, prius. i. priori (ut dicunt) uice, conſilio, qa patrem indicauerat, iterũ. i. ſecũda uice (ſi modo liceat ita dicere) ſpectaculo, qa ſuſtinuit cædẽ patris uidere.

OLIVERIVS.

NE Vitius qdem Sallaſſus. Crudelitatẽ uxoris exptus eſt Vitius iſte, q a triumuiris pſcript⁹, cũ ad poſticas uxoris ædes pfugiſſet, ab ea nõ eſt admiſſus, quare uehemẽti indignatione cõmotus, ne in pſequentium manus pueniret, ſibi gladio pectus transfixit, poſteaq́ crudeliſſimæ cõiugis ſanguine aſpſit. uxor igiŕ uirũ nõ pdidit ſed ſuis manibus quodãmõ iugulauit, nã idẽ eſt autorẽ & actorẽ cædis eẽ. Nec parũ amari. Liptote eſt, ac ſi diceret amariſſimi. Quãto enĩ leuius eſt. Ac ſi diceret, idẽ ſcelus eſſe uidetur alicui mortis cauſam, atq́ ipſam mortem inferre.

ASCENSIVS.

NE quidẽ. i. non etiã, aut ſaltem Vitius Sallaſſus (ubi alii legunt Vetius Fallaſſus) proſcriptus. ſ. ab iiſdẽ ſup. fuit exitus parum amari immo multum amari quẽ latẽtem uxor, quid dicã, an tradidit interficiendũ, an ipſa iugulauit? q. d. cũ eum prodiderit, aut excluſerit, occaſionaliter eũ iugulauit. Enim. i. quia, quanto leuius ſup. eſt ſcelus eius, cui manus abeſt tantummodo cum ſup. cætera, ut conſenſus, & indicium adſint? quaſi dicat minimo.

OLIVERIVS.

ILLVD autẽ facinus. Scipio a Coſtuſone Carthaginem ad uota ſoluenda Diis, munuſq́ gladiatorum, qđ mortis cauſa patris, patruiq́ parauerat edendũ rediit, gladiatorũ ſpectaculũ fuit, non ex eo genere hominũ, ex quo iam iſtis cõparare mos eſt ſeruorũ, qui uenalẽ ſanguinem habẽt, uolũtaria omnis, & gratuita opera pugnantiũ fuit, nã alii miſſi ab regulis ſunt ad ſpeciẽ inſitæ gentiuirtutis oſtẽdendam, alii ipſi pfeſſi ſe pugnaturos in gratiam ducis, alios æmulatio, certamenq́ traxit, ut quas diſceptando controuerſias finire nequiuerant, eo ut uoluerãt pacto, ferroq́ decernerẽt. neq́ obſcuri generis hoĩes erãt, ſed clari, illuſtresq́ Corbis, & Orſua patrueles frẽs de principatu ciuitatis, ferro ſe certaturos pfeſſi ſunt. Corbis maior erat ætate. Orſuæ pr̃ priceps pxime fecerat, a fratre maiore poſt eius mortẽ accepto pricipatu, cũ uerbis diſceptare Scip. uellet ac ſedare iras, negatũ id ambo dicere cõibus cognatis, nec aliũ deorũ, hoĩumue, q̃ Martẽ ſe iudicem hituros eſſe. robore maior, minor flore ætatis ferox, mortẽ in certamine, q̃ ut alter alterius iperio ſubigeretur p̃optantes, cũ dirimi a tanta rabie negrent, inſigne ſpectaculũ exercitu p̃buere, documentumq́, quantum cupiditas imperii malũ inter mortales eſſet, maior uſu armorũ, & aſtu, facile ſtolidas uires iunioris ſuperauit. Duo re. ſi. diſſentit a Liuio Vale. hoc loco, nõ enim fratres, ſed patruelis frẽs fuiſſe dicit L.

Gladia. mu. In ludis funebribus adhibebanf gladiatorũ paria inter ſe ad ſanguinẽ, uel ad mortẽ uſq́ certãtium, ut ſupra diximus. itaq́ eiuſmodi ludi celebriores hẽbanf, quo plures, gladiatores occubuiſſet. Carth. no. ciuitas ẽ Hiſpaniæ, q̃ noua dcã ẽ, ad differẽtiã ueteris, q̃ fuit ĩ Africa. Fortu. iudi. qa fortũa uoluit ut maior, in quo iuſtitia, pietaſq́ illuſtrior erat, uictor exiſteret.

Aſcenſius.

DE MITHRIDATE.

Mithridates autē multo ſceleratius, qui non cum fratre de paterno regno, ſed cum ipſo patre bellum de dominatione geſſit: in quo quis aut homines vllos adiutores inuenerit, aut deos inuocare auſus ſit, pro admiratione habetur.

DE SARIASTRE FILIO TIGRANIS REGIS.

Quāquā quid hoc quaſi inuſitatum illis gentibus miremus? cum Sariaſter aduerſus patrē ſuum Tigranem Armeniæ regem, ita cum amicis conſenſerit, vt omnes dextris manibus ſanguinem mitterent, atq; eum inuicē ſorberent: vix ferrent ꝓ ſalute parentis tam cruenta conſpiratione fœdus facientē.

DE QVODAM, QVI INTERFICERE VOLVIT OCTAVIANVM AVGVSTVM.

Sed quid ego iſta conſector, aut quid in his immoror, cum vnius parricidii cogitatione cuncta ſcelera ſuperata cernam? omni igitur impetu mentis, omnibus indignationis viribus, ad id lacerandum

ASCENSIVS.

ILLVD aūt facinus.ſ.quod ſequit̃, narrabit̃ affectu trāquilliori, q̄a externū, externa aūt nos minus afficiunt. Scipione Africano celebrante Carth. noua, q̄ eſt in Hiſpania, memoriā patris, & patrui.ſ.P. & Cnei, Scipionū in Hiſpania intereptorū. munere gladiatorio (qd' propter effuſionē ſanguinis Diis inferis, & manibus occiſorū gratiſſimū eſſe credidit miſera gētilitas. Illud aūt genus dimicandi in harena, ubi par pari opponebatur, dictū eſt munus, propterea q̄ ex eo quaſi muneris loco uoluptatē captabat populus) duo filii regii, patre mortuo nup.i. paulo ante, alii tñ nō fratres, ſed e fratribus genitos dicūt, ꝓceſſerunt in harenā.i. locū dimicandi, harena, ne ſanguine fuſo lubricus fiat ſparſa, & polliciti ſunt ſe ꝓliaturos.i. cōcertaturos ibi uidelicet in harena. quo.i. ideo, ut facerēt illud ſpectaculum illuſtrius ſua pugna, Cū Scipio monuiſſet eos, ut mallēt diiudicare.i. diſcernere uerbis.ſ. diſceptando de iure ſuo q̃ ferro.i. armis, uter.ſ. eorū deberet regnare. (Alii legūt ut uerbis diſcernere, q̃ ferro dimicare mallent, ſed ſic nō congruit, qd' additur, uter regnare deberet, cum uerbo dimicare, dereliqui ergo, ut inueni) ac maior natu obtēperaret iā cōſilio eius.ſ. Scip. aut q̄ prudentior erat, q̄ melius de iure ſuo ſperabat cū ſenior eſſet, iunior fretus uiribus corporis ꝓſtitit in amētia ſ. ſua.i. maluit ferro q̃ uerbis rem diſcernere, & re certamine inito, impietas pertinacior, uidelicet iunioris multata eſt.i. punita morte, iudicio fortunæ, quæ in tali dimicatione multum poteſt, non q̄ res aliqua ſit fortuna, ſed q̄ fortuito euenire ſolet, ut iuſtior cauſa interdū ſuccumbat, unde talis concertatio ab eccleſia non probatur.

OLIVERIVS.

MITHRIDATES. Mithridatis factū multo ſceleratius, qui nō cū fratre, ſed cū patre de regno certauit, cū enim regnādi libidine nimia eſſet īcēſus, ꝑmaturā, & celerē pr̃is mortē cupiebat, quā cū illi clā inferre nō poſſet, nec palā auderet occupata regni parte bellū indixit, ſed pater morte ꝑuētus, ſceleratā filii cupiditatē adimpleuit. In quo q̄s, aut homines ullos. ſimile igt̃, mōſtri, uel certe miraculi erit, ſi q̄s in eiuſmodi bello qd' filius aduerſus patrē ſuſcipit, īueniri potuerit, q aut auxilia ꝓſtare, aut deos inuocare auſus fuerit. Pro admiratione habet̃. loco miraculi ducitur.

ASCENSIVS.

MITHRIDATES aūt ſup. egit ſceleratius multo, q non geſſit bellū.i. nō cōcertauit de paterno regno cū fratre, ut ſuperiores fecerūt, ſed cū ipſo patre de dn̄atione.i. tyrānide, nō enim uiuo pr̃e, uerū regnū eo inuito poſſidere poterat, in quo.ſ. bello habet̃ ꝓ admiratione, q.i. quomodo Mithridates.ſ. iunior, aut īuenerit ullos adiutores, aut auſus ſit inuocare deos, cū dii malis artibus, ne dū nefandis inceptis auxiliū nō ꝓſtēt, licet iterdū ultionē differēdo malos regnare ꝑmittāt. Qd' audire deberēt chriſtiani, qui in re peſſima ſe cruce muniūt, aut oratione, aut ſacrificio, cum ad talia Deus ſurdas habeat aures. Scimus enim quia deus peccatores (præſertim ad peccata pertinēda) non exaudit.

OLIVERIVS.

Sariaſtris factum deteſtabile. QVANQVAM qd hoc. Quaſi.d. bellū, qd' cū patre habuit Mithri. nō tam uidetur admirandū cū & Sariaſter idē fecerit in Tygranē eius patrē Armeniæ regē. hic Sariaſter, ut tradit Plut. in uita Pōpeii, poſt pulſum e prouincia Mithri. qui ad Tygranē in Armeniam ꝓfugerat, a patre defecit, & Pōpeiū in Armenia uocauit, illiq; uenienti occurrit ad fluuiū Maraxem uinctis copiis, urbes, & oppida patris cum Pompeio pariter expugnat. Sed Tygranes audito aduētu Pōpeii, cōgnitaq; defectiōe filii, cōcicato cū amicis cōſilio, hiiq; in regiā, & arcē collocatis, ad Pōpeiū ſupplex cōfugit, fretus illius humanitate, ac ſuauiſſimis moribus erroribus ueniā petiit. qua īpetrata, ut diximus in ca. de humanitate, cū illū Pōpeius ī dextera pte, filiū ī ſiniſtra iuxta ſe collocaſſet, atq; iter illos regnū partitus eēt, ipius filius Sariaſter id ęgre tulit. a Pōpeio īuitatus ad cœnā, rn̄dit nō ſibi opus eē Pōpeio, ſe Romanorū aliū iuētur ū, cui charior eē poſſit. q̄bus uerbis iratus Pōpeius illū ī uincula cōiici, & ad triūphū reſeruari iuſſit. Vale. uero dicit hūc ī patrē cōſpiraſſet cū amicis, deteſtabili cōiuratiōe, humano.ſ. ſanguine facta. cōſtat tñ illū a Pōpeio in triūphū fuiſſe ductū. Inuſitatū illis gētibus, quaſi apud alias natiōes nō idē fieri ꝯſueuerit. Dextris manibus ſanguinē emitterēt. Haurirēt e dextris ſuis ſanguinē nam ut teſtis eſt Her. apud barbaras natiōes, execratiōis, & iuriſiurādi mos fuit, ut dextris manibus ſanguinē hauſtū uino ꝑmiſtū biberēt cū hac execratione, ut q̄cūq; a fœderis lege, & cōiuratiōe defeciſſet, execrabilis eēt. Cōſpirationis, igit̃ aduerſus Tygranē factæ, filius ſe ſociū, & pricipē ꝑbuit. Inuicē ſorberēt. Cōfuſū admiſtūq; ſanguinē ex eorū dexteris hauſtū cōbiberēt, qd' & Catilina in cōiuratione ſua feciſſe dr̃. Vix ferrēt ꝓ ſalute patris. Qui ueſtigium aliquod humanitatis habēt, nō ſuſtinerent pro ſalute patris hanc fieri execrationem, quam aduerſus patrem Sariaſter feciſſe dicitur. Tam cru. cō. Quæ humano ſanguine ſanciebat̃.

ASCENSIVS.

QVANQVAM, q̄d.i. ad qd miremur hoc.ſ. facinus Mithridatis q̄ſi inuſitatū illis gētibus? q.d. fruſtra, cū Sariaſter ita cōſenſerit cū amicis.i. ita cōicauerit, & cōiuratiōnē firmauerit aduerſus patrē ſuū Tigranē regē Armeniæ, ut oēs emitterent, dextris manibus ſanguinē, atq; ſorberēt eū ī uicē.i. alter alterius, qd' magis mirādū eſt. Quia.ſ. Armenii uix ferrēt.i. paterētur, ſup. filiū faciētē fœdus tā cruēta cōſpiratione ꝓ ſalute parētis, ut nūc contra eam fecit.

OVLIERIVS.

SED qd ego iſta cōſector? Hoc exēplū totū eſt ī aſſentatiōe poſitū, & apta nimis, atq; īpudēs aſſentatio, q̄ nō ſine lectoris faſtidio legi poſſit. Cōiuratiōe. n. quā aduerſus Tiberiū auſus eſt moliri Seianus, cūctis reipub. calamitatibus dicit nō ſolū cōferēdā, ſed etiā eē ꝑferēdā. Suet. in uita Tiberii, Seianū, inq̄t, res nouas moliētē, q̄uis iā & natalē eius publice celebrari, & imagines aureas coli paſſim uideret̃, uix tādē & aſtutia magis, ac dolo, q̃ principali autoritate ſubuertit. nā primo, ut a ſe ꝑ ſpeciē honoris dimitteret, collega ſibi aſſūpſit in q̄nto cōſulatu quē lōgo iteruallo abſens ob id ipſum ſuſceperat. Deīde ſpe affinitatis, ac tribunitię ꝑtātis deceptū, inopinātē criminatus ē, pudēda miſerādaq; orone, cū iter alia pr̃es cōſcriptos ꝑcaret̃, mitterēt alterū e cōſulibus, q ſenē ſe, & ſolū in cōſpectū eorū, cū aliquo ꝓſidio ꝑduceret. Sic quoq; diffidēs, tumultūq; metuēs Druſum nepotē ſuū, quē in uīculis adhuc Romæ ꝯtinebat ſolui ſi res poſceret, duciq; cōſtitui ꝑceperat. Aptatis etiā nauibus ad quaſcūq; regiōes meditaret̃ fugā, ſpeculatus ex altiſſima rupe idētidē ſigna: q̄ ne nūcii morarentur tolli ꝓcul, ut q̄cquid factū ꝑſentiret, mādauerāt. Verū & oppreſſa cōiuratione Seiani, nihilo ſecuriore aut cōſtātiore per.ix. ꝓximos mēſes nō egreſſus eſt uilla, q̄ uocat̃ Iouis. Hanc igitur cōiurationē deteſtat̃ Vale. quā dicit per aſſentationē ad humani generis euerſionem, excidiūq; pertimuiſſe. extincto enim īperatore Tiberio, a quo genus humanū regeret̃, id a tāto īperatore deſertū periturū eſſe uidebatur. Sed qd ego iſta

Seianus contra Cęſarē.

conſector/Q uaſi ſeipſum reprehẽdit Vale. q dũ in alienis exẽplis narrandis intentus eſt, deteſtandã aduerſus Tibe. Seiani cõiuratione ꝑtermittat, q̃ attrocitate facti cuncta ſcelera ſuperaſſe uideať. Omni igiť impetu mẽtis. Quãdo quidẽ hoc ſuperat oĩa ſcelera, totis habenis ad id lacerandũ ipellor. Impetu. Impulſu, & ardore mentis. Pio. magis q̃ ualido, potenti. qa ipares ſunt rei tantæ uires igenii mei, nec mihi tãta eſt dicẽdi copia, quę parem huic facto deteſtationẽ reddere poſſet. Et trecẽtorum inclytæ gentis. Trecenti & ſex Fabii aduerſus Veientes ſuis opibus, ſuiſq́ ſumptibus gerẽdũ bellũ ſuſcepeeũt, q apud Cremerã per inſidias cæli omnes ad unũ fuerũt, quæ familia penitus extincta fuiſſet, ni unus, qui pee ætatẽ arma ferre nõ poterat, Romæ relictus eam propagaſſet, de quibus Ouid. lib. Faſto. ii. Hæc fuit illa dies, in qua Veientibus armis Trecẽtũ Fabii ter cecidere duo. Vna domus uires, & onus ſuſceperat urbis. Sumũt gentiles arma poſſeſſa manus &c. quæ ſequũtur. Ex hac igiť familia, ut diximus, unus tm̃ ſuperfuit, a quo duxit originẽ Q. ille Fa. M. de quo Ennius. & alii. Vnus q nobis cũctando reſtituit rẽ. Vñ & Ouid. Nã puer impubes, & adhuc non utilis armis. Vnus de Fabia gẽte relictus erat. Scilicet ut poſſes olim tu maxime naſci. Cui res cunctando reſtituenda foret. Allienſem diẽ. Qui iter nefaſtos dies cõnumeratus eſt, eo q bis eo die Romani clade fuiſſent affecti, & ab Allia Flu. dictus, ubi Romanus exercitus a Gallis fuſus turpiter fuerat, atq́ fugatus. Oppreſſos. in Hiſpania Scipiones Cn. & P. fratres, qui Celtiberorũ ꝑfidia decepti, cũ duobus cõſularibus exercitibus in Hiſpania ceſi fuerunt, de qbus ſatis ſupra dictũ eſt. Traſimenũ lacũ. Apud quẽ Hannibal Cn. Flaminiũ cũ exercitu deleuit. Et Cannæ. ubi Paulus Æmilius cũ Terẽtio Varrone cũ ingẽti clade fuere ſuperati, ut ſæpius dictũ eſt. Sed ui oc. de. Reſpicit ad id, qd Iulius Cæſar in ſydus diciť eſſe trãſlatus. Aræ pu. tem. ac ſi diceret cũcta numina omniſq́ diuinitas, tũc pro iperatoris ſalute uigilauit. Et in primis autor Iupiter. Recte Iouẽ ſeparat a cęteris Diis tãquã patrẽ, regẽq́ hominũq́. ſic & Virg. de Priamo. Forſitan & Priami fuerint, q̃ ſata regis. Nec excel. me. ſua. qa regnante Auguſto, pax fuit in toto orbe terrarũ i quo ſtatu & Tiberius acceperat iperiũ, quod mortalibus Iupiter cõceſſiſſe uideť. Itaq́ ſtat pax. qa Numinũ clementia omnia placata, & quieta ſeruantur. Q ui aũt hoc tẽtauit, Dicit Seianũ cũ uniuerſa ſtirpe eſſe deletũ, Et quas meruerat, cõſpirationis pœnas dediſſe. Q uis enim amicitiæ fide. Nõ ſatis dignis uerbis. Hoc Seiani ſcelus uituperari poſſe dicit, qui amicitiæ fide uiolata, genus humanum i diſcrimẽ occidendo iperatorẽ adducere uoluerit. Genus humanum. Quia in uno iperatore totius generis humani ſalus ſit repoſita.

Traſimenus. *Cannæ.*

In profundo. In baratro. Tu uidelicet efferate. Apoſtrophat ad Seianum, quem omnibus barbaris dicit eſſe crudeliorem, qui Romanum imperium uoluerit intercipere, quod ſi factũ fuiſſet, totus terrarũ orbis cõfuſus ꝑturbatuſq́ fuiſſet, ac ꝑpemodũ euerſus. Vrbẽ a Gallis captã. poſtquã magnitudine, & atrocitate criminis inuectus eſt in Seianũ, nũc ꝑ cõparationẽ illius ipietatẽ exaggerat, dicit. n. oẽs clades Romanorũ ab hoſtibus acceptas cũ hoc tãto ſcelere nõ poſſe cõferri, qd quãtũ in eo fuit, nõ modo referre, uerũ etiã ſuperare oẽs Romanæ urbis calamitates uoluerit. Vrbẽ a Gallis captã. Nota eſt hiſtoria, qũo Breno duce Galli, fuſo fugatoq́ apud Alliam exercitu Romano urbem ceperunt, & totam præter Capitoliũ flamma ferroq́ uaſtarunt.

pio magis, q̃ valido affectu rapior. Quis enim amicitiæ fide extincta genus humanum cruentis in tenebris ſepelire conatũ, profundo execrationis debitæ, ſatis efficacibus verbis adegerit? Tu videlicet efferatæ barbariæ imanitate truculẽtior habenas Romani iperii, quas princeps, parẽſq́ nr̄ ſalutari dextera cõtinet, aut cogitãdo capere potuiſti? Haud te cõpote furoris in ſuo ſtatu mundus manſiſſet. Vrbẽ a Gallis captam, & trecentorũ inclytæ gentis virorũ ſtrage fœdatã allienſem diẽ, & oppreſſos in Hiſpania Scipiones, & Traſimenũ lacum, & Cannas, bellorumq́ ciuiliũ domeſtico ſanguine manantes furores, amentibus propoſitis furoris tui repreſentare, & vincere voluiſti? Sed vigilarunt oculi deorũ, ſydera ſuũ vigorem obtinuerunt: aræ, puluinaria, templa, ꝑſenti numine vallata ſunt. Nihil quod pro capite Auguſti, ac patria excubare debuit, torporẽ ſibi permiſit, & in primis autor, & tutela noſtræ incolumitatis Iupiter, ne excellentiſſima merita ſua totius orbis ruina collaberentur, diuino conſilio prouidit. Itaq́ ſtat pax, valent leges, ſyncerus priuati, ac publici officii tenor ſeruatur. Qui autẽ hæc violatis amicitiæ fœderibus tẽtauit ſubuertere, omni cum ſtirpe ſua Po. Ro. viribus obtritus, etiã apud inferos, ſi tñ illuc receptus eſt, quæ meretur ſupplicia, pependit.

q

ASCENSIVS.

SED quid ego conſector iſta. ſ. externa, gentibus illis ſolita, & in quibus patriã iacturæ res totios uniuerſi fecerit, aut quid immoror in his, cũ cernã cũcta ſcelera ſuperata cogitatione. i. cõceptu, & ꝑpoſito unius parricidii. ſ. Seiani in Tiberiũ (cũ tñ nulgo in titulo habeať de quodã, q Octauianũ, &c. cũ nõ Octauianum, ſed Octauiũ a doctis appellatũ conſtet.) Igitur ego rapior omni impetu mẽtis, & omnibus uiribus indignationis ad lacerandũ. i. acerrime deteſtandũ, id. ſ. parricidiũ, affectu magis pio. ſ. in patrẽ patriæ, q̃ ualido qa nõ ualeo tantopere ipſum dilacerare, quantum uellit, & quantum meruit. Quis enim adegerit ꝑfundo debitæ execrationis uerbis ſatis efficacibus. i. potentibus conatum. i. eum, qui conatus eſt utpote Seianum, ſepelire in tenebris cruẽtis genus humanũ, & hoc fide amicitiæ extincta. ſ. per cędem Tiberii a ꝑfido Seiano factam/ q. d. nullus. uidelicet tu (quẽ ut nefandũ hominẽ non nominat) o Seiane truculentior. i. dirior imanitate barbariæ efferatæ. i. ferali feritate furẽtis, potuiſti capere. i. inuadere, habenas. i. gubernacula Romani imperii, quas princeps, & parens noſter. ſ. Tibe. Cęſar, continet dextera ſalutari. i. ſalutifera/ certe mũdus haud. i. non manſiſſet in ſuo ſtatu. i. periiſſet, te compote furoris. i. ſi exequi potuiſſes parricidium, quod per furorem concepiſti. Tu uoluiſti repreſentare. i. iterum exhibere, & innouare ſaltem in ualore & uincere. Immo etiam ſuperare, amentibus ꝑpoſitis furoris tui, Vrbẽ. ſ. Romam captam a Gallis. i. malum, quod illic paſſa eſt, & fœdatam ſtrage trecentorũ uirorũ inclytæ gentis. ſ. Fabiæ apud Cremeram occiſæ, & diem allienſem infauſtam, ꝓpter ſtragem Romanorũ a Gallis acceptam, & Scipiones. ſ. fratres duos Cn. & Publiũ oppreſſos in Hiſpania a Pœnis fraude Celtiberorũ, & lacũ Traſimenum & Cannas. i. loca apud q̃ Hãni. immanẽ Romanorũ ſtragẽ ædidit, & furores bellorũ ciuiliũ, ut Marii, & Syllæ, Cæſaris, & Põp. Auguſti, & percuſſorũ Cæſaris, manantes ſanguine domeſtico. Sed oculi deorũ uigilarunt, qa deleta eſt coniuratio, & Seianus ad ſuppliciũ tractus, ut Iuue. late docet, ſydera obtinuerunt ſuum uigorem, inter quæ Cæſareum fingebatur repoſitũ. Aræ puluinaria. ſ. in tẽplis Diis pro ſalute principis poſita ut illis Diis excubarent, templa. ſ. deorũ uallata. i. munita ſunt numine. ſ. deorũ præſenti. ſ. per inuocationem, (unde licet uulgus forte putarit ſimulachra eſſe deos, tamen prudentiores non tamẽ ſatis prudentes, qa uanũ erat ante lucem ſurgere putabant non deos eſſe, ſed deorũ domicilia, ad quæ per inuocationem deſcendebant.) Nihil. ſ. numinis, aut diuinitatis, quod debuit excubare pro capite. i. ſalute Auguſti. ſ. Tibe. ac patria. i. pro ſalute patriæ permiſit ſibi torporem. i. dormitationẽ, quæ torpentes facit, & in primis. i. ꝑcipue Iupiter autor, & tutela incolumitatis noſtræ. ſ. Romanæ, aut noſtri ſeculi, prouidit diuino conſilio, ne excellentiſſima merita ſua templa, & alia imperii inſignia, quæ merito, & beneficio Iouis Ro. aſſecuti erant, collaberentur ſup. cum ruina totius orbis. Itaq́. i. & ita. quia Dii uigilauerunt pro Tibe. & imperio eius, pax. ſ. ſub Auguſto nata, ſtat. ſ. in uigore ſuo, leges ualent, tenor officii priuati, ac publici ſeruatur ſyncerus. i. integer, & incorruptus. (Hoc autem boni habet id genus aſſentationis, q dum ꝑ aſſentationẽ dicunť principes optimos eſſe, tacite ut tales ſint admonent) autem. i. is ſup. uidelicet Seianus, qui tẽtauit ſubuertere dicta hæc. ſ. bona, obtritus uiribus Po. Ro, cum omni ſtirpe ſua pependit

pendit (legam pendit) quia dicit meretur, quaſi adhuc pēderet exoluit ſupplicia quæ meretur, etiam apud inferos, ſi tñ receptus eſt illuc. i. ad ſedes inferorū. Nam miſeri mortales credebant deteriorem conditionē illorum, qui nō reciperentur ab Inferis, ut manes ſepultorum, & qui hic iuſta nō eſſent aſſecuti, tales enim ut. vi. Æneı. dicitur. Centum errant annos, ex ægyptiaca hæreſi.

co, uñ pcioſa in cōſpectu dñi mors ſctōrū eius. Mors aūt pctōrū peſſima, ſed fere q̄lia ſunt media, talis eſt finis) ıōq; nos iudicamus demū. i. ſolū eū felicē, cui cōtigit, &. i. ſil' accipe lucē. i. ıgredi uitā hāc pſpere. i. benigno aſpectu ſyderū, aut potius fauor deorū, ſed rex Iupiter oibus idē, & reddere. ſ. deo, a quo tāquā depoſitariā accepimus ſup. uitā placide, curius medii tpis pagit', mō aſpero, mō trāquillo motu, pout. i. ſcdm q̄ fortuna rexi gubernaculū, (qd' de rebus fortunæ cōcedi pōt, ſed eē neq; felicē, neq; uere miſerū patiūt eri tū) pagit' inquā ens, ſemp minor ſpe, dū. i. qñgdē extēdit' cupide uotis ſemp, uidelicet plura cupiēdo, & cōſumit' fere. i. q̄ſi totus ſine rōne. i. debita gſtionē. Nā ſi uelis uti eo. ſ. curſu medii tpis uitę, bñ. i. decēter tu efficies paruū numerū annorū ampliſſimū ſuperando ſup. eū multitudine operū (qa licet in puo tpe multa opari, & ſi qs puētus fuerit, ut multa ſicut inſtituerat operari nequerit deus uolūtatē p effectu coronabit, & ita, ut recte dixit Seneca, nō refert q̄diu, ſed q̄ bñ uixeris) alioq. i. alr qd attinet. ſ. ad rē. i. qd utilitatis hēt, gaudere mora. i. pductiōe uitę inerti. i. ignauę minus induſtriaſq. d. nihil, ſi. i. dūmodo tu exigas. i. inſolenter petas aut turpiter expetas magis uitā q̄ approbes. ſ. tibi decēter ɔceſſam nihil enim eſt tēpore pcioſius, cuius pciū bonis opibus approbat'. Sed ne euager longe, faciā mentionē eorū, q abſumpti ſunt. i. extincti, aut ſublati, non uulgari. i. inſueto genere mortis.

DE MORTIBVS NON VVLGARIBVS.

CAP. XII.

HVmanæ autē vitæ conditionē præcipuæ primus, & vltimus dies continet: quia plurimum intereſt qbus auſpiciis inchoet, & quo fine claudatur: ideoq; eū demū felicem fuiſſe iudicamus, cui & accipere lucem proſpere, & reddere placide contigit. Medii temporis curſus, prout fortuna gubernaculū rexit, modo aſpero, modo trāquillo motu peragitur, ſpe ſemper minor, dū cupide votis extēditur, & fere ſine ratione conſumitur. Nam & ſi eo bene vti velis, etiā parū ampliſſimum efficies numerū annorum, multitudine operū ſuperando. Alioqui quid attinet inerti mora gaudere, ſi magis exigas vitā, q̄ approbes: ſed ne longius euager, eorum mentionem faciam, qui nō vulgari genere mortis abſumpti ſunt.

DE TVLLO HOSTILIO.

Tullus Hoſtilius fulmine ictus, cum tota domo conflagrauit. Singularē fati ſortē, qua accidit, vt columen vrbis, in ipſa vrbe raptum, ne ſupremo quidem funeris honore a ciuibus decorari poſſet, cæleſti flāma in eadē conditione redactū, vt eoſdē penates, & regiam, & rogum, & ſepulchrum haberet.

DE DVABVS MVLIERIBVS.

Vix veriſimile eſt in eripiendo ſpiritu idem gaudium potuiſſe, quod fulmen: & tū idem valuit. Nunciata enim clade, quæ ad lacū Traſimenum inciderat, altera mater ſoſpiti filio ad ipſam portam facta obuia, in cōplexu eius expirauit: altera cū falſo mortis filii nuncio meſta domi ſederet, ad primū conſpectum redeuntis exanimata eſt: Genus caſus inuſitatū, quas dolor non extinxerat, lætitia conſumpſit.

OLIVERIVS.

HVMANÆ aūt uitæ cō. Dicturus de hoium morte nō uulgari, pfat' quodāmodo, & humanæ uitæ cōditionē ex ortu, & occaſu hominū cognoſci, ut eum uere felicē dicamus, qui natus optimis auſpiciis uitā honeſtiſſime finient, ſed cū uita, qua fruimur breuis ſit, dicit memoriā nīt faciēdā eſſe q̄ maxime longā uirtute, & rerū geſtarū gloria, ne uitæ cupiditate ducti, malimus in otio, & lāguore diutius uiuere, q̄ breue temporis ſpaciū factis illuſtrare. Primus di. quo ſydere naſcatur qſpiā. Et ult. quo genere mortis extinguat'. Præcipue. q. d. nō negauerim cæteros quoq; dies ad cōſiderationē uitæ cōferre, ſed præcipue notādus eſt primus uitæ dies quo ſit ſydere natus, nā ſi benigno fuerit ortus, plurimū ualet ad reliquū uitæ tēpus feliciter exigēdū. Et r. p. c. iuxta illud Solonis, quod ab Ouid. ſumptū eſt, ſed. ſ. ultima ſemp exſpectāda dies homini eſt, diciq; btūs. Ante obitū nemo ſupremaq; funera debet. Medii aūt tē. cur. Mediū, igt, uitæ ſpaciū p fortunę libidine uerſat', ut mō ſit amaritudine, mō ſit iocūditate reſpſum. Prout. f. g. re. Nō ſine rōne gubernaculū dixit, nā ut, igt, Lactā. Fir. de falſa religione fortunæ ſimulachrū cū copia, & gubernaculo fingebat', tāquā ea eēt, q̄ opus tribueret, & humanarū rerū regimē obtineret, cui opinioni & Virg. aſſentire ut', q fortunā oipotētē appellat, & hiſtoricus, q ait ſed pfecto fortuna i oī re dñat'. eſt aūt fortuna ut ab eodē Lactātio diffinit', accidētiū rerū ſubitus, atq; inopinatus euētus. Cic. tñ lib. de diuinatiōe fortunā penitus tollit, cū dicat nihil eſſe tā cōtrariū rōni, & cōſtātię, q̄ fortunā, ut ne in deū qdē cadere poſſe uideat', ut ſciat qd caſu & fortuitu futurū ſit. ſi. n. ſit illud, certe eueniet, ſi certe eueniet, nulla eſt fortuna. Spe ſemp mi. qa hoies ſe diutius uicturos eē ſperāt ſed uitæ curſus ſpe ſemp breuior eſſe ſolet. ſed duplici rōne ſit breuis, & q̄ ſibi lōgiorē uitā unuſq;ſq; pſumit, & q̄ ſine rōne trāſig't a multis. Nā & ſi eo bñ uti uelis. Si bñ uiuendi rōnē hoīes ſequerent', uitæ curſus quatūlibet breuis, lōgiſſimus efficeret'. dāda eſt igit' opera ut cū uirtute uiuat'. Inerti mora. ignauæ uitæ lōgitudine. Magis exigas, quā approbes. Magis uitæ longitudinē optes, quam uirtute, & recte factis uitam illuſtres.

ASCENSIVS.

HVMANÆ &c. Aūt. i. ſed, primus & ultimus dies humanę uitæ cōtinet pcipue cōditionē. i. q̄litatē hoc eſt felicitatē, aut ifelicitatē ſup. eius, q alntereſt. i. refert plurimū, qbus auſpiciis. i. initiis, & qbus ſyderibus, ſeu quo horoſcopo, ac facie cęliū m Ariſtologos ichoet' (uñ Iuue. Diſtat. n. q̄ ſydera te excipiāt, primos icipiētē ſidere uagitus, & adhuc a mr̄ tubētē. Cā ē, plus eteni fati ualet hora benigni. Quā ſi te Veneris cōmēdet epl'a Marti) & quo fine claudat' (qd' certe plurimū refert, qa q̄lē te iuenio talē te iudi

OLIVERIVS.

TVLLVS Hoſti. ful. ictus. Poſt multa bella ɔfecta, cū homīes uulgo eū ſtatū rerū, q ſub rege Nūa fuerat, reqrerēt, unā. ſ. opē ęgris corpib' relictā eē credētes, ſi pax, ueniaq; Diis immortalibus eēt ipetrata, regis Numę cōmētarios adiuit. hūc igit' ea cōmētaria uoluentē tradūt, cū ibi q̄dā occulta ſolēnia, & ſacrificia Ioui elicio facta iueniſſet, opatū his ſacris ſe abdidiſſe. ſed nō ritefactū, & curatū id ſacrū eē, nec ſolū ei nullā oblatā cęleſtiū ſpeciē, ſed ira Iouis ſolicitata, praua iam religione fulmine ictū cū tota domo flagraſſe regnauit aūt annis. xxxii. cuius tpibus ferū Byzantiū ciuitatē, q̄ nūc Cōſtātinopolis dicit', fuiſſe cōditā. Diony. Alicarnaſeus de hoc incēdio duas affert opiniōes, & dicit ſuccēſam domū alios putare p fulmē ob quorūdā ſacrorū intermiſſionē, plures tñ humani inſidiis eſſe factum id opus aſcribentes Martio, q poſt eū regnū obtinuit, ſed hanc opinionē paulopoſt multis rōnibus cōfutat. Vt culmen urbis. i. rex ſuſtentaculū urbis Romanæ, nā columen a colūna dictū eſt, ſicut enim colūna domū ſuſtinet, ſic & reges ſuas urbes, & oppida ſuſtinere uidentur. Byzātiū ciuitas.

ASCENSIVS.

TVLLVS Hoſti. rex Ro. cōflagrauit cū tota domo. i. familia, ictus fulmine. Singularē. i. o ſingularem ſortē fati. i. mortis, q̄ accidit ut columē urbis. i. rex ipſe raptū. ſ. a morte, in ipſa urbe, ne qdē. i. nō ſaltē poſſet decorari a ciuibus ſupremo honore funeris. redactū cęleſti flāma in eadē (legerē in eā) ɔditionē, ut hēret eoſdē penates, & regiā. ſ. dū uiueret, & rogū, & ſepulchrū. ſ. in funere poſt fata.

OLIVERIVS.

VIX ueriſimile. dicturus de duarum fœminarum morte non uulgari, oſtendit mirum eſſe uim tantam in eripiendo ſpiritu Gaudiū perimit.

DE M. IVVENTIO TALVA COS.

Sed minus miror, quod mulieres. Marcus Iuuētius Talua Conſul, collega Tiberii Cracchi conſulis, cum in Corſica, quā nuper ſubegerat, ſacrificaret, receptis literis decretas ei a ſenatu ſupplicatiões nunciantibus, intento illas animo legens calligine orta ante foculū collapſus, mortuus humi iacuit: quē quid aliud q̄ nimio gaudio euectū putemus? En cui Numantia, aut Carthago excidenda traderetur.

DE Q. CATVLO.

Maioris aliquanto ſpiritus dux Quintus Catulus, Cimbrici triumphi cum Mario particeps a ſenatu datus, ſed exitus violentioris: nanq; ab hoc eodem Mario poſtea propter ciuiles diſſenſiones mori iuſſus, recenti calce illito, multoq; igni percalfacto cubiculo, ſe incluſum peremit: cuius tam dira neceſſitas maximus gloriæ Marianæ rubor extitit.

DE LVCIO CORNELIO MERVLA.

Qua tempeſtate Reipub. Lucius quoq; Cornelius Merula conſularis, & Flamen Dialis, ne ludibrio inſolentiſſimis victoribus eſſet, in Iouis ſacrario venis inciſis contumelioſæ mortis denunciationem effugit: ſacerdotiſq; ſui ſanguine vetuſtiſſimi foci maduerunt.

repentinū, & inopinatū habuiſſe gaudiū, quantā in Tullo fulmē obtinuit, fuit autē tēpore ſecū. pu. bel. poſt cladem apud Traſimenū Ro. illatā, cum uarie affecta ciuitas eſſet fœminarū præcipue, & gaudia inſignia erant, & luctus, nam unā nunciata clade in ipſa porta Soſpite filio repente oblato, & in conſpectu eius repēte expiraſſe ferunt, alterā cui mors filii falſo nūciata erat mœſtam ſedētem domi, ad primū conſpectū redeuntis filii gaudio nimio exanimatā. Soſpiti. Saluo, & incolumi filio.

Exanimata. Hoc loco mortua dicitur, quamuis teſte Seruio, exanimus mortuus, & exanimatus territus dicat. Virgi. Exanimūq; auro corpus uendebat Achilles. Item exanimata ſequēs impingeret agmina muris. Genus caſus. Genus mortis. Inuſitatū. Præter cōſuetudinē. nam id rariſſimum eſt, nec uidetur eſſe naturale, q̄ qs gaudio pereat, philoſophi dicūt cor a ſanguine deſeri in nimia lætitia, & q̄a relaxatis uenis toto corpore diffunditur, contra uero in metu fieri, ut de ſertis partibus exterioribus corporis ad cor ſanguis accurrat, & ei laboranti opem ferat ſi corrigitur in lætitia deſeritur a morte facile opprimitur.

ASCENSIVS.

VIX uериſimile eſt gaudiū poſſe idē. i. eundē effectū, in eripiendo ſpiritu. i. In ſubito necādo, q̄d fulmen. ſ. potuit in domum Tulli regis, & tñ ualuit idē. Enim. i. q̄a clade. i. calamitate, & ſtrage Romanorū, q̄ inciderat in cōflictum cū Pœnis apud Traſimenum. ſ. lacū, uel Traſimenū mōtē, altera duarum mulierū. ſ. Romanarū facta obuia filio ſoſpiti. i. ſaluo, quē interēptū crediderat, ad ipſam portā expirauit in complexu eius, altera cum ſederet domi mœſta falſo nuncio. i. ob falſum nunciū mortis filii. i. quā acceperat de morte filii eſt exanimata. i. priuata uita ad primū cōſpectum eius. Genus. i. o genus caſus. ſ. in mortē inuſitatū, q̄a ſup. lætitia cōſumpſit, quas dolor non extinxerat.

OLIVERIVS.

SED minus miror, q̄ mulieres. Comparat mulieribus M. Iuuentiū conſulē Gracchi collegam, qui nimia & ipſe lætitia periiſſe creditur. nam cum ſacra Diis exhiberet in Corſica, quā auſpiciis ſuis atq; ductu ſubegerat, literæ a ſenatu redduntur, quibus illi ſupplicationes fuiſſe decretas ſignificabatur, ſed eū intenſiori animo legeret eas, nimio euectus gaudio, ante ipſa deorū altaria, ueluti uictima moribūdus cecidit. Plin. lib. vii. M. Iuuentius Talpa cōſul cū ſacrificaret. ſ. periit. In Corſica. Quā liguſtici ſinus æquor alit, teſte Solino. Sacrificaret. Propter rem feliciter geſtā, Diis uota pſolueret. Supplicatiões. Silicet fuiſſe decretas illi. nam mos erat ut ſæpe diximus, q̄ parta uictoria in omnibus templis ſupplicationes decernerentur Diis illis, quos uictoriæ autores fuiſſe exiſtimabant, deinde triumphi ſpes erat Imperatori qui uictoriam fuiſſet conſecutus, nā p̄cedebant ſemp ſupplicationes, ſequebatur deinde triūphus. Caligine orta. Cum obtenebrati eius eſſent oculi. En cui. Ironia eſt. q. d. quid ſi Carthaginem euertiſſet, ſi Numantiam ſuſtuliſſet, quod Scipio fecit.

ASCENSIVS.

SED minus miror quod mulieres. ſ. præ nimio gaudio extinctæ ſint, quaſi dicat cum idem contigerit uiris, nam M. Iuuentius Talpa conſul, collega Tiberii Gracchi iterum conſulis, cum ſacrificaret in Corſica. ſ. prouincia, non procul ab Italia, quam ſubegerat nuper. i. pauloante literis nunciantibus ſupplicationes. ſ. deorum ut nos dicimus, rogationes, aut proceſſiones decretas ei. i. ad hominem eius, ab ſenatu ob res bene geſtas ab eo, receptis. ſ. a tabellario publico, legens illas animo intento, collapſus ante foculum, in quo ignis ad ſacrificium aptus ſouebatur, caligine. ſ. oculorum orta. ſ. ſubito præ nimia lætitia, iacuit humi. i. ſuper humum mortuus. Quē quid aliud putemus, ſup. paſſum, aut quid aliud, pro quo alio putemus euectum, q̄ nimio gaudio / q. d. nil aut nullo. En (ironicos) ſup. uirum dignū, cui Numātia, aut Carthago belliçoſiſſima utraq; urbs traderet. ſ. merito excidēda, cū ꝓ tā leui gaudio ipſe extinctus ſit.

OLIVERIVS.

MAIORIS aliquanto ſpiritus. Plutar. in uita Marii, Catulus inquit, Luctatius, q̄ Marii collega fuerat, & de Cimbris cum eo triūphauerat. Itē Pli. in principio libri. xvii. Aliquanto pſtantior in eodē palatio Quinti Catuli, qui Cimbros cū Mario fudit poſtquā Marius pro Catulo rogātibus dixit eum mori oportere incluſus domi, accenſis carbonibus ſeſe ſuffocauit. Beatus Auguſt. de ciuit. dei lib. iii. Catulus, inquit, hauſto ueneno ſeſe e manibus inimicorū ſubtraxit. Lucius Florus, Catulus, inquit, ſe ignis hauſtu ludibrio hoſtium exemit, fuit autē hic Catulus C. Marii collega in q̄rto conſulatu aduerſus Cimbros, & Senones, in quo bello uictoriæ dux, & autor fuiſſe creditur. nam poſt cæſos hoſtes cum Marii milites pecunias diripuiſſent, ſpolia, & turbæ, & ſigna in caſtra Catuli delata fuerunt, quæ apud ſe Catulus diligentiſſime ſeruari uoluit, ut appareret eum uictoriæ autorem extitiſſe. Et cum inter milites Marii, atq; Catuli de uictoria contentio eſſet oborta, in hæc pacta conuenerunt, ut legati Parmēſium, qui tum aderant, de re iſta iudicarent. hi ducti per cadauera hoſtium a militibus, conſpexerunt iaculi militum Catuli barbarorum corpora eſſe perforata, dignoſcebantur ex inſcriptis literis, quæ nomen Catuli in telis deſignabant. uerum famam, & gloriam totam Mario propter primam uictoriam, & nomen imperii tribuebant.

Catuli mors.

Recenti calce illito. Noua calce aſperſo, & uncto. eodem ferme genere mortis, Mantuæ legi ſponſum, & ſponſam fuiſſe conſumptos, cubiculo noua calce illito, carbonis igne correpto.

ASCENSIVS

MAIORIS &c. Quintus Catulus dux. ſ. exercitus Romani datus a ſenatu particeps triumphi Cimbri. i. de deuictis Cimbris, cum Mario, ſup. fuit ſpiritus maioris aliquanto, ſed exitus uiolentioris. Nanq; iuſſus poſtea mori ab hoc eodem Mario, propter diſſenſiones ciuiles, peremit ſe incluſum cubiculo illito calce recenti, & percalefacto multo igne quia fumus carbonum, & uaporum recentum parietum ſubito necat, uix dolorem aliquem ſentientes. cuius, ſcilicet Catuli neceſſitas tam dira, quia ad id genus mortis compulſus fuit, extitit maximus rubor gloriæ Marianæ. ſ. in bello ciuili.

OLIVERIVS.

QVA tempeſtate. Cornelius Merula, qui pulſo Cinna, conſul, in eius locum fuerat ſubſtitutus, poſt reditum Marii, atq; Cinnæ, ubi uidit e manibus eorum elabi non poſſe, in templo Iouis, cuius flamen erat, ſucciſis uenis ſibi mortem ipſe conſciuit, focos etiam, & aras ſuo ſanguine reſperſit. Aug. de ciui. dei lib. iii. ca. xvii. Merula, inquit, flamen Dialis præciſis uenis Ioui etiam ſuo ſanguine litauit. Florus uero, Merula, inquit, flamen Dialis in capitolio Iouis ipſius oculos, uenarū cruore reſperſit.

Merula Corneli⁹ inciſis uenis perit.

Qua tem. Quo tempore, in qua ſignificatione Salu. frequēter ponit. licet & pro calamitate accipi poſſit. dicimus etiā tēpeſtatē

teſte

teſte Ser. uentos, auras, ſerenitatem, Virgil. Dii Maris, & terræ tempeſtatumq́ꝫ potentes, tempeſtatum dixit, ut uult Ser. uentorum, aurarum, & temporum ſerenitates, unde & alibi. unde hoc tā clara repente tempeſtas. Ludibrio. Ignominiæ, & illuſioni.

Mænianus locus dictus eſt, ubi iudicia ferebantur, erat autē tanquā baſilica eminentior. Iudicium cogebat. Iudices congregabat. Prætextā ponētē. Separantē ad agendum. Sudario. Velamine, quo ſudorē abſtergebat. Coarctatis. Cōſtrictis, & eliſis. Igit illuſtris igenii orator. Eloquētia quāuis plurimum ualeret Licinius, tn̄ inuſitato mortis genere, & egeſtatē domeſticæ rei, & iudicii ignominiam uitauit.

DE HERENNIO SICVLO

Acer etiam, & animoſus vitæ exitus Herennii Siculi, quo C. Graecchus, & aruſpice, & amico vſus fuerat: nam cum eo nomine in carcerem duceretur, in poſte illiſo capite in ipſo ignominiæ aditu concidit, ac ſpiritū depoſuit: vno gradu a publico ſupplicio, manuq́ꝫ carnificis citerior.

DE CAIO LICINIO.

Conſimili impetu mortis Caius Licinius Macer, vir Prætorius Calui pater repetundarum reus, dum ſententiæ dicerentur, in Mænianum conſcendit: ſiquidem cum Marcū Ciceronē, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentē vidiſſet: miſit ad eum, qui diceret, ſe non damnatū, ſed reum periiſſe: nec ſua bona haſtæ poſſe ſubiici. Ac protinus ſudario, quod forte in manu habebat, ore & faucibus coartatis, incluſo ſpiritu pœnam morte præcurrit: qua cognita re Cicero, de eo nihil pronunciauit. Igitur illuſtris īgenii orator ab inopia rei familiaris, & a crimine domeſticæ dānatiōis inuſitato p̄rni fati genere vīdicatus eſt: fortis huius mors, illorū perridicula.

DE CORNELIO GALLO, ET TITO ÆTHERIO.

Cornelius enim Gallus Prætorius, & Titus Aetherius eques Rom. inter vſum puerilis Veneris abſumpti ſunt: quāquam quorſum attinet eorum cauillari fata, quos non libido ſua, ſed fragilitatis humanæ ratio abſtulit: fine nanq́ꝫ vitæ noſtræ variis, & occultis cauſis expoſito, interdum immerentia ſupremi fati titulum occupant: cum magis in tempus mortis incidant, q̃ ipſam mortem accerſant.

ASCENSIVS.

¶ QVA tēpeſtate. i. tpe calamitoſo reipub. Lucius quoq́ꝫ Cornelius Merula ſup. uir conſularis. i. qui aliquādo cōſul fuerat, & flamen. i. ſacerdos Dialis. i. Iouis, qui & diuus dr̄, ne eſſet ludibrio uictoribus inſolētiſſimis. i. ſuperbia petulantiſſimis, Mario, & Cinnæ, uenis. ſ. ſuis inciſis in ſacrario. i. ſacrorū repoſitorio Iouis. i. ad Iouē capitolinū pertinentiū, eſ fugit denunciationem mortis cōtumelioſæ, & foci uetuſtiſſimi. i. Iouis Capitolini, maduerunt ſanguine ſacerdotis ſui.

OLIVERIVS.

¶ ACER, & animoſus. Nō minus fortiter uitam finiuit Herēnius q̄ Cor. Cū L. Opimius cōſul C. Grac. agrarias leges cōtra ſenatus autoritatē ferre molientē ſuſtuliſſet, Herēnius Siculus, qui ut aruſpex, & familiariſſimus Gracchi fuerat damnatus, ꝙ cum Graccho ſenſiſſe diceret, cū duceretur in carcerē, carceris poſti caput illiſit, ut uitam in aditu ipſo reliqueret ſuam, & ſic morte nō uulgari, quod imminebat ſupplicium effugit. Eo no. in. c. du. in po. Ea cauſa, quod cōtra ſenatus decretū cum Graccho ſenſiſſe diceret. Ignominiæ adi. con. In ipſo carceris aditu, ubi ignominioſe periturus erat. A manu car. cite. Ac ſi diceret parū abfuit, quin in carcerē truſus necaretur a lictore.

Herēnii mors.

ASCENSIVS.

¶ ACER &c. Exitus uitę Herennii Siculi, quo Caius Grac. fuerat uſus, & aruſpice, & amico, ſup. fuit acer, & animoſus, nam cū duceret in carcerē eo nomine. i. eam ob rem, ꝙ fuerat aruſpex, & amicus Caii Gracchi, & ita eius facinoris autor putabatur, capite eius illiſo. i. confracto in poſte, concidit in ipſo aditu ignominiæ. i. cum in carcerē ingredi deberet, ubi a ſpiculatore necem accepturus erat, ac depoſuit ſpiritum citerior. i. uicinior, ad eos, qui extra carcerem erant uno gradu. i. paſſu aut extenſione unius pedis in progreſſu a publico ſupplicio, & manu carnificis, quia ſi unum gradum deſcendiſſet, iam illi carnifex manum iniecisſet.

OLIVERIVS.

¶ CONSIMILI impetu. C. Licinius Macer repetundarum poſtulatus ex Aſia, cum dicturus cauſam uidiſſet Ciceronem in accuſationem eſſe paratum, deſperata cauſa, & ſalute in Mænianum aſcendit, & Ciceroni nunciari iuſſit oratione nō eſſe opus, quoniam iudicium morte præueniſſet, & ita ſumpto ſudario, quod ſecum geſtabat, ſibi ſpiritum intercluſit, ne damnato illo, eius quoq́ꝫ bona ſubhaſtarentur. fuit autē hic Licinius, qui Ciceroni cōferebatur in eloquentia, declamator eximius, ut in Senecæ declamationibus uideri licet. Repetūdarū reus. Accuſatus repetūdarū ex Aſia. Mænianū. Locū iudicii ab ædibus Mænii denominatū. nam cū ædes ſuas Catoni, & Flacco cōſulibus Mænius uendidiſſet, ut locus eſſet, ubi iudicia exercerentur, columnam ſibi reſeruauit, quam etiā tabulatis circundedit, ut inde poſſet gladiatorū munus ſpectare cū ſuis, & ab ædibus Mænii,

Mænianum.

Illuſtris orator. quia clariſſimus fuit orator, cuius meminit Cice. lib. de oratore. Ab inopia rei familiaris. Quia ſi damnatus fuiſſet, & eius bona ſubhaſtata, ad inopiam redacta eſſet eius familia. Crimine domeſticæ damnationis. Sic quoq́ꝫ genus, familiamq́ꝫ ſuam a turpitudine futuræ damnationis uendicauit, ut tāta infamia domus notari non poſſet. Paterni fati. Quia pater non hoc genere mortis extinctus fuerat. Vindicatus eſt. Se liberauit. Illorum. de quibus dicturus ſum. Ridicula. Riſu digna, ſed melius dixiſſet, deteſtanda.

ASCENSIVS.

¶ CONSIMILI &c. Caius Licinius Macer uir Prætorius. i. q aliquando Prætor fuerat, pater Calui. ſ. Licinii reus repetūdarum. ſ. pecuniarū ablatarū ab Aſia prouincia, dū ſententiæ dicerentur. ſ. in eum, conſcendit in Mænianū. i. locū iudicii rerū capitaliū. Siquidē. i. quoniā cū uidiſſet Marcū Ciceronem, qui cogebat. i. conuocatum tenebat, id iudicium. i. eos iudices deponentem prætextā, ut. ſ. percraret, miſit ad eum ſup. nūcium, qui diceret, ſe non periſſe damnatum, ſed reum priuſquā. ſ. ſentētia ferretur, nec ſua bona poſſent ſubiici haſtæ. i. uēdi ſub haſta, & ut dicunt cōfiſcari, quia indemnatus mortuus fuerit. ac præcurrit protinus pęnam. ſ. ſubhaſtationis bonorum ſuorum cum ultimo ſupplicio, morte. ſ. ſua ſpiritu. i. anhelitu incluſo ore, & faucibus ſuis coarctatis. i. conſtrictis ſudario. i. ſudoris abſterſiuo panniculo, quod tenebat forte, quia non ad eum uſum in manu, ſcilicet ſua. Qua re, id eſt cuius morte cognita. Cicero nihil pronunciauit de eo, id eſt non tulit ſententiam diffinitiuam. Igitur orator ingenii illuſtris, id eſt clari, ſcilicet Catulus uindicatus eſt, id eſt liberatus ab inopia rei familiaris, & a crimine damnationis domeſticæ, ut Oliue. accipit, ne mors ſua familiæ ſuæ uitio detur, & ita criminaretur, id eſt damnaretur, & male audiret eo nomine. uel a crimine damnationis domeſticæ. i. qua etiam domus eius damnata fuiſſet genere fati paterni inuſitato etiam, id eſt quo pater uſus non fuerat, aut inuſitato aliis, &c. Mors huius. ſ. Catuli fuit fortis, mors illorum, ſcilicet quos dicet ſup. fuit perridicula, id eſt multum ridicula, immo abominanda, ut patebit.

OLIVERIVS.

¶ CORNELIVS Gallus Prætorius, & Ti. Ætherius. Horum mors non ſolum obſcœnitatis, ſed abominationis plena, ut dum pueris abuterentur in ipſa coitus obſcœnitate perierint, quanquam & obſcœnus poeta dixerit. Dum facerent omnes ut nos moremur in illo. Horum meminit Plin. libr. vii. naturalis hiſtoriæ, & eos Venere obiiſſe dicit. Quanquam quid attinet. Dignus certe reprehenſione Valerius,

qui tantā turpitudinē excuſare quodāmodo uelle uideat̃, quę ſit
omni inſectatione digniſſima. dicit enim non eſſe omnino cõs
uitio lacerãdos, cũ nõ libidine, ſed caſu potius quodā periiſſe ui
deri poſſint, q̃a fragilitas humana mille ſit ſubiecta periculis, &
caſibus. ego uero id diuino iudicio potius factũ eſſe crediderim
ne tantum ſcelus ĩpunitũ eſſet. Finē nanq; uitæ. Vult arguere
potuiſſe illis ſubitā aliis de cau
ſis accidere mortem, cũ enim
incertus ſit uitæ noſtræ finis,
uariiſq; uaſibus expoſitus, nõ
nũquā ab inſtantibus in ſupres
mo fato, titulum mors ipſa ſor
titur, illi uero cum in obſcœni
tate forent, quo tēpore uitæ ca
ſus inſtabat, obſcœnitati mors
quidem aſcribitur, quãquā ins
ſtãtia ĩ ipſo exitus tēpore incis
dunt, magis afferant ſupremi
fati titulum. Quia mors deno
minatur ab eo, quod quis fece
rit, cũ ſubito caſu opprimitur.
Accerſant. Prouocēt, oſtēdit
ſceleſtos illos, etiam ſi alteri rei
tunc fuiſſent intenti, tamen
mortem euadere non potuiſſe.

EXTERNA. I

DE COMA FRATRE DIOGENIS.

Sunt & externæ mortes dignæ annotatu: qualis
in primis Comæ, quem ferunt maximi latronũ du
cis Diogenis fratrem fuiſſe. Is enim ad Rutiliũ Con
ſulem Enna, quã prædones tenuerant, in poteſta-
tem noſtram redacta, productus: cum de viribus, &
conatibus fugitiuorũ interrogaretur: ſumpto tem-
pore ad ſe colligendum, caput operuit, innixuſq; ge-
nibus conpreſſo ſpiritu, inter ipſas cuſtodũ manus,
inq; conſpectu ſummi imperii, exoptata ſecuritatē
acquieuit. Torqueant ſe miſeri, quibus extingui, q̃
ſupereſſe vtilius eſt, trepido, & anxio cõſilio, qua nã
ratione vita exeant quærentes: ferrum acuant, vene
na temperent, laqueos apprehendant. vaſtas altitu-
dines circunſpiciant, tanquam magno apparatu, aut
exquiſita molitione opus ſit, vt corporis, atq; animi
infirmo vinculo cohærens ſocietas dirimatur. Ni-
hil horum Coma, ſed intra pectus incluſa anima,
finem ſui reperit. Enimuero minimo ſtudio reti-
nendum bonum, cuius caduca poſſeſſio tam leui
afflatu violentiæ concuſſa dilabi potuit.

DE ESCHYLO POETA.

Eſchyli vero poetæ exceſſus, quemadmodũ non
voluntarius, ſic propter nouitatē caſus referendus.
In Sicilia mœnibus vrbis, in qua morabatur, egreſ-
ſus, aprico in loco reſedit, ſuper quem Aquila teſtu
dinem ferens, eluſa ſplendore capitis (erat enim ca-
pillis vacuum) perinde, atq; lapidi eam illiſit: vt fra-
ctæ teſtudinis carne veſceretur: eoq; ictu origo, &
principium fortioris tragœdiæ extinctum eſt.

ASCENSIVS.

CORNELIVS enim Gal.
Præ. & Tit Æthe. eques Rom.
abſumpti ſunt. i. extincti, & ſpi
rito, ac ſemine exhauſti, inter
uſum immo abominabilem,
& ſodomitico igne dignũ abu
ſum, ueneris puerilis .i. coitus
cum pueris. Quãquã. i. uerũ
tamē, quorſum attinet. i. ad q̃d
tendit cauillari .i. cõtumelioſa
cauillationem p̃ſequi fata. i. ge
nera mortis eorũ, quos nõ libi
do ſua, (quaſi uero ſoli ſint in
coitu nimio) ſed ratio. i. uis fra
gilitatis humanæ abſtulit. Nãs
que fine uitæ nr̃æ .i. humanæ
expoſito. i. obiecto, uariis, & oc
cultis cauſis. i. cum uita noſtra
tot ſubiaceat caſibus imerens
tia. i. innocua, & quæ nihil de
nobis mali meruerũt, occupãt
interdum titulum ſupremi fas
ti, id eſt dicuntur cauſa mors
tis noſtræ fuiſſe, cum .ſ. ea ims
merentia quibus imputatur mors noſtra, incidunt magis in tēs
pus mortis, quam accerſant. i. acceleranter faciant ipſam mors
tem, quaſi dicat etiam ſi in coitu non fuiſſent, morituros tunc
fuiſſe. ſed nullo pallio fœditatem illam ſatis texerit, cum etiam,
ſi non fuiſſent mortui, non minus turpius eſſent dicendi.

OLIVERIVS.

SVNT & externæ. non uulgares quoq; externorũ mortes
Comæ mors. relatione dignæ ſunt, qualis Comę in primis fuiſſe traditur, qui
Diogenis latronũ ducis frater captus, cũ ad P. Rutiliũ ductus eſ
ſet, & ex eo quæreretur de genere belli, de multitudine ſeruorũ,
atq; eorũ cõſiliis, ſumpto ad rñdēdũ ſpacio, ſibi ipſi ſpiritũ inters
cluſit, maluitq; fortiſſimus latro, in cõſpectu conſulis, & totius
exercitus ſibi mortē inferre, q̃ ſuorum conſilium prodere, & ius
dicio publico damnari. Comæ. Nomen proprium, eſt autē ges
nitius a Comes, ſicut Anchiſes Anchiſæ. Ad Rutiliũ conſulē.
Qui ut diximus in cap. de mutatione fortunæ, conſul in Siciliã
miſſus, ut prouinciam illam ſeruili bello occupatam reciperet,
& a fugitiuorum impetu tutam pacatamq; redderet, poſt cõfes
ctũ bellum, ex decē legatorũ ſententia ſiculis leges impoſuit. Ad
ſe colli. Ad deliberandum, uel ad colligendum, uires in unum.
Innixuſq; genibus. q̃a humi p̃uolutus erat more ſupplicãtiũ.
Summi imperii. Cõſulis Romani. Torqueant ſe miſeri. Inues
hit̃ in timidos, & uitæ cupidos, q̃, ut neceſſario moriunt̃, genus
mortis inquirũt. Torqueant. Crucient ſe de morte ſolliciti. Tre
pido. iuxta illud. Sed timidi eſt optare necē. Vaſtas alti. E q̃bus
p̃cipites ſedēt. Infirmo uin. Bene infirmo, nã uis parua pleruñq;
hanc animæ, & corporis coniunctionem diſſoluit. Enim uero
mi. ſtu. Non eſt tantopere exoptanda uita; quæ ſicut in Coma
uidimus, tam facile amittitur.

ASCENSIVS.

SVNT, & . i. etiã mortes ex-
ternæ dignæ annotatu .i. quæ
annotent̃, qualis ſup. eſt in pri
mis ſup. mors Comæ, quē fes
runt fuiſſe fratrē Diogenis ma
ximi Ducis latronũ. Is enim p̃
ductus Ennam. i. in eã urbē Si
ciliæ, quã p̃dones tenuerant. ſ.
prius, redactam. ſ. tũc paulo an
te, in poteſtatē noſtrã. i. Roma.
ad Rutili. conſulem, & uictos
rē, cũ interrogaretur. ſ. ab Rus
tilio de uiribus, & conatibus
fugitiuorũ. ſ. latronũ, aut eorũ,
qui ad ipſius partes confuges
rãt, tēpore ſumpto ad colligen
dũ ſe. i. quaſi ad recipiendũ ſpi
ritum, & ſeparandum ad dicē
dũ operuit. i. inuoluit caput, &
innixus genibus ſpũ. i. anhelis
tu compreſſo, acquieuit, exos
ptata ſecuritate extinctus eſt
inter ipſas manus cuſtodũ, &
in cõſpectu ſummi imperii. De
cuius morte tãquã optãda p̃ſe
quitur dicens. Miſeri, q̃bus uti
lius eſt extingui, quã ſupereſſe
. i. quibus utilius ſit mori, quã
ſupuiuere, torqueãt. i. crucient
ſe cõſilio trepido, & anxio quę
rentes, qua nã rõne uita exeat
. i. finiatur acuãt ferrum. i. mus
crones, aut alia tela, temperent
. i. diluant uenena, ut cito mos
ceant, apprehendant laqueos,
Circunſpiciant alti. ua. id eſt
ualde amplas, unde ſe præcipi
tent, tãquam opus ſit magno
apparatu, aut molitione exqui
ſita. i. ſingulari conamine, ut
ſocietas corporis, atq; animi,
in qua uita conſiſtit, cohęrens
uinculo infirmo, dirimatur. i.
diſſoluatur. Coma, aut Cos
mes, nihil horum ſup. quæſiuit, ſed reperit finem ſui anima ſup.
ſua. i. anhelitu incluſa intra pectus, ita ut non reſpiraret, ſed ſuf-
focaretur. Enimuero. i. certe bonum. ſ. uitæ noſtræ, cuius poſſeſ-
ſio tam caduca potuit dilabi, id eſt perire, concuſſa tam leui, id-
eſt modico afflatu uiolentiæ compreſſo. ſ. anhelitu, eſt ſup. retis
nendum. i. dignum, ut retineatur minimo ſtudio. i. conamine.

OLIVERIVS.

ESCHYLI poetæ. Hic primus tragœdiarum ſcriptor fuit,
teſte Quinti. qui ait Eſchylus tragœdias primus in lucem pros
tulit. Hora. quoq; in poetica, perſonæ, pallæq; repertor
honeſtę, Eſchylus modicis inſtruxit pulpita tignis. Et do-
cuit magnũq; loqui, nitiq; cothurno. floruit Athenis, teſte Gels
lio tempore Milciadis, anno. cc. ſexageſimo poſt urbem conditã,
cuius mors nõ profecto uulgaris fuit nam cũ in loco aprico ſe
deret expoſitus ſoli, uel ut alii dicũt, eſſet Aquila deſuper uolis
tans, illius, deluſa caluicie, quã lapidē eſſe putarat, teſtudinem,
quã pedibus uncis geſtabat, fracturam demiſit in caput, & clariſ
ſimum poetam inaudita morte interemit. Aprico lo. Aperto,
& ſoli expoſito, nam apricus quaſi apericus, hoc eſt ſine frigos
re. Apricis autē locis ſenes delectantur, ut aprici meminiſſe ſes Apricus locus.
nes. Eluſa ſplēdore capitis. Hoc eſt a caluicie, quã lapidē eſſe pu
tauit, & iõ teſtudinē demiſit in caput, tãquã in lapidē, ut fracto
teſtudinis oſtreo carne ueſceret̃. Illiſit. incuſſit. Origo, & prĩci
pium.

DE HOMERO POETA.

Non vulgarius etiã Homeri mortis cauſa fertur: qui in inſula, quia quæſtionẽ a piſcatoribus poſitam ſoluere non potuiſſet: dolore abſumptus creditur.

DE EVRIPIDE POETA.

Sed atrocius aliquanto Euripides finitus eſt. Ab Archelai enim regis cœna in Macedonia domũ hoſpitalẽ repetẽs, Canũ morſibus laniatus obiit. Crudelitas fati tanto ingenio non debita. ſicut illi exceſſus illuſtriũ poetarũ & moribus, & operibus indigniſſimi.

DE SOPHOCLE.

Sophocles vltimæ iam ſenectutis, cum in certamen tragœdiam dimiſiſſet, ancipiti ſententiarum euentu diu ſolicitus, aliquando tamen vna ſententia victor, cauſam mortis gaudium habuit.

DE PHILEMONE.

Philemonem autem vis riſus immoderati abſtulit, paratas ei ficus, atq; in conſpectu poſitas Aſello conſumente, puerum vt illũ abigeret, inclamauit. qui cũ iam comeſtis omnibus ſuperueniſſet, quoniã, inquit, tam tardus fuiſti, da nunc merũ Aſello. Ac protinus vrbanitatẽ dicti crebro anhelitu Cachinorum proſecutus, ſenile guttur ſalebris ſpiritus prægrauauit.

plum, quia fuit, ut dixi, tragœdiæ primus inuẽtor, teſtibus Quintiliano, & Horatio.

ASCENSIVS.

¶ ÆSCHYLI, &c. Vero. i. ſed. quemadmodum exceſſus. ſ. e uita, hae Æſchyli poetæ. ſ. tragici, non ſup. fuit uoluntarius ut. ſ. ſuperiorum fere, ſic ipſe eſt referendus, id eſt dignus, ut referatur, propter nouitatem caſus. Egreſſus mœnibus urbis, in quæ morabatur in Sicilia, reſedit. i. locũ getis accepit i loco aprico. i. ſoli expoſito, & nullo umbra tecto, ſuper quem aquila ferẽs teſtudinem eluſa ſplendore capitis (erat enim uacuum capillis) illiſit eam, ſcilicet teſtudinem, id eſt concham marinam, ſup. capiti eius, id eſt demiſit eam in caput eius perinde atq; lapidi. i. putans eam deiicere in lapidem, ut ueſceretur carne teſtudinis fractæ (ubi ſcies in piſcibus, & pomis, quod pulpoſum eſt etiam carne dici) & eo ictu eſt extinctum principiũ, & origo fortioris tragœdię. i. Æſchylus ipſe tragicus, & tragicorum princeps.

OLIVERIVS.

¶ NON uulga. etiam Ho. Cũ inter oẽs ferme ſcriptores magna ſit de Homeri patria, parentibuſq; diſſenſio, de morte tamen cõuenit inter eos. q; dum in Ioniam inſulam nauigaſſet, & in piſcatores, qui littoribus appulſi ſeſe pediculis expurgabant, forte quadam incidiſſet, quæſiuit ab eis, num quid haberent, uel ut alii dicunt, quid illic agerent, erat enim teſte Cic. Tuſ. v. circa finem. cæcus. qui obſcure ſatis reſponderunt, perdidiſſe, quod ceperant, quod uero non cepiſſent habere. uel ut alii dicunt quod capimus perdimus, quod quærimus habemus. ſignificabant autem ſeſe purgare pediculis, & ita quos caperent perdere, quos non cepiſſent in ueſtimentis habere. quod enigma cum interpretari nõ poſſet, nimio dolore confectus migrauit de uita. honorificentiſſime autem a ciuibus ſepultus fuit, & in illius ſepulchro epigramma inciſum,

Homeri epitaphium: Conditus hoc tumulo uates diuinus Homerus Graiorum cecinit qui bene facta ducum. De temporibus, & uita tam incertæ feruntur ab autoribus, ut de his tacere ſatius eſſe exiſtimem, q̃ tam dubia referre. Quæſtionem a piſ. po. Sequitur opinionem eorum, qui dicunt non interrogatos piſcatores quid haberet ſed ultro quæſtionem propoſuiſſe, ſcilicet uenamur bis quinis Catulis, quod capimus perdimus, quod quærimus habemus. conſtat autem ut diximus teſte Cicer. Homerum fuiſſe cæcum.

ASCENSIVS.

¶ NON, &c. Cauſa etiam mortis Homeri, ſcilicet poetarum principis, fertur non uulgaris, qui creditur abſumptus dolore, in inſula, ſcilicet Ionia, quia non potuiſſet ſoluere quæſtionem propoſitam a piſcatoribus cum enim cæcus eſſet, & propter poeticam artem uim uaticinãdi habere crederetur, & a duce ſuo percunctaretur, quoſnam in littore audiret, illeq; reſpõdiſſet nautas eſſe, ad illos perductus quidnam agerent percunctatus eſt. tum illi, rem inquiunt tibi ueram dicemus, ſed enigmate perplexam quam diſſolues, ſi poteris, uenamur enim in proximis ſiluis quinis canibus, & quicquid capimus, amittimus, aut perdimus cõtinuo, quod nos effugit retinemus de uerminibus, ſcilicet capitis locuti, quos quinq; digitis perſequebantur. quam rem cum tantus uates intelligere non potuit inueſtigãdo extinctus eſt. Sunt qui dicant unum ex illis dixiſſe. In ſiluas pergo uenatum cum cane quino, Quo capio perdo, quod fugit id teneo. ſed tales uerſiculi pro captu cuiuſq; poſſunt fingi, cum cõſtet græce locutos, qui enigma propoſuerunt.

OLIVERIVS.

Euripidis fatũ. ¶ SED atrocius aliquanto. De Euripide ſatis ſupra dictum eſt in ca. de fiducia, q; uero ad eius mortem pertinet ſic breuiter Gellius tradit lib. xv. cap. ii. cum in Macedonia apud Archelaum regem eſſet, uteretur q; eo rex familiariter, rediens nocte ab eius cœna, canibus a quodam æmulo immiſſis dilaceratus eſt, & ex his uulneribus mors ſecuta eſt. ſepulchrum autem eius, & memoriam eo digni ſunt honore, ut in gloriæ quoq; loco prædicarent [illegible] quod egregius poeta morte obita ſepultus in eorum terra foret. q̃obrem cũ legati ad eos ab Athẽ. miſſi petiſſent ut olſa Athenas in terram illius patriam permitterent transferri, maximo conſenſu Macedones in ea re deneganda perſtiterũt. Archelaus uero rex audita tam indigna morte poetæ, q̃ primũ iuſſu capillos ſibi & barbam reſecari in ſignum doloris. Archelai. Qui Alexan. ſucceſſerat in partem regni. Crudelitas fati. Deplorat quodãmodo Vale. indignam poetę mortem, & eorum pariter, qui ſequuntur.

ASCENSIVS.

¶ SED Euripides etiam tragicus poeta finitus eſt atrocius aliquanto, repetens enim domum hoſpitalem in Macedonia, id eſt qua utebatur in Macedonia, ab menſa Archelai regis obiit laniatus morſibus Canũ. Crudelitas fati, id eſt mortis, non fuit debita tanto ingenio, quantum erat Euripidis. Sicut illi, ſcilicet ſequentes exceſſus poetarum illuſtrium, id eſt clarorum moribus, & operibus, ſup. fuerunt indigniſſimi.

OLIVERIVS.

¶ SOPHOCLES ul. iam ſe. Hic ut diximus, tragœdiarum ſcriptor clariſſimus fuit, qui iam exactæ ſenectutis cum cæteris poetis in certamen deſcendit, & compoſitam tragœdiam in medium protulit, ſed cum eſſet cum ſocio relictus, cuius uis ingenii diſputationis euẽtum faceret incertum, diu ſolicitus tandem una ſententia ſuperior euaſiſſet, nimio uictoriæ ſucceſſu exultãs, confeſtim præ nimio gaudio periit. Plin. lib. vii. natu. hiſto. Gaudio, inquit periere præter Chilonem, de quo diximus, Sopho. & Dio. Siciliæ tyrannus, uterq; accepto tragicæ uictoriæ nuncio. de hoc alio loco, Sophoclem tragici cothurni principem defunctum ſepelire liber pater iuſſit, obſidentibus mœnia lacedæmoniis. Lyſandro eorum regem, inquit, ſæpius admonito. & ut pateretur humari delitias ſuas requiſiuit rex, qui ſupremum diem Athenis obiiſſet, nec difficulter ex his, quę ſignificaſſet intellexit pacemq; funeri dedit. Vltimæ iam ſe. Vtpote annorum ferme centum, ut propterea nulli mirum eſſe poſſit, in ea ætate ſubito periiſſe. In ſer. trag. di. Cum certaret de tragœdia cum aliis, ſic mos erat antiquorum, ut melioribus ſcriptoribus præmia darẽtur. Ancipiti ſen. e. quid, ſcilicet iudicaturi eſſent iudices. nam poetæ inter ſe pares ſententiis eſſe uidebantur, & ideo incerti erãt quis eorum futurus eſſe ſuperior.

ASCENSIVS.

¶ SOPHOCLES iam ultimæ ſenectutis, cum di. tra. ſcilicet a ſe compoſitam, in certamen, id eſt contentionem de laude cum aliorum tragœdiis, ſolicitus diu ancipiti euentu ſententiarum quia nunc plures, nunc pauciores habuit ſecundum ſe ſententias, aliquando, id eſt tandem tamen, uictor, id eſt uoti compos, una ſententia, id eſt per unam ſentẽtiam, quam pro ſe ſupra alios habebat (non enim intelliges, quod una duntaxat pro illo fuerit ſentẽtia, ſed una plus quam aliis) habuit gaudium cauſam mortis, quia præ nimio gaudio expirauit, ſuffocato, ſcilicet intus ſpiritu, occluſis præcordiis.

OLIVERIVS.

¶ PHILOMENEM. Ridicula ſatis mors Philomenis, qui cum uidiſſet Aſellum ſibi paratas ficus edentem, ambigiq; inde iuſſiſſet, id ſerius faciente puero, cum nunciaſſet ficus omnes aſellum deuoraſſe, da potum, inquit, illi optimũ merũ, quo

Ioculari dicto, nimio riſu concitatus, uitam exhalauit. Abigeſſet, & propriæ dixit nam ambiguntur aues, & pecora. Cachinorum. Cachinus immoderatus riſus dicitur. Perſius, rides cum tibi calue pinguis aqualiculus propenſo ſexquipede extet. Quid faciam, ſed ſum petulanti ſplene Cachino, & Iu. ridens maiore Cachino concutitur. Salebris aſpiratibus uel amaritudine.

inquit poeta acino uuæ paſſæ, ſcilicet periit Item ut Fabius ſenator prætor in lactis hauſtu uno pilo ſtrangulatus. Sicut Ana. Cum ſuperiori coniungitur crediderim deorum benignitate tantum Pindaro fuiſſet tributum, ſic crediderim Anacreonti. Humanæ uitæ modum ſupergreſſum. Quia ſecundam iam agebat ætatem. Aridis fau. Sicci, & naturali humore carentibus.

DE PINDARO.

At Pindarus, cũ in Gymnaſio ſuper gremiũ pueri, quo vnice delectabaẽ, capite poſito quieti ſe dediſſet, nõ prius deceſſiſſe cognitus eſt, q̃ Gymnaſiarcha claudere eũ iã locũ volẽte, nequicq̃ excitaretur. Cui quidẽ crediderim eadẽ benignitate deorũ, & tãtum poeticæ facũdiæ, & tã placidũ vitæ finẽ attributum.

DE ANACREONTE.

Sicut Anacreonti quoq;, quem bis tantum humanæ vitæ modum ſupergreſſum, dum paſſæ vuę ſucco tenues & exiles virium reliquias foueret, vnius grani pertinacior in aridis faucibus humor aſſumpſit.

DE MILONE CROTONIATE.

Iungã illos, quos & ꝓpoſitũ, & exitus, pares fecit. Milo Crotoniates, cũ iter faciẽs quercũ ĩ agro cuneis adactis fiſſam vidiſſet, fretus viribus, acceſſit ad eam, inſertiſq; manibus, diuellere conatus eſt: quas arbor excuſſis cuneis, in ſuã naturã reuocata cõpreſſit, eũq; cum tot Gymnicis palmis lacerandũ feris præbuit.

ASCENSIVS.

¶PHILONEM &c. Autem id eſt ſed uis, id eſt uiolentia riſus immoderati ſuſtulit, ſcilicet e numero uiuentium. Philomenem enim, id eſt quia aſello cõſumente ficus paratas, atq; poſitas in conſpectu, ſcilicet eius, inclamauit puerum, id eſt miniſtrum ſuum, ut abigeret illum, ſcilicet aſellum, qui ſcilicet puer, cũ ſuperueniſſet omnibus ſcilicet ficis iam comeſtis ab aſino, inquit, quoniam fuiſti tam tardus da nunc aſello merum, id eſt purum uinum, ut bibat, ne illi ficus noceant, qui bibẽtibus aquam nocere ſolent, ac protinus proſecutus urbanitatẽ dicti, crebro anhelitu Cachinorum, id eſt profuſorum riſuum pręgrauauit guttur, ſcilicet ſuũ ſenile ſalebris. i. aſperitatibus ſpiritus anhelitus ipſum ſuffocantis.

OLIVERIVS.

¶AT Pindarus. Hic Liricus poeta fuit omnium ſuo tempore pręſtantiſſimus, uel certe Quin. teſte nouem Lyricorum longe princeps, magnificẽtia ſententiis, figuris, beatiſſima, rerum uerborumq; copia ueluti quoddam eloquentiæ flumen, quem Ho. dicit, nulli quidem mirabilem eſſe legitur, ꝙ cum Alexander magnus Thebas cepiſſet, urbemq; illam diriperet, ac ciues ſub corona uenderet, ſoli Pindaro eiuſq; familiæ propter ingenii nobilitatem, egregiamq; doctrinam parcere iuſſit, cuius mores minime uulgaris fuit, cum enim ludos ſpectaret, & præ laceſſitudine ſpectaculi ſomno grauatus ſuper gremium cuiuſdam pueri, cuius ſtudioſiſſimus erat. caput depoſuiſſet non deceſſiſſe cognitus eſt, q̃ peractis ludis Gym. princeps iuberet oẽs exire, & fruſtra Pindarum excitaſſet. Quippe qui in ęternã clauſiſſet lumina mortem. Cui quidem Crędiderim, inquit, Valer. benigniſſimos deos huic poetæ, & in carminibus edendis eloquentiam, & placidum uitę fidem dediſſe. Pli. dicit li. vii. na. hiſt. Alexandrum magnũ cũ Thebas raperet, iuſſiſſe Pindari uatis familiæ, penatibuſq; parci.

ASCENSIVS.

¶AT Pin. Lyricorum poetarum clariſſimus, cum dediſſet ſe quieti capite poſito ſuper gremium, id eſt complexum femorum pueri, quo delectabatur unice, id eſt ſingulariter, non prius eſt cognitus deceſſiſſe, ſcilicet ex hac uita, q̃ Gymnaſiarcha, id eſt principe Gymnaſii (prius autem Gymnaſiarchum dixit) uolentem iam claudere locum excitaretur nequicq̃, id eſt fruſtra, quia iam mortuus erat. Cui, ſcilicet Pindaro. quidem, id eſt certe uel ego quidem crediderim, id eſt facile crederem attributum eadem benignitate deorum, & id eſt ſimul tantum, id eſt tantam copiam facundiæ poeticæ, & tam placidum finem uitæ. a quali tamen (ſi quidem non caſte amarit puerum) liberet nos dominus.

THEOPHILVS.

¶BENIGNITATE deorum. Nam Pindarus hoc a diis immortalibus optauit, ut eſt apud Suidam, puero nomẽ fuit Theoxeno.

OLIVERIVS.

¶SICVT Ana. Hic Teius patrius lyrici carminis poeta, cuius meminit Ho. lib. iiii. odarum non aliter ſamio dicunt arſiſſe batyllo, Anacreonta Teium, qui perſæpe caua teſtudine fleuit amorem pari ratione Oui. lib. triſtium. ii. Quid niſi cum multo uenerem contemnere uino. Præcepit lyrici Teia muſa ſenis. Hic igitur cum iam exactæ ſenectutis eſſet, quippe qui ſecundum ſeculum degeret. Cui ſeniles uires ſucco paſſæ uuæ reficeret, unius acino, qui faucibus inhærens nec demitti, nec reuocari poſſet, guttur, premẽte ſuffocatus obiit. Pli. natu. hiſt. li. vii. Anacreon,

ASCENSIVS.

¶SICVT ſup. attributũ crediderim, quoq; .i. etiam Anacreonti. ſ. poetæ lyrico Teio patria, quẽ ſupergreſſum bis tantum modum, id eſt menſura humanæ uitæ, hoc eſt bis ſeptuaginta annos, dũ foueret tenues & exiles. i. modicas reliquias uirium, ſcilicet ſuarũ, ſucco uuæ paſſę recemum uulgus uocant, humor aut forte tumor unius grani pertinacior, id eſt inhęrentior, perſeuerantior, q̃ utile erat in faucibus aridis abſumpſit, id eſt ſtrangulauit.

OLIVERIVS.

¶IVNGAM illos, quos. Duos ſubiungit, qui eiuſdem propoſiti, & exitus fuerunt. Milonem Crotonienſem, & Polydamum athletã De Milone Gellius noctium Atticarum. lib. xv. cap. xvi. Milo Crotonienſis, inquit, athleta illuſtris, quem in cronicis ſcriptum eſt olympiade proxima coronatum eſſe, exitũ habuit uitæ miſerandum cum iam natu grandis artem athleticam deſeruiſſet iter faceret forte ſolus in locis Italiæ ſilueſtribus quercum uidit proxime uiam, patulis in parte media ramis hiantem, tum experiri uolens credo etiam tunc, an ullæ ſibi reliquæ uires adeſſent, immiſſis in cauernas arboris digitis deducere, & reſcindere quercum conatus eſt, ac mediam quidem partem diſcidit, diuellitq;, quercus autem in duas deducta partes, cum ille, quaſi profecto, quod erat connixus manus laxaſſet, ceſſante ui rediit in naturam, manibuſq; eius retẽtis, incluſiſq;, ſtricta denuo, & cohærens dilacerandum hominem feris præbuit, Soli. de memorabilibus mundi in cap. de homine. Milonem quoq;, inquit, Crotoniẽſem egiſſe omnia ſupra q̃ homo ualet, etiam hoc proditur, ꝙ ictu nudæ manus taurum fecit uictimam, eumq; ſolidum, quæ mactauerat die, abſumpſit ſolus non grauatim ſuper hoc nihil dubium. nam factum elogiũ extat. Victor ille omniũ certaminum obiit, Cinus in Catone maiore, Quæ enim uox poteſt eſſe contemptior q̃ Milonis Crotoniatę qui cũ ſenex eſſet ac athletas ſe in curriculo exercentes uideret, aſpexiſſe laceratos ſuos dicitur. illachrymãſq; dixiſſe, at hi quidẽ iam mortui ſunt. Hunc Mi. tantæ fortitudinis fuiſſe dicit Pli. li. vii. na. hiſt. ut cum conſtitiſſet, nemo eum ueſtigio educere poſſet. Manum tenenti nemo digitum corrigere, cucurriſſe mille centum .lx. ſtadia ab Athenis Lacedæmonem biduo. Strab. uero libro. vi. dicit hunc Pythagoræ diſcipulum fuiſſe, & eum forte columna quandoq; in philoſophorum contubernio laboraret, Milonem ſubeuntem ſaluos reddidiſſe uniuerſos, deindeq; ſeipſum extraxiſſe. quo mẽbrorum robore fretum uitæ ſubuerſionem offendiſſe eo genere mortis, quo ſupra monſtratum eſt. Cuneis ada. Infixis cuneis. nam cum agreſtes quercum ſcindere uoluiſſent, cuneos adegerant, & eos in quercu reliquerant. eſt autem cuneus inſtrumentũ ligneum, quod deſinit in latitudinem acutam, in ſuperiori parte craſſum quo ſcinduntur arbores. Virg. Et cuneis ſcindebant fiſſile lignum. dicitur etiam cuneus multitudo in unum collecta. Al ordo militum in modum cunei factus. Gel. uero dicit, arborem fuiſſe paruulis ramis hiãtem, non cuneis ſciſſum in ſuam naturã reuocata. Cum rediſſet in ſe clauſiſſet, ac ſi ſolida extitiſſet. Cõpreſſit. Conſtrinxit ita ut eas educere non poſſet. Tot Gym. pal. Tot uictoriis. quas in Gymnaſio certando reportauerat, nã ut diximus athleta fortiſſimus fuerat, qui in omnibus agonibus uictor euaſerat.

ASCENSIVS.

¶IVNGAM il. quos & pro, id eſt inſtituto uitę (uulgo intẽtio

dicitur

dicitur, ſed a doctis in eo ſignificato, neſcio an uſquam legatur cum ſit corroboratio, & auctio) & exitus fecit pares, quia talem uitæ exitum aſſecuti ſunt qualem factis ſuis propoſuiſſe ſibi uiſi ſunt. Milo Cro.i. cuius patria erat Croton urbs Italiæ, cũ faciẽs iter .i. deambulans uidiſſet quærcum in agro fiſſam cuneis adactis, ſunt qui ui uentorum fiſſam dicant, acceſſit ad eam.ſ.quercum, fretus.i.confiſus, & munitus uiribus, & conatus eſt diuellere.i. in duas partes diſtrahere manibus iniectis .ſ. in fiſſuras, quas.ſ.manus arbor.ſ.quercus dicta, reuocata in ſuã naturã.i. priſtinũ ſitũ, Cuneis exc.i.a Milone partes ambas aliquantulũ diſtrahente compreſſit .i. conclusit intra fiſſuram illam, & præbuit eum lacerandum feris, qa nemo auxilio uenit, & ipſe diſcedere nequit cum tot palmis, .i. coronis Gym.i. quas Gymnaſiis uictor reportauerat, non ꝙ eas in capite haberet, ſed ꝙ is eſſet q ſępe uiros fortiſſimos uicerat. OLIVERIVS.

¶ITEM Pol. Pari ratione Polydamas ſtultæ uirium ſuarum fiduciæ pœnas nõ uulgari morte pependit, qui cum aliis iter faciens, orta tempeſtate in proximam ſpelũcam ſubire coactus concuſſa, & labefactata aquarũ impetu ſpelunca, cęteris fugientibus cum ruitura uideretur ſolus remãſit, fretus uiribus ſuis; ꝙ tantam ruinæ molem humeris ſuſtentare poſſet, ſed opinione fruſtratus eſt, potẽtior enim humana uirtute ruina illũ temere retinentem obruit. Dementis fati. Stultæ mortis. Poſſunt hi præ. do. Fortaſſe quæreret aliquis, quid conferant horum exempla, hoc uidelicet ut homines intelligant, nunq̃ aut raro nimiam corporis fortitudinem cum animi ſapientia fuiſſe coniunctam, ut qui ſupra uires humanas fortis idem, & ſapiens fuerit, hæc enim duo in eodem corpore iungi, nã negauit, recte igitur dixit ille, cum uiribus corporis ſapientiam eſſe iungendam. ſicut uirum fortem recte haberi poſſe. Vigorem men. Sapientiam, quæ ingenii uiuacitate conſiſtit. Vtriuſq; boni. Sapientiæ, & fortitudinis. Supra humanam felicitatem. Qui hæc duo conſecutus eſſe uideretur iis eſſet humana conditione felicior hoc igitur humani natura negauit.

ASCENSIVS.

¶ITEM Poly. (quæ uox dicit multorum domitorem, ſed quis hic fuerit commentarii non edunt, non enim de Polydamante Phrygio, cuius Perſius meminit (intelligi poteſt) Athleta.i. pugil coactus ſubire.i.ſubintrare, ſpeluncam tempeſtate.i. propter uiolentiam imbrium, & tonitruum quam neceſſitatem Maro ſic applicat. Speluncam Dido dux, & Throianus eandem, Conueniunt ea.ſ. ſpelunca labefacta ac ruente nimio, & ſubito incurſu aquæ, cæteris comitibus egreſſis periculum fuga .i. per fugam ſolus .ſ. Pol. reſtitit.i. permanſit ſtans, tanq̃ ſuſtentaturus humeris ſuis, molem.i. pondus, totius ruinæ.i. partem ſpeluncæ ruituræ, ſed preſſus, uno oppreſſu, pondere potentiore.ſ. ad opprimendum omni corpore humano ad reſiſtẽdũ habuit latebram.i. ſpeluncam petitam imbribus.i. propter imbres ſepulchrum fati dementis.i. mortis per dementiam initæ, quia nunq̃ aliud ſortitus eſt ſepulchrum. Quo circa ut etiam in ruſticorum uerſatur adagio, Optimi natatores, optimi ſcanſores, robuſtiſſimi quiq; ſuis uiribus primi, ſuis artibus, & pereunt fere, unde addit autor ii.ſ. iam dicti poſſunt præbere documentum.i. per ſeipſos docere, uigorem mentis hebeſcere.i. hebetem fieri, & obtundi, nimio robore membrorum, quaſi natura abnuente.i. refugiente & recuſante ſup. uni, & eidem largitionem utriuſq; boni.i. prudẽtię omni, & uirium corporis, ne ſit ſupra felicitatem humanam eſſe, & ua,

DE POLYDAMANTE.

Item Polydamas athleta tempeſtate ſpeluncam ſubire coactus, nimio & ſubito incurſu aquæ labefacta ta ea, ac ruẽte, cæteris comitibus fuga periculũ egreſſis, ſolus reſtitit tanq̃ humeris ſuis totius ruinæ molẽ ſuſtẽtaturus: ſed põdere oĩ corpore humano potẽtiore preſſus, imbribus petitã latebrã demẽtis fati ſepulchrũ habuit. Poſſunt ii præbere documẽtũ nimio robore mẽbrorũ vigorẽ mẽtis hebeſcere: q̃ſi abnuente natura vtriuſq; boni largitionẽ ne ſupra mortalẽ ſit felicitatẽ, eundẽ & valentiſſimum eſſe, & ſapientiſſimũ.

DE CVPIDITATE VITÆ. CAPVT XIII.

VErum quia exceſſus e vita & fortuitos, & viriles, quoſdam etiã temerarios oratione attigimus: ſubiiciam' nũc ęſtimationi enerues, & effœminatos, vt ipſa cõparatione pateat: quãto nõ ſolũ fortior, ſed etiã ſapiẽtior mortis interdũ, q̃ vitę ſit cupiditas.

DE MARCO AQILIO.

Marcus Aquilius, cum ſibi glorioſe mortẽ conſciſcere poſſet, Mithridati maluit turpiter ſeruire, quem quis non immerito dixerit Pontico ſupplicio, q̃ Romano imperio digniorem, quoniam commiſit, vt priuatum opprobrium, publicus rubor exiſteret.

lentiſſimum, & ſapientiſſimum. In quam ſententiam extant etiam uulgares uerſiculi, rata ſub immenſo prudentia corpore regnat, Rarior exiguis conſpecta modeſtia membri. Quod uno uerſiculo etiam ſic explicatur. Raro breues humiles ſunt, aut longi ſapiẽtes. Sed eiuſmodi, ut autore carent, ita & fide.

THEOPHILVS.

¶POLYDAMVS Athleta. Ianus ex Pauſania, Suidæq; monimentis, autumabat eſſe legẽdum Polydamas, is Athleta pantacratiaſtes ex oppido Theſſaliæ ſcotuſſa fuit, oppreſſuſq; ſpeluncæ ruina eſt, quaſi Val. ſequimur hymbris, ſi pauſaniam. Suidamq; æſtus uitãdi cum ſubierat. OLIVERIVS.

VERVM quia exceſſus e uita. Damnat hoc capitulo molles & effœminatos homines qui uitæ cupiditate ducti, cum honeſte mori potuerint, maluerunt, aut turpiter ſupereſſe, aut ab aliis occidi, quã ſibi ipſis mortem inferre. Fortuitos. Qui caſu quodam contigerunt ut Tullio. Effeminatos. ut Aeſchil. Viriles ut Catuli, & comæ. Temerarios. Vt Crotoniatæ, & Polydami.

ASCENSIVS.

¶VERVM quia attigimus oratione, id eſt narratione exceſſus e uita, ideſt migrationes hominum ab hoc mundo in alterum ut dicunt, & fortuitos, ideſt inopinatos, & uiriles, ideſt fortiter obitos, & quoſdam etiã temerarios, ut Myl, & Polydamantis Subiiciamus nunc exiſtimationi, ideſt iudicio legentium ſup. exitus uitæ enerues, ideſt ſine uiribus & effœminatos, id eſt molles, & effractos, Vt pateat in ipſarum comparatione, ſcilicet eorum, qui fortiter mortem oppetierunt, & turpiter fugerunt, quanto cupiditas mortis, q̃ uitæ ſit interdum non ſolum fortior, ſed etiam ſapientior, Iudicio quidem autoris, qui gentilem ſequitur æſtimationem.

OLIVERIVS.

¶MARCVS Aqui. Ariobarzanes a tygrane iuſſu Mithridatis Cappadocia perpulſus Roma. uenit & eodem tempore mortuo Nicomede, filius eius Nicomedes, a Mithridate pellitur regno qui cum & ipſe ſupplex Roma. ueniſſet decernitur in ſenatu, ut rex uterque reſtituatur in regnum, quam ad rem miſſi ſunt Marc. Aqui. & Manlius legati, qui comparato exercitu cum aduerſus Mithridatem infeliciter pugnaſſet captus Aqui. maluit in ſeruitutem regis uenire, quam fortiter pugnando, aut ſibi mortem inferendo glorioſe interire. Non quis merito dixerit. uituperat huius hominis uitæ cupiditatem, qui dignior fuiſſe uidetur, ut a Mithri. rege ponti ſuppliciis afficeretur, quam hunc magiſtratum regeret, quandoquidem ſuo ipſius dedecore ſenatus Populuſq; Romanus dignitatem polluerit.

ASCENSIVS.

¶MARCVS Aqui. legatus in exercitu Ro. cum poſſet conſciſcere.i. concitare, & inferre ſibi mortem glorioſe .i. cum gloria (errore illo uetere Romanorum, cũ uera gloria ex iniquo opere non ſurgat, iniquum autem eſſe animam euicere, q̃ nobis eius cõditor depoſito commiſit, nemo ſanæ mentis inficias ierit) maluit ſeruire turpiter.i. ſe dedere Mithridati.ſ. regi põti. Quem quis dixerit non immerito digniore ſupplicio pontico.i. cui inferatur a rege ponti ſupplicium (unde digni dicuntur tam malo, q̃ bono, qui alterutrum meruerunt) q̃ impe. Rom. ideſt qui pręſit illi, quoniam commiſit ut exiſteret, id eſt euaderet, & fieret opprobrium priuatum, id eſt in ſua perſona, & rubor publicus, ꝙ legatus Roma. imperatorio munere infeliciter functus ſeruiret, aut ut priuatum opprobrium eius exiſteret rubor publi.

DE CNÆO CARBONE.

Cn. quoq; Carbo magnæ verecūdiæ eſt latinis an nalibus: tertio in cōſulatu ſuo iuſſu Pōpeii in Siciliā ad ſuppliciū ductus petiit a militibus demiſſe, & flebiliter, vt ſibi aluum leuare, priusq̄ expiraret liceret: quo miſerrimæ lucis vſu diutius frueret: eo vſq; morā trahēs, donec caput eius ſordido in loco ſedētis abſcinderetur: ipſa verba tale flagitiū narrantis ſecū luctantur, nec ſilentio amica, quia occultari nō merentur, neq; relatione familiaria, q̄a dictu faſtidiēda ſunt.

DE BRVTO.

Quid Brutus exiguum, & infelix momentū vitæ, q̄ro dedecore emit: qui a Furio, quē ad eum occidendum Antonius miſerat, comprehenſus, non ſolū ceruicem gladio ſubtraxit, ſed & cōſtantius eā p̄bere admonitus, ipſis his verbis iurauit. Ita viuā: dabo cunctationem fati ærūnoſam. O iurādi ſtolidā fidem, ſed hos tu furores immoderata retinendi ſpiritus dulcedo ſubiicis: ſane rationis modum expugnando, quæ vitam diligere, mortem non timere præcipit.

DE XERXE REGE.

Eadem Xerxem regem pro totius Aſiæ armata iuuentute quod intra centum annos eſſet obitura profundere lachrymas coegiſti, qui mihi in ſpecie aliena, reuera ſuā conditionem deploraſſe videtur: opum magnitudine q̄ altiore animi ſenſu felicior. Quis. n. etiā mediocriter prudens mortalem ſe natū fleuerit?

OLIVERIVS.

CNÆO quoq; Carb. Hiſtoria Carboni notata eſt in capi. de grati. ubi oſtendimus illum. Q. Pomp. uictus, & morti deſtinatum, cum duceretur ad ſupplicium, uitæ cupiditate motum, breue tempus oraſſe tantiſper, dum exoneraret uentrem, de quo Ci. in epiſt. fami. lib. ix. mentionem facit, & eum cum fratre ſcurram appellat. Sciendū eſt autē duos fuiſſe Carb. alterū Marianę partis, qui cū Mario. Cinna, & Sertorio Romā occuparūt, & mortuo Mario conſul factus eſt cū iuniore Mario, qui multa fœda in urbe facinora commiſerunt, de hoc Car. nunc loquit̄ Vale. alterū uirū ſenatorium Syllanę partis quē Car. ſuperior cū aliis quibuſdam ſenatoribus in curiā uocatū crudeliſſime trucidauit, de quo Oroſius lib. v. Damaſippus, inquit, p̄tor incitāte. C. Mario cōſule Q. Scęuolam C. Carboné. Lu. Domitium in curiā, quaſi cōſultandū per antiſtiō uocatos crudeliſſime occidit, corpora interfectorū per carnifices unco tracta, atq; in Tyberim miſſa ſunt de fratre huius Car. diximus ſupra in. c. de ſeditiōe. Latinis anna. Chronicis P. Ro. Nam chronica gręci dicunt, quos annales latini uocant. ſunt aūt libri, in quibus annua geſta, & magiſtratus deſcribebantur, & ſępe p hiſtoriis ponuntur, Virg. & uacet annales noſtrorū audire laborū. Demiſſe. ſuppliciter, & demiſſo uultu. Moram tra. Adeo uitę cupidus erat, ut etiā in exoneran do uentre diutius immoraret, adeo ut eo ipſo loco, in quo ſordido ſederet, ab iratis militibus occideretur. Vix uerba tale flagitiū. Hoc, inquit, flagitiū, nec dicēdum p̄pter turpitudiné, nec tacendū propter reprehēſionem eſſe uidebatur, res igitur ſecum luctatur, quodammodo, & certat quæ hic tacenda ſint. Nec ſi am. Quia nullo modo tacendum ſit, cum reprehenſionem mereatur. Relatione familiaria, Quia turpitudiné. uidebatur occultandum.

ASCENSIVS.

CN. quoq; Carb. eſt annalibus latinis. i. libris continētibus res geſtas, & magiſtratus latinorū, & p̄cipue Ro. dictis ab annis, q̄ per annuos magiſtratus diſcernebantur, magnę uerecundiæ. Q. ut ſup. in tertio cōſulatu ſuo ductus in Sicilia. ſ. cū eſſet in Sicilia (nā ut Ro. in Siciliā duceret, non eſt uero ſimile, nō eſt igitur legendū in Siciliā) ad ſuppliciū. i. ad ultimū, iuſſu Pōp. ſ. quinti, petiit demiſſe. i. abiecte, ac humiliter, & flebiliter a militibus, ut liceret ſibi leuare. i. euacuare aluū. i. egerere, priusq̄ expiraret, quo ſ. ut frueret diutius uſu miſerrimę lucis. i. uitę huius, trahēs eo uſq; morādo nec caput eius ſedētis in loco ſordido. i. egeſtorio, ſeu ſup latrinas abſcinderet (in qua re magis damnanda uidetur crudelis militū acceleratio, q̄ miſeranda Carb. p̄catio. potuit. n. culpa uacare ſi nō auiditate uitę, ſed ut honeſtius caderet, nec inter, cadendū aluū leuaret, id petierit. Verū id autor nō immerito in eo rep̄hendit, q̄ auiditate ductus, cū ad leuandū uentrē ſucceſſiſſet, tātā illic morā traxit, ut militibus neceſſariū pene fuerit illic ſedentē obtruncare, qđ quia turpe eſt, ad dit) ipſa uerba ſup. mea, aut cuiuſcūq; narratis tale flagitiū. i. puſillanimitatē, luctant̄ ſecū quia dici nolūt, & taceri nō poſſunt utpote nec amica ſilētio, qui nō merent̄ occultari, neq; familiaria. i. plauſibili a relatione. i. dū referunt̄, aut cōgrua relationi, quia faſtidiēda ſunt dictu. i. dum dicunt̄. pudet. n. talia dicere, ſed locus exigit, ut dicantur.

OLIVERIVS.

QVID Bru. exi. Hic ille Dec. Brutus eſt qui Bruti Cæſ. interfectoris partes ſecutus, cum deuictis illius partibus fugiens in latebra ſe cōtuliſſet, Terent. eius amicus perſecutoribus latebras exploratibus ultro ſe obtulit, Bru. profeſſus, ut illū a morte liberaret, cuius uoce cognita Bru. iſte eductus, & iuſſus ceruicē extēdere, gladio non ſolū retraxit, ſed etiā iurauit ita uiuā. Dabo fati cunctationē erumnoſam, nō potuit planius oſtēdere uitæ cupiditatē, ſunt q dicūt hunc eſſe De. illū Bru. ad quē Cic. librū ſcripſit de q̄ſtionibus Tuſc. & de Paradox. Sene. tñ in epi. lxxxii. Huic attribuit quę de Carbone dicta ſunt. dicit. n. mors illa, q̄ in Catone glorioſa eſt, in Bruto turpis, & erubeſcēda. hic eſt enim Bru. qui cū parcius mortis moras q̄reret ad exonerandū uentrē ſeceſſit, & uocatus ad mortē, iuſſuſq; p̄bere ceruicē p̄beo, ingt, ita, ut uiuā. Ita ui. Iurātis eſt. Dabo cū fa. erū. tādiu mortē p̄rogabo, quo ad uerba p̄nūciauero. nā iurauit ſe tandiu uicturū quouſq; illa iuſiurādi uerba p̄ferret. poſſumus hoc loco facere diſtinctionem, ut dixerit Bru. ita, ut uiuā dabo, cūctationē uero fati erūnoſam, ſint autoris uerba. O iu. ſto. fi. Eſt morę deteſtatio uel certe Vale. inuehit̄ in Brutū, qui in ipſo mortis articulo uitę iuſiurandū dederit. Stolidā fidē bene ſtolidā q iurauerit ſe uicturū, cū paulo poſt eſſet moriturus. Sed hos tu furores, oſtēdit hanc dementiā hoium a nimia uitæ dulcedine naſci, q̄a naturaliter inſitus ſit homini uiuēdi appetitus, qui plerūq;, rationē expugnat, quæ iubet ſic uitam amare, ut mortem non timeamus.

ASCENSIVS.

QVID Bru. ſ. De alterius Bruti, qui Cæſ. cū Caſſio. p̄cuſſit, partes ſecutus, ſup. fecit quāto dedecore emit exiguum & infelix momentū uitæ. Qui cōprehenſus a furio, quem Anto. ſ. triumuir miſerat ad occidendū eū nō ſolū ſubtraxit gladio ceruicē. ſ. ſuā, ſed etiā admonitus. ſ. a percuſſore, ut mitius caderet uno ictu necē accipiēdo, p̄bere eam. ſ. ceruicem ſuā, conſtātius. i. firmiore aio, & ita exporrectiorē, iurauit his ipſis uerbis dabo. ſ. ceruicē meā conſtāter. Ita uiuam. i. ita mihi contingat uiuere, ut uerū dico, & ceruicē conſtantius p̄bebo. hoc autem confirmauit iuramento, aut neſciens quid diceret, quia cum iam mori deberet, ſtultum erat per uitam iurare, ſed quia ea nihil carius habuit, per eam iurauit, aut ideo iurauit, ut tantiſper dum iuraret, uitā prorogaret, unde addit autor ſubaudiendo more ſuo, o cunctationem. i. dilationē fati. i. mortis erūnoſam, quia ex ea cognita eſt puſillanimitas Bruti. O ſtolidam fidem iurandi, quia per id iurauit, quod in poteſtate non habuit, hoc eſt per uitam. Sed tu o immoderata dulcedo ſpiritus retinendi, tu ſubiicis. i. clam infers, hos. i. huiuſmodi furores, expugnādo modum rationis ſanæ, quæ. ſ. ſana ratio præcipit uitam diligere, ſed mortem, ſi moriendum ſit, non timere. fruſtra. n. timetur, quod ſi bene fiat malum non eſt, & euitari non poteſt. Sunt qui legant pręcipis, ut referatur ad dulcedinem, quod ſi eſt legam mortem uero timere preciperis, quam lectionem ideo probem, q̄ perſtans in apoſtrophe ſubdat in ſecūda perſona. Eadē Xerxē, &c. coegiſti, ut ſit ſenſus, & ordo, quę. ſ. dulcedo uitæ præcipis expugnādo modū ſanæ rationis diligere uitam, uero pro. ſed timere mortem cum ſana ratio dictet, non timendam, ſed prudenter expectandam mortem.

OLIVERIVS.

EADEM Xer. re. Cum Xerxes Græciæ bellum illaturus in numeroſum exercitum comparaſſet, illum in patenti campo, ut forte recenſeret, de ſuperiori loco conſpiciens in eam cogitationem uenit, ut diceret intra centum annos, eorum neminem fore ſuperſtitem, & breuiſſimæ hominis uitæ conditionem ſecum

ipſe

Ipſe cogitans dicitur illachrymaſſe, & quamuis Aſiaticæ iuuētutis uicē dolore uideretur, ſuā tamē potius deplorat. Opum ma. Plus opibus, q̃ ſapientia ualebat. Xerxes, qui mortalem hominum conditionem defleret. quis enim eſt tam inſipiens, qui nõ intelligat ſenatum eſſe mortalem, flere autem quod datum eſt a natura, ſtultum eſt. Euãder ſecum ſemper habuiſſe canes. Virg. greſſumq; canes comitantur hericlem. Tantus liberorum numerus, Quinquaginta fuiſſe diximus in capi. de gratitu. Valentius duxit. potentius exiſtimauit, & uituperat ſine dubio hoc loco. Maſiniſſam Valer. Qui plus canibus, q̃ fidis liberorũ pectoribus credere uoluerit.

ASCENSIVS.

QVAM EXQVISITA CVSTODIA VSI SVNT, QVIBVS SVSPECTI DOMESTICI FVERVNT. CAPVT XIIII.

Referam nunc eos, q̃bus aliquos ſuſpectos habentibus exquiſitior ſui cuſtodia quæſita eſt. Nec a miſerrimo, ſed ab eo, q̃ inter paucos feliciſſimus fuiſſe credit̃ incipiã.

DE MASINISSA REGE.

Maſiniſſa rex Numidarũ, & Po. Ro. amiciſſimus, parũ fidei in pectoribus hominũ reponens, ſalutē ſuã cuſtodia canũ uallauit. Quo tã late patēs imperium? quo tãtus liberorũ numerus? quo deniq; tam arcta beneuolentia cõſtricta Romana amicitia, ſi ad hęc tuenda nihil canino latratu, ac morſu valentius duxit?

DE REGE ALEXANDRO.

Hoc Rege infelicior Alexander, cuius præcordia hinc amor, hinc metus torſerunt: nam cum infinito ardore coniugis Thebes teneretur, ad eandē ex epulis in cubiculum veniens, barbarum cõpunctum notis threiciis, ſtricto gladio iubebat anteire: nec prius ſe idem lecto committebat, q̃ a ſtipatoribus diligenter eſſet ſcrutatus. Supplicium irato deorum numine compoſitum, nec libidini, nec timori poſſe imperare. Cuius timori eadem & cauſa, & finis fuit. Alexãdrum enim Thebe pellicatus ira mota, interemit.

EADEM .ſ. tuo dulcedo uitæ coegiſti Xerxen regem .ſ. Perſarũ ꝓfundere lachrymas, ꝓ iuuētute totius Aſiæ armata, ꝙ eſſet obitura intra centũ annos (ubi imperiti dicerent infra centũ annos, quod hic forte poſſet dici, ſed in alio ſenſu, ut ſi peruēturi ſint ad centũ annos) qui .ſ. Xerxes uidet̃ mihi deploraſſe ſuam conditionē, uidelicet miſerã, & mortalē, ac breui moriturã. in ſpecie aliena felicior, magnitudine opũ, q̃ altiore ſenſu animi .i. ꝓuidentia, aut perſpicacitate ingenii. Quis. n. etiã .i. falſem mediocriter prudēs fleuerit, ſenatũ mortalem? q. d. nemo quæ ſi uero naturæ neceſſitate ſimus mortales, & nõ uitio primi parentis quo beneficium immortalitatis amiſimus, ſed illud autorem huius operis latuit.

OLIVERIVS.

REFERAM nunc eos. Hoc cum ſuperiori recte coniungitur. Nã ad uitæ cupiditatē ꝑtinere uidet̃, munire nos diligentiori cuſtodia aduerſus domeſticos, alioſue nobis ſuſpectos, hoc autē regibus, & principibus, ut plurimũ euenire ſolet, quorum uita ſemꝑ ſollicita eſt. timent. n. ne a ſuis, uel alienis petantur inſidiis, & ideo ſemper aduerſus hos diligentiori utũtur ſui corporis cuſtodia, ꝙ feciſſe traditur Maſi. rex Numidarũ qui quanq̃ latũ haberet imperiũ amicos complures, filios priuſq̃ quinquaginta, ſuã tamen ſalutē maluit canum q̃ hoīum fida cuſtodia munire, quippe q̃ plus fidei canũ, q̃ filiorũ pietati, aut amicorum charitati cõfideret, cõſtat autē canes hoībus eſſe fideliſſimos, & teſtibus Soli. & Pli. lib. viii. Dominos ſuos equaliter oēs diligere ſicut multis exemplis patet. Nam in ægypto domini percuſſorem in cœnam agnitum latratu canis prodidit. Iaſone litio interfecto canis ipſius ſpernatus cibum inedia obiit. Lyſimachi regis canis flammæ ſe iniecit, accēſo rogo domini & pariter igni abſumptus eſt. Garamentum regem ducenti canes ab exilio reduxerũt præliãtes aduerſus reſiſtentes. Colophonii, & Caſtabalenſes canibus in bella ductis primas acies inſtruebant. Appio Iunio P. Sicinio conſulibus, damnatum dominum canis cum abigi non poſſet, comitatus in carcerē, mox percuſſum ululatu proſecutus eſt. cumq; ex miſeratione Po. R. poteſtas ei ſibi fieret ad os defuncti eſcam tulit. Vltimo deinde deiectum in Tyberim cadauer annatans ſuſtentare conatus eſt. Multaq; alia caninæ fidelitatis exempla commemorat Plin. quæ conſulto prætermitto, ne forte faſtidiant homines, ſed conſtat ꝙ canes ſoli nomina ſua recognoſcunt, & iterum meminerunt. Inter pau. fœ. Conſtat Maſiniſſam poſt coniũctam cum Po. Ro. ſocietatem, & amicitiam, omnia habuiſſe ſecunda, ut inter fœliciſſimos connumerari merito poſſit.

Maſiniſſa canũ cuſtodie ſe credidit

ASCENSIVS.

REFERAM nunc eos, quibus habentibus aliquos ſuſpectos, cuſtodia ſui eſt quæſita exquiſitior .i. accuratior, & diligentior .ſ. q̃ cæteris, aut q̃ par fuerit. Nec incipiam a miſerrimo, ſed ab eo (externo tamen uidelicet Maſiniſſa, unde domeſtica non ponit exēpla, uel ꝙ defuerint, uel ꝙ indigna Romanis putauerit) qui creditur fuiſſe feliciſſimus inter paucos, ſcilicet fœlices.

OLIVERIVS.

MASINISSA rex pa. fidei cuſtodia canum, Legitur &

ASCENSIVS.

MASINISSA rex Nu. & amiciſſimus P. R. reponens in pectoribus hominũ parũ fidei, .i. fiduciæ aut fidelitatis uallauit ſalutem ſuã cuſtodia canũ. Quo .i. ad qd ſup. utile fuit illi, imperiũ patens tã late? Quo ſup. profuit tãtus numerus liberorũ uidelicet quiquaginta. Deniq; quo .i. qd utilis fuit amicitia Romana cõſtricta tam arcta beneuolētia. non nihil duxit .i. iudicauit ualētius .i. potētius & efficacius ad tuēda .i. protegenda hæc .ſ. dicta q̃ habuit, & cũ uitã amiſiſſet, latratu canino. q. d. nihil, dicendo autem latratu extenuat ſubſidiũ canum, quaſi nõ aliã opem, q̃ latrãdo afferre poſſint.

OLIVERIVS.

HOC Re. infe. Alex. Hoc fuit Alexander pheræus cuius meminit Cic. offi. li. ii. qui Alexandrũ inqt, pheræũ, quo animo uixiſſe arbitramur, ut qui, ut ſcriptũ legimus, cum uxorē Theben admodũ diligeret tamē ad eã ex epulis in cubiculũ ueniens barbarũ ſtricto gladio iubebat anteire ꝓmittebatq; de ſtipatoribus ſuis, q̃ ſcrutaret̃ arculas muliebres, & ne quid in ueſtimētis telum occultaret̃ diligenter exquirerēt, nec cum tamē fefellit opinio. ab ea. n. ipſe per pellicatus ſuſpitionem interēptus eſt. O miſerum qui fideliorē & barbarũ, & ſtigmaticũ putaret, q̃ coniugem. Infelicior igitur fuit ipſo Maſiniſſa Alexander, Nõ Macedo. ſed pheræus a pheræa ciuitate denominatus, qui imperauit. eſt autem ciuitas Aſiæ, Huius uero Alex. idem Ci. rhetoricorum lib. ii. mentionem facit. Conuictum. no. Damnatum a ſtigmatibus notarum. quia fugitiuus fuerat notas illi candenti ferro inuſerat herus. Threicis autem ideo dixit, quia thraces ſeruis ſuis fugitiuis has notas imprimere ſolent. Supplicium. Dicit hoc ſupplicium a diis immortalibus fuiſſe iniunctum ut libidine pariter ac metu ſemper agitaretur, ut neutro temperare poſſet. Cuius timori. Suſpitio, inquit timoris principium dedit, & finem. nam quia ſuſpectam habebat uxorē ad eam nunq̃ ſine metu accedebat, uxor uero pellicatus ſuſpitione uirum occidit, & ita finem timori dedit. Pellicatus ira mota. Adulteri, eſt enim pellex, quæ cum alieno uiro concubuit, & dicitur pellex uxoris eius, quo cum rem habet a pelliciendo dicta. Herodo. dicit non ſuſpitione, ſed ita ex re ipſa comperta Theben ocidiſſe maritũ, ꝙ duobus egregia indole fratribus ſuis rex iſte ſceleſtiſſimus abuteretur, a quibus re cognita nam inuiti regiæ libidini obtemperabant per ſororem ad regis cædem hortatis atq; etiam coactis rex ſomno die quadam oppreſſus per inſidias occiſus eſt.

Alexãdri pherei cuſtodia penes uxorem

ASCENSIVS.

HOC Re. &c. Alexã .ſ. Pheræus Pheree urbis Aſiæ princeps ſup. fuit infelicior hoc rege uidelicet Maſiniſſa. Cuius .i. Alex. pręcordia .i. intimas affectiones aut affectionum ſedes torſerũt hinc .i. ex una parte amor. hinc .i. ex altera parte metus. nam cum teneretur infinito ardore Thebes coniugis .ſ. ſuæ ueniens ad eandem ex epulis in cubiculum iubebat barbarum .ſ. ſatellitem, compunctum .i. ſignatum notis threiciis .i. quibuſdam ſtigmatibus quibus thraces tanquam ad inſigne fortitudinis ſe pungunt, unde non accedo ad mentem Oliuerii qui crimine conuictũ ſit notatũ gladio ſtricto .i. euaginato, nec idē .ſ. Alexander cõmittebat

ſe prius lecto, q̃.ſ. lectus eſſet ſcrutatus.i.excuſſus, & diſquiſitus diligenter a ſtipatoribus .i. a ſatellitibus eũ denſe comitãtibus. Supplicium.i. o ſupplicium compoſitum.i.latenter illatum nu mine deorum irato.i.offenſo in illum, cum ipſe ſua prouidentia & libera uoluntate ſe id facere crederet, ſupplicium in quam uide licet, nec poſſe imperare libidini, ut coniugem, ſi malam putet de ferat, aut deleat, nec timor, eam ut eam ſi bonam cenſeat, non ti meat. Cuius timori fuit eadem cauſa, & finis. Thebe enim mo ta, id eſt cõmota ira pellicatus, hoc eſt, ꝙ Alexander pellicem haberet, interemit Alexandrũ, aut ſaltem fratres thebes conſi lio, eius ut Oliuerius recitat.

ſecundo, Quid enim inquit cenſemus ſuperiorem illum Dio nyſi. quo cruciatu timoris angi ſolitum, qui cultros metuens tõ ſoris, candente carbone ſibi adurebat capillum. Candentium iu. Iuglandes teſte Nonio ſunt agreſtes. Macrob. conuiuiorum libro.ii. Nux iſta iugulans, inquit ſecundum nonnullorum opi nionẽ a iuuando & glande dicta exiſtimatur. Gabius uero baſ ſus libr. de ſignificatione uer borum hoc refert. Iuglans ar bor dicta eſt. perinde ac Iouis glans. Nam id arboris genus nuces habet, quę ſunt ſuauiore ſapore, q̃ glans eſt. Hunc fru ctum antiqui illi ægregiũ glan diq; ſimilem, ipſamq; arborẽ deo dignam exiſtimabant. Io uis glandẽ appellauerunt. Quæ nũc literis interciſis iuglãs no minatur, de quarum ſpecie Pli. libr.xv. multa dicit. Ad harum igitur ſimilitudinem rex, ut qui dam uolunt ferreas nuces fieri iuſſerat, quas incẽdit primo de inde, barbę admoueri faciebat. Diſſentit in hoc a Cic. qui non iuglandibus, ſed candenti car bone ſolitum eſſe dixit capillos adurere. Nec ſe.ſe ma. Quem admodum filiabus pater, ita & uxoribus uir parũ fidebat. Neu trius. Antique dixit nunc uero neutræ diceremus. Cubicularẽ le. pro cubiculo, in quo lectus erat foſſa circundedit. Forem. cu. non ſatis habuit foſſa cubi culum cinxiſſe, niſi & oſtium firmo clauſtro occluderet. Forem, id eſt aditum.

DE DIONYSIO REGE SYRACVSANORVM.

Age Dionyſius Syracuſanorum tyrãnus huiuſce tormenti q̃ longa fabula, qui duo de quadraginta an norum dominationem in hunc modum peregit: ſum motis amicis, in eorũ locũ ferociſſimarũ gentiũ ho mines, & a familiis locupletũ electos ꝑualidos ſeruos, quibus latera ſua committeret, ſubſtituit: tonſorum quoq; metu, tondere filias ſuas edocuit: quarum ipſa rum poſtquam adultæ ætati appropinquabant, mani bus ferrum non auſus committere: inſtituit, vt can dentium iuglandium, aut nucum putaminibus, bar bã ſibi, & capillũ adurerent. Nec ſecuriorẽ ſe maritũ egit, q̃ patrẽ. Duarũ enim eodem tempore Ariſtoma ches Syracuſanæ, & Locrenſis Doridis matrimoniis alligatus, neutrius vnquam, niſi excuſſæ, complexum petiit. Atq; etiam cubicularẽ lectũ perinde quaſi ca ſtra, lata foſſa cinxit: in quem ſe ligneo põte reciebat: cum forem cubiculi extrinſecus a cuſtodibus oper tam, interiorem clauſtro ipſe diligenter obſeraſſet.

OLIVERIVS.

AGE Dionyſius Syra. Cic. Tuſcu. lib.v. ſiue quæſtione.v. Duo, inquit, de quadraginta annis tyrannus Syracuſanorũ

Dionyſii metus a familiaribus — fuit Dionyſi. cũ.v. & uiginti na tus annos dominatum occu paſſet, qua pulchritudine urbẽ, quibus autem opibus præditã ſeruitutem oppreſſam tenuit ci uitatem atqui de hoc homine a bonis autoribus ſic ſcriptum accepimus, ſummã fuiſſe eius in uictu temperantiam, in re bus gerendis uirum acrem, in duſtrium, eundem tamen male ficium, natura, & iniuſtum, ex quo omnibus bene ueritatem intuentibus uideri neceſſe eſt, eſſe miſerrimum. ea enim ipſa, quæ concupierat. ne tamen quidem cum omnia poſſe cenſebat, cõſequebatur, qui cum eſſe bonis parentibus, atq; honeſto loco natus, & ſi id quidem alius alio modo tradidit, abũdaretq; ęqua lium familiaritatibus, & conſuetudine propinquorum, haberet etiam more græciæ quoſdam adoleſcentes amore coniunctos, credebat eorum nemini, ſed his, quos ex familiis locupletum ſer uos delegerat quibus nomen ſeruitutis detraxerat, ipſis, & qui buſdam conuenis, ſed feris barbaris corporis cuſtodiam com mittebat, ita propter iniuſtam damnatus cupiditatem, in carce rem quodammodo ipſe ſe incluſerat, quin etiam ne tonſori col

Diony. filiæ tondebant — lum committeret, tondere filias ſuas docuit, ita ſordido ancillari quoq; artificio regiæ uirgines, ut tonſtriculæ tondebant barbã, & capillum patris. etenim ab his, qui ipſis, cum iam eſſent adul tæ, ferrum remouit, inſtituitq;, ut candentibus iuglandium puta minibus barbam, & capillum adureret, cumq; duas uxores ha beret Ariſtomachem ciuem ſuam, Doridem autem locrenſem, ſic noctu ad eas uentitabat, ut omnia ſpecularetur, & perſcrutare tur ante, & cum foſſam latam cubiculari lecto circundediſſet, eiuſque foſſæ tranſitum ponticulo ligneo coniunxiſſet, eũ ipſum cum fores cubiculi clauſerat, detorquebat. Idemq; cum in com munibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex alta turri ſolebat. Atq; is cum pila ludere uellet (ſtudio enim illo dele ctabatur) tunicamq; poneret, adoleſcentulo, quem amabat tra didiſſe gladium dicitur. huic cum quidam familiaris iocans di xiſſet, huic certe uitam tuam committis, arriſiſſetq; adoleſcens, utrunq; iuſſit interfici, alterum qui uiam demonſtraſſet interimẽ di, alterum, qui id riſu approbaſſet Hinc facile intelligi poteſt q̃ miſer fuerit tyrannus iſte tanta ſuſpitione plenus. Quam lon. fa. Scilicet eſt, quia ſi omnia, quæ de huius tyranni metu, & ſuſpi tione traduntur, eſſet hoc loco referenda, longa fabula, hoc eſt narratione opus eſſet. Duo de qua, id eſt triginta octo, quaſi demptis duobus de quadraginta. Ferociſſimarum gentium homine. Thraces, uidelicet quos conſtat fortiſſimos ſemper fuiſ ſe. Ex familiis locupletum. Diligebat ex familiis ciuium ſuorũ locupletum ſeruos robuſtiſſimos quoſq;, eoſq; libertate dona tos ad ſui corporis tutelam præficiebat, & barbaris iiſdemq; ſer uis magis q̃ amicis aut propinquis ſalutem ſuam committebat. Tonſorum quoq; metu, De hoc idem Tulli. officiorum libro

ASCENSIVS.

AGE Diony. Tyrannus Siracu. q̃ id eſt quantum longa fabu la ſup. eſt tormenti huiuſce id eſt huiuſcemodi qui peregit domi nationem, id eſt tyrannidem, annorum duo de quadraginta, id eſt triginta octo in hunc modum. nam amicis ſummotis, ſcilicet ab aula ſua ſubſtituit in locum eorum homines gentium & fero ciſſimarum & præualidos ſeruos electos e famiłiis locupletum, qbus cõmitteret.i. crederet, latera ſua. Edocuit quoq; filias ſuas tõdere.i. radere barbã metu tonſorũ, quarũ ipſarũ .i. earundem filiarũ manibus nõ auſus cõmittere ferrũ.i. cultrũ raſoriũ. aut no uaculã poſtquam appropinquabant ætati adultæ.i. maturę uiro inſtituit, ut.ſ. filiæ adurerent ſibi.ſ. inſtituenti patri Diony. uideli cet barbam, & capillos (Sunt qui habent non captã.i. contractã manibus, quod alii non inepte deleuerunt) putaminibus.i. ut di cunt, teſtis, iuglandium.i. iuglãdium Iouis, qui dulces ſunt etiã hominibus, ſunt qui amygdalas putent. Aut nucum candentiũ, .i. incenſarum, putamina.n. nucum, eo ꝙ pinguia faciliter incen duntur, tenuemq; calorem, ſed latam flammam emittunt tali mi niſterio, non ineptam, ſtatimq; in carbones uertuntur. unde car bone candente. Cic. uſum dicit. Nec egit ſe maritum ſecuriorem q̃ patrem.i. nõ minus timuit uxores, q̃ filias. Enim.i. quia ipſe al ligatus eodem tempore matrimoniis duarum.ſ. uxorem Ariſto maches Syracuſanæ, & Doridis locrenſes, neutrius complexum petiit.i. adiit, unquam, niſi excuſſæ.i. ſcrutatæ, & inueſtigatæ, an ferrum haberent, atq; cinxit etiam lectum cubicularem.i. quo in cubuit, aut qui in cubiculo erat, ſed foſſa lata, quæ tamen in cu biculo erat ſed cubiculum cum lecto ambibat perinde quaſi ca ſtra, ideſt ſicut caſtra cingeret, in quem, ſcilicet lectũ recipiebat ſe ponte ligneo, quẽ.ſ. ſubtraxit, cũ ipſe .i. propriis manibus obſe raſſet clauſtro.i. ſera, & uectibus claudedi uim habentibus, dili gẽter forẽ interiorẽ.i. ab interiori parte (forte legendũ ſit interius ut rñdeat ad illud extrinſecus) forem cubili, opertã.i. deuſiſſime munitam, & clauſam extrinſecus .i. ab exteriore parte a cuſtodi bus.ſ. corporis ſui.

THEOPHILVS.

IVGLANDIVM, Vetuſti codices habẽt. cãdentiũ glãdiũ, quæ lectio probior, addit enim continuo Val. Aut nucum puta minibus, iuglandeſq;, & nuces idem ſunt, ut diximus ex Macro.

Oliuerius.

OLIVERIVS.

Similitudo oris Vnde.

DE ſimili.autem oris. Dicturus de ſimilitudine formę breuiter prefatur,& oſtendit uariã eſſe philoſophorũ de re iſta ſententiã, ꝙ alii dicãt a lege naturę datũ eſſe, ut nõnulli diuerſis parentibus orti ſibi ſpecie uultus, & oris ſimillimi inueniantur, alii potius caſu,& fortuita cõceptionis ſorte id euenire contendũt, & quoniam lis iſta adhuc ſub iudice manet,dicit ſe quoque huius rei cauſam ꝑtermiſſurũ,& exẽpla pauca ſubiecturũ. Altiore doctrina.profundiori ſcientia , ut philoſophia cauſarũ oium indagatrix. Eorũ,alii ſunt,inqt,philoſophorũ nõnulli,qui hoc a lege naturę ꝓuenire dicant, ut oẽ generãs generatorũ ſibi ſimile creet , & a ſanguine ſimilitudine naſci uolũt,quod a cęteris animalibus probãt,dicẽtes, ut in bruetis uidem' catulis catulos ſimiles ꝓcreari,ſic & hoĩes ſibi ſimiles liberos ſępiſſime generare. Cõtextui.cõpoſitioni ſanguinis,ut filii parentibus, quibus originẽ ducũt, ſimiles inueniantur. Reſpõdere. Cõſentire. Virg. Et dictis reſpõdent cętera matris.horũ aũt philoſophorũ opinionẽ ſequit̃ Solin.in ea. de hoie,dicit enim iã uero,qui deflexũ animũ referat ad ſimilitudinẽ , cauſas quantũ artificis naturæ ingeniũ deprehendet. Interdũ enim id genus ſpectãt, & ꝑ ſobolẽ in familiã tranſitus faciũt,ſicut plerũꝗ paruuli mõ neruos,mõ cicatrices,mõ qualeſcunꝗ originis ſuas notas ferunt,ut in lepidis,quoꝶ tres,interuulſa tamẽ ſerie,ex eadẽ domo,obducta membrana oculo ſimiles geniti reperiuntur, uel in Bizantio nobili pictore, qui cum matrem haberet adulterio ex æthiope conceptã,qui nihil patri comparandũ reddidiſſet ipſe in æthiopum auum degenerauit. Alii ne.h.e.na.le. hanc ſimilitudinẽ nõ a lege naturæ, ut origini ſanguinis reſpondeat.ſed a fortuita quãda ſorte,& caſu prouenire dicunt, quod uidetur eſſe ꝓbabilius, qa uidemus diſſimillimos a parentibus naſci,a formoſis deformes,a ualidis imbecilles.phyſici uero dicũt,id plerũꝗ accidere,ut in cõceptione mulier ad alicuius imaginẽ adiecerit ſuũ animũ,& cũ in eũ tota fuerit itẽta, ſimilitudinẽ eius,partũ,ſiue cõceptũ inde cõtrahere,quod ꝓbant ex muliere quadã,q̃ cũ pudica ſemꝑ habita fuiſſet, ęthiopem tamen peperit cuius rei cauſam cũ maritus diligẽtius inueſtigaſſet,qui ſtupri iã ſuſpectã uxorẽ habere cœperat, cognouit a Phyſicis,ꝙ tẽpore cõceptionis uxor,cum æthiopẽ ,quẽ in cubiculo depictũ habuerat cõſpexiſſet,& in eũ tota fuiſſet intenta,cõceptus inde ſimilitudinem duxerat. Quod idem ſentire uidetur Pli. na.hiſt. lib.vii.cum dicat, Similitudinem quidem in mente reputatio, & in qua credantur multa fortuita pollere, uiſus, auditus , memoriaꝗ,fauſtæ,imagines ſub ipſo cõceptu,cogitatio etiã utriuſlibet animo ſubito tranſuolans effingere ſimilitudinem,aut miſcere exiſtimatur,ideoꝗ plures in homine, q̃ in cæteris omnibus animalibus dñe,quoniã uelocitas cogitationum , animiꝗ celeritas,& ingenii uarietas multiformes notas iprimit,cũ cæteris animãtibus imobiles ſint animi,& ſimiles omnibus, ſingulisꝗ i ſuo cuiꝗ genere. Fortunę ſors. ꝓut caſus cõcipienti mulieri imaginẽ aliqua obtulerit. Inter a. qui diuerſis parentibus nati ſunt, & uidetur latenter his aſſentire, qui in fortuito caſu ſimilitudinem poſuũt. Partus c. pariter. in qua ſignificatione Iu.poſuit. Si mulier uitulum, uel ſi bos ederet agnum.

De formes a formoſis naſci.

ASCENSIVS.

DE ſimilitudine,&c. autem.i. præ cæteris donati, aut dotati altiore doctrina.ſ.q̃ nos,aut fere alii diſputant ſubtilius de ſimilitudine oris.i.faciei,& totius corporis,& alii eorũ.ſ. præditorũ doctrina,ſunt in ea opinione,ut exiſtiment,illam.ſ.ſimilitudinẽ reſpõdere origini,& contextui ſanguinis, nec.i. & non, & trahunt ex cæteris animalibus argumentũ nõ paruũ.i. approbationẽ magnã,quæ .ſ. animalia naſcuntur fere ſimilia gignẽtibus. Alii negãt hãc legẽ naturę eſſe certã,ſed ſup.aſſerũt ſpecies mortaliũ attribui.ſ. unicuique ꝓut .i. ſecũdũ ꝙ ſors cõceptiõis fortuita.i. caſualis obtulit.ſ.unicuiꝗ atꝗ ideo,ſup. aſſerunt,aut dicunt partus deformes ædi plerunꝗ.i.frequenter ex ſpecioſis,& inualidos ex robuſtis,quod niſi quãdoꝗ contingeret, utili edicto ꝓhiberẽt impotentibus , & deformibus generare,quo cauto ſtatim oẽs formoſi,& ualidi ędderẽtur. Verum,quoniam iſta quæſtio uerſatur in ambiguo, nos referemus pauca exempla ſimilitudinis conſpectæ inter alienos .i. diuerſi ſanguinis,aut generis.

DE SIMILITVDINE FORMÆ. CAP. XV.

DE ſimilitudine autem oris, & totius corporis,altiore doctrina prediti ſubtilius diſputant eorumꝗ alii in ea ſunt opinione,vt exiſtimẽt illam origini,& contextui ſanguinis reſpondere. Nec paruum argumentum ex cæteris animalibus trahunt, quæ fere gignentibus ſimilia naſcuntur. Alii negant certam hãc eſſe naturæ legem , ſed ſpecies mortaliũ, ꝓut fortuita ſors conceptionis obtulit,attribui: atꝗ deo plerunꝗ ex ſpecioſis deformes , ex robuſtis inualidos partus edi. Verum quoniam iſta quæſtio in ambiguo verſatur,pauca inter alienos cõſpectæ ſimilitudinis exempla referemus.

DE VIBIO ET PVBLICIO LIRERTINO SIMILIBVS POMPEIO MAGNO.

Magno Pompeio Vibius ingenuæ ſtirpis,& Publicius Libertinus ita ſimiles fuerunt, ut permutato ſtatu,& Pompeius in illis, & illi in Pompeio ſalutari poſſent. Certe quocunꝗ aut Vibius, aut Publicius acceſſerant , ora hominum in ſe obuertebant , Vno quoꝗ ſpeciem ampliſſimi ciuis in perſonis mediocribus annotante. Quod quidem fortuitum ludibrium,quaſi hæreditarium ad eum penetrauit.

DE MENOGENE COCO SIMILI PATRI POMPEII MAGNI.

Nam pater quoꝗ eius eo vſꝗ Menogenis Coci ſui ſimilis eſſe viſus eſt,vt vir & armis præpotens, & ferox animo,ſordidum eius nomen repellere a ſe non valuerit.

OLIVERIVS.

MAGNO Põpeio. Duos dicit infimę conditionis homines Põpe.adeo perſimiles,ut ſi eadẽ Põpeii,& illorũ fuiſſet fortuna,merito ꝓ Pompeio ſalutari potuiſſent. Solinus tamẽ de memorabilibus mũdi horũ alterius tãtum mentionem facit. Dicit inter Cnęũ Pompeiũ & Cnæũ Vibium humili loco natũ tantus error extitit de paribus lineamẽtis, ut Romani Vibium Pompeii nomine Vibii uocabulo Põpeio cognominarent Pli.uero eodẽ lib. utrũꝗ cõmemorat,dicit enim M.Pompeio Vibius qdam e plebe & publicius etiã ſeruitute liberatus indiſcreta prope ſpecie fuere ſimiles,illud os probũ reddentes, ipſumꝗ honorẽ eximiæ frontis. Ingenuæ ſtirpis, Solinus dicit humili loco natum. Plinius e plebe natum . Quod quidem fortuitũ . Hanc fortunnæ ludificationem,ut ſordidæ conditionis homines Pompe . haberet ſibi perſimiles , dicit ei fuiſſe quaſi hæreditariam , quoniam pater eius Menogenem cocum longe ſibi ſimilem ſortitus eſſet,a quo etiam Strab. cognomẽ accepiſſe dicitur, nam Menogenes Strabo. Coquus ille uocabatur. Ludibrium . dedecus & ludificatio nam turpe uidebatur eſſe clariſſimis uiris a ſordido genere hominum ſpeciem repreſentari.

Vibius & Publicius Põ. ſimiles.

ASCENSIVS.

MAGNO &c. Vibius ſtirpis ingenuæ , & Publ. libertinus, id eſt libertinę conditionis,fuerunt ita ſimiles Pompe. magno, ut ſtatu permutato,quia Pompe.princeps erat urbis , illi ignobiles,&.i.ſimul Pompe.poſſet ſalutari in illis .i. illi pro Pompe. & illi in Pompe.i.Pompe.loco alterius illorũ. Certe quocunꝗ, aut Vibius ,aut Publicius acceſſerant ipſi ſup. obuerterant in ſe ora hominum admirantium ſimilitudinem eorum cum Pompe.unoquoꝗ ſcilicet hominum annotante in perſonis mediocribus,id eſt mediocris conditionis, ſpeciem ciuis ampliſſimi, ut qui magno agnomen meruerit . Quod quidem ludibrium fortuitum.i. illuſio caſu orta,penetrauit ad eum.ſ.Pompe.mag. quaſi hæreditarium.i. a patre acceptum.

OLIVERIVS.

MENOGENIS.q.& Stra.dicebatur æque Põ. Magni Põ. pater cognominatus eſt,teſte Pli. eodem.lib. nam talis , inquit,

campum quoq; eius Menogenis coci ſui cognomen impoſuit Strabonis .i. ſpe oculorū nomen habentis uitium, imitata fuit al ter Strab. perſpicaciſſimi uiſus homo, quem ſupra diximus, per ſpexiſſet centum & triginta quinq; millia paſſuum ſolitum ex euntem a Carthagine claſſem punicam, numerumq; nauium manifeſtiſſime ex lybitana ſpecula notare.

ASCENSIVS.

NAM pr̄ quoq; eius uiſus eſt eſſe ſimilis Menogenis coci ſui eouſq; ut uir. &.i. ſimul ar mis ꝑpotens, & ferox animo .ſ. pater Pōpeii magni non po tuerit repellere a ſe nomē eius .ſ. coci ſui ſordidum, q. ſordi di hominis, aut a uitio corporis maioribus eius inditum, agno minatus eni eſt ab illo Strabo.

OLIVERIVS.

Scipio Se rapioni longe ſi milis

EXIMIÆ uero nobilita. Nec illud fortunæ ludibriū no biliſſimus adoleſcens Cor. Sci pio ſubterfugere potuit, qui Serap. cuiuſdā uictimarii in ap pellatione fuerit notatus, ꝙ illi ſ dē lineamētis corporis, & oris par eſſet illi uſ Pli. eo. li. vii. Sci pioni in ſeruo Serapione uicti marii negociatoris uili maoci pio, non illi ualuit generis no bilitas, nō morū ꝓbitas, nulla denique uirtus. Cognominis b⁹. ut Scipionū, quorū duo Afri cani, unus Aſiaticus, dicti ſunt.

Serapionis appella. Quia uul gus eū Serapionē appellabat, eo ꝙ illi ſimillimus erat. erat aūt Serapio iſte uictimari⁹, hoc eſt ſacerdotū miniſter, q ſacrifi cātibus miniſtrabat, ut ſupra di xi. Reſpectus tot imaginū. ꝙ plurimas maiorū ſuorū ſtatuas hēret.

ASCENSIVS.

EXIMIÆ &c. Vero .i. ſed Corne. Scip. adoleſcēs nobili tatis eximiæ, cū abundaret plu rimis, & clariſſimis cognomi nibus familię ſuæ nam Scipio num, alius dictus Africanus, alius Aſiaticus, alius Numanti nus, & Africanus, alius Naſica &c. īpactus eſt ſermone uulgi in appellationē ſeruilē Serapionis ſerui, ꝙ .i. q̄a erat perſimilis uicti mario .i. uictimarū curatori, huiuſce nōis .ſ. Serapionis. Nec aut ꝓbitas morū, aut reſpectus tot imaginū .i. clarorū uirorū, quorū imagines in ſtemmate ſuo hēbat, eſt opitulata ei, quo minus .i. ut nō aſpergeretur hac cōtumelia, ut .ſ. uictimarii nomē acciperet.

OLIVERIVS.

GENEROSISSIMVS cōſ. Lentulus, ac Metellus cōſu les principeſq; Ro. ſic duorū hiſtrionū ſpēm referebāt, ut cum in Scenā ꝓdiiſſent, illorū nōia nō ſubterfugiſſent, niſi alter Spinthe ris, alter nepotis cognomina multo antea ſortiti fuiſſent, nā Me

Metellus retiario ſimilis

tellus, q̄a retiario Pamphilo ſimillimus eſſet, cuius nomen ſordi dū nō aufugiſſet, niſi a nepote, qui prius cognominatus eſt, au xiliare nomen accepiſſet. Pli. Sicut Spinter ſecundanus, Retiari uſq; Pāphilus collegio Lētuli, & Metelli cōſulū. in quo perquā in fortunę fortuitū hoc quoq; fuit, duorū ſimul cōſulū in ſcena imagines cerni. Spectati ſunt, quotieſcūq; in ſcenam conſules iſti ꝓdibant, ut in ſe omniū oculos cōuertebant, quod hiſtrioni bus ſimillimi forent. Ex quodā ſęculari. ex quodam mimo, qui in ludis ſæcularibus hiſtrioniā exercebat, de ludis ſæcularibus dictū eſt in ca. de inſtitutis. Spintheris. fuit nomē hiſtrionis. Lē tulo ſimilis, a quo Lētulus cognomen accepit. Alter a mori bus nepo .ſ. Metel. qui prius cognominatus eſt a nepote optimis moribus inſtituto. Pamphili retiario .ſ. Pamphi. gladiatoris.

DE CORNELIO SCIPIONE COGNOMENTO SERAPIONE.

Eximiæ vero nobilitatis adoleſcens Cornelius Scipio, cum plurimis, & clariſſimis familiæ ſuæ cognominibus abundaret, in Seruilem Serapionis appellationem vulgi ſermone impactus eſt, ꝙ huiuſce nominis victimario ſimilis erat: nec illi aut morum probitas, aut reſpectus tot imaginum, quo minus hac contumelia aſpergeretur, opitulata eſt.

DE LENTVLO. ET METELLO SIMILIBVS HISTRIONIBVS.

Generoſiſſimus Conſulatus collegio Lentuli, & Metelli fuit: qui ambo in ſcenā propter ſimilitudinē hiſtrionū propemodum ſpectati ſunt. Sed alter ex quodam aſſeclarum cognomen Spintheris traxit: alter niſi Nepotis a moribus accepiſſet, Pamphili retiarii, cui ſimillimus eſſe ferebatur, habuiſſet.

DE M. MESSALA SIMILI MENOGENI, ET CVRIONE SIMILI BVRBVLEIO.

At M. Meſſala Conſularis, & Cenſorius, Menogenis, Curioq; omnibus honoribus abundās, Burbulei ille, ꝓpter oris aſpectū: hic ꝓpter parem corporis motū vterq; ſcenici nomen coactus eſt recipere. Abunde ſint hæc domeſticis, quoniā perſonis ſunt excellentia, & non obſcura notitia celebrantur.

DE REGE ANTIOCHO SIMILI ARTENIO.

Regi Antiocho vnus ex æqualibus, & ipſe regiæ ſtirpis nomine Artenio, perquā ſimilis fuiſſe traditur: quē Laodice vxor Antiochi, interfecto uiro, diſſimulandi ſceleris gratia, in lectulo perinde quaſi ipſum regem ægrū collocauit Admiſſumq; vniuerſum populum & ſermone eius, & vultu conſimili fefellit: credideruntq; homines ab Antiocho moriente, Laodicem, & natos eius ſibi commendari,

ASCENSIVS.

GENEROSISSIMVS &c. Conſulatus fuit generoſiſſi mus collegio Lentuli, & Metelli .i. cū Lentulus, & Metellus col legę eſſent, qui ambo ſpectati ſunt propemodū .i. ualde in ſcena .i. theatro, cū ſcenici agerētur ludi, illis pręſentibus propter ſimi litudinē hiſtrionū, qui ludos uarios agebant, ſed alter .ſ. Lentulus traxit cognomen Spintheris ex quodam ſęcularium .ſ. ludorū actori, q̄q̄ Oliu. ſæculari legat, & alii aſſeclarū, nā Pli. a mimo nomē ſortitū uult. Metellus niſi accepiſſet ſup. cognomē a mo ribus nepotis, qui plus dictus erat. habuiſſet ſup. cognomen, aut agnomē Pāphili Retiarii .i. certātis cū Mirmillone rete, qđ manibus geſtabat, cui .ſ. retia rio ipſe ferebatur ſimillimus.

THEOPHILVS.

NEPOTIS. Metellus, in quit, a Pāpilo Retiario, traxiſſet appellationem niſi prius a mo ribus, & ſolutiore uita nepos eſſet appellatus.

OLIVERIVS.

AT M. Meſſalla. De hoc Meſſalla Soli. Marcus, inq̄t, Meſ ſalla, & Menogenes efece uul gari hoc fuerūt uterq; ꝙ ſingu li, nec aliū Meſſallā putauerūt, q̄ Menogenē, nec Menogenē aliū putauerūt, q̄ Meſſallā, hoc idem teſtatur Pli. lib. vii. Cu rioq; hic propter geſtus, & cor poris ſui motus, hiſtrioni bur buleo pares Burbuleus cogno minatus eſt. Scenici .i. hiſtrio nis, nā Menogenes, & Burbu leius fuerunt hiſtriones. Per ſonis ex. nā in perſonis clariſſi mis hęc ſimilitudo, cōſpecta ē. Nō obſcura. Quia apud oēs Ro. nota fuerūt hæc exempla.

Meſſalla menoge nis ſimi lis

ASCENSIVS.

AT M. Meſ. ſup. uir conſu laris, & Cēſorius .i. qui aliquā do cōſulatū, & cēſurā geſſerat, & curio abundans omnibus honoribus .i. titulis magiſtra tuū geſtorū, uterq; coactus eſt recipere .ſ. a populo nomē ſcenici ſup. hōis arti ludicræ intentis, ille .ſ. Meſſalla Menogenis ꝓpter aſpectū oris .i. ſimilē aſpectum uultus, hic .ſ. Curio Burbuleii .ſ. hiſtrionis ꝓpter parē motū corporis, hæc exempla dicta ſint .i. habeantur abunde .i. ſatis ampliter dicta, domeſticis ſup. exem plis, quoniam celebrantur, & .i. ſimul. excellentiora ſup. cæteris, perſonis .i. ꝓpter perſonas illuſtriū uirorū, & nō obſcura notitia.

OLIVERIVS.

Antio chus & Artenio ſimillimi

REGI Antiocho. Inter regē Antiochū & Artenionem ſimi litudo tanta fuiſſe traditur, ut alter altero, nec uultu, nec uoce di ſcernerentur, ex quo facile reginæ Laodices occultata fraus, ut occiſo Antiocho, Artenionem pro rege ſimularet, & in regio to to ueluti arrogantem collocaret, & aduocato populo illum tan quā teſtaturū oſtēderet, a quo & Laodice, & liberi diligentiſſime cōmendarentur, cuius uoce audita, a populis facile deluſus eſt. Solinus, regem inq̄t, Antiochū Artenio quidā ex plebe Syriaca ſic æmula facie mentiebatur. ut poſtmodū Laodice uxor regia obiecto populari iſto tā diu diſſimulauerit defunctū maritū, qđ ex arbitratu eius regni ſucceſſor ordinaret. Pli. quoq; lib. vii. An tiocho, inq̄t, regi Syriæ e plebe nōie Artenio in tātū ſimilis fuit, ut Laodice cōiux regia, necato iā Antiocho manus p eū cōmē dationis, regniq; ſucceſſionis peregerit. Vnus ex ęqualibus re giæ ſtirpis. In hoc diſſentit a Solino, & Plini. Vale. ꝙ regiæ ſtir pis Artenionem fuiſſe dicit, ille uero ex Syriaca plebe uirum.

Aſcenſius

ASCENSIVS.

REGI &c. Vnus ex ęqualibus.i.coæuis ſup. Antiochi regis, &.i.etiã ipſe ſtirpis regię Artenio noie, traditur fuiſſe perquam ſimilis Antiocho regi.ſ.ſyriæ, quẽ Laodice uxor Antiochi uiro interfecto, collocauit in lectulo, gratia ſceleris diſſimulandi, perinde quaſi.i.acſi ſup. collocaſſet illic ipſum regẽ egrũ, & fefellit in ſermone eius.ſ. Artemionis, & uultu cõſimili.ſ.ſermoni, & uultui regis, uniuerſum populum admiſſũ.ſ.ad lectulũ, q̃ſi ad regẽ, & hoĩes. aut omnes crediderũt Laodice.ſ.reginã, & natos.i. filios eius cõmendari ſibi ab Antiocho moriente.

OLIVERIVS.

HIBREAM autem. Hic Mileſius orator inſignis, & in tota Aſia celeberrimus, adeo ſimilis ſeruo cuidam Tapetas in Scena colligẽtis fuiſſe traditur, ut oẽs eius fratrem exiſtimarent, qm̃ nulla iter eos uultus, & corporis erat diſſimilitudo, iiſdẽ parẽtibus nati eſſe credebanť. Mileſius. Ab oppido Mileſio, quod fuit i Ionia, ubi optima uellera tingebanť teſte Ser.in.iiii.Geor.uñ Virg. Mileſia uellera dixit. Cõcitatæ facũdiæ, uehemẽtis in ꝑſuadendo eloquentiæ. Gymnicoꝶ, philoſophorũ, qui cinici dicebãtur, quoꝶ unus fuit Diogenes mordaciſſimus philoſophus. nam cinici dicti ſunt quaſi canini. Stramẽta quos Gręci Tapetas appellãt, qui ſpectatoribus ſubſternebanť in Scena, hic ergo ſeruus, peractis ludis, hos Tapetas, & reliq̃ Scęnę ornamẽta colligebat. Totius Aſię oculi.i.oium Aſiaticorũ oculi.

iuſſit, uiſumq; hoc modo interrogauit, dic mihi adoleſcẽs fuit aliquãdo mater tua Romæ? negauit ille, nec cõtentus adiecit, ſed pr̃ meus ſæpe. Ille uero.quẽ piſcatorẽ fuiſſe dicit Sul. Ioco nãq; la. Ex reiectione, inquit iocoſi dicti inſimulatã matris pudicitiã, audacter magis, q̃ facete ultus eſt, cũ diceret patrẽ ſuũ Romã ſępius acceſſiſſe. Inuicẽ ſuſpitione reiecta. q̃a pari rõne reiecerat ſuſpitionem impudicitiæ matris in ꝓconſulẽ, ſed hãc iniuriã ultus eſt audacius, q̃ ꝓuinciali homini cõueniret, qui proconſulari imperio ſubiectus eẽt. Quã uirgis, & ſecuribus ſubiecto. quã homini, qui proconſuli ſubiectus eſſet, i quem uirgas experiri, & ſecures parari iubere potuiſſet proconſul.

DE HIBREA MYLASIO SIMILI CVIDAM SERVO GYMNICORVM.

Hibream aũt Mylaſiũ copioſæ, atq; concitatæ facundiæ oratorẽ, Gymnicorũ ſeruo ſtramenta Gymnaſii colligenti, tam ſimilẽ ferunt: vt tanquã Germanum fratrẽ totius Aſiæ oculi aſſignarent, ita lineamẽtis oris, & omnium membrorum compares erant.

DE QVODAM PRÆTORE ROMANO SIMILI CVIDAM SICVLO.

Ille vero, quẽ in Sicilia Prętoris admodũ ſimilem fuiſſe conſtat, petulãtis animi. Proconſule enim dicente, mirari ſe quapropter ſui tam ſimilis eſſet, cum pater ſuus in eam prouinciam nunquam acceſſiſſet: At meus (inquit) Romam frequenter acceſſit. Ioco nãq; laceſſitam matris ſuæ pudicitiam, inuicem ſuſpitione in matrem eius reiecta, audacius, q̃ virgis, & ſecuribus ſubiecto conueniebat, ultus eſt.

DE IIS, QVI INFIMO LOCO NATI MENDACIO SE CLARISSIMIS FAMILIIS INSERERE CONATI SVNT. CAP. XVI.

SEd tolerabilis hæc, & vni tantummodo anceps temeritas: quod ſequitur impudentiæ genus, nec ferendũ vllo modo: piculiq; tum priuatim, tũ etiã publicæ latę patẽtis. Nã vt Equitiũ Firmo piceno mõſtrũ veniens relatũ iã i huiuſce libri ſuperiore parte, ꝑtereã, cuius in amplectendo Tiberio Graccho patre, euidens mendaciũ, turbulento uulgi errore, ampliſſima tribunatus poteſtate vallatum eſt.

ASCENSIVS.

ILLE uero.ſ. piſcator, quẽ conſtat fuiſſe in Sicilia admodũ ſimilẽ Prætoris.ſ. Suræ ꝓcõſulis, ſup. fuit animi petulantis.i.ad laceſſandũ procliui enim.i.q̃a proconſule.ſ. Sura dicente, ſe mirari, quapropter eſſet tã ſimilis ſui.ſ.ꝓconſulis, q idem Prętor erat cũ pr̃ ſuus nũquam acceſſiſſet in eã ꝓuinciã, inq̃t, at.i.ſed meꝰ ſup. pater acceſſit frequẽter Ro. q.d. & ita potuit te genuiſſe corrupta mre tua ꝓbal, ꝙ petulãtis animi fuerit, nãq;.i.quia, ipſe ultus eſt ioco ſed amaro, pudicitiam matris ſuæ laceſſitã.i. petitã cõtumella, a proconſule, innuerat enim a patre ſuo illũ ꝑ adulteriũ progenitum ſuſpitione.ſ.adulteria reiecta inuicẽ.i.uiciſſim in matrem eius.ſ.ꝓcõſulis, audacius q̃ cõueniebat ſubiecto uirgis & ſecuribus.i. prætori ſex lictores cũ totidẽ faſcibus hñti. Surra ꝓcõſul. in Sicilia

ASCENSIVS.

HIBREAM &c. Ferunt.ſ.rerũ narratores. Hibream Mileſiũ (uulgo Milaſiũ legunt) e mileto ſecũdũ Oliuerlũ Ionio ꝯppido oratorem facundiæ copioſę.i.abundantis, atq; concitatę.i. torrentis more fluentis, aut prõptæ, fuiſſe ſup. tam ſimilẽ ſeruo Gymnicoꝶ.i.Gymnaſii inſtructoꝶ (quod Oliue. quoq; ſentit, & tñ paulopoſt Cynicoꝶ legit, & interpretať) colligenti ſtramenta.i. tapeta, aut tapetas, q̃ uel, qui ſternunť pauimẽto, aut ſedilibus ſpectantiũ, ꝑſertim nobilium, cũ aulæa ſuſpendãtur. latine itaq; ſtramenta a ſternẽdo dici pñt (alii tñ ſcribũt ſtragmẽta, alii ſtrigmẽta) Gymnaſii, unde Gymnicorũ non Cynicorũ ſeruus dicetur, ut oculi totius Aſiæ aſſignarent.i.aſpicerẽt, & adnotarẽt eũ tãquã fratrem Germanum.ſ. Hibreæ, ita.i. intantum erant compares lineamentis oris, & omnium membrorum.

THEOPHILVS.

MILASIVM, uetuſti codices habent Mylaſenũ, gentiliter a Mylaſis Aſiæ ciuitate, de qua Strabo. Tullius in Antonianis, & Stephanus. Cynicorum. Placet, ut legas Gymnicorũ, nam ſequitur ſtragmenta Gymnaſii colligenti.

OLIVERIVS.

ILLE uero. Soli. Horũ ſimilitudinis meminit. ſed iocoſi, uel ut Vale. dicit, petulantis dicti, mentionẽ nullã facit, dicit enim piſcatore Sicilia proconſuli Suræ ꝑter alia etiã rictu oris cõparabatur, ita ut in eodẽ uocis impedimẽta, & tardatæ ſonus linguę naturalibus offendiculis congruerent, qđ uero de iocoſo riſo tradit Vale. illud uel certe ſimili Macr. in Auguſtũ refert dictũ, dicit enim ſeſe in Auguſto magis mirari quos ꝑtulit iocos, q̃ ipſe quos parturit, q̃a maior eſt patiẽtię facũdiæ laus, maxime cũ æquanimiter aliqua etiã iocis mordaciora ꝑtulerit, cuiuſdã prouincialis iocus aſper innotuit, intrauerat Romã ſimillimus Cęſari, & in ſe oium ora cõuerterat. Auguſtus perduci hoiem ad ſe

OLIVERIVS.

SED tollerabilis hæc. Tranſitũ facit ad eos, qui obſuro loco nati, ſe clariſſimis familiis inſerere uoluerunt, & ne ex abrupto tranſire uideatur, hoc utitur ordine, ut dicat ſuperioris exẽpli temeritatẽ tollerari poſſe, quod ad unius dũtaxat periculum pertinuerit, ſed impudentiam, de qua dicturus eſt nullo pacto ferendam, ꝙ nõ ſolum priuatos ciues, ſed etiam rempu. indiſcrimẽ propemodum adduxerit. Vni tantummodo anceps, periculoſa tantũ piſcatori ſiculo, qui proconſuli, Surræ temere ſatis reſpondiſſe uiſus eſt. Nam ut Equitium. ut omittam, inquit, Equitium, qui cum C. Graccho ſimillimus eſſet, in Gracchorũ familiam ſe tanquam Tiberii filium inſerere uoluit, annitente L. Apuleio Saturnino Trib. pleb. qui grauiſſimas ex hac re in populo ſeditiones excitauit, ut in cap. de ſeditione dictum eſt, ut hunc inquã omittã, uidendum eſt quãtum reipu. periculum intulerit Helophili temeritas, & impudentia, qui ſe iunioris Marii filium mentitus tantum apud plebem gratiæ, & fauoris conſecutus eſt ob aui memoriam qui.vii. conſolatus geſſerat in urbe, ut & multæ ueteranorum coloniæ, municipia, & collegia fere omnia ſibi patronum delegerunt, præterea cum imperii fundamenta nondum ſatis firma. C. Cæſa. ieciſſet, parum abfuit, quin ruſus excitaretur bellum ciuile per hunc Helophilum, nam cum Cæſar in Hiſpania deletis. C. & Sexto magni Pompe. filiis, rediſſet in urbem, & in hortis ſuis forte ſederet cum Helophilo hoc impudentiſſimo, omnes quicunq; ad Cæſa. gratulatũ de uictoria uenerant, nõ minus Herophilũ, q̃ Cæſa. ſalutarũt, adeo ſe iã plebi Helophilus iſte inſinuauerat, quod ubi ſenſit Cæſar, metuens id, quod futurũ erat, ne qua ſeditio aut coniuratio fieret in populo, Herophilũ exilio multauit. mortuo deinde Cæſa. reuerſus in urbẽ ſenatui cædem, & inſidias machinabatur, qua re cognita, coniectus in carcerem meritas pœnas luit.

Firmo pi. firmū oppidū eſt in agro piceno uñ fuerat Egtius oriūdus. Mōſtrū. nō homo, ſed uerius mōſtrū ob turpiſſimos mores dici pōt. Prætereā. omittā, & ē occupatio, color rhetoricus, cū id maxime dicimus, nos omittere oſtēdimus. In am. T. Grac. hoc eſt in afferendo, & uindicādo ſibi pře T. Grac. Turbulēto uulgi errore, qa ut diximus, cū a Mario Quintū cōſulatū gerēte in carcere cōiectus eſſet, eoq; cōtra leges tribunatū peteret, tantā ſeditionē in urbe cōcitauit ut ppl's carcerē confregerit, illū eduxerit, atq; etiā humeris ſuſceptū p urbē tāquā ſenatu triūphās cū ſumma alacritate portauerit. Ampliſſima tr. po. Saturnini trib. pleb. qui dū Gracchanas leges ſuſcitaret qbus populi fauorem, & gřam aucuparef Equitiū in mediū ptulit, & Grac. filiū eſſe aſſerebat, ut ſatis ſupra dictum eſt.

ASCENSIVS.

¶ SED hæc temeritas. ſ. piſcatoris ſiculi, tolerabilis, ſup. fuit, & anceps. i. dubii euētus tantūmodo uni. ſ. ipſi piſcatori, ſi ſecus, ac in bonam partē accepiſſet ptor, ſup. illud genus ipudētię, qđ ſeqf, nec ferendū ſup. eſt ullo mō, & ſup. eſt piculi patētis. i. ſe extētis late tū priuatim, tū etiā publice, qa ſi ſe pro filio Gracchi pbaſſet Egtius, res priuata hęredū Gracchi iacturā feciſſet, & pp ſeditionē p eo p Saturninū cıtatā reſp. in periculo grauı fuit. Nā ut pcreā Equitiū monſtrū. ſ. hois ueniēs. Firmo. ſ. oppidulo piceno. i. quod in agro piceno relatū. i. recitatū iā in ſupiore pte huiuſce libri. ſ. noni. c. vii. de ſeditione in principio, cuius mēdaciū euidens in amplectendo, uſurpādo Tib. Grac. pře, uallatū eſt. i. munitū, & ptectū ſup. cū errore uulgi turbulēto. i. ſeditioſo, & cōmotionis excitatiuo, ampliſſima poteſtate tribunatu. ſ. Satur. trib. ple.

OLIVERIVS.

¶ HEROPHILVS Equa. me. Qui equos curabat. Coloniæ ueteranoꝶ, Coloniæ dicebantur, ac quas e maiori ciuitate Coloni mittebātur. Solebāt āt frequēter Romani ueteranos, & emeritos milites ad eiuſmodi oppida mittere. eorū bona, q ſibi rebelles, cōtumaceſq; fuiſſent, cōdonare. Municipia, ciui. quæ propter beneficia fuiſſent Ro. ciuitate donatę. Collegia. ſ. augurū, pōtificū, ſacerdotum. Adoptarēt. Eligerēt. Proximo intercolumnio. Intercolumnium dicitur ſpacium inter duas, uel plures colūnas, proximo autem ideo dixit, ut oſtendat non longe a Cæſare, tunc Herophilū quē Cæſarem ſalutabant. Seras pœnas, graues. Virg. Diſtulit in ſerā cōmiſſa piacula mortem.

ASCENSIVS.

¶ HEROPHILVS medi. Equa. i. equorum uēdicādo. i. attribuendo ſibi quaſi iure ſuo Caiū Ma. ſepties cōſulē auum extulit. i. ſup reliquos tuliſſe, ita ut cōplures Coloniæ ueteranorū. ſ. militū, & municipia ſplēdida, & collegia. i. cætus eiuſdē officii, aut pōtifici, ut augurū, pōtificū, ſacerdotū, & cætera fere oīa adoptarent, ſup. eū patronū. Quinetiā cū Ca. Cęſar Cn. Pom. adoleſcēte, qa filio magni, oppreſſo in Hiſpania, admiſiſſet populū in hortos ſuos. ſ. Cæſ. ipſe, ſup. Herophilus ſalutatus eſt pximo intercolūnio. i. ſpacio iter duas colūnas arborū, aut uitiū ad uoluptatē derelicto, pene pari ſtudio frequentiæ. ſ. eū Cæſare, hoc eſt paulo minores habuıt ſalutatores, & cōgratulatores quā Caius Cęſ. Quia niſi diuini uires Cæſa. obſtitiſſent huic procellę erubeſcēdæ. i. cōmotioni, q̄ populus excitare parabat extollēdo Herophilum reſpu. excepiſſet uulnus ſimile, atq; acceperat in Equitio. i. in ſeditione excitata ppter Equitiū. cæterū. i. de Herophi. relegatus decreto eius. ſ. Cæſa. extra Italiā, poſtq̄ ille. ſ. Cęſ. eſt receptus e cælo. i. in cælū, rediit in urbē, & ſuſtinuit. i. potius fuit, aut uoluit capere cōſiliū ſenatus interficiēdi, quo noie. i. ppter quā culpā ipſe necatus i carcere iuſſu patrū. ſ. cōſcriptoꝶ pepēdit. i. luit, aut pſoluit ſero. i. nimis tarde, pœnas animi prōpti ad moliendum. i. cū molle, & difficultate patrandū ſi poſſit, omne ſcelus.

DE HEROPHILO EQVARIO.

Herophilus Equarius medicus C. Mariū ſepties Conſulē auū ſibi vendicādo ita ſe extulit, vt coloniæ ſe veteranorū cōplures, & municipia ſplēdida, collegiaq; fere omnia patronū adoptarent. Quinetiā cū C. Cæſar Cn. Pōpeio adoleſcēte in Hiſpania oppreſſo, populū in hortos ſuos admiſiſſet, pximo intercolūnio pene pari ſtudio frequentiæ ſalutatus eſt: quod niſi diuinæ Cæſaris vires huic erubeſcendæ pcellæ obſtitiſſent, ſimile vulnus reſpu. excepiſſet, atq; in Equitio acceperat. Cæterū decreto eius extra Italiā relegatus, poſtquā ille cælo receptus eſt, in vrbē rediit, & cōſiliū interficiendi Senatus capere ſuſtinuit: quo noīe iuſſu patrū necatus in carcere, ſeras prompti animi ad omne moliendū ſcelus pœnas pepēdit.

DE QVODAM, QVI SE FECIT FILIVM OCTAVIÆ SORORIS AVGVSTI.

Ne diui quidē Auguſti etiamnū terras regentis excellētiſſimū numē intētatū ab hoc iniuriæ genere extitit: cū qdā clariſſimæ ac ſanctiſſimæ ſororis eius Octauię vtero ſe genitū fingere auderet, ppter ſummā aūt ībecillitatē corporis, ab eo, cui datus erat perinde, atq; ipſius filiū retentū ſubiecto in locū ſuū proprio filio diceret: videlicet, vt eodem tēpore ſanctiſſimi penates, & veri ſanguinis memoria ſpoliarētur, & falſi ſordida cōtagione inquinarentur. Sed cū plenis impudētiæ velis, ad ſummū audacię gradū fertur, imperio Auguſti remo publicæ triremis affixus eſt.

OLIVERIVS.

¶ NEC diui qui Augu. Inuentus eſt, inquit, imprudētiſſimus hō, q ſe Octauiæ Aug. ſororis. & M. Ant. filiū mētiri auſus fuerit, q ut populo pſuaderet, hoc mēdacio uſus eſt, ut diceret, ſe a nutrice accepiſſe, q cū traditus eſſet ei nutriēdus, qa imbecilli corpe uideretur, pmutatū eius ſortē fuiſſe, ut nutrix, quē robuſtiorē haberet filiū Octa. & Ant. miſerit, ſe uero pro ſuo educauerit, q̄ hois impudentiā Aug. cū æquo aio ferre nō poſſet, remo publicæ triremis affixit. Et n. ter re. aut p Tib. eius filiū, aut ad illius diuinitatē retulit, q̄ pro Roma. excubabat iperio. Clariſſime. ac ſan. hoc nō uſque queq; aſſentatorium eſt. nā cōſtat, teſte Plu. in uita Anto. hanc fuiſſe miræ uirtutis fœminam, q̄ mirū in modū diligeret a fratre, cui cū neglecta ab Ant. palā eſſe pſuaderi nō potuit, ut relicta An. domo ſeorſum habitaret, turpe exiſtimans eſſe, ut duo Roma. Imperatores ad arma ciuilia. cōcitarentur, alter amoris gratia, alter q pellex ſorori anteponeretur, atq; hæc nō uerbis, ſed re ipſa cōprobarit, nāq; Ant. domū deſeruit, neq; filiorū eius curā remiſit, ſed diligenter exoluit nō ſolū cōes, ſed etiā ex Fuluia ante ſuſceptos, amicos etiā An. qui uel petēdi magiſtratus, uel cæterarū terū gratia Romā ueniſſent, ſuſcipiebat fouebat, & ſiqđ opus erat p illis a Cæſ. impetrabat; quinetiam ferūt cū Anto. diuortii libellū miſiſſet, ac etiā qui Octauiā domo expellerent, egreſſam illā cū omnibus Ant. filiis pter maiorē natu, qui tunc erat cū patre, plorantē, & inique ferētē, q & ipſa una ex cauſis diſcordiæ ciuilis putaref. Perinde atque, tāquā. Plenis uelis, oi ipetu. & eſt trāſlatio ſumpta a nauigantibus, nā nullo pudore a tāto facinore deterrebaf. Ad ſummū au. gr. Nihil maius audere poterat, quā Auguſtū ſibi uendicare auunculum.

ASCENSIVS.

¶ NEC qdē. i. nō ēt aut nō ſaltē, cū maxime immune eſſe deberet, numē excellentiſſimum diui Aug. ſ. Octauii regētis etiā nū. i. nunc adhuc in Tib. eius ſucceſſore, aut diuina cura. aut potius tunc ad hæc terras. i. terrigenas. Extitit. i. emerſit in tentatum ab hoc genere iniuriæ. ſ. falſæ aſſertionis alieni generis, & hæreditatis, cū qdā auderet fingere ſe genitū utero Octauiæ ſororis eius. ſ. Auguſti, clariſſimæ, & ſanctiſſimæ. ſ. matronæ, autē. i. ſed dicere ſe retētū ab eo, cui datus erat. ſ. nutriendus, propter ſummā imbecillitatē, propter quam (ut mētiebatur) nutritius, ac nutrix non auſi ſunt Octauiæ uerum partum reſtituere, ſed ipſum retinuerunt proprio filio. ſ. eorum ſubiecto. i. clam allato ad Octauiā in locum ſuum. i. ipſius mendacius, qui talia fingebat. Videlicet, ut ſanctiſſimi penates. ſ. Octauiæ ſpoliarentur eodem tēpore, &. i. ſimul, memoria ueri ſanguinis, ut non agnoſcerent uerū partum, & inquinarentur contagione ſordida falſi. i. ſuppoſiti ſanguinis. Sed cum talis homo indignus, q nominef fertur plenis uelis. i. omni impetu, ad ſummū gradū audacię, affixus eſt iperio. i. p iperium Auguſti remo triremis publicæ. i. nauis ipellendę triplici remorū ordine ad rempu. pertinētis. Vnde ueteris eſt moris pernicioſos, & pditos ad remigium damnare.

Oliuerius.

DE QVODAM QVI SE DICEBAT FILIVM QVINTI SERTORII.

Repertus eſt etiã qui ſe diceret eſſe Q. *Sertorii* filiũ, quẽ vt agnoſceret vxor eius, nulla vi cõpelli potuit. Quid Trebellius Calca, q̃ aſſeueranter ſe Clodiũ tulit: & quidẽ, dũ de bonis eius cõtendit, in centũuirale iudiciũ adeo fauorabilis deſcẽdit, ut vix iuſtis, & æquis ſentẽtiis, cõſternatio populi vllũ relinqueret locũ. Illa tñ quæſtione neq; calumniæ petitoris, neq; violentiæ plebis iudicantium religio ceſſit. Multo fortius, ille, qui Cornelio Sylla repu. potiẽte, in domũ Cn. Aſſidionis erupit, filiumq; eius patriis penatibus expulit, vociferando non illũ, ſed ſe Aſſidione eſſe procreatũ. Verũ poſtquã a Syllana violẽtia, Cæſariana æquitas, reduxit gubernacula Romani imperii, iuſtiore principe obtinente rempu. in publica cuſtodia ſpiritum poſuit. Eodẽ p̃ſide repub. in conſimili mendacio muliebris temeritas Mediolani repreſſa eſt, *Siquidẽ* cũ ſe pro Rubria quædam perinde, ac falſo credita eſſet incendio periiſſe, nihil ad ſe pertinẽtibus bonis inſereret, nec ei aut tractus eius ſplẽdidi teſtes, aut cohortis Auguſti fauor deeſſet: ꝓpter inexpugnabilẽ Cæſaris cõſtantiã irrita nefarii ꝓpoſiti abiit. Idẽ barbarũ quendã, ob eximiã ſimilitudinẽ Cappadociæ regnũ affectantẽ, tanquã Ariarates eſſet, quẽ a M. Antonio interemptũ luce clarius erat: quãquã pene totius orientis ciuitatũ, & gentiũ credula ſuffragatiõe ſuffultũ caput, ĩperio dementer ĩminens, iuſto impendere ſupplicio coegit.

OLIVERIVS.

REPERTVS eſt etiam. Pari ratione, inquit, inuẽtus eſt, q ſe Q. Sertorii filiũ ꝓfiteretur, peteretq;, ut ab eius uxore, tanquam a matre reciperet, a qua non auditus qdẽ, ne dũ receptus, neq; enim ui ulla cõpelli potuit cõſtantis animi fœmina, ut hominis mõſtrũ, tãquã filiũ cognoſceret. Q. Sertorii, qui nurſia ſabinorũ urbe oriũdus non obſcuro genere natus orator primus, deinde clariſſimus imperator tẽpore bellorũ ciuiliũ fuit, ut ſupra ſatis dictũ eſt. Quid Trebel. cal. Trebellius quidẽ eodẽ quo ſuperiores ĩpudentiæ genere uſus Clodii ſe filiũ aſſeuerãs in eius hæreditatem admitti magnopere contendit, & aduerſus inſtitutos heredes in iudiciũ deſcendit, ubi licet aura populari foueretur igenii, plus tñ iudicũ æq̃tas ualuit, q̃ populi conſternatio. Se Clodium tulit, ſe Clodii filiũ dixit. Centũuirale iudiciũ. de quo ſupra dictũ eſt in ca. de iudiciis, ubi & de haſta cẽtũuirali. Adeo fauorabilis. Cum tanto populi fauore. Cõſternatio, concitatio, qui uelutimẽte carẽs intra belli fauorẽ cõcitatus eſſe uidebat. Vix relinqueret locũ, ferme excluderet ſententias, quæ iuſte ferebãtur, nã uix ꝑmittebat cõſternatus populus, ut qui recte ſentirẽt, ſuã poſſent ferre ſentẽtiã. Quæſtione, inquiſitione. Vbi de bonis Clodii agebatur. Religio ceſſit, Tanta fuit centũuirorum religio, ut nullo metu, nulla plebis cõcitatione potuerint a iuſtitia deterreri.

Multo fortius. Sylla rerũ potitus, quidã illi nõ ignotus, Aſſaradionis filiũ Syllæ opibus eiecit, ſeq; omniũ illius heredẽ bonorum cõſtituit, quæ tã diu poſſedit, donec ad Auguſtũ Cæſarẽ æquiſſimũ imperatorẽ Romani imperii gubernacula fuere trãſlata, qui cognita hominis iniq̃tate, uero Aſſaradionis filio paternã hæreditatẽ reſtituit, necato peſſimo homine, quem in publica cuſtodia perire coegit. Irrupit. Per uim ingreſſus eſt. Iuſtiore pricipe. ſ. Cæſare Auguſto, qui lõge iuſtior fuit Sylla. Eodẽ p̃ſide reipu. imperãte Auguſto Rubria Mediolanẽ. ditiſſima fœmina incẽdio perierat, & eius bona iã ab hæredibus diſtracta fuerãt, cũ interea q̃dã altera nomine Rubria, q̃ illã mirũ ĩmodũ referebat, inuẽta eſt, q̃ ſe uerã Rubriã ſumma cũ audacia, ꝓfiteret, diceretq; falſum eſſe, q hoies ſibi ꝑſuaſerant incendio extinctã fuiſſe, q̃re ſua ſibi bona reſtitui poſtulabat. tũ forte Auguſtus Mediolani p̃ſidia collucabat, ad eũ igitur delatũ eſt iudiciũ, q cognita mulieris fallacia, q̃q̃ illi, & falſi teſtes adeſſent & eius cohortes fuerãt, ſui tamẽ nefarii ꝓpoſiti ſpẽ irritã fecit Auguſtus. In cõſimili mẽdacio. Huius mulieris mẽdacium ſimile fuerat eius, qui Aſſaradionis bona occupauerat. Repreſſa. refrenata. Perinde ac falſo credita q a diceret falſo hoies credere. Rubriã incẽdio periiſſe. Inſereret. immitteret. Tractus eius. Similitudinis, & lineamentorũ, q̃ totã Rubriã referebãt, & tũc ordo erat, fauor tractus eius ſplẽdidi teſtis, nã ſimilitudo plurimũ ualet, ſed ſi dixerimus, ſplẽdidi teſtes, tũc itelligemus nobiles uiros, & autoritate plenos, q teſtabant mulierẽ illã Rubriam eſſe.

Ariarates ab Antonio interẽptus

Inexpugnabilẽ Cæſaris cõſt. Quæ nõ p̃ce nõ p̃cio, nõ gr̃a poterat a iuſtitia deduci. Idẽ barbarũ. Barbarus quidã ob regis Ariaratis ſimilitudinẽ ſe regẽ facile mẽtitus. Cappadociæ regnũ ꝓpemodũ occupauit, nã Aſiæ ciuitates illũ regẽ, uel certe regis filiũ eſſe exiſtimãtes, ĩperiũ ad eũ magno fauore deferebãt. Auguſtus uero, q regẽ Ariaratẽ Aſiatico bello cæſum ab Antonio fuiſſe cognouerat Aſiaticos populos a temeraria credulitate repreſſit, & barbarũ tãquã noua moliẽtẽ affectati regni pœnas dare coegit. Credula ſuffragatione. Quia cũ crederẽt illum uere Ariaratẽ eſſe ſummo fauore ꝓſequebant. & ſuffragari oĩ ſtudio nitebant, ut in priſtinũ regnũ reſtituerẽt. Fultũ. Munitũ, & fulcitatũ. Coegit Ordo eſt. idẽ Auguſtus coegit barbaꝝ quẽdã. &c. Impẽdere iuſto ſupplicio, q̃q̃ caput demẽter ĩminẽs ĩperio eẽt fultũ credula ſuffragatione ciuitatũ, & gentiũ totius oriẽtis.

ASCENSIVS.

REPERTVS eſt ẽt, q diceret ſe eſſe filiũ Qu. Sertorii, quẽ ut uxor Sertorii. ſ. agnoſceret. ſ. filiũ. nulla ui cõpelli potuit, q a reuera nõ erat. Quid Trebellius calca ſup. fecit q̃. i. quãtum aſſeuerãter tulit. i. geſſit ſe Clodiũ. ſ. iuniorẽ, hoc ẽ Clodii filiũ q. d. aſſeuerãtiſſime. Et qdẽ. i. certe dũ ipſe Trebellius cõtẽdit de bonis eius. ſ. Clodii p̃ris deſcẽdit ĩ iudiciũ cẽtumuirale adeo fauorabilis. i. cũ tãto fauore, aut iã gratioſus ut cõſternatio. i. cõmotio animorũ ꝑſ illi fauẽtis, uix relinqueret ullũ locũ ſententiis iuſtis, & æq̃s. i. ut uix ꝑmiſerit cõtra eũ, ut iuſtũ erat, ſentẽtiã ferri, tñ. i. nihilominus religio. i. iuſta obſeruatio iuſiurãdi ex religione. i. deoꝝ, ac cõſcientię metu, iudicãtiũ. ſ. cẽtũuirũ. neq; ceſſit in illa q̃ſtione. i. iquiſitione, & diſceptatione calũnię. i. cauillationi petitoris, nec uiolentię plebis, q a contra Trebelliũ iudicauit. Multo fortius ſup. egit ille qui Cornelio Sylla potẽtię reipu. ſ. Romana ꝑ dictaturã ꝑpetuã irrupit. i. uiolẽter ſe ĩtulit in domũ Cnæi Aſſidionis (Oliue. legit Aſſaradiõis) ciuis Ro. & expulit filiũ eius. ſ. Aſſidionis, penatibus patrus, uociferãdo nõ illũ, ſed ſe eſſe ꝓcreatũ Aſſidione. Verũ puſtquã æquitas Cæſariana. i. Auguſti Cæſaris, quod poſt multos cõtigit annos, reduxit gubernacula Ro. imperii a uiolẽtia Syllana. i. qua ſub Sylla, & cũ Sylla multi uſi fuerãt, poſuit. i. depoſuit ſpiritũ. i. animã i cuſtodia publica. i. carcere, pricipe iuſtiore. ſ. Auguſto obtinẽte rẽpu. Eodẽ, &c. Temeritas muliebris repreſſa eſt Mediolani in conſimili mẽdacio, eodẽ. ſ. Auguſto p̃ſide reip. Siquidẽ cũ q̃dam. ſ. ignobilis mulier, inſereret ſe bonis. ſ. derelictis a Rubria, nihil ꝑtinẽtibus ad ſe ꝑ Rubria. i. tãquã eſſet Rubria, perinde ac ſup. Rubria eſſet, credita falſo. i. nõ uere, periiſſe icendio, nec aut ſplendidi teſtes tractus. ſ. lineamẽtoꝝ mẽbrorũ eius, q̃ ſimilia erant, cũ tractibus mẽbroꝝ Rubriæ, aut fauor cohortis Auguſti, tamẽ abiit irrita. i. fruſtrata nefarii propoſiti. i. ab aſſecutione hæreditatis, ꝑꝑ inexpugnabilẽ cõſtãtiã. ſ. in iuſtitia Cæſaris. ſ. Auguſti. Idẽ ſ. Auguſtus (ut eius laude opus claudat) coegit Barbarum quẽdã affectantẽ regnũ Cappadociæ, tãquã eẽt Ariarates ob eximiã ſimilitudinẽ. ſ. eius cũ Ariarate, quẽ. ſ. Ariaratẽ erat clarius luce iterẽptũ ſup. eſſe a M. Ant. ſ. triũuiro, q̃q̃ ſuffultũ. i. munitum ſuffragatione credula. i. credulaꝝ ſ. gẽtiũ, & ciuitatũ pene totius oriẽtis, coegit dico ipẽdere iuſto ſupplicio caput. ſ. illius iminẽs. i. inhiãs demẽter. i. cũ demẽtia quadã, ĩperio. ſ. qd̃ Ariarates obtinuerat.

FINIS.

REGISTRVM.

ı 2 a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z & A B C D E F G. Duo primi & ultimus ſunt terni, cæteri ſunt q̃terni. Quinterni. xxy. carte. iiii.



Digitized by